This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google



Bibliothek

Liber infrequens. Vogt. Cat. libr. rar. p. m.

Digitized by Google

80.

Ling. Latina.
Gramat. Var.
P. 293.

Digitized by Google

# THOMÆ BANGII

*Sanctæ Linguæ Profeſſoris in Regia Haunienſi Academia*

# OBSERVATIONUM PHILOLOGICARUM

*LIBRI DUO,*

JUSSU REGIO

in uſum Scholarum

DANIÆ ET NORVEGIÆ,

ad illuſtranda

*JANI DIONYSII JERSINI D.*

*Epiſcopi olim Ripenſis*

GRAMMATICÆ LATINÆ

præcepta adornati.

HAUNIÆ

*Cum Privilegio* REG. MAJEST.

Typis & Sumptibus

*SALOMONIS SARTORII*

*Regii & Academici Typographi.*

CIↃ IↃ CXL.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

VIRO
ILLUSTRI
MAGNIFICO
STRENUO
DN.
CHRISTIANO
THOMÆO
DOMINO DE TANDERUP &c.
EQUITI AURATO,
MAGN. MAX. REG. CANCELLARIO,
REGNI DAN. SENAT. PRIMARIO,
ACADEM. HAUN. CONSERVATORI,
PATRONO PERBENIGNO
D. D. D.



Digitized by Google

# MAGNIFICE
## Domine
# CANCELLARIE:

IN Tuæ illuſtris Generoſitatis ſinũ, humiles reclinantur, *GEMELLI OBSERVATIONUM PHILOLOGICARUM* fœtus, Deô ter Opt. Max. vitam ac vires largiente, ac Rege Clementiſſimô benignè imperante & nutricante, ſuperioribus annîs à me in lucem editi. Nunc verò Tuæ benignitatis ulnîs gratioſè ſuſcipi, manibus levari, Tuiq; favoris radiîs foveri ſuſpirant, qvi ſine Te facilè exſpirârint, & velut capite cenſi

eyi-

eviluerint. Tui illuſtris nominis ſplendore colluſtrari avent, qvô ſine umbræ forent noctis illunis. Tu enim novus Sol literato noſtro cœlo ac ſolo exortus es. In *DANIÆ* ac *NORVEGIÆ* terras diffundere aſſoles radios *DIVÆ SOPHIÆ*, *PIETATIS ET JUSTITIÆ*, qvæ tuũ pectus ſuorum ſacrorũ aram dudum elegerunt. Inclitæ ingeniorum ac ſtudiorum altrici, *REGIÆ ACADEMIÆ*, vitalem protectionis auram inſpirare cœpiſti, adultô hujus anni vere, qvi ſemper Muſas ac Muſagetas calidô antehàc amore foviſti. Me itaq; Academiæ humile membrum



Digitized by Google

benignè fovendum ſuſcipe, meóſq; *GEMELLOS* informes ac infirmos anima & ama: ut Tuæ illuſtris Claritatis Lucinâ lumen ac levamen ferente, favoris ſecuri radios publicæ lucis ferant, umbráſq; hirqvorum transverſa tuentium, & pallentium lingvarum ac pagellarum inſuper habendas putent. Veluti vero aureus illuſtris Tui nominis umbo ſolus valuit tutelare aſylum gemino huic fœtui ac Libro præſtare, adverſus vitilitigatorum mordaces affanias & offucias: ita devotum decuit clientem, novo Academiæ *CONSERVATORI*, ac veteri litera-



Digitized by Google

rarum & literatorum omnium Patrono, novam publicæ *GRATULATIONIS* & *GRATITUDINIS* tabulam ſuſpendere, Deóq; benigniſſimo pro Tuâ illuſtri Generoſitate ac Magnificentia devota nuncupare vota, ut magno cum Reip. patriæ emolumento, Literarum ornamento, Academiæ ſtabilimento, Academicorum docentium pariter ac diſcentium jugi patrocinio, & rerum domi ac foris præclarè gerendarum laudabili incremento, ut diutiſſimè ſupereſſe, ita feliciſſimè florere poſſit. Vos Muſæ, & vos Literæ mecũ ſurgite, miti Mæcenati veſtro

 cer-

Digitized by Google

certatim congratulamini, miſſóq; cœlitùs Patrono non minùs illuſtri, quàm deſiderabili votivum meditamini

## PÆANA.

*Effuſa valvis undiq; proruit*
*Mox turba Muſarum geminantium*
*PÆANA: complaudunt GEMELLI*
*Ecce mei, geminántq;: SALVE*
*Vir magne REGIS, PRINCIPIS intime:*
*Catum Senatus cor: ſtabilis fori*
*Pes: Curiæ Siren: coruſcum*
*Hauniacæ columen cathedræ:*
*Ocelle legis: pauperis os: Dane*
*Hermes: jubar prænobile: ros ſoli:*
*Terror malorum, ſpes bonorum:*
*Splendida SEESTIADUM corona*
*SALVE: ſalus Muſis, requies choro*
*SALVETO: conſervans Academiam*
*O magne CANCELLARIE, ô lux,*
*Gloria, gratia noſtra SALVE.*

SAL-

## GRATULATIO.

SALVE novum ſidus, dubiis via:
SALVETO Dani nominis aurea
Fax, fama, ſplendor, CHRISTIANE
THOMAIDES vige, vive, flore.
PATRONE: Cancellaria ſufficit
Te trina, REGNI, mox ACADEMIÆ,
REGISQVE: Te certat vereri
Tergeminum decus ut columnam,
AURATE EQVES: Te Dania prædicat,
Te Crœſus, Irus, Nobilis, & metens
Davus colit, ſeptentrionis
Præſidium columenq; cuncti.
AUGUSTE, clamabat, VITULI INSULÀ
Maneto. mox arans Melibœus, ò
Florente Mæcenate, fatur,
Te, vitulantur agri gregatim!
AULÆ MAGISTER PRINCIPIS inclitì
Laudaris: exemplar pietatis, &
Tunc ſplendidum virtutis inſtar
Moribus egregiis fuiſti.
Atlas, Polus, Sol, fulgida ſidera
Domeſtici ſemper Tibi, & Intimi
CHRISTUS, DAVID, PAULUS, JOHANNES:
JUSTINIANUS amor diei.



Digitized by Google

# GRATULATIO.

*CONSULTE LEGUM: Leucoris halcyon*
*Tuas canit laudes, niveúsq; mons:*
*Et Phoſphorus Te drenſat ales,*
*Albicola Charites verentur.*
*Te Neccharus, Te tardifluus Arar:*
*Te verticoſè gurgite Seqvana*
*Novit: ſtupeſcunt, Te loqvente,*
*Roſtra paludicolæ Sicambri.*
*Te fama claros vexit ad Italos:*
*Te novit Iſter, Te Ligures ſtupent:*
*Prærupta Te ſenſit Pyrane,*
*Danubiúsq; Tibi tonanti*
*Dictata ſvadæ REGIA cernuus*
*Se flexit: eſt mordax aqvila Leo*
*Teſtis Suëcus, cùm benignè*
*Excipit, & veneratur ipſe*
*Te glorioſus REX: veneratur &*
*Stipata circumqvaqve phalanx ovans,*
*Signisq; ſubrectîs honorant*
*Prona eqvitum peditúmq; turma.*
*Eqves euntem REX comitatur, &*
*Te GLORIA, ac paſſis vehit aurea*
*Virtus in ulnis: qvi paratus*
*Candida tempora pulverare*
*Amore virtutis nivea, diêi*
*Aduſtus æſtu, pulvere ſordidus,* Ac

Ac nobili ſparſus ſudore
Tergora, prodigus & quietis.
Magni capeſcens grandia PRINCIPIS
Edicta, tendis quà violentior
Martis recrudeſcit furentis
Ira, novas paritura mortes.
Te non agrorum maxima vaſtitas,
Non ſtrata terrent membra, cadavera
Aggeſta, vel præda cruenta,
Vel domus exſpoliata tectîs.
Hinc clara pennîs Te ſuper aureis
Vexit profundum trans mare Gloria,
Obſtantis audax murmurantes
Non pelagi metuens procellas.
Tu juſſus euris ocior inviîs,
Enavigas ſecure periculi,
Per vortices & per charybdes,
Prodigus Oceani Britanni.
Diviſa max totó ALBION orbe Te
Miratur, oris pondera ſingula
Rex librat, & laudat corona
Nobilium, populiq; lingua.
Te bella fixô GALLIA lumine
Spectavit, & linguam ſolidam ſtupens
REX ipſe, virtutes in ipſo
Ore legit, numeratq; Suadas.



Digitized by Google

# GRATULATIO.

*Tuis ſuperbit* HISPALIS *auſibus*
*Fauſtîs: redûxti dædala pondera*
*Noſtri maris, qvæ vis potentis*
*Clauſerat imperioſa Iberi.*
*Te laudat Infans Heſperii ſolj,*
EUGENIA ISABELLA, *Brabantica*
*Dux, audiens* REGIS *tui os*
*Svaviter ore tuô facundô*
*Sonare. Demiratur* IBER, BRITON,
*Mox* TEUTO, *mox* GALLUS *ſua patriæ*
*Conſvêſſe* DANUM *verba lingvæ*
*Conſociare nitore terſô.*
*Et* ROMA *Svadam Romuleam ſtupet*
*In Te ſuam ſplendeſcere, Cimbricum*
*Flammantis os ſeptentrionis*
*Egelidi calidô nitore.*
*Tu corda* REGUM *ſvetus ahenea*
*Mulcere motâbile tumentia,*
*Vi vocis invictæ facundæ:*
*Magnanimîs generoſus auſis.*
*Huic, huic Viro tu Caſtalidum chore:*
*Huic Phœbe concors carmina concine:*
*Vos lineæ cunctæ Libelli*
*Dulce melos ſociate pronæ.*

*Vos*

# GRATULATIO.

*Vos Littera, vos Nomina, Verbáq;:*
*Vos pagina ſilentia rumpite:*
*Vos Syllaba, Muta, Vocales:*
*Vos apices minimi ſonate.*
*Vos tuſa lini ſcruta, politáq;*
*Melonis atri lactea folia:*
*Vos Filia Cadmi nigella,*
*Dicite grande SOPHOS merenti.*
*Vos Regula Dîs Romuleis ſacra:*
*Et vos Latini tramitis avia*
*Divergia obe Exceptiones!*
*Quadrupedante ſonò tolutim*
*Tonate, Structura Capitolii*
*Splendentis, erecta ſuper obvias*
*Glebas Daniciſmi ruentis*
*Surgite, clangite gratulantes.*
*Vos Termini Dii, Commata, Punctula:*
*Legentibus vos Mercurii impigri:*
*Vos Cluſii Jani Suäda*
*Plaudite, claudite, terminate.*
*Dic Muſa dic: Vivas, vigeas diu*
*Sublimis Heros: poſſe perennibus*
*Faſtîs ſacrare, & Te ſonare*
*Mille modîs, meritò laboro.*

Nu-

GRATULATIO.

*Nutrit pruinas THYLE qvot hiſpidas,*
*Floresq; tellus DANICA porrigit:*
*Tot luſtra Dîs, DANIS, SELANDIS,*
*NORIGIIS, FIONISQVE flore.*
*Hæc ſumma votiva ultima venulæ*
*Et meta. miti hanc ſuſcipe pectore,*
*Vir mitis affectus, benigni*
*Ingenii, placidiq; vultus.*

HAUNIÆ ipsîs Kalendîs Auguſt.

ꝏ IↃ CXL.

*Illuſt. T. Generoſ.*

devotiſſimus

*THOMAS BANGIUS.*

RE-

# RECTOR
## &
# SENATUS
## *REGIÆ ACADEMIÆ HAUNIENSIS BENIVOLO LECTORI*
### S. D.

ILiada nuci incluſuri, ac variorum ſeculorum & ingeniorum virtutes, in unum velut perfectionis corpus transfuſas, tibi commendaturi, Candide Lector, paucis præmonebimus; Clariſſimum & Honoratiſſimũ Virum, Dn. M. THOMAM BANGIUM, Lingvæ Sanctæ Profeſſorem Solertiſſimum, Collegam noſtrum conjunctisſimum, juſſu Regiæ Majeſtatis, deinde ſvaſu Beatisſimi *Occaſio operis.*

Heröis

## COMMENDATIO

Herõis, Dn. Chriſtiani Friſii, Cancellarii Regii, nec non conſilio Senatus Academici, in hunc Oceanum Syrtium & ſcopulorum plenum, publicæ utilitatis, reiq; literariæ juvandæ cauſâ ſe diffudiſſe.

I. *In eô concinnãdo juventutis commodum ſpectatur.* Etenim, qvod curas, vigiliasq; ſuas publico juventutis commodo promovendo devoverit Autor, vel indè diſpaleſcit, qvòd repueraſcendo qvaſi omni ætatis juvenilis gradui operã ſuam deſtinaverit, nec tæduerit eum omnia fieri omnibus, ut omnibus prodeſſet ingeniis magnæ, minoris & minimæ ætatis & profectus.

II. *Ratio diverſorũ ingeniorum &* Animadvertit qvippe diſcentes inprimis ratione ætatis, in triplici verſari diſcrimine.

Aut enim ſunt minorennes, & ob

& ob ætatis teneritudinem ac ju- *profe-*
dicii imbecillitatem minùs ca- *ctus ha-*
paces majorum Præceptionum: *betur*
& his Præcepta Grammatices
minima, hoc eſt, communia, vul-
garia, maximè neceſſaria, & pri-
ma latinitatis tirocinia asſignan-
tur. Aut ſunt majoris ætatis vel
profectus, atq; ingenii, judicii &
memoriæ confirmatioris, ade-
óq; uberioris etiam inſtitutionis
indigi: & in horum gratiam
Præcepta minora publicè ſunt e-
dita. Aut deniq; tirones Gram-
matices ætate proceſserunt, vel
plùs profecerunt, ac proinde ple-
nas præceptiones & exceptiones
de facili admittunt: qvibus ea-
propter majora Præcepta ſunt
deſtinata.

III. *Brevitas*

Omnes ſuperfluæ præcepti-

*& neceſ-* ones reſectæ ſunt, qvibus multi
*...s præ-* Grammaticorum luxuriant,
*ceptorũ.* qváſq; ad nauſeam usq; incul-
cant, non ſine temporis, rei ut in-
æſtimabilis ita irreparabilis di-
ſpendio, juventutis incommo-
do, impedimento profectus, &
literarum optimarum affectato
tædio ac odio, neglectis ſæpè ne-
ceſſariis & certis.

*IV. Neceſſarium Præceptorum augmentum & acceſſio.*

E diverſo, qvicqvid in Jerſi-
nianis Præceptis, [qvæ in primis
privatæ paucorum Diſcipulo-
rum inſtitutioni magis accom-
modatæ videntur, eademq; de
causâ meritò commendatio-
nem merentur] vel in aliis deſi-
derari poſſe putes, additum eſt
& ſuppletum, & eâ ratione tradi-
tum, ut non tantùm privatæ pau-
corum informationi ſerviat,
ſed

ſed publico docendi modo ſcholis patriis uſitato: id qvod ex Regulis Syntacticis adauctis & reſtitutis manifeſtum evadit, qvæ novæ lucis & recenſionis in primis indigebant.

*V. Præceptorum veritas & certitudo, qva non Grammaticorum plácitis, ſed Latinorum autoritate nititur.*

Vanitas qvamplurimarum Præceptionum detecta, imò falſitas complurium Generum, Caſuum, Præteritorum, Regularum Syntacticarum, Exceptionum, exemplorum rejecta: & qvod niveum inſuper meretur calculum, Præceptiones earumq; dignitatem non Grammaticorum numero ac multitudine metiri voluit, ſed apparatiſſimâ ex Claſſicorum Autorum fontib9 exemplorum deprompta copiâ eas qvaſi παραλληλίζων illuſtravit.

*VI. Ordo Præceptorum.*

Ordo & εὐταξία in ſingulis cernitur Præceptis, contrà ac vulgò magnâ licentiâ peccatur. Ultima n. primis commiſta videbis, Exceptiones ſedem Regularum occupant, qvod rariùs uſurpatur, ex eo generalem conſtituunt Regulam & Præceptionem: qvæ inepta confuſio, qvantam ingeniis optimis carnificinam opinione citiùs afferat, norunt illi, qvi cum talium Præceptionum confuſarum difficultatib9 indies luctantur, publicasq; exploſi ordinis ſcribunt qverelas.

*VII. Perſpicuitas dictionis.*

Sedulam navavit operam, ut à dictionis lumine & perſpicuitate commendaretur univerſum opus. Etenim affectata terminorum obſcuritas, non rarò artium perfectioni obſtitit. Et qvi

ſtudio

ſtudio omnia involvũt, & ne vulgaria ſapere videantur, nebulas & fumos verborum ipſô ſono timendorum & ſenio horrendorũ venditant, concinnaturi diſcendi methodos artésq; illuſtraturi, nihil aliud agunt, qvã illi, qvi blandum cœli ſereni lumen peroſi, atram noctem & odioſam caliginem, loco meri meridiei ac meridiani ſolis omnia colluſtrantis, ornantis & ordinantis, introductam & ſtabilitam cupiunt.

Quô verò præcepta tantò clariora & illuſtriora evaderent, exemplîs veluti ſtellîs totum opus collucet.

Hæc qvia incurioſiùs à qvamplurimis, qvi artes & diſciplinas excolendas ſuſceperunt, neglecta ſunt, aut ineptiùs adhibita, opti- *VII. Lumen Exemplorum.*



Digitized by Google

marum artium odium & contemptum Juniorum animis ingenerarunt, qvi vel levi objectâ difficultate citiùs franguntur qvàm flectuntur, inſtar pullulantis tenerrimi fruticis ventulo concusſi, ſæpè & enecti. et id qvidem ante tempus, cùm necdum ſapidos Artium & Doctrinarum fructus guſtârint, cœpit illarum radix ac ejuſdem teneriuſcula propago amareſcere.

*IX. Syntaxeos exempla ſententioſa.* Sed ut ad *SYNTAXIN* ſpeciatim deveniamus, in primis horum exemplorum lucidæ virtutes in eâ ſeſe exerunt. In qvibus adhibendis & eligendis ita verſatus eſt Autor induſtrius, ut non promiſcua aut proletaria

petita

petita è vulgi ſermone, multò minùs laſcivientis alicujus Poëtæ obſcæna aut putida fruſtilla corraſerit, pectore Chriſtiano indigna, & conſecratis Deo & pietati animulis ſcandaloſa, ſecùs ac vulgus Grammaticorum faxit: Sed hoc unum egit, ut exempla ſententioſa, pietatis, aſsiduitatis, aliarumq; virtutum aculeos in animis Juniorum relinqventia, prudenti delectu adhiberi Regulæq; addi poſſent. Quia verò illa meræ γνῶμαι ſunt, eapropter earum uſus in literis, in colloqviis, omniq; vitæ parte & opere ſummâ cum gratiâ effloreſcit. nec exempla ea tantùm ab Autoribus Proſis,

Google

Hiſtoricis & Oratoribus, ſed etiam à Poëtis delibata ſunt, qvò utriusq; orationis habitum indueret Juventus, & aliud qvaſi agendo utriq; aſſveſceret.

X. *Omnia Regulæ membra illuſtrãtur exemplis.* Non tantùm uni aut alteri parti regulæ ac ſtructuræ Syntacticæ exemplîs adductîs lumen fœneratur, veluti nonnulli ſatis putant, ubi regula ſex habet membra lucis indiga, unum aut alterum membrum crudô & tortô exemplô veriùs onerare qvàm ornare, & reliqva membra conſtructionis intacta relinqvere, cum videant ea difficulter haberi ac inveſtigari poſſe: ſed ſingulis regulæ membris ſingula attexuit exempla.

XI. *Exceptionum* Pari qvoq; fide & induſtriâ, ſpeciales conſtruendi modos, qvos

qvos Exceptiones vocant, earumq́; ſingulas particulas exemplorum luce colluſtrare voluit. *ſufficiens autoritas.*

Nolumus repetere virtutes numeris ſuperioribus memoratas & nominatas, qvæ clarisſimæ in toto opere Syntactico eniteſcunt. Saltem dicimus, Syntaxin eâ induſtriâ & modo eſſe propoſitam, ut nec in exemplis claritas, nec in methodo concinnitas, nec in regulis veritas, nec in dubiis æqvitas, nec in deſideratis fœcunditas, nec in circumfuſis brevitas, nec in ſingulis utilitas uspiam deſideretur.

*OBSERVATIONES* vel *COMMENTATIONES* Philologicas qvod ſpectat; eas voluit eſſe *πρόθυρον*, vel ſi mavis, Propylæum, per qvod rectà contenderetur fa-

cili & felici pede ad auguſtum ipſorum Autorum & Scriptorum Latinorum, Oratorum, Hiſtoricorum & Poëtarum palatium.

*I. Obſervationes autoris Philologicæ ſunt foræs ſcriptorum Latinorum.*

Quo fit, ut paulò liberiùs nonnunqvam in Elyſios floridæ Philologiæ campos exſpatietur. Etenim obſervantur materiæ Philologicæ pro re natâ, & earum definitiva ſententia non mòdò à Romanâ curiâ affertur, ſed etiam ab Areopago

*II. In iis Philologica materia afferitur.*

& Synedrio harum σύγκρισις inſtituitur, qvò feliciora ingenia hoc modo velut Claſſico qvodam ad amorem trium Cardinalium Lingvarum excitentur.

*III. In iis nõ nunqvã*

Neq; negliguntur controverſiæ Grammaticæ, qvas certô cõſiliô à

Præ-

Præceptis ſeqveſtravit & modeſtè tractavit. neq; enim priùs altercari convenit, qvàm interpretari. Et res Grammaticæ non intellectæ ſæpe evadunt neglectæ, in primis ſi â ſciolo & tirone adhuc tractentur, qvi potiùs à Præceptorum ore pendere debet, qvàm artium fundamenta ſub examen vocare. *deciduntur Controverſiæ Grãmaticæ.*

Eo autem fine has Controverſias Scholiis aſcripſit autor, ut Juvenes in ſupremis triviali͂u Scholarum claſſibus, vel intra Gymnaſiorum penetralia admiſſi, vel deniq; qvi jam ſcholaſticâ rude donati Academica ſubſellia conſcenderunt, materiem diſcurrendi haberent de vocibus, qvas in Autorum monumentis notârunt.

*IV. In iisdē præceptorum fundamenta viſũtur.* In Obſervationibus ſive Commentationibus Etymologicis rationes & fundamenta afferuntur hujus vel illius Præceptionis, Regulæ, Generis, Caſus, Præteriti, &c, jã omisſi, jam admiſſi, & Præcepta ſic examinantur ad lydium autoritatis clasſicæ, qvam Latini ſcriptores ſuppeditant, lapidem.

*V. Pauperum ratio habetur in vocum difficiliorũ explicatione.* Pauperibus etiam in nonnullis vocum explicationibus difficilioribus conſuluit, uti & iis, qvi eas in Scholis interpretari debent: qvas aut turpi ſilentio præterire coguntur, aut Lexica excutere, ſed ſine fructu & optato eventu ſæpe, niſi obviâ hac vocum interpretatione adjuti in ſolidum earum intellectum penetrare posſint ſine tædioſo evolvendi labore.

Cœte-

Cœterùm ut ad Syntacticas commentationes Philologicas propiùs accedamus: illæ clavem Tibi, Candide Lector, Capitolii Romani in manus tradunt. Hoc eſt, omnis illa Philologica commentatio tergemina *OBSERVATIONUM*, *ANOMALIARUM* & *ELEGANTIARUM*, publica via eſt, qvà Romam rectà eas, ibiq; Romanos rectè loqventes ac ſcribentes intelligas. Tria verò ſunt adita & penetralia cuivis Regulæ Syntacticæ novo artificio & à nemine hactenus tentato addita, qvibus univerſa pæne loqvendi ratio continetur.

Initiò viſuntur Obſervationes, qvæ è melioris notæ Autoribus eorũq; lectione depromptæ, largâ manu ſuppeditãt avidiori- *I. Obſervationes Syntacticis Regulis additæ, ea-*

bus

Digitized by Google

bus & fœcundioribus ingeniis, qvicqvid juſta & Scholarum anguſtis conclavibus accommodanda Regularum methodus admittere nec potuit nec debuit. Hic regulæ explicantur, ſcrupuli, qvos inſtabiles mentes ſibi fingunt, eximuntur, dubia expendũtur, Regularum veritas oſtenditur, & ab eorum objectionibus vindicatur, qvorum palato nil ſapit, niſi qvod ipſi intriverint. Nec non Exceptiones, & exempla Regulis pariter & Exceptionibus ſubjecta, exponuntur & defenduntur. Breviter, qvicqvid jugi lectionis & obſervationis ſtudio aſſeqvi licuit, deſerviturum Regulæ uſui & Latinitatis perfectioni, ex melioribus Latinis Autoribus, nec

non

Digitized by Google

non Philologis & Grammaticis accuratioribus ſummâ fide & cura affertur.

Deindé qvia contraria, ut loqvuntur Philoſophi, juxta ſe poſita magis illuceſcunt, adductâ & explicatâ Regulâ, ſuisq; Obſervationibus analogicis adauctâ, ſubjunguntur mox ea loqvendi genera, qvæ à regulâ deflectunt & diſcedunt, qvæ communi voce Anomalias appellavit. Heic ſervato ordine Regularum Figurata Syntaxis traditur: qvam alii minùs commodè ipſis Præceptionibus & Regulis infarciunt. Priùs ſcilicet docent diſcentes à Regulâ diſcedere, qvàm eam acceſſerint, priusq; Figurarũ nebulas oculis objectant Juniorum, II. Anomalia.

rum, qvàm vel emisſitiô oculô introſpexerint nudam Regulæ faciem. Sed de harum uſu ipſum autorem diſſerentem vide pag. 779. 780. Syntaxeos.

*III. Elegantia.* Tandem Elegantias Latini ſermonis velut qvasdam ſecundas menſas & condimenta delicatioris palati Juvenibus apponit, earúmq; guſtu appetitum ad qværendos floridæ Latinitatis nucleos excitat. His gradibus conſcenditur Capitolium Romanum, & janua aperitur ad inveſtigandas ejuſdem divitias, ad inveniendas Latii reconditas gazas, Theatri Romulei delicias, Tuſculani flores & fruges, Quiritium gemmas, Svadæ primitias. Et ubi minimè putes, Elegantia ſubeſt. Excute vocum, qvæ flecti

neqve-

neqveunt, indolem, & eam Elegantiarum feraciſſimam compeŕies inde usq; à pag. 1150 Syntaxis ad pag. 1288. Tria præterea videntur [anteqvam finiamus] Lectoris favorem mereri. Primum eſt, qvod qvantò propiùs Autor ad metam operis accedit: tantò feliciùs ſuam ipſius induſtriam vincere ſcribendi calidô ſtudiô laborat, aliàs ſcriptu-rientis vulgi manus ſub finem Operum langveſcunt, & refrigeſcit commodandi ardor & ſtudium.

Quo fit, ut longè pleniorem ac luculentiorem Figurarum omnium Commentationem dederit Autor, qvàm alii Grammatici, qvorum articuli ſcribendo defatigati aut perfunctoriè



Digitized by Google

hanc metam operis ultimam attingunt aut prorſus ſigni ſilentio prætereunt. Hinc etiam eſt, qvòd Barbarismis & Solœciſmis animoſiùs larvam detraxerit, ac Latinitati vivum & verum colorem reſtituerit, imò qvòd Interpungendi rationem majori, qvàm ullus unqvam Grammaticorum, ſtudio ſit perſecutus.

Secundum eſt, qvòd conviciorum acerbitates procul habuerit, & memor caritatis Chriſtianæ in bonos & præclaros Viros duriùs ſævire piaculũ duxerit, ſecùs ac vulgò fieri ſolet. Potuiſſet qvidem attexere longum erratorum catalogum, qvos paſſim tanqvam noxias herbas ex agro Grammatico extirpavit, maluit tamen ſedatâ docendi &



Digitized by Google

modeſtè monendi, ſicubi opus eſſet, ratione uti, qvàm verborū Tragœdias excitare. Tertium eſt, qvod ipſe Triplicem operi Indicem, Latinum, Græcum, & Hebræum concinnârit, qvùm aliàs conductitiâ heic manu alii ſoleant uti, & ita ſæpè id omittere, qvod maximè ad rem facit. Meritò itaq; de optima nota lectiſſimum hocce opus, qvod multæ vigiliæ & lucernarum exhauſtæ fuligines peperere, juventuti, cui lingvarum in Scholis & Gymnaſiis dulceſcit Elegantia, qvam ſtudioſiſſimè commendamus. E re namq; literatæ juventutis fore qvàm perſvaſiſsimum habemus, ut Scholaſtico decurſu ex præcepto Senecæ diligentiùs hiſce, præeunte fideli Recto-

rum & informatorum velut ἐργοδιωκτῶν χειραγωγίᾳ innutriatur, nocturnâ diurnaq; manu cum ipſis Autoribus hæc conferat, qvò his etiã præſidiis adjuta Academicis ſtudiis tantò faciliùs & feliciùs maturetur, ac felicioribus avibus majora nobiſcum in lingvis, Oratoribus, & Hiſtoricis incrementa capeſsat. Hæc Candide Lector, dexterâ manu oblata, dexter ut acceptes, voti noſtri ſumma eſt. *HAUNIÆ* Die 22. Auguſt. *CIↃ IↃC XL.*

# *CANDIDO LECTORI*

# S.

SCire fortè aves, *Candide Lector*, qvid ſubſit rei, qvod ego qvi *Sacrarum Ebraicarum Literarum* ſtudium hactenus excolendum ſuſcepi, relictîs Jeruſolymîs, ac principis & primæ Lingvæ ſacrariis, velut πηδῶν ὑπὲρ τὰ ἐσκάμμενα meæ Profeſſionis Romam conceſſerim, ibiq; operam ac ſtudium conſumpſerim in exornando atq; interpolando ſermone לעז & contagium Babylonicum redolente, qvi *Romanus*, ſive *Latinus* dici conſvevit. Etenim complures fateor fuiſſe ſolertes Latinitatis cultores, hôc in primis ſeculô ac regnô eruditionis ferace, qvi hanc colendi ſermonis Romani Spartam & comptiùs & commodiùs me ornare valuiſſent, qvi cùm propiùs mecum habitare cœpero, animiq; vires libravero, ſentio atq; ingenuè profiteor, qvàm curta domi mihi ſit & ingenii & humanioris eruditionis ſupellex. Verum enim verò, SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS piæ voluntati humillimè aſſurgere, atq; juſſa *Superiorum* capeſſere fas & æqvum fuit, qvos *Deus Opt. Max.* in celſâ Reipubl. Speculâ proſpiciendis ac moderandis rebus humanis conſtituit. Horum juſſu è ſilentii carceribus emiſſus, curriculum pulveris ac ſudoris plenum confeci, DEóq; ducente ac benedicente, tandem ad metam feliciter per-



Digitized by Google

veni. Qvô etiam nomine DEO benigniſſimo, mihi indigno ſuo ſervo ſuppetias ferenti ac vires largienti, humillimâ animi devotione gratias ago. In primis verò immenſum divinæ benignitatis beneficium agnoſco, qvòd ſæviente ubiq; terrarum ineluctabili ac inexſaturabili *Marte*, in aras, cathedras, lingvas ac literas, nulli Regioni tranqvillitatem, nullámq; Religioni ſecuritatem concedente, liceat in tantâ exterarum rerum vertigine vernaculis Muſis noſtris pacificè nidulari in hoc inſulari tranqvilli *Septentrionis* angulo, adeò ut ipſi Muſagetæ divinô munere ſecuri atræ & ſangvinolentæ *Bellonæ*, atq; candidîs *Pacis* togîs cincti auſint & poſſint ſacris Muſarum operari, ſtudiáq; ſacra pariter ac profana alacri contentione promovere. Dum totus orbis bellô ardet, Summíq; orbis Monarchæ in mutua viſcera ſæviunt, & confertîs copiis Marti litant: *ſolus Septentrioris Monarcha* velut *Pace* coronatus artium utiliſſimarum machinas movendas imperat. Dum Pietatis aras & humaniorum Literarum cathedras multis in locis ſubvertit effrons Mars, ac nil niſi eremos, tumulos, Chriſtiani cruoris undas, delicias corvorum, ſparſa campis cœmiteria, mille carnificinas, cruces, eqvuleos, longas literas, nigra Theta, aliáq; infinita mortis portenta & Spiritus intra præcordia trepidi tormenta reſtituit; AUGUSTUS PIETATIS ET JUSTITIÆ HEROS, AC PACIS OPTATUS SEQVESTER, REX SERENISSIMUS

# AD LECTOREM.

## CHRISTIANUS IV

Sanćto Iſraelis DEO magnifica & ſplendida Templa ſtruit, Pietati ædes ſtatuit, divino honori aras ſacrat, aræ myſtis ſtipendia auget, novas Academiæ cathedras erigit, Mathematicis Diſciplinis ſtupendi operis Speculam, & inimitabiles pæne URANIÆ DANICÆ machinas parat: adeò ut de hac pervigili ſummi Magiſtratus curâ, & patrii Apollinis atq; Atlantis tranqvillâ beatáq; ſede illud Maronis piô ſenſu uſurpare liceat: —— *ſedes ubi Fata qvietas Concedunt Muſis* ——

Huic Summo boni publici Jovi Statori ſuccollavit validè, dum vixit, beatiſſimus in Domino vir, Dn. CHRISTIANUS FRISIUS, *Cancellarius Regius*, qvi non tantùm Rempublicam vigili luſtravit oculô, ejúſq; indies commoda magnô ſtudiô promovit, ſed etiam inter principes curas ſtudium propagandarum literarum & artium Pietati deſtinatarum nunqvam non poſuit, juſſúq; Regiô docentium cathedras & diſcentium ſubſellia, atq; in iis gliſcentia juventutis ſtudia optatâ doćtrinarum ἐυταξία ornanda & firmanda duxit, certîs artium & artificum ordinatîs ac ſuppeditatîs adminiculîs atq; duraturis, Deô adjuvante, docendi & diſcendi methodîs.

Harum UNAM geminô publicatam *Librô*, publicis nunc oculis ac judiciis ſubjicimus, & noſtratis juventutis ſtudiis citiùs & certiùs perficiendis,

 auſpice

auſpice Chriſto, dicamus. Cujus inſtitutum ne neſcias, optime Lector, paucis à me ediſſertabitur pagellis. In hôc demandato ſcribendi atq; commentandi genere ita verſati ſumus, ut ex uno hoc, qvod concinnavimus, ſcriptô, *Tria diſtincta Syſtemata* confici poſſint, pro triplici diſcentium profectu, & ſi opus eſt, plura. complures enim ex ſcaturigine de facili manant rivi. *Primum* eſt, qvod majuſculâ Literarum Figurâ excuſum cernis, qvam typothetæ *Mediam antiqvam* & *mediam curſivam* vocant. Hoc ſeorſim impreſſum eſt anno 1636. & *Minoris* vel *medii* profectus adoleſcentibus deſtinatum. Qvô etiam nomine tunc edituri hoc Compendium, PRÆCEPTA MINORA inſcripſimus. & ſi loci, ludi publici aut privati, profectus vel ingeniorum ratio poſtulet, ex hiſce MINORIBUS porrò MINIMA PRÆCEPTA excerpi poſſunt. *Secundum* eſt, qvod non tantùm grandiore charactere, cujus jam facta eſt mentio, ſeorſim eſt excuſum Annô 1635. ſed etiam minore typô, qvem ſuô loqvendi more typographi *Ciceronem Antiqvum & Curſivum* vulgò appellitant. Qvod qvia continet neceſſarias, plenas, concinnas rerum Grammaticarum Inſtitutiones, reſectâ minimarum minutiarum curioſitate, ſuppletô omiſſarum Præceptionum & Exceptionum defectu, additâq; exemplorum luce, in ſuperioribus ſcholarum claſſibus locum merebitur, & majoris profectus diſcipulis proponetur. *Tertium* deniq; eſt hoc ipſum,

qvod

qvod modò tibi in manus damus, triplici diſtinctum charactere, cujus bina genera ſignavimus, & tertiam porrò minimô typô repræſentatum jam ſignamus, qvod operæ typographicæ *Garmont antiqvam & Curſivam* dictitant: & hæc minima litera in noſtro *Opere* non tantùm utramq;, qvod dicitur, paginam facit, ſed maximam pagellarum partem occupat. Hujus uſum oratione in pluſculas periodos diductâ ut exaggeremus vix operæ pretium ducimus, in primis cùm nobis ſuffecerit hujus interpretem & teſtem luculentum venerari calculum APPROBATIONIS ACADEMICÆ jam præmiſſæ, & ad eandem *Candidos Lectores* remittere. Dabis autem veniam, *mi Lector*, ſi nos gratitudinis memores nunc porrò paucis indicaverimus, qvibus & qvorum præcipuè adminiculis adjuti huic operi manum admoverimus, & de nonnullis ſeciùs fortè ac oporteret acceptis parcè monuerimus.

Principiò qvidem, licet doctorum virorum Grammaticos labores magnoperè veneremur, iisq; accuratioribus multa eorum, qvæ vides, grata mente in acceptis ferre obligemur: qvasvis tamen Grammaticas ambire tribus nec potuimus nec debuimus, inconſultô Romanæ curiæ Senatu, & non priùs auditis conſcriptis Lingvæ Latinæ patribus, *Cæſare*, *Cicerone*, *Terentiô*, *Virgiliô*, *Horatiô &c.* neq; enim in ferendis de Sermone Latino ſuffragiis priùs plebiſcita nupera & nova



Digitized by Google

barbari fori aut ſoli adire aut audire convenit, qvàm ipſa Senatusconſulta Romani tribunalis, ut antiqvitate ita autoritate veneranda. Romana roſtra ſunt conſcendenda, theatra ſubinde ſpectanda, juga Muſarum ſuperanda & volumina ſunt evolvenda, ſi certas & duraturas Lingvæ Latinæ leges rogare animus ſit. aliàs enim qvicqvid ſibi confiſa ſciſcit Grammatica plebes, eadem facilitate reſcinditur, qvâ ſciſcitur. Jamdudum oculati & ſagaces viri orbi patefecerunt credulam nonnullorum Scripturientium Literionum inertiam, qvi ſuapte ſponte ac Marte nihil aut parùm obſervantes, ipſóſq; fontes & ſedes Latinitatis claſſicis & emendatîs monumentîs contentæ intactas relinqventes, crambem putrium præceptionum non bis ſed centies ab aliis crudè coctam fervidè recoqvunt, gloriæ avidi, meâ opinione, ingloriæ. Mox cruda & cocta ſimul apponunt, & non tantùm juventuti pitiſſanti libanda & lambenda, ſed etiam ipſi literatò ſeculo omnia nunc preſſiùs ruminanti concoqvenda proponunt, ne qvidem veniam præfati. Laudem igitur merentur ſumma ingenia, de qvibus mox nominatim, qvæ magnoperè deſudarunt in monſtrandis cœcutientium ducum ac doctorum erratis, maturandis aut locô movendis crudis Grammatiſtarum præceptionibus, tornandis Generibus, exaſciandis Caſibus, dolandis Præteritis, ſubſtringendis laxis Exceptionibus, ornandis & ordinandis Regulîs, qvas

credula

credula & monocula conſcribillantium plebs, alii ſæpe ex aliis injuſſu ac ingratiis ſubleſtâ mercantur fide, ſine prævio delectu, ſolerti examine ac judicio, qvòd omnium rerum magiſter & cenſor uſus, genuina & caſtigata lectio monumentorum Latinorum, atq; ex iis velut floribus collectum ac conſtipatum obſervatarum vocum & locutionum ſincerû mel conformabit & confirmabit. Sed verò dolendum in primis, qvòd in tam denſo Grammaticorum agmine, paucos habeamus ſolidæ Grammaticæ Perfectores, paucos *Linacros*, *Saturnios*, *Scaligeros*, *Voſſios*, *Helvicos*, *Schmidios*, *Rhenios*, *Friſchlinos*, qvi acri ingeniô, ſolerti ſtudiô ac jugi labore has literas partim ex naturæ adytis veſtigatum, partim ſub veritatis incudem revocatum, & ab injuriâ temporum vindicatum, partim methodicè traditum, partim illuſtratum & confirmatum ivere ex laudatis fideq; dignis Lingvæ latinæ teſtibus, adeóq; ſuô qviſq, modô & ope ad ipſum perfectionis faſtigium perducere allaboravit. Qvorum tamen haut ultimus eſt ultimò qvi ſcripſit, GERARDUS VOSSIUS, liberale illud ac ſolidum pectus germanum, omnigenæq; eruditionis fœcundum, qvi ſubtilem & ſolertem LINACRUM Anglum, ſolidum ac conſtantem ALVARUM Hiſpanum, ingenioſum & diſertum SATURNIUM Gallum & FRISCHLINUM Germanum, ſuam tamen ſuô ævô meritòs laudem, ut teſtimoniorum Latinorum certitudine & copiâ, exemplariorum

fide,

Digitized by Google

fide, delectu ac criſi, ita erronearum Præceptionum ſolerti examine atq; lingvæ Græcanicæ adminiculari ope, aliqvot poſt ſe relinqvit paraſangîs. Et auſim dicere, qvòd iſti viro de *Analogia* commentanti omnes Grammaticæ cohortes ſua cogantur ſinuare vexilla. Cujus egregius labor his literis impenſus ſi paulò antè ad noſtras perveniſſet manus, plurimum adjumenti nobis attuliſſet in purgangô hoc Augiæ ſtabulô, atq; in confirmandis Latinorum autoritate dubiis *Generibus*, *Caſibus*, *Præteritis*, variisq; *Conſecutionis* modis, de qvibus in aliis Grammaticis altum ſæpe ſilentium, & in Lexicographis ne qvidem veſtigium, in qvo tutò vel digitum manus aut calami crenam figere nobis licuerat. Atq; ut illud velut in tranſitu addam: ne qvidem grande illud *Lexicon*, qvod *Robertus Stephanus* DICTIONARIUM vel *Theſaurum Lingvæ Latinæ* inſcripſit, atq; adjutus operâ doctorum hominum, qvos eô fine decem domi ſuæ aluerat, ex Latinis proſis & verſis ſcriptoribus velut ἐργοδιώκτης facilè princeps ac primus conſcripſit, aut ex eo compilatum centenarii pæne ponderis FORUM ROMANUM, injuſſúq; *Roberti* à *Cælio Curione* Baſileæ editum, aut deniq; ſimili aſtu ex eadem penu Stephanianâ depromptum PROMPTUARIUM itidem Baſileæ à *Theodoſio Trebellio* evulgatum, diligenti dubiarum vocum & locutionum, qvas tractat accuratus Grammaticus, inqviſitori ſatisfacere poteſt. Multa qvidem præſtitit

*Robertus*,

## AD LECTOREM.

*Robertus Stephanus*, Regius Pariſienſis Typographus, & nemo ante ante eum plura in eo ſtudiorum genere: omnia tamen non potuit, multa poſterorum diligentiæ inveſtiganda relinqvens.

Nam in tam glomeratâ citationum mole, qvâ tumet ejus Opus, non tantùm voces non paucas earúmq; veras rationes ſæpe deſideraveris, ſed etiam caſtigatæ Lectionis fidem. Licet verò nonnulla loca mendis ſcatentia correxerit in Ultima Theſauri Lingvæ Latinæ Editione etiam vocibus auctiore: tamen nec *omnia* errata ſuſtulit, nec *omnium autorum*. Non *omnium autorum*, qvia ipſe fatetur tantùm loca ex *Cicerone*, *Catone*, *Varrone*, *Livio*, *&* *Columella* exemplariorum vitiô corrupta ſe correxiſſe in hac Editione, cùm nactus eſſet codices meliores, nec non opera & criſi *Joan. Theodorici Bellovaci* adjutus fuiſſet. Pluſculorum verò adhuc erratorum feracia fuerunt teſtimonia citata ex *Cæſare*, *Saluſtio*, *Curtio*, *Celſo*, *Tacito*, *Qvintiliano*, *Seneca*, *Svetonio*, *Val. Maximô*, *Plauto*, *Terentio*, *Virgilio*, *Perſio*, *Juvenali*, *Martiali*, *Horatio*, *Ovidio*, *Catullo*, *Tibullô*, *Propertio*, *Lucano*, *Lucretio*, *Claudiano*, *Silio Italico*, *Statio &c*, qvæ ipſe intacta reliqvit. Non *omnia menda* emendavit, qvia *Marius Nizolius*, poſt eum in Venetana Editione anni 1551. elegantiſſimô typô excuſa, Latinîs vocibus & Græcorum vocabulorum acceſſione locupletatâ, à *Stephano* relictam erratorum pæne ſegetem falce critica demetere

alla-

allaboravit. Qvæ Editio licet prioribus palmam præripiat, & ſuam jure laudem mereatur, omne tamen haut ubiq; tulit punctum aut niveum perfectionis calculum.

Etenim complura ſuperfuiſſe limæ ac lucernæ indiga, evidenti eſt indicio, qvòd *Philippus Thingius Florentinus* Lugdunenſis Bibliopola, cum Privilegio Cæſ. Maj. & Regis Galliarum 1553 Lugduni non tantùm emendatiùs ediderit *Rob. Steph.* Dictionarium, illúdq; *Theſaurum Lingvæ Latinæ* inſcripſerit, ſed etiam non contemnendâ vocum, in primis verò Nominum Propriorum acceſſione adauxerit, contraria ex ſcriptis Ciceronis addiderit, Vocabularium ex toto Opere collegerit & ad calcem adjecerit, nec non animadverſionibus *Turnebi, Lambini*, aliorúmq; Philologorum emendationibus ad partes vocatis opus expoliverit & exornaverit: qvod *Ludovicus Lucius* annô 1613. tandem redegit in compendium, & *Theſaurum* ſive *Ærarium Lingvæ Latinæ* inſcripſit. Neq; heic ultimus perfectionis limes. qvippe cùm non pauca in hac *Thingî* Editione, licet locupletatâ & emendatâ non modò deſint, ſed & interpolanda, emaculanda & incorruptîs Latinorum teſtimoniis comprobanda reſtent, eóq; plurima adhuc ſupereſſent in Latinis monumentis, digna qvæ in hoc vaſtum Latinarum vocum & locutionum horreum ab induſtrio & oculatô aliqvo Latinitatis Oeconomo convectentur, ut ſua tandem Lingvæ Lati-

nas,

næ, qvæ non amplius Lingvis ſed literis cuſtoditur, è literarum relictarum theſauris reſtituatur perfectio. Opus ſanè omnium Literatorum votis expetendum. Cui perficiundo deſervierint mutuæ operæ ab aliis jamdudum ſigillatim traditæ & in lucem editæ, nimirum: *Supplementum Lingvæ Latinæ à Roberto Conſtantino* Lugduni 1573 collectum & publici juris factum, *Lexicon Matthiæ Martinii Philologicum Bremæ* ſcriptum & typis exſcriptum 1623. *Bernardini Baldi Urbinatis Commentarius de Verborum Vitruvianorum ſignificatione* excuſus Auguſtæ Vindelicorum 1612. *Baſilii Zanchii Epitome* Baſileæ edita, *Calvini* Lexicon Jurid. *&c.* habitâ tamen vetuſtatis & novitatis nimiæ ratione & prudenti delectu. Vetera enim & nova ſuô qvæq; ſignô & aſteriſcô eſſent notanda, aut ſeorſim certę claſſi deſtinanda, ne imprudentes harum rerum iis abuterentur. Sed verò, ſi vel maximè hæc omnia variorum ingeniorum & temporum monumenta Latina unô vaſtô & perfectô Opere concluſa cernerentur, vix tamen accurato Grammatico ſufficerent. Teſtamur eos, qvi experti ſunt. Exhibent qvidem grandes Catalogos vocum uſitatarũ, abſtruſarum, antiqvarum, novarum, ſacrarum, profanarum, eáſq; explicant: ſed ambiguos *Caſus*, incerta *Genera*, dubia *Præterita*, *Conſtructiones & Locutiones* autoritatis indigas, aliáſq; Grammaticorum cruces utplurimùm non attingunt. Heic viris opus eſt, noviſq; *Robertis*, *Voſſiis*, *Buchneris*,

*neris, Scioppius*. Heic curâ, induſtriâ, oculatâ fide, ultima manu, limâ & lucernâ opus erit Theſaurario Romani ſermonis, ſi aliàs velit ut dignum ſuo theſauro Lingvæ Latinæ conſtare debeat precium, virtus & perfectio, & ſperata præceptis exqviſiti Grammatici certitudo. Nova tamen optatæ perfectionis ſpes Latinis Muſis affulget partim ex promiſſis *Gerardi Voſſii Originibus* longè deſideratiſſimis, partim ex *Laurentii Pignorii Originibus Latinobarbaris*, partim ex *Commentariis Lingvæ Latinæ* optatiſſimis, qvos *Paſcaſius Groſippus*, id eſt, *Gaſparus Scioppius* in Grammatica ſuâ Philoſophica Mediolani edita, & qvidem ſub finem Præfationis, jam inde uſq; ab anno 1628. pæne abſolutos literato orbi promiſit, partim ex CL^mi^ viri, *Auguſti Buchneri* elucubrationibus, politioris Literaturæ deſideratis ornamentis, & Latinæ Lingvæ ſolidis adminiculis, partim deniq; ex *Johannis Baptiſtæ Donii Florentini Hermathenâ* in viginti Libros diſtributa, opere duodecim abhinc annis abſolutô. Parùm abfuit, qvin dememiniſſem Nobiliſſimi & doctiſſimi *Spelmanni Archæologia*, nec non *Antiqvarii* à doctiſſimo & celeberrimo viro, D. D. *Jano Laurenbergio*, patriæ Academiæ Soranæ inſigni lumine, annis abhinc viginti in exteris laudabili inſtitutô & maximô ſtudiô conſcripti, commendati à *De la Cerda Hiſpanô*, & inſciô autore à *Joan. Anard* Lugdunenſi Bibliopola editi Lugduni 1622. Incredibile enim

dictu

dictu eſt, qvantum adjumenti afferre poſſit nobile hoc Archæologias par ad locupletandos Lingvæ Latinæ theſauros, & in uno Latinitatis theatro collocandam venerabilem antiqvitatem. Hos Antiqvitatis Promos Condos nominare, & hæc perficiundæ Latinitatis momenta & monumenta indigitare viſum fuit, ut exploratiùs innoteſceret, qvàm varia, qvàm certa & ſolida fundamenta accuratus Grammaticus deſideret, qvàm oculatos & perſpicaces viæ ſatis inviæ duces ſibi præoptet, qvos ſeqvatur Romam iturus, Romanô loqvuturus ore, ſtilóve ſcripturus. Qvos qvia ſæpiùs qværit qvàm invenit, ipſius erit tantiſper obſervare & Latinorum monumenta diurnâ nocturnáq; manu verſare, donec aliqva certior Latinitatis cynoſura affulſerit, niſi velit errare cum credula & devia multitudine. Qvod ſi verò in noſtris *Commentationibus* libri primi pauca Lexicographorum veſtigia videris: ſcias nos ſic illuſtri alicui Operis dignitati aut noſtro honori haud velificatos eſſe, ſed aſcriptîs planîs nonnullarum vocûm explicationibus, partim pauperum ingeniorum neceſſitati conſuluiſſe, qvorum ſumptus tenuiores oſtiatim ſæpe corrogandi grandiora Lexicographorum volumina non ferunt, partim docentium facilem & expeditum uſum ſpectâſſe, qvippe qvi hîs adjuti adminiculis parabilibus, qvando in ipſis Præceptis eorúmve vocibus uſu minùs crebris explicandis occupantur, non neceſ-

ſè habent vel Commentariorum mole onerate diſcipulos, vel qvovis momentô, ſicubi vox difficilior occurrerit, Calepino ſupplicare. Noli itaq; nos talia interſerentes, veniâ interim Methodicorum, importuniùs accuſare violatæ legis Rameæ ſuum cuiq; tribuentis; qvippe cùm ipſi facilè noverimus diſtingvere inter paucarum vocum explicationes & grandes Lexicographorum moles. Neq; circa has pauperum lacinias aut cunas vocum manibus informatorum motandas diu ſubſiſtendum putavimus, qvin potiùs in id ſedulò incubuimus in concinnandis Obſervationibus noſtri Operis, præſertim Syntacticis, in Elegantiis atq; Anomaliis cujusqve ferè Regulæ conſtructioni ſubjectis, ut ad exemplum *Linacri*, *Alvari*, *Voſſii*, gliſcentia ſinceræ Grammaticæ ſtudia reſtitueremus, juventuti patriæ ad lectionem ipſorum Latinorum monumentorum calcar adderemus, atq; pedetentim qvaſi aliud agentes in ipſa Philologiæ ſacræ ac profanæ, Græcanicæ, Ebraicæ, & in primis Latinæ animas Pietati & Muſis conſecratas ductaremus. Qvâ occaſione & inſtitutô, ſi *Obſervationes* ſive *Commentationes noſtras*, veniâ Philologorum, & ſalvô Philologiæ jure, PHILOLOGICAS appellaverimus: expertura eſt nobilis illa Domina PHILOLOGIA ancillantes noſtras Operas & viles Literas ſuæ dignitatis tantò obſervantiores & Humanitatis ſtudioſiores fuiſſe, qvantò plùs illæ cum opere creſcente

accre-

decreverint & ad metã properaverint. Neq; enim dominatũ,ſed miniſtratũ veniunt. In Humaniorum Muſarum conventu πρωτοκλισίαν non affectant, paratæ ad januam ſedere, ad remos, non ad gubernaculum. Monarchiam artium criticam, ſcientiarum Encyclopædiam illis permittunt gubernandam, qvi eam promittunt. Tribunal Lingvarum catholicum non ambiunt, infimis ſubſelliis contentæ & limine. Qvòd ſi igitur has humilis & dejecti vultus miniſtras ad nutus & minima obſeqvia PHILOLOGIÆ promptas & paratas, favorem aliqvem nobiliſſimorum *Philologorum* meruiſſe cognoverimus: conabimur efficere, Deô juvante, ut, ſi qvando iterùm in publicum ſint prodituræ, erectiore vultu, cultiore veſtitu & humaniore habitu compareant, ne vili aut deſpicata ſuâ præſentiâ glorioſum Humanitatis conſeſſum inglorium reddant. Sin verò aliqvis extiterit λογομάχος πολυπράγμων, qvi faſtidioſô ſupercilio nullum planè heic locum, & ne vel infimum gradum in contuberniô politiorum Muſarum *Obſervatrici noſtræ* PHILOLOGIÆ conceſſerit: eum monitum volumus, priùs univerſum *Opus*, & qvidem cum novô *Auctariô* legere, *Approbationis Academicæ* momenta & *exqviſita Grammatica* bona expendere ne grave ducat, *qvàm titulo tentet nigrum præfigere Thetâ.* Verum enim verò ſiqva heic utilia atq; Reip. literariæ commodo promovendo deſervientia animadverteris: ea initiò



Digitized by Google

divinæ gratiæ feres accepta, dein togatis puræ Latinitatis Secretariis Romanis, qvi Latinas Literas atq; voces cum lacte nutricis velut lallando ſuxerunt, & ſtante ac florente Repub. parta hæc ſub papillis maternis Lingvæ Latinæ crepundia immane qvantum deinceps excolenda & ornanda ſuſceperunt. Porrò aſcribes noſtræ ætatis ſummis *Philologis* & *Grammaticis* accuratioribus, qvi qvamvis Romanas Literas in teneris natantes lingvis haut repererint, ſed in Libris ſive potiùs Librorum lacunis velut ſuis cunis deliteſcentes miſerati ſunt: nullis tamen vigiliis, ſumptibus ac laboribus pepercerunt, ut obviîs velut ulnîs exanimes & ſemimortuas Muſas amplexarentur, & laciniîs ac lacunîs Fragmentorum exemptas, duraturis preſſarum Literarum monumentis bellè involutas, conſervatas & exornatas in perpetuam ſecuturæ poſteritatis memoriam venerarentur. Cujus beneficii memoriam etiam nobis, qvi ejus uſum fructum percepimus, gratô animô publicóq; præconiô celebrare fas & æqvum fuerit. *Ad extremum*, qvod tamen primô locô nominandum fuiſſet, *admodùm Reverendorum*, *Excellentiſſimorum & Clariſſimorum Dn. Collegarum* pronos & præclaros promovendi hujus *Operis* conatus & ſtudia taciti præterire non debemus, qvi partim Conſiliorum, partim Librorum auxiliatrice porrectâ manu *huic Gemello fætui* obſtetricati ſunt. Qvod ſi verò qvidpiam occurrat Tibi, *Benivole Lector*, minùs

perfe-

perfectum ingeniô aut elaboratum induſtria: ne qvæſo mox creperas & ſine fine & modô reciprocari ſolitas Grammaticarum litium ſerras imprudentiùs aut inhumaniùs arripias, ſed agnoſcas mecum, ut homo, humanam imbecillitatem, eidémq; facilis ignoſcas, noſtrúmq; defectum nova tuæmet diligentiæ acceſſione locupletatum eas ſine bile, dente, & murmure, ut veritati ita caritati noxiô. id qvod nosmetipſos, Deô volènte, *in proximâ Editione*, præſertim Lib. 1. ſedulò elaboraturos ſpondemus, ſi Deus vitam & vires benignè indulſerit, & hoc πρόπλασμα non omninò ingratum Bonis fuiſſe cognoverimus. Sic utrinq; res Literara pacificè juvatur, prima ætas magis magísq; ſine errore informatur, & Deus ἐν πνεύματι πρᾳότητος honoratur. Cui Te, optime Lector, ex animo commendamus.

HAUNIÆ 1. Septemb. 1640.

*THOMAS BANGIUS.*

*In*

# COMMENTATIONES PHILOLOGICAS operâ & ſtudiô

*Clariſſimi Viri & Collegæ cariſſimi,*

## Dn. M. THOMÆ BANGII

Sanctæ Lingvæ in Regia Haunienſi Academia Profeſſoris Ordinarii, feliciter adornatas ad illuſtrandam Grammaticam Dionyſianam.

*Mens generi noſtro, procul inſtrutabile donum,*
*Qvam Deus æternus primitùs indiderat.*
*Huic ratio ſubſtat, per qvam diſtamus ab illis,*
*Qvæ reptant, terram pronáq; conſpiciunt.*
*Si tamen in fluidam Ratio penetrare loqvelam*
*Neſciret, tacita commoda nulla forent.*
*Qvin ſi qvando ſonum lingva monſtraret egeſtas,*
*Inſvavis fieret cuncta loqvela tibi.*
*Ergo Deo Mentem tantis ornare miniſtris*
*Hanc placuit, ratio maxima ſermo foret.*
*Poſt Phœbum, Lingvis præſunt Hermésq;, Venúsq;,*
*Verbis ille ſuis, floribus illa ſuis.*
*Omnia Mercurio ſimilis, cui Litera curæ,*
*Grammata dum fingit, Verbáq; Syllabica.*
*Dum voces vertit, componit, dum regit aptè,*
*Ut compto puros promat ab ore Sonos.*

*Caſta-*

*Caſtalides Muſæ, qvibus hanc ab origine cura*
*Artibus ut clavem conſtituatis, erit.*
*Veſtri præ multis* BANGI *memorate labores,*
*Ecce opus hoc, in qvo* DICTIO NULLA *deeſt.*
*Adde tuos ſaltem conatus prima juventus,*
*Ne excidat* ULLA *Libri* DICTIO *mente tibi.*
*Omnigenâ Clariæ ſerie comitata cohortis*
*Sic paſſim intrabis protenus in Latium.*

CHRISTIANUS SEVERINI F.
Longomontanus Academiæ p. t. Rector.

---

In Elegantias Lingvæ Latinæ
*Viri Clariſsimi Dn. M. Thomæ Bangii*
*Sanctæ Lingvæ in Academia Hafnienſi*
*Profeſſoris Publici, Collegæ*
*Amiciſſimi.*

BANGI Daniaci decus Lycei
Hebræâ, Latiâ, potênſq; Grajâ
Sermonis venere, & lepore docto:
Jucundo ſatis, at laborioſo
Qvid conamine volvis & revolvis
Plautos, Pacuvióſq; Tullióſq;,

Omnes

Omnes Grammaticos ſeveriores,
Totos dans tetricæ dies Minervæ?
Ohe jam ſatis eſt datum libellis,
Gradum ſiſte precor, tuáſq; tandem.
Dolatas ſatis & ſatis politas
Notas exhibeto Elegantiarum
Spectandas melioribus Magiſtris.
Laudabunt genium, ſcio, diſertum,
Curas & vigiles. Tibi negatum
E Grajis nihil eſt, nihil Latinis
Hyblam qvod ſapit, Atticosq; flores.
Claros Grammaticos locabit inter
Tantus Te labor. Elegantiori
Cum ſit clarior, elegantiórq;.

*OLAUS WORM D.*
*Med. Prof. P.*

---

Super
*Clariſſimi Viri*
THOMÆ BANGII PROF.
Regii in Acad. Haunienſi
*OBSERVATIONES PHILOLOGICAS*
ad
*Grammaticam Latinam*
JOANNIS JERSINI D. EPI-
ſcopi Ripenſis &c.

D*Ulcis juventus, ſpes ruentis ætatis*

*Innixa*

Digitized by Google

*Innixa qva ſe noſtra ſuſtinent vota,*
*Et qvicqvid olim poſteri ſibi ſpondent*
*Sapientiæ elegantis, ac venuſtatum,*
*Qvas Graia Muſa, qvas Latina promittit,*
*Huc ocyus fac concitò advoles paſſu,*
*Si diſcere ardes elegantiæ priſcæ,*
*Et Romuli leporis Atticam legem,*
*Qvâ Tulliana flumen aureum Suada*
*Decurrit undans; qvâ facetias molles*
*Terentiani ſuave temperant ſocci;*
*Huc advola, inqvam, concito celer paſſu,*
*Et, qvem eruditi cura pervigil BANGI*
*Doctum, politum, gemmeum tibi librum*
*Raro edolavit diligentiæ exemplo,*
*Manu diurnâ volve, volve nocturnâ.*
*Nec expedita, certa nec magis norma.*
*Speranda temere eſt. ergò, dum ſinit tempus,*
*Decerpe poma, qvodq; ſe ad manum præ-(bet,*
*Differre noli craſtinam pigra in lucem.*
*Non ſemper eſt auctumnus, annus aut dives.*

AUGUSTUS BUCHNERUS
Eloqventiæ & Poet. Prof. P.
in Academia Wittenber-
genſi.



Digitized by Google

# Grata Autorum citatorum aut illuſtratorum memoria.

A Ben Eſra
Abrahamus Scultetus
Achilles Statius
Acidalius
Adamus Theodorus
Ælianus
Æmylius Macer
Aggenus Urbicus
Agrœtius
Albericus Gentilis
Alcimus Avitus
Alcuinus Albinus
Aldus Manutius
Alexander Gram. Technicus
Alexander ab Alexandro
Alphonſus Salmeron
Alvarus
Ambianus Sylvius
Ambroſius
Ammianus Marcellinus
Ammonius
Andreas Alciatus
Andreas Alemannus
Andreas Eudæmon-Johan.
Andreas Schottus
Angelius Bargæus
Angelus Caninius
Angelus Decembrius
Angelus Politianus
Antonius Auguſtinus
Antonius Bonciarius
Antonius Delrio
Antonius Martinus
Antonius Majoragius
Antonius Muretus
Antonius Raudenſis
Antonius Saulius
Antonius Schorus
Apollonius Rhodius
Apuleius
Arator
Arias Montanus
Ariſtoteles
Ariſtophanes
Arnobius
Arrianus
Artemidorus Rivius
Aruſianus Meſſus
Aſcenſius
Aſcenſius Pædianus
Athenæus
Auguſtinus
Auguſtinus Saturnius
Auguſtinus Steuchus
Auguſtus Buchnerus
Auratus
Aurelius
Auſonius
Auſonius Popma

B.

Baptiſta Egnatius
Baptiſta Pius
Barlandus
Baronius
Barthius

Bartho-

Bartholomeus Barrientus
Bartholomæus Maranta
Bechererus
Beda
Bembus Cardinalis
Benedictus Prætorius
Benzius Bruxellenſis
Berſmannus
Bertramus
Beza
Bilſtenius
Blondus
Bodinus
Boëtius
Bolzanius
Bondus
Briſſonius
Brodæus
Budæus
Buxtorfius

C.

Cæcilius Pomponius
Cæſar
Cæſar Baronius
Calcagninus
Calderinus
Calepinus
Calliſtratus
Camerarius
Caper
Cardanus
Carolus Langius
Carolus Sigonius
Carolus Stephanus
Caſaubonus
Caſparus Brochmand
Caſparus Finkius
Caſſiodorus
Caſtalio
Cato
Catullus
Cedrenus
Celſus
Chariſius
Chiffletius
Chriſtianus *Becmanus*
Chriſtophorus Colerus
Chriſtophorus Heidmanus
Chriſtoph. Ulader. duciſſilv.
Chryſolytus
Cicero
Claudianus
Claudius Salmaſius
Claudius Verderius
Cledonius
Cœlius Rhodiginus
Colvius
Columella
Connanus
Conradus Aslacus D.
Conſentius
Conſtantinus Cajetanus
Cornelius Crocus
Cornelius Fronto
Cornelius Nepos
Cornelius Valerius Ultraj
Cornutus
Corteſius
Cragius
Criſpinus
Cruqvius



Digitized by Google

Cruſellius
Cruſius
Cujacius
Curiatius
Curius Paſius Lancilotus
Curtius
Cyprianus Svarez
Cyrillus

D.

Dabercuſius
Daillefot
Dalecampius
Daniel Heinſius
Darius Bernardus
Delrius
Demetrius
Demoſthenes
Deſpauterius
Deucerus
Diarium Nauticum Belgar.
Diomedes
Dionyſius Halicarnaſſeus
Dioſcorides
Doletus
Donatus
Douſa
Druſius
Durantius Caſſelius
Durrerus

E.

Eilhardus Lubinus
Elias Levita
Elias Putſchius
Emundus Campianus
Emundus Richerius
Ennius
Eraſmus Roterodamus
Eraſmus Schmidius
Erycius Puteanus
Euripides
Euſebius
Euſtathius

F.

Fabricius
Faërnus
Favorinus
Fed.Morellus
Ferdinandus Nonius Pintian.
Feſtus
Flavius Caper
Florus
Foqvelinus
Franciſcus Donatus
Franciſcus Hottomannus
Franciſcus Junius
Franciſcus Modius
Franciſcus Nanſius
Franciſcus Pharaonius
Franciſcus Ribera
Franciſcus Sanctius
Fridericus Sylburgius
Friſchlinus
Frobœnius
Fuchſius.
Fullerus.
Fulvius Urſinus.

G.

Gagnejus
Galenus
Gaſpar Scioppius
Gellius
Geneſius Sepulveda Cordu.

Georgi-

Digitized by Google

Georgius Agricola
Georgius Crucigerus
Georgius Erhardi
Georgius Fabricius
Georgius Paſor
Gerardus Joannes Voſſius
Gifanius
Glareanus
Glaſſius
Gloſſarium
Goclenius
Godeſcalcus Stevvechius
Goropius Becanus
Gorrhæus
Gregorius Giraldus
Gruterus
Gualtherius Chabotius
Guido Fabricius
Guilielmus Canterus
Guilielmus Stukius

H.

Hadrianus Perier
Hadrianus Cardinalis
Hadrianus Junius
Haimisfeldus
Haloander
Harpocration
Helvicus
Henrichmannus
Henricus Stephanus
Herminius le Cames
Hermogenes
Hermolaus Barbarus
Herodianus
Heſychius
Hieronymus Magius
Hieronymus Mercurialis
Hieronymus Stridonenſis
Hippocrates
Holofernes Krigſœderus
Homerus
Horatius

I.

Jabolenus
Jacobus à Foſſa
Jacobus Bonomenſis
Jacobus Capellus
Jacobus Matthiæ Arhuſius
Jacobus Matth. Th. Prof.
Jacobus Pontanus
Jacobus Revardus
Jamblicus Chalcidenſis
Janus Gebhardus
Janus Guilielmus
Janus Mellerus Palmerius
Janus Parrhaſius
Joachimus Vagetius
Joannes Benartius
Joannes Britannicus
Joannes Buſæus
Joannes Caſtalio
Joannes Dallæus
Joannes Dionyſ. Epiſc. Rip. D.
Joannes Gerſon Abbas
Joannes Levinejus
Joannes Perpinianus
Joannes Picus Mirandulanus
Joannes Scopa Patenopæus
Joannes Seldenus
Joannes Sturmius

Joannes Verneretus
Johannes Buxtorfius
Johannes Hartungus
Johannes Kirchmannus
Johannes Lud. de la Cerda
Johannes Meurſius
Johannes Michael Dilherrus
Johannes Starchius
Joſephus
Joſephus Caſtalio
Joſephus Scaliger
Jovianus Pontanus
Iſaacius Gangræus
Iſaacus Pontanus
Iſidorus
Iſocrates
Julius Cæſar Bulengerus
Julius Cæſar Scaliger
Julius Pogianus
Julius Pollux
Julius Moderatus
Iunius
Iuretus
Iuſtinianus
Iuſtus Lipſius
Iuſtus Rycqvius
Iuvenalis

K.

Kirchmannus
Kirſtenius

L.

Laberius
Lactantius
Laertius
Lambinus
Landſidelius
Laurentius Medices
Laurentius Pignorius
Laurentius Valla
Leo Africanus
Levinus Torrentius
Libertus Fromondus
Lindebrogius
Lipſius
Lithocomus
Livius
Livius Andronicus
Lucanus
Lucas Fruterius
Lucas Loſſius
Lucianus
Lucilius
Lucius Scoppa
Lucretius
Ludovicus Carrion
Ludovicus Creſſelius
Ludovicus de Dieu
Ludovicus Strebæus
Ludovicus Vives
Lutatius
Lutherus
Lyranus

M.

Macrobius
Mancinellus
Manutius
Marcellinus
Marcianus
Mariangelus Accurſius
Marianus Benedict. à S. Vito
Marius Corradus
Marius Mattius Brixianus

Marius

Digitized by Google

Marius Nizolius
Marius Victorinus
Martialis
Marſilius Ficinus
Martianus Capella
Martinus Chemnitius
Matthæus Lunenſis
Matthias Martinius
Matthiolus
Maximilianus Sandæus
Melanchthon
Mercerus
Michaël Meiſnerus
Michaël Toxites Rhætus
Mimus Publianus
Mindanus
Minutius Felix
R. Moſche Kimhi
Moſellanus
Muſambertus

N.

Nannius
Naſcimbænius
Nebriſſenſis
Nicander
Nicolaus Cauſinus
Nicolaus Erythræus
Nonius Marcellus

O.

Olaus VVormius D.
Omphalius
Orlandus Peſchettius
Otto Gualtperius
Ovidius

P.

Pacuvius
Palæmon
Palladius
Palladius Fuſcus
Palmerius
Papias
Papinianus
Papinius
Papyrius Grammaticus
Paræus
Parrhaſius
Parthenius
Paſſeratius
Paulinus
Paulus Leopardus
Paulus Manutius
Paulus Merula
Pauſanias
Perottus
Perottus Pontifex Sipontin
Perronius Cardinalis
Perſius
Petronius
Petrus Bembus
Petrus Bleſenſis
Petrus Danielis
Petrus Nigidius
Petrus Pithœus
Petrus Scriverius
Petrus Silvius Aloſtanus
Petrus Victorius
Philelphus
Philippus Beroaldus
Philippus Melanchthon

Philippus Rubenius
Phocas
Photius
Pierius Valerianus
Pindari Scholiaſtes
Pindarus
Piſcator
Plato
Plautus
Plinius
Plinius junior
Plutarchus
Polydorus Virgilius
Pomponius Lætus
Pontarlianus
Popma
Poſſelius
Pratæus
Priſcianus
Probus
Propertius
Ptolomæus

Q.

Qvadrigarius
Qvintilianus

R.

Rabirius
Raderus
Ramireſius
Ramus
Raphäel Regius
Raphelengius
Reinhartus Robbigius
Rhenius
Rhodiginus
Richardus Montacutius
Richardus Vitus
Ritterhuſius
Rivius Artemidorus
Roberſtonus
Robertus Stephanus
Robertus Titius
Robortellus
Rochus Peruſinus
Rodolphus Agricola
Romulus Amaſæus
Roſinus
Roſvveidus
Ruffinus

S.

Sabellicus
Sabinus
Saluſtius
Sambucus
Samuel Petitus
Scaurus
Schindlerus
Scholiaſtes Ariſtophanis.
Scipio Gentilis.
Seneca Trag.
Sergius
Sev. Sulpitius
Servius in Donatum
Sidonius Apollinaris
Silius
Simeon Boſius
Simeon de Muis
Solinus
Sophocles
Spangebergius
Spigelius

Statius

Digitized by Google

Statius
Stephanus Doletus
Stephanus Plazon
Stephanus Stephanius
Stevinus
Strabo
Svetonius Tranqvillus
Svidas
Sulpitius Verulanus
Suſenbrotus
Symmachus
Syrus interpres.

T.

Tacitus
Talæus
Tarnovius
Taubmannus
Terentius
Terentius Scaurus
Tertulianus
Targum
Theocritus
Theodorus Bibliander
Theodorus Gaza
Theodorus Marcilius
Theophraſtes
Thomas à Kempis
Thomas Dempſterus
Thomas Linacer
Tibullus
Tinca Placentinus
Tiraqvellus
Titus Livius
Titus Popma
Tornæſius
Torrentius
Trebatius
Tuchydides
Turnebus
Turſellinus.

V.

Ubertus Folieta
Valens Pimponcius
Valentinus Curio
Valentinus Erythræus
Valerius Maximus
Valerius Ultrajectinus
Varro
Ubaldinus Bandinellus
Vechnerus Aurimontanus
Velius Longus
Veltkirchius
Verepæus
Veromanduus
Verrius Flaccus
Victorinus
Vinetus
Virgilius Carpenſis
Virgilius Maro
Vitruvius
Ulpianus
Vovverius
VVeitzius.

X.

Xenophon

Z.

Zvverius *Boxhornius*.



Digitized by Google

## CORRIGENDA LIBRO PRIMO.

*Primus numerus* paginam, *ſecundus* lineam, C. Corrige *notat*.

*P. 4. l. 27. Qvadratas. c.* Capitales. 39. *15. Sinæreſin. c.* Syncreſin. *44. 30. Synapi. c.* Sinapi. 67. *11. Qviens c.* Iens. *70. 11. Videret c.* rideret. *94. 21. Erynniſi c.* Erinniſi. *145. 7. Indeclinabile.* Tetraptoton. *187. 10. Gignitus. c.* genitus. *191. 18. Fœno c.* fano. *196. 197. 200. DE COMPARATIONE c.* DE INDECLINABILIBUS. *203. 12. Barbaro. c.* iſto *19. Monachis. c.* Idiotis. *22. Tumultuario opere c.* tumultuarium opus. *230. 28. Sericea. c.* Serica. *234 14. Siſeris c.* ſiſeres. *34. poſt* vel *adde*, ferreas. *252. pen. Hirſutius c.* Hirſutus. *262. 28. Dapes. c.* Daps. *269. 29. Pluralia. c.* Singularia. *288. lin. 7. lege poſt vocem Feſti*, non. *294. 19. 20. dele*, Jam deniq; uvarum. *300. 32. Legunt. c.* legit. *375. 29.* χαλκηεις *c.* χαλκήεις. *413. 9. Sannia c.* Sannio. *463. 15. 16. Lucius. Caſar: Certè, qva. c.* Lucius Cæſar: Certæq;. *507. 15. Vi, Vò, Vum, c.* DI, DO, DUM. *532. 30. Venuddatum c.* venundatum. *532. 32. Vò. c Do. 571. 20. argumentum. c.* augmentum. *643. 28. Populo Romano. c.* populum Romanum. *656. 2. Vocat. c. Vacat. 18. Tuta. c.* Trita. *670. 26. 27. 28. 29. 30. 31. Verba illa, qva agunt de Participiis præſentibus in Nomina migrantibus ob Comparationem, ſunt inducenda. 751. 2. 3. Grammaticarum. c.* Etymologicarum. *Hac conſpectiora, ſi qva porrò offenderis, cogita etiam in ſole nunc notari maculas, & connive.*

Digitized by Google

FAB.

# QVINTILIANUS

## INSTIT. ORATORAR.

Libro I. C. IV.

*Non ſunt ferendi, qvi hanc artem* (Grammaticam) *ut tenuem ac jejunam cavillantur, qvæ niſi Oratori futuro fundamenta fideliter jecerit, qvicqvid ſuperſtruxeris corruet. Neceſſaria Pueris, jucunda Senibus, dulcis Secretorum comes: & qvæ vel ſola omni ſtudiorum genere plus habet operis, qvàm oſtẽtationis.*

CICERO *pro Archia.*

*Cùm ad naturam eximiam & illuſtrem acceſſerit ratio qvædam confirmatióq; doſtrinæ, aliqvid præclarum ac ſingulare ſolet exiſtere.*



Digitized by Google

# LIBER.

*AD.*

# DOCENTES.

SALVETE.

***ME. UTIMINI. RECTE. ET. NE. ABUTAMINI.***

VIDETE. SEMPER.

## QVID. QVANTUM. QVALE. QVOMODO. QVANDO. CUIQVE. LUDO. LOCO. INGENIO. ÆTATI. DOMI. FORISVE. RECTE. CONVENIAT.

AD.

***DISCENTES.***

## UNO. OPUS. EST.

***NON. TAM. MULTA. SED. QVAM. MULTUM. NON. TAM. CITO. SED. QVAM. BENE. SINGULA.***

***DEO. DUCE. LABORE. COMITE.***

VALETE.



Digitized by Google

# GRAMMATICA LATINA.

GRAMMATICA *a* eſt certa loquendi & ſcribendi ratio, *b* [*ut te loquentem ſcribentémq; alij & tu alios intelligas. c*]

*a* Grammatica ἀπὸ τῶν γραμμάτων dicitur, quia circa *literas* (ex quibus dictiones orationem conficientes) olim inprimis fuit occupata. Voſſius notat, nomen Grammatices propriè convenire Orthographiæ, Synecdochicè verò toti arti. Et addit rationem, quòd cùm olim lingua Latina & Græca vernaculæ forent, Grammatices tirones tantùm diſcerent legendi & ſcribendi ſcientiam. *b* Totam loquendi & ſcribendi rationem Veteres generali *Methodices* nomine expreſſerunt: quòd hæc præcepta tradat & infantiam erudiat. Proinde Diomedi ῥεισικὴ dicitur pag. Gram. 84: alijs θεωρητικὴ. Fabius autem lib. 1. c. 4. & 14. ad Grammaticam etiam refert Poëtarum enarrationem, quam Græcô nomine ἱστορικὴν vocat; Diomedes ἐξηγητικὴν; alij πρακτικὴν. De Latiore hâc Grammatices ſignificatione & uſu præclarè Cicero loquitur lib. 1. de Oratore: In Grammaticis Poëtarum pertractatio, hiſtoriarum cognitio, verborũ interpretatio, pronunciandi quidam ſonus. Geminum hoc Gramatices munus, de quo modò dictum eſt, nonnulli expendentes, duplicem Grammaticam conſtituunt: *Methodicam & Hiſtoricam.* *c* Goclenius hanc Grammaticæ definitionem impugnat. quem vide, ſi lubet, in Probl. Gram. p. 1. Verùm Rhenius Paralip. Gramm. p. 1. & 2. eam defendit. Porrò ſub initium Grammatices non abs re erit aliquid monuiſſe de primo artis Grammaticæ *Inventore.* De eo autem ita diſſerit Friſchl. in Paralip. Gramm. p. 268: Grammaticæ

primus inventor, inquit, apud Græcos traditur *Prometheus*: apud Romanos *Crates* quidam *Mallotes*, miſſus ad Senatum ab Attalo, inter ſecundum & tertium bellum Punicum. Eandem artem poſtea Romæ profeſſus eſt *Palæmon*, & *M. Varro*, & *Nonius Marcellus*, & quidam alij. Hodie antiquiſſimus hujus artis ſcriptorum ſupereſt Priſcianus, quem ſequitur longâ ætate *L. Valla*. Noſtrô ſeculô non malè, regulas hujus diſciplinæ conſtituerunt *Thomas Linacer*, & *Philippus Melanchthon*. Sed omnium accuratiſsimè rationes loquendi examinârunt *Julius Cæſar Scaliger*, *Auguſtinus Saturnius*, *Franciſcus Sanctius*, & alij nonnulli. Hæc Friſchlinus.

**Grammatica verſatur circa dictiones, & duabûs [a] abſolvitur partibûs: *Etymologiâ & Syntaxi*.**

*a* Partes Grammaticæ communiter 4 numerantur: *Orthographia, Proſodia, Etymologia, Syntaxis*. *Orthographia* literarum ſcripturam, pronunciationem, diſcrimen, & in ſyllabis coitionem docet, ne videlicet una pro aliâ adhibeatur: ut *Serſus pro Cervus; Æquus pro equus*. Dicitur ab ὀρθὸς, ῆ, ὀν, rectus, & γραφὴ ſcriptio. Autor autem de partibus Grammatices in Paralipomenis pag. 2: hôc modô diſſerit: De *Orthographiâ* pauca admodum in majore Grammaticâ tradidi: quæ autem tradidi vindicavi Etymologiæ, cujus partes omninò ſunt *Orthographia* & *Proſodia*, ſi accuratiùs rem conſideraverimus. *Proſodiam* rejeci ad calcem, ordine doctrinæ, naturæ ordini antepoſitô. *Orthographia* quidem & Proſodia ordine naturæ præcedunt *Etymologiam* & *Syntaxin*, ſicut litera prior eſt ſyllabâ, & ſyllaba dictione: docendi tamen methodus aliud omnino poſtulat. *Orthographia* enim docet veram ſcribendi quamlibet dictionem convenientibûs ſibi literîs rationem: at verò hanc tùm demum habueris, partim cùm ex Lexico uſúq; theſaurum dictionum comparaveris, partim cùm ex *Etymologia* dictionum à ſe invicem derivandarum modum cognoveris, E. g.

Unde

Unde ſciet puer ſcribendum eſſe *AudaCia* non *AudaTia*, vel *AudaSia*: niſi conſtiterit derivatio ex *audax audacis*. *Proſodiam* verò ante *Etymologiam* tradere inconveniens eſt. Græci hic quidem Latinis ſunt feliciores, cùm propter accentuum expreſsionem, tùm propter vocalium quantitatem: verùm Latina lingua uſum hîc magis quam, præcepta requirit. Hæc ille. De Partibus Grammatices qui plura deſiderat, adeat licet Saturnium, qui pag. 2. & 3. in Mercurio majore Grammaticarum inſtitutionum, edito Lugduni 1556, fuſiùs de hiſce agit.

# DE ETYMOLOGIA.

ETymologia [*a*] ſingularum dictionum principia, naturam & affectiones conſiderat.

*a* Etymologia, ait Voſsius pag. 5. propriè ſonat λόγον ἐτύμων, *ſermonem ſeu rationem originum*. Ut ita propriè dicatur doctrina, quæ *ſocum origines* exponit. Schmidius in Hypomnematibus Gramm. pag. 41. hanc notationem affert: ἐτυμολογία dicitur ab ἔτυμος i. e. verus, certus, & λόγος ſermo. Cicero in Top. Latinè vertit *Veriloquium*, eò quòd dictionum veram proprietatem tradat, vel potiùs notationem. Græci, inquit, ἐτυμολογίαν vocant, i. e. verbum ex verbo, *Veriloquium*. Nos autem novitatem verbi non ſatis apti fugientes, genus hoc *Notationem* appellamus, quia verba ſunt rerum notæ. Porrò in Acad. quæſt. *Verborum interpretationem*; in Partit. *Vocabuli explicationem* vocat. Aliquibus *Originatio* dicta fuit, teſte Quintiliano lib. 1. cap. 9.

# DE LITERIS.

L*Itera* [*a*] eſt minima pars vocis, ejúſve primum elementum. [*b*]



Digitized by Google

## Literæ ſunt viginti quinque:

Jod
[c] A B C D E F G H I J K L M N O P Q R
a b c d e f g h i j k l m n o p q r
Vau
S T U V X Y Z.
ſ t u v x y z.

*a* *Literam* Priſcianus dictam putat quaſi *legiteram*, quòd legendi iter præbeat, ſeu quod alij malunt, quòd legendo iteretur. Sunt qui à *lituris* derivant, quòd plerumque in ceratis tabulis antiqui ſcribere ſolerent, & poſtea delere. Hinc etiam primam in *litera* naturâ brevem nonnulli volunt, & propterea tt geminô ſcribendam in carmine; cùm tamen nullum unquam exemplum correptionis è probato autore afferri poſsit. Scal. de C. L. L. c. 4. à *lineis* literam deducit, qvùm literæ primùm dicerentur *lineaturæ*; deinde autem literæ factæ ſint: atque adeo poſtea evenerit, ut quoniam album nigredine aſpergebatur, eâ ſignificatione latiùs fuſâ, tum *litura*, tum tandem *macula* diceretur. Itaq; à *lineando* factum fuiſſe *linere*; unde *lineatura*, *literæ*, *lituræ* Neq; enim â *lituris* literæ, quia delerentur: priùs enim factæ, quàm deletæ ſunt. Hæc Scal. qui ex his concludit, literam naturâ primam producere. *b* Improbant adductam Literæ definitionem Scaliger de C. L. L. 4. & Goclenius pag. 10. in Prob. Grammaticis: Verùm defendunt eam Gieſſenſes, qui videantur Gramm. p. 6. 7. *c* *Gemina* heic ſeſe offert literarum *Figura*: *Majuſcula* & *Minuſcula*. *Majuſculâ* figurâ ſcriptas vel cuſas literas Scaliger in Euſebium vocat *Quadratas*, item *Unciales*. Alijs dicuntur *Verſales*, eo quòd *Verſus* & periodos ſententiarum ordiri ſoleant. Nonnullis verò *Capitales* appellantur, quòd Capita & initia ſint in nominibus proprijs alijſq; notabilibus rebus. *Minuſculâ* autem *figurâ* ſcripti vel cuſi characteres nonnunquam compendium ſcriptionis præbent; & dicuntur



Digitized by Google

cuntur ejuſmodi literæ *Infracta*, eo quòd tachygraphia eas veluti medias frangat, compendij & celeritatis in ſcribendo causâ. Ad hanc ταχυγραφικὴν τέχνην quondam plurimùm conferebant NOTÆ, à quibus ταχύγραφοι veteres *Notarij* Latinè dicti; quòd harum *Notarum* ſive *abbreviaturarum* ope, orationes & conciones integras, quæ publicè habebantur, verbotenus incredibili velocitate exciperent. Unde *Notariæ artis* magiſter quidam à Prudentio ita deſcribitur:

Præfuerat ſtudijs puerilibus, & grege multo
Septus, Magiſter literarum ſederat.
Verba *notis* brevibûs comprendere multa peritus,
Raptimq; punctîs dicta præpetibûs ſequi.

Literæ dividuntur in *Vocales* & *Conſonantes*.

## DE VOCALIBUS.

V*Ocalis* eſt litera quæ per ſe ſonat & vocem edit.

*Vocales* ſunt *quinque*, videlicet, a, e, i, o, u: quibus additur y Græcum. [*a*]

Ex *Vocalibus* conjunctis oriuntur *Diphthongi*.

Eſt autem *Diphthongus* [*b*] coalitio vocalium duarum in unam ſyllabam. Súntq; *Diphthongi* æ, œ, au, eu, ei, oi, ui. Reliquæ literæ omnes ſunt Conſonantes.

*a* Notandum eſt, quòd plurimi literatórum, voces *origine Græcas*, quæ y habent, per I ſcrîbere malint, utpote civitate Romanâ jam quaſi donatas: ut, *Silva*, *Hiems*, *Stilus*, *Lacrima*, *Ulixes*. *b* Si cui libuerit ad verbum Latinè interpretari Græcanícam vocem *Diphthongus*, tan-

 tundem

Digitized by Google

tundem valebit ac *biſona*, à δὶς bis, & φθόγγος *ſonus*. Veteres enim Diphthongos ita pronunciârunt, ut utraq; vocalis perciperetur. Quod hodie ferè in AI, EI, OI, UI, AU & EU tantùm obſervatur. Nam in Æ & OE, ferè una tantùm auditur. Diphthongus autem Æ, teſte Quintil. lib. 1. cap. 7. variè ſcribebatur ab antiquis. Alij enim more Græcorum per AI ſemper ſcribebant: Alij in ſingulari tantùm, qvum in Genitivum vel Dativum incidiſſet. Unde *pictaï* veſtis, *Aquaï*, & *Aulaï* in Virgilio vetuſtatis amantiſsimo legitur:

Dives eqvûm, dives *pictaï* veſtis & auri

Et Lucretio:

Ignoratur enim quæ ſit natura *animaï*.

Plurali autem numero Æ utebantur: ut, *hæ Syllæ*, *hæ Muſæ*, Quintil. lib. 1. c. 12. Porrò quatuor *Diphthongi* Æ, OE, AU & EU vulgò numerantur. At verò quid cauſæ eſt, ob quam reliquæ AI, EI, OI, UI proſcribi debeant? Conſtat quidem eos, qui *Diphthongum* AI negant, hoc agere, ut J *Conſonantem* hic eſſe evincant; quaſi eſſet *ma-jor* non *mai-or*. Sed Veteres ij geminatum expreſsè in hiſce ſcripſerunt: ita ut prius, *Vocalis*; poſterius *Conſonans* eſſet: e. g. *Mai-jor*. Quin imò ipſi Ciceroni placuit *Ai-jo*, teſte Quintil. lib. 1. c. 5. Cæterùm ex iſtis Græcorum vocabulis res erit manifeſtior, quæ naturâ unicô i ſcribuntur: ut, *Ai-ax* ex αἴ-ας: *Mai-a* ex μαῖ-α. Etſi enim interdum, & ſæpe quidem, *αι* Græcorum Latinè in Æ mutetur: non tamen id ſemper aut tantùm fit: ſed aliquando in AI, ut adducta exempla evincunt: aliquando in A, in E, in I, ut alibi docetur. Sic *Pei-or*, *Ei-us*. Nam & hîc Veteres ij geminârunt, e. g. *Pei-jor*, *Ei-jus*. In terminationibus autem caſuum *Diphthongô* EI diu Romani fuerunt uſi in Nominativo Plurali Secundæ Declin: ut, *hi magnei*, *amicei*, teſte P. Nigidiô apud Gell. l. 13. c. 24. Vide & Quintil. lib. 1. c. 7. Uſus etiam hujus *Diphthongi* fuit in Accuſativis Tertiæ quorundam Nominum: de quibus vide infrà, de Accuſ. Plur. Tertiæ. Quanquam eâdem EI, Vete-

res

Digitized by Google

res etiam in alijs nonnullis ſæpe uſi fuerint: ut, *Heis*, *Queis*, *Puerei*, *Mendacei*, *Furei*, monente Quintil. l. 1. c. 12. Sed hæc ſcribendi conſvetudo ferè tota exolevit. Quam in ſententiam Diomedes lib. 2. ubi *Diphthongos* enumeraſſet, hîs verbîs differit: Ex his, EI, qvum apud Veteres frequentaretur, uſu poſteritatis exploſa eſt. Quanquam hæc Diomedis verba cum grano ſalis accipienda ſint. Porrò eôdem modô eſt Latinis *Troi-a* ex τϱοι-α. Item *Boi-on* Plin. l. 4. c. 7, Stephano de *Urb.* eſt *Boi-on*. *Boi-us* filius Herculis. Pauſaniæ eſt *Boi-ós*. Sic Interjectio *Hoi*, Ter. Eun. 4. 4. Et antiqua illa, *qvoj-us*, *quoi*, *hoi*, pro *Cujus*, *Cui*, *Hui*. Sic denique *Huic* unâ ſyllabâ; licèt interdum dividatur *Hu-ic*. Sic *cui*, licèt interdum *cu-i*. Sic *Huj-us*, *Cuj-us*, *Cuj-as*. Ex his ergo manifeſtum eſt, operam ſuam ludere illos, qui in deſtruendis & relegandis Diphthongis toti ſunt; quibus haud invitus calculum apponit Rhenius Paralip. Gramm. p. 13, 14, 15: quem, ſi placet vide. Cæterùm contendunt quidam etiam YI *Diphthongum Græcam* ſuperioribus accenſendam eſſe; quam vocula *Harpyja* haud obſcurè referri ajunt. Verùm hîc I non *Vocalis* eſt, ſed *Conſonans*. Ideo apud Græcos, literas υ nunquam ſequitur *Conſonans*, ſed ſemper *Vocalis*, teſte Euſtathiô ad Il. *v*. π. φ. pag. 938. 1047. & 1224. Etenim *Jod* in causâ eſt, quò minus *Conſonans* ſequatur: ut υἱός, τετυφυῖα, ὀπυίω. Inde eſt, quòd verba in υίω deſinentia, nec Præteritum in κα, nec Futurum in σω, præcedentibûs υ formare poſſint: ut, ab ὀπυίω, non poteſt formari ὀπυίσω, ὤπυικα. Hoc enim J *Conſonans* non patitur: ſed in Characteriſticas Tertiæ mutatur: ut, ὀπύσω, ὤπυκα. Exemplum deſideras? Ariſtoph. Acharn. act. 2. ſc. 1. μακάϱιος ὅστις σ' ὀπύσει. Et Euſtathius, etiamſi pag. 714, & 1441, Futurum ab hoc verbo planè neget: ipſe tamen ex *Quodam* (Ariſtophanem indigetat, quem aliàs improbat) allegat Aor. 1. paſſ. ὠπύθη. E contrariô: Futuri ὀπυίσω, aut Aoriſti ὤπυιθην, exem-



Digitized by Google

exemplum è probatô autore produci non poteſt, quicquid etiam Grammaticorum nonnulli nugentur: idq; eô nomine, quòd Jod in *ui* ſit *Conſonans*, quod propterea novam ſyllabam inchoat; non cum *v* in Diphthongum coaleſcit. Legatur hac de re doctiſsimus libellus *Dn. Doctoris Jac. Matth. Arhuſienſis Dani, Profeſſoris quondam Haunienſis.* Scribendum ergo & pronunciandum, *Harpyja*, non *Harpyj-a*. Objicitur à nonnullis μύινδα. Verùm qvum non à μυῖα, muſca ſit; ſed à μύω, claudo oculos; & ι pertineat ad terminationem ινδα, quæ nominibus luſum deſignantibus competit: non μυΐνδα, ſed μυίνδα tribûs ſyllabîs legendum eſt. Patet hoc ex Polluce l. 9. c. 5.

# DE CONSONANTIBUS.

*Conſonantes* ſic dicuntur, quia nullum ſonum edunt, niſi adhibitâ vocalî, cui conſonent.

Conſonantes aliæ dicuntur *Mutæ*, aliæ *Semivocales*.

*Mutæ* [a] nomen habent, quòd per ſe ſine adminiculo vocalium planè non poſſint enunciari: *ut B, nunquam pronunciabis, licèt omnes intendas nervos, ſeclusîs vocalibûs.*

*Mutæ* ſunt decem: B C [b] D G J [c] K [d] P Q T [e] V.

*Semivocales* autem dicuntur, quia licèt non planè & apertè ut vocales, tamen obſcurè etiam ſonant ſine adminiculo vocalium.

*Semi-*

Digitized by Google

*Semivocales* ſunt novem: F H L M N R S X Z.

*a* Cornelius Valerius Ultrajectinus *Mutas* hôc modô definit: *Mutæ ſunt quæ à ſe incipiunt, & in vocales deſinunt* (*ſc. in pronunciatione*) Gr. l.2.p.104. *b* C. ante a, o, u, ai, au, ui & *Conſonantem* modernis Literatoribus ſonat ut K, perinde ac veteribus ſonuit: ut, *cado, conor, cuculus, Cajus, cauſa, cui, clavis*, quaſi *kado, konor, kukulus, kajus, kauſa, kui, klavis*. Sed ante e, i, y, æ, ei, eu, & œ ſonat ferè, ut z (ds:) ut, *Cera, Cicero, Cyclus, Cæſar, Panaceia, ceu, cœna*, quaſi *Zera, Zizero, Zyklus, Zæſar, Panazeia, Zeu, Zoena*; qvum olim dictum fuerit, *Kera, Kikero, Kyklus, Kæſar, Panakeia, Keu, Koena.* *c* De J & V *Conſonis*, utrum *Mutæ* ſint, an *Semivocales*, tacent Veteres. Pro priori ſententia facit, quod in pronunciatione, perinde ac *Mutæ* à ſe incipiant; id quod ex *Ebraicis* earum nominibus *Jod* & *Vau* liquidò patet. Pro poſteriori eſt illud, quòd adeo propè accedant ad *Vocalium* naturam, ut in eaſdem quandoq; mutentur; ut cum *Jeſus, ſuavis, ſylva, voluo*, triſyllaba ſunt. Ac viciſsim & i & u vocales interdum in *Conſonas* degenerent: ut cùm *ariete* fit triſyllabum, *genua* diſſyllabum. Eòdem ſpectat, quod habet Rhenius in Paralip. p. 6. In Hebraicis dictionibus *Jod* ſemper eſt *Conſonans*, cum vocalibus præponitur: ut *Judæa, Judæus, Johannes, Jeſus, Jacobus*.

— — *Credat Judæus Apella*. Hor. 1. ſerm. ſat. 5.

*Qualiacunq; voles Judæi ſomnia vendunt*. Juv. ſat. 6.

Græci tamen Hebræorum *Jod* per i Vocalem efferunt: ut, Ἰησοῦς, Ἰωάννης, Ἰουδαῖος. Græcorum imitatione Claudianus dixit:

*Ne laceres verſus, dux Jäcobe, meos.*

*d* K & Q ſuſtulit è numero literarum Varro, ut Priſcianus docet. *e* Syllaba TI ſequente vocali effertur cum ſibilo: ut *Ratio, dictio*. Excipe 1. T, quando eſt in principio dictionis: ut, *Tiara*. 2. Quando eſt in Græcâ voce: ut *PoliTia*.

 3. Quan-

Digitized by Google

3. Quando eſt in Infinitivô paragogicô; ut, *mitTier.* 4. Quando aſſumit H: ut, *MatThias.* Aut 5. quandò proximè præcedit S: ut, *TrisTior.* Diſcriminis tamen causâ Genitivus *Vitium* à *Vitis* abſq; ſibilo pronunciatur, ut differat à Nominativo *Vitium*, qui eſt â verbo *Vito.* Porrò natâ: F efflat, M mugit, S ſibilat. *Mutæ* repræſentant in pronunciandô ſonum ſequentis vocalis, ut B quaſi Be, D quaſi De. Hinc fit, ut earũ vocali poſtpoſitarũ ſonus non poſſit continuari: ut in AB, mox perit ſonus. At in *Semivocalibus* ſonus Vocalis à principio exprimitur, ut, L quaſi EL. Unde etiã fit, quòd continuari poſſit earum ſonus: ut, *AL* quaſi *allll;* M quaſi *emmm.* Cæterùm Litera F rectiùs Semivocalibus adnumeratur: ſed Mutis à nonnullis additur, quòd locô p & h ſeu Φ Græcorum ponatur; notante Corneliô Valeriô Ultrajectinô, l. 2. Gram. p. 104. Vide quoque Alvarum p. 112. Deniquè H nonnulli è literarum cenſu propterea eximunt, *quòd in Metrô non habeat vim Conſonantis.* Sed nullum eſt hoc argumentum. Nam nec S, ut Diomedes teſtatur, nec Liquidæ ſemper Poſitionem faciunt longam, quæ nihilominus literæ ſunt & manent. Non enim omnium literarum eadem eſt perpetuò natura; ſed alia eſt ratio leniorum, alia craſſiorum Conſonantium. Et Poëtæ in multis ſuô peculiari jure utuntur. ח certè in Ebræâ Linguâ, quæ mater eſt omnium linguarum, ſine omni dubiô inter Conſonantes numeratur. Quin imò teſtantur Servius & Priſcianus, H eſſe combinatum ex *duabus Græcis aſpirationibus;* quæ apud Veteres hôc modô, H, pingi, & cum cæteris literis eâdem ſerie collocari ſolebant. Sed & Athenæus l. 9. c. 19. docet integrum H, pro literâ aſpirationis apud priſcos Græcos in uſu fuiſſe. Quod idem etiam non obſcurè indicat nota centenarij H, quæ ex Hεκατὸν adhuc reliqua eſt; ſicut X Millenarij nota, ex χίλια; & Δ Denarij ex Δέκα. Eundem ad modum & Terentius Scaurus Grammaticus, H literam eſſe affirmat, & apud Græcos quoque fuiſſe; ut Hύψας pro ὕψας. Lege Scalig. in Euſeb. p. 102. & Frid. Sylb. in Græco Alphabetô.

betô. Verùm enimverò hiſce ſe opponit *Pontanus*, qui contrariam ſententiam acriter tuetur in libellô de Aſpiratione. Quem ſi placet, conſule, noſtri modò non eſt conſilij, fuſiùs hâc de re agere.

Semivocalium aliæ dicuntur *Liquidæ*, aliæ *Duplices*.

*Liquidæ* [*a*] ſunt quatuor; L. M. N. R.

*Duplices* ſunt X Z; quia valent duas Conſonantes. X valet CS vel GS: ut, *dux* pro *ducs*, *ducis*, *rex* pro *regs*, *regis*. Z valet DS; ut, *Zephyrus*, pro *Dſephyrus*: vel etiam duplex SS; ut, *Patriſſo* à *πατρίζω*, *Maſſa* à *μάζα*; *Pitiſſo* à *πιτίζω*.

*a* *Liquidæ* dicuntur, tum quòd Vocales quibus junguntur, interdum liqueſcere faciant, h. e. Syllabam communem efficiant: ut, *Tenēbræ Tenĕbræ*: tum 1. quòd ipſæ poſt *Mutas* quaſi fluant, ita ut *Vocalem* præcedentē, ſi naturâ brevis ſit, neceſſariò haud producant: ut, *Patris*. 2. quòd ita ad *Mutas* liqueſcant, ut in pronunciatione immediatè ijs jungi poſsint: ut, *Placet*; qvum proferre non poſsim *Lpacet*. 3. quòd ſuâ mollitie ita ſe accommodent alijs Conſonantibus, ut ſæpe tertiô, imò & quartô locô, unà facilè proferri poſſint: ut, *Splen*, *Sclavus*, *aſthma*, *ſcreo*, *ſtramen*, *ſphragis*. Non autem: *Lſpen*, *lſcavus*, *a-mſtha*, *rſceo*, *rſtamen*, *rſphagis*. Eædem etiam *Immutabiles* dicuntur, quòd finales in Tertiâ nunquam mutentur aut ejiciantur: ut, *Sol*, *Solis*; *Ren*, *Renis*; *Paſſer*, *Paſſeris*; [in M, nulla vox Tertiæ deſinit.] Reliquæ Conſonantes omnes exceptis C & T in fine, aut mutantur, aut prorſus ejiciuntur: ut, *Dives*, *divitis*, *Flos*, *floris*, *Rex*, *regis*, &c. At C & T immutatæ permanent; ut, *Lac*, *lactis*, *Caput*, *Capitis*.

# DE SYLLABA.

SYllaba [a] fit ex literis, unâ vel pluribus: ut, *a*, *le*, *as*.

*Vocalis* per ſe ſyllabam efficit: ut, *e-o*.

*Conſonans* nunquam efficit ſyllabam, niſi adhibitâ vocali.

*a* *Syllaba* dicitur à συλλάβεσθαι, quia eſt comprehenſio literarum, quæ unô ſpiritû & tonô efferuntur.

## *Regulæ Orthographicæ de Literis & Syllabis.*

I. Principia ſententiarum & verſuum, item Nomina propria cum ſuis derivatis, Nomina officiorum, dignitatum, artium, literarum numeros notantium, feſtorum, & aliarum rerum notabilium, ſcribuntur majuſculis literîs initialibûs: [a] ut, *Mæcenas, atavis edite Regibus*, &c.

*a* Inſignis periodus etiam novam Paragraphum poſtulat, eamq; ita conformatam, ut initium ejus ad ſocias, quæ ſeqvuntur lineas, non omnino extendatur.

II. Derivata ſeqvuntur primitivorum ſcripturam. [a] Igitur *Ratio* ſcribitur non *Racio*, quia à *ratum* eſt. Hâc de causâ Græcorum ai per æ, oi per oe, & η per e longum ſcribenda ſunt: ut, *Æneas*, *cœna*, *cœmeterium* à κοι-

μητή-

Digitized by Google

μητήριον. [b] Similiter ſcribendum eſt *a-gmen*, *te-gmen*, *do-ctrina*; quia *a* in *ago*, *te* in *tego*, *do* in *doceo* ſyllabam conſtituunt. [c]

## Nota.

Euphonia heic aliquid interdum variat: ut, *ſcripſi*, non *ſcribſi*, licèt ſit à *ſcribo*.

*a* 1. In Etymologijs dubijs doctiorum conſuetudini & authoritati parendum: ut, *otium* & *negotium*, alijs, (ut Q. Papyrio Grammatico) per t ſcribuntur, alijs per C. Imprimis verò ejuſdem vocis diverſa ſcriptura toleratur in illis vocibus, de quarum origine nondum conſtat inter doctos; ubi tamen melior eligenda eſt. Sic, alij ſcribunt *ſincerus*, quaſi *ſine cera*, i. e. mel purum: nonnulli verò *ſyncerus*, à σὺν & κηρὸς quaſi σύγκηρος, i. e. cum cera. Rectè etiam *ſucciſivus*, *ſubciſivus* & *ſubſecivus*, *litera* & *littera*, *monimentum* & *monumentum* ſcribitur. 2. Literæ Latinæ Latinè imprimis ſcribantur, non cum figuris alterius cujuſdam linguæ permiſceantur: ut, *Pſalmus* potiùs quàm *ψalmus*: *Phaſma* potiùs quàm *φaſma*: *Chaſma* potiùs quàm *χaſma*. Ubi obiter nota: aſpiratis Græcorum φ, χ, θ, reſpondere ph, ch, th, aſcitâ ſcilicet ad Tenuem πνευματώδει H: veluti Græcorum Tenuibus π, κ, τ, Latinorum p, c, t, in vocibus origine Græcis reſpondere deprehenduntur. 3. Derivata ex Nominibus in X, quorum caſus obliqui c habent; vel orta ex c Primitivo Caſus Recti, c amant: ut, *mendacium* per c ſcribendum, non per t, quia *mendax* in caſibus obliquis Gen. & Dat. &c habet c: ut, *mendacis*, *mendaci*. Sed quæ deſcendunt à Caſibus Obliquis in T, vel à Supinis in Tum, vel ex T Primitivo, T malunt: ut *Mars*, *Martis*, *Martius*, non *Marcius*: *Servio*, *ſervitum*, *ſervitium* non *ſervicium*: Vito, *vitium*, non *vicium*: *Ædilitas*, *Ædilitius*, non *Ædilicius*: *Amiciter*, *Amicitia*, non *Amicicia*: *Duriter*, *Duritia*, non *Duricia*.

Ad

Digitized by Google

Ad quorum exemplum plerique mâlunt, *Fictitius*, *Lateritius*, *Natalitius*, *Tribunitius*, *Juſtitia*, *Pudicitia* & ſimilia. a. Secunda Perſona Verborum, Orthographiæ chara[illegible]t [illegible]*percutio* per T ſcribendum, quia Secunda Perſona e[illegible]*tis*. *b* Ad horum formam ſcribendum ſtrategema, quia eſt à Græco ςρατήγημα. Itim Mæcenas cum æ ab initio, qvum apud Plutarchum & alios ſcriptores Græcos ſit Μαικήνας. Qui ergo Mecœnas à μὴ & κοινὸς ſcribunt, ἐτυμολογοῦνται contra uſum autorum. *c* Autori in Paralip. Reg. quartâ, placet Scaligeri ſententia 1. de c. LL. cap. 4. quæ ita habet: Quemadmodum loquimur, ita ſcribere debemus. Scribendum itaq; *ab-domen*, *ig-nis*, *om-nis*, *piſ-cis*, *noſ-ter*, *ap-tus*, *ſanc-tus*, *op-to*, *teg-men*, *agmen*, quando communis loquendi uſus planè reprobaverit hanc pronunciationem, *o-mnis*, *o-pto*, *i-gnis*. Nam neque ſufficiens ratio eſt, literas quæ initiò conjungi poſſunt, eas etiam in medio copulandas: partim qvum pleraq; quorum initiales ſunt bd, pt, mn, ſm, ſint peregrina; partim qvum pronunciatio planè ſit inepta & ridicula, *E-ra-ſmus*. Et quod de ſyncopatis dicunt, e. g. *Doctus*, literam quæ præcedentis vocalis non erat ante Syncopen, neq; ei poſt Syncopen vendicandam, ſcribendum itaq; eſſe *do-ctum non doc-tum*: hôc ipsô nihil evincitur. nam neq; ratio ulla cogit eam ad ſequentem: imò cùm vicinior fuerit ante Syncopen præcedenti vocali, quàm poſteriori conſonanti, utique meliori etiam jure ei annectitur, præſertim cùm pronunciatio diverſum non admittat. Ita ergo rectiùs dicimus & ſcribimus *doc-tus*, quàm *do-ctus* pro *docitus*. Elegantiæ tamen pingendi aliquid condonare poſſumus: ut, *no-ſter*, *a-ptus*. Hæc ille. Heic porrò nota, quando S vel T extra compoſitionem ſequitur M, debet interponi P: ut, *ſumpſi*, non *ſumſi*, *ſumptum* non *ſumtum*. Interdum inter M & D litera B inſeritur: ut, *Lambda*. In compoſitione ante D Q T litera M in N tranſit: ut, *Eandem*, *Tanquam*, *Quanquam*, *Quadantenus*. Obſerva quoque, quòd acutum accentum habeant ultimæ

ſyllabæ

Digitized by Google

ſyllabæ earum dictionum, in quas tonum ſuum rejiciunt Encliticæ *que, ne, ve*: ut, *Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis Indoctúſque pilæ, diſcíve, trochíve quieſcit.* Non autem acuuntur iſtarum dictionum ultimæ ſyllabæ, quarum partes ſunt voculæ *que, ne, ve*: ut, ex *neque, namque, atque, utique, ubique, ubicunque, quiſque, itaque, ſive*, & ſimilibus liquidum eſt. Hæc enim ſunt figuræ compoſitæ vocabula: & rem unam ſignificant. At *indoctúſque* duas res ſignificat expreſſas Nomine & Conjunctione.

III. Adverbia Nominibus ſimilia, ad differentiam in fine *Gravi* ſignantur: ut, *malè, bellè, pejùs, quàm, quartùm, quartò.*

Sic in Quarta Declinatione Genitivus Singularis, & Nominativus, Accuſativus, Vocativus Plurales habent Circumflexum: ut, *fructûs* pro *fructuis* & *fructues*. Similiter & alia contracta: ut, *mî* pro mihi, *amârunt* pro amaverunt.

IV. ſ Longo nunquam in fine dictionis, ſed s brevi utimur: ut, *amas*, non amaſ.

V. Syllaba unam tantùm habet Vocalem: ideo duæ Vocales in medio ſeparantur: ut, *pi-us.* Sin plures eandem ſyllabam ingrediuntur, eſt Diphthongus: ut, *Eurus, fœdus.*

VI. Conſonans media inter duas Vocales, jungitur poſteriori: ut, *Do-mi-nus.* Niſi compoſitio prohibeat: ut, *per-ago.*

VII.

VII. Conſonantium duarum in media voce prior prioris, poſterior poſterioris Vocalis erit: ut, *lar-gus.*

Excipe,

Mutam cum Liquida: ut, *pa-tris.*

VIII. Præpoſitiones ſeparentur à dictione cum quâ componuntur: ut, *per-ago*, non *pe-rago*, *de-ſpicio*, non *deſ-picio*, *de-ſtruo* non *deſ-truo*. Quocirca in fine verſus non eſt ſcribendum *des*, & in principio verſus proximi *picio*, ſed *de-* & *ſpicio*. Sic de cœteris. Eadẽmq; ratio in pronunciatione quoque ſervanda eſt.

IX. Partes vocis per lineas ſeparandæ hôc ſignô (=) cohœrent: ut, *eti=am.* †

† Typothetæ vocant *ſignum diviſionis.* Huc quoque pertinet *Hyphen* (-) Lineola tranſverſa connectens duas voces: ut, *Latino-Græcum*, *Phyſico-Medicum.* E diverſo, Diæreſeos notæ ſunt duo punctula literæ ſuperimpoſita: ut, *aëra.* Apoſtrophus autem eſt nota rejectæ Vocalis: ut, *egon'*, *ain'*, *viden'*, *noſtin'*: pro *egone*, *aisne*, *videsne*, *noſtine.* Plura videſis in Figuris Orthographicis infrà.

## DE DICTIONIBUS.

EX ſyllabarum coitione (vel conjunctione) fiunt dictiones.

Obiter heic nota, quòd Latinus ſermo in univerſum careat *Articulis*: quos tamen Græci habent. Etſi ergo Latinum

num ſermonem docentes, interdum utuntur in Declinando, & Generibus notandis, *Articulis Hic*, *Hæc*, *Hoc*, eorúmq; Caſibus: non tamen *Articulum* tradunt, quô in loquendo uti nos oporteat: ſed tantùm notam qualemcunq; Generum & Caſuum inde mutuantur. Qua de re fuſiùs infrà dicetur.

Sunt autem Dictiones † *partes orationis* indicantes mentis conceptum.

† Vocantur *partes orationis*, quia ex his omnis oratio conficitur.

Dictiones omnes referuntur ad † *octo* partes, quæ ſunt:

Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Adverbium, Præpoſitio, Conjunctio, Interjectio.

† Potuére Grammatici has octo revocare ad claſſes quatuor: duas principes, *Nominis* & *Verbi*: duas his ſervientes, *Adverbij* & *Conjunctionis*. Ita *Pronomen* accenſebitur Nomini, pro quo ponitur: item *Participium*, quod extra ſtructuram, quâ convenit cum Verbo, non aliter differt à Nominibus Adjectivis, quàm quia tempus ſignificet. Sub *Adverbijs* autem comprehenduntur tum *Præpoſitiones*, tum etiam uti apud Græcos fit, *Interjectiones*. Vide Voſsium pag. 6; pariter ac Lancilotum fusè de his agentem l. 3. Gram. c. 26. pag. 62.

Quatuor priores ſunt flexibiles, ſeu declinabiles: quia ultimæ earum ſyllabæ per Caſus aut Tempora variari poſſunt. † Quatuor verò poſteriores ſunt inflexibiles ſeu indeclinabiles: quia ultimæ earum ſyllabæ per Caſus aut Tempora variari non poſſunt.



Digitized by Google

† Quædam tamen Nomina in fine non variantur, ut *aptota* & *monoptota*. Quædam item Verba in uno tantùm tempore uſurpantur. De illis in Nominibus, de his in Verbis Defectivis agetur.

# DE AFFECTIONIBUS.

Affectiones dictionum ſunt *Generales* vel *Speciales*.

*Generales* omnibus dictionibus communes, ſunt duæ: *Species* & *Figura*.

*Species* eſt, quâ diſquiritur an dictio ſit *Primitiva* vel *Derivata*.

*Primitiva* dictio eſt, quæ à nulla alia originem [in ſua lingua [*a*] trahit: ut, *Bonus*, *Tu*, *Clamo*, *Sæpe*, *Ad*, *Enim*.

*Derivata*, [*b*] dictio eſt quæ aliunde originem trahit: ut, *Bonitas*, *Tuus*, *Clamito*, *Sæpiuſcule*, *Primò*, &c.

*a* Exempli causâ: Latinis erit Primitivum *ſaccus*, licèt hi acceperint illud à Græco σάκκος. Rurſum σάκκος erit Græcis Primitivum, licèt ſit ab Ebræo שק. *b* Nota. 1. In Derivatis ſæpe Euphoniæ gratiâ fit eliſio aut permutatio literarum: ut, *quæſtio* pro *quæſitio*: *audacter* pro *audaciter*: *difficulter* pro *difficiliter*. Sic à *pœna* eſt *punio*, ab *eligo* eſt *elegans*. Eliſio eſt quâ literæ eximuntur. Permutatio literarum, eſt literæ pro litera poſitio. Sed hâc de re conſule Figuras Orthographicas. 2. Derivatum non ſemper retinet ſignificationem ſui Primitivi: ut, *ſatis*, id eſt, *abundè*: *ſatiùs* id eſt *meliùs*: *ſecus* id eſt *aliter*: *ſeciùs* id eſt, *tardiùs* vel *minùs*.

Figura

*Figura* eſt, quâ diſquiritur ſitne vox *Simplex* an *Compoſita*.

*Simplex* dictio eſt, quæ non compoſita eſt ex pluribus dictionibus ſignificativis ejuſdem originis [*a*]: ut, *doctus*, *tu*, *amo*.

*Compoſita* [*b*] dictio eſt, quæ ex pluribus dictionibus conflatur: ut, *in-doctus*, *tu-ipſe*, *de-amo*.

Nota. 1. Si utraque pars compoſitæ dictionis eſt Caſus Rectus, variatur utraque: ut, *jusjurandum*, *jurisjurandi*.

2. Sin altera Rectus, ea tantùm variatur: ut, *Paterfamilias*, *Patrisfamiliaæ* &c. *juriſperitus*, *juriſperiti*, &c.

3. Si Neutra eſt Rectus, neutra etiam variatur: ut, *hujuſmodi*.

*a* Addendum eſt *ejuſdem originis*, vel *ejuſdem indolis* ac *ſignificationis*. Nam in voce *Muſcatum* ſunt quidem plures partes ſignificativæ: ut, *muſca-tum*, *muſ-catum* (ubi *catum* ſignificat providum, quod à Plauto uſurpatur, qui dixit *catum conſilium*) ſed non *ejuſdem originis*. Tales voculæ ſunt: *Ter-tulianus*, *barba-rus*, *Coloni-enſis*, *coralium*, *papa-ver*, *ſal-via*, *ſum-mus*. Item *Ter-minus* in ænigmate Gelliano lib. 12. c. 6. Si quis objiciat in *juſtitia*, eſſe *jus* ejuſdem originis: verùm eſt; ſed non eſt niſi una pars. *Titia* enim (altera pars) non eſt vox ſignificans, ejuſdem originis. *b* In compoſitis trifariam à ſimplici receditur; vel *demendo* ut, *trado* pro *tranſdo*; vel *mutando* ut, *inimicus* pro *inamicus*; vel *addendo* ut, *redeo* ex *re* & *eo*. Vocalium, Diphthongorum & Conſonantium mutationem

fuſè perſequitur Autor in Paral. pag. 5. 6. & 7; & quidem his verbîs:

## Vocalium mutatio.

Vocalium & Diphthongorum mutatio fit in prima poſterioris dictionis ſyllaba. A mutatur in E vel I: ut, *Gradior, ingredior, aptus ineptus, amicus inimicus, rapio eripio.* Nota 1. *Facio* cum Verbis & Adverbiis compoſitum retinet A: ut, *arefacio, benefacio.* At cum Nomine compoſitum & Præpoſitione, mutat A in I; ut, *gratificor, deficio.* 2. *Quatio* mutatur in *cutio:* ut, *concutio; calco* in *culco:* ut, *conculco.* E mutatur plerumque in I: ut, *teneo, retineo.* O mutatur in U in *exul,* à *ſolum.*

## Diphthongorum mutatio.

Æ in I longum, *lædo, allido.* AU in U vel O longum: *claudo includo, plaudo complodo:* At *audio* dat *obedio.*

## Conſonantium mutatio.

Conſonantium mutatio fit præcipuè in Præpoſitionibus AB, OB, SUB, AD, IN, CON, EX, TRANS, PER. AB manet integrum, niſi in *aufero* & *aufugio,* pro *abfero* & *abfugio.* SUB & OB ante C, F, G, P, & SUB ante R, mutant B in eaſdem: *Occurro, ſuccurro, ſuffero, offero, ſurripio.* Aliàs ſervant B: ut, *ſubmitto, obrepo.* SUB mutat B in S in *ſuſtuli* à *ſuffero.* Sic OB in *oſtendo,* ab OB & TENDO. (*Suſcipio, ſuſcito, ſuſtento, ſuſtollo, ſuſpendo,* potiùs ab antiquo SUS quàm SUB componuntur.) SUB ſequente S cum Muta, aliquando abjicit B: ut, *ſuſpicor, ſuſpicio, ſuſpiro.* Aliàs ſi Muta non adeſt vel adeſt habens ſecum Liquidam, manet B: ut, *ſubſanno, ſubſcribo.* (*Ambeſus, ambuſtus, ambio, ambarvalia* ſunt ab antiquo *ambe:* ideo B in ijs exprimitur.) AD ante C, F, G, L, N, P, R, T. Item ante S ſequente Vocali, mutat D in eaſdem: ut; *Accurro, afficio, attingo, aſſumo.* Aliàs manet D: ut, *adbibo, adhibeo.* Ante Q tranſit D in C: ut, *acquiro.* Sequente GN, vel S cum Muta abjicitur D: ut, *agnoſco, aſcendo, aſpiro. Adſciſco* tamen potiùs quam *aſſciſco.* IN & CON ante B, M, P, mutant N in M: ut, *combibo, imbibo,*

*bibo*, *impono*, *compono*, *committo*. Ante L & R mutat N in eaſdem: ut, *illudo*, *irrideo*. Ante GN abjiciunt N; & CON ante H, Vocalem & Diphthongum ſimiliter abjicit N: ut, *ignoſco*, *ignoro*, *cognoſco*, *cohibeo*, *coarcto*. Aliàs manet N. TRANS ſæpe amittit NS: ut, *trajicio*, *traduco*. R in compoſitione manet: ut, *perficio*; in paucis quibuſdam tranſit in L: ut, *intelligo*, *pelliceo*, *pelluceo*, *pellucidus*. At *Pejero* abjicit R. EX ante F, mutat X in F: ut, *efficio*, *effringo*. Subſequens S abſorbetur (ut quidam volunt) ab X: ut, *exul*, pro *exſul* *exequor* pro *exſequor*. At ego hanc litem meam non faciam. [Manutius de Orthographia fretus autoritate Virgilij Carpenſis, Quintiliani, Velij Longi, Terentij Scauri, exſtimat S ſervandum, ut ſcribatur *exſatio*, *exſcribo*, *exſolvo* &c. Quam qui ſequitur rationem, nihil meô judiciô peccaverit. Ad ambiguitatem autem tollendam omnino addendum S, ut ſcribatur *exſpecto*, ab *ex* & *ſpecto*, potiùs quàm *expecto*, ad differentiam Verbi *expecto*, ab *ex* & *pecto*.] RE, SE, PRO, ſæpe interponunt D, hiatus vitandi causâ, cùm dictionis ſequentis initium eſt Vocalis. *Redeo* pro *reeo*, *Seditio* pro *ſeitio*, *prodeo* pro *proëo*, *prodes* pro *proës* à *proſum*. Hæc Autor. Quâ de re pleniùs infrà.

Nota 1. *Decompoſita* dictio rectè ſub Compoſita comprehenditur. 2. Voces ex diverſis linguis compoſitæ, ſolent *Hybridæ* appellari: ut, *monoculus*, ex Græco μόνος & Latino *Oculus*: ſumptâ appellatione à fœtibus ex diverſarum ſpecierum parentibus procreatis, quòd tales fœtus quaſi ὕβρεις ſint naturæ, Plin. lib. 8. c. 5.

*Speciales* affectiones dictionibus declinabilibus propriæ ſunt, *Numerus* & *Perſona*.

*Numerus* eſt unius, & multorum diſcretio. Numeri ſunt *duo*:

*Singularis* [a] qui ſignificat unum: ut, *panis*, *ego*, *amo*.



Digitized by Google

*Pluralis* qui ſignificat multa: ut, *panes*, *nos*, *amamus*.

*a* Numerum *Singularem* nimis ſuperſtitioſè tollere quidam conantur, quòd *Unitas* non ſit *Numerus*. Non ignoramus Ramo, Stevino & alijs unitatem eſſe numerum; ſed negante Euclide, cui numerus eſt multitudo ex unitatibus compoſita. Verùm hæc relinquimus Mathematicis æſtimanda. Nos autem quando ſingularem numerum conſtituimus, hoc volumus: de re nos loqui, quæ *ſola* ſit, aut de qua *ſola* jam agatur. Et dicitur numerus *Singularis* in oppoſita ſignificatione *Pluralis*. Diſputari hic etiam ſolet de numero *Duali*, an ſcilicet eô careant Latini? Quô de tenendum, quòd veluti in alijs multis, Latini partim Dores, partim Æolenſes, partim Macedonas imitentur: ita & omittendo *Dualem* numerum Æolenſes ad amuſſim ſequantur. Etſi enim quidam contenderunt in verbis *Amavêre*, *Docuêre* &c, *Dualem* Numerum eſſe: tamen refutat eos Quintil. hôc verſu Virg. 2. Æneid. *Conticuêre omnes, intentiq; ora tenebant*. Ramæi addunt numerum *Incertum*, quô indefinitè nec ſingulæ, nec plures ſignificantur: ut, *Amare*, *amandi*, *amatu*.

Perſona eſt rei ſignificatæ ſub ordine demonſtratio.

Perſonæ [*a*] ſunt tres;

Prima eſt, quæ vocem effert, includens Ego, Nos.

Secunda eſt, ad quam vox dirigitur, includens Tu, Vos.

Tertia eſt, de quâ ſermo eſt, includens Ille, Illi.

*a* Notandum, quòd omnia Nomina & Participia per ſe & extra conſtructionem ſint *indiſcreta* perſonæ, præterquam

terquam in Vocativo, ubi ſunt *Secundæ*: In compoſitione vero quamcunque perſonam induere poſſint. Voſſius autem ita cenſet: Nomina, Pronomina & Participia *Primæ* perſonæ ſunt, ſi addatnr vel intelligatur *Ego* aut *Nos*: *Secundæ*, ſi *Tu* vel *Vos* exprimatur vel intelligatur: cœteroquin ſunt *Tertiæ*.

# DE NOMINE.

NOmen eſt pars orationis quæ rem ſignificat, non agere aliquid, aut pati.

Nomen eſt duplex; *Subſtantivum* & *Adjectivum*.

Nomen *Subſtantivum* eſt, quod per ſe ſubſiſtit in oratione, & intelligitur, licèt nullum Adjectivum acceſſerit: ut, *vir*.

Nomen *Adjectivum* eſt, quod Subſtantivis declarandi cauſâ adjicitur: ut, *vir bonus*. †

† Adjectiva quædam cùm de hominibus intelliguntur, etiam *Subſtantivè* uſurpantur in Maſculino & Fœminino. *Adjectiva* ſic ſignificant: *Adoleſcens* Ung/ *Juvenis* Ung/ *ſenex* Gammel/ *dives* Rijg/ *pauper* Fattig/ Arm/ *hoſpes* Fremmet / *amicus* Gunſtig/ bevogen/ *inimicus* Fiendſk. *Subſtantiva* ſic ſignificant: *Adoleſcens* ung Dreng/ *juvenis* ung Karl eller Quindesperſon/ / *ſenex* gammel Mand eller Quinde/ *dives* en Rijg/ *pauper* en Fattig/ *hoſpes* Gieſt / *amicus*, *a*, en Ven/ *inimicus*, *a*, en Wven/ Fiende. Talia ſunt etiam compoſita à FERO & GERO: ut, *Armiger*. Item, *affinis*, *alumnus*, *artifex*, *colonus*, *faber*, *famulus*, *maleficus*, *maritus*, *medicus*, *mendicus*, *nuncius*, *princeps*, *ruſticus*, *ſacrilegus*, *ſervus*, *truncus*, *veneficus*, *vetulus*, *vicinus*, *viduus*, *vigil*, & ſi quæ alia

 ſunt

Digitized by Google

ſunt quæ huc referri poſſunt. Porrò de Adjectivis nota: veluti Subſtantivum vel *Proprium* eſt, vel *Appellativum* ſeu *Commune*: ſic etiam Adjectivum ſuô modô aliud eſt *Proprium*, vel ſi quis mavult *Speciale*, quod vel uni alicui, vel paucis tantùm Subſtantivis adjici poteſt: ut, *gradivus* Marti; *Cyllenius* Mercurio; *Saturnia* Junoni; *Cytherea* Veneri; *illunis*, *concubia*, *intempeſta*, nocti, &c. Aliud *Commune* ſeu *Generale*, quod pro re nata quibuslibet, aut ſaltim pluribus Subſtantivis addi poteſt: ut, *bonus*, *malus*, *magnus*, *parvus*, *albus*, *niger*, &c. Sic Adjectiva ſpecialia poſſunt dici: *Meracum* vinum; *Nubicogus* Jupiter; *Obſtipum* caput; *Limpidus* fons; *Sudum* cœlum; *Triſulcum* fulmen; *Sublicius* pons; *Petulcus* hircus; *Subrumus* agnus; *Limi* oculi; *Simæ* capellæ; *Apicæ* oves; *Preciæ* uvæ; *Sorbile* ovum; *Volema* pira; *Duracina* uvæ; *Sincerum* mel; *Rugiens* leo; *Hinniens* equus; *Latrans* canis, &c. Tametſi quædam interdum & alijs rebus poſſint tribui per Tropum: ut, *latrans* ſtomachus *ſincera* fides.

Nomen Subſtantivum eſt duplex: *Proprium* & *Appellativum*.

*Proprium* [*a*] eſt quod uni rei *ſigillatim* [*b*] convenit: ut, *Dania*, *Haunia*, *Petrus*.

*Appellativum* eſt quod multis commune eſt, ob communem naturam: ut, *regnum*, *civitas*, *homo*.

*a* Proprium eſt imprimis triplex: 1. *Prænomen*, quod olim fuit Proprium cujuſque, [hodie *Nomen:*] ut, *Marcus*. 2. *Nomen*, quod toti familiæ erat quondam commune, [hodie *Cognomen:*] ut, *Tullius*. 3. *Cognomen*, aut ex virtute, aut vitio, aut denique eventu aliquô trahebatur. Hoc rurſum duplex eſt: vel *Hæreditarium* & à Majoribus acceptum; ut, *Scipio*, quod Publius ab avo ſuo accepit, qui Scipio *cognominatus* eſt, quòd parenti cœco pro bacillo fuiſſet:

Digitized by Google

ſet: Vel *Partum* propriâ ſive virtute, ſive vitiô, dicitúrq; *Agnomen*, quod hæreditariò acceſſit; ut, *Africanus*: quod Publius, ſibi devictâ Carthagine peperit. Sed Cicero aliiq; Veteres etiam hoc *Cognomen* vocant, raróq; *Agnominis* vocabulo utuntur. Sic *Publius Virgilius Maro*: *Publius Ovidius Naſo*. Quorum prius eſt *Prænomen*, alterum *Nomen*, tertium *Cognomen*. Sed tamen non omnia Propria hos 4 gradus admittunt. Interdum *unum* tantùm reperitur: ut, *Romulus*. Interdum *duo*: ut, *Numa Pompilius*. Nota. Prænomina quædam *unâ* literâ ſcribuntur: ut, A notat *Aulus*, C. *Cajus*, D. *Decimus*, K. *Kaſo*, L. *Lucius*, M. *Marcus*, M'. vel M'. *Manius*, N. *Numerius*, P. *Publius*, Q. *Quinctus*, T. *Titus*. Quædam ſcribuntur *binis*: ut, Ap. *Appius*, Cn. *Cnæus*, Op. *Opiter*, Sp. *Spurius*, Ti. *Tiberius*. Quædam *ternis*: ut, Mam. *Mamercus*, Sex. *Sextus*, Ser. *Servius*. Tul. *Tullus*. Sic F notat *Filius*, N. *nepos*: ut, M. F. M N. eſt *Marci filius*, *Marci nepos*. Atque ita in aliis. Itidem P.C. notat, *Patres conſcripti*, R. P. *Reſpublica*, P. R. *Populus Romanus*, S. P. Q. R. *Senatus Populúsq; Romanus*, HS valet *Seſtertium* quaſi dicas duos aſſes & ſemiſſem, Voſſius p. 169. Sed hâc de re omnium pleniſſimè egit *Curius Lancilotus Paſius* lib. 3. Gram. cap. 23. à pag. 57. ad 61. Quem ſi conſulueris, expeditiùs Nomina Propria paſſim in Latinis autoribus literâ unâ aut duabus initialibûs ſcribi ſolita interpretaberis. *b* Nam etſi tum Cenſorius Cato, tum Uticenſis Cato, uterque Catones dicantur: illud tamen non fit propter *communem* in ipſis *ſpeciem* (propter hanc enim homines dicuntur, non Catones:) ſed ob *ſolam Nominum ſimilitudinem* &c. Ea autem ſimilitudo vel ex liberrimo arbitrio poteſt proficiſci; vel ex accidente eſt.

## De Nomine *octo* [*a*] ſunt conſideranda: Caſus, Declinatio, Genus, Comparatio, Species, Figura, Numerus, Perſona.

*a* Non numeramus *octo* Nominis affectiones, quòd putemus tot Nomini proprias & peculiares eſſe affectiones;

ſed quia quodlibet Nomen, ut probè notum ſit puero, juxta omnes has & ſingulas affectiones examinandum. Hîc itaque nonnihil deflectimus ab accuratæ Methodi lege, quò rudi juventuti conſulamus.

# DE CASIBUS.

C*Aſus* eſt finalis variatio Nominis in declinando.

Caſus ſunt ſex:

Nominativus, Genitivus, Dativus, Accuſativus, Vocativus, & Ablativus.

*Nominativus* eſt caſus agentis cum Verbo Activo, & patientis cum Verbo Paſsivo: ut puer ludit, puer verberatur.

*Genitivus* eſt Caſus poſsidentis, cujus res eſt: ut, liber patris, Eſt boni Præceptoris.

*Dativus* eſt Caſus ejus cui aliquid fit, tribuitur vel adimitur: ut, liber utilis puero, Do puero poma, Eripio puero nuces.

Nota. Cum Verbis auferendi, removendi, accipiendi, locô Dativi interdum eſt Ablativus cum à vel ab: ut *Aufero tibi, vel, à te.*

*Accuſativus* eſt Caſus rei, in quam Verbi actio tranſit: *ut*, Verbero canem, Do tibi librum.

*Vocativus* eſt Caſus ejus qui vocatur.

*Ablativus* eſt Caſus modi, inſtrumenti & cauſæ

à quâ

Digitized by Google

à quâ per & propter quam aliquid eſt vel fit: [a] ut, *Verberare lapide*, *Agitari metu*, *Pallidus morbô*.

Nota. Interdum pro Ablativo eſt Dativus, cum Verbis Paſsivis: ut, *Viſus mihi*, *pro à me*, *Nec cernitur ulli*.

*a* *Caſus* aliàs vulgò ita definiuntur. *Nominativus* prima vox eſt, quâ rem ſimpliciter nominamus, ut agens; *Petrus fecit*. *Genitivus* eſt quô utimur interrogati (non quidvis, ſed) cujus originis vel poſſeſſoris res ſit: ut, *cujus eſt filius? Davidis. Cujus habet librum? Ciceronis.* Priſcian. lib. 5. dictum vult, quòd gignat omnes obliquos ſequentes, etſi ipſe à Nominativo deducatur. Quod verum quidem eſt. Sed quia primi harum appellationum autores, in reliquis Caſibus omnibus, reſpexerunt ad præcipuam & inſignem aliquam ſignificationem; etiam hîc eò reſpexiſſe veriſimile eſt. Inde enim & *Patrius* & *Gignendi Caſus* fuit dictus. Olim etiam *Interrogandi Caſus* fuit appellatus. Sed impropriè. Aliàs enim quilibet ita dici poſſet, quandoquidem per quemvis ad interrogationem reſponderi poteſt, præter Vocativum. *Quis fecit? Petrus. Cujus eſt filius? Petri. Cui dediſti? Petro. Quem vidiſti? Petrum. A quo miſſus es? à Petro.* *Dativus* eſt, quô utimur in dando vel attribuendo aliquid cuipiam. Hunc interdum Caſum *Octavum* nominârunt Veteres, quando ſcilicet eô effertur id, quod aliàs per Accuſativum cum Præpoſitione efferri ſolet: ut, *It clamor cælo*, prò, *ad cœlum*. *Accuſativus* eſt, quô utimur, quum aliquem accuſamus, aut aliquid nominamus, ut patiens; ut, *Accuſo Petrum*, *Scribo literas*. Dicitur & *Cauſalis*, quòd ſæpe cauſam notet: ut, *Propter gloriam*, *Ob hanc rem*. *Vocativus* eſt quô vocamus. Aliis etiam *Salutatorius* dictus, quòd in ſalutationibus uſurpetur: ut, *Salve Petre*. *Ablativus* eſt, quô utimur, quando ablationem per Præpoſitionem, Perſonæ vel Rei

Rei tribuimus: ut, *Aufertur à Petro moleſtia.* Idem etiam Caſus *Septimus* à Diomede appellatur, lib. 1. quando aut abſolutè ponitur: ut Æneid. 2. *Fit ſonitus ſpumante ſalô*: aut aliàs ſine Præpoſitione effertur; ut quando inſtrumentum notat, v. g. Virg. Ecl. 9. *Cornu ferit ille.* Illud in genere de omnibus his appellationibus notandum, eſſe eas ita comparatas, ut non per omnia ipſam internam proprietatem cujúſque caſus exprimant, ſed à potiore tantùm, aut evidentiore aliquâ ſignificatione, primis autoribus ortæ fuerint. Sic *Genitivus* non tantùm *Genitorem*, ſed & *Poſſeſſorem*, *Autorem*, *Totum* &c. notat. *Dativus* non ſemper in dando, ſed etiam in adimendo locum habet: *Adimo tibi omnem metum.* *Accuſativus* ſæpiùs in alijs, quàm in accuſationibus uſurpatur. Potiùs *Paſſivus* diceretur. Ineptiſſimè omnium *Ablativus* dicitur, qvum & rariſſimè ablationem notet, & tum ſæpe etiam ambiguitatem afferat: ut, ſi quis dicat: *aufertur à Petro moleſtia;* ambiguum eſt, an à Petro ut cauſa Efficiente, ſeu per Petrum ablata ſit; an à Petro ut ſubjecto patiente. Rectiùs *Organicus* diceretur ſeu *Inſtrumentalis.* Quæ appellatio tamen & ipſa, per omnia locum non habet. Et tamen ſi olim introducta fuiſſet; cauſa, Græcis caſum hunc Sextum iniquè denegandi fortè extitiſſet nulla. Interim retineamus Nomina cum qualibuſcunque deſcriptionibus, prout à priſcis accepimus, dum exquiſitiùs iſta exprimere non licet. De vocabulis enim facilè conveniemus, ſi de rebus nobis conſtet. Videatur Schmid. in Hypomnemat. Gram. c. 11. p. 107. 108. 109.

## *Regulæ de Caſibus.*

### I. Nominativus & Vocativus dicuntur *Recti* [*a*] cæteri caſus *Obliqui.* [*b*]

*a* *Rectus* vocatur, quòd rem directè ſignificet; vel quòd rectam & invariatam formam ſervet in Singulari, ut alijs placet. *b.* *Obliqvus* ſic dicitur, quòd obliquè & non directè rem ſignificet: vel quòd plerumque à Recto deflectat,

ſlectat, ſecundùm alios. Porrò de *Obliquis* nota, quòd non ſemper tot conſtent ſyllabîs, quot *Rectus*. Ideo Nomina alia dicuntur *Pariſyllaba*, alia *Impariſyllaba*. *Pariſyllaba* ſunt quæ habent parem numerum ſyllabarum in Nominativo & Genitivo ſingulari: ut, *Menſa menſæ*: *Dominus Domini*: *Pater Patris*: *Hic Fructus, hujus Fructûs*. *Impariſyllaba* verò ſunt, quorum Genitivi ſingulares ſuperant Nominativum numerô ſyllabarum: ut, *gener generi*: *ſacerdos ſacerdotis*: *tellus telluris*: *ſpecies ſpeciei*.

II. Nominativus & Vocativus utriuſque numeri ſunt ſimiles.

Excipe: 1. Nomina in US *Secundæ* Declinationis, faciunt Vocativum in E: [a] ut, *Dominus*, *Domine*. 2. Græca in AS *Primæ*, faciunt Vocativum in A: ut, *Æneas*, *Ænea*. 3. Græca in ES, faciunt Vocativum in E: ut, *Anchiſes*, *e*. 4. Græca in EUS *Secundæ* faciunt Vocativum in EU: ut, *Orpheus*, *Orpheu*.

a At verò, Atticè ſemper Vocativus ſimilis eſt Nominativo: ut, Virg. 2. Æn. *Adſis lætitiæ Bacchus dator*. Et 8. Æn. *Corniger Heſperidum fluvius regnator aquarum*. Sicut contrà Atticorum imitatione Vocativus nonnunquam Nominativi locô ponitur; præſertim ſi ſermo ſit in Secunda Perſona: ut, Perſ. ſat. 3. *Stemmate quod Tuſco ramum mileſime ducis, Cenſorémq; tuum vel quod trabeate ſalutas*. Auſonius in Burdigala: *Diſtinctas interne vias mirere domorum*. Propert. 2. 15: *Lectule delicijs facte beate meis*. Virg. 2. Æn. *Quibus Hector ab oris Expectate venis?* Liv. 1. ab Urbe: *Audi tu populus Albanus*.

III. Neutra habent Nominativum, Accuſa-

cuſativum & Vocativum ſemper ſimiles ; qui in Plurali terminantur in A.

IV. Dativus & Ablativus Plurales ſunt ſimiles.

V. Genitivus Pluralis, præterquam in Quinta Declinatione, frequenter patitur Syncopen, † maximè apud Poëtas.

† In *Prima* quidem Declinatione patiuntur Syncopen, Patronymica & Compoſita à gigno & colo, eliſó nimirum AR, Genitivi pluralis : ut, Dardanidûm pro Dardanidarum; Grajugenûm pro Grajugenarum : Cœlicolûm pro Cœlicolarum. Virg. lib. 2. Æneid. v. 241. *O patria, ô Divûm domus Ilium & Inclyta bello Mœnia Dardanidûm.* —— Idem lib. 5. Æn. Ac ſic *Dardanidûm mediam ſe matribus infert.* Idem lib. 3. Æneid. *Grajugenûmq; domos ſuſpectáq; linquimus arva.* Et lib. 8. Æn. *Tum Regem Æneas dictis affatur amicis : Optime Grajugenûm.* —— Idem lib. 3. Æn. *Cœlicolûm Regi mactabam in littore taurum.* In *Secunda* Declinatione contingit Syncope abjectô OR Genitivi Pluralis : ut, *liberûm* pro *liberorum.* In hâc autem Declinatione non ſolûm *Subſtantiva* imminuuntur ; ut, *ſociûm, denariûm, divûm ;* ſed etiam *Adjectiva :* ut, *meûm*, *magnanimûm*, præcipuè quæ *Diſtributiva* appellantur : ut, *quinûm*, *ſenûm*, *ſeptenûm*, *denûm*, idq; etiam apud Oratores, 4. Verr. invenies *ſenûm*, *ſeptenûm*, *denûm.* Plin. lib. 9. c. 30 : *In noſtro mari loligines quinûm cubitorum, ſepiæ binûm.* Nonius Marcellus de Numeris & Caſibus, ait Accuſativum Singularem poni pro Genitivo Plurali. Plaut. Perſa : *Pol Deûm virtutem dicam, & majorum meûm.* Lucret. lib. 6 : *Flammea tempeſtas Siculûm dominata per agros.* Terent. Hecy. *Propè jam remotum ab injuria adverſariûm.* Varro de vita P. R. lib. 4. *Hortenſius ſupra decem millia cadûm hæredi reliquit, medimnûm vini mille cadûm.* M. Tullius de Officijs lib. 3. *An emat denariô,*

*riô, quod ſit mille denariûm.* In his & alijs hujus generis putat Nonius Accuſativum pro Genitivo poni. Idem videtur Quintiliano lib. 1. cap. 9. ſignificare, ubi reprehendit quoſdam analogiæ nimiùm tenaces, aut certè de eorum ſententia loquitur. Idem, inquit, centum millia nummûm, & fidem Deûm, oſtendant duplices ſolœciſmos eſſe, quando & Caſum mutant, & numerum. Mirum eſt id in mentem veniſſe Nonio, cùm eôdem locô ex Accio hoc exemplum ponat: *Ab claſſe ad urbem tendunt, neque quiſquam poteſt Fulgentium armûm armatus ardorem obtui;* & ex Turpilio, *In Caliphonis nunc te miſera liberûm.* Quis enim unquam Accuſandi caſu numerô ſingulari vidit *Armum,* aut *Liberum?* Fortaſſis, inquies, priſcis temporibûs hæc etiam numerô ſingulari fuiſſe in uſu. Sit ita ſanè. Cicero tamen in Oratore imminuta eſſe docet. *Atque etiam,* inquit, *à quibuſdam ſerò jam emendatur antiquitas, qui hæc reprehendunt: Nam proh Deûm atque hominûm fidem: Deorum ajunt. Ita credo, hoc illi neſciebant: an dabat hanc conſuetudo licentiam? Itaq; idem Poëta, qui inuſitatiùs contraxerat, Patris mei meûm factûm pudet, pro meorum factorum: &, Texitur exitiûm examen capiti, pro exitiorum. Non dicit liberûm, ut plerique loquimur, cùm Cupidos liberûm, aut; In liberûm loco, dicimus: ſed ut iſti volunt, Neque tuum unquam in gremium extollas liberorum ex te genus. Idem, Nanque Æſculapij liberorum — At ille alter in Chryſe, non ſolùm Cives antiquè amici majorum meûm: quod erat uſitatum, ſed durius etiam: Conſiliûm ſocij, augurium, atque extûm interpretes. Idémq; pergit, Poſtquam prodigiûm horriferûm portentûm pavor. quæ non ſanè ſunt in omnibus Neutris uſitata. Nec enim dixerim tam libenter, armûm judicium, etſi eſt apud eundem, Nihil ne ad te de judicio armûm accidit? quàm armorum. Jam, ut Cenſoriæ tabulæ loquuntur, Fabrûm & procûm audeo dicere, non fabrorum & procorum. Planè, Duorum virorum judicium, aut, Trium virorum capitalium, aut, Decemvirorum litibus judicandis, dico nunquam, atqui dixit Accius: Video ſepulchra duo duorum corporum, Idémq; : Mulier una duûm*

*virûm,*

Digitized by Google

*virûm. Quid verum ſit intelligo : ſed aliàs ita loquor ut conceſſum eſt, ut hoc, vel Proh Deûm dico, vel, Proh Deorum: aliàs ut neceſſe eſt, cum trium virûm, non virorum, & ſeſtertiûm nummûm, non nummorum, quòd in his conſvetudo varia non eſt.* Hæc ad verbum deſcripſimus, & ut intelligeres id quod propoſitum erat, & quatenus hàc imminutione utendum ſit. In *Tertia* Declinatione fit Syncope, eliſô I Genitivi Pluralis : ut, *ſerpentûm* pro ſerpentium. Hujus Declinationis Syncope latiùs patet. *Cladûm, cædûm, veprûm, cœleſtûm, agreſtûm, Macedûm*, &c. Hujus formæ ferè Poëtarum ſunt. Sil. lib. 1. *Turbine mox ſævo venientûm haud inſcia cladûm.* Idem 4. *Exoritur rabies cædûm, ac vix tela furori Sufficiunt* —— — Ovid. 5. Faſt: *Cùm tua ſint, cedántq; tibi confinia menſûm*, pro *menſium*. Lucan. lib. 5. *In Macedûm terras, miſcens adverſa ſecundis.* Ovid 1. Metam. *Ultima cœleſtûm terras Aſtræa reliquit. Ruentûm, furentûm, potentûm &* alia hujus generîs duriora, ferme Poëtarum. Virg. 11. —— *oriturq; miſerrima cædes Defendentûm armis aditus, inque arma ruentûm.* Ibid. —— *juvenum in clamore furentûm.* Nominum in AS, etiam Subſtantivorum, Genitivus apud Veteres in ium, exibat, ut *civitatium, utilitatium*, quô pactô & Livius lib. 5. dec. 9. loquitur, *Reſponſum ab Senatu eſt, Rhodios neq; utilitatium Græciæ, neque cura impenſarum P. R. ſed pro Perſeo legationem eam miſiſſe.* Ibid: *Tam civitatium, quàm ſingulorum hominum mores ſunt.* Ibid: *Senatum prædam Epiri civitatium, quæ ad Perſea defeciſſent, exercitui dediſſe.* Idem docet M. Varro 2. de Analog. Item quòd in Genitivo Caſu diſpariliter dicuntur *Civitatum, Parentum & Civitatium, Parentium. Apum* uſitatiùs eſt, quàm *Apium*. Plin. lib. 11. c. 7. *Hic erit Apum dum operantur cibus.* Ibid. c. 11. *Et quaſi ſervitium verarum apum.* Colum. lib. 9. cap. 3. *tum apium tum apum dicit.* Ibid. cap. 6. *Quod ipſarum apium causâ fieri debet. Serpentium* frequentiùs apud Plinium quàm *Serpentum* leges. lib. 20. cap. 6: *Allium ad ſerpentium quidem ictus potum cum reſtibus ſuis efficaciſſimè*, &c. & lib. 28. cap. 3. & lib. 5. c. 8. & lib. 29. cap. 3. & 4. Idem, *Serpen-*

Digitized by Google

*Serpentum* dixit in proœmio lib. 7: *Serpentum morſus non petit ſerpentes.* Livius 1. ab Urb, *Quiritium frequenter* dicit, *Quiritium quoque foſſa*, &c. Cicero, *Quiritum* pro Cæcin: *Qui enim poteſt jure Quiritum liber eſſe is, qui in numero Quiritum non eſt?* Idem *Optimatium* frequentiùs dicit, ad Attic. lib. 10: *Quod ſi te aut voces optimatium commovent, aut* &c. Idem 2. de Leg. *Conſilio & autoritate optimatium indigere.* Idem ad Attic. lib. 1, *Optimatum* dixit. *Illud tamen velim exiſtimes, me hanc viam optimatum poſt Catuli mortem nec præſidiô ullô, nec comitatu tenere.* Conſimiliter genitivis locupletium & locupletum promiſcuè uſos eſt Cicero. Ad Atticum lib 7; *Nec in cæde Principum clementiorem hunc fore, quàm Cinna fuerit: nec moderatiorem, quàm Sulla in pecunÿs locupletium. Et ſi propediem video bonorum, id eſt, lautorum & locupletum, urbem refertam fore.* In *Quarta* Declinatione per Syncopen eliditur U Genitivi Pluralis: ut, *currûm* pro *curruum*; *paſſûm* pro *paſſuum.* Virg. lib. 6. — *quæ gratia currûm Armorúmq; fuit vivis.* Mart. lib. 2. *Sed duo ſunt quæ nos diſtingvunt, millia paſſûm.* Sed rariùs contingit, ut Genitivus Pluralis in *Quarta* Declinatione Syncopen patiatur. Videſis Alvarum de Nominum Declinatione pag. 210, 211, 212.

# DE DECLINATIONE.

D*Eclinatio* eſt variatio nominis in fine per caſus.

Declinationes ſunt *quinque.*

## DECLINATIO I.

*Prima* eſt cujus Genitivus [a] & Dativus ſingularis deſinit in Æ; ut, *Menſa, menſæ, menſæ.*

[a] Genitivus ſingularis antiqvus eſt *aï* diviſis ſylla-

bîs : ut, *pictaï*, *aulaï*. Virg. Æn. 3 : *Aulaï in medio libabant pocula Bacchi.* Et as, ab a puro, Græcorum more : ut, *Majas*, *familias* : hinc *paterfamilias*, *materfamilias*, *filiusfamilias*, pro *familiæ*. Livius tamen lib. 1. ab U. C. dixit : Bos in Sabinis nata cuidam *Patrifamiliæ* dicitur, mirandâ magnitudine & ſpecie.

## Terminationes Primæ Declinationis ſunt *quatuor* : A, E, AS, [†] ES : ut, *Menſa*, *Epitome*, *Æneas*, *Anchiſes*.

† Ebraica in *as* ſunt analoga, abjecto S è Vocativo : ut, *Meſſias*, *Tobias*, *Meſſia*, *Tobia*. Porrò nota ; unam etiam terminationem eſſe Ebræis in AM ; ut, *Adam*, *Abraham*, quæ promiſcuè variabilis & invariabilis eſt, cui tamen nonnulli tribuunt Nominativum AS ; ut, *Adas*, *Abrahas* : uſitatiùs verò in ſecunda Declinatione dicitur *Adamus*, *Abrahamus*. Veteres autem terminationes Græcas Latinè per A efferebant : ut, *Ænea*, *Pauſania*, *Anchiſa*, *Circa*, *Penelopa*, pro *Æneas*, *Pauſanias*, *Anchiſes*, *Circe*, *Penelope*. Denique *Paſcha* & *Manna* ſunt in ſacris Biblijs indeclinabilia: ſed apud alios ſcriptores declinantur *Paſcha*, *æ* & *atis*, Pluraliter *Paſcha* &c. *Manna* verò pro thure tantùm legitur declinatum, idq; in Prima Declinatione apud Galenum, Plinium & Dioſcoridem ; aliàs indeclinabile eſt. Sed de his fuſiùs infrà.

## Deſinentia in AS hôc pactô variantur.

*Singularis.*

| | |
|---|---|
| Nominativus, | Æneas |
| Genitivus, | Æneæ |
| Dativus, | Æneæ |
| Accuſativus, | Æneam [*] & Ænean. |

Voca-

| | |
|---|---|
| Vocativus, | Ænea |
| Ablativus, | Ænea. |

* Græca in AS Maſculina & in A Fœminina, habent in Accuſativo AM, analogiâ Latinâ; & AN, Græcâ: ut, *Æneas, Æneam & Ænean : Majas, Majam & Majan: Electra, Electram Electran: Sophia, Sophiam & Sophian.*

## Deſinentia in ES Græca ita declinantur.

*Singularis*

| | |
|---|---|
| Nominativus, | Anchiſes [*a*] |
| Genitivus, | Anchiſæ |
| Dativus, | Anchiſæ [*b*] |
| Accuſativus, | Anchiſen |
| Vocativus, | Anchiſe |
| Ablativus, | Anchiſe. |

*a* Ad formam *Anchiſes* variantur Patronymica Maſculina in ES & plurima Græca in της: ut, *Pyrites, Abſinthites, Sorites.* Sed nota, quòd quædam etiam Propria in ES imitentur Declinationem Tertiam: ut,

*Oreſtes* { *a, a, en, e* / *is, i, em, es.* } Sic *Pſaltes, Pſaltis*: quâ de re infrà.

*b* A Nominibus tamen in ES, etiam in E Dativus formatur, ex Græco η: 1. Æn. *Dardanio Anchiſe.* Eadem enim eſt ratio Dativi, *Anchiſe, Gnome*, quæ eſt Ablativi *Anchiſe, Gnome.* Nam utrobique eſt Ἀγχίσῃ, γνώμῃ, & jota ſubſcriptum quieſcit.

## Deſinentia in E Græca hôc modò inflectuntur.



Digitized by Google

*Singularis.*

| | |
|---|---|
| Nominativus, | Epitome [a] |
| Genitivus, | Epitomes |
| Dativus, | Epitomæ |
| Accuſativus, | Epitomen [b] |
| Vocativus, | Epitome |
| Ablativus, | Epitome. |

*Pluralis.*

| | |
|---|---|
| Nominativus, | Epitomæ |
| Genitivus, | Epitomarum |
| Dativus, | Epitomis |
| Accuſativus, | Epitomas |
| Vocativus, | Epitomæ |
| Ablativus, | Epitomis. |

*a* Ad formam *Epitome* variantur Patronymica Fœminina in NE: ut, *Adraſtine, es, æ, en,* &c. *b* Nota. In Accuſativo ſingulari EN frequentiùs habent, quæ in E deſinunt, vel Propria in ES terminata: ut, *Epitome, Epitomen: Anchiſes, Anchiſen.* At verò Patronymica & alia in ES finita, EM vel EN in Accuſativo ſingulari admittunt: ut, *Æolidem & den.* Sed in Tertia tantùm EM: ut, *Herculem* non *Herculen.* Ut autem in multis alijs, ita hîc quoque Latini Doricam dialectum admiſerunt, ut pro EM vel EN, AM vel AN fecerint. Sic *Scipiadam*, Horat. lib. 2. Serm. Sat. 1. & quod aliunde afferunt *Scipiadan,* tanquam à *Scipiada* vel *Scipiadas.* ὁ Σκηπιάδης, τὸν σκηπιάδην, Doricè, ὁ Σκηπιάδας, τὸν σκηπιάδαν.

NOTA.

## NOTA.

Dativum & Ablativum Pluralem dant in ABUS: [*] *Filia, nata, Dea, liberta, equa, mula, duæ, ambæ.*

Sic *Serva, anima, conſerva, aſina, ſocia, Domina.*

* Servius in Donatum teſtatur inventam fuiſſe terminationem *abus*, propter *Teſtamentorum neceſſitatem*, ut perſpicuus eſſet ſermo de maſculisne ageretur, an de fœmellis. Et Soſipater autor eſt, Juriſperitos inſtituiſſe hanc terminationem ambiguitatis ſecernendæ causâ. Equidem *animabus* inauditum eſt Veteribus, ut & *dominabus*, *aſinabus* &c. quæ indocti fingunt, quòd olim *puellabus*, ſexus oſtendendi causâ Veteres uſurpaverint, quæ nunc obſoleverunt. Antiquiſſimi tamen dixerunt *Eabus* pro *Eis*, *dextrabus* pro *dextris*. Quos Priſc. l. 7. & Valla 1. 1. hac in re non imitandos cenſent. Dicitur etiam in Fœminino *Filÿs*, Plaut. Sticho. *Natis*, Ovid. 13 Metam. *Dÿs* Varr. 2. & 3. de re Ruſt. *Equis* Plin. 11. 41. Colum. l. 7. *Duabus animis ſuis*, Cic. *Aſinis*, Plin. 11. 40. Sed de hiſce fuſiùs diſſerit Alvarus, de Primâ Nominum declinatione.

## DECLINATIO II.

Declinatio *Secunda* eſt cujus Genitivus in I [†] & Dativus ſingularis in O deſinit: ut, *Dominus, Domini, Domino.*

† Nomina in *ius* vel *ium* Genitivum II, apud Poëtas inprimis, ſæpe contrahunt, quod I longiuſculô ſolet exprimi: ut, *TullI* pro *Tullÿ*: *peculI* pro *peculÿ*.

Terminationes *Secundæ* Declinationis

 ſunt

ſunt *ſex* [*a*]; Tres uſitatiores : ER, US, UM : [*b*] ut, *liber*, *Dominus*, *pomum*; Et tres rariores : IR, UR, EUS : ut, *Vir*, *Satur*, [*c*] *Orpheus*.

*a* Quibus alij addunt OS, ON, OUS: ut, *Apollos*, *Ilion*, *Panthous*. *b* Nota. Quædam Græca Neutra in ON, flectuntur etiam per UM: ut, *Symbolon* & *Enchiridion*, quæ habent Accuſativum & Vocativum ſingularem Græcum in ON: in reliquis autem caſibus flectuntur ad formam Neutrorum in *UM* Secundæ Declinationis. Sed de his fuſiùs infrà in doctrina *Abundantium* dicetur. Porrò ad *UM* pertinet etiam unica Terminatio *UD*, in Neutro *Aliud*, à Maſculino *alius*, *a*, *ud*, pro *alium*, quod inuſitatum eſt in Neutro. Veteres pro hoc dixerunt *alis*, *alid*; ſicut in Pronomine *aliquis*, aliquid. Catull. Epigr. 62. *Conjugium*, *quod non fortior auſit alis* (licèt alij legant; *fortior auxit avis*.) Inde & Lucretius lib. 1. Neutrum facit *alid*; Quando *alid* ex alio reficit natura. Et alibi etiam. *c* *Ut* Veteres *puerus* dixere pro *puer*, unde *puere* apud Plautum: ſic & *Satur* per Apocopen factum eſt ex *ſaturus*, cujus Fœmininum *ſatura*, Neutrum *ſaturum*. Quod ſi etiam per Apocopen facta, huc viſum referre, erit & alia terminatio, L. Nam Secundæ eſt *nihil*, quod κατ' ἀποκοπὴν factum eſt ex *nihilum*, uti hoc conflatur ex *ne* & *hilum*.

## Græca in EUS ſic variantur.

| | *Singularis.* | *Pluralis.* |
|---|---|---|
| Nom. | Orpheus | Orphei |
| Gen. | Orpheï [*a*] | Orpheorum |
| Dat. | Orpheo & Orphei | Orpheis |
| Ac. | Orpheum, eon, & ea. | Orpheos, as. |

Voc.

| | | |
|---|---|---|
| Voc. | Orpheu, | Orphei |
| Abl. | Orpheo. | Orpheis. |

a Quando apud Poëtas Genitivus Secundæ in O deſinit, eſt ille à Nominativo in OS, ex Græca terminatione ως Atticæ Declinationis: ut, 6. Æn: *in foribus lethum Androgeo*, pro *Androgeï*, qui Genitivus 2. Æneid. extat. Sic enim declinant Attici ὁ ἀνδρόγεως, τοῦ ἀνδρόγεω. Sic *Athos, Atho, Athon*. Sic Ἀπολλῶς τοῦ Ἀπολλῶ, τὸν Ἀπολλῶ, 1. cor. 1. v. 12. & 3, v. 4. Tit. 3. v. 13. Latini etiam ex Atticis in OS, faciunt Nominativum in O, Genitivum in ONIS in Tertia: ut, *Atho, Athonis; Mino, Minonis; Androgeo, Androgeonis*. Hinc Accuſativus *Androgeona* apud Accium. Præterea obſerva, circa Genitivos Nominum EUS, interdum *Sinæreſin* fieri, E & I in unam ſyllabam contractis: ut, *injuria Theſi*, pro *Theſeï*. Cujus formæ ſunt etiam Genitivi *Ulyſſi, Achilli*, apud Poëtas. Nam Veteres declinârunt *Achilleus*, ſicut *Orpheus*, & EUS reſolverunt in duas ſyllabas, *Achillĕŭs*, Fab. 1. 9. Inde fit Genitivus *Achillei*, & per contractionem *Achilli*. lib. 2. Æneid: *Exuvias indutus Achilli*. 3. Æneid. *Comes infelicis Ulyſſi*. Sic *Moyſi*, à Nominativo μωϋσεύς. Sunt qui hoc I per ei ſcribant: ſed minùs probatur. Scripſerunt enim potiùs Latinîs literîs, *Theſei, Ulyſſei, Achillei*; quàm *Theſeĩ, Ulyſſeĩ, Achilleĩ*, E & I per συνίζησιν in unam Syllabam coaleſcentibûs. Quod & in alijs caſibus Nominum in EUS fit: ut Ovid. 13. Metam: *Nec quo centimanum dejecerit igne Typhoea*. Et 6. Met: *Degeneras, ſcelus eſt pietas in conjuge Tereo*. Eſtq; in his & ſimilibus, E in omnibus caſibus naturâ breve. Poëtæ autem græcam rationem ſecuti, id alicubi produxerunt, ut 1. Æn. *Ilionēa petit*. Æn. 3. *Idomenēa ducem*. Nam Græci Jonicè ex Ἰλιονέα, Ἰλιονῆα faciunt, ex Ἰδομενέα, ῆα. Iidem Poëtæ, græcâ imitatione, Genitivum interdum in EOS faciunt: ut, 4. Faſt. *Typhoëos*, pro *Typhoëi*, ex Τυφωεύς, Τυφωέος. Sic *Orpheus, ei, & eos*,



Digitized by Google

## NOTA.

I. Novem nomina Adjectiva dant Genitivum † in IUS & Dativum in I in omni Genere: nempe *unus*, *ullus*, *nullus*, *ſolus*, *totus*, *alius*, *alter*, *uter*, *neuter*: ut, *unus*, *a*, *um*. Genitivus *unius*. Dativus *uni* &c. In cæteris Caſibus ſunt analoga. Sic quoq; compoſita: *uterque*, *utervis*, *utercunque*, *uterlibet*, *alteruter alterutrius*.

† Hæc priſcis Genitivum & Dativum per omnia Genera analogicè formabant, quorum Caſuum exempla reperiuntur apud Cic. & Terent. in Eun: *mihi ſolæ ridiculo fuit*. Heaut: *In itinere alteræ dum narrat*, *audivi*. Andr. 2. 5. *Nulli conſilij ſum*. Sic *Neutri Generis*, Varro lib. 2. Anal.

II. In ER deſinentia formant Genitivum mutatô ER in RI: ut, *liber*, *libri*.

## EXCIPE.

Genitivum formant Nomina in ER, additô ad Nominativum I,

1. *Adulter*, *Gener*, *Presbyter*, *puer*, *ſocer*, *Liber* (i. e. Bacchus) *celtiber* [*a*] *celtibêri*, *Gibber*, *Gibbĕri*. [*b*]

2. Adjectiva hæc: *aſper*, *gibber*, *lacer*, *liber*, *miſer*, *proſper*, *tener*, *dexter dexteri*, & *contractè dextri*.

3. Com-

3. Compoſita à fero & gero: ut, *armiger, frugifer.*

*a* Huc referunt nonnulli quoque *veſper*, *iber*, *mulciber.* Verùm priora duo ad Tertiam Declinationem potiùs ſpectant. Cæſar dixit, *Primô veſpere.* Virg. 5. Æn: *Veſpere ab atro. Veſperi* ergo à *Veſperus* eſt. *Iber Iberis*, quando Gentile eſt. Poſtremum verò ad utramque: *Mulciber, beri & beris.* Ovid. 2. Art: *Mulciberis capti, Márſq; Venúſq; dolis.* Ita enim & Priſcian. lib. 6. legit. Martian. c. 6. 1: *Diſpendiáq; ligni perflagrata caſſum devorante Mulcibero.* Cic. 2. Tuſc. ex quodam Poëta. *Jovíſq; numen Mulcibri aſcivit manus.* Ubi & Syncope notanda. Ut autē *Iber Iberis* Gentile eſt: ita *Iberus Iberi*, fluvius Hiſpaniæ eſt, ſubſtantivè: *Iberus, a, um*, autē Adjectivum eſt. Etſi autem *Iber Iberis* eſt Tertiæ: tamen compoſitū ejus *Celtiber, Celtiberi* Secundæ eſt. *b* *Gibber* tum Subſtantivum tum Adjectivum Genitivô creſcit. Varro de re Ruſt. lib. 2. c. 5 *de vaccis, ut ſint benè compoſitæ, ut integrîs membrîs, oblongæ, amplæ, nigrantibûs cornibûs, latîs frontibûs, oculîs magnîs & nigrîs, piloſîs auribûs, compreſſîs malîs ſubſimivæ, gibberi ſpinâ leniter remiſſâ, apertîs naribûs* &c. Plin. l. 10. c. 26, *Africæ hoc eſt genus gallinarum gibberum, variîs ſparſum plumîs.* Varro 3 de re Ruſt. c. 9, *Gallinæ Africanæ ſunt grandes, variæ, gibberæ. Gibber gibberis* nondum lectum eſt: nam illud Juvenalis: *Attritus gibbere naſus*, nuſquam eſſe arbitramur; ſed *attritus gibbus.* Sat. 6. *Attritus galeâ, mediiſq; in naribus ingens Gibbus & acre malum ſemper ſtillantis ocelli.*

III. Propria in IUS è Vocativo abjiciunt US: [*a*] ut, *Virgilius, Virgili.* [*b*] Sic *Filius, fili, meus, mi.*

Nam Appellativorum diſpar eſt ratio: ut, *fluvius, fluvie, tabellarius, tabellarie.*



Digitized by Google

*a* Græca Propria ſæpe etiam Vocativum in E retinent. Hinc apud Statium : *ô Tyrinthie, Olmie, Sperchie* à Nominativis Tyrinthios, Olmeios, Spercheios. *b* Volunt in his penultimam, quantumvis brevem, non minùs acui, *Virgili, Mercuri*; ac ſi integrè diceretur, *Virgilie, Mercurie*. Nam per Apocopen literæ e, hi Vocativi ſiunt. Horatius in 1. Carmin. *Mercuri facunde nepos Atlantis.* Et in eodem : *Multis ille bonis flebilis occidit, Nulli flebilior quàm tibi Virgili.* Vide Priſcianum l. 7. de Vocativo ſingulari ſecundæ Declinationis in Edit. Baſilienſi Brylingianâ pag. 228. Et Servium in illud Virg. 1. Æn : *Timorem leniit.* Nec non Gellium 14. 5. Cæterùm, Vetuſtiſſimi Propria hujuſmodi in IE etiam terminârunt, ut dictum : *Laertie, Mercurie*, ut & Appellativũ *Filie*. Livius Andronicus in Odyſs. *Neque enim te oblitus ſum Laertie noſter.* Livius in Sereno : *Cum nunc Laertie belle, para ire Ithacam.* Veteres enim *Laertius* pro *Laertes* dicebant, quomodo & Græci λαέρτιος pro λαέρτης. Idem Livius Andronicus in Odyſſea dixit : *Pater noſter Saturni filie.* Videatúr Priſcianus citatô locô. Porrò de Græcis ex *OUS* in *US* contractis notandum eſt, quòd Vocativos in *U* forment : ut *Panthous*, *Panthus*, *ô Panthu.* Eſt enim contractio *OE* in *U*, *Panthoe*, *Panthu*, ex πάνθοε πάνθου. Extat hoc 2. Æneid. *Quô res ſumma locô Panthu? quam prendimus arcem?* Et *Nec te tua plurima Panthu, Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.* Huc aliqui etiam referunt, *ô Oedipu, Melampu*; ab Oedipus, Melampus : quæ à πȣ̃ς compoſita ſunt.

**Deus in Vocativo Deus. [a] Pluraliter Nominativo Dei [b] vel Dii, Dativo & Ablativo Deis vel Diis.**

*a* Quod verò Prudentius in Epil. dixit : *ô Dee cunctipotens*; obſervandum eſt potiùs, quàm imitandum. *b* Nominativi Pluralis [*Dei*] exempla deſiderantur. Ovidius 9. Metam. contractum habet : *Di mihi ſint faciles.* Dativus *Diis*, nonnunquam etiam admittit contractionem : ut, Plaut. Pœnul.

Pœnul, 6, 4: *Nam ego infelix Dis meis iratiſſimis, ſexagenos immolaſti, nec potui tamen &c.*

## DECLINATIO III.

Declinatio Tertia eſt cujus *Genitivus* in IS & *Dativus* Singularis in I [†] deſinit: ut, *Panis, pani.*

† Dativus Singularis antiquis eſt E, ut Virg. 10. Æn. —— *Hæret pede pes, densúsq; viro vir, Nocte Dea noctis criſtatus caditur alis.* Ovid. Evidentiſſimum exemplum extat apud Propertium Eleg. 8. lib. 4. v. 10. *Talia demiſſæ pallent ad ſacra puellæ, Cum temerè anguineo creditur ore manus.*

Terminationes Tertiæ Declinationis ſunt *decem:* A, E, O, C, L, N, R, S, T, X. *Rariores* ſunt D, I, Y; ut, *David, ſinapi, Moly.*

| | *Sing.* | | *Sing.* | *Plur.* |
|---|---|---|---|---|
| Nom. | Moly, | Echo | Melos | e |
| Gen. | yos, | ûs | us | on |
| Dat. | y | o | o | eſi |
| Ac. | y | o | os | e |
| Voc. | y | o | os | e |
| Abl. | y | o | o | eſi. |

Formatio [†] Genitivi in *Tertia* Declinatione per omnes terminationes, ita habet.

† Quæ utrum pueritiæ ſit ediſcenda ad verbum, an potiùs crebrâ repetitione & uſu addiſcenda, penes Præceptores judicium eſto. Poſterius magis placet.

In

Digitized by Google

## In A deſinentia.

Formant Genitivum additô TIS: ut, *Poëma, Poëmatis, Schema ſchematis.* *

* Antiquiſſimis Linguæ Latinæ patribus etiam formam *primæ Declinationis* placuiſſe in his & conſimilibus deſinentibus in MA è Priſciano liquidò conſtat, Quod ut probemus, ex ejus lib. 6. p. 162, hæc exempla citanda & illuſtranda duximus. Plautus in Prologo Amphitruonis: *Nunc ne hunc ornatum vos meùm admiremini, Quòd ego huc proceſſi ſic cum ſervili ſchema*, pro ſchemate &c. Valerius in Phorm. *Quid hic cum tragicis verſibus & Syrma facis?* pro Syrmate. Idem Priſcianus citat Plautum in Perſa act. 4. ſc. 2: *Theatrum lepidà cum decorat ſchema.* Sed ibi emendatius Taubmanni exemplar legit: *Tiara ornatum lepidè condecorat tuum*: & iſthic loci literatiſsimus Taubmannus docet & demonſtrat, quàm fruſtrà ſe torqueant alij literatores in reſtituendâ hâc Priſcianianæ lectionis lacunâ. Pergit Priſcianus. Cœcilius in Hippo: *Filius in me incedit hilari ſchema.* Pomponius in Satyra: *Cujusvis lepòris liber diademiam dedit.* Liberius in Cancro: *Nec Pythagoream dogmam doctus.* Plautus in Milite glorioſo act. 2. ſc. 1: *Ei nos facetìs fabricìs, & doctìs dolìs glaucomam ob oculos objiciemus: eúmq; ita faciemus, ut quod viderit, non viderit.* Ita Taubmannus legit.

## In E deſinentia.

Formant Genitivum mutatô E in IS: ut, *cubile, cubilis.*

## In I deſinentia †

Sunt indeclinabilia & plerumque peregrina: ut, *Gummi, Synāpi.*

† Nota. Quæ in I deſinunt, Antiquis terminabantur in IS Fœminina: ut *hæc ſinapis, gummis.* Etenim legitur apud

apud Martialem: *Séq; laceſſenti fletum factura ſinapis.* Columella l. 12. c. 50: *Exiſtimarúntq; ſatiùs eſſe nova dolia liquidâ gummi perluere.* Et Plautus in Pſeudolo act. 3. ſc. 2. *Teritur ſinapis ſcelerata cum illis: qui terunt, Priuſquam triverunt, oculi ut extillent, facit.*

## In O deſinentia

Formant Genitivum additô NIS: ut, *ſermo, ſermonis: Macedo, Macédonis: Teuto, Teútonis.*

Sed *cardo, margo, homo* [*a*] *nemo, ordo, Apollo, Cupido, turbo,* [*b*] item Fœminina in DO & GO, formant Genitivum in INIS: ut, *dulcedo, dulcedinis; imago, imaginis.*

*Caro* facit *carnis, Anio Aniénis,* [*c*] *Nerio Nerienis. Tendo* [*d*] dat *tendonis* & *tendinis. Pondo* eſt indeclinabile.

*a* Vetuſtiſsimi etiam *homo homōnis* dixerúnt. Ennius: *Vulturis in ſylvis miſerum mandebat homonem.* *b* *Turbo* Genitivô *turbinis*, quaſi à *Turben*, quando ſignificat *vim ventorum* vel *inſtrumentum puerorum luſorium*: de quo Tibullus l. 1. Eleg. 5. *Nanque agor ut per plana citus ſola verbere turbo, Quem celer aſſuetâ verſat ab arte puer.* Aliàs *Turbo, ōnis*, Proprium nomen gladiatoris eſt apud Horat. l. 2. Serm. Sat. 3. Et *turbones* dicuntur homines turbatores. Vide Priſcian. l. 6. *c* Priſci, ut Priſcianus docet, *Anien* dixerúnt. Cato: *Non minùs quàm 15 millibus Anien abeſt.* Eſt autem *Anio* nomen fluvij in agro Tiburtino, qui è ſublimi in vallem ſubjectam præceps fertur. Stat. l. 1. Sylv. eleg. 5. Quas præceps Anien atque exceptura natatus Virgo juvat. *Nerio* eſt Martis uxor. Plautus in Trucul. act. 2. 6. Mars peregrè adveniens ſalutat Nerienem uxorem ſuam. *d* *Ten-*

Digitized by Google

*do* Medicis eſt motus inſtrumentum in muſculis è nervorum & ligamentorum coitione conflatum. Nota. Græca Fœminina in *ω*, Genitivum more Græcorum in US faciunt; reliquos omnes caſus in O: ut, *Sappho*, *us*, *o*, *o*, *o*, *o*. Veteres hæc etiam Latinorum more declinârunt, *Sappho*, *ōnis*, *ōni*, Quos & C. Cæſar fuit ſecutus, teſte Fabiô l. 9. Hujuſmodi autem Nomina aliqui ex Deſpauterio his duobus verſiculis includunt: *Ino & Io*, *Dido*, *Sappho*, *Clio atque Calypſo*: *Alecto*, *Clotho*, *Manto*, *Caliſto*, *Eratóq*. Verùm longè plura ſunt iſta Nomina, quàm ea quæ ex Deſpauterio recenſeri ſolent. Ex multis pauca ſubjungemus: *Theano*, *Ceto*, *Proto*, *Sao*, *Spio*, *Doto*, *Cymo*, *Neſo*, *Themiſto*, *Aello*, *Celæno*, *Enyo*, *Echo*.

## In C vel D deſinentia

Formant Genitivum additô IS: ut, *Halec*, *halecis*; *David*, *Davidis*. Excipe *Lac*, * *lactis*.

* Extat etiam apud Plautum *lacte* Genere Neutro in Milite: *Tam ſimilem quàm lacte lacti eſt*. Idem in Menæchmis: *Nec aqua aquæ*, *nec lacte lacti*, *mihi crede*, *uſquã ſimilius*.

## In L deſinentia

Formant Genitivum additô IS: ut, *vectigal*, *vectigalis*: *Sal*, *ſalis*: *Daniel*, *Danielis*: *vigil*, *vigilis*: *Sol*, *ſolis*: *Conſul*, *Conſulis* Præter *mel* & *fel*, quæ Genitivum *mellis* & *fellis* faciunt.

## In AN, IN, YN deſinentia

Formant Genitivum additô IS: ut, *Titan*, *Titãnis*: *delphin*, *delphīnis*: *Phorcyn* † *Phorcȳnis*.

† *Phorcyn* vel Phorcys, pater fuit Meduſæ. Unde *Phorcynis*, nomine Patronymicô, ipſa dicitur. Ovid. 5. Met. *Dixit*: *& in partem Phorcynida tranſtulit illam*.

## In EN deſinentia

For-

Digitized by Google

Formant Genitivum mutatô EN in INIS: ut, *crimen, criminis.*

Excipe.

*Ren renis, ſplen ſplenis, lien liēnis, lichen* [*a*] *lichēnis, attāgen* [*b*] *attagēnis, hymen hymĕnis, Siren* [*c*] *Sirēnis, Trœzen* [*d*] *Trœzēnis, Anien, Aniēnis.*

*a* De *lichen* infrà agetur. *b* *Attagen* avis eſt Aſiatica, inter nobiliſſimas habita, maximè verô quæ in Ionia naſcitur, & inter eſculentiores aves præcipuô ſapore cenſebatur. *c* *Siren*] Servius in illud Virgilij 5. Æneid. *Jámque adeo ſcopulos Sirenum advecta ſubibat Difficiles quondam, multorúmque oſſibus albos;* ſic ait. *Sirenes* ſecundùm fabulam, partim *virgines* fuerunt, partim *volucres*, Acheloi fluminis & Calliopes Muſæ filiæ. Harum una, *voce*, altera *tibijs*, alia *lyrâ* canebat: & primò juxta Pelorum, pòſt in Capreis inſulis habitaverunt, ubi nautas illectos ſuô cantu in naufragia deducebant. Secundùm veritatem *meretrices* fuerunt, quæ quoniam tranſeuntes perducebant ad egeſtatem, fictæ ſunt inferre eis naufragia: has Ulyſſes contemnendo deduxit ad mortem. Ovidius: *Monſtra maris Sirenes erant, quæ voce canorâ Quaslibet admiſſas detinuêre rates.* Hæc Servius. Dictæ autem ſunt Sirenes, non ἀπὸ τοῦ σύρειν: hoc eſt à *trahendo* (ut quidam voluerunt) qvum Græci ει Diphthongô ſcribant: ſed ἀπὸ τῆς σειρᾶς, quod *catenam*, vel *vinculum* ſignificat; propterea quòd advenas incautos amore ſui, veluti vinculô quôdam injectô, retinerent; id quod Doctioribus placet. *d* *Trœzen* fuit òppidum Peloponneſi in ſinu Argolico.

In ON deſinentia.

Formant Genitivum additô IS: ut, *canon canŏnis.*

Excipe.

Propria in PHON, OON, LEON & ME-



Digitized by Google

DON formant Genitivum in ONTIS: ut, *Xenophon, ontis: Demophoon*, [a] *ontis: Chamæleon*, [b] *ontis: Laomĕdon*, [c] *ontis*. Sic *Horizon, Phaëthon*, [d] *Phlegethon*, [e] *Ucalegon*, [f] *Charon*, [g] *&* *Acheron* [h] *Acherontis*.

Propria duo *Typhon* [i] *&* *Colophon* [k] formant Genitivum in ONIS: ut, *Typhon, onis*, &c.

a *Demophoon* vel *Demophon* per contractionem, δημοφῶν; Theſei ex Phædra filius & Rex Athenarum, qui ab expeditione Trojana rediens, adverſis ventis pulſus eſt in Thraciam, ibíq, à Phyllide Lycurgi Regis filia hoſpitio & lecto ſuſceptus eſt: apud quam qvum aliquamdiu delituiſſet, Athenas abijt, ibíq; mortuô patre imperium ſuſcepit oblitus Phyllidis, cui ſe rediturum juraverat. Quapropter illa videns ſe derelictam, amoris impatientiâ de amygdalo ſe ſuſpendit. b *Chamæleon* quaſi parvus leo, animal eſt diversâ varietate conſperſum, ut *pardus*, & ad colores quos videt, converſione facillimâ variatur, præterquam ad rubrum & album. Ab hac colorum mutatione oritur parœmia: *Chameleonte mutabilior*, χαμαιλέοντος ἀμεταβολώτερος. Competit in hominem verſipellem, ſive inconſtantem, ac pro tempore ſeſe vertentem in omnem habitum. c *Laomĕdon* Rex fuit Trojæ, Ili filius, qui cùm de ædificandis Trojæ mœnibus cogitaret, Apollini & Neptuno id negotij dedit, pactus mercedem, quam mox extructis mœnibus ſe ſoluturum jurejurando affirmavit. Verùm perfectô opere *Laomedon* perjurus pactam mercedem negavit: propter quod Dij irati Neptunus aquam, Apollo peſtem urbi immiſit. Duplici igitur calamitate affectus *Laomedon*, de remedio oraculum conſuluit: reſponſum eſt, non

aliter

aliter Deos placari poſſe, quàm ſi ſingulîs annîs virgo Trojana ceto dilaceranda exponeretur. Inſtitutum itaque eſt virginem quotannis exponi, eámq; ſorte eligi. Sed qvum tandem ſors in Heſionem (quam tamen alij ſolam ab Apolline & Neptuno expoſtulatam tradunt), *Laomedontis* filiam cecidiſſet, & jam ſcopulo alligata monſtrum exſpectaret, Hercules fortè illàc tranſiens, liberaturum ſe filiam Laomedonti pollicitus eſt, ſi equos divinô ſemine procreatos, quos habere eum conſtabat, in præmium ſibi traderet. Hunc igitur in modum pactione factâ, Hercules interfectâ beluâ, virginem liberavit. Sed cùm *Laomedon* pomiſſis non ſtaret, indignatus Hercules, collectô undequaq; exercitu, Ilium expugnavit, *Laomedontem* occidit, Heſionem Telamoni uxorem dedit, quòd primus murum conſcendiſſet. Priamum ejus filium captivum abduxit, qui poſtea aurô à vicinis redemptus fuit, ideóque ἀπὸ τοῦ πρίασθαι: h. e. à redimendo nomen obtinuit. *d* *Phaëthon* fingitur à Poëtis Solis filius, qui cùm à patre impetraſſet ut ejus currum unô die regeret: imperitus equos Solis gubernandi non modô terram, ſed etiam cœlum incendit: ea propter Jovis fulmine in Padum fluvium præcipitatus. *e* *Phlegethon* Poëtis eſt fluvius Orci flammîs ſummè æſtuantibûs rapidus. De quo Virg. 6. Æn: *Quæ rapidus flammîs ambit torrentibûs amnis Tartareus Phlegethon torquétq; ſonantia ſaxa.* *f* *Ucalegon*] Quidam inter nobiles proceres Trojanos, qui tempore Trojani belli vixit, & ſeniô tandem fractus armis prorſus abſtinuit. Virg. 2. Æn. *poſſeſſorem* pro *re poſſeſſa* poſuit, ita canens: — *jam proximus ardet Ucalegon.* *g* *Charon* Poëtis fingitur nauta inferorum. Etenim fabulantur ipſum triente animas defunctorum per Stygem & Acherontem tranſvehere ad inferos. Hunc Virg. 6. Æn. deſcribit. Aliàs tribus hiſtoricis tribuitur hoc nomen: quorũ primus eſt *Lampſacenus*, qui tempore Darij primi vixit: ſecundus, *Carthaginenſis*: tertius *Naucratita*. *h* *Acheron* Poëtis fluvius inferorum. Servius in 6. Æn. deducit ab α privativâ particulâ & τὸ χαρά *gaudium*, quod illætabilis planè exiſtat, & triſtitiæ pleniſſimus. Eſt



Digitized by Google

etiam fluvius Epiri juxta Pandoſiam urbem; nec non fluvius in agro Brutio. *i* *Typhon* Gigas fuit, terræque filius fingitur à Poëtis. *k* *Colophon* Joniæ urbs clariſſima, quæ equeſtribus tantùm excelluit, ut ubicunque difficulter bella componi poterant; *Colophonij* equitatus auxiliis dirimerentur. Unde natum proverbium: κολοφῶνα ἐπέθηκε, i. e. *colophonem addidit;* qvum ſumma operi manus imponitur.

## In R deſinentia

Formant Genitivum additô IS: ut, *calcar calcāris*, *mulier muliĕris*, *Gadir* † *Gadiris*, *amor amoris*, *fur furis*, *martyr martyris*.

† *Gadir* Opulenta civitas in Gadibus ſita, h. e. in extremis oris noſtri orbis verſus Occidentem, ubi Europa ab Africa diſterminatur. NOTA. Chariſius huc refert *Hir* (alij *Ir* legunt) à quo Genitivum *Hiris* format. Verùm Priſciano & Probo eſt Indeclinabile.

## Excipe

1. Hæc in AR deſinentia: *far farris*, *hepar hepatis*, *Lar Lartis*. *

* *Lar* viri cognomen, cujus Genitivus eſt *Lartis*, quô diſtinguitur à vocula *Lar Laris*. Notandum verò quòd Alvarus, adjectô S ad finem hujus voculæ, *Lars* legat. Ita enim ait pag. 197: *Lars Rex Vejentium*, *ut Mars exit in tis*, *Lartis*. Liv. 4. ab Urb: *Daturos quod Lars Tolumnius dediſſet*, *reſponderi juſſit*. Ibid: *Ad Lartem Tolumnium Regem Vejentium defecēre.* Quidam ait 9. Philip. Cic. *Lartes* eſſe, ubi tamen (in editione Lambini) *Lar* invenitur: *Lar* Tolumnus Rex Vejentium &c. Non tamen reticendum, quòd citatô locô in correctiore Exemplari Guilhelmi, quod à Frobœnio excuſum eſt, inveniatur *Lartes*, Tom. 2. p. 478; non *Lar*, ut Alvarus cenſet. Priſcianus lib. 5. *Lar* putat eſſe rectum.

Digitized by Google

ctum. Sed id non ſatis firmiter demonſtrat, quando ſententiam ſuam ex ſolis obliquis probat.

2. Hæc in ER deſinentia, quæ mutant ER in RIS: videlicet Adjectiva *Acer*, *alacer*, *campeſter*, *celeber*, *equeſter*, *pedeſter*, *ſaluber*, *volucer*. Item Subſtantiva in TER: *pater patris*; [præter *later lateris*, *iter* [*a*] *itineris*, *jupiter* [*b*] *jovis*.] Nec non ſequentia in BER: *imber imbris*; & Menſium nomina, *September*, *October*, *November*, *December*. Sic *Inſuber*, [*c*] *bris*, *mulciber*, *mulcibris* & *mulciberis*, quod receptius eſt.

*a* Priſci *Itiner itineris* dixerunt. Plaut. Mercat: *Quin tu ergo itiner meum exſequi me ſines*. Et ibid. *Inceptum hoc itiner perficere exſequar*. Varro: *Expectant itiner longo ſermone levare*. Lucan. lib. 6: *Obvia diſcutiat plagis itinerq; ſequatur*. At *Iter* priſcis flectebatur *iteris*, *iteri* &c. Nonius: *ignoti iteris ſumus*. Accius: *Nam te itere cerno vadere*. Vide Non. Marc. *b* Antiquè à *Jupiter* formârunt Genitivum *Jupitris* vel *Jupiteris*, teſte Priſcianô. Genitivus autem *Jovis*, eſt ab antiquo *Jovis*. Unde *Dijovis*, *Vejovis*, Gell. 5. 12. Porrò Priſcianus lib. 6. ait, antiqvum hunc Genitivum & priſcam declinandi rationem adhuc ſervari in compoſitis, *Opiter*, *Dieſpiter*, *Marſpiter*. *c* *Inſubres* Galliæ populi, qui Mediolanum condiderunt, de quibus Strabo l. 5.

3. Hoc in OR deſinens: *cor cordis*.

4. Hæc in UR deſinentia: *ebur* † *eboris*, *femur femoris*, *robur roboris*; *jecur* autem dat *jecoris*, & *jecinoris*, ab antiquo *jecinus*.



Digitized by Google

† Ebur dens Elephanti vulgò exponitur: noſtratibus voce compoſitâ Philſbeen appellari ſolet. *Ubi* obiter & velut in tranſitu patriæ linguæ æſtimatores obſervent, quod is à vero longiùs aberraſſe exiſtimari vix poterit, qui vernaculam hanc vocem inter dictiones à diverſis linguis ortas numeraverit, quæ aliàs *hybrida* à literatoribus nunc vocari cœptæ ſunt. Etenim פיל Rabbinis, Chaldæis, Arabibus Elephantum ſignficat. Ex quo prior noſtratis vocis particula ducta videri poteſt, in re inprimis Orienti & Aſiæ magis propriâ & notâ, quàm ſeptentrioni. Poſterior vocis pars noſtratibus notiſſima eſt. Ad Latinam verò dictionem *ebur* quod attinet: eam nonnulli à *barro* deducunt. Sic enim elephantum vocabant Veteres, à *barritu*. Ovidius in Philom: *Et barrus barrit, cervi glocitant & Onagri, Aſt taurus mugit, & celer hinnit equus.* Porrò antiquis in uſu fuit Nominativus *ebor*, à quo remanſit Genitivus *eboris*, & Adjectivum *eboreus*. Ab hac voce ortum traxit proverbium plautinum: *ebur atramentô candefacere;* quod dicitur de aſcititio ornatu & fucô, quô nativus color decoloratur. Vide Adagia Eraſmi: qui huic confine eſſe ait, quod ibidem apud Plautum ſtatim ſequitur: *novâ picturâ interpolare vis opus lepidiſſimum.* Apud Horatium ſimile dicendi genus invenies: *At nos virtutes ipſas invertimus: atque Sincerum cupimus vas incruſtare* — lib. 1. Serm. Sat. 3.

## In AS deſinentia

**Formant Genitivum mutatô S in TIS: ut, *civitas, civitatis, artocreas, artocreatis, eriſypēlas, eriſypēlatis: pancreas pancreatis.***

### Excipe

1. ***As aſſis, mas maris, vas vadis, vas vaſis.***
2. ***Atlas, [a] adamas, elephas, gigas,* AS mu-**

mutant in ANTIS: ut, *Atlantis*. Sic *Calchas*, [b] *Pallas*, [c] *Acrâgas*, [d] *Taras*.

*a* *Atlas* Rex Mauritaniæ, qui Aſtronomiæ inventor traditur Plinio, & in montem converſus fingitur à Poëtis. Situs eſt hic mons in interiori Libya, cujus ſummitas nunquam videri poteſt; ea propter incol s *cæli columna* dictus. Hinc *Atlas* à Poëtis cœlicam machinam humerîs geſtare fingitur. *b* *Calchas* Proprium nomen Græci auguris, Theſtoris filij (à quo Theſtorides à Poëtis appellatur) qui cum Græcis ad expeditionem Trojæ profectus eſt: & quoniam divinandi arte plurimùm præſtabat, ejus conſiliô multa geſta fuerunt. *c* *Pallas* nomen Evandri filij, qui Æneæ junctus mutuas operas in bello tradidit contra Turnum, à quo etiam occiſus eſt. *d* *Acragas* nonnullis *Agragas*, & *Agrigentum*, Ptolomeo, Straboni & Plinio urbs Siciliæ, vulgò *Gergenti*. Eſt & mons murô cinctus, in cujus cacumine oppidum *Acragas* ſitum eſt. Genitivus eſt *Acragántis*, ſicut Ἀκράγαντος Thucydidi, Pindaro & alijs: indéque Lucretio *Acragantinus*, ut Ἀκραγαντῖνος Græcis. *e* *Taras* Neptuni fuit filius, quem Tarentum ædificaſſe quidam exiſtimant.

3. Fœminina græca & gentilia, AS in ADIS mutant: ut, *Pallas*, † *Palladis*, *lampas*, *lampadis*, *Ilias*, *Iliadis*, *Arcas*, *Arcadis*.

4. *Fas & nefas* ſunt indeclinabilia.

† *Pallas* Jovis filia ſine matre fingitur Poëtis. nam cùm Jupiter Junonem uxorem ſterilem animadverteret, percuſsô ſibi capite *Palladem* armatam edidit. Poëtis creditur Dea artium & ſapientiæ; ea propter Minervæ quoque nomine inſignita. Sed Cic. lib. 3. De Nat. Deor. belli inventricem & principem eſſe dixit. Proinde à nonnullis *Bellona* dicta fuit, teſte Statiô Porrò à Pallante, gigante ab illa inter-



Digitized by Google

ſecto, ſic dictam volunt, qvum priùs Tritonia vocaretur, à Tritonide palude, ubi primùm viſa eſt. Alij malunt à πάλλω i. e. vibro, quatio; quòd haſtam vibrare conſveverit.

## In ES deſinentia

**Formant Genitivum mutatô ES in IS: ut, *ſepes, ſepis, apes,* [a] *apis, fames,* [b] *famis, pubes,* [c] *pubis.***

*a* Hôc Nominativô uſus eſt Priſcianus lib. 6. At Ovid. lib. 13. Metam. *apis* in Nominativo dixit: *Non apis inde tulit collectos ſedula flores.* Et Colum. 9. 3: *Quantò grandior apis, tantò pejor.* Et congruit denominativum *apicula,* ſicut *cutis cuticula;* non *apecula:* ut, *nubes nubecula.* *b* Veteres etiam in Quinta declinârunt, *fames, famēi.* Inde Ablativus *famē* producitur. Ovid. l. 8. Met: *Jámq; fame patrias altiq; voragine ventris Attenuârat opes.* Virg. 4. Georg: *Paſtor Ariſtæus fugiens Peneïa tempe, Amiſſis (ut fama) apibûs morbóq; faméq;, Triſtis ad extremi ſacrum caput aſtitit amnis, Multa quærens.* —— *c* *Pubes* cùm Nomen eſt Subſtantivum, & Generis Fœminini, *pubis* facit Genitivô: unde Virgilius *impubes impubis* deduxit 5. Æn. — *Impubis Iuli.* Et Plinius lib. 22. c. 25. & 21. Cùm verò *pubis*, ut Cæſar declinat, Adjectivum eſt, vel *pubes,* ut Probus, vel *puber*, ut alij, facit in Genitivô *puberis;* pariter & ex eo compoſitum *impubis* [ ſive *impubes*, ſive *impuber,* ] *impuberis* facit. Cic. pro Rab. perduel. reo *pubes* dixit Rectô ſingulari. Cæſar, ut Priſcianus lib.6. tradit, *pubis* per I, ait ſcribendum eſſe. *Puber* aut *impuber* nondum viſum eſt, niſi apud Grammaticos; nam has tres poſitiones numerat Priſcianus lib. 6: quarum primæ laudat autorem Cæſarem, ſecundæ Probum, tertiæ neminem. Obliquis *puberem* filium & *puberes* filij utitur Cic. 2. de Orat. & 1. Offic. Cæſar 5. bell. Gall. Liv. l. 1. ab urb. nam *pubem*, aut *pubes* pro adjectivis *puberem* & *puberes* nondum occurrit. *Impubes* Rectô ſingulari dixit Ovidius 2. Faſt: Nam

puer

puer *impubes*, & adhuc inutilis armis. *Impubis* per i Plin. L.29.c.7. Cic. in Catil: Filiúmq; ejus *impuberem*, dixit; & Liv. 2. ab urb. *impuberes*: ubi quidam etiam *impubes* legunt. Itaque pubes, ſive pubis; impubes ſive impubis (adjectivè ſumpta) uſitatiùs & tutiùs faciunt in Genitivô *puberis* & *impuberis*, quàm *pubis* aut *impubis*.

## Excipe.

1. Quæ ITIS habent: ut, *Ales alitis*, *ames*, [a] *antiſtes*. *Ceſpes*, *cocles*, *comes*. *Dives*. *Eques*. *Fomes*. *Gurges*. *Hoſpes*. *Limes*. *Merges*, *miles*. *Palmes*, *pedes*, *poples*. *Satelles*, *ſoſpes*, *ſtipes*, [b] *ſuperſtes*. *Termes*, [c] *trames*, *tudes*. [d] *Veles*.

*a* *Ames*] Bacillus aucupalis tendiculæ ſive reti ſuppoſtus, quô revulsô irretiuntur & capiuntur aviculæ. Horat: *aut amite levi rara tendit retia*. *b* *Stipes*] Fuſtis terræ defixus, ait Feſtus. — *defoſſus in agro Stipes* — Ovid. 2. Faſt. verſ.129. *c* *Termes*] Ramus ex arbore decerptus cum fructu, nec foliis repletus, nec nimis glaber, ait Feſtus. Eſt & vermiculi genus carnem exedens, teſte eôdem Feſtô. *d* *Tudes*] Malleus ligneus, quô ad tundendum utimur: unde & nomen habet.

2. Quæ ETIS breve habent: ut, *abies*, *aries*, *hebes*, *indiges*, *interpres*, *paries*, *perpes*, *præpes*, *ſeges*, *teges*, *teres*. Sed ETIS longum habent *locuples*, *quies*, *inquies*, [a] *requies*. [b]

*a* Obliqui ejus inuſitati ferè ſunt. Apul. l.11: *inquieti procacitate*. Plin. Subſtantivè uſus eſt 14. 22: *inquies nocturna*. *b* Cùm Cicero multis locis *requietis* voca-



Digitized by Google

bulo utatur, nihil eſt cauſæ cur nos non utamur, 1. de Finib: *multa habere intervalla requietis.*

3. Græca multa habent ETIS: ut, *lebes, lebetis, Cres,* [a] *Cretis.* Sed propria Maſculina dant Genitivum IS & ETIS ſimul: ut, *Laches Lachetis & Lachis, Chremes Chremetis & Chremis, Hermes, Dares,* [b] *Manes,* [c] *Eutyches,* [d] *Thales* & ſimilia. Verùm in his terminatio ETIS uſitatior eſt.

a *Cres*] Cretenſis, qui eſt ex Creta. b *Dares*] Phrygius hiſtoricus qui ſcripſit bellum Trojanum græcè, in quo ipſe militavit, teſte Iſidorô. Eſt & *Dares* apud Virgilium lib.5.Æneid,cum Entello congreſſus. c *Manes*] Hæreſiarcha fuit, genere Perſa, vitâ & moribus barbarus, tam acer ingeniô, ut ex nominis argumento inſanire videretur. Ab hoc *Manichæorum* hæreſis & nomen & ortum habet, teſte Suidâ & Euſebiô. d *Eutyches*] hæreticus confundens naturas in Chriſto.

4. Quæ EDIS habent: ut, *merces mercedis, hæres hæredis, præs prædis, pes pedis* cum compoſitis.

5. Quæ IDIS habent: ut, *obſes obſidis, &* cætera à ſedeo: ut, *præſes præſidis,* &c.

6. Quæ ERIS habent: ut, *æs æris, Ceres Cereris. Bes* facit *beſſis.*

In IS deſinentia

Formant Genitivum Nominativo ſimilem:

Digitized by Google

lem: ut, *panis, hujus panis, Exſanguis, hujus exſanguis.*

Excipe

1. Quæ Genitivum faciunt mutatô S in DIS: ut, *cuſpis cuſpidis, caſſis,* [a] *capis,* [b] *lapis,* [c] *cenchris.* [d] Sic multa Græca, inprimis Patronymica, Gentilia Fœminina, & pleraque Propria: ut, *pyxis pyxidis, Ægis, aſpis, Jaſpis, promuſcis,* [e] *proboſcis, promulſis,* [f] *iris, Nerēis (vel Nerēis,)* [g] *Chryſēis,* [h] *Sybaritis,* [i] *Paris, Phalaris,* [k] *Adōnis,* [l] *Buſīris,* [m] *Iſis,* [n] *Thetis.* [o] At *tigris tigridis* & *tigris* facit; *Neſis* [p] *Neſīdis.*

a *Caſſis, idis*] pro galeâ, Helm. nam pro reti, pariſyllabum eſt; *caſſes caſſium,* &c. quaſi Genitivus eſſet *caſſis.* b *Capis*] genus poculi à capiendo dictum, teſte Feſtô. c *Lapis*] Vetuſtiſſimi etiam *hic lapis, hujus lapis* protulerunt. Ennius lib. 15. anal: *Occumbunt multi letum ferróque lapíque.* d *Cenchris, idis*] Genus accipitrum eſt notante Pliniô lib. 29. c. 6. At *cenchris hujus cenchris,* genus ſerpentis venenoſi, teſte eôdem Pliniô lib. 20. c. 22. e *Promuſcis*] Roſtrum ſive Proboſcis elephantorum, aliàs dicitur: quo de Plinius lib. 8. c. 7: *Promuſcidem eorum faciliimè amputari, Pyrrhi prœliô in experimentis patuit.* quanquam vetus exemplar *proboſcidem* hìc legat; quam lectionem ſequitur Editio Dalecampij. f *Promulſis*] Potio ex mulſo condîta. Cic. Papyrio Pæto, lib. 9. 16. 24: *Ante meum adventum fama ad te de mea nova lautitia veniet: eam extimeſces, neque eſt quòd in promulſide ſpei ponas aliquid,*

 Digitized by Google quam

*quam totam ſuſtuli.* *g Nerëis vel Nerëis*] Maris Nympha; penultima indifferens eſt. Ovid. 11. Met: *Sed memor admiſſi Nereida colligit orbam.* Mart. lib. 1: *Luſit Nereidum docilis chorus æquore totô.* *h Chryseïs*] Chryſæ Apollinis ſacerdotis filia, quæ cùm Aſtynome aliàs diceretur, *Chryſeïs* à nomine Patris cognominata fuit. De hac & Briſeide Homerus 1. Iliad. *i Sybaritis*] Patronymicum Fœmininum, à *Sybaritis* populis formatum. Ovid. 2. Triſt. ad Auguſtum: *nec qui compoſuit nuper Sybaritida fugit.* Quô in loco *Sybaritida* vocat Ovidius, opus Hemitheonis cujuſdam cinædi *Sybaritæ*, de generibus voluptatum & obſcœnarum deliciarum. *k Phalaris*] 1. Herba, thyrſum habens longum; tenuem ceu calamum, in ſummo flore inclinatum 2. Genus avis. *l Adonis*] Format etiam Genitivum *Adonis*. Unde Lucanus: *Adonim* fluvium ſingulîs annîs ſanguinolentum fieri. &c. Eſt 1. Proprium filij Cinyræ & Myrrhæ: quem Venus in delicijs habuit, formoſitate præcellentem. 2. Macrobius lib. 1. Saturn. c. 21. accipit *Adonidem* pro ſole. 3. Eſt etiam *Adonis* piſcis nomen, de quo Plin. lib. 9. c. 19. Ab *Adonide* formoſiſſimo Cinyræ filio, proverbiô dicuntur *Adonidis horti*, ad deſignandas res amœnas quidem, attamen leves & parùm utiles &c. *m Buſiris*] Format etiam Genitivum *Buſiris*. Ovid: *Ergo ego fœdantem peregrinô templa cruore, Buſirim domui.* —— Penultima ſyllaba etiam brevis eſt, modò hæc Statij emendata ſint: *Non trucibus monſtris Buſirim, infandúmq; dediſti Cercyona.* Eſt autem 1. Buſiris, Neptuni filius ex Libya, Epaphi filia ſuſceptus, teſte Euſebiô in libro Temporum. 2. Eſt nomen urbis in Ægypto ad Nilum fluvium à Buſiride conditæ, in qua fuit templum Iſidis. *n Iſis*] Genitivum etiam format *Iſis*. Lucanus lib. 8: *Nos in templa tuam Romana recepimus Iſim.* Eſt 1. *Inachi filia*, *Io* priùs dicta, & ab Ægyptijs locô numinis habita. 2. Eſt *inſula* in ſinu Arabico. *o Thetis*] Pelei Theſſaliæ regis uxor, Nerei marini Dei filia & Achillis mater. Accipitur nonnunquam pro mari. *p Neſis*] Inſula in Campano littore inter Pauſilypum & Puteolos, aliàs dicta *Neſion.*

*Neſion.* Lucanus: —— *tali ſpiramine Neſis.* Hujus dictionis obliquos caſus producit Papinius: *Sylváq; quæ fixam pelago Neſida coronat.*

2. Quæ Genitivum faciunt mutatô IS in ERIS: ut, *vomis* [*a*] *vomeris, cucumis, pulvis,* [*b*] *cinis.* Sed *glis* formāt Genitivum *gliris.*

*a* Antiqui enim *pulver, ciner, vomer* & *cucumer* dicebant. Ex quibus *vomer* adhuc in uſu eſt. Virg. 1. Georg: *& ſulcô attritus ſplendeſcere vomer.* *b* *Pulvis* ] Genitivo pulvis uſus eſt etiam Catullus in Epithalam. Juliæ lib. 62: *ille pulvis Erithræi Siderúmq; micantium ſubducat numerum priùs, Qui veſtri numerare vult Multa millia ludi.* Nota. Quidam heic addunt *Semis,* & ajunt, quòd Genitivum hujus *ſemiſſis* formet: ſed verior videtur Friſchlini ſententia, qui in Strig. Gram. tractat. 1. c. 1. de Etymologia Nom. pag. 16. ait: *Semiſſis* Maſculinum eſt habétq; parem Nominativo Genitivum: at *ſemis* (ſed Editio Argentoratenſis Jobini heic legit *ſemi*, quæ edita eſt anno 1594.) indeclinabile eſt, à Græco ἡμι ortum, magíſq; Adverbium quàm Nomen. Hæc ille. Et notandum eſt, quòd claſſici ſcriptores raró utantur voce *ſemis* extra compoſitionem.

3. Quæ Genitivum faciunt, mutatô IS in ITIS: ut, *dis* * *ditis, lis litis, charis charitis.*

* *Dis* ] Divitiarum & inferorum Deus, ut inquit Strabo, Græcè πλȢτων dicitur: quia terrenam omnem vim atque naturam *Diti* patri dedicatam putabant, quòd divitiæ omnes è terris oriantur, & in terras recidant. nam πλȢτος latinè divitiæ Cic. 2. de Nat. Deor. Eſt etiam *Dis* Adjectivum pro *divite*: ut, *Dis quidem eſſes Demea, ac rem conſtabilivíſſes,* Terent. Adelp. Nota. His adjungunt nonnulli *Samnis Samnitis, Quiris Quiritis.* Verùm de ijs notandum eſt, quòd

quòd plurale quidem *Samnites* extet apud Cicer. lib. de ſeneɛt: *Curio ad focum ſedenti magnum auri pondus Samnites cùm attuliſſent, repudiati ſunt:* Singulari verò *Samnis, Samnitis* &c. utare, ubi idonea claſſicorum ſcriptorum autoritas acceſſerit. Conſimili ratione Plurale *Quirites* frequens eſt: & Accuſativo ſingulari *Quiritem* uſus eſt Perſius Sat. 5: —— *heu ſteriles veri quibus una Quiritem vertigo facit.* —— Et Ovidius 1 Amor. Eleg. 7: *Aut ſi pulſaſſem minimum de plebe Quiritem Pleɛterer?* —— Sed Nominativo *Quiris*, Genitivo *Quiritis*, Dativo *Quiriti* utare licet, ubi apud probatos autores inveneris. Fuerunt autem *Quirites* Romani à Quirino i. e. Romulo urbis Romæ conditore, ſic dicti; vel à curibus, ut putat Livius lib. 1. ab urbe.

4. Quæ Genitivum faciunt mutatô IS in INIS: ut, *Salamis* [*a*] *Salaminis*, *pollis pollinis*, [*b*] *ſanguis ſanguinis.* [*c*]

*a* *Salamis vel Salamin* ſive *Salamîna*, inſula in mari Euboico contra Athenas ſita, in qua urbs eſt ejuſdem nominis. Eſt & Salamina urbs à Teucro patria pulſo in Cypro condita, quam hodie *Conſtantiam* appellant. *b* *Pollinis*] Qui Genitivus à Nominativo *pollen* formatus videtur. *c* *Sanguinis*] Olim enim dicebatur *Sangven*. Quo Nominativo Lucretius lib. 1. in Neutro utitur: *Viſceribus viſcus gigni, Sangvénq; creari.* Sic Cato in Orig. citante Gelliô 3. 7. *Spirantem quòd ſangven defluxerat, cognovêre.*

5. Quæ Genitivum faciunt mutatô IS in ENTIS: ut, *Simöis* [*a*] *Simoëntis* (& contractè *Simûntis*,) *Pyröis* [*b*) *Pyroëntis*, *Opöis* [*c*] *Opoëntis*, (& contractè *Opûs Opûntis.*)

*a* *Simois*] Eſt nomen fluvij in tractu Trojano. *b* *Pyrois*] Nomen unius ex equis Solis, quaſi ardens: Nam πυρόεις igneum ſignificat. *c* *Opois*) civitas in Locris.

6. Quæ

6. Quæ Græca ſunt, & per OS purum declinantur, faciunt Genitivum in IS *Latinè*, & IOS ſive EOS *Græcè*: ut, *hujus Geneſis*, *Geneſios & Geneſeos*. Sic *Hæreſis*, *Neapolis*. Quanquam poſterior forma Atticorum in EOS acceptior ſit.

## In OS deſinentia.

Formant Genitivum, mutatò OS in ORIS: ut, *flos floris*, *ŏs oris*.

## Excipe.

1. Quæ S in TIS mutant: ut, *cos cotis*, *dos dotis*. Sic *nepos*, *ſacerdos*, *impos*, *compos*, *monoceros*, *rhinoceros*, *ægoceros*, [a] *Eros*, *Anteros*, [b] *Anterōtis*.

*a* *Ægoceros*) Signum cœleſte, aliàs *capricornus* dictum. Invenitur etiam Accuſativus *Ægoceron*; ſicut & apud Græcos Poëtas αἰγόκερων, pro αἰγοκέρωτα &c. *b* *Anteros*) Veneris & Martis filius; cujus meminit Cicero lib. 3. de Nat. Deor.

2. Quæ OS in OIS mutant: ut, *Tros* [a] *Trois*, *Heros Herois*, *Minos* [b] *Minois*.

*a* *Tros*) 1. Rex Trojanorum. 2. Qui ex Troja oriundus eſt. *b* *Minos*) Filius Jovis ex Europa, ut quibuſdam Poetarum placet. Saluſtius in Genitivo *Minonis* dixit 5. Hiſtor. Verba ejus ſunt: *Dædalum ex Sicilia profectum, quo Minonis iram atque opes fugeret.*



Digitized by Google

3. Græca Neutra in OS breve Græcam declinationem prorſus retinent: ut, *chaos, chaus, chai,* &c. Sic *Argos,* [*a*] *Melos,* [*b*] *Cetos, Epos.*

4. *Cuſtos* facit *cuſtodis, os oſſis, bos bovis.*

*a Argos*) 1. Clariſſima *civitas Peloponneſi,* quæ ad diſcrimen aliarum ejuſdem nominis urbium *Argos Hippium* dicebatur, quòd agrum haberet paſcendis equis inprimis idoneum. Dicitur & *Dipſion,* ab aquæ penuria. Aliquando & *Phoronicum* dictum eſt. Licèt autem hoc nomen in ſingulari declinetur, ut apud Græcos τὸ ἄργος, τοῦ ἄργεος: attamen apud Latinos tantùm in uſu habet Nominativum, Accuſativum & Vocativum. In Plurali verò eſt Secundæ Declinationis: unde — *miſſus ab Argis* Virg. lib. 10. Æneid. 2. Aliud *Argos fuit in Acarnania.* 3. Aliud etiam *Apuliæ oppidum,* quod tandem *Arpos* dictum. 4. Theſſalia quoque *Argos Pelaſgicum* aliquandò dicta fuit. 5. Ipſam præterea *Peloponneſum* antiqui *Argos* appellârunt. 6. Homero eſt *Argos nomen canis* lib. 17. Odyſſ. *b Melos*) 1. *Inſula eſt Cretæ* adjacens, inter Cretam Peloponneſumq; intervallô æquali ſita, teſte Strabone. 2. *Urbs eſt in eadem inſula.* 3. *Vicus Acarnaniæ,* &c.

## In US † deſinentia.

### I. Biſyllaba & Polyſyllaba.

Formant Genitivum mutatô US in ORIS: ut, *corpus corpŏris, lepus lepŏris, melius meliōris.*

† Nota. Græca in US circumflexa faciunt UNTIS: ut, *Trapēzûs, Trapezûntis, Hierichûs, Hierichûntis.* Sunt

enim

enim ex όεις οῦς; Τραπεζόεις, οῦς, Τραπεζόεντος, οῦντος, Ἀμαθόεις οῦς, θόεντος, θοῦντος. Ovid. lib. 10. Met: *Piſcoſámq; Gnidon, gravidámq; Amathunta metallis.* *Emaus* quoque facit *Emauntis*, & apud Plinium *Emai.* Ἀπȣ̃ς autem compoſita faciunt ODIS in Declinatione Tertia: ut, *Oedipus*, *Oedipodis*, *Tripus*, *tripodis.* Ex his *Oedipus*, *Polypus*, *Melampus*, etiam in *Secunda* declinantur, *Oedipi, Polypi, Melampi*: quia non ut compoſita, ſed ſimplicia accipiuntur, licèt revera compoſita ſint.

## Excipe.

1. *Viginti* faciunt ERIS: ut, *acus, funus, fœdus, glomus, genus, latus, munus, olus, onus, opus, pondus, rudus, ſcelus, ſidus, ulcus, vulnus, vellus, viſcus,* [a] *venus,* [b] *vetus.*

a *Viſcus*) *Viſcus viſceris* non tantùm inteſtina ſignificat, ſed quicquid ſub corio eſt, i.e. carnem quæ eſt inter oſſa & cutem, inquit Servius. Aliud verò eſt *viſcus viſci*, vel *viſcum viſci*, nempe glutinum quod ad aucupium pertinet. Plaut. Bacch. 1.16: *Viſcus merus veſtra eſt blanditia.* Virg. 6. Æn: *Quale ſolet ſylvis brumali frigore viſcum Fronde virere novâ.* — b *Vetus*) Genit. *veteris*, quia eſt ab antiquo *veter*. Ennius apud Priſcianum: *cum veter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo.*

2. *Quinque* habent UTIS longum: ut, *virtus, ſalus, ſervitus, juventus, ſenectus.*

3. *Unum* habet UTIS breve: ut, *intercus, intercutis.*

4. *Tria* habent UDIS longum: ut, *palus paludis, incus incudis, ſubſcus ſubſcudis.*

5. *Unum* habet UDIS breve: ut, *pecus pecudis.*

*Pecus*)

Digitized by Google

*Pecus*) Fœmininum *pecudis* facit: At *pecus* Neutrum *pecoris*. *Pecu* indeclinabile in ſingulari, in Plurali facit *pecua pecuum*, *pecubus* antiquè. Plaut. Rud. 23: *ſine ſquamoſo pecu*. Idem Mercat. 9: nec *pecua ruri paſcere*. Quod verò Cicero lib. 4. de Repub. habet: cùm adhibent in *pecuda* paſtores: id à ſingulari *pecus pecudis* Neutro genere uſurpato deductum videtur. Cato fecit Genitivum Pluralem *pecuium* à pecu, teſte Perottô.

II. Monoſyllaba in US faciunt URIS: ut, *crus*, *jus*, *mus*, *pus*, *rus*, & *thus thuris*, *plus pluris*. Sic & *tellus telluris*. Sed *grus* & *ſus* faciunt *gruis*, *ſuis*.

## In AUS deſinentia.

Formant Genitivum mutatô S in DIS: ut, *laus laudis*, *fraus fraudis*.

## In EUS deſinentia.

Formant Genitivum mutatô EUS in EOS: ut, *Orpheus Orpheos*, *Tydeus Tydeôs*.

*Orpheus*) Diſſyllabum: Poëta ſeu vates inſignis. Nonnullis Apollinis & Calliopis filius. Alijs natus Oeagrij fluvij & Polymniæ Muſæ. At *Orphëus* triſyllabum Adjectivum eſt: ut, *Vox Orphêa*, Ovid. 10. Metam. 1. *Tydeus*) Diſſyllabum: Atheæ & Oenei filius, qui in quodam convivio omnes Thebanos ad quodlibet certaminis genus provocavit & maſculè vicit, &c.

## In YS deſinentia.

Formant Genitivum vel in YOS: ut, *Erinnys* [*a*] *Erinnyos*; vel in YDIS: ut, *Chlamys*

Digitized by Google

*mys* [*b*] *Chlamydis;* vel in YNIS: ut, *Phorcys* [*c*] & *Phorcyn*, *Phorcynis*.

*a Erinnys*) Furia infernalis, ſic dicta quòd humanam corrumpat mentem. *b Chlamys*) Propriè veſtis militaris, quæ & paludamentum dicitur, autore Nonió, Horat. lib. 1. Epod. 6: — *chlamydes Lucullus, ut ajunt, Si poſſet centum ſcenæ præbere rogatus.* *c Phorcys*) Vide Phorcyn ſuprà.

In BS, MS, PS deſinentia
Formant Genitivum mutatô S in IS: ut, *trabs trabis, hyems hyemis, hydrops hydrōpis.*

Excipe

1. *Cœlebs*, quod facit *cœlibis*.
2. Quæ in EPS exeunt mutant EPS in IPIS: ut, *princeps principis*. Præter *auceps aucupis*, *ſeps*, *ſepis*; & in EPS compoſita à caput: ut, *anceps, biceps, triceps*. †
3. *Gryps* dat *Gryphis*, *Cinyps Cinyphis*.

† Hi Genitivi ſunt ſecundùm analogiam ab antiquis Nominativis *ancipes*, *bicipes*, *præcipes*; unde ſuperſunt Genitivi *ancipitis*, *bicipitis*, *præcipitis*: ut, *ſoſpitis* à *ſoſpes*. Plautus in Rud: *Securicula ancipes.* Idem in Commorientibus: *Saliam in puteum præcipes.* Veteres quoque *præcipis* in Genitivo dixerunt à *Præceps*. Ennius lib. 17. annal: *Præcipe caſu.*

In LS NS RS deſinentia
Formant Genitivum mutatô S in TIS:

E ut,

ut, *puls pultis*, *frons frontis*, *lens lentis*, *ars artis*.

## Excipe

1. Quæ mutant S in DIS: ut, *frons* [ramuſculus folioſus] *frondis*, *lens* [vermiculus] *glans*, *juglans*, *nefrens*, [*a*] *libripens*. [*b*]

*a Nefrens*) *Nefrendem* dixit Livius Andronicus, infantem nondum frendentem i. e. frangentem: quem ego *nefrendem* alui, lacteam immulgens opem, Varro lib. 4. c 4. notat *nefrendes* eſſe porcos, qui nomine lactentis amiſsô nondum fabam *frendere* poſſunt, i. e. *frangere*. Antiqui, teſte Feſtô, *nefrendes* arietes dicebant, quòd dentibûs *frendere* non poſſint, &c. *b Libripens*) Librator ſtipendiorum. Nam cum adhuc locô argenti ſignati ære librato uterentur Romani, is qui militibus ſtipendia appendebat, *libripens* dictus eſt. Plin. 33. 3: *Quin & militum ſtipendiorum, h. e ſtipis ponderandæ penſatores, Libripendes dicuntur*. Poſtea verò *libripendis* nomen tranſijt ad eum, qui in mancipationibus; h. e. in rerum mancipi venditionibus æneam tenebat libram. Nam apud veteres, (ut docet Boëthius in tertia parte commentariorum in Top. Ciceronis) res mancipi, h. e. quæ noſtri ſunt dominij, alienari non poterant, niſi adhibitis ad minimum quinque teſtibûs civibûs Rom: puberibûs, & eô qui *libram* tenebat, qui vocatur *libripens*. Quô autem ritu id fiebat, docet Cajus lib. 1. Inſtitut. hîs verbîs: Eſt autem mancipatio, venditio. Is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit: *Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe ajo, iſq; mihi emptus eſt hôc ære, aneâq; librâ. Deinde ære percutit libram: idq; æs dat ei, à quo mancipium accipit, quaſi pretij locô*.

2. Compoſita à cor etiam mutant S in DIS:

DIS: ut, *concors* * *concordis*, *diſcors diſcordis*, *vecors vecordis*.

* Antiquiſſimi tamen in his Nominativum Genitivo ſimilem proferebant, *concordis*, *diſcordis*, &c. Priſcian. in fine lib. 6.

3. Participium IENS † habet EUNTIS cum compoſitis: ut, *abiens*, *adiens*, *iniens*, *abeuntis*, *adeuntis* &c. Sed *ambiens* habet *ambientis*.

† De Participio *Quiens* cum compoſitis vide Alvar. pag. 103.

4. *Tiryns* † aſſumptô h facit *Tirynthis*.

† *Tiryns*) Nomen patriæ Herculis in Peloponneſo.

## In T deſinentia.

Formant Genitivum mutatô UT in ITIS: ut, *caput capitis*, *ſinciput*, *itis*, *occiput*, *itis*.

## In X deſinentia

Formant Genitivum mutatô X in CIS: ut, *pax pacis*, *fex fecis*, *pix picis*, *vox vocis*, *dux ducis*, *bombyx bombycis*, *faux faucis*, *calx calcis*, *lanx lancis*, *arx arcis*.

## Excipe.

In AX excipiuntur *harpax* [a] *harpagis*, *hylax hylactis*, *bibrax* [b] *bibractis*; ſicut & compoſita



Digitized by Google

poſita ab *Anax*: ut, *Demōnax*, [c] *Demonactis*, *Aſtyanax*, [d] *Aſtyanactis*.

*a Harpax*) A' Syris vocatur electrum, eò quòd feſtucas & paleas ad ſe rapiat: apud quos etiam mulieres verticillos ex electro conficere ſolent, Plin. lib. 37. cap. 2. *b Bibrax*) Eſt oppidum Rhemorum in Gallijs, teſte Cæſare lib. 2. de bell. Gall: *Ab ipſis caſtris, inquit Cæſar, oppidum Rhemorum, nomine Bibrax aberat millia paſſuum* IIX. &c. *c Demonax*) Philoſophus inſignis fuit, Adriani tempore, pecuniæ contemptor, & omnis ſolicitudinis expers. Nihil ſibi unquam viatici parabat: ſed qvùm eſuriret, quam domum primùm apertam offendebat, ingreſſus jubebat ſibi cibum apponi, Lucianus. *d Aſtyanax*) Unicus fuit filius Hectoris ex Andromache natus, poſt inchoatum bellum inter Trojanos & Græcos, quem Ulyſſes, antequam naves è Sigeo ſolverent, è turri præcipitem dedit, ne quid reliquiarum ſupereſſet, quod excidium Trojæ & populi ruinam ulciſceretur.

In EX 1. excipiuntur *monoſyllaba* ſequentia: *rex regis*: *lex legis* cum compoſitis, *grex gregis*: & inuſitata *dex*, *vex*, unde *dicis*, *vicis*. 2. *Polyſyllaba* ſequentia, inter quæ etiam ſunt compoſita à *facio* & *plico*, nec non compoſita ab inuſitatis verbis *ſpecio*, *lacio*, quæ ultimam ſyllabam EX in ICIS mutant: ut, *carex caricis*, *caudex caudicis*, *codex codicis*, *culex culicis*; *forfex forficis*, *ilex* [a] *ilicis*, *imbrex* [b] *imbricis*, *index indicis*, *judex judicis*, *latex* [c] *laticis*, *murex* [d] *muricis*, *obex obicis*, *pollex pollicis*, *pulex pulicis*, *pumex pumicis*,

*micis; ſilex ſilicis; ſimex ſimicis, ſorex ſoricis, vibex*, vel *vibix vibicis: Artifex artificis, carnifex carnificis, Pontifex Pontificis &c. Simplex ſimplicis, duplex duplicis, multiplex multiplicis &c. Aruſpex* [e] *aruſpicis, auſpex* [f] *auſpicis, extiſpex* [g] *extiſpicis. Illex* [h] *illicis, pellex pellicis.* Exceptis *remex, remigis* [i] *aquilex, aquilegis, ſupellex, ſupellectilis, ſenex, ſenis;* quæ peculiari modô Genitivum formant. *Sex* indeclinabile eſt.

*a Ilex*) Arbor eſt glandifera, magnitudine roboris, foliô aculeatô, lævi cortice. Virg. 6. Æneid: *Talis erat ſpecies auri frondentis opacâ Ilice: ſic leni crepitabat bractea ventô.* De hac Iſidorus ait: *Ilex ab electo vocata, Hujus enim arboris fructum homines primùm ad victum ſibi elegerunt.* Unde Poëta: *Mortales primùm ructabant gutture glandem.* *b Imbrex*) Genus eſt tegularum incurvum ex opere figlino, quo etiam hodie in pleriſque locis utimur ad arcendum imbrem. Unde imbricata tecta appellamus, quæ ex *imbricibus* ſunt confecta. Plaut. Moſtel: — *Tempeſtas venit, confregit tegulas imbricéſq;.* *c Latex*) Omnis humor, latens intra aliquid Unde & de aqua, vino, & cæteris dicitur. Virg. 4. Æneid: *Sparſerat & latices ſimulatos fontis Averni.* Idem 1. Æn: *Regales inter menſas laticemq; Lyæum.* *d Murex*) 1. *Piſcis marinus* ex concharum genere, à purpura diverſus: qui per excellentiam etiam *conchylium* dicitur. Valer. 3. Argon: *Dat procul interea totô pater æquore ſignum Phorcys, & immanes intortô murice phocas contrahit.* Murex intortus tuba erat Phorcyos. 2. *Murex* pro *purpura* interdum accipitur, quam Sidon urbs Syriæ gignit. Virg. 4. Æn: — *Tyrioq; ardebat murice læna.* 3. *Aſperitas* ſeu *acumen ſaxi*, teſte Noniô. Virg. 5. Æneid: *Concuſſa cautes & acuto in*



Digitized by Google

*murice remi Obnixi crepuêre.* 4. *Murices* ſunt *tribuli* ſeu machinulæ ferreæ, doloſæ, tetragonâ formâ, quæ in quancunque partem incubuerint, unum aut plures aculeos infeſtos protendunt. Curtius lib. 4: *Bion quidam transfuga nunciat regi murices ferreos in terram defodiſſe Darium, quà hoſtem equitem emiſſurum eſſe credebat.* e *Aruſpex*) Ethnicis is dictus fuit, qui *arugas*, id eſt, hoſtias *inſpiciendo* futura prædixit. Cic. lib. 2. de Divin. pag. 227. editionis Vincentianæ Pariſ. 1560: *Vetus illud Catonis admodum ſcitum eſt, qui mirari ſe ajebat, quòd non videret aruſpex, aruſpicem cùm vidiſſet.* f *Auſpex*) Qui ex avium volatu, cantu aut paſtu futura divinare ſolitus quondam fuit, in gratiam ſuperſtitioſorum gentilium: hunc & *Augurem* appellamus. Nomen autem ducit, autore Feſtô, ab *ave ſpiciendâ* i. e. inſpectandâ vel contemplandâ. nam inquit, Feſtus, *quod nos cum Præpoſitione dicimus aſpicio; apud veteres ſine A præpoſitione ſpicio dicebatur.* Sic legit Scaligeri editio à Petro Santandreano edita 1575: licèt non deſint qui *ſpecio* legant. Cic. ad Attic. lib. 1: *Quid quæris? acueram me ad exagitandam hanc ejus legationem: quam ſi ille contemnit, & ſi (ut ſcribis) bilem id commovet, & latoribus & auſpicibus legis Curiatæ ſpectaculum egregium &c.* Erant apud ſuperſtitioſas gentes *tria* divinationis genera ex *avibus*, nimirum, ex earum *volatu, cantu & paſtu.* vide præpes, oſcen, tripudium, ſoliſtimum apud Lexicographos. Quia autem *auſpex* ſuâ divinatione de rebus ſuſcipiendis & gerendis cum autoritate conſilia dabat, & ad agendum hortabatur, ideo pro autore & ſuaſore, & omnino, qui rei alicui præeſt, dicitur *auſpicium* (à quo negotia magna cœpta ſunt,) pro principio, ductu, diſpoſitione, ſummâ poteſtate. *Auſpicari* eſt auſpicium facere vel capere, item incipere aliquid. Et, quia feliciter geri putabant, quæ ſecundum auſpicia, tanquam Deorum voluntates ſignificatas fierent: ideo *auſpicatum* pro felici dicebant, & *auſpicatè* feliciter, &c. g *Extiſpex*) Dictus eſt *Aruſpex*, qui ab *extis inſpectis* futura prædixit credulis gentibus. Varro Sarano: *Te conſulem mihi pelvi cedere ſubſilio,*

Digitized by Google

*filio, & hoſtia: ſed extiſpici diſputanti relinquo.* *h Illex*) 1. *Subſtantivè* ſumitur pro *incitamento illecebroſo.* Plaut. Pœnul: *Illex animi Venus.* 2. *Adjectivè* ſumitur, pro eo quod illiciendi vim habet. Unde Apulejus *oculos illices* dixit. *i Aquilex*) Qui aquam illicit & ducit. Plin. ad Trajanum: *inprimis neceſſarium eſt mitti ad te vel aquilegem, vel architectum, ne rurſus eveniat quod accidit.*

In IX excipiuntur, *ſtrix ſtrigis,* [*a*] *nix* [*b*] *nivis, maſtix* [*c*] *maſtigis, Biturix,* [*d*] *Biturigis.*

*a Strix*) Avis quædam nocturna & importuna, à *ſtridendo* dicta. *b Nix*) Apulejus tamen *ninguis* facit: *omnia ningue canebant.* Et Lucretius: — *gelidas effundere ningues.* *c Maſtix*) Scutica, flagrum ſive lora quibus mancipia cæduntur. *d Bituriges*) Populi ſunt Galliæ Aquitanicæ, teſte Plin. lib. 4. c. 10, quorum frequens eſt mentio apud Cæſarem.

In OX excipiuntur, *nox noctis, pernox pernoctis, Allobrox* † *ŏgis.*

† *Allobroges*) Populi Galliæ ſunt juxta Rhodanum, nunc *Subaudienſes* & *Delphinates,* victoriâ Fabij, & Catilinæ conjuratione noti, ad tractum lugdunenſem ſiti. Horat. Epod. 16: *Noviſq; rebus infidelis Allobrox.*

In UX excipiuntur, *conjux conjugis, frux* antiqvum, *frugis.*

In YX excipiuntur, *Phryx,* [*a*] *Phrygis.* Sic *ſtyx,* [*b*] *Iapyx,* [*c*] *Oryx,* [*d*] *Ortyx,* [*e*] *Coccyx* [*f*] AT *onyx* [*g*] *onychis, ſardonyx, ſardonychis* & *ſardonychos.*

*a Phryx*) Qui eſt ex *Phrygia.* De *Phrygibus* proverbiô dicitur: *Serò ſapiunt Phryges;* in eos quos ſtultè facto-

rum ſerò pœnitet. *b Styx* ) 1. *Fons* eſt ad Nonacrin Arcadiæ è ſaxis profluens, exitioſus omnibus animalibus, támq; frigidus, ut potus ſtatim enecet, ferrúmq; ac æs erodat, ſolâq; mulæ ungulâ poſſit contineri; cætera vaſa frigoris vehementiâ ſtatim dirumpens. Hôc venenô quidam Alexandrum ab Antipatro non ſine Ariſtotelis conſilio, putant peremptum. Græcis mœſtitiam ſonat, ἀπὸ τοῦ ςυγερȣ̃, quod querulum, triſtem vel odioſum ſonat. 2. Eſt *palus* in Ægypto juxta Memphim, quam veteres *Styga* vocavêre, ambiens Abaton inſulam. *c Jāpyx*) *Ventus* eſt ab occaſu ſolſtitiali ſpirans; vel, ut alij volunt, ex Apuliæ orâ proficiſcens, qui aliô nomine *Caurus* dicitur, teſte Gelliô lib. 2. Noct. Att. Dictus *Japyx* à Græcis, quòd ab *Iapygia* ſpirare videatur: quare & commodiſſimus eſt ex Italia in Græciam navigantibus. Horat. lib. 1. Carm. Ode 3: *Sic te diva potens Cypri, Sic fratres Helenæ lucida ſydera, ventorúmque regat pater, Obſtrictis alijs, præter Iapyga.* *d Oryx*) Animal eſt in Getulia naſcens, biſulcum & unicorne, alioqui capræ non diſſimile, pilos habens, contra aliorum animalium naturam ad caput verſos. Plin. lib. 8. c. 53: *Sunt & orygès, ſoli quibuſdam dicti contrariô pilô veſtiri, & ad caput verſô.* Colum. lib. 10: *Feræ pecudes ut capreoli, damæq;, nec minùs orygum, cervorúmq; genera & aprorum, modò lautitijs & voluptatibus dominorum ſerviunt, modò quæſtui ac reditibus.* *e Ortyx*) Avis quæ Latinis coturnix dicitur. Eſt præterea *Ortyx* herbæ cujuſdam nomen, quæ à nonnullis *Plantago* vocatur, Plin. lib. 21 c. 17 *f Coccyx*) Avis ex genere accipitrum, quamvis aduncis unguibus careat, vernô tempore procedens, & ſub Caniculæ exortum ſeſe occultans: Latini *cuculum* appellant. Ova parit ſingula in alienis nidis, & maximè palumbium: cujus rei cauſa putatur, quòd ſciat ſe reliquis avibus eſſe inviſam. Vide Plin. lib 10. c. 9. Eſt & *Coccyx piſcis* cujuſdam nomen apud Græcos, quem Latini nonnulli etiam *Cuculum* vertunt. *g* De *Onyx* & *Sardonyx* infrà.

In

Digitized by Google

**In NX excipiuntur *Phalanx*, [*a*] *meninx*, [*b*] *ſphinx*, [*c*] *ſyrinx*, [*d*] *lynx*, *larynx*, [*e*] quæ X in GIS mutant: ut, *phalanx*, *phalangis*, *meninx*, *meningis*.**

*a Phalanx*) Eſt dictio Macedonica & ſignificat agmen militare, quadratam aciem, vel cuneum militarem, continentem octo millia armatorum; quô Macedones utebantur, quemadmodum legione Romani. Hanc deſcribit Curtius lib. 3. hîs verbîs: *Phalangem vocant Macedones peditum ſtabile agmen. Vir viro, armis arma conſerta ſunt: ad nutum monentis intenti, ſequi ſigna, ordines ſervare didicêre.* *b Meninges*) Membranæ duæ ſunt, cerebrum circumquaque contegentes, quarum exterior, quæ adverſus cranij impreſſiones, cerebri veluti propugnaculum eſt & tegumentum, craſſa ſive dura *meninx* appellatur: vulgò *dura mater*. Hæc cranium intùs ſuccingit, inter ſe & alteram *meningem* tantum relinquens ſpatij, quantum cerebri pulſibus ſatis eſt. Eſt autem hæc cribri ritu perforata, duplicatúrque, ut commodiùs venas muniat, quas in ſe habet ad ſummum capitis verticem aſcendentes. Altera cerebro penitus conjuncta eſt, quæ quòd tenuiſſimæ illi membranæ (quam in fœtu χώριον: id eſt, ſecundas vocant) perſimilis ſit, χωροειδὴς appellatur: Vulgò *pia mater*. *c Sphinx*) Monſtrum apud Thebas vulgò fuiſſe putatur, cujus caput & manus puellæ, corpus canis, alæ avis, vox hominis, ungues leonis, cauda draconis ſimilitudinem referebant. Dicta eſt autem ſphinx ἀπὸ τοῦ σφίγγειν: h. e. à conſtringendo, vel vinciendo, quòd prætereuntes ſuîs quæſtionibûs ita ſtringeret, ut ſe expedire non poſſent. Verùm hæc opinio fabuloſa nimis & incerta à doctis cenſetur. Veritati magis conſona eſt eorum ſententia qui ſtatuunt *ſphingem* animal eſſe ex genere ſimiarum, inſigne duabus in maxilla maculîs nigricantibûs, caudâ coloris ſubnigri oblongâ. Solin:

*Inter ſimias habentur & ſphinges villoſæ comis, mammis prominentibus, dociles ad feritatis oblivionem.* Plin. lib. 8. c. 21: *Lyncas vulgò frequentes, & ſphingas, fuſcô pilô, mammis in pectore geminis, Æthiopia generat, multaq; alia monſtro ſimilia.* Et lib. 10. c. 72; nec non lib. 36. c. 12. his verbis: *Ante has eſt ſphinx, vel magis miranda, quaſi ſylveſtre numen accolentium.* d *Syrinx*) Fiſtula, ſive ea ſimplex ſit, quam Græci vocant μονοκάλαμον: ſive ex pluribus calamis contexta, quam illi πολυκάλαμον appellant. Fabulantur Poëtæ *Syringa* nympham fuiſſe Arcadiæ, quæ qvum Panos vim effugere non poſſet, miſeratione Deorum mutata eſt in paluſtres calamos. Ovid. 1. Metam: *Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas Najas una fuit, Nympha Syringa vocabant.* e *Larynx*) Guttur, colli pars anterior, oppoſita τῷ ςωμάχῳ. Medicis dicitur ſuperior pars, ſeu caput & initium aſperæ arteriæ, faucibus continuum, tribus conſtans cartilaginibus, præcipuum vocis inſtrumentum.

## *FORMATIO ACCUSATIVI.*

Accuſativus ſingularis Tertiæ Declinationis deſinit regulariter in EM; ut, *ſol ſolem, torquis torquem.*

## EXCIPE

1. IM tantùm faciunt; *buris, ſitis atque ſinapis. Vis, pelvis, ravis, (a) præſepis, (b) tuſſis, amuſſis. Cucumis,* (c) Genitivô *cucumis*, Accuſativô *cucumim* vel *cucumin.* Sic nomina fluviorum: *Albis, Tyberis, Araris, (d) Tigris.* Et Græca; *Syrtis, Mephytis, Magudaris. (e)*

*a Ra-*

*a Ravis*) Plaut. Aulul: — *ad ravim poſcamus* &c. Idem Ciſtel: *Expurgabo hercle omnia ad raucam ravim*. *b Præſepis*) Plaut. Curcul. 2. 1: *Quin reciperet ſe huc eſum ad præſepim ſuam*. Sic legunt Taubmannus & Douſa in correctioribus exemplaribus. Licet Editio Gryphij lugdunenſis excuſa annô 1549 legat, ad *præſepem ſuam*. In Plurali Accuſativo extat apud Plautum *præſepis*. Rud. 4. 3: *Ad meum herum arbitrum vocat me hinc, intra præſepis meas*. Ita legit Taubmannus & Douſa. Sed Gryphiana editio modò citata habet *præſepeis*. In Prologo Caſinæ ſimiliter Taubmannus & Douſa probant lectionem: *intra præſepis ſuas*: ubi citata editio retinet *præſepeis*: & Alvarus de Inſtitutione Grammatica pag. 203. habet: *intra præſepes ſuas*. *c Cucumis*) Plin. lib. 20. c. 1: *Aliqui etiam ab eo ſcorpionum cucumin vocant, efficaciſſimum contra ſcorpionum ictus*. Ibidem: *Cucumin ſylveſtrem eſſe diximus multò infra magnitudinem ſativi*. Sed Gelenij Editio utrobiq; legit *Cucumim*. Dativus *Cucumi* eſt lib. 19. cap. 11. *d Araris*) Fluvius Galliæ lugdunenſis. Virg. Ecl. 1: Aut *Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim*. Dicitur etiam in Nominativo *Arar* per ἀποκοπὴν. Lucan. lib. 6: — *Rhodanumq; morantem Præcipitavit Arar* — *e Magudaris*) Fruticis genus, Silphium: ut, Priſc. l. 7. de Accuſ. Tertiæ ait; vel ut alij volunt, radix Silphij, cujus ſuccus olim *laſer*, hodie *Benſoe* vulgò, ſive *Aſa dulcis* appellatur.

2. Sequentia faciunt EM & IM, ſed diverſimodè. Nam ſæpius EM: *febris*, [*a*] *claviſq;* [*b*] *& navis*, [*c*] *aqualis* [*d*;] *Sementis*, [*e*] *ſtrigilis*. Sæpius IM: *puppis*, [*f*] *turris*, [*g*] *reſtiſq;* [*h*] *ſecuris* [*i*.]

*a Febris*) *Febrim* invenies apud Suet. in Tito cap. 10, & Horat. 2. Serm. Sat. 3. *Febrem* multò uſitatius eſt. Mart. lib. 5: *Non habui febrem Symmache, nunc habeo*. Cic. de Finib:

nib. *Et is febrem non habet?* *b* *Clavis*) Plaut. Moſtel: *clavim mihi harunce ædium nunc jam — jube afferri intus.* Tib. l. 1. Clavē per ſecundā Vocalem dixit: *Hoc fecêre malas, hinc clavē janua ſenſit: Et cœpit cuſtos liminis eſſe canus*, Eleg 4. *c* *Navis*) *Sive jactatam religaret udo Littore navim.* Hor. l. 1. Carm. Ode 32. *d* *Aqualis*) *Aqualim* per tertiam Vocalem eſt apud Plautum in Curcul 7: *— datin' iſti ſellam ut i aſſideat citò, Et aqualim cum aqua?* *e* *Sementis*) Colum. lib 2. c. 10: *Sationes lentis duas ſervamus, alteram maturam per mediam ſementim ſeriorem alteram menſe Februariô.* Sic apud Catonem ſæpe cap. 27: *Sementim facito ita.* Cic. 3. de Nat. Deor: *Hanc igitur tantum à Dijs immortalibus arbitramur malorum ſementim eſſe factam.* *f* *Puppis*) *Puppim* non ſolùm per tertiam Vocalem, ut præcipit Donatus 2. Edit: ſed etiam per ſecundam reperitur Lucan. 4: *Primum cana ſalix madefactô robore parvam Texitur in puppem.* — Stat. 2. Sylv. — *nec unquam Emeritam in noſtras puppem demitte procellas.* *g* *Turris*) Interrogatus Probus dicendúmne eſſet *turrim* an *turrem?* reſpondit interrogandam eſſe aurem. Vide Gell. l. 13. c. 69 Cæſar. 2. Bell. civ: *Quem à turri lateritiâ ad hoſtium turrim murumq; perducerent.* Ibid. *Circum turrim.* Paulò pòſt: *Ad turrim hoſtium.* Idem 2. Bell. Gall: *Tanti oneris turrim in muros ſeſe collocare conſiderent.* Virg. 2. Æneid: *Turrim in præcipiti ſtantem.* *Turrem* rarò apud Cæſarem invenies. 2 Bell. Civ: *Majori cum fiducia ad alteram turrem aggerémq; eruptione pugnaverunt.* *h* *Reſtis*) Terent. Phorm: *Ad reſtim mihi quidem res rediјt planiſſimè.* Plin. lib 17 c. 10: *Eáque intrito reſtem circumlini.* *i* *Securis*) *Securem* per e vix invenitur. *Securim* frequenter leges apud Ciceronem aliósq; probatos autores. Virg. 11. Æn: *— aratam quatiens Tarpeja ſecurim;* non *ſecurem*, ut paulò inferiùs, — *Pérq; oſſa ſecurim.* Et 2. Æn: *— incertam excuſſit cervice ſecurim.* Nota. Invenitur & *lentim* pro *lentem* apud Catonem, à Nominativo *lens*: *lentim in rudeto & rubricoſo loco, qui herboſus non ſiet, ſerito*, cap. 35. Nec non ab *Avis Avim* dixit Nævius.

3. Græ-

3. Græcus Accuſativus in A exit: ut, *Hectora*, † *Calchanta, aëra, æthera.*

† *Hectora*) Virg. 1. Æneid: *Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.* Nota. A *Pan* Accuſativus Græcus *Pana* in uſu eſt: idq; ut putatur ad differentiam Accuſativi *panem*, qui eſt à Nom. *panis.* At *Ganymedes*, *dem*: *Demoſthenes*, *nem*: *non Ganymeda*, *Demoſthena.* *Chremem* verò & *Chremetem*, *Daren* & *Daretem* &c, priore terminatione ad *Primam*; poſteriore ad *Tertiam* pertinent.

## Excipe.

1. Græca, O literâ finita, habent Accuſativum ſimilem Nominativo: ut, *Manto, Calypſo, Alecto.* *

* *Alecto*) Æn. 7. *Luctificam Alecto Dirarum ab ſede ſororum Infernisq; ciet tenebris.* —

2. Græca IS ſyllabâ finita, quæ apud Latinos Genitivum habent ſimilem Nominativo, hoc eſt, quorum Genitivus apud Græcos in OS exit, nullâ præcedente conſonante, Accuſativô faciunt IN Græcè, vel IM Latinè: ut, *Charybdis*, † *Charybdin*, *vel Charybdim.*

† *Charybdis*) Cic. 3 de Orat: *Deinde videndum eſt ne longè ſimile ſit ductum, Syrtim patrimonij, ſcopulum libentiùs dixerim: Charybdim bonorum, voraginem potiùs.* Idem 2 Philip: *Quæ Charybdis tam vorax? Charybdim dico.* Ovid. lib. 4. de Ponto: *Nec potes infeſtis conferre Charybdim Achæis.*

3. Quæ verò Genitivô creſcunt, [a] neque accentum habent in ultima in IN, vel IM, vel EM


Digitized by Google

exeunt, ut, *Paris*, *Paridis*, *Parin*, *Parim* vel *Paridem*: *Iris Iridis*, *Irin*, *Irim* vel *Iridem*: *Iſis*, *Iſidis*, *Iſin*, *Iſim* vel *Iſidem*; quæ etiam in A, apud Græcos exeunt: ut, *Parida*, &c.

a Ea quorum Genitivus in OS, ſyllabam impuram exit, hoc eſt, præcedente conſonante, apud Latinos Genitivô creſcunt: ut, *Paris*, *idis*, *Daphnis*, *idis*, quæ & Latinè declinantur, & Græcè à Poëtis præcipuè. Cic. ad Octavium: *At te facta patriæ Paridem futurum prædicabant.* Virg. 10: — *Et face prægnans Ciſſeis regina Parim creat.* Ovid. 13 Metam: *Accuſôq; Parim.* Virg. 7. Eclog: *Hæc memini, & victum fruſtra contendere Thyrſim.* Ibid: *Et certamen erat, Corydon cum Thyrſide, magnum.* Idem 9, ſemper *Daphnin* per n, dicit, declinat etiam latinè: *Ego hanc in Daphnide Laurum.* *Paris*, *Iſis* & cætera quorum ultima non habet accentum, linguâ quidem Græcorum communi Accuſativô A faciunt, *Parida*, *Iſida*. Jones verò hiatûs amantes, conſonante ſubtractâ *Parios*, *Iſios* declinant; inde *Parin*, *Iſin*. Latini n in m mutantes *Parim*, *Iſim*. Virg 5: *Irim de cælo miſit Saturnia Juno.* Lucan. 8: *Nos in templa tuam Romana recepimus Iſim.* Quæ autem apud Græcos accentum habent in ultima, in A tantùm deſinunt: ut, ἀμαρυλλὶς, τιτανὶς, *Amaryllis*, *Titanis*; *Amaryllida*, *Titanida*. Ovid. 5: *Duxerat oceanus quondam Titanida Tethyn.*

4. Græca in YS purè declinata YN & YM habent, ſed YN † frequentiùs: ut, *Halys*, *Halyn & Halym*. Eadem impurè declinata habent YDA & YDEM: ut, *Chlamys*, *Chlamyda*, *Chlamydem*.

† Accu-

† Accuſativum in YN ſæpe apud Livium leges, lib. 8. dec. 4: *Sedem ipſi ſibi circa Halyn flumen ceperunt.* Idem lib. 2. dec. 5: *Itaque dimittendum Cotyn ad ſua tuenda ratus,* &c. Cic. 2. de Divin. *Halym* dixit: *Crœſus Halym penetrans magnam pervertet opum vim.* Liv. lib. 4: *Eâ die ad amnem Mityn proceſſit.*

## *FORMATIO VOCATIVI.*

Vocativus ſimilis * eſt Nominativo: ut, *Pater, ô pater, hæc Pallas, ô Pallas, ô Socrates: ô Chremes, ô Achilles, ô Heros, ô Chlamys.*

* Nam, *ô Socrate, Chreme, Achille, Uliſſe* ad Primam ſpectant.

### Excipe.

1. Græca Propria in AS, quorum Genitivus exit in ANTIS, apud Poëtas deponunt S: ut, *ô Palla, ô Calcha.* †

† *Pallas, Calchas,* & cætera hujus formæ apud Græcos AN faciunt Vocativô: *ô Pallan, Calchan.* Poëtæ abjiciunt n: *ô Palla, ô Calcha.* Virg. 11: *Non hæc ô Palla dederas promiſſa parenti.* Seneca Troad: *Effare Calcha, nôſq; conſiliô rege.*

2. Fœminina Propria & Patronymica in IS, S literam Nominativi abjiciunt: ut, *Amaryllis, Amarylli, Nerēis vel Nerëis, Nerēi vel Nerëi.*

3. Græ-

3. Græca in IS & YS quæ accentum non habent in ultima, S Nominativi amittunt: ut, *Mœris*, *Mœri*, † *Thetys*, *Thety*.

† Virg. Ecl. 9. *Quò te Mœri pedes? an quò via ducit in urbem?*

4. Quæ ante S habent Diphthongum in Græcis vocibus, S Nominativi Latini elidunt: ut, à *Simoεις*, *Melampȣς*, eſt Vocativus ô *Simoi*, *Melampu*; [a] *quorum Nominativus Latinus eſt Simois*, *Melampus*. Nota. Omnia apud Atticos Vocativum habent ſimilem Nominativo: ut, *ô Pallas: ô Amaryllis: ô Mœris: ô Melampus*, quos imitantur Latini. [b]

a Stat. 3. Theb: —— *Illum venerande Melampu Qui cadit agnoſco.* Ibid: *Te pudor & auræ retinent per rura Melampu.* b *Sic ô Thaïs, ô Myſis* apud Terentium, pro *ô Thai, ô Myſi.*

## *FORMATIO ABLATIVI.*

### Ablativus terminatur in E: ut, *pectore*.

### Excipe

### Ablativum in I formant ſequentia:

1. Ea quorum Accuſativus in IM † vel IN tantùm terminatur, nec creſcunt in obliquis, dant Ablativum in I: ut, *pelvis*, *pelvim*, *pelvi*, *Geneſis*, *Geneſin*, *Geneſi*. Nam ſi creſcunt ferè aliter fit: ut, *Paris*, *Paridis*, *Paride*: *Iris*, *Iridis*, *Iride*.

† Nota.

† Nota. *Araris* habet *Arare*, licèt Accuſativus ſit *Ararim*.

2\. Neutra in E, AL & AR dant conſimiliter Ablativum in I: ut, *mare mari*, [*a*] *rete reti*, [*b*] *animal animali*, *calcar*, *calcari*. At, Eretinent *jubar* & *bacchar*, *far*, *nectar* & *epar*.

*a* Antiqvi etiam *mare* dicebant ſextô caſu. Atacinus: *Cingitur Oceanô Libycô mare, flumine Nilo*. Plaut. Rud: *Dicant in mare* (Taubmannus in *mari*) *communi captos*. Hos imitatus eſt Ovidius in Ibin: *Et ſummam Libyco de mare carpat aqvam.* *b* Sed Plautus in Perſa 1. 2. habet Ablativum *rete*: *Si id fiat, ne iſti f[illegible]im uſquam appareant. Qui bic albô rete aliena oppugnant b[illegible]*, id eſt, interprete Taubmannô, qvi dolos ſuos prætextu exornant, & illis aliqvam bonam cauſam prætendunt, puta, leges & jura aut ſimile: qvas fraudes ἐυπροσώπους καὶ ἐυπροφασίςους Græci vocant. Plura, ſi vacat, ibidem in commentario taubmanniano lege: ſunt enim plena eruditionis. Et in Rud: — *neqve piſcium ullam unciam pondo hodie cepi, niſi hoc qvod nunc fero in rete*. Qvi tamen Ablativi ſunt potiùs à Nominativo hic vel hæc *retis*, qvàm à Neutro *rete*. Nam Accuſativus *retem* à *retis* extat apud Varronem 3 de re Ruſt. c. 5: *Intra retem aves ſunt omne genus, maximè cantatrices, ut Luſciniolæ ac merulæ, qvibus aqva miniſtratur per canaliculam, cibus ſubjicitur ſub retem.* Eundem Accuſativum probat Alvarus pag. 203. è Rud. Plaut. aitq; ibi extare *uvidum retem*. Sed ibi Taubmannus probat ex optimis & vetuſtiſſimis MSS. Camerarij, legendum eſſe *uvidum rete*, ſine ſquamoſo pecu? Qvam etjam lectionem Douſica & Ghryphiana editio ſeqvitur. Sed in ſeqventibus ejuſdem Actus & *rete* & *retem* invenies: *Ubi demiſi retem atqve hamum, qvicqvid haſit, extraho. Meum qvod rete atqve hami nacti ſunt, meum potiſſim' ſt.* Nominativum qvoqve Pluralem Fœm, receptum eſſe, autor eſt Soſi-

 pater.

pater. Nam & conſvetudine, inquit, dicimus: *in retes meas incidiſti.*

3. Adjectiva in IS [*a*] & ER, qvorum Neutrum eſt E, formant etiam Ablativum in I: ut, *fortis forti, ſáluber ſalubri.* Sed ſi ex Adjectivis fiant Subſtantiva, E tantùm habent: ut, *Lateranenſis,* [*b*] *Lateranenſe: Juvenalis, Juvenale.* [*c*]

*a* Conſimiliter apud Ovid. extant; *cæleſte, perenne, bimeſtre,* pro *cæleſti, perenni, bimeſtri.* 15 Metam: —— *Specie cæleſte reſumptâ.* 3 Faſt: *Amne perenne latens Anna perenna vocor.* Et 6: *Extáq; de porcâ cruda bimeſtre tenet.* Sic apud Maronem: *cognomine terrâ.* *b* Cicero pro Planco: *Confiteor ſumma Lateranenſe ornamenta eſſe.* Mart: *Cum Juvenale meo qvid me committere tentas?* *c* Neqve id in *Proprijs* ſolùm, ſed alijs etiam locum habet. Nam *Adjectivè* dixero, *volucri ſagittâ*, & *homine rudi*. *Subſtantivè* autem, à *volucre comeſtus*, & *rude donare*. Plin. lib. 9. c. 8: *Velociſſimum omnium animalium non ſolùm marinorum eſt Delphinus, ocyor volucre, ocyor telo.* Eſt autem *rudis* virga, qvâ emeriti gladiatores donabantur. Horat. 1. Epiſt: *Spectatum ſatis, & donatum jam rude qværis Mæcenas iterum antiqvo me includere ludo.*

4. *Canalis*, [*a*] *mugilis*, *ſtrigilis* [*b*] & nomina Menſium, itidem dant Ablativum in I: ut, *Aprilis, Qvintilis, Sextilis, September, October, November, December.*

*a* *Canalis*) Qvintil. lib. 11. c. 3: *Pleniore tamen hæc canali fluunt.* *b* *Strigilis*) Invenies apud Horatium 2 Serm. Sat. 7: —— *An hic peccat, ſub noctem qvi puer uvam Furtivâ mutat ſtrigili* ——. Et apud Plin. l. 29. c. ult: *Deinde cùm opus ſit, ſtrigili temperatâ infundere.*

Abla-

## Ablativum in E & I formant ſeqventia.

1. Ea, qvorum Accuſativus in EM & IM deſinit, dant Ablativum in E & I: ut, *navis, navem & navim, Ablat. nave & navi.*

2. Subſtantiva in IS Adjectivis ſimilia habent E & I; ſed I ſæpius: ut, *ædilis,* [a] *annalis,* [b] *affinis,* [c] *natalis,* [d] *ſodalis,* [e] *familiaris,* [f] *popularis,* [g] *rivalis,* [h] *novalis,* [i] *molaris,* [k] *bipennis,* [l] *triremis,* [m] *qvadriremis* [n] & ſimilia.

De hujus præcepti veritate ut certior evadas, hæc Latinorum teſtimonia audi. *a Ædilis*] Plin. lib. 7. c. 48: *Qvæ producta fuerat tirocinio à M. Pomponio Ædili plebis.* Val. Max. lib. 8. c. 1. dixit *Ædile: Qvintus Flavius à C. Valerio Ædile apud populum reus actus, &c.* *b Annalis*) Cic. ad Attic. 12: *Scriptum eſt in tuo annali.* Idem in Brut: *Ennius in novo annali.* Idem pro Fundanio: *Non modò hoc à Julio annale, ſed vix me-Hercle, à L. Mutone factum probari poteſt.* *c Affinis*) Cic. 1. de Orat: *Ita ſi de re militari dicendum huic erit Sulpitio, qværet à C. Mario, affini noſtro.* *d Natalis*) Lucan. 7: *— Gentes Mars ille futuras Obruet & populos ævi venientis in orbem Ereptô natale feret.* *e Sodalis*) Cic. 2 Orat: *Me pro meo ſodali, qvi mihi in liberum loco more majorum eſſe deberet* &c. Plin. 2 ad Priſcum: *Qvid enim aut illô fidelius amicô, aut ſodale jucundius?* *f Familiaris*) Chariſius annotat *familiare* inveniri, quod notant Gieſſenſes pag. 82. *g Popularis*] Plin. lib. 13. 4: *Populari etiam nomine à nobis appellantur balani.* *h Rivalis*) Ovidius 2 de remed. Amor: *Hunc quô vel nimiùm qvondam rivale dolebat, Vellem deſineres hoſtis habere locô.* Horat. in Arte Poët: *Nullum ultrà verbum, aut operam ſumebat inanem Qvin ſine rivali, teq; & tua ſolus*

*amares.* i *Novalis*) Plin. lib. 18. c. 19: *Hoc in novali atque requieto neceſſarium eſt.* k *Molaris*) Plin. lib. 36. c. 23: *Utilior eadem ex effoſſo lapide, quàm ex ripis fluminum collecto. Utilior ex molari: quia eſt quadam pingvior natura ejus.* l *Bipennis*) Virg. 2. Æneid: *Ipſe inter primos correptâ dura bipenni Limina perrumpit.* Pro ſecuri heic accipitur utrinque aciem habente. Aliàs *bipennis* Adjectivum eſt pro eo, qvi duabus pennîs volat. De qvo Plin. lib. 11. c. 28: *Nullum, cui aculeus in alvo, bipenne eſt.* Nonnulli heic addducunt illud lib. 11. Æn: — *ferrô ſonat alta bipenni Fraxinus.* Sed ibi non tám Adjectivum eſt, quàm Subſtantivum ſimile Adjectivo. m *Triremis*) Sveton. in Tyb c. 72: *Triremi uſque ad proximos Naumachiæ hortos ſubvectus eſt.* Cæſar. 2. Bell. Civ: *Appulſáq; ad proximum littus trireme conſtratâ & in littore relictâ.* n *Quadriremis*) Cic. 7. in Verr: *Egreditur Centuripinâ quadriremi Cleomenes è portu.*

3. Seqventia Subſtantiva habent qvidem E & I in Ablativo, ſed E ſæpiùs: [*a*] ut, *amnis*, [*b*] *angvis*, [*c*] *avis*, [*d*] *cannabis*, [*e*] *civis*, [*f*] *claſſis*, [*g*] *finis*, [*h*] *fuſtis*, [*i*] *ignis*, [*k*] *imber*, [*l*] *occiput*, [*m*] *ovis*, [*n*] *poſtis*, [*o*] *pugil*, [*p*] *vectis*, [*q*] *ungvis*, (*r*) *ſupellex*, (*ſ*) *tridens* (*t.*) Hanc formam imitantur inprimis hæc Verbalia in TRIX, *ultrix, victrix adjectivè* (*u*) ſumpta, quæ licèt terminent Ablativum in E vel I, hodie tamen potiùs in E quàm I: ut, *victrix* (*x*) *victrice vel victrici: ultrix, ultrice vel ultrici.*

*a* Uſitatiùs in *ſoluta oratione* in E formantur: ut, *angve, ungve, ave, poſte, fuſte, vecte*, In *Verſu* autem, præcipuè in fine, I nonnunquam fuit retentum à Poëtis, qui aurium judicium ſecuti ſunt, ut Probus monet apud Gell. 13. 19.

Nam

Nam apud priſcos, Nomina in IS pariſyllaba, tum E tum I Ablativos terminabant, Varro 2 de analogia. Unde multa à Priſciano & ab aliis hujus generis commemorantur: ut præter poſita, *funis*, *neptis* (qvod tamen ſine teſtimonio adducitur) *peſtis*, *ſtrigilis* & ſimilia. Sic & aliorum nominum alicubi Ablativus in I invenitur: ut, *affinitati*, apud Venulejum: *aſſi*, apud Lucilium: *colli*, *labi*, *ſordi*, apud Lucretium: *parti*, *ſorti*, apud Plautum: *orbi*, apud Cicer. 5. de Rep. & Varr. lib. 3. de re Ruſt. *b* Claſsicâ autoritate hæc confirmanda veniunt. *Amnis*] Liv. 8. bell. Pun. *Superatô Bate amni*. Virg. 1. Georg: *Atque illum in præceps pronô rapit alveus amni*. Sic 2. Georg: — *miſſusq; fundô defluit amni*. *c* *Anguis*] Horat. lib. 1. Ep. 17: *Alter Mileti textam, cane pejus & angui Vitabit chlamydem*. — Stat. in 4. — *Angue ter excuſſô*. *d* *Avis*] Cic. 1. de Divinat: *Agamemnon cùm Achivi cœpiſſent inter ſe ſtrepere aperteq; artem obterere, extiſpicum ſolvere imperat, ſecundô rumore, adverſaq; avi*. *e* *Cannabis*] Plin. lib. 19. c. 2: *Et ſicco præferunt è cannabi funes*. *f* *Civis*] *Civi* probat Priſcianus ex 4. Verr: *Quòd Siculus à civi Romano civis Romanus datur*. Et paulò inferiùs: *Quòd civis cum civi ageret*. Sic dicit codices veteres habere, ſed fuiſſe qvorundam imperitiâ corruptos. nunc in correctiſſimis *cive* per e invenitur. *g* *Claſſis*] *Claſſi* apud Virg. 8: *Advectum Æneam claſſi, victóſq; penateis Inferre*. *h* *Finis*] *Fini* crebrum eſt apud Gellium: inprimis lib. 7. c. 3. *i* *Fuſtis*] Ablativus *fuſti* qvibuſdam non placet: qvia nec liber Taciti, qvem heic citant, exprimitur, nec Apulejus, qvem etiam adducunt Alvaro inter idoneos teſtes numeratur. *k* *Ignis*] Liv. lib. 7. ab Urb: *Omnia ferrô igniq; vaſtata*. *l* *Imber*] Cic. ad Attic. lib. 7: *Maximô imbri Capuam veni*. Lucretius: *Ex igni terráq; animæ naſcuntur & imbri*. Non improbabile eſt priſcos etiam *imbris* Nominativo dixiſſe: unde Cato de ſacrificio commiſſo, apud Priſcianum lib. 6: *Menſe Octobri fecimus, Novembris reliqvus erat*. *Novembris* dixit pro *November*: hæc enim *September*, *October*, *November*, *Decem-*



Digitized by Google

*December* ex *Imber* ſunt compoſita. *m* *Occiput* ] Auſonius in Epigrammate Simulacri Occaſionis & Pœnitentiæ : —— *ſed heus tu occipite es calvò. Ne teneas fugiens.* *n* *Ovis* ] Varro 2 de Analog: *Nam ſine reprehenſione vulgò alij dicunt in Singulari hâc ovi, & avi, alij hâc ove, & ave.* *o* *Poſtis* ] *Poſti* apud Ovidium etiam in extremo verſu, 5. Metam. *p* *Pugil* ] *Pugili* per i, qvod à recentioribus additur, nondum inventum eſt. *q* *Vectis* ] Ter. Eun: —— *in medium huc agmen cum vecti Dorax.* *r* *Ungvis* ] Catull. in Carm. nupt. 63: *Idem cum tenui carptus defloruit ungvi.* Propert. Eleg. 20: *Quæ modò decerpens tenerô pueriliter ung*[illegible] *Præpoſito florem prætulit officio.* *ſ* *Supellex* ] Cic. [illegible]err: *In inſtrumento ac ſupellectili.* *t* *Tridens* ] Vi[illegible]l. Æn[illegible] *levat ipſe tridenti, Et vaſtas aperit Syrteis.* *u* S[illegible] *Subſtantivè* ſumpta E tantùm habent : ut, *victrice*, *ultrice*, *ſicut nutrice*, *obſtetrice*. *x* *Victrix* qvô jure habet *victricia* in Nominativo Plurali Neutro, eôdem habet *victrici* in Ablativo ſingulari. Lucan. 1: *In ſua victrici converſum viſcera dextrâ.* Pari ratione *ultrici* etiam dicitur in Ablativo ſingulari, qvia *ultricia* dicimus. Sed diligentiſſimè obſervandum eſt, qvòd cœtera TRIX ſyllabâ finita non videantur Ablativum in I terminare.

4. Comparativa [*a*] & Adjectiva unius terminationis dant qvoqve Ablativum in E & I: ut, *major*, *majore*, *majori*. Sic, *ingens*, *felix*, *degener*, [*b*] *uber*.

*a* *Comparativorum* Ablativus paſſim apud Cicer. Qvintil. aliósq; autores in E literam exit cum Subſtantivis omnis Generis. Pro Cœcin: *Potuiſti enim leviore actione confligere.* Ibidem: *Potuiſti ad tuum jus faciliore & commodiore judiciô pervenire.* Idem 2 de Orat: *Leviore qvodam ſono uſus eſt.* In I verò rariùs exit. Cæſar 2 Bell. Civ: *Majori cum fiducia ad alteram turrem aggerémq; eruptione pugnârunt.* Plin. lib. 2. cap. 4: *At cinereus poſteriori parte*

can-

*candicans lentior*. Qvintil. proœm. l. 12: *Qvare nunc qvoqve licèt majori, qvàm unqvam mole premor, tamen*, &c. Hæc, ut vides, cum genere Fœminino junguntur, qvod obiter notabis; ſunt enim qvi id prohibent. Nota. *Plus* Ablativo caret. Veteres tamen *pluri* dixerunt, & *plure*, teſte Chariſiô. Poëtæ Ablativo finito in I ſæpius utuntur. Invenies exempla apud Priſcian. l. 7. *b* Nihil cauſæ eſt, cur *degener* & *uber* excipiantur è numero Adjectivorum, qvæ E vel I faciunt. Lucan. 4: *Si me degeneri ſtravißent facta ſub hoſte*. Curt. lib. 3: *Uberi & pingvi ſolo*.

## Excipe.

1. Qvæ Ablativum tantùm in I habent: *artifex*, † *artifici*: *memor*, *memori*: *vigil*, *vigili*: *par*, *pari*.

† *Artifex* tamen & *vigil*, ut Adjectivi interdum ſpeciem præ ſe ferunt, ita etiam *artifici* & *vigili* interdum faciunt. Stát. 1. Achil: *Qvaliter artifici victura pollice ceræ Accipiunt formas*. Ibidem: *Aſpicit intentum, vigilisq; hac aure trahentem*.

2. Qvæ Ablativum tantùm in E dant: *pauper*, *hoſpes*, *ſoſpes*, *ſenex*, *compos*, *impos*, *inops*, *bicorpor*, † *tricorpor*, *vetus*: & compoſita à *pes*. Sed *qvadrupes* dat E & I.

† Alvarus de his vocibus ita ſentit: Non facilè invenies, ut arbitror, *bicorpor*, *tricorpor*, *indecor*: unde itaqve fiant obliqvi *bicorporis*, *tricorporis*, & *indecoris* numerô Plurali, qvô Virgilius utitur, incertum eſt, pag. 157. Cic. 2 Tuſc. Accuſativum affert: *Hæc bicorporem afflixit manum*. Et apud Virg. 6. Æn. Genitivus extat: —— *Et forma tricorporis umbræ*.



Digitized by Google

3. Adjectiva Participialia abſolutè poſita, quæ E * retinent: ut, *regnante Carolô.*

* Rarò I invenitur. Plautus Menæch. 3. 2: *Feciſti funus me abſenti prandiô.* Aliàs Adjectiva nonnulla in NS deſinentia I retinent. Cic. 2. de Orat: *Ex ingenti quôdam Oratorem, immensóq; campô, in exiguum ſanè gyrum compellitis.* Sæpe Cicero hôc modô loqvitur: *recenti memoriâ, recenti negotiô, recenti inſidiâ.* Videatur, ſi placet, Alv. p.204,205. qvi omnium pleniſſimè hæc pertractavit.

## FORMATIO NOMINATIVI PLURALIS.

Nominativus pluralis Maſculinorum & Fœmininorum exit in ES; Neutrorum in A: ut, *ſermones, pectora.* Compoſita à corpus: ut, *bicorpor*, * *tricorpor*, Nominativum pluralem tantùm in A habent: ut, *bicorpora, tricorpora.*

* Niſi placet *bicorpora* & *tricorpora* eſſe non à *bicorpor* & *tricorpor*, verùm ab antiqvis *bicorporus, a, um;* & *tricorporus, a, um:* quô modô Lucret. l. 5. *tripectorus* uſurpat pro *tripector.*

### Excipe.

Neutra qvæ Ablativum habent in I tantùm, vel in E & I promiſcuè, dant Nominativum in IA: ut, *retia, animalia, ingentia.* Præter Comparativa: ut, *majora.* Qvibus ſimile eſt *vetus, vetera, veterum.* Sed *apluſtre* [*a*] dat *apluſtra* & *apluſtria.* *Plus* facit *plura*, & antiquè *pluria.* [*b*]

aIta

*a* Ita Priſcianus lib. 7. p. 262: *Sed dicere poſſumus aplustria eſſe ab aplustre: apluſtra verò ab apluſtrum, quo uſus eſt Lucretius in quarto: Navigia apluſtris fractis obnitier undis.* Silius lib. 10: *Et tranſtra, & mali, laceróque apluſtria belli.* Cic. in Arato: *Navibus aſſumptis fluitantia quærere apluſtra.* *b* Capito contendit *pluria*, non *plura* dicendum apud Gell. l. 5. c. 21. Unde apud Terent. Phorm. *compluria*, more veterum legitur; & apud Ciceronem in Protagora, *confirmandi genera compluria*.

## *FORMATIO GENITIVI PLURALIS.*

Genitivus pluralis deſinit propriè in UM: ut, *patrum.* Sed Genitivus pluralis Græcorum etiam per *ôn* effertur: ut, *hæreſeôn, metamorphoſeôn.*

### Excipiuntur *Sextuplicia.*

I. Genitivum in IUM dant ea, quorum Ablativus in I tantùm, vel in E & I ſimul deſinit: ut, *animal animali, animalium, felix, felice, felici, felicium.*

### EXCIPE

1. Comparativa: ut, *majorum, meliorum.* Præter *plus plurium.*

2. Adjectiva unius terminationis: ut, *celer, bigener, congener, degener, compos, impos, uber,*

Digitized by Google

*ſupplex, vigil,* [*b*] *pervigil, qvadrupes* & compoſita à *color.*

*a* De *Puber* & *Impuber* vide qvæ attulimus ſuprà. *b* Nam *vigilum* facit, etſi *vigili aure* ſit apud Statium. Ut *artifex artificum*, etſi *artifici pollice*, apud eundem legas.

3. His adde *mugilis, ſtrigilis*, & in FEX deſinentia à *facio*: ut, *artifex*, † *opifex*, *carnifex.*

† Fortaſſe id ſit differentiæ cauſâ, ne confundantur cum *artificium, opificium, carnificium*: qvo poſtremo Plautus utitur; ſed Adjectivè.

II. Nominativus IS & ES, qvi in Genitivo ſingulari non creſcit, dat Genitivum in IUM: ut, *collis, collis, collium: nubes, nubis, nubium.* Sic *palus,* [*a*] *fornax, linter, uter utris, venter, caro* [*b*] *carnium,* & *aſſis partes.*

*a* Qvædam modò in IUM, modò in UM exire ſolent, ut, *paludium paludum, fornacium fornacum.* Colum. l. 3. c. 9: *Ex limo concretarum paludium emergere.* Melan. lib. 3. c. 3: *paludum Svevia, & Melſiagum maxima.* Plin. lib. 35. c. 6: *Adulteratur fornacium, balnearumq; fuligine.* Idem lib. 34. cap. 10. 13 & 14. Sed tamen lib. 35. c. 14. initiô capitis *fornacum* dixit. *b* *Carnium* à præceptione non recedit. nam & *carnis* Nominativô dicitur apud Liv. ſicut & *penatis* apud priſcos. Vide Priſcian. l. 6. & 7.

Excipe

*Canis canum, panis panum, juvenis juvenum, vates vatum, volucris volucrum* † *ſubſtantivè pro ave.*

† Varro tamen *volucrium* facit, lib. 1. c. 38.

III. Sub-

Digitized by Google

III. Subſtantiva qvorum Nominativus in duas conſonantes deſinit, formant Genitivum in IUM: ut, *mons montium, ars artium, trabs trabium, pars partium.*

## Excipe

1. *Hyems, lynx,* [a] *conſors,* [b] *ſphinx, phalanx, parens.* [c]

a Plin. lib. 8. c. 38: *Lyncum humor ita redditus* &c. Sed Nebriſſenſis vult *Lyncium*; ita eſſet Syncope *Lyncum*. b Præcipiunt Grammatici dicendum eſſe *conſortum*, *exortum*: ſed nullis id exemplis confirmant. c *Parens*, Nomen Generis communis excipimus, propterea qvòd nemo hodie *parentium* dicit. Priſcianus dicit etiam *parentium* probátq; ex Cicer. 7 Verr: *Navium præfectos ſine ulla cauſa de complexu parentium ſuorum, hoſpitúmq; tuorum ad mortem, cruciatúmq; rapuiſti.*

2. Qvæ in BS aut PS deſinunt plusqvam monoſyllaba: ut, *cælebs, cælibum, princeps,* * *auceps, municeps, forceps, inops, Æthiops.* At *urbs urbium, ſeps ſepium*, qvia monoſyllaba ſunt. Unum monoſyllabum *gryps* facit *grypum.*

* Forſitan & hic differentiam ſpectârunt, ne confundatur cum *principium*. Similiter diſtinxêre *mancupum* & *mancupium*, *participum* & *participium*, *municipum* & *municipium*, *ſenum* & *ſenium*. Obſervandum eſt, nullam heic fieri mentionem Genitivi pluralis ſyncopati; qvia ſuprà fuſiùs de eo actum eſt.

IV. Hæc monoſyllaba dant Genitivum pluralem in IUM; ut, *as, mas, vas vadis, os oſſium,*

cos,

*cos, dos, vis, lis, glis, cor, nox, nix, mus, lar, Dis, fax, faux.* [*a*]

*a* *De Faux*, an in ſingulari numero inveniatur, non pauci dubitant. Sed dubitare deſinant. Etenim *fauce* in ſingulari Ablativo eſt apud Ovidium; de quo infra. Et compoſitum *trifaux* extat apud Virg. lib. 6. Æneid: *Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Perſonat.* Plurali vero *fauces faucium* uſus eſt Cicero 1. Tuſc: *Has tamen imagines loqui volunt: quod fieri nec ſine lingva, nec ſine palato, nec ſine faucium, laterumve & pulmonum vi & figura poteſt.*

At hæc monoſyllaba dant Genitivum pluralem in UM: videlicet *ren, ſplen, fur, fax, nux, pes, mos, flos, thus, crus, grus, laus,* [*a*] *fraus, lex, rex, grex, vox, dux, ſtrix, præs, frux. Crux* dat *crucum* [*b*] & *crucium. Bos* facit *boum, ſus ſuum, jus jurum* & *jurium* apud Plautum.

*a* Reperitur & *Laudium* Cic. Phil. 2. nec non *fraudium*, Cic 3. Offic. *b* Nonnulli exiſtimant, qvòd à *Crux* rectiùs dicatur in Genitivo plurali *crucum*, qvàm *crucium*. Lancilotus autem aſſerit hanc voculam planè Genitivo plurali carere, cupítq; abs ijs afferri exempla, quibus Genitivus pluralis *crucum* arridet, p. 168.

V. Hæc qvoque pluralia tantùm Genitivum in IUM faciunt: nempe *mœnia mœnium, manes manium, ſales ſalium, tres trium, penates penatium.* Et in AS Gentilia: ut, *Arpinas, Arpinatium.*

Reliqva pluralia tantùm Genitivum in UM formant: ut, *ambages, cœlites, lemures, luceres,*

Digitized by Google

*Luceres*, [*a*] *celeres*, [*b*] *primores*, *proceres*, *opes*, &c.

*a* *Luceres*] Tertia pars civium ſub Romulo. *b* *Celeres* antiqvi dixerunt, qvos nunc eqvites dicimus, à *Celere* interfectore Remi, qvi initiò à Romulo ijs præpoſitus fuit, qvi primitùs electi fuerunt ex ſingulis curijs deni: ideóque omnino trecenti fuêre. Hæc Feſtus.

VI. Nomina Feſtorum habent *geminum* [*a*] Genitivum pluralem; alterum *regularem* in IUM in *Tertia*; alterum *irregularem* in ORUM in *Secunda* Declinatione: ut, *Bacchanalia*, *Bacchanalium* & *Bacchanaliorum*. Hæc imitantur etiam *Sponſalia*, *Viridia*, *Vectigalia*. [*b*]

*a* Vide Macrob. 1. Saturnal. 4. Interim tamen obſervetur, quid uſus probet. Nam *Floralium*, *Feralium*, & *Liberalium* faciliùs uſus recipit, quàm *Feraliorum*, *Floraliorum*, *Liberaliorum* &c: ut ita Anomalia in ORUM, in certis tantùm, non in omnibus confirmata videatur. Atque omnino Genitivos in ORUM Valla in Dialogo contra Poggium improbat, qvòd à Veteribus Latinis non habeant autoritatem. Referunt huc & *Ancilium*-*liorum*, *Exemplarium*, -*riorum*. Verùm ſunt à diverſis Nominativis. In Tertia *Ancile*, *Exemplar*; *Ancilium*, *Exemplarium*: In Secunda *Ancilium*, *Exemplarium*, (quô Plinius utitur;) *Anciliorum*, *Exemplariorum*. *b* Sunt aliàs hæc Nomina non Secundæ, ſed Tertiæ declinationis. *Sponſaliorum* & *Vectigaliorum*, eſt apud Sveton: Aug: *Viridiorum* apud Macrob. 1. Sat. 4.

## *FORMATIO DATIVI ET ABLATIVI PLURALIUM.*

Dati-

Dativus & Ablativus plurales formantur à Dativo ſingulari, additâ terminatione BUS: ut, *ſermonibus*.

## Nota.

1. *Bos* facit *bobus* & *bubus*, [a] *ſus ſuibus* & *ſubus*. [b]

*a* Extat *bubus* apud Ciceronem & alios. *b* Extat *ſubus* apud Varronem lib. 1. de re Ruſt. & Lucret. lib. 6: *Setigeris ſubus acre venenum eſt.*

2. Græca in MA habent Dativum & Ablativum plurales in BUS & TIS: † ut, *poëma*, *poëmatibus & poëmatis*.

† Faciunt hoc Latini imitatione Æolenſium Græcorum, qvos, ut & Dores, in plurimis alijs imitati ſunt. Dicunt enim, Δίλημμα, μάτοις & μασι, Πάθημα, άτοις, ασι. Proinde Veteres Latini hæc etiam in Secunda declinabant, additô TUM: ut, *hoc poëmatum*, *Emblematum* &c, teſte Celſô apud Priſcian. l. 7. de Dativ. & Ablativ. plur. Tertiæ.

3. Retinent & Græca interdum caſum Græcum: ut, *Dryaſi pro Dryadibus*, *Erynniſi pro Erynnidibus*.

## *FORMATIO ACCUSATIVI PLURALIS.*

Accuſativus Pluralis Maſculinorum & Fœmininorum exit in ES; Neutrorum in A †: ut, *ſermones*, *corda*.

† Vide ſuprà de Nominativo.

## Nota.

1. Accuſativus aliqvando effertur per Diphthongum

gum EIS, aut IS * productum, ſed in ijs tantùm Nominibus, qvæ habent IUM in Genitivo plurali: aut qvorum Nominativi in duas conſonantes deſinunt: ut, *omnêis omnis, ſalubrêis, artêis, partêis, &c.*

* Legimus & *pluris, compluris, litis.* Meminit etiam Varro 2. de Analogia, hujus Accuſativi: *in accuſandi caſu*, inqvit, *hos montes, fontes, & hos montis, fontis.* Gell. l. 13. c. 19, ait fuiſſe Probum à quodam interrogatum: *Hásne urbis, an has urbes, dici oporteret: reſpondiſſéq́, ſi aut verſum pangis, aut ſolutam orationem ſtruis, atqve ea verba dicenda ſunt, non finitiones illas prærancidas, neqve fecutinas Grammaticas ſpectaveris, ſed aurem tuam interroga, qvò qvid locò conveniat dicere: qvod illa ſvaſerit, id profectò erit rectiſſimum.* Lege cœtera, ſi vacat: ſunt enim plena eruditionis.

2. Græcus Accuſativus Maſculinorum & Fœmininorum terminatur in AS breve: ut, *Titanas, Heroas, Dryadas.*

## Declinatio IV.

Declinatio Qvarta eſt cujus Genitivus in US, [*a*] & Dativus in UI [*b*] deſinit: ut, *Fructus, fructûs, fructui.*

*a* Nota. 1. Antiqvis *Genitivus ſingularis* erat I vel UIS, unde apud Terent: *Nil ornati, nil tumulti.* Et: *ejus anuis causâ*, Ter. Heaut. 2. 3. Sic *victuis, graduis*, & ſimilia apud Varronem. 2 Genitivus Qvartæ Declinationis etiam in *U* deſinit, ſed in ijs vocibus, qvarum Nominativus Rectus deſinit in *U*: ut, *cornu.* Verùm de his nunc non agimus: qvia talia in ſingulari ſunt ἄκλιτα: de qvibus poſtea in Defectivis dicetur. Illud potiùs ſit hujus loci: multa qvæ nunc in *U* exeunt, olim etiam in recto terminationem US habuiſſe: ut, *tonitru, tonitrus.* Atq; inde eſt, qvòd ab ejuſmodi etiam

Geni-

Genitivus in US inveniatur; ut apud Lucanum: *Cornus tibi cura ſiniſtri*, quaſi à recto *cornus*. Plin. lib. 28. c. 9, *ait fugari ſerpentes nidore cornus ſi uratur*. Idem cap. 11: *Cornus cervini cinis* &c. Et in eodem cap: *Quidam efficaciorem ad omnes eoſdem uſus crudi cornus farinam arbitrantur*. Et ſic cap. 14. Celſus: *cervini cornus combuſti*. *b* Dativus ſingularis antiquis erat U, ut *ſenatu* pro *ſenatui*. Hi caſus apud Poëtas reperiuntur. Hinc patet non eſſe ἀποκοπὴν, quia tum U manet breve: nec συγκοπὴν, quia media nulla ejicitur, nec extrema retinetur. Sed eſt ex contractione antiqva; ad imitationem Græcorum: ſicut αἰδὼς, αἰδόος, οῦς, αἰδόϊ, οῖ. Sic *Anus*, *anuis*, *anûs*; *Anui*, *anû*; *Anues*, *anûs*. Cæſar in libris de Analog. ſemper vult Dativum per U efferri, ut refert Gellius 4. 10.

Terminationes *Quartæ* Declinationis ſunt *duæ*, US & U: † ut, *fructus*, *cornu*.

† Deſinentium in U plurales Genitivi, Dativi & Ablativi rariores ſunt; reliqvi caſus uſitatiores.

## Nota.

1. Verbalia in US formata à ſupino ferè ſunt *Quartæ*: ut, *ſenſus*, *auditus*.

2. *Dativus pluralis* deſinit in IBUS; ut, *fructibus*.

## Excipe.

Dativum pluralem in UBUS dant, *Arcus*, [*a*] *portus*, *lacus*, *artus*. *Et tribus & partus*, *ſpecus* [*b*] *adde*, *verúq*, [*c*] *pecúq*. [*d*]

*a* *Arcus* & *Arqvus* hôc diſtant. *Arcus* omnis ſuſpenſus *fornix* appellatur. *Arqvus*, non niſi qui in cœlo apparet,

qvam

quem Irim Poëtæ dixerunt. Unde & *arquati* dicuntur, quibus color & oculi virent, quaſi in *arqui* ſimilitudinem. Lucret. lib. 6: *Tum color in nigris extabat nubilus arquis.* Hæc Nonius. *b* Addunt recentiores *acubus, ficubus, quercubus*, quæ nuſquam eſſe putantur. Nec *acibus, ficibus, quercibus* dicitur, ſed *ficis* tantùm, ſive de arbore, ſive de fructu ſit ſermo: nam *ficus fici* Secundæ Declinationis utrumque ſignificat. *c* De *Verubus* certant Grammatici. Sunt enim qui *Veribus* per I legendum cenſeant apud Virgilium, ubicunque *Verubus* per literam U legitur. Si *Verubus* eſſet legendum, nunquam id tacuiſſet Priſcianus. Chariſius lib. 1. in illo Æn. 1: *Pars in fruſta ſecant Veribúſq; trementia figunt*, per literam I legit. Hæc Alv. 209. Sed Erythræus in ſua editione ad oram libri probat lectionem *Verubus*. Nec non illud Georgicorum lib. 2, ita legit: *Pingviáq; in Verubus, torrebimus exta colurnis.* *d* *Pecu* apud Plautum extat: *Non Vides me (inquit) referre uvidum rete ſine ſquamoſo pecu*, quô de ſuprà in Notis ad vocem *rete* dictum eſt. Et *pecua* apud Plinium l. 8. c. 41: *Nec æquinoctiô Vernô, ut cæterà pecua, admittitur, ſed ſolſtitiô.* Et *pecubus* apud Lucretium. *Pecuda* etiam genere Neutrô in uſu fuiſſe, veterum affirmat autoritas. Siſenna lib. 4. Hiſtor: *Jumenta & pecuda locis trepidare compluribus* Cic. l. 4. de Rep: *Quàm adhibent in pecuda paſtores.* Vide ſi placet, citatô locô Editionem Lambini Operum Cicer. Tom. 4. lib. 1. p 315. Et ſuprà p. 64. Nota, Pomponius Lætus tradit *Genibus* & *Genubus*; *cornibus* & *cornubus*; *ſpeciebus* & *ſpecubus* rectè dici. Sed autoritas deſideratur.

*Queſtibus* [*a*] potiùs dicitur quàm *queſtubus*.
*Portubus* [*b*] dicitur & *portibus*.

*a* *Queſtibus*, id eſt, querelis, ſæpe reperitur. Virg. 4. Georg: — *mæſtis latè loca queſtibus implet.* Idem 9. Stat. 11. Theb. Senec. Hercu. Oetæo. Idem tamen Thyeſt initio act. 2. dixit — *queſtubus Vanis agû ira.* *b* Cicero *portubus* & *portibus* ſolet dicere. Verr: *Quarum una eſt ea quam dixi, inſula, quæ duobus portubus cincta* &c. Idem pro lege

Man: *Eqvidem exiſtimo in ejuſmodi regione atqve provincia, qva mari cincta, portibus diſtincta*, &c.

## DECLINATIO V.

**Declinatio *Qvinta* eſt cujus Genitivus † & Dativus in EI (diviſîs ſyllabîs) deſinit: ut, *dies, diei, diei.***

† Apud antiqvos *Genitivus qvintæ* declinationis in EI, in ES ſive E exibat. Unde Virg. 1. Georg: *Libra dies ſomniq; pares ubi fecerit horas.* Et Ovid. 3. Metam: *Prima fide vociſque ratæ tentamina ſumpſit.* Exijt & in duplex ij. Virg. Æn. 1: *munera lætitiamq; Dij* —— Legatur Gellius lib. 9. c. 14, qvi ex profeſſo diſſerit etiam de triplici hujus Declinationis Genitivo; unde hæc exempla ſumus mutuati. Ponit etiam duo Ciceronis pro P. Seſtio: *Eqvites verò daturos illius diei pœnas*: Et pro Sext. Roſc: *Qvorum nihil pernicij causâ divinô conſiliô, ſed vi ipsâ & magnitudine rerum factum putamus.* Cæſar eôdem cap. l. 2. de Anal. *Hujus die, & hujus ſpecie* dicendum putat. Priſcianus in illo Virg. *Libra dies*, legit *die*. At Gellius ait in lib. Idiographo manúq; ipſius Virgilij ſcripto *dies* eſſe. Idem Gellius ait imperitiores *Munera lætitiámq; dei* legere, cùm ab ipſo Virgilio *dij* ſcriptum ſit: adducitq; Catonis, Lucilij, Pacuvij, Cn. Marcij exempla, in qvibus *famij, pernicij, progenij, acij*, legitur, pro *famei*, (nam fames apud priſcos Qvintæ Declinationis fuit) *perniciei, progeniei, aciei. Progenij* certè multò ſvavius eſt, qvàm *progeniei*. Unde Qvintilianus lib. 1, ubi contra eos diſputat, qvi Analogiæ pertinaciter adhærent: *nec plurimùm refert*, inqvit, *nulla hæc an prædura ſint. Nam qvid progenies Genitivo ſingulari, qvid ſpes plurali faciet?* Qvaſi dicat multo ſatius eſſe his caſibus carere, qvàm *progeniei*, aut *ſperum* dicere. Cicero in Top. maluit *formarum, formis* dicere, qvàm *ſpecierum, ſpeciebus. In diviſione*, inqvit, *formæ, qvas Græci εἴδεας vocant: noſtri, ſi qui hæc fortè tractant, ſpecies appellant: non peſſimè id qvidem: ſed inutiliter ad mutandos caſus*

in

*in dicendo. Nolim enim ne ſi Latine qvidem diti poſſit, ſpecierum & ſpeciebus dicere, & ſæpe his caſibus utendum eſt: at formis & formarum velim. Qvum autem utrôqve verbô idem ſignificetur, commoditatem in dicendo non arbitror negligendam.* Vide Alv. Gramm. Inſtit. p. 209. 210.

Terminatio *Qvinta* Declinationis unica eſt, ES: ut, *dies.*

### Nota.

1. Qvæ in IES exeunt, ut & *res, fides, ſpes* ſunt Qvintæ: ut, *ſpecies.*

### Excipe.

*Abies, aries, paries, qvies, inqvies* ſunt Tertiæ. *Reqvies* dat *reqvietis* & *reqviei.*

Omnia Qvintæ carent ferè Genitivo, Dativo & Ablativo plurali; præter hæc: *acies* †, *facies, dies, res, ſpecies, ſuperficies, ſpes. Sperum tamen vix dicimus.*

† *Acies* & *facies* rariùs hos caſus admittunt. Idem de voce *ſpecies* eſto judicium, ut è modò dictis planum eſt. De Genitivo *ſperum* vide etiam, quæ modò allata ſunt.

## DE GENERE NOMINUM.

G*Enus* eſt diſcretio Nominum ſecundum ſexum.

*Genera* Nominum ſunt *Qvinq;*

Maſculinum, Fœmininum, Neutrum, Commune & Omne.



Digitized by Google

*Genus* [*a*] cognoſcitur *duobus* [*b*] modis:

1. Significatione.
2. Terminatione.

*a* De Genere *duo* notanda ſunt: 1 Plurima Subſtantiva *Genus habent apud autores, non ex ſua vel ſignificatione vel terminatione, ſed ex ſubſtantivo, qvod Generis Logici rationem habet.* E. g. *Sola bubo.* [*Bubo* qvidem per ſe eſt Maſculinum juxta regulam communem: In O Maſcul. At qvia *avis* (cujus reſpectu *bubo ſpecies* eſt) eſt Fœmininum, hinc *Bubo*, idem in Grammatica Genus participat.] Sic *Jader tepidum*: ſcilicet *flumen.* Sic *Metaurum*, *Rhenum*, *Nar*, (Hoc ultimum Ciceroni quidem Neutrum eſt, ſed Virgilio Maſculinum) reperiuntur Neutra, quia commune ſubſtantivum *flumen* eſt Neutrum. Hinc Horat. 4. Carm. Ode 4: *Teſtis Metaurum flumen.* *Gadir prima*, ſcilicet *urbs*. Hic *oſſa*, ſcilicet *mons*. Hæc *bipennis*, ſcilicet *ſecuris*. Hæc *carduelis*, ſcilicet *avis*. Hæc *continens*, ſcilicet *terra*. Hic *cornipes*, *ſonipes*, ſcilicet *eqvus*. Hæc *biremis*, *triremis*, ſcilicet *navis*. *Duo molares*, ſcilicet *dentes*; & ſimilia plurima, Poëtis magis qvàm Oratoribus familiaria. Hinc multa gemmarum *nomina in* AS & ES Primæ uſurpat Plinius genere Fœmineo lib. 37 c. 10, habitâ ratione *Nominis generalis Gemma*. Idem ſtatui poteſt de Gemmis in *US*: ut, *Amethyſtus*, *Sapphirus*, quæ propter eandem rationem Fœminino genere uſurpantur. Vide Autoris Paralip. p. 16. 2. *Autoritas in doctrina de Genere, potius ab Oratoribus & Hiſtoricis, qvàm Poëtis eſt petenda.* Poëtæ enim partim metri causâ, partim ut aures demulceant, *Genera* permutant. E. g. *Stabat acuta ſilex*, inqvit Virgilius, propter metrum. Sic *arida pumex* Catul. *Arida pulvis*, Propert. Virgilius Eclog. 8 dixit: *cum canibus timidi veniunt ad pocula damæ.* Et 1. Georg: *Aut oculis capti fodêre cubilia talpæ.* Servius utrobiqve dicit mutatum eſſe genus ad vitandum ὁμοιοτέλευτον. Exinde natum eſt Grammaticis *Genus Dubium*,

*bium*, qvi qvæ utrôqve genere promiſcuè autoribus probatis uſurpata invenerunt, huc retulerunt. De quibus ſciendum: *Quæ regulis genus contrarium habent, Poëtis inprimis vendicanda eſſe, nec proinde temerè imitanda.* E. g. *Amnis, angvis, aqvalis, cinis, finis, funis, pulvis, ſentis, torqvis.* Item *cortex, pumex, ſilex, bubo, margo palumbes*, quæ inter maſculina numerari ſolent, reperiuntur quidem Fœminina, ſed maximè apud Poëtas. Exemplîs res fiet manifeſtior. *Amnis*] Plaut. Mercat. 5. 2: *Neqve mihi ulla obſiſtet amnis.* Varro περὶ πλοῦτου lib. 1: *Propter hos fluit amnis, qvam olim Albulam dicunt veritatam*: Ex Noniô. Statius lib. 1. Thebaid: *Mimtur modò nubigenas è montibus amnes.* *Angvis*] Angvis rarò admodum reperitur Fœmininum. Valer. Max. lib. 4: *Subitò ab una parte aræ prolapſam angvem proſpexit.* In eodem libro, Maſculino uſus eſt: *Angves duo ex occulto prolapſi.* Sic enim habent correcti libri. Varro Acinnius: *cujus ut aſpexit tortâ caput angve revinctum.* Corn. Tac: *Unam omnino angvem in cubiculo viſam narrare ſolitus eſt.* *Cinis*] Fœminino genere videtur protuliſſe Catullus libellô Epigr. 69. ad Mallium, qvum inqvit: *Troja, virûm & virtutum omnium acerba cinis.* *Finis*] Æneid. 2: *Hæc finis Priami fatorum: hic exitus illum Sorte tulit.* —— Idem 5. Æneid: —— *Si nemo audet ſe credere pugnæ Quæ finis ſtandi? quo me decet uſqve teneri?* Idem 12. Æneid: *Quæ jam finis erit conjux? qvid deniqve reſtat?* Livius: *Et qvænam futura finis tantis cladibus eſſet.* Cic. 2. de Leg: *Neqve neceſſe eſt ediſſeri à nobis, qvæ finis funeſtæ familiæ, quod genus ſacrificij &c.* *Funis*] Pro Fœminino genere citat Gell. lib. 13. c. 19. verſus Lucretij ex lib. 2: *Haud ut opinor, enim mortalia ſecla ſupernè Aurea de cælo demiſit funis in arva.* *Pulvis*] Propert. lib. 1. Eleg. 22: *Sit mihi præcipuè pulvis Hetruſca dolor.* Idem lib. 2. Eleg. 13: *Et duo ſint verſus qui nunc jacet arida pulvis.* *Sentis*] Vide infrà in doctrina Generis. *Torqvis*] Propert. lib. 4. Eleg. 11: *Torqvis ab inciſa decidit unca gulâ.* Gell. lib. 9. c. 13: *Caput galli præcidit, torqvem detraxit, eámq; ſangvinolentam ſibi in collum imponit.* Cic. 3. de Finib: *Torqve detra-*

*detractâ.* *Cortex*] Virg. Ecl. 6: *Tum Phaëtontiadas muſco circundat amaræ Corticis atqve ſolô proceras erigit alnos.* Qvod tamen in Fœminino genere tam rarum eſt, qvàm quod rariſſimum. *Pumex*) Ad probandum genus Fœmininum vocis *pumex* citant Catullum libel. 1. ad Cornelium Nepotem. Sed in Exemplari Horatij Tuſcanellæ Hanoviæ impreſſo, Adjectivo Maſculino jungitur; hôc modô: *Cui dono lepidum novum libellum Aridô modò pumice expolitum:* licèt aliorum Editiones legant *aridâ.* *Silex*) Vide infrà terminationem Ex in doctrina Generis. *Bubo*) Virgilius Fœmininô genere dixit: *Solâq; carminibus ferali carmine bubo.* Sed cæteri Poëtæ Maſculino utuntur. Ovid. 15 Metam: *Triſtia mille locis Stygius dedit omina bubo.* Claudianus: *Infeſtus bubo.* Et Plin. lib. 10. c. 12: *Bubo funebris, & maximè abominatus.* *Margo*) Vide infrà. *Palumbes*) Virg. Eclog. 1: *Nec tamen interea raucæ tua cura palumbes.* Et Eclog. 3: *Aëreæ palumbes* Rurſus: *Ales, clunis, dama, grus, linter, talpa Oratoribus ſunt utplurimùm Fœminina, ſed Poëtis Maſculina.* Id qvod pari induſtriâ teſtimoniîs claſſicorum ſcriptorum confirmabimus. *Ales*) Æn. 5: *Ipſe volans tenues ſe ſuſtulit ales in auras.* Plin. lib. 10 c. 21: *Dignæ aliti* (de gallinaceo loqvitur) *tantùm honoris præbet Romana purpura.* Idem tamen lib. 18. c. 26, Maſculinô genere dixit: *Per imitationem cantus alitis temporarij, qvem cuculum vocant.* *Ales* autem qvando ſignificat *velox* eſt Adjectivum omnis generis. Seneca in Medæa ſub finem act. 5: *Ego inter auras aliti curru vehar.* Cic. 2 de Nat. Deor: *Inde eſt ales avis lato ſub tegmine cœli.* Silius Ital lib 3. dixit *plumbum ales* pro *glande plumbea*, qvæ celerrimô impetu emittitur in hoſtem. *Clunis*) Celſus lib. 7 c. 29: *Clunes iterum retrò repellendæ ſunt.* Plin lib. 8. c 8: *In clunes extremas.* Juvenalis tamen genere Maſculinô uſus fuit, qvod rariſſimum eſt, Sat. 11: *Ad terram tremulo deſcendunt clune puellæ.* Sæpius in Plurali uſurpatum invenies. *Dama*) Vide ſuprà. *Grus*) Virg. lib. 1. Georg: *Strymoniæq; grues & amaris intyba fibris.* Horat. 2. Serm. Sat. 8: — *Diſcerpta ferentes Membra gruis ſparſi ſale multô.* *Linter*)

Cæſar

Cæſar 7. bell. Gall: *Conqvirit etiam lintres, has magnô ſonitu remorum incitatas in eandem partem mittit.* Liv. lib. 1. Dec. 3: *Lintrium paratarum.* Tibull. lib. 2. genere Maſculinô dixit, quod rariſſimum eſt: — *ire ſolebat Exigvus pullâ perbada linter aqva,* Talpa) Vide ſuprà. His junge *Cupido*, qvando ſignificat *cupiditatem.* Horat. 1. Serm. Sat. 1: *At bona pars hominum decepta cupidine falsô.* In quo duplex tropus elucet, Metonymia & Synechdoche. Idem 2. Carm. Ode 16: *Sordidus cupido.* Et Ode 24: *pravus cupido.* Seneca Hippol: *Auri cæcus cupido.* Plautus in Mercat. 1. 2: *ô cupido quantus es!*

De Genere, qvod à Grammaticis *Epicœnum* vocatur, præclarè diſſerit Alvarus pag 181, 182, & qvidem hîſce verbîs: Qvamvis *Epicœna* marem & fœminam ſignificent, non ideo tamen appellantur κοινὰ, h. e. *communia*, ſed ἐπίκοινα *Epicœna*, h. e. *Subcommunia*, qvia licèt marem & fœminam ſignificent, unô tamen genere, articulóq; id faciunt, ob eámq; cauſam non ſunt planè *Communia.* Diomedes lib. 1, ἐπίκοινον i. e. *Epicœnum*, *Subcommune* interpretatur: ubi præpoſitio Græca ἐπὶ, qvæ interdum *ſub* ſignificat, videtur ſignificationem imminuere, ut apud nos *ſub.* Unde *ſubtriſtis*, *ſubfrigidus*, *ſubimpudens*, & alia id genus multa. Eſt etiam diſcrimen inter *Epicœna*, & ea qvæ *Dubÿ generis* appellantur: hæc enim tum Maſculinum, tum Fœmininum Adjectivum recipiunt, manente eâdem prorſus ſignificatione: ut, *dies hodiernus* & *hodierna*, *torqvis aureus* & *aurea*: illa unum *tantum*: his *duo* articuli disjuncti præponuntur: ut, *hic, vel hæc dies, torqvis:* illis unus tantum, *hic lepus*, *hæc vulpes.* Nonnulla promiſcua etiam ſunt generis incerti inter Maſculinum & Fœmininum, cujuſmodi ſunt, *dama, talpa, grus, lynx* & pauca alia. Hæc enim cùm modò ſint generis Fœminini, modò Maſculini, manente eâdem ſignificatione, *incerti* ſunt *generis:* ſunt etiam *Promiſcua*, quia *unô genere atqve articulô utrumqve ſexum complectuntur. Genus Epicœnum* ex hominum ignoratione ortum eſt, cùm enim



Digitized by Google

multarum animantium mares à fœminis ſecernere & internoſcere neſcirent, vel qvia res ſuâpte naturâ difficilis erat, vel qvia animantes in uſu domeſtico non erant, alterô genere utrumq; ſexum ſignificabant: ſiqvidem *corvum*, *turdum* tantùm dicebant, non *corvam*, *turdam*: neſciebant enim marem à fœmina internoſcere; gallum à gallina propriis nominibûs diſcernebant, qvia in domeſtico uſu erant; ſic eqvum ab eqva, arietem ab ove. Initiò etiam marem columbam appellabant; ſed poſtqvam fuerunt columbaria, cœperunt marem columbum dicere, fœminam verò columbam. Qvædam etiamſi progrediente tempore facilè diſcernerentur, nihilominus nomina à principio impoſita retinuerunt, cujuſmodi ſunt *lepus*, *cuniculus*, *vulpes*, *perdix*, *elephas*, *tigris*, & alia prope innumera. Qvô pactô igitur dicet aliqvis, mares à fœminis, aut contrà fœminæ à maribus diſcernentur? Additô vocabulô *maris* vel *fœminæ*, hôc modô: *elephas mas*, *elephas fœmina*; *tigris mas*, *tigris fœmina*; *lepus mas*, *lepus fœmina*. ad eundem modum *mus*, *piſcis*, *rana*, *polypus*, *cancer*, *corvus*, *teſtudo*, *beſtia*, *angvis*, & cætera animalia hujus generis. Dices itaqve, ſi ita res tulerit, *te leporem fœminam ſagittîs confixiſſe*. Qværet fortaſſe qviſpiam, dicendúmne ſit, *hic lepus* nondum peperit, an *hæc*? *Solus* lepus ſuperfœtat, an *ſola*? Vide Elephantum *gravidam*, an *gravidum*? De hac re ſubjiciemus, qvæ apud Plin. lib. 10. legimus, cap. 12: *Corvi pariunt cùm plurimùm qvinos, ore eos parere vulgus arbitratur.* *eos* dixit non *eas*. Idem cap. 65: *Supra cuncta eſt murium fœtus, ex una genitos centum viginti tradiderunt, apud Perſas verò prægnantes, & in utero parentis repertas.* ex *unâ* dixit, & *repertas*. Lib. 9. c. 51: *Mus marinus in terra ſcrobe effoſſâ parit ova, & rurſus obruit terrâ.* hic *mus marinus* de fœmina dicitur. Ibidem: *Polypi pariunt vere ova tortili vibrata pampino tantâ fœcunditate, ut multitudinem ovorum occiſi non recipiant cavô capitis, qvæ* (ita Gelenius legit) *prægnantes tulére.* *Occiſi* dixit cùm de *fœminis* ageret. Idem lib. 8. c. 55: *Lepus omnium præda naſcens, ſolus præter daſypodem ſuperfœtat, aliud educans, aliud in utero pilis veſtitum,*

*ſitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter.* Idem lib. 9. c. 3: *Quæ pilo veſtiuntur animal pariunt, ut, priſtis, balena, vitulus, hic parit in terrâ pecudum more, educat mammis fœtum. hic* parit, dixit. *Anates maſculas* dixit lib. 30. c. 7: *Siſtit* alvum & *anatum maſcularum ſangvis.* Idem lib. 10. c. 35: *Vivere palumbes ad trigeſimum annum, aliqvos ad qvadrageſimum, habemus autores* &c. Et paulò inferiùs ait: *Nigidius putat, cùm ova incubat, ſub tecto nominatam palumbem relinquere nidos.* Vides *palumbem* primò genere Maſculinô dixiſſe, deinde cùm de fœmina ageret, *Nominatam*, genere muliebri dixiſſe. Plaut. in Sticho Act. 1. Sc. 2. *gravidam elephantum* dixit: *Audivi ſæpe hoc vulgo dicier, Solere elephantum gravidam perpetuos decem eſſe annos.* Ex his locis & alijs, quæ volvendis autoribus notabis, deſpicies quemadmodum Adjectiva nomina cum Epicœnis ſunt copulanda.

*b* Rationem omiſſorum *Articulorum* in Doctrina Generis pariter ac Declinationum ulteriùs afferre placet ex Alvaro p. 9. qvi Nominativo tantùm articulum præponit: Veteres illi, inqvit, ac nobiles Grammatici vel Ciceronis florentiſſimâ ætate, nominibus declinandis *Pronomen*, ſive *Articulum* (nam utrôqve modô à Terentio Varrone dicitur) *Hic, Hæc, Hoc, caſibus omnibus præponebant*, qvorũ nom nũ genera, tum caſus notabant, non quòd Græcorum more Romani *Articulos* in oratione adhiberent, ſed *ut expeditiùs rem Grammaticam tractarent:* ne, ſi virile, muliebre, ac neutrum Genus, nominandi, interrogandi, dandi, cæteróſq; caſus ſæpius inculcarent, legentibus tædium afferrent. Quâ declinandi ratione M. Varro Romanorum eruditiſſimus freqventiſſimè utitur in ijs libris, qvos de Analogia ſcriptos reliqvit. Qvid ergo, dicat aliqvis, tibi in mentem venit, ut à graviſſimorum hominum ſententia recederes? Ego verò tantùm abeſt, ut ab eorum ſententia receſſerim, ut ipſos etiam in his Commentariolis ad imitandum mihi potiſſimùm propoſuerim. Qvibûs igitur rationibûs adductus, pueris declinationum formas prætermiſsîs *Articulîs* ediſcendas proponis? nimirum qvia ſatis ſupérqve arbitror *caſuum vocabula ipſis caſi-*

Digitized by Google

*bus præponere, articulos verò nominum tantùm poſitionibus, rectiſq; caſibus.* Aliud eſt enim rationem, viámq; tradere, qvâ Latinam lingvam diſcas, aliud Grammaticas qvæſtiones explicare, nodóſq; difficiles expedire. Hic & *Articulis* liceat utare, & alijs, qvæ Grammaticorum qvidem ſunt propria, ſed à Latini ſermonis cultu, & elegantia longè alieniſſima: illinc omnia, quæ potiùs impedimento, qvàm emolumento eſſe poſſunt, omnino, qvoad ejus fieri poterit, removenda ſunt. Qvorſum enim ea pueri memoriæ mandent, qvæ nullam ipſis utilitatem ſint allatura? Qvid attinet nomina *Articulis* infarcire, qvorum nullus in oratione Latina ſit uſus? Qvòd ſi priſcîs illîs temporibûs id ſtudio fuit Ludimagiſtris, ut pueros Nomina in Caſus inclinantes *Articulîs*, tanqvam crepitaculîs qvibuſdam oblectarent, nemini id mirum videri debet, ſiqvidem eâ ætate Latinam lingvam cum lacte nutricis ſugebant. Nobis verò non idem licet, qvi Muſas non domi natas, ſed multô ſudore partas colimus.

# *DE SIGNIFICATIONE.*

## Maſculina [*a*] ſunt

I. Qvæ marem [*b*] ſignificant: ut, *Petrus, Rex, ſcriba, hiſtrio.* Sic qvæ marem repræſentant; Angeli: ut, *Gabriel;* Dæmones: ut, *Beelzebub;* Dij fictitij: ut, *Pluto.*

a Ciceronis ætate Genus Maſculinum *Virile*, Fœmininum verò *Muliebre* dicebatur. Qvintilianus & qvi poſt eum ſcripſerunt, ferè *Maſculinum* & *Fœmininum* appellant.

*b* Sive *Propria* ſive *Appellativa.* Referuntur autem huc etiam *Gentilia Subſtantiva:* ut, *Perſa, Turca, Saxo* &c. Item *Pluralia Nomina populorum:* ut, *Aborigenes, Phæaces,* &c. præter *Amazones*, qvæ mares apud ſe non ſunt paſſæ, & fœmina-

minarum populus fuerunt. Sic *Lemniades*, qvando tenuerunt tantùm fœminæ Lemnum, tempore Argonautarum.

II. Nomina Menſium: ut, *Aprilis;* Ventorum: [*a*] ut, *aqvilo;* Fluviorum: [*b*] ut, *Albis;* & partium aſſis: [*c*] ut, *Qvincunx, Septunx, Deunx* &c, Maſculina ſunt.

Excipe Fœmininum, *Uncia*.

*a* Excipitur *lælaps*, qvia Græcis λαῖλαψ (Latini turbinem vocant) Fœmininum eſt. *b* 1 Fœminina hæc Fluviorum nomina reperiuntur, *Allia*, *Druentia*, *Garumna*, *Lupia*, *Lethe*, *Matrona*, *Seqvana*, *Styx*, *Viſtula*, *Odera*, & qvæ Græcis in η terminantur; idq; rectè propter terminationem. *Albula* & *Moſella* reperiuntur etiam Maſculina, propter intellectum *fluvius* vel *amnis*. Ovid 4. Faſt: *Albula pota Deo*. Martial, lib. 12; *Rector aqvarum Albula*. 2. Neutra ſunt fluviorum nomina *Iader*, *Metaurum*, *Rhenum*. *Nar* Ciceroni Neutrum eſt, Virgilio Maſculinum. Vide ſuprà. *c* *As* vel *aſſis* eſt menſura, pondus, moneta, hæreditas vel qvæcunque alia res, quæ in 12 æqvales partes dividi poteſt. Deunx continet uncias 11. Dextans 10. Dodrans 9. Bes vel beſſis 8. Septunx 7. Semiſsis 6. Qvincunx 5. Triens 4. Qvadrans 3. Sextans 2.

III. Plurima, qvæ licèt mulieri competere poſſint, tamen plerumqve ſunt virorum; ac eapropter Maſculina: ut, *fur*, *latro*, *vigil*, *præſul*, *eqves*, *exul* †, *pincerna*, *homicida*, *perfuga*, & ſimilia conditionem perſonæ ſignificantia.

† *Exul* Commune nonnullis dicitur. Sed exemplum deſideratur. *Præſul*, Priſcianus quidem (l. 5. de Generibus)

ribus) commune facit; ſed æqvè ſine exemplo. Ideóqve Maſculinum tantùm hodie uſurpatur.

## Fœminina ſunt

I. Qvæ Mulierem [a] ſignificant: ut, *Sara, mater, ſoror* [b.] Sic qvæ Mulierem repræſentant; nomina Dearum: ut, *Pallas;* Furiarum: ut, *Alecto;* Artium: ut, *Grammatica;* Virtutum [c]: ut, *Juſtitia;* & vitiorum: ut, *injuſtitia*.

a Rurſus, ſive *Propria* ſive *Appellativa*. Referuntur huc etiam nomina *Numinum Gentilium*, qvibus qvidem ſexus fœmineus fuit tributus: ut, *Venus*, *Pallas*, *Juno*, *Clotho*, *Lacheſis*, *Atropos*, *Teſiphone*, *Hecate*, *Eris*. Item *Nympharum* cujuſcunqve ordinis, ſive ſint *Oreades*, ſive *Dryades*, ſive *Hamadryades*, ſive *Napææ* &c. Item *monſtra fœminea*, *Siren*, *Sphinx*, *Scylla*, *Chimæra*, *Aello*, *Celæno*, &c. Notetur Deus interdum pro *Dea*, & Deos pro *Deas* de fœminei ſexus Numinibus gentilibus dici. Virg. 2. Æn. v. 632: *Deſcendo, ac ducente Deo flammam inter & hoſtes Expedior*, i. e. ducente Venere. Sic Lucan. l. 2: *Terribiléſqve Deos ſcelerum.* — ubi Furias intelligit. Vide Macrob. 3. Saturn. 8. Græcis ὁ & ἡ θεός dicitur. b Nonnulla à Comicis adulationis amatoriæ cauſâ fœmininè capiuntur, reſpectu habitô potiùs ad ſexum perſonæ, qvàm ad genus vocis: *mea Glycerium*. Aliàs enim in Neutro Genere hæc efferre licet, Fab. l 1. Priſc. l. 5. & 6. c Excipe *Zelus*.

II. Regionum †: ut, *Dania;* Inſularum: ut, *Selandia;* & urbium nomina: ut, *Haunia*, Fœminina ſunt.

† *Pontus* non pro mari ſolùm, ſed etiam Aſiæ regione, virile eſt Tullio, Naſoni, item Straboni atqve aliis. Cic. pro

pro Arch: *Pontum regiis qvondam opibus & ipsâ regionis naturâ vallatum, populus Romanus aperuit.*

## Excipe.

1. Neutra ſunt nomina Urbium * in UM & UR, atqve Pluralia in A: ut, *Tybur*, *Viburgum*, *Suſa*. 2. Maſculina ſunt Pluralia in I: ut *Pariſij*, *Philippi*.

* Excipe porrò 1. Urbium & montium nomina in E, quæ non ſunt à Græcis in η, ſunt Neutra: ut, *Præneſte*. Virg. 8. Æn: — *Sacriſq; dicatum Fortunæ præneſte jugis.* — Dicitur & *hæc Præneſtis*. Inde, *Præneſte ſub ipſa*, Virg. ibid. Sic *Reate*, *Soracte*, &c. Neutra hæc ſunt, quia habetur potiùs ratio poſitionis, qvàm ſignificationis; ſiqvidem Nomina Tertiæ Declinationis A, vel E finita, Neutra ſunt. Item *Argos*, *Delta*, *Gadir* reperies Neutra. Autor in Paral. p. 17. 2. Urbium nomina quæ Maſculina ſunt: ut, *Croto*, *Sulmo*, *Hippo*, *Narbo*: ſi quæ alia uſus docebit. Aliqui annumerant Maſculinis & hæc, *Camirus*, *Epidaurus*; qvandoqvidem apud Homerum eſt ἀργινόεντα κάμειρον. Il. β, v. 656, & ἀμπελόεντ' Ἐπίδαυρον, Il, β, v. 561. Verùm inde nō ſequitur Maſculina eſſe. Ita enim Poëtis Græcis eſt uſitatum, Adjectiva pleraqve more Atticô communiter accipere. Sic ὑλήεντι ζακύνθῳ, Ode. α, v. 246, de Inſula qvæ alibi Homero eſt ὑλήεσσα. Neqve tamen *Zacynthus* Maſculinum eſt Sanè Pauſaniæ *Epidaurus* Fœmininum eſt, ut & Virgilio: *Domitrix Epidaurus eqvorum.* Nec ſeqvitur, quoniam filia Oenomai, uxor Pelopis, Il. β. v. 742, κλυτὸς Ἱπποδάμεια dicitur, pro κλυτὴ, propterea *Hyppodamia* Maſculinum eſſe. 3. Nomina Urbium in ON, ſi ſunt à Græcis ον, Neutra ſunt; ſin ab ων, Fœminina ſunt: ut, *Blaſeon*, *Deucalion*. (Ovidius tamen dixit, *Ilion diruta* in Epiſt. Penel. Et de Art. lib. 1: *Defenſa eſt Ilion armis* Ve-

rùm

rùm id *καθ' ὑπόνοιαν*, pro, *Ilion Urbs.*) Autor in Paral. pag. 17.

## III. Arborum nomina Fœminina ſunt: ut, *pirus*, *prunus*, *qvercus*.

### Excipe

1. Maſculina; *dumus* [a.] *ſpinus*, *oleaſter*, *pinaſter*, *ſtyrax*. 2. Neutra; *Acer*, *robur*, *ſiler*, *ſuber*, & qvæ in UM exeunt; *liguſtrum*, *buxum*. 3. Commune, *Rubus* [b.] *Malus* pro arbore Fœmininum, pro erecto ligno navis maſculinũ eſt. [c]

a *Dumus* potiùs fruticis nomen eſt, ex ſententia Voſſij, Gram. p. 17. b *Rubus*) Colum. lib. 11, cap. 3: *Alternis rubos in hortis conſitas habere.* Gell. lib. 19, cap. 12: *Videt fortè vicinum rubos latè atqve altè obortas excidentem.* Virg. Ecl. 4: *Mella fluunt illi: ferat & rubus aſper amomum.* c *Libanus* arbor thuris apud Græcos Maſculinum eſt, ὁ λίβανος. Apud Pindarum & Euripidem etiam Fœmininum invenitur. Vide Favorin. Non videtur hoc nomen fuiſſe in uſu apud Veteres Latinos.

### Neutra [a] ſunt

## I. Nomina literarum: ut, *Theta* [b.]

a Literarum nomina interdum etiam Fœminina ſunt. Qvintil. l. 1. c. 7: *Immunis, illud, Ni qvod veritas exigit, ſeqventis ſyllabæ ſono junctum, M gemina commutatur:* Id autem ait Voſsius fieri per Syntheſin, p. 17. b Perſius Sat. 4: *Et potis es vitio nigrum præfigere Theta.* Hæc litera, qvia eſt prima in voce θάνατος mors, judicibus Græcorum erat *nota condemnationis*, ut Latinis C. Unde Martiali dicitur *mortiferum Theta*.

II. Vo-

II. Voces materialiter † poſitæ Neutrius generis ſunt: ut, *Cæſar eſt diſſyllabum.*

† Hoc eſt, qvando vox tantùm ponitur pro ſeipſa, conſiderata ſecundum ſuam *materiam, literas* ſcilicet & *ſyllabas*; non pro *re ſignificatâ.* Græci ejuſmodi vocibus addunt articulum τὸ: ut, τὸ καῖσαρ δισύλλαβόν ἐστι. Iidem τεχνικὸν vocant.

III. Verba & Adverbia * locô Nominum poſita Neutra ſunt: ut, *ſcire tuùm*, id eſt, ſcientia tua: *Clarum manè.*

* Adde. Non rarò tota oratio tam finita qvàm infinita, pro Subſtantivo poſita vicem generis Neutrius obit: ut, *dulce & decorum eſt pro patria mori.* Sæpe tamen autores rationem habent ſignificationis. Qvintil. l. 1. c. 5: Ne miremur, qvòd ab antiqvorum pleriſque Ænea & Anchiſa ſit dictus.

## Commune.

Communia [a] dicimus qvæ unâ terminatione uſurpantur, tam de muliere in Fœminino, qvàm de viro in Maſculino genere, & hæc ſunt: *Adoleſcens* [b,] *affinis* [c,] *antiſtes* [d,] *autor* [e,] *augur* [f,] *Bos* [g,] *Canis* [h,] *civis* [i,] *cliens* [k,] *comes* [l,] *cuſtos* [m,] *conjux* [n,] *Dux* [o,] *Hoſtis* [p,] *Infans* [q,] *Juvenis* [r,] *Judex* [ſ,] *Miles* [t,] *municeps* [u,] *martyr* [x,] *Nemo* [y,] *Parens* [z,] *patruelis* [α,] *Sacerdos* [β,] *ſus* [γ,] *Vates* [δ.]

Hæc

*a* Hæc *Communia* diſtingvi debent ab ijs, quæ non *conſtructione*, ſed *ſolà ſignificatione* ſunt *Communia*: qualia ſunt Maſculina, *fur*, *latro*, *homicida*, *exul*, *homo*; Fœminina, *proles*, *ſoboles*; Neutra, *animal*, *mancipium*: atqve id genus alia. *Conſtructione Communia* dicuntur quæ in ſtructura admittunt Adjectivum utriuſqve generis: ut *civis Atticus*, & *civis Attica*: *parens noſter* & *parens noſtra*. Verùm *Significatione* ſolùm *Communia* ſunt, qvæ conveniunt qvidem ſexui utriqve, ſed utriuſqve generis Adjectivum non recipiunt. Qvomodo *mulier* qvidem *fur* eſt; nec tamen eam dixeris *magnam furem*, ſed *fœminam furaciſſimam*: & *fœmina homo* eſt; nec tamen appelles *hominem miſeram*, ſed *mulierem miſeram*. Porrò de Genere τȣ̃ *homo* hæc pauca obiter nota. Donatus, Diomedes, Priſcianus, & ex recentioribus, Melanchthon, Scaliger, & Bolzanius in genus Commune hujus vocis compromittentes, primò niti videntur locô Plautinô: qvando in Ciſtellaria Aliſca ancilla: *Hominis*, inqvit, *miſeræ miſereri*: deinde autoritate Ciceronis in Orat. pro Cluentio; *cujus ea ſtultitia eſt*, *ut eam nemo hominem*, *ea vis*, *ut nemo matrem appellare poſſit*. Cui conſimilis eſt locus Ciceronis lib. 4. epiſt. 5: *Tullia nata fuerat homo*. Veruntamen ad prius reſpondet Bonciarius Italus, locum Plauti eſſe corruptum, & legi debere: *illô ſunt homines miſerè miſeri*: i. e. homines ſunt miſerabilem in modum miſeri ob metum. Ad alterum rectè urget Friſchlinus Strigil. pag. 7, copulationem ſubſtantivorum, in qva generis ratio non habetur, ut in illo Ovidiano: *O mihi perpetuum nata puella malum*. Unô verbô: τὸ *Homo* eſt generis Communis *ſignificatione*; Maſculini *conſtructione*, Bonciar. Verepæus. Confer Gieſſ. p. 106, & Alv. p. 152, 153. Cæterùm, ut eò manifeſtior & certior evadat doctrina *Generis Communis*, luculentis Claſſicorum auctorum exemplis illuſtranda venit. *b Adoleſcens*) Terent: *Veritus eſt optumæ adoleſcenti facere injuriam*. *c Affinis*) Cic. poſt Red. in Sen: *Tu affinem tuam*, *meam filiam ſuperbiſſimis & crudeliſſimis verbis à te repuliſti*. *d Antiſtes*) Valer. Max. lib. 1. de Serv. religio-

religione: *Ne Deæ vetuſtis ritibus perita deeſſet Antiſtes.* Qvamvis autem Veteres, τὸ *Antiſtes*, communiter uſurpârint: Cicero tamen maluit Fœmininâ terminatione exprimere genus Fœmininum hujus vocis, & dicere *Antiſtita*. Gellius lib. 13. c. 19: Sacerdotes qvoqve fœminas M. Cicero *antiſtitas* dicit, non ſecundum grammaticam legem *antiſtites*. Nam qvum inſolentias verborum à veteribus dictorum plerumqve reſpueret; hujus tamen verbi in eâ parte ſonitu delectatus, *Sacerdotes* (inqvit) *Cereris, atqve illius fani antiſtitæ*, Cic. in Verr. *e Autor*] Uſitatius eſt Maſculinum; Ovidius tamen Fœminino genere uſus eſt 4. Faſt: *Optima tu proprij nominis autor eris.* Idem 8 Met: *Qvo fugis, exclamat meritorum autore relictâ?* *f Augur*] Rarum hoc eſt. nam vix niſi unum hoc afferre licet; Stat. 9. Theb. — *ſimq; augur caſſa futuri.* Illud verò Horatij 3. Carm. Od. 17; *aqvæ augur cornix*, ad rem non facit, qvum Appoſitionem ſpiret. *g Bos*] Apud Poëtas inprimis extat *Genus Fœmininum*, & omnium freqventiſſimè apud Ovidium: *Invida formoſas oderat illa boves*, Ovid. 1. Metam. Et *Cruda Bos apud* Horatium extat, *Bos* aliqvando nummum ſignificat, eo qvòd antiqva Athenienſium & Romanorum pecunia nonnunqvam *boves* ſignatos repræſentaret, nonnunqvam etiam *pecudes*, unde nomen *pecuniæ* tractum. Plin. l. 18. cap. 3: *Servius Rex, ovium boumq; effigie primus æs ſignavit.* Hinc Plautus: *boves bini hîc ſunt in crumena*, i. e. nummi bovis figurâ ſignati. Et *bos in lingva*, proverbiali figurâ dicitur de ijs, qvibus bos, i. e. pecunia os & lingvam compreſſit. Affine hoc eſt illi locutioni: ἀργυράγχην πάσχει h. e. argentanginam patitur. Vide Chil. Eraſmi cent. 7. p. 235. *h Canis*] Horatius: *Et oſſa ab ore rapta jejunæ canis.* *i Civis*] Cic. pro Corn. Balbo: *Romana civis*. Ter. Andr. 1, 3: *Civis Attica*. *k Cliens*] Hor. 2. Carm. Ode. 18: *Nec Laconicas mihi trahunt honeſtæ purpuras clientes.* A qvo datur Fœmininum *clienta*. Plaut. in Rud: *jam clientas reperi.* *l Comes*] Valer. Max: *Liberalitati qvas aptiores comites, qvam humanitatem, & clementiam dederim?* *m Cuſtos*] Plauto Curcul: *Anus*

dicitur *cuſtos janitrix.* *n* *Conjux*] Horat. 2. Epiſt. 1: *Fida conjux.* Virg. 4. Æneid: *Antiqvus conjux.* Perperam ſcribitur *Conjunx*, qvod & Phocas improbat. Non enim eſt à *conjungendo*, ſed à *conjugando*, ut *conjugium* clarè probat. *o* *Dux*] Cic. 2. Acad: *Ego verò ipſe, & magnus qvidem ſum opinator, non enim ſum ſapiens, & meas cogitationes ſic dirigo, non ad illam parvam Cynoſuram, quâ fidunt duce nocturnæ Phœnices in alto*, ut ait Aratus. *p* *Hoſtis*] Qvintil. lib. 1. cap 2: *Studiorum pernicioſiſſima hoſtis.* *q* *Infans*] Qvintil. lib. 6. de peroratione: *Tunc ille alioqvi vir facundus inopinatæ rei causâ obmutuit, & infantem ſuam frigidiſſimè reportavit.* *r* *Juvenis*] Catul. Nuptial. Carm: *Cernitis innuptæ juvenes?* *ſ* *Judex*] Generé muliebri uſus eſt Lucanus lib 10. de Cleopatra loqvens: *Et ſumus, ut fatear, tam ſævâ judice ſontes.* *t* *Miles*] Ovid. Ep. 11: *Et rudis ad partus, & nova miles eram.* Qvod fortaſſe non leges alibi cum Adjectivo Fœminino junctum. *u* *Municeps*] Plin. lib. 35. cap. 11, *municipem ſuam dixit.* *x* *Martyr*] Non mirum, qvòd autores nulla exempla afferre qveant è profanis Latinis autoribus ad probandum *Commune Genus* hujus vocis. Etenim vox *Martyr* pro eo, qvi ſanguine ſuo de Chriſto & ejus doctrina teſtari non dubitat, nuſqvam apud Ethnicos ſcriptores Latinos invenitur. Sed à Græcis Eccleſiaſticis ſcriptoribus primùm adhiberi cœpta, qvos deinde Latini ſecuti, ejus vocis uſum ſibi familiarem reddiderunt. ut taceam ejus compoſitum extare in Novo Teſtamento, Act. 22. v. 20, ubi Stephanus πρωτομάρτυρ vocatur. Inter Chriſtianos igitur, vox *Martyr* ſignificat eum, qvi non modò oris confeſſione (*qvam ſignificationem Græci profani ſcriptores tantùm obſervant,*) ſed porrò qvi ſui ſangvinis effuſione Chriſto ejúſq; doctrinæ teſtimonium perhibet. Qvia verò Græci ſcriptores tam ſacri qvàm prophani dicunt, ὁ καὶ ἡ μάρτυρ in *Genere communi*, eos imitati Latini poſteriores, *Commune Genus* hujus vocis ſibi uſu fecerunt proprium. *y* *Nemo*] Nemo Genere Fœmininô reperitur apud Plaut. Mercat: *De lanificio neminem metuo, unâ*

*ætate*

*ætate qua ſit.* Titinnius apud Priſcian. lib. 6: *neminem bonam* dixit: *qvod rogas, neminem bonam decet.* z *Parens* ] Cicero: *Sanctiſſima parens patria.* In Plurali verò *Parentes* Forældre/ eſt Maſculinum tantùm; ſed *parentes*, i. e. matres Fœmininum eſt, Ovid. lib. 14. Metam. α *Patruelis* ) Perſius Sat. 6 —— *age ſi mihi nulla jam reliqva ex amitis patruelis, nulla proneptis, nulla manet patrui.* β *Sacerdos* ) Virg. 6. Æn: *Magna ſacerdos* γ *Sus* ) Horat. 1. Epiſt: *Amica luto ſus.* Stat. 2. Achil: *Fulmineus ſus.* δ *Vates* ) Virg. 6 Æneid: — *Sanctiſſima vates Præſcia venturi* — Ovid. 1. de Arte: *Peritus vates.* Nota. *Vigil* cùm nocturnum cuſtodem ſignificat, *Subſtantivum* planè eſt, & *Maſculinum*: jungitur enim cum Adjectivis Maſculinis tantùm; cùm verò *vigilantem* ſignificat more Adjectivorum, in IS ſyllabam exeuntium, cum *Subſtantivis* tam *Maſculini* qvàm *Fœminini* Generis jungitur. Hinc *animus vigil*, *cuſtos vigil*, *cuſtodia vigil*, *flamma*, *auris*, *febris*, apud Poëtas. *Pervigil* ex eo compoſitum etiam jungitur utriqve generi; undè *ignis, cuſtodia pervigil* apud eoſdem Poëtas. Itaqve inſtar Adjectivorum Communia ſunt duorum Generum. Verbalia literâ A terminata; ut, *auriga*, *homicida*, *parricida*, *transfuga*, *advena*, *conviva*, *agricola*, & id genus alia, docent Grammatici eſſe *Generis Communis*, qvæ qvidem nondum cum Fœminino Adjectivo inventa ſunt, præter unum apud Pomponium, autorem vetuſtiſſimum, qvi à Priſciano lib. 5. citatur: *Conveni*, inqvit, *omnes convivas meas*. *Homo*, *latro*, *fur*, *exul*, *præſul*, *pugil*, *cocles*, *eqves*, *hæres*, *hoſpes*, *teſtis*, *princeps*, *Generis* ſunt *Maſculini*: qvòd ſi qvis ea apud probatos ſcriptores, cum Fœminino Adjectivo, copulatâ legerit, (fieri enim poteſt, ut aliqva reperiantur) ſuperioribus adjunget. Interim dicam: *duas fœminas fures* in vincula fuiſſe conjectas, & cætera eôdem modô. Non enim *ſignificatio ſola*, aut Nomen *Subſtantivum Subſtantivo* additum *Genus Commune* indicat. Nec ex illo Terentiano loco Eunuchi: *Si qua habitior paulò*, *pugilem eſſe ajunt*: colligi poteſt *pugil* eſſe Generis *Communis*: ſiqvidem potuiſſet etiam

dicere *gladiatorem eſſe ajunt*, aut *laniſtam*, aut *centurionem*. Neqve hæc, qvæ ſubjiciemus, docent *hæres*, *fur*, *princeps*, *hoſpes*; *vindex*, *index*, Communia eſſe duorum Generum. Cic. 3. Verr: *Teſtamento fecit hæredem filiam*. Plaut Pœn: *Fures eſtis ambæ*. Potuiſſet enim eôdem modô dicere *mancipia* eſtis *ambæ*. Plin. l. 8. c. 32; *Qvaſdam nos principes fœminas ſcimus omnibus diebus carnem eam deguſtare ſolitas, & longô ævô caruiſſe febribus*. Luc. l. 5: — *ſecretáq; rerum Hoſpes in externis audivit curia tectis*. Cic. 2. Offic: *Orationis indicem vocem habemus*. Plin. lib. 8. c. 16: *Leonum animi index cauda*. Cic. 3. de Leg: *Habeat ſanè populus tabellam*, qvaſi *vindicem libertatis*. *Infans*, *princeps*, interdum ſunt *Adjectiva* *Omnis Generis*; ſed hìc de *Subſtantivis* agimus. Vide, ſi lubet, Alv. p. 155, 156. Alij annumerant etiam *Communibus* hæc ſeqventia: *interpres*, *par*, *opifex*: ſed in ijs deſideratur autoritas. Tu utéris, ubi apud claſſicos autóres inveneris.

# *DE TERMINATIONE.*

Nota. I. Significatio præſcribit terminationi. Qvod ergo genus ſignificatio tribuit, id terminatio non detrahit: ut, *ſcriba* eſt Maſculinum, licèt terminetur in A. *Scortum* tamen eſt Neutrum.

II. Varia ſignificatio vocis, ſæpe etiam variat genus: ut, *hic malus*, *hæc malus*. Interdum variat genus & declinationem ſimul: ut, *hic palus*, *pali*, *hæc palus*, *paludis*.

## A

In A Primæ Declinationis Fœminina ſunt: ut, *menſa*, *baliſta*, *charta*. †

† Li-

† Licèt ſint à Maſculinis græcis ὁ βαλίςης, χάρτης. Sic; hæc *margarita*, *catapulta*, *catarrhacta*, *crypta*, *caſta*, &c: licèt ſint à græcis Maſculinis ὁ μαργαρίτης, καταπέλτης, καταῤῥάκτης &c. Similiter & *pandectarum* vox Juriſconſultis in Fœminino uſurpari conſvevit, licèt Græcis ſit Maſculinum ὁ πανδέκτης. Omnia autem hæc non *perſonæ conditionem*, ſed *rem* ſignificant.

Excipiuntur Maſculina: *Adria* [*a*,] *cometa*, *planeta* [*b*.]

*a* *Adria* virile eſt cùm *mare Venetum*, ut nunc loqvimur, ſignificat: cùm verò *urbem*, muliebre. *b* Huc pertinent Verbalia & Gentilia in TA, qvæ Græcis in της deſinunt: ut, *hic Poëta*, *Propheta*, *Spartiata*, *Crotoniata*, *Sybarita*, &c. Fœminina autem Verbalia, vel in TRIA vel in TIS exeunt: ut, *hæc Poëtria*, *hæc Prophetis*, *idis*. Gentilium Fœminina deſinunt in TIS: ut, *hæc Spartiatis*, *idis*: *Sybaritis*, *idis*, vel *idos*. Nota. Qvamvis Calepinus, neotericos Grammaticos ſecutus, putaverit etiam in Neutro genere inveniri *polenta*: eſt tamen tantùm Fœminini generis. Nam nullum Neutrum apud Latinos in ſingulari deſinit in TA. Varro de re Ruſt. lib 3. c. 9: *Polentam miſtam cum naſturcij ſemine*. Duo autem à Grammaticis adducuntur teſtimonia ex Ovidio 5. Metamorph. quibûs probare conantur *polenta* etiam in Neutro genere inveniri: in qvorum utroqve *polenta* Fœmininum eſt, non Neutrum. Primum ita habet: *Dulce dedit teſta* (vel toſta) *qvod coxerat ante polenta*. Rectè hìc ſentiunt, qvi *polentâ* Ablativô caſu intelligunt. Senſus enim eſt; *dulcem potum dedit*, *qvem antea coxerat polentâ*, i. e. hordeaceâ farinâ, ſeu hordeô toſtô. nam *polenta* non bibitur. Sic paulò pòſt: *cum liqvido mixtâ perfudit diva polenta*. Ubi *polenta* non cum *liqvido*, ſed cum *mixta* conſtruitur, Fœmininô genere: ùt rectè monet Raphaël Regius, Ovidij interpres.

Græca in MA Tertiæ declinationis Neutra ſunt:



Digitized by Google

ſunt: ut, *poëma, paradigma, ſmegma. Paſcha* [a] *& Manna* Neutra ſunt: *Mamona* Maſculinum eſt. Pluralia omnia in A Neutra ſunt: ut, *Arma*.

a *Paſcha*, *Manna* & *Mamona* cùm peregrina ſint, & à Latina lingva aliena, non expectabis à nobis veterum Romanorum exempla. *Man* מָן & *Pháſe* vel *Péſach* פֶּסַח ut Ebræi pronunciant, Ebræa ſunt; unde Chaldæi *Manna* מַנָּא & *Piſcha* פִּסְחָא vel *Peſăch* פֶּסַח fecerunt. Utrumqve, *Manna* ſcilicet & *Paſcha*, & apud Ebræos & apud Chaldæos *Maſculinum* eſt, non *Neutrum*, neqve enim fieri poteſt, cùm hæ lingvæ *Neutrum Genus* ignorent. Ex capite Exodi 16. v. 15, 31, 33, 35, Numer. 11. v. 6, 7, 9, &c, de *Manna*: & ex Exodi 12, v. 11, 21, 27, 43, &c, de *Paſcha* intelliges, apud Ebræos & Chaldæos rem ita ſe habere. Apud Græcos tamen & Latinos utrumqve Neutrum eſt, qvod in ijſdem locis invenies. *Manna* tamen dum micas thuris concuſſu eliſas ſignificat, *muliebre* eſt. Plin. lib. 12. c. 14: *Micas concuſſu eliſas mannam vocamus*. Si eſſet *Neutrum*, *manna* dixiſſet, cùm *Neutrum* tres caſus habeat ſimiles. Idem. lib. 29. c. 6: *Additô fœniculi ſuccô ad cyathum unum, & thuris mannâ unâ.* Dioſcorid. lib. 1. c. 84: μάννα δὲ λιβάνου δόκιμός ἐστιν ἡ λευκὴ καὶ καθαρά; ubi λιβάνου non Libanum montem, ſed thus ſignificat. Vide Matthiolum in eundem Dioſcoridem. Hôc nomine & genere qvidam rorem ſyriacum etiam appellant. *Mamon & Mamona* Græcè μαμωνᾶς eſt Generis Maſculini: & in Græco textu jam unicô m ſcribitur, Luc. 16. v. 9, 11, 13; jam geminô Matth. 6. v. 24: qvô nomine divitiæ appellantur. Suidas: μαμωνᾶς χρυσός γήϊνος πλοῦτος. Tertulianus *Mamonas* Græcorum more, rectô caſu ſolet dicere contra Marcionem lib. 4: *Et creator enim Dominus, qvia Deus: & utiqve magis Dominus, qvàm Mamonas.* Ibidem ſæpe *mamonam* accuſandi caſu uſurpat.

Si

*Si ergo hæc non cadunt in creatorem, ſed in Mamonam*, &c. *& irridebant deniqve Phariſæi pecuniæ cupidi qvòd intellexiſſent ſcilicet mamonam de nummo dictum.* Ibidem: *Duos enim Dominos nominavit: Deum & Mamonam creatorem & nummum.* D. Ambroſius in D. Lucam: *Pulchrè autem iniqvum Mamonam dixit, qvia variis divitiarum illecebris noſtra avaritiæ tentabat affectus, ut vellemus ſervire divitijs.* Si Neutrum eſſet, *Mamona* caſu accuſandi dixiſſent. *Paſcha* qvidam à verbo Græco πάσχω qvod pati ſignificat, deduxerunt, unde ad Tertiam Declinationem ſpectare more Græcorum in A exeuntium crediderunt. Verùm non paſſionem, ſed tranſitum ſignificat, & à verbo Ebræo פָּסַח *paſach* ortum ducit, qvod *tranſire* ſignificat. Vide D. Hieronymum tomô 4. de celebratione Paſchæ.

*Oſſa* & *Oeta* montium nomina Oratoribus ſunt Fœminina; Poëtis interdum Maſculina.

*Oſſa, Oeta*] Poëtis Maſculinô genere uſurpari videntur, qvia *mons*, qvod ſubintelligitur, Maſculinum eſt: ut, *Theſſalus Oſſa* Ovidio: *Summum Oetam* Senecæ: *Nemoroſus Othrys* Lucano.

## E

In E Tertiæ declinationis Neutra ſunt: ut, *mare*.

### Excipe.

Græca in E Fœminina ſunt, & declinationis Primæ: ut, *Epitome*, *Pentecoſte*.

Sed Græca pluralia in E, Neutra ſunt: ut, *tempe* [*a*,] *cete*, *mele*. Sic *neceſſe* [*b*] & *mille* Subſtantivum. Item *cepe* & *gauſape*.

Digitized by Google

*a* Sunt enim τὰ τέμπη, κήτη, μέλη Neutra pluralia contracta, ex τέμπεα, κήτεα, μέλεα: à τὸ τέμπος (qvod tamen non eſt in uſu) κῆτος, μέλος. *b* Utrumqve indeclinabile, & ferè tantùm in Nominativo & Accuſativo uſurpatum. Gellius 3. 14, in Ablativo uſurpavit: *Ex mille nummûm qvod ei debebatur, qvingentos recepit.* *Mille* tamen in Plurali declinatur: *millia*, *millium*, *millibus*. Pro *Neceſſe* etiam *Neceſſum* in uſu eſſe ajunt qvidem autores; ſed nullîs teſtimoniîs id confirmant. Verùm de his vocibus fuſiùs infrà dicetur, in doctrina *Indeclinabilium*.

## I

In I Neutra ſunt: ut, *gummi*, *ſinâpi* [*a*.]

Excipe.

Pluralia in I Maſculina ſunt: ut, *liberi* [*b*.]

*a* Referunt huc aliqvi etiam *frugi*, *nauci*, *nihili*, *mancipi*, qvæ omnium generum Nominibus apponuntur. Verùm propriâ origine & primariâ ſignificatione, *frugi*, eſt Dativus ab antiqvo *hæc frux*, *frugis*, *i*, *em*, *e*, *es*, *um*, *ibus*. Eſtqve *homo frugi*, i. e. *uſui*, idem atqve homo commodus. Sic *homo bonæ frugi*, vel etiam in Genitivo, *homo bonæ frugis*. Sic *nauci*, *nihili*; *mancipi*, Genitivi ſunt, à *naucum* (qvod eſt granum fabæ, qvum ſe aperit) *nihilum*, *mancipium*, à qvo *mancipi*, ſyllabîs *pij* in unam redactîs per συναίρεσιν. *b* *Adelphi* ergo, & *Menæchmi* &c, ſi in Fœminino uſurpantur, καθ' ὑπόνοιαν fit, vocis *fabulæ*.

## O

In O Maſculina ſunt: ut, *ſermo*, *ordo*, *cardo* [*a*,] *margo* [*b*,] *udo*, *cudo*, *ligo*, *tendo*, *pernio*, *ſturio*, *papilio*, *pipio*, *ſtellio*, *curculio*, *unio*

pro

Digitized by Google

pro margarita *pugio, ſcipio, matellio, titio, veſpertilio* [c,] *duernio, ternio, qvaternio, ſenio, octernio.*

*a Cardo*] Etſi enim apud priſcos fortè Fœmininô genere uſurpetur, ut Graccho in Atalanta, *O grata Cardo*: nos tamen Virgilium, Statium, Senecam & alios, qvorum puriùs locutorum autoritas major eſt, potiùs ſeqvamur, qvi Maſculinô uſurpârunt. Virg. 1. Æn: *Haud tantô ceſſabit cardine rerum*. *b Margo*] Proſæ-Scriptoribus ſemper eſt Maſculinum. Poëtæ ſemel & iterum in Fœminino ſuâ licentiâ uſurpârunt: *Æmylius macer, fluviorum margine ſummâ*. Et Rabirius: *Idæos ſummâ cum margine colles*, referente Chariſiô lib. 1. Juvenal. lib. 1: *plenâ margine*. Apulejus de Aſino aureo Poëtas ſecutus dixit: *Sub extremâ ſaxi margine*. Præterqvam in his paucis, ſemper Maſculinum eſt, qvod tutiùs ſeqvimur. *c Veſpertilio*] Plin. lib. 29. c. 4: *Cujus generis prope videri poſſint, qua tradunt & de Veſpertilione, ſi ter circunlatus domui vivus, per feneſtram inverſô capite infigatur, amuletum eſſe*. Idem lib. 30. c. 7: *Huic reſiſti ajunt diſcerpti veſpertilionis ſangvine*. Idem Fœmininô genere uſus eſt lib. 10. c. 61: *Volucrum animal parit veſpertilio tantùm, cui & membranaceæ pinnæ uni. Eadem ſola volucrum lacte nutrit, ubera admovens: geminos volitat amplexa infantes.*

## Excipiuntur

1. Hyperdiſſyllaba in DO & GO Fœminina: ut, *hæc alcedo, arundo, cupido, imago, ærugo, teſtudo, vertigo*. Item *grando & virgo* [a] diſſyllaba. Sed *harpago* [b] Grammaticis Maſculinum eſt.

*a Virgo*] *Virgo* qvidam (ut Braſſicanus &c,) Commune faciunt: vix tamen Veterum exemplô. Taubmannus ad Ciſtell. Plauti 2. 3. notat, qvòd Poëta eâdem ratione *virginem maritum vocet*. Et Chryſol. Serm. 148: *Inducta vir-*

*go inducit virginem mox maritum.* Nam & *virginem puerum* dixére inveſtem, qvi bona ſua nemini dum vendidiſſet. Paulinus in Epithalamio hactenus inedito, in Julianum & Titiam: *Concordes animæ caſtô ſociantur amore, Virgo puer Chriſti, virgo puella Dei.* Hæc Taubm. *b Harpago*) Harpago Maſculinum faciunt Alvarus, Deſpauterius & Calepinus: ſed exemplum non addunt. Eſt autem telum in ſummitate aduncum, quô navigia capiuntur, inventum Anacharſidis Philoſophi, teſte Pliniô l. 7. 56. & Cæſare lib. 1. bell. Civ. Eſt & ferramenti genus, qvô vaſis vinarijs & cereviſiarijs circi aptantur. Nonnulli *canem* vocant. Livius Andronicus lib. 10. bell. Pun. corripit penultimam in recto *harpăgo.* Eſt enim ex ἅρπαξ, ἅγος; & verbum antiqvum *harpago*, pro *rapio* apud Plautum corripitur, Aulull: & Pſeudol. In Obliqvis autem O penultimæ producitur, *harpagōnis.*

2. Fœminina ſunt Græca in O longum: ut, *Echo, halo.* Item *caro. Pondo* † Neutrum eſt & indeclinabile.

† *Pondo*) *Pondo* ἄκλιτον eſt tam in ſingulari, qvàm in plurali. Pro libra eſt utriuſqve numeri: ut, *pondo unum, pondo ſexcenta,* &c. Sed pro pondere tantummodo eſt ſingulare: ac ferè additur *libra, uncia, dodrans,* vel ſimile; ut, *corona aurea libra pondo:* Item; *Cum dodrante pondo mellis.* Et ſimilia. Nota 1. *Ambo, duo*, Pluralia, tantùm Maſculina & Neutra ſunt. 2. *Arrhabo* Varroni Fœmininum eſt; Cātoni, Plauto, Gelliô, uti Græcis, Maſculinum.

3. In IO Verbalia Fœminina ſunt: ut, *lectio, factio.* His adde qvæ verbalibus affinia ſunt: *legio, regio, ditio, portio, concio, optio, religio, perduellio, rebellio, talio, communio, ſeditio, conſortio, alluvio, contagio, uſucapio, unio,* † *ambitio.*

† *Unio*)

† *Unio* ) *Unio* apud Veteres pro concordia vel unitione, non reperitur: licèt recentioribus hodie freqventer uſurpetur ex doctrina Patrum, qvi Græcum ἕνωσις ita ſunt interpretati. Apud Colum. 10. 14. pro genere ceparum unum bulbum habentium *unio* accipitur.

## U & Y

### In U & Y Neutra ſunt: ut, *cornu*, *genu*, *moly*.

## C. T. AL. EL & UM.

### In C [*a*,] T. AL. EL & UM Neutra ſunt: ut, *lac* [*b*,] *balec* [*c*,] *caput*, *ſinciput*, *occiput*, *animal*, *tribunal*, *vectigal*, *mel*, *fel*, *pomum*. *Sal* [*d*] Maſculinum eſt; tametſi priſcis fuerit Neutrum.

*a* Omittimus D, qvia non eſt terminatio Subſtantivorum Appellativorum; ſed Adjectivorum paucorum Neutri generis: ut, *aliud*, *aliqvid*; & Propriorum, qvæ ex ſignificatione patent: ut, *David*. *b* *Lactes* plurale Fœmininum eſt, à Nominativo *lactis*, diverſæ ſignificationis. Significant enim *lactes in homine & ove*, ut Plinius 11, 37 ait, *per qvas labitur cibus: in ceteris, ile*. Hinc Plautus Curcul: *Ita cibi vacuitate venio laſſis lactibus*. Priſcian. lib. 5. de Nominat. & Genit. Græcè γαλακτίδας vocari ait. De Nominativo lacte à Plauto, uſurpatô vide ſuprà p. 46. *c* *Halec*] Alij ſcribunt ſine aſpiratione *alec*. Inprimis Alvarus pag. 163, cujus hæc ſunt verba: *Alec* Neutrum eſt, ut docet Nonius Marcel. hîs teſtimoniîs. Plaut. Aulul: *Qvi mihi olera cruda ponunt*, *alec danunt*. Hor. 2. Serm. Sat. 4: —— *Ego fecem primus*, *& alec inveni*. Locus Plinij corruptus lib. 31. c. 8. in cauſa fuit, ut qvidam exiſtimarent eſſe Generis Fœminini, ubi non *alec*, ſed *alex* legendum eſt. *Sed vitium hujus alex imperfecta*, *nec colata fex*. Neqve illud Martialis lib. 11. ad rem facit: *cui portat gaudens antilla paropſide rubra Alecem*, *ſed qvam*



Digitized by Google

*protinus ipſa ſoret:* nam *alecem* à Nominativo *alex* dixit. Plin. lib. 32. c. 10, ubi de medicina piſcium agit: *Alex*, inqvit, *deferveſacta ungvium ſcabritiam tollit*: apud qvem *alex*, ut ex hoc & ſuperiore loco intelligimus, tum piſcem, tum vitium muriæ ſignificat. *d* *Sal*] Donatus qvidem ſuper illud Terent. Eun. 3. 1: *Qui habet ſalem, qvod in te eſt*, ita diſſerit: *Sal*, pro condimento Neutrum & ſingulare tantùm, pro ſapientia verò & facetijs, Maſculinum eſt. Sed fallitur. Nam pro condimento minerali, & Maſculinum eſt apud omnes probatos autores, & in plurali etiam invenitur. Teſtes de Genere, Plinius, Macrobius, Horatius, Celſus, Tacitus, Cato, Varro, Lucretius, Plautus, &c. His ſuffragatur & analogia, partim propter penultimam obliqvorum correptam, *Sălis;* qvum Neutra eandem producant, *animālis*: partim propter Ablativum *ſale* in E, qvum Neutra in I faciant, ab *animali*, *vectigali*; partim propter Accuſativum *ſalem*, in dicto Terentij loco. Pluralem autem in uſu eſſe, vel hæc teſtantur. Columella enim, *carnem ſalibus aſperſam* dicit. Et Macrobius 7. Saturn. 13: *Cur aqva marina non ſit ablutioni apta, ſales docent.* Neutrum tamen habet idem Columel. 12. 53, Varro, & antiqviſſimus ſcriptor Verrius Flaccus, ut Chariſius docet. Hinc Medici & Officinæ hodie *ſalia* in Neutro potiùs efferunt, qvàm *ſales* in Maſculino. Senſus autem loci Terentiani eſt: *Qvi habet ſalem, qvod* ſc. habere ſalem *in te eſt.* *Qvod* enim Relativum Neutrum, ad *ſalem* accommodari non poteſt.

## IL. OL. UL.

In IL [*a*,] OL, UL Maſculina ſunt: ut, *mugil, ſol, exul.*

### Excipe.

Neutra ſunt: *Sil, nihil, nil.*

*a* Referunt huc aliqvi & *ſtrigil*, qvod autoritate Iſido-

Iſidori freti, tum in IL terminant, tum Maſculinum eſſe contendunt. Verùm *ſtrigilis* rectè terminari, & Fœmininum eſſe, jam dudum Friſchlinus evicit. Cic. 4. de Fin: *Ampulla & ſtrigilis accedat.* Horat. lib. 2. Sat. 7: *Furtivâ mutat ſtrigili, qvi plurima vendit.* Plautus Sticho act. 2. ſc. 1: *Rubiginoſam ſtrigilem, ampullámq; rubidam.* Pro *Mugil* qvoqve dicit Juvenal. Sat. 10: *Mugilis intrat.* Qvod ſi tamen *ſtrigil* fortè inveniretur, ἀποκοπὴ eſſet pro *ſtrigilis*; ſicut *nihil* pro *nihilum*, qvod ex ne & hilum: & *Famul* apud Lucret. pro *famulus*. Eſt autem *ſtrigilis* inſtrumentum ferreum dentatum, à ſtringendo i.e. *radendo*, qvô eqvos & id genus jumenta expolire ſolent eqviſones, è corpore ſordes abradendo. Aliud verò eſt *ſtrigil* aluminis genus, pumicoſum & foraminoſum, fiſtulis ſpongiæ ſimile, ac naturâ rotundum. *b Sil* ] *Sil, ſilis*, neut. gener. Genus pigmenti, luteum colorem, qvemadmodum ochra reddens, invenitúrq; ceu limus qvidam in argenti & auri fodinis: qvemadmodum etiam id aliud pigmentum eſt, qvod cæruleum à colore dicitur, Plin. lib. 33. cap. 21.

## AN. IN. ON.

In AN, IN, & ON Tertiæ Maſculina ſunt: ut, *Pean, delphin, canon, agon.*

### Excipe.

Fœminina ſunt *aëdon* [*a*,] *halcyon* [*b*,] *icon* [*c*,] *ſindon*.

Neutra verò ſunt in ON Secundæ: ut, *Symbolon, Idolon, Sympoſion.* Hæc enim latinè per UM efferuntur.

*a Aëdon* ] Hoc eſt, *Luſcinia*, tam apud Græcos, qvàm apud noſtros Fœmininum eſt, Ariſtot. de Hiſt. animal. lib.

lib. 5. c. 9, & lib. 9. c. 49. Seneca in Octavia: *Qvis meä digne deflere poteſt mala? qva lacrimis noſtris qveſtus reddet aëdon?* *b* *Alcyon*) Latine *alcedo*, apud utroſqve Fœmininum eſt. Ariſt: de hiſt. animal. lib. 5. c. 8, & lib. 9. c. 14. Virg. 1. Geor: *Non tepidum ad ſolem pennas in littore pandunt Dilectæ Thetidi alcyones* ——. Propert. lib. 1: *Non ego deſertas alloqvor alcyonas* *Mares alcyonum*, ait Euſtathius in 9. Iliad, τοὺς κηρύλλους à Pauſania vocari, qvi cùm ſenuerint à fœminis geſtantur. Ibidem docet, *alcyon* ſine aſpiratione ſcribendum. Servius putat eſſe commune duobus; qvod tamen non probat. Item, *Alcyone* mulierem ſignificare, cùm etiam avem ſignificet. Stat. lib. 9: *Alcyone deſerta gemit, cùm pignora ſævus Auſter & algentes rapuit Thetis invida nidos.* *c* *Icon*) Hanc vocem vix apud Latinos invenies.

## E N

In EN Neutra ſunt: ut, *Crimen*, *pollen* [*a.*]

### Excipe.

Maſculina ſunt: *pecten*, *ren*, *ſplen*, *lien*, *lichen* [*b*,] *attagen* [*c*,] *hymen* [*d.*]

*a* *Pollen*) *Pollis* Phocas Maſculinum, Chariſius Fœmininum eſſe exiſtimat. Cæſar & Probus, qvibus potiùs accedendum eſt, *pollen*, *pollinis*, Neutrô genere declinant. *b* *Lichen*) Morbi genus, qvod Latini *Mentagram* vocant, qvòd à mento incipiat. Plin. lib. 22. c. 18: *Nec triſte mentum, ſordidive lichenes. Radicibus earum lichenes curantur.* Eſt & *Lichen* herbæ genus, ſingulare adverſus *Lichenes* remedium, &c. *c* *Attagen*) ὁ ἀτταγὴν Avis nomen eſt. Horat. Epod. Ovid. 2: *Nec attagen Ionicus.* Plinius & Martialis in Fœminino dicunt *attagena*. Ille, 8. 58. *apros, & attagenas, herinaceos.* Hic lib. 13: *Ionicarum guſtus attage-*

*attagenarum.* Poteſt tamen Plinij *attagenas*, etiam Accuſativus Pluralis Græcus eſſe, ab *attagen.* De hâc voce vide, ſuprà p. 47. *d* *Siren* & *Trœzen*, qvæ Fœminina ſunt, nonnulli addunt. At verò cùm illud *Nympha*, hoc *oppidi* nomen ſit, ex regulis generalibus cognoſcuntur.

## AR

In AR Neutra ſunt: ut, *calcar*, *bacchar.*

### Excipe.

*Lar* Maſculinum eſt. †

† Nota 1. *Nar* apud Cicer. Neutrum eſt, ad Attic. lib. 4. Epiſt. 15: *Lacus Velinus in Nar defluit.* Et qvamvis lectio Lambini Edit. Pariſienſis habeat: *in Narem defluit:* Frobenius tamen in ſuâ Editione retinet; *in Nar defluit.* Apud Virgilium Æneid. 7. Maſculinum legitur: *Sulphureâ Nar albus aquâ, fontésq; Velini.* 2. *Par*, qvando ſignificationem binarij habet, Neutrum eſt; ut, *par calceorum*, *Duo paria nervorum*, *Tertium par nervorum.*

## ER

In ER Maſculina ſunt: ut, *liber*, *anſer.*

### Excipe.

Fœminina ſunt: *diameter* †, *ſemidiameter*, *perimeter.*

*Linter* freqventiùs Fœmininum eſt.

† Fit hoc, inqvit Schmidius, imitatione Græcâ, ἡ διάμετρος, ubi ſubauditur γραμμή. Si *Sal* Medicis Neutrum conceditur; & *Pandectæ* Fœmininum Juris C: qvidni & *diameter* Fœmininū Mathematicis per Græcam imitationem concedamus? Macr. l 1. Somn. c. 20: *Diameter omnis cujuſq; orbis triplicata, cum adjectione partis ſuæ menſuram facit circuli,* qvâ

*quô orbis includitur.* Hæc ille in Hypomn. p. 96, n. 13. Verùm in Editione Lugdunenſi anni 1548 extat non *diameter*, ſed *diametros*, & aliqvoties eôdem 20. capite repetitur, & *Forum Romanum* Maſculinum eſſe tradit; ſed ſine exemplo.

Neutra ſunt: *cadaver*, *laſer*, *laver* [*a*,] *ſiſer* [*b*,] *ſpinter*, *iter*, *uber*, *ver*, *verber* inuſitatum.

*a* *Laver*] Interdum Fœmininum eſt. Plin. lib. 26. cap. 8: *Laver qvoqve naſcens in rivis, condita, & cocta torminibus medetur.* *b* *Siſer*) Plinius lib. 20, c. 5, de *ſiſere* loqvens in eâdem periodo Maſculinô & Neutrô uſus eſt: *Hiæſius*, inqvit, *ideo ſtomacho utile videri dixit*, ſc. ſiſer, *qvoniam nemo tres ſiſeres edendo continuaret: eſſe tamen utile convaleſcentibus ad vinum tranſeuntibus.*

Fructuum nomina etiam Neutra ſunt: ut, *cicer*, *papaver* [*a*,] *piper*; præter *cucumer* pro qvo uſitatum eſt *cucumis*.

*Tuber* pro callo terræ & tumore, eſt Neutrum priore productâ; pro arbore eſt Fœmininum; pro fructu Maſculinum, primâ correptâ [*b*.]

*a* Plautus in Trinum. in genere Maſculino uſus eſt: — *Si tu objicias formicis papaverem.* *b* Plin. l. 16, c. 25: *Ab ea proximè florent Armeniaca, dein' tuberes, & præcoces, illa peregrina, hæ coacta.* Svetonius in Domitiano: *Pridie qvàm periret, cùm oblatos tuberes ſervari juſſiſſet*, &c. Martial. lib. 13: *Lecta ſuburbanis mittuntur apyrina ramis, Et tuberes vernæ. qvid tibi cum Lybicis?* Ubi *vernæ* Subſtantivum nomen eſt à *verna*, *vernæ*; non à *vernus*, *a*, *um*, ut qvidam crediderunt. Nam *vernas tuberes* dixit Martialis eâ dicendi formâ, qvâ lib. 1. *vernas apros*: & l. 3. *verna liber*: *Debet enim Gallum vincere verna liber*; & l. 5: *Præter libellos vernulas nihil miſi.* Et l. 10: *lupos vernas.* Non itaqve diſſentit

tit à Svetonio; ſed *vernas tuberes* appellavit in Italia natos, non ex Africa allatos, unde ipſa arbor à Sexto Papinio in Italiam translata fuerat. Lege Plin. lib. 15. c. 14. Notandum eſt, qvòd ad Fructuum nomina Neutrius generis, deſinentium in ER nonnulli referant *Zingiber* ſive *Zinziber*. Verùm iſta forma apud veteres Latinos nondum inventa eſt. Pro ea potiùs legitur *Zimpiberi*, ſive *Singiberi*. Plin. lib. 12. c. 7: *Non eſt hujus arboris radix, ut aliqvi exiſtimavére, qvod vocant Zimpiberi, alij verò Singiberi.* Apud Dioſcor. lib. 2. σιγγίβερις dicitur; qvod in nonnullis libris cap. 149. ζιγγίβερις legitur, hoc eſt, *ſingiberis* ſive *zingiberis*.

## I R

In I R Maſculina ſunt: ut, *vir*. Sic compoſita *levir*, *ſemivir*, *triumvir*, *ſeptemvir*, *decemvir*, &c.

### Excipe.

*Ir* † Neutrum eſt.

† *Ir*, id eſt, vola manus. Chariſius cum aſpiratione ſcribit *hir*.

## O R

In O R Maſculina ſunt: ut, *amor*.

### Excipe.

*Arbor* Fœmininum eſt.

Neutra ſunt: *aeqvor*, *ador* *, *marmor*, *cor cordis*.

* *Ador*) Nonio & eſt genus frumenti & farris, epulis & immolationibus ſacrum. Unde & *adorare* dictum videri poteſt. Qvamvis Scaliger ad Feſtum neget eſſe Neutrius ge-

 neris:

Digitized by Google

neris: Ex Horatio tamen id luculenter probatur, qvi lib. 2. Serm. Sat. 6. de mure ruſtico ita canit: *Qvum pater ipſe domus paleâ porrectus in horna Eſſet ador loliúmq; dapis meliora relinqvens*. *Eſſet*, i.e. ederet. Ita legit Chabotij Editio correctior: licèt Lugdunenſis Hieronymi de Marnef legat mendosè *odor*.

## UR

### In UR Neutra ſunt: ut, *ebur*, *ſulphur*.

Excipe.

Maſculina ſunt: *fur*, *furfur*, *turtur*, *vultur*, *Aſtur*. †

† *Aſtur*] Civitas in Hiſpania, in qva *aſturcones* eqvi gignuntur, notante R. Stephanô.

## AS

### In AS Fœminina ſunt: ut, *civitas*.

Excipe.

Maſculina ſunt 1. in AS Primæ Declinationis: ut, *tiaras* [*a*.] 2. Hæc ſeqventia: *as*, *mas*, *vas vadis*, *Atlas*, *adamas*, *elephas*, *gigas*, *Acragas* pro monte. Nam pro urbe Fœmininum eſt [*b*.]

*a* *Tiaras* & reliqva Primæ Maſculina ſunt. Virg. 7: —*ſceptrúmq; ſacérqve tiaras*. *Tiaras*, *æ*, Fœmininum eſt. Juvenal. Sat. 6: — *Et Phrygiâ veſtitur bucca tiarâ*. *b* Nonnulli Maſculinis annumerant *anas*. Sed Martialis lib. 13. Fœmininum eſſe docet: *Tota qvidem ponatur anas, ſed pectore tantùm, Et cervice ſapit, cætera redde coco*.

Neutra ſunt: *vas vaſis*, *fas*, *nefas*, *artocreas*, *eryſipelas*, *pancreas*, *buceras*. †

† Plin.

† Plin. lib. 21. c. 7. habet *buceros*. Sed lib. 24. c. 19. extat *buceras*.

Communia ſunt: *optimas* *, *primas*, & ſimilia.

* Cic. Treb. lib. 7. dixit, *optimates matronæ*: niſi qvis heic Appoſitionem eſſe malit.

E S

In ES Tertiæ & Qvintæ declinationis Fœminina ſunt: ut, *ſepes, is; merges* †, *itis; fides, ei.*

† *Merges*) Alvarus pag. 166, & alij volunt *merges* eſſe generis Maſculini. Sed Plinius genere Fœminino uſus eſt lib. 18. c. 30, editionis Gelenij, inqviens: *Inter duas mergites ſpica diſtringitur.* Qvi autem hac voce genere Maſculinô uſus ſit, inter probatos autores, nondum nobis viſus eſt.

Excipe Maſculina:

*Pes, aries, paries, palmes cum limite ſtipes.*

*Et fomes, trames, termes cum gurgite ceſpes.*

*Bes* [a,] *verres, trudes, ſic præs, poples, tudes, ames* [b.]

*His adjunge trapes, ſonipes, obsésq; pedésq;.*

a *Bes* ] De hac voce ita Feſtus: *Bes* appellatum eſt, qvod *bis triens* ſit: qvamvis dura compoſitio fiat *beſſis* ex triente. *beſſis* unciæ octo ſunt triens (ubi margini aſcriptum ſcholion Scaligeri *trientis* legit) qvattuor Verùm Scaliger ad Feſtum hanc Etymologiam tanqvam ineptam explodit. Nam, inqvit, auctore Varrone, prius *Des* dicebatur, ut duonus, bo-

nius: duellus bellus. *As* ita in ſuas partes ſecatur vel tribuitur, ut ab uncia ad octo fiat partium incrementum, ab octo ad duodecim fiat deminutio. Cùm ergo ad octo perventum eſt, tunc enim, ut ante, *qvadrans, triens, ſemis* dicitur, qvæ *unciarum* adjectione incrementum capiunt. Sed *deeſt uncia, deeſt ſextans, deeſt qvadrans*, id eſt, qvod compoſitâ voce dicunt, *deünx*, *dextans*, *dodrans*. Ergo ab octo *de aſſe* deminuitur: unde *Des*, *Deßis*, dictum eſt primùm Veteribus, pro qvo nunc *bes beßis* communis loqvendi conſvetudo recepit. Plura videſis apud Scalig. ad Feſtum p. 29. Editionis Santandreanæ. b *Tudes* & *ames*) Maſculina ſunt, ut qvibuſdam literatoribus placet; ſed nullîs id teſtibûs confirmant.

Græca etiam Maſculina ſunt: ut, ***lebes, tapes, magnes, cometes*** [*a*,] ***ſorites, pyrites, aromatites, abſinthites, hyſſopites, abrotonites, acinaces*** [*b*,] ***coles.***

*a* Græca Primæ Declinationis: ut, *Bootes*, *myrtites*, *aliáq; conſimilia*, *Maſculina ſunt*: id qvod ex ſubjectis exemplis patet. Plin. lib. 14. c. 16: *Aromatitem qvoqve invenio factitatum*. Idem in eodem: *Sic fiet & Sycites à ſyco, qvem alij palmiprimum, alij cathorchitem vocant*. Ibidem: *Sed è pumicis qvod ſit, rhoitem vocant*. Qvæ ſi Neutra eſſent, ut qvidam putavit, Accuſativus ſimilis eſſet Nominativo. Neqve ſi vinum *aromatites*, *abſinthites*, *hyſſopites* dicatur, continuò hæc Neutra erunt: qvemadmodum neqve *Tagus*, *Rhodanus*, cùm flumen *Tagus*, flumen *Rhodanus* dicitur. *b* *Acinaces*) Non eſt *Primæ* Declinationis ſed *Tertiæ*, qvod ex Ablativo patet. Valer. Flacc. lib. 6: *Inſignis manicis, inſignis acinacĕ dextra.* In *Prima* enim Ablativus in E ſemper producitur. Hinc Porphyrion & alij, non *acinaces*, ſed *acinacis* in Nominativo ſcribunt. Qvod qvidem Aldus pro errore habet cum alijs ejuſdem ſententiæ, qui Græcè ἀκινάκης *Primæ* eſſe volunt, ut χρύσης: verùm alijs in tertiâ declinatione

tione ὁ ἀκινάκις ſcribere placet, ut ὁ ὄφις. Eſt autem juxta Svidam, gladius Perſicus. Horat. 1: *Vino & lucernis Medus Acinacis Immane qvantum diſcrepat.*

*Palumbes & vepres* † Communia ſunt; ſed Maſculina freqventiùs.

† *Vepres*) Sæpius Maſculinum invenitur. Colum. l. 11. c. 3: *Hunc veprem, manifeſtum eſt, interimi non poſſe.* Virg. 3. Georg: *Sudor & hirſuti ſecuerunt corpora vepres.* Interdum Fœmininum eſt. Lucr. l. 4: — *Nam ſæpe videmus Illorum ſpolijs vepres volitantibus auctas.* De voce *palumbes* vide ſuprà.

*Ales & compes* † Fœminina ſunt uſitatiùs.

† *Compes*) Non deſunt, qvi hanc dictionem annumerent *communibus*, verùm qvod *Fœmininum* ejus genus concernit, id optimorum autorum exemplis ſolidè aſtruere licet. Terent. in Phorm. 2. 1: *Molendum usq; in piſtrino, vapulandum, habenda compedes.* Cicero Att. l. 8: *Age jam has compedes, faſces, inqvam, hos laureatos efferre ex Italia, qvàm moleſtum eſt?* Veteres etiam *Compeda, æ,* dixerunt ac fœmininum genus terminatione fœmininâ expreſſerunt. Varro Pharmenone: *Lepuſculi timentes hoc qvadrangulum, dedit Diana rete nexile, aut viſcum fugæ, lineámqve compedam.* *Lineam* autem *compedam* dicit Varro eâ ratione, qvâ Petronius dixit *nebulam lineam* pro tenui amiculo lineo, qvod nec panni crebritatem, nec telæ denſitatem, ſed nebulæ tenuitatem pellucidam æmuletur. Qva de re Turnebus conſulatur l. 1. Adv. c. 15.

Neutra ſunt: *æs æris, cacoëthes vel cacoëthes* [*a,*] *Panaces* [*b,*] *Hippomanes* [*c,*] *Nepenthes* [*d.*]

*a* *Cacoëthes*) Eſt prava & inveterata conſvetudo, ſic dictum à κακὸν, i. e. malum, & ἦθος conſvetudo ſeu mos. Juven. Sat. 7: — *laqveô tenet ambitioſi conſvetudo*

 *mali,*

Digitized by Google

*mali, tenet inſanabile multos ſcribendi cacoëthes, & ægro in corde ſeneſcit.* Ubi ad deſignandum inveteratum ambitionis vitium, vocem *cacoëthes* adhibuiſſe videtur, qvod cùm ſemel ſcripturientium animo inſidere cœperit, fixas facilè figit ſedes & ægrè evellitur. *Cacoëthes* præterea à Medicis vocantur ulcera maligna, medicam opem ideo non facilè admittentia, qvòd in ipſo ulceris loco, teſte Galenô, inſit malignitas, ſanari ea prohibens, qvum in aliis ulceribus malorum humorum influxus aliunde recipiatur. De hacce vocula, ut & de conſimilibus, notandum venit, qvòd licet Subſtantivè à Latinis uſurpentur: nihilominus Adjectivorum Neutrorum apud Græcos terminationes imitentur. Veluti enim Græci Neutrô genere τὸ ἀληθές dicunt; ita Latini *Cacoëthes* in eodem genere uſurpant, à Græco Neutro τὸ κακόηθες. Vide Politianum in Miſcell. c. 46. Sunt proinde & hæc Subſtantivè ſumpta Neutra, v. g. *Rhomboides, Trapezoides, Solæcophanes.* Qvando verò *cacoëthes* perſonam notat, *Commune* eſt, ex Græco ὁ καὶ ἡ κακοήθης; licèt aliàs Adjectivum ſit. Ita hominem malè moratum, *cacoëthem* appellare licebit, &c. *b Panaces*) Eſt herba, cujus ſuccus *opopanax* vocatur, ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκεῖν, h. e. à ſanandis omnibus morbis. Qvo de Plinius lib. 25. c. 4: *Panaces ipſô nomine omnium morborum remedia promittit, numeroſum, & Diis inventoribus aſcriptum*, &c. Conſule ipſus, ſi placet, ea qvæ Dalecampius ad hunc locum Plinij affert ex Theophraſto, de ſex panacis generibus. Columella Nominativo *Panax* uſus eſt lib. 11. c. 3. in Edit. Gryphiana An. 1535. p. 425: *Panax*, inqvit, *utrôqve tempore levi & ſubactâ terrâ rariſſimè diſſeritur, qvò majus incrementum capiat.* *c Hippomanes*) Eſt herba in Arcadia naſcens, eqvis inprimis lethalis, ſi ea veſcantur, de qva Theocritus: Ἱππομανὲς φυτόν ἐστι παρ' Ἀρκάσι. Aliô nomine ἀπόκυνον & κυνοκράμβη dicitur, notante Henr. Stephanô, Tom. 1. Theſ. Gr. Lingvæ p. 1702. Et Dalecampiô ad Plinij cap. 11. lib. 28.

*d Ne-*

*a Nepenthes*) Dicitur nonnullis à νη privativa particula & πένθ☉ luctus. Etenim genus herbæ eſt, qvæ vino injecta triſtitiam diſcutit, animiq; hilaritatem inducit: unde à qvibuſdam eadem putatur eſſe cum bugloſſo, qvæ, teſte Plinio, eandem habet vim. Plinius lib. 21; c. 21: *Attribuunt & hilaritatis effectum eidem pota* (loqvitur de herba, qvæ *Helenium* dicitur) *in vino, eumq;, qvem habuerit nepenthes illud prædicatum ab Homero, qvòd triſtitia omnis aboleatur.*

Communia ſunt: *torqves* ſive *torqvis* [*a*,] & *dies* [*b*.]

*a Torqvis*) Stat. 10. Theb: *Decorus torqvis*. Plin. 10, 42: *Miniatus torqvis*. Plura exempla vide ſupra. *b Dies*) Qvum tempus incertum ſignificat, apud Poëtas utrôqve genere uſurpatur. Stat. 1. Theb: — *Longùmq; in ſecula digne Promeriture diem* —. Martial. l. 9: *Qvid non longa dies, qvid non conſumitis anni?* Freqventiùs tamen in hac ſignificatione eſt Fœmininum. Qvando verò certum & determinatum tempus ſignificat, præter Maſculinum, etiam apud Oratores ſæpe Fœmininum eſt. Cic. Att. lib. 2: *Si ante eam diem non veneris.* Et lib. 12: *Vel una dies mihi erit utilis.* In Plurali tantùm *Maſculinum* eſſe vulgò dicitur. Sed reperitur etiam *Fœmininum*. Cic. pro Plancio: *O reliqvas omnes dies, noctéſq; eas.* Tibullus: *Venit poſt multas una ſerena dies.* Ubi tamen *multos* aliqvi legunt. Nota. *Meridies* Maſculinum eſt & ſingulare tantùm. Cauſam affert Priſcian. l 5. qvia certum tempus diei ſignificat. Qvamvis autem periphraſis hujus vocis in Plurali extet apud Ovidium: *Eveniant medij ſic mihi ſæpe dies*: ex hac tamen periphraſi ſolidè evinci vix poteſt, qvòd *meridies* gaudeat numero plurali. Diſparrima enim eſt ratio unius ejuſdémq; vocis, & duarum diverſarum. Aſtronomi tamen nonnunqvam permittunt ſibi pluralem, dicentes: *ad ſingulos meridies.*

## IS

In IS Fœminina ſunt: ut, *cutis*,

## Excipe.

In lis & nis ſunt Maſculina: ut, *panis*, *collis*, *glis*, &c.

Sex tamen: *pellis*, *vallis*, *novalis*, *ſtrigilis*, *lis*, *bipennis*, ſunt Fœminina. *Clunis* † freqventiùs eſt Fœmininum qvàm Maſculinum.

Maſcula ſunt: *vectis*, *piſcis*, *faſcis*, *lapis*, *axis*,

*Et fuſtis poſtis, ſic vermis, ſangvis & ungvis,*

*Sic enſis, torris, ſic vomis, ſentis* [*a*] *& orbis,*

*Et cucumis, angvis, menſis, pulvis qvoqve caſſis* [*b*.]

Sic *molaris*, *coſſis* [*c*] & compoſita *aſſis*: *ut*, *ſemis*, *ſemiſſis*, *centuſſis*, *decuſſis*.

*Cenchris* [*d*] pro ſerpente Maſculinum, pro ave Fœmininum eſt.

† De voce *Clunis* vide ſupra. *a Sentis*) Sentis ferè in numero Plurali reperitur. Colum. lib. 6. c. 3: *Liberantur arva ſentibus, qvi aſtivô tempore per Caniculæ ortum reciſi*, &c. Idem tamen lib. 11. c. 3. ſingulari uſus eſt: *Nos ſentem canis appellamus*. *b Caſſis*) Hoc eſt rete, uſitatius eſt in numero plurali. Virg. 4. Georg: — *Aut inviſa Minervæ in foribus laxos ſuſpendit aranea caſſes*. Seneca Agam. etiam ſingulari eſt uſus: *At ille ut hiſpidus ſylvis aper, cum caſſe vinctus tentat egreſſus tamen*. *c* Notandum eſt 1. quòd Grammaticorum vulgus ad Maſculina referat *Coſſis* in ſingulari numero: tu verò, qviſqvis es, hujus voculæ

Digitized by Google

culæ ſingulari, tum demum tutò uti poteris, ubi claſſicorum autorum teſtimoniis confirmatum videris. Cæterùm apud Plinium in Plurali nunc *coſſes* legas; veluti lib. 30. c. 13: nunc *coſſi*, lib. 11. c. 33. Qvod ultimum etiam Feſtus habet: *Coſſi*, inqvit, *ab antiqvis dicebantur naturâ rugoſi corporis homines, à ſimilitudine vermium lignô editorum, qvi coſſi appellantur.* Hæc ille. Veluti autem *coſſi* ſunt vermiculi in ligno, aliàs *teredo* dicti, voce ortu græcâ: ita *tinea* in veſte, *eruca* in olere, & *tarmus* (vel ut alij, *tarmes*) eſt in lardo. Ab hac voce *Coſſutiorum* familiam apud Romanos dictam volunt: ex qva fuit *coſſutia* uxor Cæſaris, cujus meminit Svetonius in vita ejus. Ab eadem *coſſuviani* & *coſſuvij* dicti exiſtimantur. 2. *Corbis* à nonnullis recenſetur inter Maſculina, & imprimis à Priſciano. Sed Fœmininum eſſe teſtis eſt Cic. pro Seſt: *Meſſoriâ ſe corbe contexit.* Et Columell. l. 6. c. 3: *Si grano abſtinemus, frondis aridæ corbis pabulatoria modiorum viginti ſufficit.* Deinde generis Fœminini eſſe evincitur è deminutivo *corbula*. Varro de re Ruſt. c. 15: *Cogit aliqvot corbulas uvarum & frondem jucundiſſimam miniſtrat ovibus.* 3. *Volucris* etiam Maſculinum eſt Ciceroni 2. de Divinatione. Sed in carmine, ac ſemel duntaxat: *Hunc ubi tam teneros volucres, matrémq; peremit.* At verò in Fœminino genere paſſim invenies. Nam idem 4. Acad. ait: *Qvædam volucres vident.* Virg. lib. 1. Georg: *Obſcœniq; canes, importunæq; volucres.* d De *cenchris* ſuprà pag. 57. egimus.

## OS

## In OS † Maſculina ſunt: ut, *flos*.

† Poëtæ qvædam ex his in OR deſinentia, vertærunt in OS, nonnunqvam metri neceſſitate coacti, nonnunqvam liberè; ut apud Virgilium: *Hic pietatis bonos, ſic nos in caſtra reponis.* Salluſtius etiam metri neceſſitate non compulſus, ubiqve poſuit *labos* pro labor. At Servius monet, potiùs regulæ & communi loqvendi rationi parendum eſſe.



Digitized by Google

Excipe.

Fœminina ſunt: *arbos*, *cos*, *dos*, *arctos*, *eos*, *diametros*, *perimetros*. At *Glos* ad Regulam generalem pertinet.

Neutra ſunt: *Os oſſis* *, *Os oris*.

* Veteres etiam dixerunt *Oſſum* pro *Os oſſis*. Terent. in Eunuch. *Viden' oſſum & cibus qvid faciat alienus?* ita enim Petrus Bembus ex libro MSS. legit, qvùm malè in alijs *otium* legeretur. Confirmat hanc lectionem Gellius: *Calvariaq; ejus*, inqvit, *ipſum oſſum expugnaverunt, inauraveruntqve*. Vid. Soſip. l. 1.

Neutra etiam ſunt Græca Primæ contractorum: ut, *epos*, *melos*, *chaos*.

US

In US Secundæ & Qvartæ declinationis Maſculina ſunt; ut, *cibus*, *fructus*. Sic Græca: *paradiſus*, *tomus*, *typus*, *catalogus*.

Excipe.

Fœminina ſunt: *Vannus*, *acus* [*a*,] *manus*, *atqve domus*, *tribus*, *alvus* [*b*,] *humúſq;*. *Porticus & pontus* [*c*.] Sic Pluralia duo: *Idus & qvinqvatrus* [*d*.]

*a Acus*) *Acus*, *aci*, Maſculinum eſt & piſcis nomen. *Acus*, *acûs*, Fœmininum, & inſtrumentum eſt ſartorium. *Acus aceris* Neutrum, & paleam notat. Qvâ in ſignificatione etiam uſurpatur genere Fœmininô, & declinatione Qvartâ: ut apud Columellam: *acus reſecta*. *b Alvus*) Veteribus Maſculinum fuit. Exemplum extat apud Accium

cium Anal. 1: *Mala nemus retinens gravidò concepit in alvo.* Idem genus Maſc. multi alij ex antiqvis uſurparunt, teſte Priſc. lib. 6: nunc autem exolevit. *c Pontus*) ſcilicet pro *regione*; nam pro *mari* Maſculinum eſt. *d Qvinqvatrus*) Vulgò *Qvinqvatrus*, feſta dicuntur Romæ Palladi *qvinqve* diebus ſacra. Qvorum primus ſacrificijs, 2, 3, 4 ſpectaculis gladiatorum, & ultimus urbis luſtrationi deſtinabatur. De his vide Ovid. lib. 3. Faſt. 1. Sed Varro lib. 5. de lingva Latina autor eſt, antiqvitùs *unum* tantùm feſti hujus diem fuiſſe, poſt *qvintum* ſcilicet Idus Martias: eúmqve *qvinqvatrum* vocatum fuiſſe, tractô vocabuli exemplô à conſvetudine vicinorum populorum, qvi dies poſt 6 & 7 Iduum *ſexatium* & *ſeptimatium* appellavére; paulatim tamen nominis errore conſvetudinem irrepſiſſe, ut *qvinqve dies* fuiſſe crederentur. In eandem ſententiam diſſerit Feſtus, qvi conſulatur. Ex qvibus manifeſtus evadit error Grammaticorum dictitantium ideo vocari *Qvinqvatrus*, qvòd *qvinqve diebus* continuis ſacra iſta Romanorum celebrarentur poſt diem atrum, qvi erat poſtridie Iduum. Vide Ovid. 6 Faſt. & Plaut. Mil.

Pleraqve Græca etiam Fœminina ſunt: ut, *arctus* [*a*,] *byſſus* [*b*,] *abyſſus* [*c*,] *eremus* [*d*,] *diphthongus*, *dialectus*, *antidotus*, *diametrus*, *perimetrus*, *lecythus* [*e*,] *epōdus* [*f*.] Et compoſita ab ἡ ὁδὸς: ut, *methodus*, *exodus*, *ſynodus*, *periodus*, *epanodus*.

*a Arctus*) Ab ὁ καὶ ἡ ἄρκτος. Apud Græcos Urſum ſignificat. Qvô fit, ut pro duobus ſignis Septentrionalibus accipiatur, qvæ & à Latinis *Urſæ* appellantur. Ovid: *Eſſe duas arctos, qvarum cynoſura vocatur Sidonijs Elicen Graja carina notat.* *b Byſſus*) De hujus genuina ſignificatione variant autores. Etenim 1. Svidæ & Theocrito *Byſſus* eſt coloris genus, quô aliàs *byſſina* veſtis infici ſolet. 2. Non-

Nonnullis eſt precioſiſſima *lana*, colore nitoréq; auri. 3. Phi-
loſtrato vocatur *linum*, qvod *Indi* ex arbore legunt, truncô populis ſimili, foliis ſalici, etiam Arrianô autore, Apollonióq; oculatô teſte, Rhodig. c. 8. 23. Hæc Dalecampius ad caput 1. lib. 19. Plin. 4. Deniqve alijs eſt genus lini optimi, tenuiſſimi, molliſſimi & candidiſſimi, qvod tantùm in *Ægypto*, præſertim circa oppidum Sombat ſeritur, ac copiosè provenit, indéq; per totum orbem diſtrahitur. Græcis ἡ βύσσος. Ebræis בוץ buz: cui græca & latina vox ortum ſuum debet. Græcanica vox Luc. 16, 19. Apoc. 18, 12. 16. extat. Ebræa autem, 1. Paral. 15, 27. 2. Par. 2, 15. & 3, 14. & 5, 12. Eſth. 1, 6. 8, 15. Ezech. 27, 16. Latinam verò dictionem autoritate Plinij c. 1. l. 19. tueri allaborant Lexicographi. At iſthic loci non de *byſſo*, ſed *byſſino* loqvitur Plinius. c *Abyſſus*) Exponitur infinita aqvarum congeries, qvæ fundo caret: noménq; ducit ab α privativa particula & βυσσὸς i. e. fundus. Alcimus: *Obice terrarum patriam ſordentis abyſſi.* d *Eremus*) Nota, *Eremus* & *Diphthongus* Fœminina ſunt ratione Subſtantivi, qvod reſpicitur. Nam illic *terra*, hic *ſyllaba* intelligitur. Sunt enim naturâ ſuâ Adjectiva: ut integrè ſit δίφθογγος συλλαβὴ, γῆ ἔρημος. e *Lecythus*) Vaſis genus ventre protuberante, oréq; anguſtiore, oleo aſſervando accommodatum; qvod A. Gellius *guttum* appellat. Huic voci tritum ſermone hominum proverbium ſuum ortum debet: *Non eſt oleum in lecytho;* qvod Græcè extat apud Ariſtoph. de avibus: ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῇ λεκύθῳ: qvô innuitur nullum precibus locum eſſe apud inexorabiles. fit enim alluſio ad ἔλεος, miſericordiam. Græca vox ἡ λήκυθος Fœminini generis eſt apud Homerum 6. Odyſſ. & Ariſtophanem freqventiſſimè, maximè in Ranis, & apud Ciceronem ad Attic. lib. 1: *Noſti illas* ληκύθους. Nondum hoc vocabulum latinâ declinatione inventum eſt apud veteres, qvi fortaſſe etiam Maſculino genere uſi ſunt. Qvod ſi verò, ſive in hoc ſive in alijs nominibus, non occurrat autori-

tas *Latinorum*, *Græcos* imitari licet, monente Voſsiô p. 25. Grammatices Latinæ. *f Epodus*) Genus carminis, qvum ſingulis verſibus ſingulæ clauſulæ ſubjiciuntur, & qvaſi accinuntur: idq; ferè aliô genere carminis & plerumqve breviori, cujuſmodi ſunt pleraqve apud Horatium, jambicô dimetrô Heroicum, aut trimetrum jambicum mox ſeqventem. Confer Qvintil. lib. 10. c. 1.

Qvædam gemmarum nomina itidem Fœminina ſunt: ut, *Amethyſtus* [*a*,] *Cryſtallus* [*b*,] *Chryſolithus* [*c*,] *Sapphirus* [*d*.]

Qvædam etiam fruticum nomina Fœminina ſunt: ut, *biblus* [*e*,] *coſtus* [*f*,] *byſſopus* [*g*,] *myrtus* [*h*,] *papyrus* [*i*.]

*Ficus* [*k*] pro arbore & fructu Fœmininum eſt; pro morbo Maſculinum.

*a Amethyſtus*) Plinius lib. 37, c. 9: *Principatum Amethyſti Indicæ tenent.* Sed obſervandum eſt, qvòd Maſculinum genus hujus vocis etiam extet apud Ovidium lib. 3. de Arte, diſtichô 91: *Hic Paphias myrtos, hic purpureos amethyſtos.* *b Cryſtallus*) Gemma candida & pellucida, qvam Plinius lib. 37, c. 2. *gelu vehementiore concreſcere* ait. Qvô fit, ut nonnullis dicatur à τὸ κρύος i. e. *gelu*, *glacies*, & σέλλομαι pro συςέλλομαι i. e. *concreſco*, ut ſit τὸ ὑπὸ τοῦ κρύους συςελλόμενον ὕδωρ, *aqva qvæ frigore in glaciem concreſcit.* Sed συςελλόμενον durum eſt, inqvit Stephanus, in hac ſignificatione. Alij deducunt à Græcanica voce ὁ κρύςαλλος, *glacies*, eo qvòd τοῦ κρυςάλλου h. e. *glaciei translucidum colorem repræſentet.* Id qvod veriſimilius videtur. Plin. lib. 37. c. 9: *Coëunt in translucidam cryſtallum.* Propertius lib. 4, Eleg. 3: *Cryſtalluſq; tuas ornet aqvoſa manus.* Ita legit emendatior Douſæ Editio: Tuſcanel-



Digitized by Google

la autem mendosè legit: *Cryſtalláſq; tuas*, &c. *c Chryſolithus*) Lapis pretioſus aureo nitore translucens. Dicitur à χρυσός, aurum, & λίθος lapis. Plin. lib. 37, c. 9: *Bocchus dicit Chryſtallum ad libramentum aqvæ puteis defoſſis inde rutam*: (ita legit Dalecampius. Sed Alvarus de inſtitutione Grammat. legit, *Chryſtallum erutam*) *& Chryſolithon 12 pondo à ſe viſam.* *d Sapphirus*) Gemma coloris aërei, aureîs punctîs collucens. Plin. lib. 37. c. 9: *Sapphirus enim & aureîs punctîs collucet. Cæruleæ & Sapphiri, raróq; cum purpura. Optimæ apud Medos, nunqvam tamen perlucidæ.* Hieronimus in caput 14. Eſaiæ Maſculino genere utitur: *Sapphirus*, inqvit, *qvi ponitur in fundamentis, cæli habet ſimilitudinem*, &c. Ebræis dicitur סַפִּיר Sapir, Exod. 24. v. 10. Ex hoc autem Ebræo, Græcorum σάπφειρος, & Latinorum *Sapphirus*, evidenti etymologiâ deduci poſſunt. *e Biblus*) Juncum ſignificat, item Ægypti arborem, qvæ & *papyrus*, cujus cortice ad chartas, ligno autem ad navigia utebantur. Lucan. lib. 3: *Nondum flumineas Memphis contexere biblos Noverat* —. Qvia verò ex *biblo* etiam chartæ in uſus librarios fieri ſolebant: idcirco βίβλος *liber* dici cœpit. Martinio in Etymologico latinâ terminatione dicere placet *biblus*: & Schmidius in Hyp. Gr. p. 102. n. 6. ait etiam per y ſcribi *byblus*. Sed Theſaurus Lingvæ Latinæ Stephani & Calepinus græcâ terminatione ſcribere malunt *biblos*: qvæ ſcriptura etiam Dalecampio in Plinij lib. 13, c. 11. arridet. *f Coſtus*) Frutex eſt exiguus in Arabia, India & Syria naſcens, radicem ferens eximij odoris, qvam non ſecus ac thus dijs ſuis adolebat idololatrica antiqvitas. Plin. lib. 21. c. 12: *Mulſum tamen ex eo inveteratum, innocuum eſſe conſtat: & fœminarum cutem nullo melius emendari cum coſto, ſugillatâ cum aloë.* Luc. lib. 9: *Et tamarix non læta comis, Eoáq; coſtus.* *g Hyſſopus*) Frutex parvus vulgaris notitiæ, Græcis ἡ ὕσσωπος & Ebræis אֵזוֹב edſobh dictus. Romanorum teſtimonia ſi heic fortè tibi ex voto mox non ſuppetant, qvibûs Fœmininum hujus voculæ genus tueri poſſis? ſuffecerit

Athe-

Athenienſiũ autoritate tantiſper ſtetiſſe, donec certa Latinorum teſtimoniorũ facultas detur. *b Myrtus* Arbor baccas ſaporis præcipui producens, ex qvibus vinum fit, qvod *Myrtiten* vocant. Virg. 1 Georg: — *Cingens maternâ tempora myrtô.* Idem in Culice: *Et violûm omne genus hic eſt & Parthica myrtus.* Sic Scaliger legit, pro Spartica. Nam à Sparta dicendum eſſet *ſpartana.* *i Papyrus*) Arbuſcula eſt ſive frutex præcipuè in Ægypti paluſtribus naſcens: ex qvo præparabantur chartæ acu diviſæ in pertenues & latas philuras, qvæ ab hujus fruticis appellatione, *papyri* nomen acceperunt. Hodie verò ex contritis lineis conficitur, vetúſqve nomen ad rem novam ejuſdem uſus accommodatum retinetur. Lucan: *Conſeritur bibulâ Memphitis cymba papyrô.* Plin. lib. 24. c. 11: *Cognata in Ægypto res eſt harundini papyrus &c. Charta qvæ fit ex ea, cremata inter cauſtica eſt.* *k Ficus*) Martial: *Cùm dixi ficus, rides qvaſi barbara verba, Et dici ficos Cæciliane jubes. Dicemus ficus, qvas ſcimus in arbore naſci, Dicemus ficos Cæciliane tuos.* Notandum eſt 1. qvòd qvædam *Gemmarum, herbarum & fruticum* nomina Maſculina maneant: *Beryllus, Opalus, Smaragdus. Amaracus, Crocus, intybus. ſic narciſſus, hyacinthus, pampinus.* Exemplîs res fiet manifeſtior. *l Beryllus*] Plin. l. 37, c. 5: *Eandem multis naturam aut certè ſimilem habere berylli videntur, in India originem habentes, rarò alibi reperti* &c. *probatiſſimi ſunt ex ijs qvi viriditatem puri maris imitantur.* *Opalus*] Plin. 37. c. 6: *Minimùm, ijdémq; plurimùm ab ijs differunt opali, Smaragdis tantùm cedentes. India ſola & horum eſt mater.* *Smaragdus*] Plinius ibidem c. 5: *Smaragdi ſoli gemmarum contuitu oculos implent nec ſatiant.* *Amaracus*] Virg. 1. Æn: — *Ubi mollis amaracus illum Floribus & dulci aſpirans complectitur umbra.* In qvem locum ita commentatur Taubmannus: *Amaracus puer regius ungventarius fuit, inq; herbam ſui nominis mutatus eſt. Ita ut hôc locô puer puerum complecti videatur.* Hæc ille. Qvæ Taubmanniana explicatio nonnullis Maſculinum hujus vocis genus aſtruere videtur. Per amaracum enim puer regius, Amaracus dictus, καθ' ὑπόνοιαν deſignatur.

Digitized by Google

Græci etiam Maſculino genere ὁ ἀμάρακος dicunt: qvò genere uſus eſt Theophraſtus. Medicis autem Fœmininum eſt. Fuchſius in hiſtoria plantarum cap. 259: *Duplex Græcis Amaracus eſt: Una qvæ Dioſcoridi aliô nomine Parthenium dicitur: altera, de quâ hic agimus, odorata, qvam Sampſuchon Græci privatim nominant.* *Crocus*) Ovid 4. Metam: *Et crocon in parvos verſum cum Smilace flores.* *Intubus*) Plin. lib. 19. c. 8: *Intubi caule non minus grati.* *Narciſſus*) Virg. Ecl. 5: *Pro molli viola, pro purpureo narciſſo, Carduus & ſpinis ſurgit paliurus acutis.* *Hyacinthus*) Virg. lib. 4. Georg: *Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacinthos.* Columel. l. 10. de cultu hortorum carm. 100. pag. 374. Edit. Gryphianæ Lugd. 1535: *Nec non vel niveos, vel cæruleos hyacinthos.* *Pampinus*) Colum. lib. 3. cap. 18: *Ex qvibus pampini pullulant vel ſteriles, vel minùs feraces, qvos ruſtici vocant racemarios.* Plinius Prooem. lib. 23: *Pampini triti & impoſiti tumorem omnem ſiccant.* Et cap. 1, ejuſdem libri: *Pampinos qvoqve eis edendos cenſent.* 2. Obſervandum eſt, qvòd qvædam *gemmarum & fruticum* nomina etiam in UM deſinant: ut, *Cryſtallum, coſtum, papyrum, amaracum, intubum, crocum, hyſſopum.* Qvod dum dicimus, à Latinorum procerum ſenatuſconſulto ne latum qvidem pilum diſcedimus. Ex qvorum ore hæc teſtimonia audi. Claudianus Epigr. 24: *Lubrica cryſtalla dixit.* Horat. lib. 3. Car. Ode 1: *Vitis Achæmeniumq; coſtum.* *Achæmenius* i. e. Perſicus. Nomen inditum eſt ab *Achæmene* rege; ut Propertius dicit *Achæmenias ſagittas*, lib. 2. Eleg. 10, à qvo, ſicut Plato docet in Alcibiade α, reges Perſarum traxerunt originem, ut notat Gualt. Chabotius ad illam oden Horatianam. *Papyrum* habet Plinius lib. 13, c. 11: *Papyrum ergo naſcitur in paluſtribus Ægypti, aut qvieſcentibus Nili aqvis.* *Amaracum* extat apud eundem Plin. lib. 12, cap. 11: *Amaracum Diocles medicus & Sicula gens appellavêre, qvod Ægyptus & Syria Sampſucum.* *Intubum* eſt in eodem Plin. lib. 19. c. 8: *Eſt & erraticum intubum, qvod in Ægypto Cichorium vocant.* Intyba leges apud Columellam per y, de cultu hortorum l. 10, carm. 111: [illegible]

tor-

torpenti grata palato Intyba —. *Crocum* Plinius uſurpat l. 21, c. 6: *Crocum ſylveſtre optimum: ſerere in Italia minimè expedit, ad ſcrupula uſqve ſingula areis decoqventibus.* *Hyſſopum* (deniqve leges in eodem lib. 25, c. 11: *Hyſſopum in oleo contritum phthiriaſi reſiſtit, & prurigini in capite.*

Neutra ſunt *pelagus* [*a*] & *virus* indeclinabile; nec non antiqvum *ſecus* [*b*] pro *ſexus*. *Vulgus* [*c*] eſt Maſculinum & Neutrum.

*a* De voce *Pelagus* hæc ex Alvaro habe: Illud (inqvit) Valerii Flacc. lib. 1. — *Pelagum qvantos aperimus in uſus*: aut priſcum eſt, aut *pelagus*, qvod veriſimilius eſt, à Poëta ſcriptum fuit, pag. 170. *b* *Secus*] Nonnulli non ignobiles hujus ævi Grammatici, familiæ horum Neutrorum in US, aſcribunt *ſecus* pro *ſexus*. Et ſententiam ſuam confirmant Plautinô teſtimoniô petitô è Rud. act. 1. ſc. 2: *Virile* (inqvit Plautus) *ſecus nunqvam habui*: pro *virilem ſexum*. Qvem locùm Plautinum ita legit Gryphiana Editio aliàs expreſſiùs citata: *Virile ſexus nunqvam habui*. Modernorum ſententiæ ſuum calculum haut invitus adjicit Varro lib. 6. ajens: *Secus pro ſexus, neutrius Generis & unius caſus.* Convenienter ſatis Romanorum Latinitatis procerum placitis loqvitur Varro, dum docet *ſecus Neutrius Generis* eſſe: at verò qvando *unum* tantum præſignatæ voculæ *caſum* tribuit, reliqvos ſibi conſentientes vix habebit. Id qvod ex additis exemplis luculenter patebit. Salluſt. 2. Hiſt: *At Metellus in ulteriorem Hiſpaniam poſt annum regreſſus, magnâ gloriâ concurrentium undiqve, virile & muliebre ſecus per vias & tecta omnium viſebantur.* Agel. lib. 3: *Qvod ejus virile ſecus futurum eſt.* Auſonius: *Veſta, Ceres & Juno, ſecus muliebre ſorores.* Arnob. l. 5: *In qvo ſecus virile non ſolùm homines ponunt.* Ammianus lib. 16: *Egreſſi promiſcuè virile & muliebre ſecus.* Siſenna autem lib. 4. Hiſtor. maluit *ſexus*, inqviens: *Tum in muro virile ac muliebre ſexus populi multitudine omni collocata.* Confer, ſi vacat, Popmam, de uſu antiqvæ locutionis, Alv. pag. Gram. 170. Taubmanni Comment. Plautinum

tinum ad act. 1. ſcen. 2. Rudent. *c* *Vulgus*] In Accuſativo Maſculino *vulgum* dixére Salluſtius, Curtius, Virgilius, Horatius. Curtius lib. 8: *Orta ſeditio in diverſa conſilia deduxerat vulgum.* Salluſtius in Jugurth: *Alij vulgum effuſum oppidô cedere, alij ad portas feſtinare.* Virg. 2. Æn: *Spargere voces in vulgum.* Horat. 2. Serm. Sat. 3: — *Huic ego vulgum Errori ſimilem cunctum inſanire docebo.* Obiter etiam nota, Varronem 9. Hebdomadon ablat. *Vulgu* dixiſſe: *A vulgu condemnaretur.* qvaſi à Nom. *Vulgus.* Genitivo *Vulgus.* Qvanqvam qvidam moneant antiqvum Nominativum eſſe *Vulgu.*

Communia ſunt: *Atomus* [*a*,] *balanus* [*b*,] *barbitus* [*c*,] *Phaſelus* [*d*,] *ſpecus* [*e*,] *groſſus* [*f*] pro ficu immatura: nam pro moneta Maſculinum eſt.

*Colus* [*g*,] *penus* [*h*] & *carbaſus* [*i*] ſæpius Fœminina ſunt.

*a* Hìc etiam ad Romanam Latinitatis curiam appellamus. Et mox prodit ipſe Conſul Cicero qvi *fœmininum* vocis *atomus* genus paſſim in ſuis ſcriptis ratum habet. 1. Finib. ait: *ille atomos, qvas appellat.* Ibidem: *Nunqvam foret ut atomus altera alteram poſſit attingere.* Ibidem qvàm ſæpiſſimè. Seneca verò lib. 7. Natur. Qvæſt. *Maſculino* uſus eſt. *Nam ſi illi*, inqvit, *credimus, ſumma cœli ora ſolidiſſima eſt, in modum recti durata, & alti craſſiq; corporis, qvod atomi congeſti coacervatiq; fecerunt.* Lact. lib. de Ira Dei, cap 10: *Deniqve Lucretius qvaſi oblitus atomorum, qvos aſſerebat.* *b* *Balanus*] Plin. lib. 15, c. 23: *Ideo apud Græcos Sardianos balanos appellant.* Horat. lib. 3. Carm. Ode 29: *Preſſa tuis balanus capillis.* *c* *Barbitus*] Apud Græcos Fœmininum eſt. Strab. lib. 10: ἡ καὶ βάρβιτος, &c. Unde Ovid: *Nec facit ad lacrimas barbitos ulla meas.* Horat. lib. 1. Carm. Ode 32. Maſculino uſus eſt: — *age dic Latinum Barbite carmen, Leſbio primum modulate civi.* *d* *Phaſelus*] Stat. 3. Sylv: *Qvaqve ſecuturam religent poſt terga Phaſelon.* Idem Sylv. lib. 5: *Invaſitq; vias in eodem anguſta phaſelus*

Æqvo-

*Æqvore.* Ovid. 1. de Pont: *Vos eſtis fracta tellus non dura phaſelo.* Martial. lib. 11: *Pictum phaſelon.* Catullus Maſculinô genere dixit: *Phaſelus ille qvem videtis hoſpites.* Et Auſonius in Moſella: — *& picti roſtra phaſeli.* Cic. ad Attic. lib. 4: *Phaſelum epicôpum conſcendes.* *e Specus*] *Specus Qvartæ* Declinationis; nam *Secundæ* nondum invenimus. Liv. 1. ab Urb: *ex infimo ſpecu.* Ibid: *ex opaco ſpecu.* Sil. lib. 6: *Tabificam ſpirat ſaniem ſpecus ultima.* — Gell. lib. 6: *Specum qvandam nactus remotam. Specus Tertiæ* Declinationis Neutrum eſt. Virg. lib. 7: *Hic ſpecus horrendum.* Sil. lib. 3: *Inviſum cælo ſpecus.* *f Groſſus*] Celſus lib. 5: *Groſſi in aqva cocti.* Plin. lib. 5, c. 18: *Deprehenſáſq; in his hyeme groſſus.* *g Colus*] In Maſculino etiam reperies apud Catullum & Propertium. *Ille* in Argon: *Læva colum molli lanâ retinebat amictum.* *Hic* lib. 4, Eleg. 10: *Idem ego Sidoniâ feci ſervilia Pallâ Officia, & Lydo pênſa diurna colo.* *h Penus*] *Penus Qvartæ*; nec dum enim in ſecunda à nobis lectum eſt. Ulpianus lib. 33, Pand. titul. *de penu legatâ: Qvintus Mutius ſcribit* lib. 2. *Juris, penu legatâ contineri, qvæ potui eſuiq; ſunt.* Sic eôdem titul. Paulus & Scævola. Apud veteres etiam Maſculinum fuit. Plaut. Perſa: *Nam niſi penus annuus hodiè convenerit*, &c. *Penus penoris* Neutrum eſt. Idem Ulp. in eodem: *Ligna & carbones, & cætera per qvæ penus conficeretur, an penore legatô contineantur, qværitur.* Horat. lib. 1. Epiſt: *Annonæ proſit portat frumenta penúſq;.* Dicitur & hoc *penum.* Terent. Eun: *Patris à te penum omne congerebam clanculum.* *i Carbaſus*] Fœmininum eſt in numero ſingulari. Propert. lib. 4: *Exhibuit vivos, carbaſus alba focos.* Valer. Max. lib. 1, de Æmylia virgine veſtali: *Qvum carbaſum, qvam optimam habebat, foculo impoſuiſſet, ſubitò ignis emicuit.* Sic enim habent correcti libri, non *qvem*, ut qvidam legunt. Numero Plurali Neutrum eſt.

## In US Tertiæ declinationis, qvæ U ſer-



Digitized by Google

vant in Genitivo, ſunt Fœminina: ut, *palus, ſalus, tellus.*

## Excipe.

Monoſyllaba in US tertiæ ſunt Neutra: ut, *crus, pus, jus, plus, thus* [*a*,] *rus*. *Mus* eſt Maſculinum. *Grus* [*b*] Fœmininum eſt freqventiùs.

*a* De ſcriptione τοῦ *thus* ambigitur. *Julius Modeſtus* qvidem ἀπὸ τοῦ θύειν deducit, & ſcribit *thus*. Sed contrà alij. *Lipſius* ſine aſpiratione ſcribi maluit, ſubnixus autoritate *Chariſij*, qvi à *tundendo* derivat, nec non teſtimonio veterum librorum. *Iſidorus* lib. 13. c. 8. ait: *tus* ſine aſpiratione à tundendo dicitur, qvia dum gummi guttæ ex arbore cadunt, in glebis miſcentur: dum verò glebæ in pulverem rediguntur, *tus* carpitur, & virgulîs tunditur, & ſic inde manibûs tollitur. Conſentit Scal. lib. 1. de plantis. *b Grus*] Horatio etiam Maſculinum eſt 2. Serm. Sat. 8: — *deinde ſeqvuti Mazonomo pueri magnô diſcerpta ferentes Membra gruis ſparſi ſale multo, non ſine farre*, &c.

In US Tertiæ declinationis, quæ U mutant in Genitivo, ſunt Neutra: ut, *pectus pectoris.*

## Excipe.

*Lepus Leporis* Maſculinum eſt; ut & à ποῦς compoſita: *videlicet apus, tripus, polypus, chytropus*: præter *lagōpus* †, qvod tum pro ave, tum pro herba Fœmininum eſt.

† Mart. lib. 7: *Si meus auritâ gaudet Lagopode Flaccus*. Plin. lib. 10, c. 48. de *Lagopode* ave: *Non extra terram naſci facilè, qvando nec viva manſveſcit: & corpus occiſi ſtatim*

Digitized by Google

*ſtatim marceſcit.* Idem lib. 26, c. 8. de *Lagopode* herba: *Lagopus ſiſtit alvum, è vino pota.*

## Y S

In YS Græca ſunt, & Fœminina; ut, *chlamys, chelys, erinnys.*

## A U S

In AUS duo ſunt eáq; Fœminina: ut, *laus, fraus.*

## S præcedente conſonâ.

Qvæ in BS, MS, PS, LS, NS, RS deſinunt, Fœminina ſunt: ut, *trabs, ſcobs* [*a*,] *hyems, forceps* [*b*,] *ſtirps* [*c*,] *puls, frons frondis, frons frontis* [*d*,] *ars.*

*a* *Scobs* etiam Maſculinum vetuſtiſſimis fuit, teſte Phocâ. Sed poſteriores Latini Fœmininum retinuerunt. Plin. lib. 34, c. 18: *Alij elimatam ſcobem in fictili crudo coqvunt in caminis, donec percoqvatur figlinum.* Apud Colum. extat etiam Nominativus *Scobis*, lib. 4, c. 29: *Scobis nunqvam ſic eximebatur, ut non inhæreret ſemmini.* Et 7, c. 10: *Nauſeantibus qvoqve ſalutaris habetur eburnea ſcobis ſale frictô.* *b* *Forceps*] In Fœminino tantùm invenitur: licèt Priſcianus ad dubium retulerit. Ovid. 12. Metam: —— *qvod forcipe curva cum faber eduxit.* — Perſ. Sat. 4: — *labefactent forcipe aduncâ.* *c* *Stirps*] Cùm de hominibus dicitur ſemper eſt Fœmininum. Ovid. 2. Metam: *Semifer interea divinæ ſtirpis alumno Lætus erat, miſtóq; oneri gaudebat honore.* Virgil: *Séq; ortum antiqvâ Teucrorum à ſtirpe volebat.* & paſſim alibi in Virgilio ſtirps pro ſobole in Fœminino occurrit. At verò cùm de planta, arbore ſeu trunco arboris dicitur, Commune eſt, ut infrà docebitur ſuô locô. *d* *Frons, frontis*] Maſculinô genere proferebatur antiqvis, ut docet Gell. lib. 15,

 c. 9.

Digitized by Google

c. 9. Qvod ut probet, initio citat Cæcilium, cujus hæc ſunt verba: *Nam ij ſunt inimici peſſimi fronte hilarô.* Deinde allegat M. Catonem in qvintâ Originum: *Poſtridie*, inqvit Cato, *ſignis collatis, æqvo fronte, peditatu, eqvitibus, atq; alijs cum hoſtium legionibus pugnavit.* Idem Cato in eodem libro, *recto fronte* dixit, referente Gelliô.

## Excipe.

### Maſculina ſunt:

*Mons, pons, fons* [a,] *dens, torrens, tridens* [b,] *manceps, rudens* [c,] *hydrops, calybs, merops, ſeps* [d] *bidens* (pro ſarculo; nam pro ove Fœmininum eſt) *gryps, cyclops* [e,] *confluens, profluens, oriens, occidens* ſubſtantivè uſurpata, *nefrens, libripens, triens & cætera aſſis partes.*

a *Fons*] Pro *cratera*, eſt etiam Fœmininum. Plaut. Stich. 5, 4: *Tibi propino decumâ fonte: tibi tute inde, ſi ſapis. Bene nos, bene vos, benè te, benè me, benè noſtrum etiam Stephanium*, &c. In qvem Plautinum locum ita Douza: Hanc lectionem pro corrupto ducit Lipſius, reſtituendam hôc modô: *Tibi propino decem: affunde tu tibi indè, ſi ſapis.* Sed enim optimè ſententia conſtatura ſibi, ſiqvidē Scauri Grammatici auctoritatem ſeqventes, *fontem*, fœmininum eſſe poſitione dicamus, qvoties *craterem* ſignificat: *decumam* autem, *decumanā* i. e. grandem ac capacē intelligamus. Igitur porrò *inde*, illud imperativi modi fuerit, ſignificans *infunde, miſce.* Sic idem alibi: *ſi vini guttam indidi in os* &c. Sic ergò *decumanâ fonte*, erit, *decumanô cratere.* Lambiniana hujus loci correctio nauci non eſt. Hactenus Douza. Videſis plura in Comm. Taubmanniano hujus citati actus. b *Tridens*) *Tridens* & *Bidens* ſunt Maſculina, qvia intelligitur ligo. c *Rudens*] Eſt major ſive craſſior funis nauticus, à malo ad puppim religatus. Nonius: *Rudentes eâ causâ ſapientiſſimi dictos volunt, qvòd funes, qvum vento verberantur, rudere exiſtimentur, atqve hunc ſonum proprium funium, non aſinorum putant.*

Virg.

Digitized by Google

Virg. 1. Æn. carm. 86: *Inſeqvitur clamórq; virúm, ſtridórq; rudentum.* Idem lib. 3. Æneid: —— *excuſſósq; jubet laxare rudentes.* Sed notandum eſt, qvòd Fœmininum genus etiam in Plauto legatur in Rudent: *Dum hanc tibi rudentem, qvam trahis, complico.* *d* *Seps*] Græcè ὁ σὴψ à σήπω putrefacio. Eſt enim ſerpentis nomen cujus morſu læſa membra putreſcunt. Græcos imitatus Lucanus dixit in Nominativo ſingulari: *Oſſáq; diſſolvens cum corpore tabificus ſeps.* Nec non apud Auſonium in *Recto* leges: *An Lybia ferale malum ſit Romula vox, ſeps.* De *Obliqvis* verò *Latinis* auctores nil certi conſtituunt, evidentiâ fortè exemplorum deſtituti. Si Lucani Interpreti Sulpitio Verulano credere fas ſit, notat is ad citatum verſum è lib. 9. Pharſ. ex Solino Genitivum *ſepis*: *Extuberatos*, inqvit Solinus, *ictus ſepis, ſtatim putredo ſeqvitur;* fol. in Luc. 230. Aſcenſianæ Editionis. *Plinius* verò unum aut alterum *Obliqvorum* exprimit, ſed ita, ut Græcorum ubiq; veſtigia premat. Initiò in Acc. Sing. Græco dixit l. 29. c. 5: *Lacerta, qvam hi ſepa, alij Chalcidicen vocant, in vino pota, morſus ſuos ſanat.* Ibid. c. 6: *illam autem, qvæ non arcuatur, ſepa Græci vocant, alij ſcolopendram* &c. Eâdem plane ratione, qvâ *Nicander* in Theriac. dixit; Σῆπα γαμὴν πεδανοῖσι δομὴν σαυρῃσιν ἀλύξεις. Deinde Acc. pl. Græcum apud eundem Plin. leges l. 23, c. 2: *Profuiſſe fatentur contra ſerpentes, qvas ſepas vocant* &c. veluti Theophraſtus lib. 9. c. 12. dixit τοὺς σῆπας. Confer cap. 5. l. 32. Plinij. *Seps* autem pro ſepimento vix leges. Nam *ſepes* dicitur. *e* *Confluens*] In vocibus, *confluens, profluens,* uti & *torrens* intelligitur *amnis* aut *fluvius*: in *nefrens* intelligitur *porcellus* &c: in *oriens* & *occidens* reſpicitur *ſol.*

Neutra ſunt: *Ens, accidens.* Communia ſunt: *ſtirps* [*a*] pro arbore vel trunco, *ſcrobs* [*b*] qvod & *ſcrobis*, *adeps* [*c*] *ſerpens* [*d.*]

*Animans* [*e*] Omnis eſt generis.

*a* Maſculino genere uſus eſt Virgilius 12. Æneid: *Quum ſemel in ſylvis imo de ſtirpe reciſum.* Ibid. *Sed ſtirpem Teucri nullo diſcrimine ſacrum Suſtulerant*—Idem 2. Georg: *Dentis, & admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.* Horatius autem Fœmininô delectatus eſt: *Stirpésq; raptas, & pecus, & domus.* Huic ſuffragatur Columella lib. 2. de re ruſtica ſub finem 2. capitis Edit. Gryph. 1535: *Nec minus dolabrâ, qvàm vomere bubulcus utatur, & præfractus ſtirpes, ſummásq; radices qvibus ager arbuſto conſitus implicatur, omnes refodiat & perſeqvatur.* Idem lib. 3. ſub initium capitis 5: *Depoſitæ ſtirpes valido ſolo.* *b* *Scrobs*] Colum. lib. 4. cap. 1: *Profundos ſcrobes.* Ibid. *Contenti bipedaneâ ſcrobe*, & cap. 14: *Ex alto ſcrobe.* Plin. lib. 9. c. 51: *ſcrobe effosâ.* *c* *Adeps*] Plin. lib. 28, c. 9. ſæpenumerò Maſculino utitur; *Adipis ſuilli*, &c. Celſus Fœminino lib. 4, c. 24: *Adipis ſuillæ tantundem*; & lib. 5, c. 18: *Anſerinæ adipis.* Colum. lib. 7, c. 12: *Suillæ adipi.* *d* *Serpens*] Multò freqventius eſt Fœmininum, qvàm Maſculinum apud Oratores. Cic. 2 de Nat. Deor: *Serpentes qvædam ortæ extra aqvam, ſimulac niti poſſunt, aqvam perſeqvuntur.* Plin. lib. 8, c. 14: *Expugnata ſerpens centum viginti pedum.* Ibidem: *Nec pedibus tantùm cavendas eſſe ſerpentes.* Et lib. 11. c. 47: *Viſæ jam etiam ſerpentes anſerinis pedibus*; lib. 28, c. 2: *Serpentes ipſas incantari.* Sic Livius, Columella, &c. Apud Poëtas freqventer Maſculinum eſt: invenitur & apud Plin. non rarò, lib. 6, c. 27: *Infeſtatur à ſerpentibus, qvos flumina deportant* Lib. 29, c. 4: *Baſiliſci, qvem etiam ſerpentes ipſi fugiunt.* Lib. 8, cap. 23: *Qvod ad ſerpentes attinet, vulgatum eſt, colorem pleroſqve terræ habere, qvâ occultentur.* *e* *Animans*] Alvarus pag. 179. de genere hujus vocis ita ſentit: *Animans* ferè Fœmininum eſt. Cic. 1 de Leg: *Nam cum cæteras animantes abjeciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit.* Horat. 2 Serm. virili genere eſt uſus: — *Sed hic ſtylus haud petet ultro, Qvenqvam animantem.* Item Cic. de Univerſ: *A qvo enim animante omnes reliqvos contineri vellet animantes.* *Animantia* numerò Plurali genere Neutrô ſæpe apud Plinium invenies lib. 2, c. 63: *Peſtifera enim animantia.*

*tia.* & lib. 7. Proœm: *Deniq; cætera animantia in ſuo genere probè degant.*

## X

In X Fœminina ſunt: ut, *fornax*, *thomex* †, *nix*, *pix*, *vox*, *lux*, *falx*, *lanx*, *arx*.

† De *thomex* doctè more ſuô diſſerit Alv. pag. 171, 172: Pauſan. in Phoc. ὁ ἀνὴρ οὗτος συνάγει τοῦ Ὄκνου τὴν θώμιγγα, id eſt, homo hic contorqvet Ocni funiculum. Hinc arbitror *thomix* ſive *tomex*, ut pleriqve ſcribunt, natum, qvo vocabulo utitur Vitruvius lib. 7, c. 3. *tomice* Ablativô caſu. & Plin. lib. 17, cap. 10: *Sic & ſpinas ſepis cauſa ſerunt, tomice moris ſpinarum circumdito.* Et Colum. lib. 12, c. 32: *Deinde faſciculos facito, & tomice palmeâ, aut junceâ ligato.* Pallad. lib. 1, c. 13: *Tunc eos catenis ligneis ex junipero, aut oliva aut buxo, aut cupreſſo factis ad contignationem ſuſpendemus, & binas inter eos perticas dirigemus tomicibus alligatas.* Hinc apertiſſimè intelligitur non eſſe nomen τομικὴ *tomice*, ut qvædam lexica ex loco Vitruvij docent. nam apud Vitruvium Ablativus *tomice* eſt à *tomex*, vel potiùs *thomice* à *thomex*. Eſt autem *thomex* reſtis leviter torta, è cannabi impoſito & ſparto.

## Excipe.

1. Hæc in AX Maſculina ſunt: *Thorax*, *Arctophylax* [a,] *cordax* [b,] *harpáxq;* *coláxq;* [c,]
*Atqve ſtyrax* [d,] *anthrax* [e] & *dropax* [f,] *nycticoráxq;* [g.]

a *Arctophylax*] Græcanica vox eſt, & componitur ab ἄρκτος i.e. urſa, & φυλάττω i.e. cuſtodio, qvaſi dicas *Urſæ cuſtodem.* Sydus enim eſt juxta majorem Urſam, qvod inſtar cuſtodis cujuſdam Urſæ adhibitum à tergo eam ſubſeqvitur. Conſimili planè ratione *Bootes* appellatur, qvòd more bu-



Digitized by Google

bubulci plauſtrum ſeqvatur. ruſtici enim ſeptentriones *plauſtra* vocant. Cic. 2. de Nat. Deor: *Arctophylax vulgò qvi dicitur eſſe Bootes, Qvòd qvaſi temone adjunctam præ ſe qvatit arctum.* Ovid. 3. Faſt: *Sive eſt arctophylax, ſive eſt piger ille Bootes.* b *Cordax, harpáxq;*) Hæc qvidem duo affirmantur à Lexicographis eſſe generis Maſculini, ſed exempla non addunt è probatis autoribus, qvibûs id probent. Eſt autem *cordax* pes ſive menſura metrica, vulgò *Trochæus* dictus. Cic. in Orat: *Trochæus, qvi eſt eôdem ſpatiô, qvô Choræus, Cordax ab Ariſtotele appellatur.* De ſignificatione τοῦ *harpax* ſuprà p. 68, lege. c *Colax*) Latinis aſſentator exponitur, ſic dictus, à κολακεύειν i. e. aſſentando. Eſt etjam nomen Paraſiti apud Terentium. d *Styrax*) Ut Cyrillus & Ammonius putant, Fœmininum eſt, cùm thymiama odoremq; ſignificat: ſed apud Ariſtotelem lib. 4. de hiſt. animal. cap. 8. Maſculinum eſt: μάλιςα δὲ φεύγουσι θυμιωμένου τοῦ ςύρακος. Item Dioſcorid. lib. 1. cap. 80. Plin. lib. 24, cap. 6. de *ſtyrace* loqvens: *Placet*, inqvit, *præter illa, qvæ diximus, maximè pingvis, purus.* Qvidam *ſtoracis* nomen tanqvam barbarum officinis relinqvunt, cùm tamen idem Plin. lib. 26, c. 8 eo utatur: *Furfures cutis*, inqvit, *& manantia ulcera ſale additô ſanat: tuſſim veterem eum ſtorace ſumptum.* Solin. cap. 46. de thuris arbore loqvens: *Arabes*, inqvit, *ſarmentis ejus ignes fovent, qvorum fumo ſatis noxio, niſi odore cremati ſtoracis occurrant, plerumqve inſanabiles morbos contrahunt.* Et Terentianus: *Storax* dicitur, qvem Donatus ait ab odore appellatum fuiſſe. Eſt autem *Styrax* arbor cotoneæ malo ſimilis, fructu majore qvàm avellana, ſpecie candidi pruni: cujus lacrima etiam *ſtyrax* dicitur. Plin. lib. 12. c. 17: *Ex Syria revehunt ſtyracem, acri odore ejus, in focis abigentes ſuorum faſtidium.* Virg. in Cyr: *Non ſtyrace Idæo flagrantes picta capillos.* e *Anthrax*) Latinè *carbo.* Eſt 1. *anthrax* gemmæ nomen precioſiſſimæ, rubræ & translucidæ, ita dictæ ab igniti carbonis ſimilitudine: unde & à Latinis *carbunculus* dicitur. 2. Hôc nomi-

nomine Medici vocant ulceris genus, (teſte Galenò lib. 6. de compoſit. medic. ſecundum genera) celeriter cruſtam faciens, cum vehementi totius circumſtantis particulæ inflammatione. Græci Maſculino genere dicunt ὁ ἄνθραξ. Idem Genus *anthrax* apud Latinos participat. *f Dropax*) Ungventi genus pilis è corpore èvellendis apprimè deſerviens, ut corpus glabrum reddatur. Martial. lib. 3: *Pſilothro faciémq; lavas & dropace calvam.* *g Nycticorax*) Exponitur vulgò corvus nocturnus. Gloſ. Cyril. *alicus, bubo.* ubi tamen alij malunt legere, *ales bubo.* Græcis ὁ νυκτικόραξ. Obſervandum eſt, qvòd *Abax* Græcis ſcriptoribus *Maſculinum* habeatur. Athen. lib. 10: κυβεύοντος δέ ποτε αὐτοῦ, καὶ τινος ἀγγείλαντος ὡς Ἀντίπατρος πάρεστι, διαπορήσας ὤσιν ἐπὶ τὴν κλίνην τὸν ἄβακα. Ammonius: ἄβαξ, ἐφ' οὗ τὰ πράγματα παρατίθεασι. Sed JurisConſultis eſt *Fœmininum.* Jabolenus lib. 32 Digeſt. de Legatis & fidei commiſſis 111: *Cui Corinthia vaſa legata eſſent, huic abaces qvoqve eorum vaſorum collocandorum cauſa paratas deberi &c.* Eſt autem *Abax* ſive *abacus*, 1. menſa ſive tabula, in qva aliqvid reſervatur & reponitur. 2. Eſt menſæ genus ex opere inteſtino ad exponenda omnis generis vaſa factum, ſive ad uſum, ſive ad ornatum. Juvenal. Sat. 3: *Lectus erat Codro, Procula minor, urceoli ſex, Ornamentum abaci: nec non & parvulus infra Cantharus* —. 3. Eſt tabula calculatoria in qva Mathematici numeros, lineas aut qvaſvis figuras ducunt, qvæ *Pythagorica Menſa* veteribus dicta eſt. Perſius Sat. 1: *Ne qvi abaci numeros, & ſecto in pulvere metas ſcit riſiſſe vafer* —. 4. Eſt tabula ſive alveus aleatorius, Macrob. lib. 1. Sat. cap. 5. 5. Eſt tabula qvadrata & ornamentum columnarum, qvæ epiſtylijs ſupponuntur, Vitruv. l. 13, c. 1. 6. Eſt planicies in podijs è marmore vel ſtructura facta ad ſeſſum habilis. Vid. Plin. l. 33, c. 12. *Myſtax*, barba ſuperioris labri infra nares, Græcis Maſculinū eſt. Plutharcus in Agide dicit Lacedæmoniorum legibus ſancitum eſſe κείρεσθαι τὸν μύστακα. Dicitur & Græcis μάσταξ.

2. Hæc

2. Hæc in EX Maſculina ſunt: *Vertex & vervex caudéxq; frutéxq; ſenéxq;.*

*Et remex, ramex [a,] codex cum murice ſorex,*
*Grex, pulex, pollex & apex, cum cimice podex,*
*Index & Judex ſi ſubſtantiva leguntur,*
*Vindex atqve latex, vortex his junge ruméxq; [b.]*

a *Ramex*] Genus herniæ. Plaut. Mercat. act. 1. ſc. 2: *Tuâ causâ rupi ramices, jandudum ſputo ſangvinem.* Idem in Pœnulo: *Tuâ causâ nemo noſtrum eſt ſuos rupturus ramices.* In priorem locum adductum è Mercatore, Taubmannus ita commentatur: Ramex, Plauto eſt, qvæ Martiali hernia; vitium ſcroti & tunicarum, qvæ ingvina attingunt &c. Jac. Dalecamp. ad Plin. lib. 20. 13: Ramices, ait pulmonis venas à Plauto dici, qvod à Nonio habet. Hieron. Mercurialis lib. 1, 20: Scio, inqvit, qvid alij hìc dicant. Ego verò & omnes docti negant, ſputum ſangvinis ſcrotum ſeqvi diruptum. Proinde ramices hôc locô explicô *venas pectoris latas:* qvas fortaſſe ſic nominat, qvòd populari ac ruſticô vocabulô qvæqve venæ amplæ, ut varices nuncupatæ, etiam *ramices* vocarentur. Vide Hippocr. ſeu Polybium lib. 1. de morbis &c. b *Rumex*] Virg: *Fœcundúsq; rumex, malvæ, violæq; virebant.* Plaut. in Pſeud. act. 3. ſc. 2: *Apponunt rumicem, braſsicam, betam, blitum.* Eſt autem *rumex* 1. lapathi ſylveſtris genus. Plin. lib. 19, c. 12: *Solùm verò ex omnibus lapathum ſylveſtre melius. hoc in ſativis rumex vocatur, naſcitúrq; fortiſſimum.* 2. Eſt teli genus ſimile ſpari Gallici, cujus meminit Lucilius: *Tum ſpara tum rumices portantur tragula porrò.*

3. Hæc in IX Maſculina ſunt: *Urpix [a] & fornix [b,] Phœnix [c,] ſpadixq; [d] calixq;.*

a *Urpix*] Eſt ruſticum inſtrumentum. Cato cap. 10: *Urpicem unum, crates ſtercoreas qvatuor.* b *Fornix*) Arcus in ædificijs & qvodcunqve opus concameratum. Virg. 10 Æneid: *Aut amnis ripis, aut altifornice ſaxi.* 2. Eſt lupanar, eo qvòd meretrices olim ſub hujuſmodi *fornicibus* habi-

habitare conſveverint. Juven. Sat. 3: *Lenonum pueri qvocunqve in fornice nati.* 3. Eſt arcus triumphalis. Cic. 4. in Verr: *Hujus fornix in foro Syracuſis eſt, in qvo nudus filius ſtat.* c *Phœnix*) 1. Avis in Arabia, qvam unam in toto orbe eſſe ferunt. Ovid. 2. Amor. Eleg. 6: *Et vivax Phœnix unica ſemper avis.* Vide Plin. lib. 10, c. 2. 2. Eſt Theſſaliæ fluvius, cujus meminit Plinius lib. 4, cap. 8. 3. Eſt gentile nomen ejus qvæ è Phœnice maritima Syriæ regione oriundus eſt. 4. Arbor inſignis qvam Latini *Palmam* vocant. 5. Eſt nomen Præceptoris Achillis. 6. Inſtrumentum muſicum à Phœnicibus inventum. d *Spadix*) 1 Eſt termes cum fructu avulſus à palma, interprete Gelliô lib. 2. c. 26. 2. Puniceus color. Virg. 3. Georg: *Luxuriátq; toris animoſum pectus: honeſti Spadices glaucíq; color deterrimus albus.*

4. Hæc in OX, UX & YX Maſculina ſunt:

*Bombyx* [a] *atqve calyx* [b,] *tradux* [c,] *volvox* [d,] *ut & eſox* [e,]

*Et coccyx* [f] *& eryx* [g] *& oryx, qveîs adde dioryx.*

a *Bombyx*) Qvando ſcilicet vermiculum notat, eſt *Maſculinum*. Pro veſte autem, ſeu materia bombycina, *Fœmininum* eſt. Plin. lib. 11, c. 23: *Aſſyria bombyce fœminis cedimus.* Si ergo pro materia veſtis talis, fortè in Maſculino inveniretur, Metonymiâ Synecdochicâ ad vermiculum reſpectus fieret. b *Calyx*) Eſt folliculus qvô primùm flos, deinde ſemen herbarum vel fructus arborum cooperitur: ut amygdalæ, nuces, & caſtaneæ habent ſuos calyces. Nomen habet ἀπὸ τοῦ καλύπτειν h. e. à contegendo. Plin. lib. 15. c. 22. de nuce juglande loqvens: *Nec non & honor his natura peculiaris, geminô protectis operimentô, pulvinati primùm calycis; mox lignei putaminis.* Sic l. 15, 23. Suidas generaliorem ſignificationem reſtringit ad novellum roſæ involucrô tectæ florem, docens, qvòd κάλυξ ſit ἄνθος ῥόδου

[illegible]

μεμυκὸς, h. e. ut Heſychius ait, τὸ μὴ ἐκπεταϑὲν i. e. *flos roſæ connivens, nondum expanſus.* Apud Græcos fœmininum eſt. Etenim in *Anthologia* Epigrammatum legitur: ἁπαλὰς λευκοΐων κάλυκας. Vide & Iliad. 6. Homeri. *c* *Tradux*) Traduces ſunt brachia vitium, qvibus vites ex arbore in arbores traductæ ſibi mutuò connectuntur, qvi etjam *rumpi* ab antiqvis dicti ſunt. Varro de re ruſtica cap. 8: *Qvartum pedamentum eſt nativum ejus generis, ubi ex arboribus in arbores traductis vinea fit: qvos traduces qvidam rumpos appellant.* *d* *Volvox*) Vermis teneros vitium pampinos & pubeſcentes uvas erodens, qvi & *convolvolus* & *volucra* dicitur. Plin. lib. 18. c. 28: *Vites circa capita & brachia ungi oportet, ne convolvolus fiat: alij volvocem appellant animal prærodens pubeſcentes uvas.* *e* *Eſox*) Piſcis major, qvem in Rheno eſſe annotat Plinius lib. 9, c. 15: *Sunt & in qvibuſdam amnibus haut minores, ſilurus in Nilo, eſox in Rheno, attilus in Pado, inertiâ pingveſcens &c.* *f* De *coccyx* vide ſup. p. 72. *g* *Eryx*) Eſt 1. Brutæ & Veneris filius, vel ut alijs placet, Neptuni & Veneris. Is occiſus ab Hercule, monti in qvo ſepultus fuit, nomen dedit. Adeóqve 2. Eryx nomen montis eſt in Sicilia. Virgil. 5 Æneid. —— *qvibus acer Eryx in prælia ſvetus.* Ovid. 2 de Art: *Sed Dea non patitur ſic ad ſua gaudia cogi, Colle ſub umbroſo, qvem tenet altus Eryx.* 3. Eſt nomen civitatis in eodem monte ſitæ: in qvo & templum fuit ab eodem *Eryce* extructum & matri Veneri dicatum.

*Atriplex* [*a*] Fœmininum & Neutrum eſt.

Communia ſunt: *perdix* [*b*,] *natrix* [*c*,] *hyſthrix* [*d*,] *limax* [*e*,] *imbrex* [*f*.]

*a* *Atriplex*) Dioſcoridi herba eſt Sylveſtris & hortenſis, frigidæ & humidæ ſubſtantiæ. Macer Fœminino genere uſus eſt: *Atriplicem tritam cum nitro, melle & aceto, dicunt appoſitam callidam ſedare podagram.* Plin. l. 20, c. 20: *Atriplex & ſylveſtre eſt accuſatum à Pythagora tanqvam faceret hydropicos.* *b* *Perdix*) Plin. lib. 10, c. 33, *Illæ qvidem & maritos*

ſuos

Digitized by Google

*ſuos fallunt.* Sed heic de fœminis loqvitur. Maſculinum eſſe probat Nonius ex Varrone dicente, *perdices Bœotios.* c *Natrix*) Apud Lucanum Maſculinum eſt lib. 9: — *& natrix violator aqvæ.* qvod Priſcianus lib. 5. putat figuratè dictum, qvi tamen affirmat in Maſculino etiam reperiri. d *Hyſtrix*) Animal ſic dictum, qvòd ſetîs qvaſi ſuillîs ſit veſtitum, ab ὗς & θρὶξ. Declinatur Genitivus *hyſtbricis* ſervatô h in penultima: vel *hyſtrichis*, rejectô h in ultimam. Plin. lib. 8, c. 35: *Hyſtbrices generat India & Africa, ſpina contectas & herinaceorum genere.* Philippus inter Maſculina numerat, ſed nullos citat claſſicos teſtes. e *Limax*) Plin. lib. 29, c. 6: *Limacis inter duas orbitas inventæ oſciculum.* Colum. lib. 12: *Implicitus concha limax.* f *Imbrex*) Plin. lib. 17, c. 14: *Servariq; inter duos imbrices.* Plaut. Milite: *Qvod meas confregiſti imbrices & tegulas ibi, dum condignam te ſectaris ſimiam.* Sed de voce *Imbrex* plura ſupra p. 69.

*Obex* (*a*) *& varix* (*b*) in Maſculino ſunt uſitatiora.

Sed *cortex* (*c*,) *culex*, *pumex*, *ſilex* (*d*) & *calx* (*e*) Oratoribus ſunt Maſculina, Poëtis Maſculina pariter ac Fœminina.

a *Obex*) Qvod apud priſcos etiam rectô caſu invenitur, qvondam Fœmininum fuit, qvo genere Plinius uſus eſt in Panegyr: *Nulla obices, nulli contumeliarum gradus.* Virg. lib. 10. Æn: *Ecce maris magnâ claudit nos obice pontus.* Plaut. in Mercat: *Tibi deniq; iſte lætitiam pariet obex.* b *Varix*) Hor: *Varice ſucciſô.* Apud Senecam Epiſt. 78 legitur in Fœminino genere: *Dum*, inqvit, *varices exſecandas præberet.* c *Cortex*) Vide ſuprà. d *Silex*) Virg. genere Fœminino dixit l. 8 Æn: *Stabat acuta ſilex præciſis undiq; ſaxis.* It. l. 6: *Qvos ſuper atra ſilex jamjam lapſura —.* Et Eclog. 1: *Hic inter denſas corylos modò namq; gemellos ſpem gregis ac ſilice in nudâ connixa reliqvit.* Juvenalis contrà: *Ne melior pedibus ſilicem qvæ conterit atrũ.* e *Calx*) Cùm partem poſteriorem plantæ, percuſſionéſq; pedum, ac finem ſignificat Maſculinum eſt, Cic. l. Tuſc:

*Vide*

Digitized by Google

*Vide calcem, ad qvem cùm ſit decurſum, nil ſit prætereà extimeſcendum*: ſic enim habent correcti codices, non *qvam*. Perſ. Sat. 6: *inportas rigidos calces extendit.* Virg. 11. Fœminino genere dixit: *Qvadrupedémq; citum ferratâ calce fatigat.* Item Sil. lib. 3: *Et jam ferratâ rapiebat calce volantem, Taurea cornipedem.* Et 17: — *ferratâ calce cruentat cornipedem.*

Contrà: *Lynx* (a,) *ſandyx* (b,) *onyx* (c) pro gemma, *ſardonyx* (d.) Oratoribus ſunt Fœminina; Poëtis Fœminina pariter ac Maſculina.

*a Lynx*) Horat. lib. 2. Carm. Ode 13, dixit, *Timidos agitare lynces.* Plin. lib. 28, c. 8: *Peregrina ſunt & lynces, qva clariſſimè omnium qvadrupedum cernunt.* *b. Sandyx*) Qvod ferè omnes Grammatici & Lexica Maſculinum eſſe docent. Verùm Fœmininum eſſe certum eſt, tam apud Græcos, qvàm apud Latinos. Galenus extremô librô de ſimplicium medicamentorum facultatibus καιόμϑρον δὲ ψιμμίϑιον εἰς τὴν καλȣμϑρὴν σάνδυκα μεταϐαλλον, *adusta ceruſſa in ſandycem qvam vocant, tranſit.* Plin. lib. 15, c. 6: *Pingentes ſandyce ſublita mox ovo inducentes purpuriſſimum fulgorem minij faciunt.* Sandycem vulgus pharmacopolarum minium propter coloris cognationem vocat. Heſychius ait ſignificare etiam fruticem, cujus flos colorem habeat ſimilem cocco. *c. Onyx*) Eſt 1. nomen gemmæ cujuſdam humani ungvis candorem referentis, intervenientibûs venîs qvibûſdam Sardæ & Jaſpidis colorem imitantibûs. Vide Plin. lib. 37, c. 6: *Zenothemis Indicam Onychem plures habere varietates &c.* Ibid. *Sotacus & Arabicam Onychem tradit, &c.* 2. Eſt marmoris genus, qvod à nonnullis *Onychites*, ab alijs etiam *alabaſtrites* appellatur, in montibus Arabiæ præcipuè naſcens: poſtea etiam in Germania inventum. Ejus uſum deſcribit Plin. lib. 36, c. 7, & 8: *Ex hoc marmoris genere olim etiam precioſiſſima fiebant pavimenta*, qvod ipſum non obſcurè ſignificat Martial. lib. 3: *Calcatúſq; tuo ſub pede lucet onyx.* 3. Figuratè etiam accipitur onyx, pro vaſculo ungven-

tario

tario ex hoc marmore excavato. Idem lib. 7: *Ungventum fuerat qvod onyx modò parva gerebat.* Horat. lib. 4 Carm. Ode 12: *Nardi parvus onyx eliciet cadum.* *Sardonyx*) Juvenal. Sat. 6: *In manibus denſi radiant teſtudine tota Sardonyches.* Plin. lib. 37, c. 7: *Aliter qvàm in Sardonyche Indica.* Nota. *Pharinx* Græcum, Fœmininum eſt freqventiùs, qvàm Maſculinum. *Spelinx, larinx* Maſculina. Hæc omnia & his ſimilia Græcis ſunt relinqvenda.

## Nota.

Ut Nominum defectivorum Genus internoſcas, recurre ad Nominativum ſingularem inuſitatum: ut, *fruges, opes*, ſunt Fœminina, qvia *frux, ops*, vi ſuarum terminationum ſpecialium, ad Fœmininum Genus reſtringuntur.

# *DE NOMINIBUS * ADJECTIVIS ET EORUM MOTIONE.*

Nomen Adjectivum per *tria* genera movetur †, qvæ ſunt, *Maſculinum, Fœmininum & Neutrum.*

* Sub initium doctrinæ Adjectivorum, haud abs re erit, nonnulla præmiſiſſe, qvibus Adjectivorum indoles & uſus illuſtrari qveat. I. Adjectiva ſæpe induunt naturam Subſtantivorum: ut, *amicus certus.* Hæc ab antiqvis dicta ſunt Nomina *Media.* Qvæ fuſiùs perſeqvi hôc locô noſtri non eſt inſtituti, ne præceptiones cumulemus inprimis cùm iſta operâ ſuperiùs defuncti ſimus pag. 23, 24. Hoc ſaltim addendum cenſemus; qvòd Adjectiva, inprimis in genere Neutro, Subſtantivorum naturam induant: ut, *nova, i. e. res nova*, Cic. 4. Verr: *Nova & inopinata hæc tibi ſunt?* Id qvod perpetuum eſt in Comparativo, *plus*; uti & in Pronomine *Qvid*, ejúſqve compoſitis, *aliqvid, ecqvid, qvippiam, qviddam.* Huc refer

illud Juvenalis Sat.1,carm.28: *At pulchrum eſt digitô monſtrari,& dicier, hic eſt.* Digitô monſtrari,h.e. publicè,laudari & celebrari. Poëtæ enim è recitatis carminib. ſuis publicū plauſum venabantur. Id qvod diſertè tradit Martialis: *Rumpitur invidiâ, qvòd turbâ ſemper ab omni Monſtramur digitô.* Contrariū ſenſum habet *infamis digitus*,de qvo Perſius Sat. 2: & *medius ungvis*, de qvo idem Sat.10;qvi à Martiale jam *impudicus*,jam *medius digitus* appellatur. Eòdem etiam ſpectant illa Virg.Ecl 3:*Triſte lupus ſtabulis maturis frugibus imbres.*Item: *Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis* &c. *Triſte*, i. e. *res triſtis;dulce*, i.e.*res dulcis*.Nec non illud Ovid.1.Amor. Eleg. 9:*Turpe ſenex miles,turpe ſenilis amor. turpe* i.e.*res turpis*.niſi malis intelligi *qvid* aut *aliqvid*,ut integrè ſit: *triſte qvid,turpe aliqvid.* II. Genus Adjectivi ſæpe cognoſcitur ex ſubſtantivo intellecto: ut, *natalis meus*, ſupple, *dies: hic Januarius, Qvintilis,Sextilis*,ſupple,*menſis: hæc bipennis*,ſcilicet,*ſecuris: hæc vocalis,conſonans,ſemivocalis*, nempe, *litera: hic infernus* ſcilicet,*locus*.Subſtantivi autē Genus in talib.ſcitur ex regulis ſpecialibus. Confer, p.100. III. Multa ſunt Adjectiva unius terminationis,qvorū Nominativus,Accuſativus& Vocativus plurales in Neutro vix reperiuntur: ut, *ales,artifex, degener, dives,cōpes,impos,hoſpes,ſoſpes,intercus,inops,locuples, memor, pauper,præpes,ſupplex,ſuperſtes, uber,vigil,pervigil.* Leges tamen *hoſpita* pro *vicinis*.Virg.3.Æn: *Pauca tibi è multis,qvò tutior hoſpita luſtres Æqvora.*i.e.*vicina*.Idē paſſim,&apud eundē & apud alios invenies. † Moris fuit antiqva Nomina dividere in *Fixa*& *Mobilia*. *Subſtantiva* tradiderūt *Fixa* manere,nec de genere in genus moveri. non n. dicimus *digitus,digita, digitū*, aut,*oculus,ocula, oculū*: cujus rei cauſam exponit Varr. 2. de Analogia. *Adjectiva* autē *Mobilia* pronunciarūt,eò qvòd moveantur ab uno genere in aliud:ut,*doctus,docta,doctū.*Conſulatur Diomedes,Lancilotus l.4.c.9,p.186.Alv.117. Verùm enimvero,licèt *Motio*,ut modò dictū & definitum eſt,*Adjectivorū* propria ſit:nihilô tamen ſecius obſervandū eſt,qvòd *Subſtantivorū* nonnulla,ſi nō *in totum,ex parte* ſaltē *moveri* comparata ſint; nempe è Maſculino genere in Fœmininum; Neu-

trò

tro genere nullam admittente *Motionem.* De qvibus nota ; *Subſtantivorum Mobilium* Nominativi Maſculini terminatio variat pro varietate vocum. In Fœminino verò Nominativo, *Motio* ſeqventibûs rationibûs contingit.1.Maſculini terminatio vocum nonnullarum mutatur in Fœmininam terminationem A: ut, *Tullius, Tullia : filius, filia : dominus, domina : ſervus, ſerva : cervus cerva : coqvus coqva : paraſitus, paraſita.* Sic ab antiqvo *puerus* (pro qvo nunc puer in uſu eſt) èſt *puera*, itidem antiqvum. Horum ſi qvæ fortè animum alicujus dubium ac ſuſpenſum habere poſſint, is facilè Latinorum teſtium interpoſitâ fide confirmabitur. *Tullia* ] Hanc voculam ſuperius confirmatam vide p.112. *Domina*] Cic 3. Offic : *Una qvædam virtus omnium domina & regina virtutum. Serva*] Virg.9.Æn: — *qvorum primævus Helenor, Mæonio Regi qvem ſerva Lycimnia furtim Suſtulerat* —. Et 5. Æn : *Olli ſerva datur operum haut ignara Minervæ. Cerva*] Idem 6. Æn : *Nec tamen Alcides tantùm telluris obivit, Fixerit æripedem cervam licet* —. *Coqva*] Plautus in Pœnulo act.1. ſc. 2 : *Coqva eſt hæc qvidem, Agaraſtocles, ut ego opinor : ſcit muriatica ut maceret. Paraſita*] Hor. 1.Serm. Sat. 2, carm. 82, 83, 84: — *multa tibi tum officient res : Cuſtodes, lectica, ciniflones, paraſita, Ad talos ſtola demiſſa, &c. Puerus*] Vocativum *puere* leges in Plauti Aſinaria, act. 1, ſc.2: *I puere, pulta, Atq; atrienſem Sauream, ſi eſt intus, evocato huc.* Ibid. act 5: ſc.2. & Moſtell.4,2. Merc.5,2. Pſeud.1,3. Perſ.5,2. Truc.2,6. *Puera*] Terentius Varro, qvem Cicero in Bruto diligentiſſimum antiqvitatis inveſtigatorem fuiſſe celebrat, l.2. de vita populi Romani inqvit : *Sic in privatis ædibus pueri liberi, & pueræ miniſtrabant.* Idem περὶ Φιλονεικίας: *Properate vivere puera, qvas ſinit ætatula ludere, eſſe, amare & Veneris tenere bigas.* Ita legit Editio à Valentino Curione Baſileæ impreſſa 1523. licèt non deſint, qvi legant: *& Veneris tenere leges.* Conſulatur Nonius Marcellus. 2. In compoſitis à CANO, ultima ſyllaba eadémqve unica CEN, in geminam CINA mutatur : ut, *hic fidicen, hæc fidicina : hic tibicen, hæc tibicina.* Exempla ſunt in promptu. *Fidicina* ] Plautus in argumento Epidici : *Emit fidicinam, filiam credens ſenex* &c.

Idem leges act.5. ſc. 2. Epid. *Tibicina*] Idem in Sticho. act. 2, ſc. 3: *Poſt, ut occæpi narrare, fidicinas, tibicinas, ſambucinas advexit ſecum formâ eximiâ.* Addunt his *Tubicen, tubicina:* ſed exemplis non probant. 3. In vocibus, *Antiſtes, hoſpes, ſoſpes*, ES in ITA tranſit: ut, *Antiſtita, hoſpita, ſoſpita.* *Antiſtita*] De Antiſtita vide ſuprà pag. 112, 113. *Hoſpita*] Cic. 4 Verr: *Eum multò magis figura & lineamenta hoſpitæ delectabant.* *Soſpita*] *Soſpita* eſt cognomen Junonis, qvô à Lanuvinis ſalutabatur. Hinc Cic. pro Muræna, ſacrorum *Junonis ſoſpitæ* meminit. Et apud eundem 1. de Divinat. leges: *Templum Junonis ſoſpitæ.* Sed Feſto M aſculina terminatio placuit: *Siſpitem*, inqvit, *Junonem, qvam vulgò ſoſpitem appellant, antiqvi uſurpabant, cùm ea vox ex Græco videatur ſumpta, qvod eſt σώζειν.* Latini etiam *Jovem ſoſpitem* cognominare ſolent. Seneca in Hippolyto Act. 2, Od. 2, carm. 35: — *Summus hoc omen Deus Avertat: aderit Soſpes actutum parens.* Ideo modernis Latinarum vocum interpretibus exponitur non tantùm paſſivè *ſalvus*, ſed etiam activè *ſalvum præſtans*, vel *ſoſpitator.* Hinc Feſtus notat, qvòd Ennius *ſoſpitem* pro *ſervatore* poſuerit. 4. Peculiarem qvandam motionis rationem ſeqvuntur Verbalia in TOR, qvæ Fœmininum in TRIX formant: ut, *victor, victrix: auctor* (αὐξητής) *auctrix: nutritor, nutrix*, per ſyncopen pro *nutritrix.* Nec non peculiari modô è Maſculino in Fœmininum moventur hæc ſeqventia: *Rex, regina: avus, avia: nepos, neptis: ſocer, ſocrus: vir, vira, virago.* Qvæ duæ poſteriores voculæ cùm ſcrupuloſiores videantur, paucis explicandæ veniunt. Sex. Pompejus Feſtus de verborum ſignificatione docet & demonſtrat Fœmininum *vira* ab antiqvis fuiſſe uſurpatum. *Qverqvetulanæ*, inqvit, *viræ putantur ſignificari nymphæ præſidentes qverqveto vireſcenti, qvod genus ſilvæ indicant fuiſſe intra portam, qvæ ab eo dicta ſit Qverqvetularia. Sed feminas antiqvi qvas nunc dicimus, viras appellabant. Unde adhuc permanent virgines, & viragines.* Ita legit Scaliger, ſuamq; lectionem hiſce illuſtrat nòtis: *qvæ*, inqvit, *nunc fœminæ à nobis dicuntur, ea viræ dicebantur.*

*mi-*

Digitized by Google

*neqve immeritò, cum Maſculinum ſit vir. Ita enim & utrunq; formant ſexum Hebræi,* אִישׁ *iſch, vir,* אִשָּׁה *iſſcha vira.* Qvam notam penſi videntur habuiſſe nonnulli recentiores ſacrarum literarum interpretes, qvando Ebraicam vocem אִשָּׁה non viraginem, cum vulgato interprete, ſed *viram* interpretantur; licèt alij *Viriſſam*, Symmachus ἀνδρίδα expoſuerit. Unde leges in Juniana Verſione Gen. 2, v. 23: *hæc vocabitur vira, eò qvòd hæc ex viro deſumpta eſt.* Junio conſentit Lira: *virago*, inqvit, *non ſignat mulierem de viro ſumptam vel derivatam, ſed viriliter agentem; & ideo magis propriè diceretur vira*, (ſicut) *iſſa ab is.* ubi Lira congruenter ſatis Latinorum placitis *viraginem* interpretatur *viriliter agentem.* Etenim *virago* Latinis exponitur mulier fortis, qvæ viro ſimilis ſit & virilia munia ac opera præſtare valeat. Virgil. 12 Æneid: *Hoc concuſſa metu mentem Juturna virago, Aurigam Turni media inter lora Metiſcum Excutit* —. ubi Taubmannus notat: *Virago mulier eſt, qvæ virile implet officium*, i. e. *qvæ viri animum habet: qvas antiqvi viras dicebant. Serv.* Qvô fit, ut Latini ſcriptores ſuas Deas gentiles *viragines* paſſim appellârint; falsò exiſtimantes eas victrices fuiſſe, ſolásq; rerum præclarè & fortiter gerendarum gloriâ illuſtres. Ovid. in Metam: *Huc ubi pervenit bellô metuenda virago, Pallas.* Eadem ab eodem 6. Metam. *flava virago* dicitur: à Statio 4. Silv. *Regina bellorum virago.* Diana à Seneca in Hippolyto Act. 1. *Diva virago* ſalutatur: *Ades en comiti Diva virago cujus regno pars terrarum Secreta vacat.* Eandem ob cauſam bellatrices Amazones Latinis autoribus dicuntur *viragines*, Græcis ἀντιάνειραι. 5. Subſtantiva ortu Græca, uſu verò facta Latina, Græcorum formam utplurimùm retinent. De qvibus ordine agemus. Maſculina deſinentia in O vel ON, Græcis in ων, Fœminina formant in ÆNA: *ut, leo, leæna*, Græcè λέαινα; licèt *Lea* etiam legatur: *Lacon, Lacæna*, Græcè λάκαινα. In promptu ſunt veterum teſtimonia. *Leæna*] Virg. Ecl. 2: *Torva leæna lupum*


Digitized by Google

*ſeqvitur lupus ipſe capellam. Lea*] Lucret. l.5, p.189 Edit. Giſa-
nianæ: *Invitata lea jaciebant corpora ſaltu. Lacon*) Stat. lib. 6.
Thebaid: *Tandē inſpiratus Mida de plebe Laconū. Lacon* autē
eſt aliqvis oriundus ex Laconia. *Lacæna*] Virg. l. 2 Æn: *Non
tibi Tyndaridis facies* inviſa *Lacænæ*. Idem 2. Georg: — *virgi-
nibus bacchata Lacænis Taygeta:* — Cic. l.2. Tuſc. Qvæſt: p.
143. Edit. Caroli Stephani 1554: *illi autem voluerunt nihil ho-
rū ſimile eſſe apud Lacænas virgines: qvibus magis palæſtra, Eu-
rotas, ſol, pulvis, labor, militia in ſtudio eſt, qvàm fertilitas
barbara*. Addunt alij *Pythoniſſa* à *Python* tanqvam *irregulare*.
Sed *Pythoniſſa* Latinū eſſe, aut ab ijs primùm uſurpatum legi,
qvi Latinā lingvam velut cum lacte nutricis ſuxerunt, Roma-
næ antiqvitatis teſtimoniis ipſis confirmandū venit. Sacri au-
tem autores veluti multarum aliarū vocū, ita hujus uſum ſibi
permiſerunt. Qvam ſibi licentiam vulgatus interpres non ra-
rò vendicat, qvi eâdem etiam libertate uſus, Ebraicum illud
אוב 1.Par.10,13, *Pythoniſſam* interpretari non dubitat. Sed is
violatæ latinitatis doctis meritò ſuſpectus habetur. Alij autem
puriùs locuti maluerunt *Pythonē* vertere. Idē de vulgatiſſimo
Fœminino *Prophetiſſa* ſentire licet. Sacri qvidē ſcriptores ab
hujus vocis uſu nō abſtinent. uſus n. ita obtinuit. His utpluri-
mū more ſuô præit Vetus interpres. At nō ſemper. Leges enim
Jud.4,4. 2.Re.22,14. &c, Ebrœū נְבִיאָה, & Græcū προφῆτις,
redditū conformiter analogiæ Græcanicæ *Prophetis*. Licèt et-
jam τὸ *Prophetiſſa* multis Chriſtianorū Doctorū familiare ſit
& freqvens: ſingulis tamen perpetuū non eſt. De qvo ut cer-
tus evadas: en tibi Ariā & Druſium, qvi literis & lingvis, qvæ
principes ſunt & Dei verbo ſacræ orbi Chriſtiano clari, malu-
erunt Ebræū illud נְבִיאָה, & Græcū 70 προφῆτις, Jud.4,
4. vertere *Prophetis*, qvàm *Prophetiſſam*. Videatur Druſius
comment. in difficiliora Judicum loca c.4. v.4. p.196. & Ariæ
comm. ibid. Qvorum interpretamento utriuſq; lingvæ con-
ſvetudo favet. Veluti enim Græci à Maſculino ὁ προφήτης
formant Fœmininum ἡ προφῆτις: ita Latini eorum veſtigia
ſeqvuti à Maſculino *hic Propheta*, Fœmininum formant *hæc
Prophetis*. Utriuſqve dictionis formam Græcè leges in divino

novi

Digitized by Google

novi Fœderis codice, licèt diſparrimô uſu. Ἄννα προφῆτις Luc.2, v.36: & Epimenides προφήτης Tit. 1, v. 12 ſalutatur. Neq; profani ſcriptores abſtinent ab harum vocum uſu. Plato in Phædro: ἡ ἐν Δελφοῖς προφῆτις. Et Plutarchus de Oracul. defectu utriuſq; meminit: ὧ χρώμενοι ποιοῦσι κατόχους τοῖς ἐνθουσιασμοῖς καὶ φαντασιαστικοὺς τοὺς προφήτας καὶ τὰς προφήτιδας. Ex qvibus hoc concluſè efficitur: *Prophetiſſa* qvidem vulgaris vox eſt, *Prophetis* autem regularis, & Graji non degener ortus ſui. 6. Hanc formam, qvæ in duabus proximis vocibus fuſiùs demonſtrata eſt, ſeqvuntur non pauca Latina in TES vel TA deſinentia, orta à Græcis in της, qvæ formant Fœminina in TIS, ſúntq; præcipuè Gentilia, vel eò ſpectantia: ut à Maſculino *Sybarita* vel *Sybarites*, Græcè ὁ Συβαρίτης, eſt Fœmininum *Sybaritis*, Genitivo *Sybaritidis*, vel *Sybaritidos*: ab *hic Poëta*, eſt *hæc Poëtis*, *Genitivo Poëtidis*, vel *dos*. Huc referuntur & illa, qvæ à Græcis in θης deſinentibus orta aſpirationem admittunt: ut, *à Scytha vel Scythes*, Græcè Σκύθης, eſt Fœmininum *Scythis*. Gen. *Scythidis* vel *Scythidos*. Qvod ſi verò artiū, habituum, vel officiorum adminiſtrationē conſignificent, Fœmininū in TRIA plerumq; formant: ut. *Poëta, Poëtria: Pſaltes, Pſaltria: Citharista, Citharistria*. Sed verò, ut horū præceptorum veritas clariùs elucescat, exemplorū luce opus erit. *Sybarita*] Qvint. l.3, c.9: *Frugalitas apud Sybaritas forſitan odio foret, veteribus Romanis ſummū luxuria crimen*. *Sybaritis*] Ovid. l.2. Triſt. ſcribit ad Auguſtū: *Nec qvi compoſuit nuper Sybaritida fugit*. De cujus ſignificatione vide ſuprà p.58. pro opere enim & carmine *Sybarita* ponitur; veluti à Græcis Συβαρίτιδες uſurpantur pro fabulis brevibus & compendiarijs, teſtante Ariſtophanis enarratore. Aliàs autem ſignificat fœminam *Sybaritidem*, veluti ἡ Συβαρῖτις apud Græcos idem valet. *Poëtis*] Perſius in prologo carm. 8,9,10 ſeq: *Qvis expedivit pſitaco ſuum* χαῖρε, *Picáſq; docuit verba noſtra conari? Magiſter artis, ingeniq; largitor venter negatas artifex ſeqvi voces. Qvod ſi doloſi ſpes refulſerit*



Digitized by Google

*ſerit nummi, Corvos Poëtas & Poëtidas picas Cantare credas Pegaſeium nidos.* Ita legit elaboratiſſima Foqvelini Editio, licèt alij mendosè legant *Poëtrias picas contare credas* &c. *Scythes*) Seneca in Hippol. act. 1, Ode 2: *Nec inhoſpitalis taurus aut ſparſus Scythes. Scythis*) Ovid. 15 Metam: *Haud eqvidem credo, ſparſa qvoqve membra veneno Exercere artes Scythides memorantur eaſdem.* Nota. Hiſce in TIS vel THIS deſinentibus adduntur ab alijs, quæ maſculinô in US terminatô, fœmininum in IS formant: ut, *Achæus, Achais.* Qvæ doctrina Græcanicæ loqvendi conſvetudini ſatis convenit. Etenim Græci ab Ἀχαιὸς formant Ἀχαιΐς. Homerus Iliados β: ὦ πέπονες, κακ' ἔλεγχε, Ἀχαιΐδες, οὐκέτ' Ἀχαιοὶ, i. e: *Non amplius Achivi & viri, ſed Achivæ & fœminæ abjecti ignaviq; animi ſunt.* Subintelligitur enim γυναῖκες in voce Ἀχαιΐδες. Ad qvem locum Homeri collimâſſe Virgilium, Homeri aliàs pertinacem ſectatorem, in iſto verſu Æneid. 9. ait elegantiſſimus Perſij interpres Foqvelinus: *O veræ Phrygiæ (neqve enim Phryges) ite per alta Dindyma* — Vid. pag. 10, Sat. 1, Perſ. Qvòd autem legatur vulgò in Lexicis Latinis *Achæias* pro *Achæis* ex illo Ovidij carmine Epiſt. 3: *Inter Achæiadas longè pulcherrima matres:* illud etiam Græcis tanqvam primis autoribus acceptum referendum erit. Etenim Græci non tantùm in plurali dicunt Ἀχαιΐδες, ſed etiam Ἀχαιϊάδες, ut apud Apoll. Rh. Argon. lib. 1: ἢ τὸ πάροιθεν Ἀχαιϊάδεσσιν ἀγητή. Hos Latinus Poëta imitatus metri causâ dixit, *Achaïadas* pro *Achæidas.* Addunt & recentiores *Cananais* à *Cananæus*, licèt nonnullis placeat *Cananitis*, Genit. *Cananitidis*, qvaſi à *Cananita. Poëtria*) Cic. pro M. Cœlio: *Verùm hæc tota fabella, veteris & plurimarum fabularum poëtriæ, qvàm eſt ſine argumento, qvàm nullum invenire exitum poteſt! Pſaltria*) Ter. in Adelph. act. 3, ſc. 3: *Iſthæc jam penes vos pſaltria eſt.* Cic. pro Seſtio: *Qvi in cœtu mulierum pro pſaltria adducitur. Cithariſtria*) Teren. in Phorm. act. 1, ſc. 2: *Continuò qvandam nactus eſt puellam Cithariſtriam.* 7. In Gentilibus aliarum terminationum, formatio Fœmininorum variat,

ſolà-

ſolâqve autoritate Græcorum & Latinorum nititur; ut, à *Cres* eſt Fœm. *Creſſa*: à *Thrax*, *Threſſa* vel *Threïſſa*: à *Tros*, *Troïa*, *Troïas*, *Troas*: ab *Æthiops*, vulgò *Æthiopiſſa*: à *Phœnix Phœniſſa*: à *Libys*, *Libyſſa*, *Libyſtis*: à *Phryx*, *Phrygia*. Qvarum vocum difficultati claſſicâ autoritate & analogiâ Græcanicâ facilè obviam ibitur. *Cres*) Cic. pro Muræna, p. 353. Edit. Caroli Steph. Pariſ. 1555: *Neqve verò Cretes, qvorum nemo guſtavit unqvam cubans, meliùs qvàm Romani homines, qvi tempora voluptatis laboriſq; diſpertiunt, Reſpub. ſuas retinuerunt.* Eoſdem *Cretenſes* vocat Cicero pro lege Manilia p. 252. Edit. citatæ. Latina dictio *Cres* imitatur formam primigeniæ Græcæ vocis ὁ κρὴς κρητὸς, qvam etiam à Gentium Apoſtolo uſurpatam invenies, Tit. 1, verſ. 12: εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν προφήτης, κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. ἡ μαρτυρία αὕτη ἐστὶν ἀληθής, h. e. *Dixit qvidam ex ipſis proprius ipſorum Propheta, Cretenſes ſemper mendaces, malæ feræ, ventres pigri. Teſtimonium hoc eſt firmum.* Huc facit illuſtre Ciceronis teſtimonium deſcriptum l. 1. de Divinat. Ed. Carol. St. p. 264: *Eſt ars in ijs,* (de fatidicis vatibus ſermo eſt) *qvi novas res conjecturâ perſeqvuntur, veteres obſervatione didicerunt. Carent autem arte ij, qvi non ratione aut conjecturâ obſervatis & notatis ſignis, ſed concitatione qvâdam animi, aut ſolutô, liberóq; motu futura præſentiunt. Qvod & ſomniantibus ſæpe contingit, & nonnunqvam vaticinantibus per furorem, ut Bacchis Bœotius, ut Epimenides Cres, ut Sibylla Erithrea. Cujus generis oracula etiam habenda ſunt, non ea, qvæ æqvatis ſortibus ducuntur; ſed illa, qvæ inſtinctu divinô, afflatúq; funduntur.* Qvi locus eô fine integer allegatur, ut intelligatur, ipſum etiam Ciceronem, *Epimenidem* Vatum fatidicorum cenſui accenſuiſſe, qvos etiam Græci *Prophetas* dixerunt, veluti liqvet ex Græcorum teſtimonijs ſuperiùs adductis. Paulus ergo non eô nomine vocat Epimenidem *Prophetam*, qvaſi putaret eum verum divini *Prophetæ* nomen & titulum tueri poſſe. abſit. ſed ex opinione *Cretenſium* loqvitur, qvibus ἴδιος & indigena Vates *Prophetáq;* habitus eſt

Epimenides, & ex eo tanqvam nato *Crete*, & cui *Cretes* intùs & in cute noti fuerunt, mores *Cretenſium* deſcribit, ac novo *Cretenſium* Epiſcopo Tito clarè ob oculos ponit. *Creſſa*) Seneca in Hippol. act. 1, p. 63, Edit. Marneſianæ Pariſ. 1560: *Et pugnaces tendant Creſſæ Fortia trito vincula collo.* Græcorum hæc itidem forma eſt, qvibus Fœmininum eſt, ἡ κρῆσσα, mulier Cretenſis. *Thrax*) Virg. lib. 3. Æneid. p. Erythr 165: *Terra procul vaſtis colitur Mavortia campis: (Thraces arant) acri qvondam regnante Lycurgô. Thrax* autem eſt aliqvis è Thracia oriundus. *Threſſa*) Horat. lib. 3. Carm. Od. 9, v. 9: *Me nunc Threſſa Chloë regit Dulces docta modos, & citharæ ſciens.* Flacc. Argon. 2: — *Caráſq; orus inducere Threſſas.* Et inferiùs: *Ipſi urbem Threſſæq; regant* —. Græcè ἡ θρῆσσα, Threïcia Fœmina. *Threiſſa*) Virg. lib. 1. Æneid. p. Eryth. 121: — *vel qvalis eqvos Threïſſa fatigat Harpalice* —. Et 11. Æneid. p. 415: *Dixit & auratâ volucrem Threïſſa ſagittam Deprompſit pharethrâ* —. *Threïſſa* verò diviſis ſyllabis eſt à Greco Æolico θρήϊσσα; ſic Schol. Nicandri θρήϊσσαν λᾶαν vocat. *Tros*) Virg. lib. 10. Æneid. p. 359: *Tros Rutilúſve fuat, nullô diſcrimine habeto.* Et lib. 11. Æn. pag. 147, 148: *Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ: fuimus Troes: fuit Ilium & ingens Gloria Teucrorum* —. Unde ſit tractum hoc Virgilianum: *fuimus Troës:* elegantiſſimè docet Angelus Politianus in libro Miſcellaneorum c. 88. pag. 299. Ed. Baſil. Epiſcopij 1553. *Fuimus Troës:* inqvit, *hic loqvendi color tam efficax, de conſvetudine chori illius Lacedæmonij ductus, qvaſi in adagium aſcitus. Nam ut eſt ſcriptum apud Plutarchum in libello cui ſic eſt titulus: Qvô pactô laudare ſe qviſpiam citra invidiam valeat: Chorus erat Lacedæmoniorum trifarius, ſenum, puerorum, juvenum. Canebant autem ſenes ita,* ἄμμες ποτ' ἦμεν ἄλκιμοι νεανίαι. *Qvô ſignificabant, fuiſſe qvondam ſe robuſtos juvenes. Pueri verò ſic,* ἄμμες δὲ γ' ἐσόμεθα πολλῷ κάῤῥονες. *Ex qvo ſe futuros longè his meliores profitebantur. Juvenum autem cantio hæc,* ἄμμες δὲ γ' εἰμὲν. αἰ δὲ λῆς αὐγάσδεο. *Indicans ipſos jam id eſſe,*

*qvod*

*qvod vel illi fuiſſent, vel hi futuros ſperarent, ejuſq; rei pantes facere periculum.* Hæc inſignem doctrinam continent; ideo in gratiam juniorum adſcripta ſunt. *Troïa*) Virg. lib. 5. Æn. p.214: *Troïa Criniſo conceptum flumine mater Qvem genuit* —. *Troias, Troas*) Perſius Sat. 1. Foqvel. p. 8: *Ne mihi Polydamas, & Troïades Labeonem Prætulerint* —. Qvô Romanorum principum mollities metaphoricè ſignificatur, qvippe qvi molles eſſent & effœminati, inſtar Trojadum fœminarum. Alij hìc legunt *Troades*; ſed ea lectio vim ſyllabæ inferre videtur. *Troas* eſt à Græco ἡ τρωὰς i. e. mulier Trojana, vel etiam regio, in qva Troja fuit. *Æthiopiſſa*) Græcè leges Αἰθιόπισσα apud Euſtathium; ſed admonet ibidem hoc ἰδιοτικῶς dici ſolitum, h. e. dicendi genere idiotis propriô & promiſcuo, vulgo vulgari. Aliàs apud Euripedem legitur Αἰθιοπία γυνὴ. Et ἡ Αἰθιοπὶς Græcis regulare eſt. Qvô autem jure, Perſius dixit *Poëtis pica* ad imitationem Græcorum, eodem dicere licuerit *Æthiopis fœmina*, idq; ad imitationem non vulgaris, ſed optimi apud Græcos dicendi generis. Deducitur autem hæc vox ab αἴθομαι uror, & ὄψ facies: qvòd Æthiopum facies, jugi ardentis ſolis æſtu velut toſta nigreſcat. Qvæ nigredo tenaciſſimè Æthiopibus adhæreſcens proverbio occaſionem dedit: Αἰθίοψ οὐ λευκαίνεται, qvod de ijs appoſitè dicitur, qvibus inveteratam ingenij caliginem & pravitatem vel maximô labore non dempſeris. *Abluis Æthiopem fruſtra: qvin deſinas artem Haud unqvam efficies, nix ſit, ut atra dies.* *Phœnix*) Luc. l. 3, p. verſâ 67. Ed. Aſcenſianæ: *Phœnices primi, famæ ſi creditur, auſi, Manſuram rudibus vocem ſignâſſe figuris.* Tacitus lib. 11. Annal. p. 213, Edit. Stöer 1598: *Primi per figuras animalium Ægyptij ſenſus mentis effingebant; & antiqviſſima monimenta memoriæ humanæ impreſſa ſaxis cernuntur; & literarum ſemet inventores perhibent. Inde Phœnicas, qvia mari præpollebant, intuliſſe Græciæ, gloriámq; adeptos, tanqvam repererint qvæ acceperant. Qvippe fama eſt Cadmum claſſe Phœnicum vectum, rudibus adhuc Græcorum populis artis ejus autorem fuiſſe. Qvidam Cecropem Athenienſem,*

vel

Digitized by Google

*vel Linum Thebanum, & temporibus Trojanis Palamedem Argivum memorant, ſexdecim litterarum formas, mox alios, ac præcipuum Simonidem cæteras reperiſſe. At in Italia Etruſci ab Corinthio Damarato, Aborigenes Arcade ab Evandro didicerunt. Et formæ literis Latinis, qvæ veterrimis Græcorum. Sed nobis qvoqve pauca primùm fuere: deinde addita ſunt. Qvô exemplô Claudius tres litteras adjecit, qvæ uſui, imperitante eô, pòſt oblitteratæ, aſpiciuntur etiam nunc in ære publicandis plebiſcitis per fora ac templa fixo.* Hæc ex occaſiuncula vocis Phœnix fuſiùs memorantur, qvia ſuperiùs pag. 8, 9, 10 de literarum inventione nihil traditur. De qvo argumento plura qvi volet, legat Polydorum Vergil. de rerum inventoribus: & Mattheum Lunenſem c. 2. de ijſdem diſſerentem. *Phœniſſa)* Virg. 1. Æn. p. 133: *Hunc Phœniſſa tenet Dido, blandiſq; monſtur verbis*—. Græcè ἡ Φοίνισσα. Nonnunqvam eſt Adjectivum: ut apud Silium l. 7: *claſſis Phœniſſa*, & l. 17: *agmina Phœniſſa. Libyſſa)* Græcè Λίβυσσα i. e. Libyca fœmina. Adjectivè autem inprimis uſurpatur in utraq; lingva. Svidas: Λίβυσσα ὄρνις. Catullus Epigr. 7: *Qvàm magnus numerus Libyſſæ arenæ. Libyſtis)* Virg. lib. 8 Æneid: *Effultum folijs & pelle Libyſtidis urſæ*, i. e. Lybicæ, Numidicæ, interprete Erythræô, qvi ad oram conformiter conſvetudini lingvæ Græcanicæ legit *Libyſſidis* qvaſi à *Libyſſis*. Eandem lectionem probat Perottus Cornucop. pag. 437. Ed. ſuperiùs expreſſæ. *Phryx)* Qvi eſt ex Phrygia. Cic. pro Flacco, allocutus teſtes Aſiaticos, inqvit: *Aſia veſtra conſtat, opinor, Phrygia, Myſia, Caria, Lydia. Utrum igitur noſtrum eſt an veſtrum hoc proverbium: Phrygam plagis fieri meliorem?* Qvæ ſermonis figura in homines ſervilis & aſinini ingenij qvadrat, qvi non pudore, neqve monitis, ſed verberibûs redduntur meliores: qvum contrà *generoſus animus*, ut ait Seneca, *rectiùs ducatur qvàm trahatur*. Idem Cicero in Epiſt: *In eqvo*, inqvit, *Trojano ſcis eſſe: ſerò ſapiunt Phryges*. Sumptum hoc proverbium eſt ex vetuſtiſſima Tragœdia Livij Andronici, qvæ inſcribitur, *Eqvus Trojanus*, Convenit autem in eos, qvos

ſtultè

Digitized by Google

ſtultè factorum ſerò pœnitet. Siqvidem Trojani tot jam acceptis cladibus, vix decimô demum annô de reſtituenda Helena conſultare cœperunt; qvam ſi initiò ſtatim repoſcenti Menelao reddidiſſent, innumerabilibus ſeſe calamitatibus ſubduxiſſent. Vid. Chilid. Eraſmi. *Phrygia*) Exemplum videſis ſuprà in notis ad voces Ἀχαιὸς & Ἀχαιΐς. Aliàs autem freqventiſſimè Adjectivum eſt. Horatius lib. 3. carm. Ode 1: *Qvod ſi dolentem nec Phrygius lapis, Nec purpurarum ſidere clarior Delinit uſus* —, Et paſſim alibi.

Nomen *Adjectivum* pro tribus generibus, aut *tres*, aut *duas*, aut *unam* tantùm habet terminationem.

Nomen Adjectivum *trium* terminationum, terminatur in Maſculino, vel in US, vel in ER: ut, *doctus*, *piger*. In Fœminino terminatur in A: ut, *docta*, *pigra*. In Neutro terminatur in UM †: ut, *doctum*, *pigrum*. Sic, *ſatur*, *ſatura*, *ſaturum*.

† Excipe *alius*, *alia*, cujus Neutrum non terminatur in UM, ſed UD; ut, *aliud*. Vide ſuprà pag. 38. & Popmam de uſu antiqvarum locutionum lib. 1. p. 40. Ed. Gieſ. Hampelianæ, 1609.

Adjectivum *duarum* terminationum, terminatur in Maſculino & Fœminino in IS, in Neutro in E: ut, *fortis*, *fortis*, *forte*; vel in Maſculino & Fœminino in OR, in Neutro in US in Comparativis: ut, *albior*, *albius*.

Re-

Reliqva Nomina Adjectiva, qvæ non terminantur in US, ER, vel IS in Maſculino, *unius* ſunt terminationis per omnia genera. Et hæc dicuntur Nomina OMNIS GENERIS, nec alia ſunt *Omnis* generis.

## Excipe.

*Pauper*, *uber*, *bigener*, *degener*, *congener*, *vetus*, *intercus*, ſunt *unius* terminationis & *omnis generis*, licèt in ER & US deſinant.

## Nota.

I. Nomina Adjectiva imitantur declinationes Subſtantivorum in qvovis genere & gradu.

Etenim nomina *Poſitivi* gradus in ER & US, & omnia *Superlativi* imitantur *Secundam* & *Primam* Declinationem: ut Nominativus, *Doctus*; Genitivus, *Docti*; Dativus *Docto* in Maſculino &c. Et Nom. *Docta*, Genitivus *doctæ* &c. in Fœminino. Sed *Comparativi* gradus nomina, & Adjectiva *unius* vel *duarum* terminationum, *tertiam* imitantur: ut, *doctior*, *doctius*; Genit. *doctioris*; Dat. *doctiori*: Sapiens, *ſapientis*, *ſapienti*: dulcis, *dulcis*, *dulci*. Qvæ ſi ſeorſum abſqve confuſione, ex conſilio autoris inflectantur, ſingula ad formam ſuorum paradigmatum, certiùs diſcuntur & citiùs percipiuntur. Nam aliàs puero inter *Comparandum* pluribus intento minor eſt ad ſingula ſenſus.

II. *Decem* Adjectiva in IS, Maſculinum etiam terminant in ER, ex qvo deinde *qvædam* [*a*] formant ſuperlativum more Adjecti-

ctivorum in E R: ut, *hic & hæc acris, hoc acre, vel hic acer* [b,] *hæc acris, hoc acre.* Sic *alacer, campeſter, celeber* [c,] *eqveſter* [d,] *paluſter, pedeſter, ſaluber* [e,] *volucer, ſylveſter.* At *hic celer* [f,] *hæc celeris, hoc celere.* nam *hic celeris* antiqvum eſt.

*a* Non *omnia*. Nam Comparativum & Superlativum gradum non ſcandunt: *campeſter, eqveſter, paluſter, pedeſter, ſylveſter:* niſi qvòd Plinius dixerit, *Sylveſtrior.* lib. 16, c. 27: *Sylveſtriora omnia tardiora.* Nota. In his terminatio IS magis uſitata eſt, qvando additur Subſtantivum: ut, *pedeſtris oratio, exercitus; campeſtris locus* &c. *b* In Adjectivis Abundantibus in IS & ER diligenter videndum eſt, qvas terminationes magis probet uſus. Cicero *Acer* & *Alacer* Maſculinô genere uſurpat; non *acris* vel *alacris.* Cic. 1. Offic. *Animadverſor acer & diligens vitiorum.* Idem 2. de Orat. *Animus acer & præſens, & acutus idem atqve verſutus invictos viros efficit.* Idem pro Muræna: *Alacer atqve lætus Catilina.* Et Horatius *acer* habet lib. 2. Epiſt: *Et placuit ſibi natura ſublimis & acer.* Et Epod. 6: *Qvalis Lycambæ ſpretus infido gener, aut acer hoſtis Bubalo.* Eodem qvoqve uſi ſunt Virgilius & Lucretius aliqvoties. *c* *Salubris* autem & *Celebris* Maſculinô freqventius inveniuntur, qvàm *Saluber* & *Celeber.* Cic. 1. de Divin: *Ubi enim Ceos accepimus ortum Caniculæ diligenter qvotannis ſolere ſervare, conjecturámqve capere, ut ſcribit Ponticus Heraclides, ſalubrisne, an peſtilens annus futurus ſit.* Virgil. tamen 1. Georg. dixit: *fluvius ſaluber.* Et Ovidius: *Phœbe ſaluber ades* ——. Cic. ad Heren. *Locus qværitur, celebris an deſertus.* Ovidius etiam dixit: *Circus erit pompâ celeber numeróq; Deorum.* *d* *Eqveſtris* & *Eqveſter* utrumq; Ciceronis eſt. 2. De Fin: *Eqveſtris diſciplina.* Cic. act. 1. in Verr: *Cognoſcet ex me populus Romanus, qvid ſit, qvamobrem*

tùm

Digitized by Google

*cùm eqveſter ordo judicaret.* *e* *Celer* in Fœminino extat apud Lucretium lib. 4. de rerum Nat: *Ut meritò celer his rebus dicatur origo.* Nævius de bello Pœnico uſus eſt *Acer* in Fœminino: *Fames acer augeſcit hoſtibus.* Qvod tamen notandum magis, qvàm imitandum.

III. Qvædam Adjectiva efferuntur tribûs & duabûs terminationibûs: ut, *hilarus* [*a*,] *hilara*, *hilarum*; &, *hic* & *hæc hilaris*, *hoc hilare*. Sic compoſita qvædam in US & IS, qvorum tamen Fœminina in A rarò occurrunt: ut,

| | | |
|---|---|---|
| *Acclivus* [*b*,] *acclivis*: | à | clivus. |
| *Exanimus* [*c*,] *exanimis*: | à | animus. |
| *Bijugus* [*d*,] *bijugis*: | à | jugum. |
| *Effrenus* [*e*,] *effrenis*: | à | frenum. |
| *Enervus* [*f*,] *enervis* | à | nervus. |
| *Imbecillus* [*g*,] *imbecillis*: | à | bacillus. |
| *Inermus* [*h*,] *inermis*: | à | arma. |
| *Semiſomnus* [*i*,] *ſemiſomnis*: | à | ſomnus. |

Et ſimilia.

*a* Hujus præcepti veritas è ſubjectis exemplis eluceſcit. *Hilarus*) Cic. 5. de Finib: *Semper enim ex eo, qvod maximas partes continet, latiſſiméq; funditur, tota res appellatur. Dicimus aliqvem hilarè vivere: igitur ſi ſemel triſtior effectus eſt, hilara vita amiſſa eſt.* *b* *Acclivus*) Liv. 8. Bell. Maced: *Et placidè acclivos ad qvendam finem colles eſſe.* Ovid. 5. Faſt: *Templa patres illic oculos exoſa viriles Leniter acclivô conſtituere jugô.* *c* *Exanimus*) Virg. 6. Æneid: *Exanimúmq; aurô corpus vendebat Achilles.* *d* *Bijugus*) Virg. 5. Æneid: *Non tam præcipites bijugô certamine*

*cam-*

Digitized by Google

*campum Corripuére, ruuntq́ effuſi carcere currus.* e *Effrenus*) Liv. 4. ab Urb: *Frenos ut detrahat eqvis imperat: & ipſe princeps calcaribus ſubditis evectus, effrenò eqvò in medios ignes infertur.* f *Enervus*] Apul. lib. Aſin. aur: *Puer in mollitiem decorus inſurgit: inq́ flexibus tortuoſis enervam & exoſſam ſaltationem explicat.* g *Imbecillus*] Cic: *Imbecilla natura humana eſt.* h *Inermus*] Saluſt. in Jugurth. *Neqve qvenqvam decere, qvi manus armaverat, ab inermis pedibus auxilium petere.* In his Adjectivis terminatio IS uſu freqvens probatione vix indiget. i *Semiſomnus*] Tacit. lib. 1: *Sine vulnere milites, qvi ſemiſomnos, inermos, aut palantes ceciderant.* Liv. 10. bell. Maced: *E convivio & comeſſatione propè ſemiſomnus raptus ſum, ad cauſam parricidij dicendam.* Idem 7. bell. Maced: *Pedites verò ordinati & præparati ſparſos per negligentiam & ſemiſomnes propè adorti ſunt: cædes paſſim, fugáq́ per campos facta eſt.* Cic. 7. Verr: *Confirmant ipſi ſe, qvum is etiam tum ſemiſomnis ſtuperet, arma capiunt, totum forum atq́ inſulam, qvæ eſt urbis magna pars, complent.*

IV. Adjectivum eſt *comparabile* vel *incomparabile* †. Illud per gradus comparationis variari poteſt: ut, *doctus*, *doctior*, *doctiſſimus*. Hoc per gradus variari non poteſt: ut, *memor*, *omnis*.

† Communem hanc diſtinctionem retinendam duximus tantùm methodi causâ, non ut difficili comparandarum vocum legi pueros aſtringeremus. Principiò igitur de Adjectivis Incomparabilibus notandũ venit; qvòd non omnia ea, qvorum ſignificatio augeri vel minui poteſt, comparentur; non qvia vetat ratio, ſed qvia uſus comparationem eorum non probavit. Ubiqve enim in gradibus comparationis videndum erit, qvid probet uſus & meliorum Latinorum auctoritas. Qvamvis igitur ea, qvæ gradus comparationis non ſcandunt, uſu potius & jugi autorum Latinis locuto-

rum lectione diſcenda ſint: in genere tamen ea ferè ſunt, qvæ non aucta, ſignificant ſummum gradum & rem perfectam: ut, *cæcus, mutus, ſurdus, claudus, mancus, mutilus, almus, canus, criſpus, cicur, degener, memor, compos, impos, exos, fractus, exlex, vulgaris, veridicus, præditus, medius, hodiernus, omnipotens, geminus, par, penitus*, & ſimilia. Talia etiam ſunt I. Adjectiva deſinentia in BUNDUS, & Participialia in DUS: ut, *Moribundus, ſitibundus, pudibundus, colendus, reverendus, honorandus.* A *tremebundus* tamen eſt *tremebundior.* Colum. lib. 10. de cultu hortorum: *manantem repit ad undam, Labentémq; seqvens nimio tenuatur amore Candidus effœta tremebundior ubere porca.* Hexametrum 40 eſt ab ultimo, ubi de colubro loqvitur p. 384 Ed. Gryph. Lugd. 1535. 2. Deſinentia in PLEX: ut, *duplex, triplex.* A *ſimplex* tamen eſt *ſimplicior, ſimpliciſſimus.* Horat. lib. 1. Serm. Sat. 3: *Simplicior ſi qvis qvalem me ſæpe libenter Obtulerim tibi Mæcenas:* — 3. Deſinentia in IMUS, TIMUS & INUS: ut, *legitimus, maritimus, dextimus, ſiniſtimus, matutinus, craſtinus, veſpertinus, amygdalinus.* Ab *opimus* tamen eſt *opimior*, Gell. lib. 5. c. 14. ubi de fugitivo ſervo Androdo ex Appionis mente loqvitur Gellius, qvi medicam Leoni opem tuliſſe, adeóq; in eadem cum leone ſpecu delituiſſe integrum triennium eodemqve victu victitâſſe fertur. *Nam qvas*, inqvit Gellius, *venabatur feras, membra opimiora ad ſpecum ipſi ſuggerebat: qvæ is, ignis copiam non habens, ſole meridiano torrens edebat.* Is capitis damnatus ob fugam à domino, leoniq; eidem objectus Romæ ſervatur tanqvam notus beſtiæ amicus, & per urbem, comite leone, circumductus, hunc vulgi plauſum audit: *Hic eſt leo hoſpes hominis, hic eſt homo medicus leonis.* 4. Adjectiva deſinentia in IVUS: ut, *Adjectivus, Indicativus, fugitivus, adoptivus.* Terentius tamen in Adelph. dixit: *O mi pater feſtiviſſime.* 5. Adjectiva deſinentia in STER: ut, *campeſter, eqveſter, ſylveſter. Siniſter* tamen *ſiniſterior* habet. Vide infrà. 6. Compoſita à Fero & Gero, ut, *aurifer, morigerus.* 7. Poſſeſſiva: ut, *patrius, paternus, Herculeus.* 8. Numeralia: ut, *primus, ſecundus, ter-*

*tertius* &c. *unus*, *duo*, *tres*, &c. *Singuli*, *bini*, *terni*, &c. 9. Deminutiva: ut, *aureolus*, *parvulus*, *nasutulus*. Apul: *Naſutula mulier & dicacula*. 10. Denominativa & Materialia: ut, *ferreus*, *aureus*, *lapideus*. 11. Interrogativa: ut, *uter?* *qvantus? qvalis? qvotus?* 12. Partitiva: ut, *alter*. 13. Gentilia: ut, *Germanus*, *Romanus*, *Aſiaticus*, *Europæus*, *Hauniensis*, *Otboniensis*. Verùm enimvero, de his omnibus & ſingulis obſervabis, (ut ſuperiùs etiam monitum eſt,) qvibus inprimis gradibus autoritas meliorum Latinorum faveat, & qvos nonnunqvam ipſa indoles rerum poſcat, qvæ certis de cauſis & conditionibus jam deprimi, jam attolli comparatæ, vocum gradus nunc inferiores, nunc ſuperiores reqvirunt. Eò igitur fit, ut comparatio rerum ad invicem, interdum ſuperioris gradus voces poſtulet. E. g. Horat. lib. 1. Serm. Sat. 2, Hexam. 91, unam cæcam mulierem cum alia itidem cæcutiente conferens, *cæcior* dixit: *Contemplère oculis, Hypſea cæcior illa*: ubi Roterodamus in Chiliad. 1, cent. 3, Proverb. 1, legit *contemplans oculis*. Sic Latini Græcos imitati tritô proverbiô dicunt: *talpâ cæcior*. nam apud Svidam leges: τυφλότερος ἀσπάλακος: qvod in eos competit, qvi ſupra modum cæcutiunt, rerum humanarum prorſus ignari. Eâdem libertate Ovidius dixit *barbarior*, lib. 3 de Ponto Eleg. 2, diſtich. 93: *Non ego crudelis, juvenes ignoſcite, dixit: Sacra ſuô facio barbariora locô*. Columella, inſtitutâ collatione diverſi temporis & locorum, in qvibus ſeritur lactuca, lib. 2. de Re ruſtica c. 3. p. 424, Edit. Gryph. dixit, *lactuca criſpiſſimi folij: Lactuca*, inqvit, *qvæ candida eſt & criſpiſſimi folij, ut in provincia Bætica & finibus Gaditani municipij, menſe Martiô rectè pangitur*. Pari ratione Plautus permiſit ſibi ſuperlativum *pariſſimus* à *par* in Curcul. act. 1., ſc. 2: idq; partim *joci*, partim *certitudinis* causâ; *Eodem hercle* (inqvit) *vos pono, & paro, pariſſimi eſtis ÿbus*. Sic legunt Douſa & Taubmannus. Eſt autem *ÿbus* antiqvus Dativus pluralis pro *ÿs*, veluti dicimus *qvibus*, à *qvis*, notante Douſâ ad citatum locum. Tandem colophonis locô obſerva, qvòd Adjectiva cum PRÆ compoſita & extra compoſitionem uſi-

tata, aut comparabilia, comparationis legi non ſint ſubjecta: ut, *prædives*, *prædurus*, *præpotens*, *præpoſterus*, *præproperus*, *præclarus*. Qvibus *præclarior*, & *præclariſſimus* dicere placet, illi claſſicorum & puriùs loqvutorum auctorum auctoritate ſteterint. Sed *præſtabilis*, licèt cum PRÆ componatur, format tamen comparativum *præſtabilior*. Cic. 1. de Fin: *Qvem tandem hôc ſtatu præſtabiliorem, aut magis expetendum poſſumus dicere?* Idem de Senectute: *Nil mente præſtabilius natum homini dedit.* Inuſitata verò, aut extra compoſitionem incomparabilia, ſi cum PRÆ componantur, poſſunt comparari: ut, *præſens*, *præcellens*, *præſtans*. Etenim *ſens*, *cellens* extra compoſitionē, non uſurpantur, veluti neq; *ſtans* per ſe & extra compoſitionē, comparationem admittit. Cujus obſervationis veritati, hæc qvæ ſubjungimus exempla, fidem facient. *Præſens*] Virg. 12. Æneid: *Dat ſignum cælum qvò non præſentius ullum Turbavit mentes Italas* —. Columella lib. 6, c. 14: pag. 241. Ed. Gryph: *Si in opere collum contuſum erit, præſentiſſimum eſt remedium ſangvis de aure emiſſus* &c. *Præcellens*] Plin. lib. 12, c. 6: *Major alia, pomo & ſvavitate præcellentior, qvô ſapientes Indorum vivunt*. Cic. 6 in Verrem pag. 182. Ed. Carol. Steph: *Scipio vir omnibus rebus præcellentiſſimus.* De comparativo autem & ſuperlativo τȣ̃ *præſtans* nemo dubitat. Qvòd ſi verò ſignificatio reqvirat Adjectivorum per ſe Incomparabilium, comparationem, gradus Adverbiorum particulis, *magis*, *maximè* *admodùm*, *cumprimis* &c, compenſabis, veluti mox infrà dicetur: ut, *admodum Reverendus*, *plurimùm colendus*. non enim latinè dixeris: *Reverendiſſimus*, *colendiſſimus*, &c. Nonnunquam PER in compoſitione Adjectivorum, ſuperlativi vicem ſupplet, ſignificationem intendendo: ut, *perdifficilis*, *perbonus*. Cic. in Part: *Qvæ perdifficilia ſunt, perinde habenda ſæpe ſunt, acſi effici non poſſint*. Idem Att. lib. 6: *Qvoad mecum Rex fuit, perbono loco res erat*. Idem pro Flacco: *Agros habent naturâ perbonos*.

DE

# DE COMPARATIONE.

**COmparatio eſt variatio Adjectivi * per gradus.**

* Non *Subſtantivi.* Nullum enim Subſtantivum proprie comparari poteſt, niſi qvatenus Adjectivum eſſe fingitur, & qvalitas qvædam, non eſſentia notatur, & qvidem ferè per jocum. Hinc Plautus interdum riſus ac voluptatis gratiâ à ſubſtantivis nominibus Superlativa fingit. Pœnul. act. 5. ſc. 4: — *ô patrue, ô Mi patruiſſime.* Idem ipſe more ſuô & imitatione Græcorum *ipſiſſimus* dixit, à Pronomine *ipſe*, vel ab antiqvo *ipſus*. Trinum. act. 4. Scen. 2: — *ipſus es?* Ch. *ipſus, inqvam, Charmides ſunt.* Sy. *Ergo ipsusne es?* Ch. *ipſiſſimus.* Sic Ariſtoph. in Plut: αὐτότατος ab αὐτὸς deduxit. idem à *pænus*, vel potiùs *punus* comparativum finxit in Pœnulo, act. 5. ſc. 2: — *nullus me eſt hodie Pænus Punior.* Priſcianus *Punus* legit. Gell. lib. 3, c. 3 more Plauti, ut ipſe ait, *verſus Plautiniſſimos* dixit. Ab *oculus*, qvaſi Adjectivum eſſet, finxit, ut ajunt, Plautus *oculiſſimus*, hoc eſt, ex eorum mente, dilectus tanqvam oculus. Ut probent Latinitatis patroni jocularem hunc ſuperlativum extare, ſolent inprimis afferre illud Plautinum: *Huic proximum illud oſtium occluſiſſimum. Salve: valuiſtin' usqve, oſtium occluſiſſimum?* legunt autem illi, *oculiſſimum.* Cui inprimis lectioni Turnæbus in Adv. l. 11. c. 7 patrocinatur. Taubmannus autem ex Grutero refert, qvòd in omnibus MSS. Palatinis legatur *occluſiſſimum*; unô exceptô, qvod *oculiſſimum* præfert: qvam tamen lectionem mutatam fuiſſe ait. *In meis*, inqvit Taubmannus, *ſola Brixian. habet oculiſſimum, cæteræ omnes occluſiſſimum, qvod ego qvidem germanum omninò cenſeo, ob tam pertinacem veterum librorum conſenſum. & qvia fores verè tales erant, hoc eſt, occluſiſſimæ, & qvia in Menæch. ab amica excluſus, ſimili formatione ſe excluſiſſimum lamentatur.* Eandem qvoq; lectionem Camerario in MSS. probari ait. Addit Lancil. l. 7. c. 1. Gram. & Perottus in



Digitized by Google

Cornucop. *Neronior* a *Nerone*. Sed exemplis ſuam aſſertionē non confirmant. Tutiùs autem, ibid. ſubjungit Lancil. *Cinædior*, à *Cinædus* dicitur. Extat enim in Catullo Epigr. 10. carm. 24: *Hic illa, ut decuit, Cinædiorem*.

Adjectivi ſignificatio augeri poteſt. Hinc qvaſi *tres* gradus [*a*] ſignificationis habet: videlicet *Poſitivum*, *Comparativum* & *Superlativum*.

*Poſitivus eſt* [*b*,] qvi ponit, & qvaſi firmat Adjectivi ſignificationem: ut, *albus*.

*Comparativus eſt* [*c*,] qvi auget Poſitivi ſignificationem per *magis*: ut, *albior*.

*Superlativus eſt* [*d*,] qvi auget Poſitivi ſignificationem per *maximè*: ut, *albiſſimus*.

*a* Vox *Gradus* tropum ſpirat. Sic enim Metaphoricè dicuntur. Nam in augenda ſignificatione ab infimo gradu per medium ad ſummum aſcenditur &c. *b Poſitivus* dicitur, qvia ponitur qvaſi fundamentum. *c Comparativus*, qvia plerunqve adhibetur in comparatione. *d Superlativus*, qvia fertur ſuper omnia, ſeu ſuâ ſignificatione omnia tranſcendit. Nota. Interdum ſuperlativus rei, non gradum, ſed certitudinem addit: ut, *omnipotentiſſimus* apud Macrob. i. e. citra omne dubium, vel certiſſimè omnipotens, librô 1. c. 17. Pari modô *geminiſſimus* apud Plautum leges in Perſ. act. 5, ſc. 2: TO. *Tace ſtulte: hic ejus geminus eſt frater. Do. hiccine'ſt?* TO. *ac geminiſſimus* &c. De *ipſiſſimus*, *pariſſimus*, *præſentiſſimus* ſuprà.

*Comparativus* fit à caſu Poſitivi † in I, additô OR * vel US: ut, *à Gen. albi eſt albior, albi-us*: *à Dat. dulci eſt dulci-or, dulci-us*.

*Su-*

*Superlativus* fit à caſu Poſitivi in I, additò S & SIMUS: ut, *à* Gen. *albi*, *eſt albiſſimus*: *à* Dat. *dulci*, *dulci-ſſimus*.

† Secundæ Declinationis Comparativa & Superlativa *caſum Poſitivi* agnoſcunt *Genitivum*; Tertiæ verò Declinationis Comparativa & Superlativa *Dativum*: id qvod allata exempla luculenter docent. * Priſcianus lib.7 teſtatur vetuſtiſſimos etiam Neutrum in OR finijſſe, ut, *bellum Punicum poſterior*; ut notant Gieſſenſes. Sed juniores hæc & ſimilia exempla obſervare, non imitari debent.

## NOTA.

I. Poſitivus in ER facit Superlativum additò RIMUS: ut, *niger*, *nigerrimus*. Sic *acer*, *alacer*, *celer*, *celeber*, *ſaluber*, qvæ Poſitivum habent in ER & IS *.

* De Adjectivis, qvæ in ER & IS deſinunt fusè ſuprà actum eſt.

II. Nomina, qvæ ante ſyllabam US, vocalem habent † raro Comparativa & Superlativa gignunt: ut, *idoneus*, *noxius*, *arduus*. Comparativum deſcribunt adjectâ ad Poſitivum voce MAGIS: Superlativum verò formant, adjectâ voce VALDE vel MAXIME: ut, *idoneus*, *magis idoneus*, *valde vel maximè idoneus*.

† Hæc apud priſcos freqventer comparativum habent & ſuperlativum. Cato, *arduius arduiſſimus*, *perpetuius perpetuiſſimus*, *induſtrior*, *innoxior*, *dixit*. Pacuvio *egregiiſſimus placuit*. Juvenal. Sat. 4: *Egregius cœnat*, *meliusq; miſerrimus horum*; pro *egregius* geminô i. Plin. lib.7. Ep ad Geminium, *exiguiſſima legata* dixit. Ovid. Epiſt. 14: *De-*

*M...* *fra-*

*fratrum turba pars exiguiſſima reſtat.* Varro de re Ruſt. lib. 2, c. 9: *Ita enim ſunt aſſiduiores.* Cic. in Brut: *Aſſiduiſſimè autem mecum fuit Dionyſius.* Svetonius in Galba: *Mox vaſa area aſſiduiſſimi uſus conflaverit omnia.* Qvint. Declam. 6: *Ille amabilis infans, ille blandus puer, ille juvenis etiam ante hoc crimen pijſſimus.* Curtius lib. 9: *Vobis qvidem ô fidiſſimi pijſſimiq; civium, atqve amicorum, grates ago habeóq;.* Seneca lib. 5. controv. 27: *Pijſſimo patri tormentum qvæſiſſet & filiorum impietate.* Cicero tamen Philip. 13 Marcum Antonium notavit, qvòd hoc verbo uſus fuiſſet. *Tu porro*, inqvit, *ne pios qvidem, ſed pijſſimos qværis, & qvod verbum nullum in lingva Latina eſt, id propter tuam divinam pietatem inducis.* Plautus *ſtrenuior* dixit Epid. 3. 4: *Nam ſtrenuiori deterior ſi prædicat ſuas pugnas, de illius ore fiunt ſordida.* Saluſt. Catil: *Nam ſtrenuiſſimus qviſqve aut occiderat in prælio, aut graviter vulneratus diſceſſerat.* Tacit. lib. 20: *Pacisq; bona diſſertans & ſumi bellum etiam ab ignavis, ſtrenuiſſimi cujusq; periculo geri.* Cæterùm nihil cauſæ eſt, cur *tenuis* excipiatur, ut nonnulli putant, cùm *tenuior*, *tenuiſſimus* tum apud Ciceronem, tum apud alios ſcriptores freqventiſſima ſint.

III. *Facilis*, *humilis*, *ſimilis*, ſuperlativa pariunt, ſyllabâ IS mutatâ in Limus: ut, *facillimus* [*a*,] *humillimus* [*b*,] *ſimillimus* [*c*.]

*a* Cicero Sil. lib. 13: *Hominem facillimum liberaliſſimúmqve cognoſces.* Idem de Amicit: *Qvid dicam de moribus facillimis, de pietate in matrem?* *b* Liv. lib. 3. ab Urb: *Scilicet ſi qvis vobis humillimus homo de veſtra plebe* &c. Tacitus lib 18; *humillimo cuiqve credulus.* *c* Plautus Aſin. 5: *Hic noſter qvæſtus aucupij ſimillimus eſt.* Cic. pro M. Marcello: *Hæc qvi faciat, non ego cum ſummis viris comparo, ſed ſimillimum Deo judico.* Nota. Adduntur à qvibuſdam ſeqvutis Priſcianum lib. 3, p. 81, & Vallam lib. 6. c. 26, *agillimus*, *gracillimus*, *docillimus*. Sed in ijs autoritas Claſsicorum deſideratur: qvæ niſi acceſſerit, tutò uſurpari non poſſunt. *Imbecillis*, *imbecillimus*, & *imbecilliſſimus*, gignit.

Digitized by Google

gignit. Seneca Epiſt. 86: *Qvantulum autem ſapienti damus, ſi imbecillimis fortior eſt, & mœſtiſſimis lætior, & effrenatiſſimis moderatior, & humillimis major?* Idem ad Martiam: *Qvid eſt homo? imbecillimum corpus & fragile.* Celſus lib. 2, c. 18: *Ovum durum valentiſſimæ materiæ eſt, molle vel ſorbile imbecilliſſimæ.* Sed *Imbecilliſſimus* Schmidio ex Vallæ ſententia non malè cenſetur eſſe ab *imbecillus*; ſicut *imbecillimus* ab *imbecillis*.

# DE ADJECTIVIS IRREGULARIBUS.

| | | | |
|---|---|---|---|
| I. *Bonus* | *melior* * | *optimus* [a] |
| *Malus* | *pejor* | *peſſimus* |
| *Magnus* | *major* | *maximus* |
| *Parvus* | *minor* | *minimus* [b] |
| *Multus* | | *plurimus* [c] |
| *Multa* | | *plurima.* |
| *Multum* | *plus* | *plurimum.* |

*Plures* in Maſculino & Fœminino genere dicimus; *plura* in Neutro, pro qvo etiam Veteres *pluria* [d] dixére.

* Veteres *melios* dixerunt pro *melior*. Teſtis eſt Varro de lingva Lat. c. 6: in qvo antiqvi, dicebant S, nunc dicunt R: ut, in carmine Saliari ſunt hæc: *Coſculo, doloſi, eſo.* Poſt *meliòs melior* &c. Cato de Re ruſtica, *Fundus melios erit.* Videſis Popmam de uſu Ant. Loc. l. 1. c. 3. *a* Antiqvi ſcribebant *Optumus.* Sic *maxumus*, *peſſumus*, *poſtumus.* Primus autem C Julius Cæſar per I ejuſmodi verba enunciavit & ſcripſit: cujus autoritate alij moti, has voces tertià vocali ſcripſerunt, veluti ex Varrone & Qvintiliano liqvidò conſtat. Confer Popmam de uſu Ant. Locut. l. 1. c. 1. p. 14. Ed. Gieſ. 1609. *Optumus* extat in Plaut. Aul. act. 2 ſc. 1:



Digitized by Google

*Optuma nulla poteſt eligi: alia aliâ Pejor, frater eſt.* & poſtea: *id qvod in rem tuam Optumum eſſe arbitror.* Adv *Maxumè* idem habet in Bacchid. act. 4, ſc. 9: *verùm ſi das maxumè Ne ille alium gerulum qværat, ſi ſapiet, ſibi.* Idem affert in Rud. *peſſumus*: *Nunc eam cum navi, ſcilicet abyſſe me peſſumum in altum.* Et Aul. act. 2. ſc. 1: *Qvid dubitas, qvin ſit paratum nomen puero Poſtumus?* *b* Lucretius uſus eſt ſuperlativo *parviſſumus* lib. 1. Rer. Nat: *Præterea niſi erit minimum; parviſſuma qvæqve, Corpora conſtabunt ex partibus infinitis.* Ibid — *nam qvamvis funditus omnis Summa ſit infinita; tamen, parviſſuma qvæ ſunt Ex infinitis conſtabant partibus æqvè.* Sic lib. 3. p. 79. Edit. Gifan: *Igitur parviſſima corpora proqvàm, Et leviſſima ſunt.* — *c* Cic. ad Attic. lib. 11, Ep. 2: *Ex multiſſimis & miſerrimis curis, eſt una enata.* Sed in correctioribus exemplaribus legitur: *Ex multis meis & miſerrimis curis.* In compoſitione legere licèt: *permulti, complures, qvamplurimi.* *d* De uſu vocum *Plura* & *Pluria* ſuprà actum eſt pag. 89.

## II. Superlativum habent irregularem:

| | | |
|---|---|---|
| *Neqvam* | *neqvior* | *neqviſſimus* [a] |
| *Poſterus* | *poſterior* | *poſtremus* [b] |
| *Vetus* [c] | *veterior* | *veterrimus.* |
| *Exterus* [d] | *exterior* | { *extremus* / *extimus.* |
| *Superus* | *ſuperior* | { *ſupremus* / *ſummus.* |
| *Inferus* | *inferior* | { *infimus* / *imus* [e.] |
| *Maturus* | *maturior* | { *maturiſſimus* [f] / *maturrimus.* |

*a* Cic. Brut. lib. 7: *Homo omnium neqviſſimus.* Et alibi: *Neqviſſimus eorum qvi fuerunt adoleſcentium, qvi ſunt,*



Digitized by Google

*qvi futuri ſunt.* b A *poſtremus* tanqvam Poſitivo, Gracchus dixit *poſtremiſſimus*, apud Gellium lib. 15, 12. Addunt aliqvi & ſuperlativum *poſtumus* ( ut *optumus* ) pro poſtimus. Virg. 6. Æneid: — *tua poſtuma proles*, i. e. inter liberos poſtremô locô nata. Qvam expoſitionem confirmat Turnebus in Adverſ. lib. 18, cap. 1: *Poſthumus non modò is dicitur, qvi poſt fata parentis naſcitur; ut Curij filius adoptatus à Rabirio, Rabirius poſthumus eſt vocatus: verùm etiam is, qvi poſt alios liberos ultimus gignitus, etiam vivente patre: qvomodo, inqvit lib. 6. Æneid, accipiendum cenſeo: Silvius, Albanum nomen, tua poſtuma proles; ſeqvitur enim explicatio: Qvem tibi longævo ſerum Lavinia conjux, Educet ſilvis Regem Regúmq; parentem. Atq; hanc meam ſententiam confirmat eruditiſſimus Poëta Auſonius epiſt. 14, qvi poſtumum explicat ſupremum: Ut qvondam in Alba mœnibus Supremus Æneâ ſatus.* Cui adſtipulatur Taubm. in Virgilium inqviens: *Tua poſtuma proles* i. e. *Silvius poſt alios liberos ultimúsqve genitus: Homero* τηλυγέτης *eſt, qvaſi patre ætate procul progreſſô natus. aliàs & Proculus dicitur.* Uterqve ſine aſpiratione ſcribit. Gellius autem explicans eundem verſum cap. 16. lib. 2. aſpirat, qvem Erythræus Virgilij ſcholiaſtes ſeqvitur. Sed eruditorum plurimi Turnebi orthographiam ſeqvi malunt, & aſpiratione abſtinere. c Poſitivus *veter* priſcis temporibus fuit in uſu. Ennius: *Cum veter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo.* Unde eſt ſuperlativus *veterrimus*, & comparativus *veterior*. Plautus in Bacchidibus: *Senem tibi dedo illum veteriorem.* Priſc. lib. 3. p. 81. Ed. Bryling. d *Exter* notante Voſſiô etiam in uſu eſt. Exemplum affert Lancilotus ex Statio: *Exter honos.* Verùm Schmidius ait lectionem ibi dubiam eſſe, cum aliqvi reponant *extet*. Et pergit: Ex Paulino tamen Chriſtiano Poëta, qvi circa annum Chriſti 460 floruit, affertur: *Nunc ille nobis exter & veſter manet.* Item: *Permixtus Sodomæ teſtis, ſed moribus exter.* Ubi lectio in dubium vocari non facilè poteſt. e Sunt qvædam, inqvit, Diomedes, qvæ tantùm ſuperlativum habent: ut, *noviſſimus*, *ſummus*: qvibus nomen

Digitized by Google

nomen *imus* videtur adjungendum. *f* Columell: lib. 4, c. 29: *Fæcundos & qvàm maturiſſimos ſurculos viti detraxerit.* Idem lib. 11, c. 3: *horum autem ruborum ſemina qvàm maturiſſima eligi oportet.* Tacit. lib. 12: *Robur ætatis qvàm maturrimum precari.* Sic Adverbia ſuperlativa utrôqve modô apud Ciceronem extant, de Orat: *Qvippe qvi omnium maturrimè ad cauſas publicas acceſſerim.* Idem pro Cæcinna: *Nam ut qvæqve res eſt turpiſſima, ſic maximè & maturiſſimè judicanda eſt: at ea, in qva exiſtimationis periculum eſt, tardiſſimè judicatur.*

III. Compoſita à *volo*, *dico*, *facio* formant comparativum in ENTIOR, & ſuperlativum in ENTISSIMUS: ut, *benevolus, benevolentior, benevolentiſſimus* †: *maledicus, maledicentior, maledicentiſſimus*: *magnificus, magnificentior, magnificentiſſimus* *. At *veridicus* non comparatur. Sed *mirificus* facit *mirificiſſimus*.

† Fortaſſe potiùs à Participijs, exempli causâ, *maledicens, benevolens*, qvàm à Nominibus *maledicus, benevolus* derivantur. Etenim Cicero in Rhetor. 2. dixit *benivolens*: *Pietas*, inqvit, *per qvam ſangvine conjunctis, patriæq; benivolens officium, & diligens tribuitur cultus.* Ita legit Popma de Ant. Loc. c. 8. lib. 1. Imò iſta lectio ita à Gifanio eſt reſtituta. Vid. Collectanea Gifanij in Lucret. ad *Svaviloqvens*: qva voce utitur Lucret. lib. 4. de rerum Nat. Hexam. 20: *Volgus abhorret ab hac; volui tibi ſvaviloqventi. Svaviloqvus* extat in eodem lib. 3. p. 52 Ed. Gifan: *Qvod qvoniam docui, nunc ſvaviloqvis, age paucis Verſibus oſtendam. Vaniloqvus* extat apud Livium lib. 5. bell. Maced. *Vaniloqventior* autem & *vaniloqventiſſimus* utare licet, ubi apud Claſſicos legeris. * Priſci à *magnificus, beneficus* ſuperlativa *magnificiſſimus, beneficiſſimus*, formabant. Unde Terentius in Phormione: *Facinus mirificiſſimum* dixit. Sic & Accius

in

Digitized by Google

in 11 διδασκαλικῶν: *Et magnificiſſime excellíſſimeq; obnoxe*, Priſc. lib. 3. p. 77.

## IV. Poſitivo carent:

| | | |
|---|---|---|
| [a] | *Citerior* | *citimus*, |
| | *Interior* | *intimus*, |
| | *Ulterior* | *ultimus*, |
| | *Deterior* | *deterrimus*, |
| | *Prior* | *primus* [b] |
| | *Propior* | *proximus* [c] |
| | *Ocior* | *ociſſimus* [d.] |

*a* Extat & Nominativus *citer*. Cato de agna paſcenda: *Citer agnus alligatus ad ſacra erit*. Priſcian. lib. 3, c. 72. *b* Qværitur an *Prior* comparativus, *Primus* ſuperlativus ſit? Dicunt qvidam, qvòd cùm ordinis ſint, differentiam numeri ſignificent. Sicut enim *alter* de *duobus*, & *alius* de *multis* dicitur; ſic *prior* de *duobus*, & *primus* de *multis* dici ſolet. Invenitur tamen ſæpe *prior* pro *melior* poſitum, & tunc ſine dubio habet vim comparativi; & *primus* pro *optimus*, & tunc ſuperlativi ſignificationem obtinet. Virg. 8: — *& primos juvenum tot miſerit orco*. *Primos* poſuit pro *optimos*. Qvidam autem non abſurdè confirmant, qvòd in numeris qvoqve poſſit *prior* eſſe comparativus, unde Ablativo jungitur; & *primus* ſuperlativus, cùm ad multos comparatur, & ſemper Genitivum ſeqvitur: & qvòd *prior* (ſicut omnes Comparativi) vel ad ſui generis, vel ad alieni aliqvem comparetur, etiam cum numerum ſignificat: ut, *prior Turnus qvàm Æneas movit bellum*. *Primus* autem (ſicut omnes Superlativi) ad multos ſui generis conjungitur. Virg. 2: *Primus ſe Danaûm magnâ comitante catervâ, Androgeos offert nobis*, Priſc. lib. 3. *c* A Superlativis etiam reperiuntur novi comparativi & ſuperlativi: ut, *proximus*, *proximior*, qvibus freqventer utuntur Juriſperiti cum de

Digitized by Google

de cognatione ſermo eſt. Item de alijs rebus. Seneca etiam in Epiſt: *Ita tamen ut modum ſervem, & qvidem continentiæ proximiorem.* Nota. Ab Adverbijs qvoqve extant Nomina ſuperlativi gradûs: ut, *diu, diutiſſimus: ſæpe, ſæpiſſimus,* (*ſæpiſſima diſcordia* apud Caton.) Sic nonnulli à *penitùs* derivant *penitiſſimus*, qvod tamen eſt à Poſitivo regulari *penitus, a, um*: qvo uſi ſunt Plautus & Apulejus. *d* Rectiùs per i ſcribitur, *ocior ociſſimus*, ex ὠκίων, ὤκιστος: licèt aliàs ſit apud Græcos, ὠκύς, ὠκύτερος, ὠκύτατος.

## V. [a] Comparativo carent:

*Diverſus, falſus, fidus, inclytus, invitus, invictus, meritus, novus [b,] nuperus, perſvaſus, ſacer, ſacrilegus [c,] Chriſtianus.*

*a* Plura fortaſſis dantur: ut, *providus, apricus, Juriſconſultus*, &c. de qvibus uſus conſulendus eſt. Tam periculoſum enim eſt illorum comparativos temerè rejicere, qvàm ſine autoritate admittere. Qvod etiam de ſuperlativo monitum eſto. *b* De ſuperlativo *noviſſimus* accepto pro *extremo*, in hæc verba diſſerit Ramus ex Varrone & Gellio lib. 6. Schol. Gram p. 106: Varro lib. 5 de lingva: *Neapolis νέα πόλις ab antiqvis noſtris vocitata, à qvo etiam extremum, noviſſimum qvoqve dici cœptum vulgo, qvod mea memoria, ut Ælius Gallus, ſic ſenes aliqvot nimium novum verbum qvod eſſet, vitabant, cujus origo, ut, à vetere, vetuſtius ac veterrimum, ſic à novo declinatum novius & noviſſimum, qvod extremum.* Hunc Varronis locum citat Gellius, ſed addit, Ciceronem abſtinuiſſe eô verbô, tanqvam non latinô. Gellij verba ſunt, lib. 10, c. 21: *Non paucis verbis, qvorum freqvens uſus eſt nunc & fuit, Marcum Ciceronem noluiſſe uti, manifeſtum eſt: qvod ea non probaret, velut eſt noviſſimus & noviſſime: nam cùm & M. Cato & Salluſtius & alij qvoq; ætatis ejuſdem, verbo iſto promiſcuè uſi ſunt, multi etiam non indocti viri in libris id ſuis ſcripſerint; abſtinuiſſe eo tamen tanqvam non*

*latino videtur, quoniam qui doctiſſimus eorum temporum fuerat Ælius, illo ut novo & improbo verbo uti vitaverat, propterea id M. quoque Varronis ex libro de lingua Latina ad Ciceronem, quinto, demonſtrandum putavi. A quo etiam*, inquit, *extremum, noviſſimum quoq; dici cœptum vulgò, quod mea memoria, ut Ælius Gallus, ſic ſenes aliquot nimium novum verbum quòd eſſet, vitabant, cujus origo ut à vetere, vetuſtius, ac veterrimum, ſic à novo declinatum novius noviſſimum.* Hæc Gellius: ubi tamen videtur inconſultiùs dicere, Ciceronem *noviſſimum* & *noviſſimè*, tanqvam non latina vitaviſſe, qvod falſum eſt. Nam pro Roſcio dixit: *Qui in noviſſimis quidem erat hiſtrionibus, ad primos pervenit Comœdos.* Item in Epiſt: *Recipere me noviſſimus cœpi.* Plancus Ciceroni: *Quo ego interprete noviſſimè uſus ſum.* Si dixiſſet Gellius noviſſimum pro maximè novum Ciceroni probatum non eſſe, libentiùs audirem. Hactenus Ramus. *c* *Sacrilegus*] Plaut. in Rud. 3, 4: *Exi à ſœno, natum quantum eſt hominum ſacrilegiſſime.*

## VI. Superlativo carent [*a.*]

*Adoleſcens* [*b,*] *cœcus, comis, declivis, flebilis, infinitus* [*c,*] *ingens* [*d,*] *juvenis, longinqvus, propinqvus, pronus, proclivis, ſenex* [*e,*] *ſupinus* [*f,*] *ſylveſter, ſiniſter* [*g,*] *dexter, ſtabilis, ſatur* [*h.*] *Juvenis facit junior* [*i.*] *Anterior* ſolùm comparativum habet: uti & *licentior* [*k.*]

*a* His qvoq; annumerant aliqvi *dives divitior*. Verùm hujus comparativus, *divitior*, eſt apud Plaut. Aul. act. 5: *Quis me eſt divitior?* Idē Pſeud. act. 5, ſc. 2: — *nam hinc nunquam eris nummo divitior.* Et Terentius in Phormione: *Quàm iniquè comparatum eſt, hi qui minus habent ut ſemper aliquid addant divitioribus.* Lucret. l. 5: *Divitioris enim ſectam plerunq; ſequuntur. Divitiſſimus* etiam leges. Cic. de offic. 2: *Nam Mamerco homini divitiſſimo.* Idem Parad: *Ita divitiſſimus habendus ſit.* Cornel. *Nepos in vita Phocionis: Fuit enim perpetuò pauper, cùm divitiſſimus eſſe poſſet*, &c. *A dis* autem eſt *ditior, ditiſſimus* analogicè & plenè. *b* *Adoleſcens*] Cicero:

Digitized by Google

cero: *Noſti enim profectò os adoleſcentioris ejus Academiæ.* c *Infinitus*] Cic. in Top: *Partium diſtributio ſæpe eſt infinitior.* d *Ingens*] Virg. 11 Æneid: — *O fama ingens, ingentior armis.* e *Senex*] Cic. de Leg: *Qvæ vis non modò ſenior eſt qvàm ætas populorum, ſed æqvalis Dei.* f *Supinus*] Mart. lib. 2: *Nuſqvam delitiæ ſupiniores.* g *Siniſter* & *dexter* comparativa *ſiniſterior* & *dexterior* habent; ſuperlativa nulla videntur eſſe. nam *ſiniſtimus* & *dextimus* apud priſcos, *ſiniſtrum* & *dextrum* ſignificabant, notante Feſtô. Nonius Marcellus *dextimam viam* pro *dextram* interpretatur. Sic illud Salluſtij in Jugurth. accipiendum eſt: *Sylla cum eqvitatu apud dextimos in ſiniſtra parte. A. Manlius cum funditoribus & ſagittarijs, hoc eſt in dextera parte.* h *Satur*] Colum: *Saturior lactis agnus.* i *Junior*] Eſt ex regulari *juvenior*, qvo uſus eſt Columella lib. 10: *Illud qvidem incommodum juveniori examini ſolet accidere.* Plinius qvoqve in Epiſt. ad Ariam: *Qvod ſacerdotium, idem & conſulatum multò etiam juvenior, qvàm ille. Junior* eſt apud Horatium: *Toto anno junior.* k *Licentior*] Cic. in Orat. lib. 3: *Inde ille licentior & divitior fluxit dithyrambus.*

# DE ANOMALIS.

Hactenus analogiam propoſuimus, ſupereſt ut de *Anomalis* dicamus, qvæ ad regulam non qvadrant, id eſt, qvæ non ſeqvuntur communem & conſvetam declinandi formam.

*Anomala* † ſunt qvæ à communibus affectionibus deflectunt. Súntq; *Qvintuplicia: 1. Indeclinabilia. 2. Heteroclita. 3. Heterogenea. 4. Defectiva. 5. Abundantia.*

† *Anomalia* eſt vocis à communi regula diſcrepantia. Nomen ducit à Græco ὁμαλὸς æqvalis. Inde *Anomala*, qvæ non æqvantur ſeu qvadrant ad regulam. E diverſo,

ſo, *Analogia* eſt vocis cum communi regula convenientia. Gell. lib. 2, c. 25: Analogia dicitur cum ſimilia ex ſimilibus judicantur. Nomen ductum eſt ex ἀνὰ & λόγος, & ſignificat τῶν λόγων ſeu rationum, de qvibus Euclides docet lib. 5, ſimilitudinem, qvæ hôc locô ad formationem vocum accommodatur. Cedit autem analogia uſui. Neqve enim omnia ἀναλογίαν ſervant in Latina lingva. Sic analogicè dicendum eſſet: *Jupiter, Jupitris;* ſicut *Pater, patris:* ſed uſus recepit *Jupiter, Jovis.* Nota. Qvæſtionem, *an ſermonis uſus conſtet Analogiâ*, Varro duobûs librîs de Lingva Latina fusè perſecutus eſt. Qva de re etiam videri poterit Ramus initiô lib. 2. Sch. Gram.

## *DE INDECLINABILIBUS.*

*Indeclinabilia* † ſeu Aclita (alijs Aptota) vocantur qvæ unâ terminatione in omnibus caſibus uſurpantur.

† Non ideo dicuntur *Indeclinabilia*, qvia non declinantur: verùm qvia non diversâ formâ & finali variatione, ſed unâ ac eâdem formâ, qvam in recto habent, in omnibus caſibus uſurpata inveniuntur.

Súntq;

1. Adjectiva: *tot, totidem, qvot, qvotqvot, aliqvot, qvotcunqve.* Item numeralia cardinalia à qvatuor ad centum incluſivè. Deniqve *mille* Adjectivum *.

* Sed *mille* ſubſtantivum Neutrum eſt, & in ſingulari indeclinabile. In Plurali verò declinatur: *millia, millium, millibus*, &c. Plautus Mil: *Qvin mille annorum perpetuò vivunt à ſeculo ad ſeculum.* Cic. pro Mil: *Ante fundum Clodij, qvo in fundo propter inſanas illas ſubſtructiones, facilè*

*mille hominum verſabatur valentium: non verſabantur*, *quod in libris minùs accuratè ſcriptis reperiri ſolet*. Et in Sexta in Antonium: *Quis unquam in illo Jano inventus eſt, qui L. Antonio mille nummûm ferret expenſum.* Varro in XVII. Rerum humanarum dixit: *Plus mille & centum annorum eſt*. Quadrigarius in tertio Analium: *Ibi occiditur mille hominum*. In ſingulari, ut dictum eſt, non declinatur, niſi placet *mille* in Ablativo facere *milli*. Lucil. lib 15: *Hunc milli paſſûm qui vicerit atque duobus* &c. Idem lib. 9: *Tu milli nummûm potes unô quærere centum. Milli paſſûm* dixit, pro *mille paſſibûs*: & *milli nummûm* dixit pro *mille nummis*, apertéq; oſtendit *mille* & vocabulum eſſe, & ſingulari numero dici, & caſum etiam capere Ablativum, ejuſq; caſum Pluralem eſſe *millia*. *Mille* enim non ex eo ponitur, qvòd Græcè χίλια dicuntur, ſed qvòd χιλιάς. Et ſicut *una Chilias*, & *duæ Chiliades*: Ita *unum mille*, & *duo millia* veteres certâ atqve directâ ratione dicebant. vide Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 5. pag. 193, 194, Edit. Lugd. 1548. Schmidius in Hyp. c. 19. p. 147 hunc ſeqvutus, ait *mille* ſubſtantivum uſurpari in ſingulari Nominativo & Accuſativo ſæpius, Ablativo rariùs: Plurali verò integrum eſſe, Horat: *Octo millia hominum*.

**II. Indeclinabilia ſunt: *Pondo* [a,] *gummi* [b,] *ſinapi* [c,] *ſtibi* [d,] *gauſape* [e,] *cepe* [f,] *ſubtal* [g,] *ir* [h,] *frit* [i,] *gith* [k,] *Nepet* [l.] Sic, *ſeſqvi* [m,] *neqvam* [n,] *ejuſmodi* [o,] *cujuſmodi* [p,] *iſtiuſmodi* [q,] *hujuſmodi* [r,] & ſimilia [ſ] adjectivè uſurpata.**

a *Pondo*] Liv. 5. Decad. lib. 5: *Gratiæ ab Senatu actæ, muneráq; miſſa, torqvis aureus duo pondo, & patera aurea qvatuor pondo*. Plaut. Aſin. 2. 2: *Qvot pondo te eſſe cenſes nudum?* Ibidem: *Nudus vinctus centum pondo es, qvando pendes per pedes*. Dicimus, *duo millia pondo*; ibi eſt Genitivus caſus. *Mille pondo*, Nominativus eſt. *Bis mille pondo*,

Nominativus eſt, qvia *mille* Adjectivum eſt. Tamen non dicimus *bina*, *terna pondo*, *ſed duo*, *tria*. Cic. pro Cluent: *Auri qvinqve pondo abſtulit*. Colum. lib. 12, c. 51: *Cum olei pondo octoginta*. Nonnunquam idem eſt qvod *pondus*. Liv. 4. ab Urbe: *Scribitur coronam auream libra pondo Jovi dicatam fuiſſe*. *b* *Gummi* ] Plin. 16, c. 26: *Qvæ gummi gignunt, poſt germinationem aperiuntur: gummi verò non niſi fructu detractô ſpiſſatur*. Confer lib. 13, cap. 11. Apud eundem extat Ablativus lib. 15, c. 7: *Suis herbis componunt inter Cappadociam & Galatiam, qvod Selgiticum vocant, nervis admodum utile: ſicut in Italia è gummi*. Pluralis Genitivus apud eundem eſt lib. 24, c. 11: *Gummium genera diximus*. Qvi tamen Genitivus potius videtur eſſe à Fœminino Nominativo *hæc Gummis*: qvâ voce uſus eſt Colum. lib. 12, c. 50: *Noſtrorum temporum agricolæ repudiaverunt, exiſtimaveruntq; ſatiùs eſſe nova dolia liqvidâ gummi perluere*. *c* *Sinapi* ] Plin. lib. 20, c. 22: *Sinapi, cujus in ſativis tria genera diximus, Pythagoras principatum habere ex his, qvorum ſublimè vis feratur, judicavit*. Sic lib. 19, c. 7, & 8. Idem Plinius utitur Fœmininô *Sinapis* lib. 21, c. 12: *Horum floris avidiſſimæ ſunt, atq; etiam ſinapis, qvod miremur, cum divæ florem ab his non attingi conſtet*. Idem lib. 20, c. 22: *Sinapis naturam effectusq; eoſdem habere traditur adarca, inter ſylvas tecta in cortice calamorum ſub ipſa coma naſcens*. *Sinape* qvoqve eſt apud Columellam lib. 11, c. 3: *Sinape, atq; coriandrum &c, ſuâ ſede immota permanent*. Vide ſupra p. 44. 451. *d* *Stibi* ] Recentiorum nonnulli, qvibus *Stibi* dicere placet, Græcos imitantur, qvi στίβι vel στίβη dicunt. στίβι leges apud Dioſcoridem & Hippocratem: στίβη verò apud Heſychium: cui στίβη eſt χρῶμα μεταλλικὸν μέλαν. Hos ſeqvutus Georg. Agricola obſervat. de metallis latinè dixit: *Stibi in officinis neſcio qvâ appellatione antimonium*. Idem etjam alijs non diſplicet. Latini *Stibium* dixerunt, & *ſtimmi*. Conſulatur modò Plin. lib. 33, c. 6: *In iiſdem* (inqvit) *argenti metallis invenitur, ut propriè dicamus, ſpuma lapis can-*

*dida nitentiſq́, non tamen translucentis, ſtimmi appellant, alij ſtibium, alij alabaſtrum, alij larbaſon.* Eſt autem *ſtibium* lapis metallicus, colorem plumbeum referens, ſed magis nitens & candidus. *e. Gauſape*] Plin. lib. 8, c. 48: *Antiqvis torus è ſtramento erat, qvaliter nunc etiam in caſtris gauſape. Patris mei memoriâ cœpére amphimalla noſtra, ſicut villoſa etiam ventralia. Nam tunica laticlavi in modum gauſape texi tu nc primùm incepit.* Perſius Sat. 4: *Tu, cum maxillis balanatum gauſape pectas.* Hor. lib. 1 Serm. 8: *Purpureô gauſape menſam perterſit.* Apud antiqviſſimos etiam invenitur *gauſapes, gauſapis* & *gauſapa, pæ,* & *gauſapum, pi.* Nec non apud probatos autores nonnunqvam occurrit in numero plurali *gauſapa.* Ovid. lib. 2 de Arte aman: *Gauſapa ſi ſumpſit gauſapa ſumpta proba.* Perſius Sat. 6: *Jam chlamydas regum, jam lutea gauſapa captis, Eſſedáq́ ingentéſq́ locat Cæſaria Rhenos.* Eſt autem *Gauſape, um*, vel pl. *Gauſapa*, genus villoſi ſtramenti, qvo induti duces captivi in triumpho trahebantur, interprete Foqvelinô in 6. Perſij Satyram. *f Cape*] Perſius Sat. 4: — *tunicatum cum ſale mordens Cape.* Ita citat Taubmannus in commentarium Plautinum ad act. 2. ſc. 3. Perſ. Plin. lib. 19, c. 6: *Ergo omnibus annis ſeparatim ſemen cepæ cauſa ſeritur, ſeparatim capeſeminis.* Apud eundem eôdem capite extat in Plurali: *Maximè concava ſunt cape, gethio.* Fœmininum *cepa, æ,* ſæpe uſurpat Plinius lib. 19, c. 6: *cepæ genera* &c. Ibid: *Alium cepáſqve inter Deos in jurejurando habet Ægyptus.* In eodem capite aliqvoties iſtâ formâ illud Fœmininum occurrit. Nota, qvòd Gelenius & Dalecampius Plinij ſcholiaſtæ ubivis locorum ſcribant per æ ab initio hanc vocem, qvem Calepinus & 8 & 11 lingvarum ſeqvitur; qvam lectionem etiam probat Taubmannus, Foqvelinus in notis ad Perſium, & alij. Sed Nonius Marcellus, Perottus, Iſidorus, Priſcianus lib. 6, Ramus lib. 13. Schmidius Gram. pag. 185. per ſimplex e ſcribere malunt. *g Subtal*] De hac voce ita Sipontinus: *Ex ſub & talo componitur, ſignificátq́ cavum pedis, qvanvis & pro vola qvandoqve accipiatur.* Et Perottus ait: *Subtal concavum pedis ſicut*

*vola,*

*vola, qvod ſcilicet ſub talo ſit.* Priſc. lib. 5, p. 122: non *ſubtel* ſed *ſubteel* habet. *b Ir*] Hanc vocem vide ſuprà in declinatione Tertia p. 50. *i Frit*] Varro lib. 1. de re Ruſt. c. 48: *Illud autem in ſumma ſpica jam matura, qvod eſt minùs qvàm granum, vocatur frit.* *k Gith*] Colum. lib. 7: *Interdum faſtidio ciborum langveſcit pecus: ejus remedium genus ſeminis qvod gith appellatur.* Plin. lib. 19, c. 8: *Gith piſtrinis, aniſum & anethum culinis & medicis naſcuntur.* Plaut. Rud: 5. 2: *Os calet tibi, num git frigidefactas?* In qvo loco Plautino, Editio Taubmanniana aſpirationem omittit. Eſt autem *gith* frutex, qvem Latini *nigellam* vocant: guſtu ſimilis piperi. Auſonius: *Eſt inter fruges morſu piper aeqviparans gith.* *l Nepet*] Plin. lib. 3, c 5: *Hortanum, Herbanum, Nepet*, &c. Nomen oppidi Italici, teſte Priſcianô lib. 6, p. 171. *m Seſqvi*] Extra compoſitionem extat apud Ciceronem de Orat: *Pes enim qvi adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut neceſſe ſit partem pedis aut aeqvalem eſſe alteri parti, aut altero tantô, aut ſeſqvi eſſe majorem: ita fit aeqvalis Dactylus, duplex Jambus, ſeſqviplex Paeon.* In compoſitione verò freqventer utuntur autores: e. g. *ſeſqvi altera, ſeſqvihora, ſeſqvimodius, ſeſqvipes & verba ſeſqvipedalia* apud Horatium. *n Neqvam*] Cic. 2 de Orat: *Iiſdem verbis & laudare frugi ſervum poſſumus, & ſi eſt neqvam, jocari.* Idem 3 in Verr: *Qvum Sacerdotem execrabantur, qvi Verrem tam neqvam reliqviſſet.* Plaut. in Caſin. — *qvos ea pariat Potiùs qvàm illi ſervo neqvam armigero, nihili atq; improbo.* *Neqvam* Phocas Neutrum ait eſſe, ut *fas & nefas*; in qvo fallitur. Varronem hic audiamus: *Dicunt enim*, ait, *non habere caſus mox & vix, neqvam habere, qvòd dicamus hic neqvam, hujus neqvam, huic neqvam, cum intelligimus, aut hominis ejus qvem volumus oſtendere eſſe neqvam, dicimus caſus, & ei praeponimus non cujus putamus neqvitiam. Qvod vocabulum factum, ut ex non & volo, Nolo; ſic ex ne & qvicqvam, item mediâ extritâ ſyllabâ, coactum eſt Neqvam. Itaqve ut eum qvem putamus eſſe non hili, dicimus nihili: Sic in qvo putamus eſſe neqvidqvam, dicimus neqvam.* Idem ety-



Digitized by Google

mon Ciceroni Tuſc, qvæſt. lib. 3 placet, cujus hæc ſunt verba: *Neqvitia ab eo, etſi hoc erit fortaſſe durius, ſed tentemus, & luſiſſe putemur, ſi nil ſit, ab eo, qvod neqvicqvam eſt in tali homine, ex qvo idem nihili dicitur.* Hic videmus *neqvam* Maſculinum eſſe. Sic Cic. Philipp. 2: *O hominem neqvam.* Columella verò Genere fœmininô *neqvam vitem* dixit. Varro 6 de Lingva: *Ex qvo carminari dicitur tum lana, cùm caret eâ, qvod in ea eſt neqvam.* Feſtus qvoqve ex Lucilio Neutrum adducit: *Neqvam aurum eſt, auris qvod vi vehementiùs ambit. Hôc verſu Lucilij ſignificare ait Sinnius Capito, neqvam eſſe aurum, qvòd auris lædat; vel pondere inaurium, cum molliſſima pars auris inciditur; vel ex auro intelligi pecuniam, cujus reſpectu & nimiâ cupiditate homines ad peccandum adducuntur.* o *Ejuſmodi* ] Vox hæc compoſita ex duobus Genitivis, tantundem valet ac talis, ejus generis, ejuſdem generis, id genus, ejuſdem modi, ejuſcemodi. Cicero Famil. Epiſt. lib. 5: *Sed tamen in ejuſmodi rerum perturbatione, qvanqvam omnia metuenda ſunt, nihil magis qvàm perfidiam timemus.* Idem Cicero Acad. Qvæſt. compoſitionis legi ſe non adſtringens dixit: *Nullum tale eſſe viſum à vero, ut non ejuſdem modi etiam à falſo poſſit eſſe.* i. e. ejúſmodi & ibidem: *Nihil intereſſe autem non modò ſi ex omni parte ejuſdem modi ſint, ſed etiam ſi diſcerni non poſſint.* qvæ tamen disjuncta conjunxiſſe legitur, qvando de Finibus, & in Verrem, *ejuſdem modi* dicit. Videantur Nizolij obſervationes in Cic. Nonnunqvam verò in eundem ſenſum idem Cicero ita loqvitur: *Qvæ ſunt generis ejuſdem*, de Finib: *Et iſtius generis aſotos* de Clar. Orat. Eleganti autem dicendi charactere idem effert ad Attic. ſcribens: *Antea orationes aut aliqvid id genus ſcribebam.* i.e. ejus generis, tale, ſimile qvid, ejuſmodi aliqvid &c.

p *Cujuſmodi* ] 1. Idem valet ac qvalis. Plaut. Trinum. 2. 4: *Pro di immortales conditionem cujuſmodi?* Ita legit Pareus in Lex. Plaut: Sed Taubmannus *qvojuſmodi*, & Douſa *qojuſmodi*. Idem Plaut. Perſ 4, 4: *Cujuſmodi is in populo habitus eſt?* Taubm. *qvojuſmodi*. 2. exponi poteſt *qvaliſcunq.* Cicero 2 de Invent: *Qvod ſi hæc cùm ſummè inutilia, tum mul-*

*multò turpiſſima ſint, legem, cujuſmodi ſit, in præſentia conſervari à judicibus.* Ubi Nizolius in obſervationibus in Ciceronem ad vocem Modus legit *cujuſcemodi* & interpretatur *qvaliſcunqve.* Cicero pro eodem uſus eſt *cujuſmodicunq*, pro A. Cluent: *Nam illud me non præterit, cujuſmodicunqve mater ſit: tamen in judicio filij, de turpitudine parentis, vix dici oportere.* nec non idem exprimit Cicero voce *cujuſdammodi* 2 de Divinat: *Num etiam ſi fiſſum cujuſdammodi fuerit in jecore, lucrum oſtenditur?* Ubi Nizolius in obſerv. legit *cujuſdam modi*, divellendo dictionem. 3. *Omnis generis, cujusq; generis, multiplex* ſignificat. Plautus Pſeud. 2, 4: *Rogas? murrhinam, paſſum, defrutum, melinam, mel cujuſmodi* i. e. cujuſvis modi, generis, interprete Taubmannô. Confer Perſæ act. 3, ſc. 1. Pro hoc utitur Cicero non rarò *cujuſqve modi.* de Pet. conſul. inqvit: *In tot hominum cujuſqve modi vitijs.* & paſſim alibi. Idem pro Flacio: *Tabulæ illæ ipſæ cujuſqvemodi ſint, proferuntur.* ita legit Popma. Nota. Veteres pro *cujuſmodi* dixerunt *cuimodi*, veluti pro *aliuſmodi, alimodi*, teſte Feſtô. Sanè apud Cicer. in optimis & MSS. & editis exemplaribus, legas *cuicuimodi* pro *cujuscujusmodi*, ſive *cujusmodicunqve.* Cicero ſub finem lib. 5 Tuſc. qvæſt. Edit. Carol. Steph alibi ſæpius citatæ ait: *Eqvidem me etiam conſcripturum arbitror. ubi enim melius uti poſſumus hoc, cuicuimodi eſt otio?* Vide Priſcianum lib 13. & Victorium in lib. 3. Epiſt. Cic. ad Attic. nec non Voſſium Gramm. Lat. p. 64. atq; Gel. l. 12. *Ea res cuimodi*, pro *cujusmodi.* Qvi tamen l. 9 ait: *Demus, huic aliqvid æris cujusmodi.* q *Iſtiusmodi* ] id eſt, iſtius generis, formæ, talis. Cic. Attic: *Omnia iſtiusmodi regna.* Cicero 6 Verr: *Videte malorum diligentiam, qvi nihil dum etiam iſtiusmodi ſuſpicabantur.* Plautus dividit hanc compoſitam dictionem Trinum. 2, 4. — *contrà iſtoc detrudi maleficos Æqvum videtur, qvi qvidem iſtius ſit modi.* r *Hujusmodi* ) id eſt, talis, id genus, hujus exempli. Cicero Terent. *Non miror, ſed mæreo caſum hujusmodi.* De hiſce, qvæ modò explicata ſunt & illuſtrata, ita ſentit Priſcianus lib. 6: *Multi dubitaverunt, utrum compoſita ſint an non: ſed*



Digitized by Google

*ea compoſita eſſe ipſe accentus docet, qvi in fine præcedentis dictionis poni non poſſet, niſi eſſent compoſita. Ideo autem Indeclinabilia ſunt, qvia utraq; pars Genitivum caſum habet. Qvomodo igitur ſi uterqve ſit Nominativus, in compoſitis uterqve declinatur, ſic in his nominibus, qvia uterq; Genitivus eſt, manſit indeclinabilis.* Vide ſuprà pag. 19. Si qvi ſunt, qvi hæc ipſa non tàm *Indeclinabilia*, qvàm *Monoptota* Genitivi ſingularis eſſe cenſeant, abundent illi ſuo ſenſu. Nos pergimus.

ſ *Et ſimilia* ] Qvalia ſunt *aliusmodi*, *illiusmodi*, *uniusmodi*. Cicero de Invent: *Cum res aliusmodi eſt ac putatur.* Cæſar: *Unô enim exceptô, qvem aliusmodi atq; omnis natura finxit, ſuos qvisq; habebat caros.* Cicero in Verr: *Illiuſmodi qvadruplatores.* Idem Attic: *Illiuſmodi qvicqvam cogitare.* Idem de Univerſ. *Materia ſemper eſt uniuſmodi, ſuiq; ſimilis.* M. Varro de Re ruſtica lib. 3. cap. 9: *Ova qvæ incubantur, ſi habeant in ſe ſemen pulli, curator qvatriduo poſtqvam incubari cœperint, intelligere poteſt, ſi contra lumen tenuit, & purum uniuſmodi eſſe animadverterit, putant ejiciendum, & aliud ſubjiciendum.* Colophonis locô obſervandum eſt, qvòd licèt non pauci literatorum Indeclinabilibus & Adjectivis omnis generis annumerent *Frugi, nauci, nibili, mancipi*: nihilominus tamen veriſimilior eorum ſententia exiſtimari poſſit, qvi Subſtantiva hæc eſſe contendant, atqve certis caſibus conſtare aſſerant. Etenim ad primam vocem *Frugi* qvod ſpectat, nec indeclinabilis eſt, nec Adjectivum Omnis generis, ſed Dativus eſt à Nominativo antiqvo *Frux*, qvæ alijs etiam obliqvis neutiqvam deſtituitur. Id qvod ordine demonſtrandum erit. De *Nominativo* inqvit Feſtus: *Frux frugis dixerunt antiqvi fructum & fructam.* Huic ſuffragatur Auſonius Eidyllio 17 pag. 119. Ed. Plant. 1568: *Ante eqvidem campus qvàm ſpicea ſuppeteret frux.* Et Priſcianus lib. 6, p. 212, Ed. Brylling. Baſil. 1568 Ennij verſum citat: *Si luci, ſi nox, ſi mox, ſi jam data ſit frux. Genitivum frugis* probant Lexicographi è Plauti Milit. act. 4, ſc. 8: *Fac ſis frugis*: qvibus etjam favet Editio Gryphiana alibi citata. verùm Douſa & Taubmannus ibi legunt *frugi*. Gellius autem lib. 7, c. 11, ait:

*Vete-*

*Veteres dixerunt Neqvam, hominem nihili, neq; rei neq; frugis bonæ, qvod genus Græci ferè* ἄσωτον, ἢ ἀκόλαστον, ἢ ἀχρεῖον, ἢ ἄχρηστον, ἢ κακότροπον, ἢ μιαρὸν *dicunt.* *Dativus* paſſim in Latinis autoribus extat; idq; partim *integrâ formâ*, partim *Ellipticâ*. *Integrâ* qvidem *formâ* legitur cum adjuncto epitheto Fœminino & verbo Subſtantivo, apud Plautum Pſeud. act. 1. ſc. 5: *Cupis me eſſe neqvam, tamen ero bonæ frugi.* Trucul. act. 1. ſc. 1: *Tentat, benigniúsne an bonæ frugi ſies.* Capt. 5, 2: *Fui ego bellus, lepidus, bonus vir nunqvam, neq; frugi bonæ Neq; ero unqvam: nec tu ſpem ponas me bonæ frugi fore.* Sic Pſeud. 1, 3. Trinum. act. 2. ſc. 2: *Is probus eſt, qvem non pœnitet, qvam probus ſit & bonæ frugi. Qvi ipſus ſibi ſatis placet, nec probus eſt, nec bonæ frugi.* Aſin. act. 3, ſc. 3: *Nunqvam bonæ frugi ſiet, dies noctésq; potent.* Sic Caſ. 2, 5. Pœnul. 4, 2. Nonnunqvam verò *Frugi* ſine epitheto cum verbo Subſtantivo conjungitur: ut, *Qvi veſtitu atq; cretâ occultant ſeſe, atq; ſedent qvaſi ſint frugi,* (*ſc. bonæ.*) Plautus Bacch. act. 4, ſc. 4: *Nullus frugi eſſe poteſt homo, niſi qvi bene & male facere tenet, ſc. bonæ.* Et mox addit: *Verſipellem, frugi* (ſc. bonæ) *convenit eſſe hominem, pectus cui ſapit.* Sic Epid. 5, 2. Bacchid. 3, 1. Pœnul. 3, ſc. 4. & 5, 2. Trinum. 5, 2. *Ellepticâ formâ* legitur non raro ſine epitheto & verbo Subſtantivo, & qvaſi eſſet Adjectivum Indeclinabile, Subſtantivis in qvovis ferme genere & caſu, ſine mutatione jungitur: ut, Cicero in Philipp: *Antonius frugi factus eſt.* Plautus Curcul. 4, 2: *Odio & malo & moleſtia: bono uſui eſtis nulli. Nec vobiſcum qviſqvam in foro frugi conſiſtere audet.* i. e. qvi eſt bonæ frugi. Sic Cicero 4. Tuſcul. *Homo frugi omnia rectè facit.* Idem Famil. lib. 16, Ep. 20: *Qvid de Bruto dicam? qvem nullo tempore patior à me diſcedere: cujus cum frugi ſeveráq; eſt vita, etiam jucundiſſima convictio.* Plin. Epiſt. 41, l. 2 ad Gallum: *Villa uſibus capax, non ſumptuoſa tutela, cujus in prima parte atrium frugi, nec tamen ſordidum: deinde porticus in O litera ſimilitudinem circumacta.* Horat. Serm. lib. 2 ſub initium Satyr. 7: — *ita Davus amicum, Mancipium domino, & frugi.* — Terent. Heaut.

act. 3, ſc. 3: *Hominis frugi ac temperantis functus eſt officium* Plaut. in Caſina: *Ut detur nuptui noſtro villico ſervo frugi, u[t] illi benè ſit.* Cicero lib. 13 Ep. famil. Servilio Collegæ: *T. A[...] Menandrum, hominem frugi & modeſtum &c tibi commend[o] majorem in modum.* Plaut. Epid. 3, 4: *Euge! frugi Epidice, frugi es.* Pluralibus qvoq; junctum invenies. Cicero 3 Tuſc. qvæſt. pag. 151 Edit. Pariſ. Carol. Steph. fol. 1554: *Sed haud ſcio, an rectè ea virtus* (σωφροσύνη) *frugalitas appellari poſſit. qvod anguſtiùs apud Græcos valet: qvi frugi homines* χρησίμους *appellant, id eſt, tantummodo utiles &c.* Cæterùm, non ignoramus complures eſſe, qvi ellipticam hanc ſtructuram ſubſtantivi *frugi* tanqvam duriuſculam in nonnullis exemplis reformident. Malunt enim Adjectivum indeclinabile in ijs agnoſcere, qvàm Dativo ſubſtantivi patrocinari. Horum aliqvi Priſcianum citant velut ſuę patronum ſententiæ, qvi l. 6 *frux* interpretatur *frugi hominem* in illo Ennij verſu 9 Annal: *Sed qvid ego hæc memoro dictùmq; factùmq; facit frux*, ubi Priſcianus notat, qvòd pro *frugi homo*, *frux* ponat Ennius, qvod inqvit Priſcianus, eſt Adjectivum. Et lib. 11, de Caſibus Participiorum pag. 434 Ed. Brylling. inqvit: *Frugi, & nihili, & mancipi, & hujusmodi, & ſimilia non deficiunt aliqvò caſu rectò, ſed pro omni caſu eâdem terminatione funguntur.* Verùm hic unà meminerint, qvòd idem Priſcianus mox ibidem velut ſeſe recolligens & altiore mentis ſcrutinio vim vocum ponderans, ſubjiciat: *Qvamvis poſſunt hæc eadem figuratè magis prolata videri, ut dictum eſt, per Genitivum & Dativum, qvàm indeclinabilia eſſe, ut ſi dicam, cordi homo eſt mihi, cordi hominis, hoc eſt hominis qvi eſt mihi cordi, cordi homini, cordi hominem: & poſſum cum omnibus caſibus figuratè jungere Dativum. Sic frugi homo, id eſt, qvi frugi eſt, hoc eſt utilitati. Similiter omnibus caſibus adjungitur figuratè, & eſt magis Dativus.* Idem lib. 18 de Conſtructione ait, p. 657: *Dativum qvoq; ſolent Romani, acqviſitivorum vel effectivorum cum omni caſu conſociare: ut, cura mihi iſta res eſt, cura mihi eſt iſtius rei cauſa, cura mihi eſt iſti rei adeſſe, cura mihi eſt hanc rem noſſe, cura mihi eſt hæc*



Digitized by Google

*re proficere. Similiter, cordi, lucro, damno. Poſſumus enim dice-
re, cordi homo, cordi hominis, cordi homini, cordi hominem, pro
jucundus, jucundi, jucundo, jucundum. Similiter per omnes
reliqvos caſus tam ſingulares, qvàm plurales, qvomodo & frugi,
& nauci, & mancipi, qvi cum ſint Dativi, omnibus tamen alijs
caſibus conjunguntur.* Confer qvæ habet, Priſc. l.6. p.165. Ex
qvibus patet, tantum abeſſe ut à ſententia Priſc. abhorruerit,
qvâ ſtructura Dativi *Frugi* aſtruitur, ut potiùs eam ſententiam
prætulerit opinioni, qvâ indeclinabile eſſe vulgò putabatur,
Condonandum interim nonnihil erit Priſciano initiò hæſi-
tanti, qvid inprimis ſtatuendum eſſet. ipſi enim cum innume-
ris penè vocum erronearum monſtris barbarò ſeculô depu-
gnandum fuit, hinc ancipitî ſæpe diſtractus curâ impiger ani-
mus, ſemel præcipitantiùs tradita, novâ alibi doctrinæ luce
illuſtrare non erubuit. Condonandum itidem, qvòd *nauci &
mancipi* ſimili ſcribendi celeritate dixerit eſſe *Dativi* caſus.
*Genitivi* enim ſunt, ut mox dicetur. Fregit is glaciem, alij vada
tentent. Barbariem ipſus brutis monachis excuſſit. alij juve-
nibus nævos potiùs abſterſerint, qvibùs Latina oratio fœdari
poſſit, qvàm diligētiſſimi viri déq; literata poſteritate optimè
meriti irrepentib. in tumultuario opere erratis nonnullis Sa-
tyrā ſcribere auſint. Et hæc de Dativo *frugi* hâc qvidē vice di-
ctá ſunto. Cujus ſtructurā tantò fuſiùs perſeqvi neceſſe erat,
qvantò parciùs ab alijs eam traditā animadvertimus. Viam nos
monſtravimus: compendium, & tutius, ſi lubet, iter alij. Sed
ad Accuſativum progredimur. Plaut, in Pœn. 4,2: *Herus ſi tuus
volet facere frugem, meū herū perdet.* Taubm. in notis inqvit:
*Non puto ita Latinè dici, ſed, facere frugi; ut illud, facere neqvā,
facere Lucri, facere ſatis.* Idē in Trin. 1,2: *Qvi tua mandata eſt
fidei & fiduciæ, Qvin eum reſtituis? qvin ad frugē corrigis?* Cic.
pro Cæl: *Eqvidē multos & vidi in hac civitate & audivi, qvi to-
tā adoleſcentiā voluptatibus dederunt emerſiſſe aliqvando, & ſe
ad frugē bonā, ut dicitur, recepiſſe, graveſq; homines atq; illuſtres
fuiſſe.* Idē de Senect: *Cum viriditas herbeſcens è vaginis emer-
ſerit, fundit frugē ſpicæ ordine ſtructā.* Idem pro Sexto Roſci:
*Non omnem frugem, neq; arborem, in omni agro reperire poſſis.*

Ab-

Ablativo utitur Horatius lib. 3 Carm. Ode 23: *Si thure placâris, & horna Fruge Lareis, avidâq; porca.* Caſus numeri pluralis freqventiſſimi ſunt & nullius indigi probationis. *Nauci*] Feſtus notat: *Naucum ait Ateius Philologus poni pro nugis. Cincius qvod in olea nucis, qvod intus ſit.* (Ant. Auguſt. legit: *qvod in oleâ nuciq; intus eſt*) *Ælius Stilo omnium rerum putamen. Gloſſematorum autem ſcriptores fabæ grani qvod hæreat in fabulo.* (Auguſt. legit: *in faba hilo,* citante Taubmannô in comment. Plaut. Moſt. act. 5. 1.) *Qvidam ex Græco, ναὶ καὶ οὐχί, levem hominem ſignificari. Qvidam nucis juglandis, qvam Verrius juglandam vocat, medium velut diſſepimentum. Plautus in Pamſito pigro: Ambo magnâ laude lauti. poſtremò ambo ſumus non nauci. Item in Moſtellaria: Qvod id eſſe dicam verbum nauci neſcio. & in Truculento: Amas hominem non nauci. & Nævius, & Tunicularia ejus noctem nauco ducere. Sed Ennius: Illic eſt nugator nihili, non nauci homo.* Hæc Feſtus. Plautus Bacchid. 5, 1. *hoc ſervum meum non nauci facere eſſe auſum?* Idem Moſtell. 5, 1: *Qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit.* Cicero ſub finem lib. 1. de Divin: *Non habeo deniqve nauci, Marſum augurem.* Qvæ antiqvitatis teſtimonia luculenter probant, *Nauci* Adjectivum indeclinabile non eſſe, ſed Genitivum generis Neutrius ab antiqvo *Naucum*: qvi verbis æſtimandi jungi conſvevit, non ſecus atqve alii ejuſdem cenſus Genitivi, *flocci, pili, aſſis, teruncii, nihili* iiſdem junguntur. Videſis Syntaxin Alv. p. 311, & Linacrum lib. 4 de Emendata ſtructura Latini ſermonis, nec non Friſcl. Strigil. Gram. Tract. 1. c. 1. *Nihili*) Conſimilis Genitivus eſt, à Nominativo *Nihilum.* Cicero ſub finem orationis pro A. Cæcinna, *Nominativo* uſus eſt: *Ut nihil de illo tempore, nihil de calamitate Reip. qveror, hoc tibi reſpondeo, aſcripſiſſe eundem Syllam in eandem legem, ſiqvid jus non eſſet rogari, ejus eâ lege nihilum rogatum.* Terentius *Genitivum* habet Eunuch: *Aut ego iſtuc abs te factum nihili penderem;* & paſſim alibi in probatis autoribus invenies. *Accuſativus* & *Ablativus* extant apud Perſium Sat. 3: *Atqve exporrectô trutinan-*

*nantur verba labellô; Ægroti veteris meditantes ſomnia, gigni De nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reverti.* Friſclin. in Strigili Gram. Tract. 1. cap. 1. legit: *De nihilo nihilum in nihilum*, &c. Eandem rem iiſdem penè vocibus non ſemel exprimit Lucretius lib. 1. & qvidem pag. 18 Edit. Giſanianæ ita canens: *Antehac ad nihilum penitùs res qvæq; rediſſent: De nihilo qvoqve nata forent, qvæcunq; videmus. At qvoniam ſuprà docui nihil poſſe creari De nihilo, neqve qvod genitum'ſt, ad nihilum revocari.* Sed atheum prorſus eſt hoc Lucretij, ut & priſcorum Philoſophorum Democriti, Epicuri & Diogenis dogma, principiisq; Chriſtianæ fidei ac verbo Dei extremè contrarium. Componitur autem *nihilum*, ut tradunt priſci lingvæ Latinæ patres, à *non* & *hilum*, i. e. exiguum aliqvid. Qvo aliqvoties uſus eſt Lucretius. L. 3, p. 80 ait: — *ne deſit ponderis hilum.* & pag. 100: *Nec miſerum fieri, qvi non eſt, poſſe; neq; hilum differre* —. & pag. 107: *Nec prorſum vitam ducendo, demimus hilum Tempore de mortis, nec delibare valemus.* Cicero ſub initium lib. 1. Tuſc. Qvæſt: *Num illud* (te terret,) *qvod Siſyphus verſat? Saxum ſudans nitendo, neq; proficit hilum?* Priſcianus lib. 6, pag. 171 Edit. Bryling. inqvit: *Hilum* pro *ullum vetuſtiſſimi proferebant.* Lucil. in 14 Naumach: *Licet hac inqvam alveolumq; putare, Et calces delectes te hilo non rectiùs vivas.* Vide ſupra p. 38. Monet Theſaurus Rob Steph., qvod *nihilum* nonnunqvam contrahatur in *nilum.* qvod ut probet par hexametrorum allegat ex Lucretij lib. 1. de rerum natura: *Nil igitur fieri de nilo poſſe fatendum eſt* & paulò pòſt: *Haud igitur poſſunt ad nilum qvæq; reverti.* Sed emendatior Giſanij Editio modò citata lib. 1 pag. 7 integrè & ſine ſyncope legit: *Nihil igitur fieri de nihilo poſſe fatendum' eſt.* & pag 8: *Haud igitur poſſunt ad nihilum qvæqve reverti.* *Mancipi*) Similiter Genitivus eſt, ſed contractus pro *Mancipij*, veluti Virgilius *peculi* dixit pro *peculij*. Eccl. 1. hexam. 33: *Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi.* Vide ſuprà pag. 37. Et Strigil. Friſchl. Tract. 1. c. 1, p. 10. Edit. Argent. Jobin. 1594. Huic noſtræ obſervationi pondus & lucem addit ipſe Romanæ facundiæ

pa-

parens Cicero, qvi eôdem ſenſu & *mancipi* & *mancipii* dixit. In Topicis contractum *mancipi* adhibet: *Abalienatio*, inqvit, *eſt ejus rei, qva mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in jure ceſſio, inter qvos ea jure civili fieri poſſunt.* Sed pro Muræna *mancipij* habet: *In ijs rebus repetendis qvæ mancipij ſunt, is periculum judicij præſtare debet, qvi ſe nexu obligavit.* Et pro Cæcinnâ: *Cùm omnia tua jure mancipij ſint, ea poſſisne retinere?* & paſſim alibi apud eundem, *mancipij* integrè pro *mancipi* leges. Allegant etiam Plinij cap. 3, lib. 33. ut probent contractum Genitivum *mancipi*; ſed & Dalecampius, & Gelenius ibi legunt *mancipij*. *Qvâ conſvetudine*, inqvit Plinius, *in his emptionibus, qvæ mancipij ſunt, etiam nunc libra interponitur.* Eſt autem *mancipium* 1. jus ac poteſtas in rem, qvam qvis mancipio accepit. Cic. in Top: *Finge mancipio aliqvem dediſſe id qvod mancipio dari non poteſt, num idcirco id ejus factum eſt, qvi accepit? aut num is qvi mancipio dedit, ob eam rem ſe ullâ re obligavit?* Et in Epiſt. Cic. ad Famil. ita M. Curius M. Ciceroni ſcribit: *Si vales bene eſt: ſum enim* χρήσει μὲν *tuus,* κτήσει δὲ *Attici noſtri, ergo fructus eſt tuus, mancipium illius.* Cui reſpondet Cicero ſeqvente Epiſtolâ: *Attici noſtri proprium te eſſe ſcribis mancipiô & nexu, meum autem uſu & fructu, contentus iſtô ſum.* Lucr. l. 3. hexam. 123. ab ultimo, eôdem ſenſu *mancupium* uſurpat: *Vitáq; mancupio nulli datur, omnibus uſu.* Ubi Giſanius in collectaneis notat: *dare mancipio rem aliqvam dicebant olim, qvod poſteriores dominium facere, propriam facere.* Vide ſuprà p. 66. 2. Eſt res vel perſona alterius juris mancipij & ſervitutis facta. Plautus in Epid. act. 5, ſc. 2: *Ædepol mancipium ſceleſtum*, i. e. ſervus ſceleſtus mancipiô acceptus. Et vide exemplum qvod ſuprà adduximus ex Horatio Serm. lib. 2, Sat. 7. Nomen autem ducit *mancipium*, à *manu capiendo*. Etenim *manceps*, teſte Feſtô, *dicitur is, qvi manu capit: qvi qvid à populo emit, conducitve, qvia manu ſublatâ ſignificat ſe auctorem emptionis eſſe: qvi idem Præs dicitur: qvi tam debet præſtare populo, qvod promiſit, qvàm qvi pro eo præs factus eſt.* De *frugi, nauci, nihili, mancipi* vide etiam ſupra p. 120.

III. In-

Digitized by Google

III. Indeclinabilia ſunt nomina Neutra ſingularis numeri, deſinentia in U: ut, *cornu* [*a*;] & nomina literarum: ut, *alpha, beta* [*b*,] &c; item voces materialiter poſitæ: ut, *Barbara*, *Celarent*, &c; nec non peregrina: ut, *Jacob* [*c*,] *Jeruſalem* [*d*,] *Cherubim* [*e*.]

*a* Nam qvod legitur in Lucano lib. 7 Pharſal: *Non temerè immiſſus campis ſtetit ordine certo Infelix acies: cornus tibi cura ſiniſtri Lentule cum primâ qvæ tum fuit optima belli Et qvartâ legione datur* —: illud eſt ab antiqvo Nominativo *cornus*, qvô non ſemel utitur Plinius; veluti rectè jam dudum obſervavit ad hunc locum Verulanus. *Veteres enim*, inqvit, *dicebant hic cornus, hic genus, pro hoc cornu, genu.* Vide ſuprà 95, 96. *b* Juvenalis: *hoc diſcunt omnes ante alpha & beta puellæ.* Refert Lancilotus lib. 3, c. 16 pag. 53. qvòd Cleantes primus qvæſtionem de Indeclinabilibus Græcorum literis moverit & definiverit, ideo ſcilicet inprimis non declinari, *qvòd earum appellatio Græcorum propria non eſſet, ſed*, ut ille loqvitur, *à barbaris ducta. Barbara autem indeclinabilia eſſe tradunt Varro & Herodianus.* Vocem autem *Barbarus* hôc locô in ſeqviorem ſenſum non trahere oportet, qvaſi Græcorum elementa, barbarorum hominum prima & propria eſſent. Nobiliores certè agnoſcunt natales. ſed latiùs ſumas Barbarus pro peregrino, exotico, ignoto, veluti is vocis uſus neqve Gentium Apoſtolo diſplicuit, 1. Cor. 14, v. 11. ἐὰν οὖν μὴ εἰδῶ τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς, ἔσομαι τῷ λαλοῦντι βάρβαρος, καὶ ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ βάρβαρος. i. e. ignoti, peregrini idiomatis. Id qvod etiam Ovidius inter ignotos Getas degens conqverebatur: *Barbarus hic ego ſum, qvia non intelligor ulli.* Sed Græcarum literarum pronunciationem peregrinam eſſe, haud probatu erit difficile. Etenim vel primum, qvod velut familiam literarum Græcanicarum ducit, elementum hoc docet. Ortum enim



Digitized by Google

trahit Græcorum *α Alpha*, ab Ebræorum א *Aleph*, qvod emphaticè profertur אַלְפָּא *Alpha*, veluti à Melech fit Malcha. Sunt qvidem qvibus *τὸ Alpha* placet deducere à verbo græco τοῦ ἄλφειν i. e. invenire, qvòd ante omnes alias literas inventa ſit, ut tradit Etymologicum Magnum: Ἄλφα, inqvit, τὸ στοιχεῖον παρὰ τὸ ἄλφω τὸ εὑρίσκω. Πρῶτον γὰρ τῶν ἄλλων στοιχείων εὑρέθη i. e. Alpha elementum dictum eſt ab ἄλφω, qvod eſt invenio, primum enim inventum eſt. Sed fruſtra Græcos hîc Ἀλφιστὰς ſe prædicare teſtis eſt vel ſolus Svidas docens: ἡ τοῦ ἄλφα φωνὴ, τοῦ πρώτου στοιχείου καὶ ἄρχοντος, ἀπὸ τοῦ ἄλεφ ἑβραϊκοῦ τὴν ἐπίκλησιν ἔλαβεν. Qvia verò *Alpha* Ebræum eſt origine, ab omni finalis variationis jure eſt exemptum, qvippe cùm Ebræa variationem non admittant. Similiter de ſimilibus judicandum. *c Jacob*] Romanis peregrinum eſt. Eſt enim ab Ebræo יַעֲקֹב *Jahakobb*, ſic dictus ab עָקֵב *calcaneo, qvòd* יָדוֹ אֹחֶזֶת בַּעֲקֵב i. e. *manu ſuâ prenſaret calcaneum Eſavi*, Gen. 25, 26. ipſe autem Eſavus, à verbo עָקַב i. e. calcaneum prenſando ſupplantavit, defraudavit, nomen accepiſſe Jacobum fatetur Gen. 27, v. 36. *d Jeruſalem*) Hoc etiam Ebræum eſt. Componitur enim ex שָׁלֵם (qvæ urbs erat Judææ, cujus conditor & Rex fuit Melchiſedech, qvi Abrahamo benedixit Gen. 14.) & יִרְאֶה videbit, providebit; qvô nomine appellavit Abraham locum ſacrificio filij deſtinatum in monte Moria, Gen. 22, v. 14. *Et vocavit*, inqvit Moſes, *Abraham nomen loci iſtius, Jehova* יִרְאֶה *videbit. Idcirco dicitur hodie, in monte Jehova videbitur.* In Ebræo non ſemel leges יְרוּשָׁלֵם Jeruſchalaim ſine Jod, licèt Maſſorethæ moneant qvinqve eſſe loca, in qvibus cum Jod plenè ſcriptum inveniatur

tur יְרוּשָׁלַיִם, ex qvibus unus eſt Eſth. 2, v. 6. Latini dicunt *Jeruſalem* imitatione Chaldæorum & Græcorum. In Chaldæo paraphraſte Thren. 1, v. 7 leges יְרוּשְׁלֶם *Jeruſchelem*, ubi Græci 70 habent Ἱερουσαλήμ: id qvod in utroqve freqvens eſt. In Novo etiam T. nunc ἱερουσαλὴμ Matth. 23, v. 37 &c, nunc ἱεροσόλυμα Matth. 3, v. 5 &c. legitur. Druſius de Lectione ſanctæ lingvæ notat archaiſmum ſubeſſe, qvòd η pro αι ponatur: ut enim ab אֶפְרַיִם *Ephraim*, Græci Ἐφρὴμ, Latini *Ephrem* dicunt: ita ab יְרוּשָׁלַיִם *Jeruſchalajim*, Græci ἱερουσαλὴμ, Latini *Jeruſalem*. e *Cherubim*] Etiam hoc Ebræum eſt à כְּרוּב *Cherubb*: in plurali כְּרוּבִים *Cherubbim*. Sic vocantur duæ imagines, in angulis binis propitiatorij ex adverſo ſitæ, altera in uno, altera in altero latere, &c. lege Exod. 25, 18, 19, 20.

# *DE HETEROCLITIS.*

Heteroclita † vocantur, qvæ ab eodem recto caſu, in diverſas cadunt declinationes, vel in utroqve vel in alterutro numero: ut,

I. *Vas* * *vaſis*, &c. Pluraliter, *vaſa vaſorum*, &c.

† Heteroclita dicta ſunt ex ἑτέρως aliter, & κλιτὸν declinatum. * Veteres etiam *vaſum* dixerunt. M. Cato apud Gell. 13, 22: *Neqve mihi ædificatio, neqve vaſum*; Plautus in Truculento: *Vaſum argenteum*. Cornel. Severus dixit etiam in Plurali *vaſibus*. Lucretius Genitivo *vaſi* uſus eſt; — *variq; facit lateramina vaſi*.

| Singularis. | Pluralis. |
|---|---|
| II. Nom. *Jugerum*. † | N. *Jugera*. |

O Gen.

Gen. *Jugeri, jugeris.* G. *Jugerûm.*
Dat. *Jugero.* D. *Jugeris, jugeribus, &c.*
Ac. *Jugerum.*
Voc. *Jugerum.*
Abl. *Jugero & Jugere.*

† *Jugerum*] Plin. l. 18. c. 3: *Jugerum vocabatur, qvod unô jugô boum in die exarari poſſet. Actus, in qvo boves agerentur, cùm arentur, unô impetu juſtô. Hic erat CXX pedum duplicatúsq; in longitudinem jugerum faciebat.* Et alio in loco: *Serere in jugero temperati ſoli.* L. 18. c. 2 ait: *Bina tunc jugera Pop. Rom. ſatis erant.* Cic. Att: *Is parteis fecit in ripâ neſcio qvotenorum jugerum.* Cui neutrum ſecundæ decl. paſſim familiare leges. Tibullus Tertia Declinatione dixit: *Ut multo innumeram jugere paſcat ovem.* Varro lib. 1 de re Ruſt. inqvit: *Qvod juga boum ſingulis jugeribus ſatis ſint.* Et Mella Pompo. de Araxe fluvio: *Ultra qvam canalem habet evehat plus jugeris ſpatio ſublimis, & aqvis pendentibus ſemetipſum ſine alveo ferens eum.* Confer Lancilot. lib. 7. cap. 18. p. 167.

III. *Laurus* †, *qvercus*, *colus* *, *cornus*, *pinus*, *ficus* (pro fructu & arbore) ſunt Secundæ & Qvartæ. *Ficus* pro morbo eſt Secundæ.

† Obſervandum, qvos caſus freqventior uſus approbet: ut, *Laurus, hujus Lauri & Laurus;* Abl. *Laurô & Lauru; has Lauros & Laurus.* Cæteri caſus ſunt Secundæ. *Colus, hujus coli & colus;* Abl. *colo & colu. Qvercus, hujus Qverci & Qvercus; Qvercorum & Qvercuum.* Cæteri caſus ſunt Qvartæ. * Ovid. *Et minuent plenas ſtamina noſtra colus.* Cic. in Orat: *Qvando ad me venis cum tua colu & lana.* Servius dicit meliùs poni in Secunda. Stat. Theb: *Sed hujus extremo jam filo colu datur ordo ſenectæ.* Et in 3: *Nigraq; ſororum juravêre colus.* De *ficus* ſupra p. 97.

IV. †

IV. † *Ambo*, *duo*, Dativô & Ablativô plurali *ambobus*, *duobus* faciunt. Accuſativô maſculinô *ambos*, *duos*; etiam *ambo duo* apud Poëtas genere maſculinô.

† Ad imitationem Græcorum ἄμφω, δύω. Virg. 11 Æneid: *Si duo præterea tales Idæa tuliſſet*, *Terra viros*. Et 6 Eccl: — *Sæpe ſenex ſpe carminis ambo Luſerat.*

V. *Domus* habet in ſingulari Genitivo *domi* † & *domus*; in Ablativo *domo*; in Plurali Genitivo *domuum* & *domorum*; in Accuſativo *domos* & *domus*.

† *Domus*, pro ædificio; *domi*, pro loco. Horat. lib. 1. Ep. 10, *Domo* in Dativo habet: ut, *Vivere naturæ*, *ſi convenienter oportet*, *Ponendæ domo qværenda eſt area primum*. Cicero tamen lib. 3. offic. dixit: *Eſſe domui ſuæ cum uxore*. Et in Tuſculanis: *domui alienæ*. Et *domu* eſt apud Plautum in Mil. *Fugere cupere ex hac domu*. Livius l. 1. *domu profugum*. veluti Virg. dixit: *preſſit humu nitens*. & Varro de Re Ruſt: *In ſonu ſonorum prælium commiſſum*. Videſis Popmam l. 1. c. 9. de Ant. Loc.

VI. *Jeſus* habet in Accuſativo *Jeſum*, in reliqvis *Jeſu*.

VII. Bifariam declinantur Græca artium nomina, utrôqve qvidem numerô in Prima; pluraliter autem etiam in ſecunda Declinatione. Singularia terminantur in A vel E, ſuntqve generis Fœminini: ut, *Grammatica* [*a*,] *æ*; & *Grammatice* [*b*,] *es*.

Pluralia ſunt Neutra: ut, *Grammatica*, *Grammaticorum* [*c*;] *Rhetorica*, *Rhetoricorum* [*d*.]

*a Grammatica*] Latina hæc forma etiam Latinorum eloqventiſſimo Ciceroni placuit, de Finibus: *Verba*, inqvit Cicero, *qvibus ex inſtituto veterum pro Latinis utimur, ut ipſa Philoſophia, ut Rhetorica, Grammatica, Dialectica*, &c. Idem tamen Cicero à Græca earundem appellatione non abhorruit lib. 1. Acad. Qvæſt. ad M. Terentium Varronem p. 36. Ed. Carolinæ: *Qvin etiam Græcis licebit utare, cùm voles, ſi te latina deficient. Benè ſanè facis: ſed enitar, ut latinè loqvar, niſi in hujuſmodi verbis, ut Philoſophiam aut Rhetoricen, aut Phyſicen, aut Dialecticen appellem, qvibus ut alijs multis conſvetudo jam utitur pro Latinis.* *b Grammatice*] Qvintil. l. 1, c. 4. p. 37. Ed. Gvalth. Fabr. Col. 1555: *Nec Poëtas legiſſe ſatis, excutiendum omne ſcriptorum genus, non propter hiſtorias modò, ſed verba, qvæ freqventer jus ab autoribus ſumunt. Tum nec citra Muſicen Grammatice poteſt eſſe perfecta, cùm ei de metris rhythmisq; dicendum ſit.* *c Grammatica, orum*] Cic. lib. 1. de Orat: *In Grammaticis Poëtarum pertractatio* &c. Vid. ſup. pag. 1. *d Rhetorica, orum*] Cic. de Fato: *Mihi Rhetorica veſtra ſat nota ſunt.*

**VIII.** In Secunda & Tertia declinatione variantur: *glomus* [*a*,] *glomi*, *glomeris*; *Mulciber* [*b*,] *Mulciberi*, *Mulciberis*. Et qvædam compoſita à πȣ̃ς: ut, *Oedipus* [*c*,] *Oedipi & Oedipodis*; *Polypus* [*d*,] *Polypi*, *& Polypodis*; *Melampus* [*e*,] *Melampi & Melampodis*. Cætera ſunt tantùm Tertiæ: ut, *tripus* [*f*] *tripodis*. Sic plurale *Antipodes* [*g*.]

*a Glo-*

*a* *Glomus* ] Literatores, qvi in tradendis vocum latinarum præceptis, ſignificatis, & exemplis aliàs laborioſè ſudârunt, in hujus vocis vero uſu inveſtigando & confirmando parciores comperies. Feſtus: *Glomus in ſacris cruſtulum cybij* (*cibi vel cubi, rombi*, ad oram legitur) *figura, & oleô coctum appellatur.* Perottus: *Glomer vocatur globus, ex filo aut alia ſimili re factus. & Glomus in ſacris cruſtulum cybij figura, ex oleo coctum appellatur.* Plin. lib. 36, c. 13: *Qvòd ſi qvis improperet ſine glomere lini, exitum invenire neqveat. Glomus, glomi* in Secunda qvidem addunt autores Grammatici, ſed nulla Latinorum teſtimonia allegant. Roterodamus qvidem Chil. 2, cent. 5. ita uſurpat exponens illud proverbium Græcorum: ἀγαθῶν ἀγαθίδες, *bonorum glomi, de opibus extructis & affatim accumulatis. ubi ſumitur metaphora à glomere textorio, cui fila ſunt obvoluta.* & illud Græcorum, ἀντ' ἀγαθῶν ἀγαθίδες, interpretatur *pro bonis glomi.* & addit: *dici conſvevit, ubi qvis beneficium, qvod in alium contuliſſet, cumulatè, cûmq; fænore reciperet. Agathides enim Græcis glomi dicuntur: verùm alluſionis decus in voce Græca eſt, qvod in ſermone Latino reddi non poteſt,* Chil. 3. cent. 5.

*b* *Mulciber*] Ovidius lib. 2 Metam: — *nam Mulciber illic Æqvora calâmt medias cingentia terras. Mulciberi* (contractè *Mulcibri*) & *Mulciberis* ſuprà confirmata vide pag. 41. Eſt autem *Mulciber* Vulcanus, qvem vulgò ita dictum volunt à *mulcendo* i.e. molliendo ferro. Scaliger autem in Conjectaneis ad Varronem de lingva Latina concedit qvidem dici à *mulcendo*, non item, à *mulcendo ferro. Nam Mulciber*, inqvit, *apud vetuſtiſſimos Latinos propriè* μειλίχιος θεὸς, *qvalis colebatur Athenis, qvi &* μαιμάκτης. *Plutarchus* περὶ ἀοργησίας.

*c* *Oedipus* ] Terentius And. act. 1, ſc. 2: *Davus ſum non Oedipus.* Adagium eſt, qvô ſervus Terentianus diſſimulavit ſeſe intelligere qvod herus dixerat. *Oedipus* enim, qvia ſolus Sphingis ænigmata ſolvit, celebratur paſſim tanqvam felix abſtruſiorum problematum enodator. Solà ſe ergo ingenij ſimplicitate *Davus* tuebatur, inge-



Digitized by Google

nuè faſſus ad perſpicacitatem *Oedipi* ſe non aſſurrexiſſe. Plautus Pœnul. act. 1, ſc. 3: *Nam iſti qvidem Hercle orationi Oedipo Opus conjectore eſt, qvi Sphingi interpres fuit.* ubi Priſcianus lib. 6, p. 208 legit *Sphingis.* Idem de Genitivo *Oedipodis* ibidem diſſerit, his verbis: *Si ejusdem ſint & apud Græcos terminationis, in IS faciunt Genitivum: à Genitivo enim Græco mutant O in I, & faciunt Genitivum Latinum: ut,* ὁ οἰδίπους τοῦ Οἰδίποδος, *Oedipus, Oedipodis.* Seneca in Oedip. act. 5: *Lux te refugit, vultus Oedipodem hic decet.* Dicitur etiam à Latinis *Oedipodes, Oedipoda.* Stat. lib. 1. Theb. 4: — *limes mihi carminis eſto Oedipodæ confuſa domus* —. Senec. Herc. fur. 6. 32: *Impij Oedipodæ nuptiales faces.* Fuit autem *Oedipus* Laji Thebani regis filius, qvi necdum editus in lucem, parricidij oraculo Apollinis ſuſpectus redditur. ea propter paſtori à parente necandus traditur. Is autem vagientis miſertus, tantùm perforatis pedibus, de arbore ſuſpendit infantem. cujus vagitum audiens paſtor Polybij regis Corinthiorum, accurrit, ſolvit, aliiſqve donat: à qvo ſtatim Meropæ Polybij Reginæ aliàs ſterili offertur, qvæ eum tanqvam cœlitus miſſum educandum curavit, & à *tumore pedum perforatorum Oedipodem* nominavit.

*d Polypus*] 1. Piſcis nomen eſt, qvi à multitudine pedum ſic appellatur: éſtq; è genere τῶν μαλακοδέρμων h. e. eorum, qvi mollì cute teguntur. Plinius lib. 9, c. 20: *Et qvæ mollia appellantur, ut Polypi, qvoniam pedes illis pinnarum vicem præſtant.* 2. Metaphoricè accipitur pro homine rapace; qvod à *polypo* piſce translatum eſt, qvi qvicqvid brachiorum flagellis nactus fuerit, arctiſſimè retinet. 3. Sumitur pro homine ingenij verſatilis & omnium horarum, qvi omnium ingenijs omniq; tempori novit ſe accommodare: ductâ ſcilicet metaphorâ ab ipſo *polypo* piſce, qvi ad ſimilitudinem loci cui adhæret, mutat colorem, maximè in metu. 4. Pro morbo narium, qvando ſcilicet caro interiora naſi occupat, à multifida inciſione, qvâ *polypi* pedes imitari videtur. Horatius Epod. 12: *Polypus, an gravis hirſutis cubet hircus in alis.*

Digitized by Google

*alis*. Genitivus *Polypodis* Græcis ſuum ortum debet. qvi à πολύπες formant Genitivum πολύποδος. Plutarchus: τοῦ πολύποδος αἱ μεταβολαὶ, & πολύποδος τροπαὶ. *e* *Melampus* ] Ovidius lib. 3 Metam: *Dum dubitat, videre canes, primúſq; Melampus*. & poſtea: — *Spartanâ gente Melampus*. ubi canem notat Actæonis, ſic dictum à *nigredine pedum*. Notat enim Raphaël Regius Ovidij interpres, qvod *Melampus* nomen habeat à μέλας i. e. niger & ποῦς i. e. pes, eò qvòd nigros haberet pedes. Primariâ autem & principe ſignificatione celebrem virum ſignificat: qvem narrant in infantia à matre expoſitum fuiſſe ſolis ardori, ſed ita, ut coopertô corpore, pedes ſaltem radijs ſolaribus nudaverit, qvi jugi æſtu nigreſcentes, nomini *Melampus* cauſam dederunt. de qvo Statius 3 Theb: — *Amythaone cretus Jam ſenior, ſed mente virens Phœbóq; Melampus Aſſociat* —. Virgilius lib. 3 Georg: *Qvæſitaq; nocent artes: ceſſêre magiſtri Phillyrides Chiron, Amythaoniúſq; Melampus*. Fuit autem *Melampus* Amythaonis Argivi, & Dorippes filius, ac medicorum omnium præſtantiſſimus. Augurió clarus, omnium avium, cœterorúmq; animalium voces intellexiſſe perhibetur. Templum ei erectum eſt, feſtáq; ſolemnia & ſacrificia fuere ſtatuta. Pauſan. l 1. *f* *Tripus* ] 1 tripes. 2. vas qvod tribus pedibus ſuſtinetur. 3. vas æneum ad aqvas calefaciendas. 4. menſa trium pedum. 5. Locus Oraculi & Apollinis Delphici. Erat ingens vas aureum, qvod laminâ qvâdam aureâ, ceu menſâ inſternebatur, in qva Pythia ſedebat, fundens oracula. operculum ejus & integumentum erat æneum, qvod *cortina* appellabatur. Plinius lib. 34, c.3: *Ex ære factitavêre & cortinas tripodum nomine Delphicas, qvoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur*. Ita cenſet Giſanius in collectaneis Lucretio adjectis in verbo *præſtringere*. Dalecampius autem ad lib. 34 Plinij ita ait: *Tripus ſuggeſtus fuit, triplici graduum ordine diviſus, in qvem vates conſcendebat reſponſa editura, ut tutiùs* ἄσθμα θεῖον *acciperet, qvod propiùs adſtantes aliqvando ſuffocaverat*.

Rhodig. ex Diodor. cap. 16. lib. 8. Vide Hadr. Jun. cap. 5, lib. 2. Hæc ille. 6. vaticinium: unde *ex tripode loqvi*, eſt vera loqvi tanqvam oracula. Cicero in Epiſtola ad Brutum: *Hæc ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi puta*. Vide Eraſm. Chil. 1, cent. 7. Accuſativus Græcus legitur apud Virgilium Æneid. 9: *Et tripodas geminos auri duo magna talenta*. & Horat. lib. 4 Carm. ode 8: *Donarem tripodas præmia fortium Grajorum*. g *Antipodes* ] Cicerone interprete ſunt populi, qvi è contraria parte terræ adverſîs veſtigiîs ſtant contra noſtra veſtigia. Cicero lib. 2 Acad. Qvæſt. pag. 26 Ed. Carol: *Nonne etiam dicitis, eſſe è regione nobis è contraria parte terræ, qvi adverſîs veſtigiîs ſtent contra noſtra veſtigia, qvos Antipodas vocatis?* Plinius lib. 2, c. 65: *Ingens hic pugna literarum, contráqve vulgi; circumfundi terræ undiq; homines, converſisqve inter ſe pedibus ſtare; & cunctis ſimilem eſſe cœli verticem, ac ſimili modò ex qvacunq; parte mediam calcari: illô qværente, cur non decidant contrà ſiti; tanqvam non & ratio præſtò ſit, ut nos non decidere mirentur illi.* Alibi idem Plinius *Antichthonas* appellat. *Antipodes* autem nomen habent ab *ἀντὶ contra*, & *ποῦς pes*, qvòd pedes habeant noſtris oppoſitos.

IX. *Arqvus* * pro iride facit in Genitivo *arqvi*. In plurali Nominativo & Accuſativo *arqvus*; in Dativo & Ablativo *arqvis*.

* *Arqvus* ] Lucanus Pharſal. lib. 4: *Hinc imperfecto complectitur aëra gyro Arqvus* —. Cicero lib. 3 de Nat. Deor. Tom. 4. Edit. Pariſ. p. 247: *Cur autem arqvi ſpecies non in Deorum numero reponatur?* Lucret. lib. 6. pag. 210: *Tum color in nigris exſiſtit nubibus arqvi*. Ita Giſanius legit. Plinius lib. 18, c. 35: *Arqvus cum ſunt duplices, pluviam nunciant*. & lib. 2. c. 59: *Arcus vocamus, extra miraculum freqventes, & extra oſtentum*. Vitruvius lib. 9, c. 4: *Per calorem videmus non minùs aqvæ vapores à fontibus ad nubes per arcus excitari*. Ovidius 11 Metam: — *& redijt per qvos modò*

*dò ſtetnit arcus.* Vide Turnebi Adverſar. lib. 19, cap. 20; & 22 c. 23; nec non 29, c. 31. Ablativum *arqvi* nonnulli probant ex Lucretij carmine jam nunc citato: *Tum color,* &c. qvibus Nonius etiam favet legens: *nubilus arqvis*: qvem etiam nos ſuprà ſeqvuti ſumus p. 97. Sed Giſanij Editio *nubibus arqvi* legit.

X. Propria [*a*] qvædam in ES Græca, uſitatiùs in Tertia declinantur, qvàm in Prima: ut, *Oreſtes* [*b*,] *Oreſtis*, *Socrates* [*c*] *Socratis*, *Drances* [*d*] *Drancis*, *Orontes* [*e*] *Orontis*, *Dares* [*f*] *Daretis*, antiqvè *Oreſtæ*, *Socratæ*, *Drancæ*, *Orontæ*, *Daræ*. Sed *Bootes* [*g*,] Genitivo *Bootis* vel *Bootæ* dicimus. Sic *Pſaltes* [*h*,] *Pſaltis*, *Pſaltæ*; *Manaſſes* [*i*,] *Manaſſis*, *Manaſſæ*.

*a* Grammatici aſſignantes Græcis Proprijs in ES Tertiæ, etiam formam Primæ Declinationis, reſpiciunt inprimis ad antiqvum Nominativum in A: ut, *Anchiſa* pro *Anchiſes*, &c. qvo de ſuperiùs monitum eſt pag. 34. *b* *Oreſtes*] Cicero de Amicit: *Qvi clamores tota cavea nuper in hoſpitis & amici mei Pacuvij fuerunt nova fabula, qvum ignorante rege uter eorum eſſet Oreſtes, Pylades Oreſtem eſſe ſe diceret, ut pro illo necaretur. Oreſtes autem, ita ut erat, Oreſtem eſſe perſeveraret?* Idem 1 Tuſculan: *Non ſine cauſa, cum Oreſtis fabulam doceret Euripedes.* Saluſtius in ſecundo Hiſtor: *Eam deditionem ſenatus per nuncios Oreſtis cognitam, approbat.* Eſt autem *Oreſtes* Agamemnonis & Clytemneſtræ filius, ſic appellatus ab agreſti & qvaſi *montana* natura. Matrem enim occidit & Pyrrhum Achillis filium, qvorum ſcelerum metu in rabiem tandem actus vagabatur, habebátqve Pyladem perpetuum omnium ſuarum profectionum comitem & periculorum ſocium; cum qvo tam ſanctè amicitiam



Digitized by Google

coluit, ut alter pro altero mori non recuſârit. *c* *Socrates* ] Plinius lib. 7, c. 19: *Ferunt Socratem clarum ſapientiâ, eôdem ſemper viſum vultu, nec aut hilari magis, aut turbatô.* Cicero 5 Tuſcul. Quæſt: *Socrates primus Philoſophiam devocavit è cælo, & in urbibus collocavit, & in domos etiam introduxit, & coëgit de vita & moribus, rebúſq; bonis & malis quærere.* Fuit autem *Socrates* Philoſophus Athenienſis, qvi Philoſophiam naturalem in moralem tranſtulit, & ſapientiſſimus oraculo Apollinis eſt judicatus, teſte Cicerone ſub finem libri, qvi inſcribitur Cato Major, vel, De Senectute. *d* *Drances* ] Virgilius 11 Æneid: *Tum ſenior, ſempérq; odijs & crimine Drances infenſus juveni Turno* —. Idem lib. 12 Æn: — *dextrâ nec Drancis dicta refellam.* Fuit unus ex Latini regis proceribus, eloqvens qvidem ſed imbellis, Turno Rutulorum regi infenſiſſimus. *e* *Orontes* ] Virgilius 1 Æneid: *Unam, qva Lycios, fidúmq; vehebat Orontem.* Idem ibidem: — *nunc acris Orontî Nunc Amyci caſum gemit.* De Ænea ſermo eſt. *Orontî* autem eſt Poëticus Genitivus contractus, ut tradit Erythræus in indice Virgiliano ad vocem *Ulyſſes*; veluti *Achillî* pro Achillêi ab antiqvo Achilleus, &c. vide ſuprà pag. 39. Fuit autem *Orontes*, Lyciorum dux in bello Trojano, qvi captô Iliô cum Ænea in Italiam navigans, naufragiô perijt. *f* *Dares* ] Virgilius 5 Æneid: *Hanc tibi Eryx meliorem, animam pro morte Daretis Perſolvo* —. Ibidem: *Et qva ſervetis revocatum à morte Dareta.* Fuit autem *Dares* qvidam ex comitibus Æneæ, qvi cum Entello Siculo cæſtuum certamine congreſſus ſuccubuit. Deinde *Dares* fuit etiam Phrygius hiſtoricus, qvi primus deſcripſit bellum Trojanum græcè in qvo ipſe militavit, ut ait Iſidorus, qvi tandem captô Iliô, cum Antenoris factione remanſit, ut ſcribit Cornelius Nepos, qvi opus ejus è Græco in Latinum ſermonem convertit, dicavitq; Salluſtio. *g* *Bootes* ] Cic. Tom. 2. p. 232. Ed. Carol. de Nat. Deor: *Arctophylax vulgò qvi dicitur eſſe Bootes*, &c. *Huic Booti enim* — *Subter præcordia fixa videtur Stella micans radijs Arcturus nomine claro.* Juvenalis Sat. 5: *Frigida circumagunt pigri ſarraca Bootæ.*

*ta.* Ovidius 2 Metam: *Te qvoqve turbatum memorant fugiſſe Boote, Qvamvis tardus eras, & te tua plauſtra tenebant.* Vide ſuprà p. 153, 154. *b* *Pſaltes*] Doctus pſallere, ut loqvitur Horatius, vel qvi pſallit. Vox recentioribus inprimis familiaris: à Græco ὁ ψάλτης. Plutarch. Aphth. de Philipp. ψάλτην δέ τινα βουλομένου παρὰ δεῖπνον ἐπανορθοῦν αὐτοῦ, καὶ λαλεῖν περὶ κρουμάτων. Idem ſignificat, qvod ὁ ψαλτὴρ, ῆρος. unde eſt nota vox ψαλτήριον, Latinè *pſalterium*, pſaltis inſtrumentum: qvod Hieronymus in procem. commentar. Pſalm. Davidis ait latinè *organum* dici, ab Ebræis verò נֶבֶל nebhel. à qvo Græcorum νάβλον vel νάβλα, (qvæ Heſychio etiam ψαλτήριον exponuntur) & Latinorum nablium, ducta exiſtimari poſſunt. Ovidius 3 de Arte: *Diſce etiam duplici, genialia nablia, palma Plectere* —. Græcanica autem vox *Pſalterium*, ut hoc obiter notetur, etiam Orienti innotuit. Etenim Caſaubonus in Athenæum lib. 4, cap. 25 ait, *ſe mirari ſæpe, jam inde à temporibus Nabuchodonoſoris vetuſtiſſimi regis Babylonij Pſalteriorum nomen in ultimum ferè Orientem penetrâſſe.* Huic certè aſſertioni patrocinatur Chaldaicum Danielis idioma. Nam cap. 3, v. 5, 7. leges פְּסַנְתֵּרִין peſanterin, pſalterium, (verſu 7. per ט ſcribitur) item סַבְּכָא ſabecha, ſambucus, (v. 5. per שׂ v. 7) סוּמְפֹּנְיָה ſumponeja, ſymphonia: קִיתְרֹס caitheros cithara: נְבָלִין naphelin, nablia. *i* *Manaſſes*] Ebræum eſt à מְנַשֶּׁה Menashſche, & tantundem valet ac *oblivìſci faciens: qvia oblivìſci fecit me Deus* [inqvit Joſeph, natô Manaſſe filiô] *omnis laboris mei, & univerſæ familiæ patris mei.* Geneſ. 41. 51. Matth. 1. verſ. 10 legitur: Μανασσῆς δὲ ἐγέννησε, &c. Hinc Latini *Manaſſes, Manaſſis* dicunt, & ad imitationem vocum antiqvâ terminatione A gaudentium locô E, de qva p. 34, etiam *Manaſſa* Genitivô dicendum præcipiunt Literatores.

XI. Qvæ-

Digitized by Google

**XI. Qvædam Græca in ES Tertiæ, in Secunda nonnunqvam apud Poëtas Genitivum contractum admittunt: ut, *Achilles* [*a*,] Genit. *Achillis*, & Poëtis contractè *Achilleî, vel Achilli*, ab antiqvo *Achillëus*. *Ulyſſes* [*b*,] *Ulyſſis*, Poëtis contractè *Ulyſſeî, vel Ulyſſi*, ab antiqvo *Ulyſſëus*.**

*a* De hujus præcepti veritate ut certior evadas, claſſica Latinorum teſtimonia afferemus. *Achilles*) Virg. Æneid. 1: *Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros: Exanimúmq; aurô corpus vendebat Achilles.* Idem lib. 3 Georg: *Martis eqvi bijuges, & magni currus Achillis.* Cicero pro Archia: *Qvàm multos ſcriptores rerum ſuarum magnus ille Alexander ſecum habuiſſe dicitur? Atqve is tamen, cum in Sigæo ad Achillis tumulum aſtitiſſet, ô fortunate, inqvit, adoleſcens, qvi tuæ virtutis præconem Homerum inveneris.* Sed hæc eſt conſveta vocis forma Oratoribus pariter ac Poëtis familiaris. Poëtæ autem licentiores eſſe ſolent, & ut metricæ licentiæ fines latiùs extendant, *Achillêi* vel *Achillî* Genitivo dicunt. Horatius lib. 1. Carm. Ode 15: *Iracunda diem proferet Ilio, Matronisq; Phrygum claſſis Achillei.* Virgilius lib. 1 Æneid: *His accenſa ſuper, jactatos æqvore totô Troas, relliqvias Danaûm atqve immitis Achillî, Arcebat longè Latio* ——, Idem 3 Æneid: — *ſerva altera Troja Pergama, relliqvias Danaûm atqve immitis Achill I.* 6 Æneid: *Eruet ille Argos, Agamemnoniásq; Mycenas: Ipsúmq; Æaciden genus armipotentis Achill I.* Vide ſuprà pag. 39. Fuit autem *Achilles* filius Pelei & Thetidis, & rerum præclarè geſtarum gloriâ in Trojana expugnatione clarus, & qvi ſuô Hectorem occidit gladiô, alterius ipſe cecidit enſe. A Paride enim in Apollinis Tymbræi templo ſagittâ occiſus eſt, & in Sigæo promontorio à Græcis tumulatus. *b* *Ulyſſes*] Virgilius 11 Æneid: *Atrîdes Protî Menelaus aduſqve columnas Exulat, Ætnæos vidit*

dit *Cyclopas Ulyſſes.* & lib. 2 Æneid: *— illos patefactus ad auras Reddit eqvus, lætiq; cavô ſe robore promunt Tiſandrus Sthenelúſq; duces, & dirus Ulyſſes, Demiſſum lapſi per funem —.* Erythræus, Virgilij ſcholiaſtes, notat Macrobium hoc in carmine pro *durus Ulyſſes* legere *dius Ulyſſes;* ut ſit mimeſis Homerica δῖος Ὀδυσσεύς, ſicut *Dia Camilla.* ait enim Macrobius: *Poſtremo Grajæ linguæ qvàm ſe libenter addixerit Virgilius, de crebris qvæ uſurpat vocabulis æſtimate: Dius Ulyſſes, ſpelæa ferarum, Dædala tecta &c. Sed nos,* inqvit Erythræus, *magis dirus probamus. Nam qvemadmodum ſuo Ulyſſi favens Homerus, illum hôc Epithetô, aliiſq; perpetuò ornat, ſic in gratiam ſui Æneæ ejus hoſtem Dirum appellaverit, qvem etiam aliis Epithetis infamat. Ad hæc, ut Dia Camilla apud Virgilium, Dia ſententia apud Horatium, Dia poëmata apud Perſium, deniq; in Hoſtili lib. 2 belli Iſtrici Dia Minerva, & in Catullo Dia legere potuiſti; non ita ſanè Dius genere Maſculinô invenies, bone Macrobi, qvæ cauſa fortaſſe fuit, cur Divus Ulyſſes malit Chariſius legere.* Hactenus ille. Virg. 3 Æneid: *Et terram altricem ſævi execramur Ulyſſis.* Horatius contractô Genitivo uſus eſt lib. 1. Carm. Ode 6: *Nec curſus duplicis per mare Ulyſſeî.* Verſus eſt Aſclepiadeus ternarius acatalectus, qvi conſtat ſpondeô & duobûs Choriambîs, & ultimô Pyrrichiô, vel Jambô, *Ulyſſeî.* Virgilius Ecl. 8: *Carminibus Circe ſocios mutavit Ulyſſeî.* Idem 2 Æneid: *Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulyſſî.* Ibidem: *— invidiâ poſtqvam pellacis Ulyſſî.* Ibidem: *— Pelias & vulnera tardus Ulyſſî.* Horatius Epiſt. 7, lib. 1: *Haud malè Telemachus proles patientis Ulyſſeî.* Idem Epiſt. 6. lib. 1. *— remigium vitioſum Ithacenſis Ulyſſî.* Eandem qvoqve contractionem apud Poëtas, inprimis verò Virgilium, obſervare licet in vocibus *Ilioneî, Oileî, Neleî, Nereî, Proteî, Prometheî, Peneî, Tereî.* Virgilius lib. 1 Æneid: *Jam validam Ilioneî navem, jam fortis Achatæ.* lib. 1: *Unius ob noxam & furias Ajacis Oileî,* ſcil: filius, qvi princeps Locrorum: ut 6. Æn. *Deiphobe Glauci,* ſcil. filia. Duo enim fuerunt Ajaces ad Trojam; Telamonius & Oileus; & ambo furioſi;

Digitized by Google

rioſi; ille irâ, hic amore. Cujus naufragium ſelectiſs. verſib. deſcripſit Hom. Odyſs. 4. Confer Taubmannum. Ovid. 2 Metam: *Divitis hic ſaltus herboſáq; paſcua Neleî.* Virg. 8 Æn: — *genitrix nato te filia Nereî.* De *Proteî* ſuprà ad vocem *Ulyſſes.* Virg. Eccl. 6: *Caucaſeáſq; refert volucres, furtúmq; Prometheî.* Idem 4 Georg: *Triſtis Ariſtaus, Peneî genitoris ad undam ſtat lacrymans* —. Idem Eclog. 6: *Aut ut mutatos Tereî narraverat artus.* Et hanc contractionem non modò in *græcis* dictionibus freqventavit Virgilius Græcos imitatus, ſed & nonnunqvam in *Latinis* uſurpavit: ut, *æreî*, *ferreî*, *balteî* duabûs ſyllabîs, & *tartareî* tribûs. Virg 6 Æneid: *Centum æreî claudunt vectes, æternáq; ferri Robora* —. Idem 6: *Ferreiq; Eumenidum thalami, & Diſcordia demens.* lib. 10: *Exanimum, rapiens immania pondera balteî.* Qvam qvoqve contrahendi licentiam in utroqve Dativo Poëta ſibi vendicavit, dicendo nunc *aureô* duabûs ſyllabîs Æn. 8: — *thalamóq; hæc conjugis aureô Incipit* —; & 10: — *ſoliô tum Juppiter aureô ſurgit* —: nunc *aureîs*; 1 Æneid: — *dependent lychni laqvearibus aureîs*; & 5: — *villis oneroſum, atqve omnibus aureîs*; & 8: — *qvem fulla leonis Pellis obit totum, præfulgens unguibus aureîs.* Conſimilis Synizeſis in *alveô*, *eôdem*, *cuî*, *huîc*, *Typhoêa* tribus ſyllabis, & *Orpheâ* duabûs, & id genus alijs, Virgilio Poëtarum Latinorum facilè principi probatur. Non ergò mirum aut novum cuiqvam accidere debet, qvòd Virgilius contractîs Genitivîs *Achilleî* vel *Achillî*, *Ulyſſeî* vel *Ulyſſî* utatur, qvum Synæreſis iſta, ſive ut alij loqvuntur, Synizeſis, vel Synecphoneſis abundè jam ſit demonſtrata compluribûs ejuſdem exemplîs. De hac re etiam Priſcianus monuit lib. 6. pag. 211: *Ab Ulyſſeus*, inqvit, *Nominativô qvoqve proferunt Latini in ei Genitivum.* Ovidius 14 Metam: *Nericius Machareus comes experientis Ulyſſei. Et ab Achilleus Accuſativum Græcum protulit Lucanus in 10: — famulúmqve tyranni Terribilem viſu trajecit Achillea ferro. Ex qvo apparet Latinos qvoqve tam in EUS qvàm in ES hæc nomina ſolitos eſſe proferre.*

Hæc

Hæc ille. Sed diligenter videndum eſt, qvos inprimis caſus uſus probavit & autoritas Latinorum. Id qvod rectè etiam monet Robertus Stephanus in Theſauro Lingvæ Lat. ad vocem Ulyſſes: *Veluti*, inqvit, *Ulyſſei & Ulyſſi ſæpius invenio: ita Ulyſſeus, Ulyſſeo, Ulyſſea, Ulyſſeu nuſqvam. Sic Ulyſſes, Ulyſſis, Ulyſſi, Ulyſſem uſitata ſunt: Ulyſſes autem vocandi caſu vix invenies. Nam pro eo leges Ulyſſe.* Ovidius 13 Metam: —— *non tu tamen terreris Ulyſſe. Sic Vocativus Achille.* Ovidius 12 Metam: —— *tantorum victor Achille Victus es à timido Graja raptore marita. Ubi Latini Dores imitati ſunt, qvi declinant* Ἀχίλλης, Ἀχίλλου, Ἀχίλλῃ, Ἀχίλλην, Ἀχίλλη. Obſervandum etiam eſt, qvòd idem Priſcianus eôdem librô 6. pag. 592 velut ſui immemor dicat & doceat *Ulyſſi Achilli* Dativô uſurpari pro Genitivo. Verba ejus ſunt: *Et ſciendum, qvod in hujuſmodi nominibus, qvando Tertiæ ſunt, freqventiſſimè veteres Dativum proferebant pro Genitivo, Ariſtoteli, Demoſtheni, Thucydidi, Euripidi pro Ariſtotelis, Demoſthenis, Thucydidis, Euripidis ponentes.* Virgilius 1 Æneid: *Præcipuè pius Æneas nunc acris Orontî, Nunc Amyci caſum gemit.* Idem in eodem: *Troas relliqvias Danaûm atqve immitis Achilli.* in 2: —— *qvis talia fando Myrmidonûm Dolopûmve aut duri miles Ulyſſi.* Terentius in Heaut: *Archonidi filiam pro Archonidis*, &c. Cui ſententiæ accedit Probus in Catholicis: *Inveni*, inqvit, *Chremi, Genitivum: & antiqva eſt ratio declinationis, Dativo uti pro Genitivo. Infelicis Ulyſſi pro Ulyſſis: Achilli, pro Achillis.* Chariſius autem tanqvam peculiarem Genitivum ac certâ ratione carentem proponit, his verbis uſus lib. 1: *Inveniuntur*, inqvit, *apud veteres, qvæ ſine ratione Genitivum faciunt per I; ut apud Salluſtium in prima Hiſtoria, bellum Perſi Macedonicum. Item apud Virgilium, immitis Achilli: & aliô locô, Fallacis Ulyſſi. Namqve ſi eſſet Nominativus Latinus Achilleus, meritò faceret Achillei, ut Euryſtheus, &*

*Mu-*

*Mneſtheus: ſed qvia non eſt Achilleus, ſed Achilles, Achillis facit, ut Hercules Herculis, non Achillei, ut Mneſthei.* Ubi annotandum, qvòd *Fallacis Ulyſſi* legat Chariſius, pro *Pellacis Ulyſſi*. Fuit autem *Ulyſſes*, rex Ithacæ & Dulichij inſularum, filius Laërtæ & Anticleæ, unde nunc *Ithacus*, nunc *Dulichius* appellatur. Ejus vitam & res geſtas ſive terrâ in Trojana expugnatione, ſive marî pericula deſcribunt Homerus & Virgilius. Nonnulli per x ſcribunt *Ulyxes*. Nam & ab Homero διξὰ ſcribitur per ξ, qvod Dores δισσὰ, h. e. Bina, notant geminô σσ. Confer Erythræi indicem Virgilianum. Qvæ ſcriptura etiam Ciceroni placuit 5. Tuſc. qvæſt. p. 180. Ed. Carol: *Etiam heroicis ætatibus Ulyxem & Neſtorem accepimus & fuiſſe & habitos eſſe ſapientes.* Ab *Ulyſſe* tanqvam primo conditore Luſitaniæ metropolis *Ulyſſipona*, nunc *Lisbona*, nomen accepiſſe fertur; unde Strabo lib. 3 *Ulyſſeam* appellari ſcribit.

## *DE HETEROGENEIS.*

Heterogenea ſunt, qvæ inflectuntur aliô genere in ſingulari, aliô in plurali.

Súntq; Sextuplicia:

I. In ſingulari Maſculina, in plurali Neutra: ut, *tartarus* [a,] *tartara: avernus* [b,] *averna: ſibilus, ſibila* [c.] Sic montium nomina, *Dindymus* [d,] *Iſmarus* [e,] *Mænalus* [f,] *Maſſicus* [g,] *Pangæus* [h,] & *Taygetus* [i.]

a Sedula dabitur opera, ut parî fide & animi contentione modò lata & rogata Grammaticorum ſcita De HETEROGENEIS luculentis Veterum Romanorum teſtimoniis illuſtrentur, & à dubiorum tenebris vindicentur. Principiò qvidem, *tartarus* & *tartara* Virgilium facilem & fidum patronum inveniunt, Æneid. 6. pag. Erythreanæ Editionis

nis 262. — *tum Tartarus ipſe Bis patet in præceps tantum, tenditq́ ſub umbras Qvantus ad ætherium cæli ſuſpectus Olympum.* Idem freqventiſſimè *tartara* in Neutro plurali uſus eſt. Ibidem 6. lib. pag. 248: *Qvod ſi tantus amor menti ſi tanta cupido eſt Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre Tartara; & inſano juvat indulgere labori.* Confer Georg. 1. Carm. 36, & finem lib. 4. Georg. paſſimq́; alibi apud eundem. Eſt autem *Tartarus* 1. ima inferorum ſedes ſontibus plectendis aſſignata à Poëtis. Et nomen ducit, ut qvidam putant, à Græco *ταρ-ρίγλειν*, i. e. tartareo frigore premi. Omnium verò tutiſſimum etymon ipſe D. Petrus affert 2. Pet. 2. v. 4. dicens: *εἰ γὰρ ὁ θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν τετηρημένους*, i. e. *nam ſi Deus Angelis qvi peccaverunt non pepercit, ſed in tartarum detruſos catenis caliginis tradidit damnationi ſervatos.* Qvi igitur à *ταρταροῦν* deduxerint, & menti Spiritus ſancti & ipſi veritati rei congruenter *ἐτυμολογοῦνται*. *b* *Avernus*] Virg. lib. 6. Æn: *Talibus orabat dictis, araſq́ tenebat: Tunc ſic orſa loqvi vates: Sate ſangvine divûm. Tros Anchiſiade, facilis deſcenſus Averni: Noctes atq́ dies patet atri janua Ditis: Sed revocare gradum, ſuperaſq́ evadere ad auras, Hic opus, hic labor eſt. pauci qvos æqvus amavit Juppiter, aut ardens evexit ad æthera virtus.* Idem lib. 5 Æneid: — *Ditis tamen antè Infernas accede domos, & Averna per alta Congreſſus pete nate meos* —. Eſt autem *Avernus* lacus Campaniæ, prope Bajas, qvem locum Plutoni dicatum, & inferorum limen eſſe Idololatrica antiqvitas credidit. Unde & pro inferorum ſede à Poëtis uſurpatur. Dictus Avernus, qvaſi *ἄορνος*: hoc eſt, avibus carens, ſive qvod aves ſupervolantes gravi ejus odore enecentur: ſive qvòd ſulphureæ exhalationes aërem uſq; adeo extenuent, ut aves ſuſtinere non poſſit Lucr. lib. 6: *Principiò qvòd Averna vocant, non nomen id ab re Impoſitum eſt: qvia ſunt avibus contraria cunctis.* *c* *Sibila*] Ovid. lib, 3 Metam:

P carm.

carm. 37, 38: — *longô caput extulit antrô Cæruleus ſerpens, horrendâq; ſibila miſit.* Et paſſim alibi. Plurali verò *ſibili*, *ſibilorum* &c, uteris, cùm apud probatos Latinæ lingvæ autores legeris. *d* *Dindymus* ] Plin. lib. 6. c. 32: *Ultra inſula, qvam continenti junxit Alexander, in qva oppidum Mileſiorum, Cyzicum, antea vocitatum Arconneſos, & Dolionis & Dindymus, cujus à vertice mons Dindymus.* Virg. 9 Æneid: *O veræ Phrygiæ (neqve enim Phryges) ite per alta Dindyma, ubi aſſvetis biforem dat tibia cantum.* Eſt autem *Dindymus*, mons Phrygiæ, ubi colebatur à Gallis Cybele magna mater Deûm, qvæ ab eo dicitur *Dindymena.* Propertius lib. 3: *Dindymus & ſacra fabricata inventa Cybela.* *e* *Iſmarus* ] Virg. Eclog. 6: *Nec tantùm Rhodope miratur, & Iſmarus Orphēa.* Idem 2 Georg: — *juvat Iſmara Baccho Conſerere, atqve oleâ magnum veſtire Taburnum.* Eſt autem *Iſmarus* 1. mons Thraciæ aſper & incultus ex una parte, ex alia fertilis vinetis & olivetis, qvem Orpheus incoluit. 2. Iſmarus Stephano; ſive, ut apud Plinium legitur, Iſmaron, Cocynum urbs in Thracia à monte ad qvem ſita erat, nomen habens. Hinc Iſmarius i. e. Thracius. *f* *Mænalus* ] Virg. Eclog. 10: *Pinifer illum etiam ſola ſub rupe jacentem Mænalus.* Idem Ecl. 8: *Mænalus, argutumq; nemus, pinôsq; loqventes ſemper habet.* Idem 1 Georg: — *tua ſi tibi Mænala curæ, Huc ades ô Tegæe favens.* Eſt autem *Mænalus* 1. mons Arcadiæ altiſſimus, non procul ab Argis, Pani conſecratus & pinis refertus. Qvem nonnulli dictum volunt ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι, qvod eſt furere, & inſanire, ſed ſcholiaſtes Theochritis à Mænalo dici ait. 2. Nomen civitatis Arcadiæ, itidem dictæ à Mænalo Lycaonis filio. *g* *Maſſicus* ] Sil. lib. 7: *Maſſicus uviferis addebat nomina glebis.* Plin. lib. 14. c. 6: *Certant Maſſica aqvæ ex monte Gaurano, Puteolos, Bajasq; ſpectantia.* Eſt autem *Maſſicus* mons Campaniæ, optimi vini ferax. Hinc *Maſſicum* ſubſtantivè ſumitur ab Horatio 1. Carm. Od. 1: *Eſt qvi nec veteris pocula Maſſici Nec partem ſolido demere de die Spernit* &c. Et 2. Carm. Od. 7 vocat *oblivioſum Maſſicum*, eò qvòd potum curarum oblivionem indu-

ducat. *h Pangæus* ] Plin. lib. 21. c 4: *Pangæus mons in vicino fert, numeroſis folÿs ac parvis: unde accolæ transferentes conſerunt, ipsáq; plantatione proficiunt.* Statius: — *illi Pangæa reſultant, Iſmaráq;.* Eſt autem *Pangæus* promontorium Thraciæ, Beſſis conterminum, & Macedoniæ conjunctum, ad cujus radices Neſtus amnis defluit. *i Taygetus* ] Lucanus lib. 5: — *gelidiq; inculta juventus Taygeti famâ veteres laudantur Athenæ.* Statius lib. 4. Sylv. 8: — *qvas non horrenda Lycurgi Taygeta, umbroſaq; magis coluere Terapne.* Vide ſuprà pag. 166. Eſt autem *Taygetus* mons Laconum, Libero patri ſacer, teſte Serviô. Addunt his alij *Garganus, Gargărus, ſupparus, Tanarus:* de qvibus ordine dicemus. *Garganus* ] Maſculinum *Garganus* extat apud Silium: *In nemore aut agitet Gargano terga ferarum.* Et Lucanus lib. 5: *Apulus Adriacas exit Garganus in undas.* Ubi Aſcenſius notat, qvòd *Garganus* ſit promontorium Adriaticum ad ſtadia trecenta extenſum in pelagus Orientem verſus. ejus accolæ propriè *Apuli* dicuntur. Virg. 11 Æn: *Victor Gargani condebat Japygis agris;* & Plin. lib. 3. c. 11: *Portus Agaſus, promontorium montis Gargani, à Salentino, ſive Japygio 234 M. paſſ. ambitu Gargani.* Neutro autem plurali *Gargana* tutò uti poteris, cum juſta Latinorum autoritas acceſſerit. *Gargara* ] Neutrum plurale *Gargara* ſæpius à Macrobio repetitum leges lib 5 Saturn. cap. 20, ubi in illud Virgilianum ex 1 Georgic. carm. 103, *Jactat & ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes,* ita commentatur: *Senſus hic cum videatur obſcurior, pauloq; perplexius, qvàm Poëtæ hujus mos eſt, pronunciatus, tamen habet in ſe animadvertendam qvæſtionem ex græca antiqvitate venientem, qvæ ſint iſta Gargara, qvæ Virgilius eſſe voluit fertilitatis exemplar. Gargara hæc igitur ſunt in Myſia, qvæ eſt Helleſponti provincia. Sed ſignificatio nominis & loci duplex eſt. Nam & cacumen montis Idæ, & oppidum ſub eodem monte hoc nomine vocantur. Homerus ſignificationem cacuminis ita poſuit:* Ἴδην δ᾽ ἵκανεν πολυπίδακα μητέρα θηρῶν Γάργαρον —. *Hic Gargarum pro excellentiſſimo montis loco accipi convenire & ipſe ſenſus indi-*

*nium facit, nam de Jove loqvitur.* Et poſtea ſæpius repetit *Gargara.* Virgilius 3 Georg: *Illas ducit amor trans Gargara, transq; ſonantem Aſcanium* —. Ovidius de Arte: *Gargara qvot ſegetes, qvot habet Methymna racemos.* Maſculinum verò *Gargarus* tum demum ſine periculo uſurpes licet, teſtimoniorum Latinorum ubi copia detur. *Supparus* ] De *Supparus, Supparum* infrà in doctrina Abundantium agetur. Nam eò rectiùs pertinent. *Tænarus* ] Seneca Hercul. Fur. ſub finem actus ſecundi: *Spartaniq; aderit janua Tænari.* Horat. 2 Carm. Ode 24: *Qvo Stix & inviſi horrida Tænari Sedes.* Plinius lib. 2, cap. 18: *Laconica Tænarum* Accuſativô dixit. & lib. 9, cap. 8: *Qvæ faciunt ut credatur Arionem qvoqve Citharœdicæ artis interficere nautis in mari parantibus, ad intercipiendos ejus qvæſtus, eblanditum, ut prius caneret citharâ, congregatis cantu delphinis, cùm ſe jeciſſet in mare, exceptum ab uno Tænarum in litus pervectum.* lib. 4, cap. 5: *Finiuntur Tænaro promontoriô.* & lib. 5, cap. 5: *Mox 250 M. promontorium Phycûs per Creticum mare excurrit, diſtans ccc l. M paſſuum à Tænaro Laconicæ promontorio.* Lucanus lib. 11. Pharſal Fœminino græco uſus eſt: — *qvis pelagus victas arctaſſe carinas? Dorida nunc Maleam, & aptam Tænaron umbris.* Eſt autem *Tænarus* Laconiæ promontorium, altiſſimis hians cavernis: ubi fingitur deſcenſus ad inferos. Ovid. 10 Metam: *Ad Styga Tænariâ eſt auſus deſcendere portâ.* A promontorio autem *Tænaro*, *Tænarum* oppidum nomen accepit, de qvo Plinius lib. 4, cap. 5: *Oppida Tænarum, Amyclæ, Pheræ*, &c. Ab eodem dicti ſunt *Tænarij Lapides.* Propertius lib. 3, El. 1: *Qvod non Tænarijs domus eſt mihi fulta columnis, Nec camera auratas inter eburna trabes.* Erant enim juxta Tænarum, lapicidinæ lapidum pretioſorum, qvi jam *Tænarij lapides*, jam *Laconica marmora* vocantur.

II. **In ſingulari Maſculina, in plurali Maſculina & Neutra: ut, *hic locus* [a,] *hi lo*-**

*ei & hæc loca: hic jocus, hi joci & hæc joca* [b.] *hic ſenſus, hi ſenſus & hæc ſenſa* [c.]

*a Locus*) Teſtimonia Latinorum hîc cumulare operæ precium non ducimus, inprimis cùm ijs, qvi vel primoribûs labrîs Latinitatem deguſtarunt, notum ſit, *locus, loci, loca*, crebrò adhiberi ab autoribus Latinis. Illud ſaltem monemus, qvod *locus* pro æſtimatione vel familia, pluralem ſive Maſculinum ſive Neutrum vix admittat. Cicero ad Appium: *Qvaſivi ex Phania, cujus mihi videbar & fidelitatem erga te perſpexiſſe, & noſſe locum, qvem apud te is teneret.* Idem 2 Philipp: *Qvem locum apud ipſum Cæſarem poſt ejus ex Africa reditum obtinuiſti? qvò numerò fuiſti?* Terentius Eun. 2. 2: *Viden' me ex eodem ortum loco?* Cicero 1 de Lege Agr: *Ortus eqveſtri locô.* *b Joca*) Cic. 2 de Finib: *At qvicum joca & ſeria, ut dicitur, qvicum arcana, qvicum occulta omnia?* Idem ad Attic: *Itaq; joca tua plena facetiarum*, &c. Salluſt. in Jugurth: *Joca, ſeriáq; cum humillimis agere.* *c Senſa*) Cicero 1 de Orat: *hoc enim uno præſtamus vel maximè feris, qvòd colloqvimur inter nos, & qvòd exprimere dicendo ſenſa poſſumus.* Ibidem lib. 3: *Sicut hæc vis qvæ ſcientiam complexa rerum, ſenſa mentis & conſilia ſic verbis explicat.* Huc referunt alij *hic ſibilus, hi ſibili, hæc ſibila: hic eventus, hi eventus, hæc eventa: hic effectus, hi effectus, hæc effecta: hic actus, hi actus, hæc acta*: de qvibus ordine nonnihil monendum duximus. *Sibilus*) De uſu vocis *ſibilus*, in proximo ſuperiori membro egimus. *Eventus*) De hac voce in doctrina Abundantium agetur. *Effectus*) Varro lib. 8 de Ling. Lat. pag. 120 Edit. Hen. Steph. 1573: *Neqve enim forma conlata qværendum ſolùm qvid habeat in figuris ſimile, ſed etiam nonnunqvam in eo, qvem habeat effectum.* Tibullus lib. 3, Eleg. 8, ad Mæcen: *Et tibi ad effectum vires det Cæſar, & omni Tempore tam faciles inſinuentur opes.* *Effectum* autem & *effecta* utplurimùm ut Adjectiva Neutra uſurpantur. Claudianus 7 Paneg: — *eqvidem, faveant modò numina cœptis, Hæc effecta dabo.* i. e. efficiam. Terentius Eun. 2. 1:



Digitized by Google

*Ne iſthuc tam iniqvô patiare animô. P. minimè: qvin effectum dabo. Sed nunqvid aliud imperas?* Idem Andr. 4, 2: *P. Scio qvid conere. D. hoc ego tibi profectò effectum reddam. Actus*) De hac voce itidem conſule doctrinam *Abundantium*.

## III. In ſingulari Fœmininum, in plurali Neutrum: ut, *Carbaſus* *, *Carbaſa*.

* *Carbaſus*) Qvamvis *Carbaſus* Phocæ in ſingulari Maſculinum, Probo verò & Capro tum Maſculinum tum Fœmininum habeatur: Priſciano tamen potiùs & Servio in 3 Æneid. aſſentiendum eſt, qvi ſingulari numerô huic voci Fœmininum genus aſſignant, plurali verò Neutrum. Lucretius lib. 6, carm. 125: *Carbaſus, ut qvondam magnis intenta theatris Dat crepitum, malos inter jactata trabiſq.* Vide ſuprà pag. 147. Virgilius lib. 3 Æneid: *Vela vocant, tumidóq; inflatur carbaſus Auſtrô.* Idem lib. 8 Æneid: — *eum tenuis glaucô velabat amictu Carbaſus, & crines umbroſa tegebat arundo.* Ubi Virgilius de Deo Tyberino loqvitur antiqvorum more, à qvibus dij fluviorum & maris cæruleo veſtitu pingi ſolebant, capite arundine tectô. Unde leges 12 Æneid: *Tantum effata caput glauco contexit amictu Multa gemens: & ſe fluvio Dea condidit alto.* Confer Adverſaria Turnebi lib. 24, cap. 40. *Carbaſa*) Ovidius 11 Metam: — *totáq; malo Carbaſa deducit* —. Idem 3 Faſt: — *tortô ſubducere carbaſa limô.* Lucanus lib. 3: *Fluxa coloratis adſtringunt carbaſa gemmis.* Eſt autem *Carbaſus* lini genus tenuiſſimi in Hiſpania repertum, qvô texebatur veſtis magni precij, antiqvis in delicijs habita, ut ſericea nobis. Vide Dalecampium ad Plin. c. 1. l. 19. Nonius ait: *Carbaſus eſt pallium, qvô fœminæ amiciuntur, opulentiæ causâ, ut ſericum aut linô tenui.* Ita reſtituerunt nonnulli locum, cùm vulgò pro *fœminæ* legatur *fluvij*. *Carbaſum* vocant Græci κάρπασον, qvod negat Pauſanias igne conſumi: καὶ ἣν, inqvit, lib. 1. λίνε καρπασίε θρυαλλὶς ἔνεστιν, ὃ δὴ πυρὶ μόνον λίνων οὐκ ἔστιν ἁλώσιμον.

σιλιον. Ebræi: כַּרְפַּס *carpas* appellant, qvod extat Eſth. 1, v. 6. Unde latina & græca vox nata exiſtimari poteſt. Referunt huc alij *hæc Pergamus*, & *hæc Pergama: hæc ſupellex*, & *hæc ſuppellectilia*. De qvibus nonnihil monendum eſt. *Hoc Pergamum* leges apud Plinium lib. 5, cap. 30: *In ea Pionia*, &c, *Apollonia*, *longéq; clariſſimum Aſiæ Pergamum*, *qvod intermeat Selinus*, *præfluit Cetius profuſus Pindaſo monte*. Et lib. 10 cap. 21: *Pergami omnibus annis ſpectaculum gallorum publicè editur*, *ceu gladiatorum*. Confer lib. 36, c. 25. Cicero pro Flacco: *Mortuus Pergami P. Scipio vir clariſſimus*. Fœmininum verò *hæc Pergamus* tutiùs uſurpaveris, qvum à probaris autoribus uſurpatum inveneris. Dalecampius qvidem inſcribit caput 30 Plinij lib. 5. *Æolis*, *Troas*, *Pergamus*. Sed prima Edit. Sigiſmundi Gelenij Baſileæ 1549 excuſa ultimam vocem *Pergamus* non habet, & ipſe textus *Pergamum* in Neutro genere legit. Eſt autem *Pergamum* inſignis urbs Aſiæ vel Troadis, Galeno medico inſigni natalis, non procul à Caico fluvio diſtans, & ab edita rupe, in qva extructa erat, nomen habens, aliàs *Troja* dicta. nam *Pergama* olim loca omnia editiora appellabantur, teſte Svidâ: Πέργαμον, inqvit Svidas, *vocant Iones* τὴν πόλιν: *alij verò* πάντα τὰ ὑψηλὰ *eô nomine accipiunt*. Ex hoc urbis nominatæ ſunt περγαμῆναι, *Pergamena*, ſcilicet *charta*, *Pergament*: Svidæ dicuntur αἱ μεμβράναι, *i. e. membrana aut* αἱ δέρρεις *i. e. pelles*. Fuerunt autem membranæ ſeu pelles literarum monumentis excipiendis ac diutiùs conſervandis deſervientes, inventæ poſt uſum chartarum, qvæ Alexandri Magni victoriâ repertæ ſunt, ut author eſt Varro, conditâ in Ægypto Alexandriâ. *In palmarum enim foliis primò ſcriptitatum*, inqvit Plinius lib. 13, c. 11: *deinde qvarundam arborum libris*. *poſtea publica monumenta plumbeis voluminibus*, *mox & privata linteis confici cœpta*, *aut ceris*. *pugillarum enim uſum fuiſſe etiam ante Trojana tempora*, *invenimus apud Homerum*. *deinde in Ægypto ex papyro charta*

 pra-

Digitized by Google

*præparari cœpta, diviſo acu in prætenues, ſed qvàm latiſſ... philuras. Mox æmulatione circa bibliothecas Ptolomæi & ... menis, ſupprimente chartas Ptolomæô, membrana Perg... reperta.* Herodotus antiqviorem etiam membranarum u... fuiſſe teſtatur, nam lib. 5 dicit Jones olim ἐν ϖαάνῳ βίβ... uſos fuiſſe διφθέρῃσι αἰγείῃσί τε καὶ οἰέῃσι: unde & ... βίβλȣς ab ipſis vocatas fuiſſe διφθέρας. qvin & ſuâ a... multos barbarorũ ἐς τοιάυτας διφθέρας γεάφειν ſol... Neutrum verò plurale *Pergama* Virgilius non rarò uſurp... lib. 1 Æneid: *Namqve videbat uti bellantes Pergama circ... Hàc fugerent Graji, premeret Trojana juventus.* Idem l... Æneid: *—ſi Pergama dextra Defendi poſſent, etiam hâ... fenſa fuiſſent.* Sunt autem *Pergama* Trojanæ arces, ut ... vius tradit in illud Virg. 2 Æneid: — *Trojam incenſa... prolapſa videntem Pergama —. Supellex, ſupellecti...* C. Paſius Lancilotus lib. 7. c. 17. p. 167 docet *ſupellex* ... heterogeneum eſſe, qvia antiqvi declinabant *ſupellectile*, ... *ſupellectilia*, genere Neutrô. Qvod ut probet verba Cic... nis in Top. citat: *Qvæ cerni tangiq; poſſunt, ut fundum ... parietes, ſtillicidium, mancipium, pecudem, ſupellectile,...* Hæc ille. Sed mendoſa eſt lectio; qvæ ita reſtitui pote... emendatiſsima Caroli Stephani Edit. ſæpiùs citata: *Eſſ... dico, qvæ cerni tangive poſſunt: ut fundum, ædes, pariet... ſtillicidium, mancipium, pecudem, ſupellectilem, penus, ... ra.* Neutrum Plurale *ſupellectilia* Valerius Ultrajectinu... genuè fatetur ſe nondum apud probatiſſimos autores le... lib 2 Inſtitut. Gram. pag. 142, Edit. Plantin. 1575. Eo a... tum demum tutò uti poteris, qvum à probato aliqvo R... ni ſermonis autore uſurpatum animadverteris.

IV. In ſingulari Neutra, in plurali M... ſculina: ut, *hoc cœlum, hi cœli* [a:] *hoc ſiſer... ſiſeres* [b:] *hoc Argos, hi Argi* [c.]

*a* : Priſci lingvæ Latinæ Patres Neutro ſingular... *cœlum* creberrimè utuntur. Qvod expendens P. Ramu... ſ...

ſchol. Gramm. *cælum* non Heteroclitis annumerat, ſed carentibus numero plurali. *Cælum etiam*, inqvit, *hîc* (inter Defectiva, ſcilicet, numero plurali) *ſtatuimus. de qvo magna Grammaticorum jam à Palæmone turba contra Cæſarem facit. Cæſar cælum ex iis eſſe ait, qva numero multitudinis careant. Et verò Latinè cælum, totum illud cæleſte corpus appellatur, qvod unicum eſt, ut aëris unicum: & qvidem cæli iſti qvi vulgò dicuntur Martis, Jovis, globi nominantur à Cicerone. Et locus ille Ciceronis* in Ep. ad Pætum: *Ille Baro te putabat qvæſiturum, unum cælum eſſet, an innumerabilia, planè demonſtrat Ciceroni hos cælos inauditos fuiſſe, ſecus ſolæciſmum faceret. Grammatici citant, alios à Varr. & Cic. locos, ſed falsò, ut collatis libris invenies. Citant autem Grammatici omnes certatim unicum à Lucretio locum: Qvi pariter cælos omnes convertere. At Poëta jus ſuum retinuerit. Cæſaris autem & Ciceronis judicium neqvaqvam cum hujus Poëtæ licentia comparandum cenſeo.* Cæterùm, Antonius Muretus numerum pluralem *cæli* benigniùs excipit, qvem lib. 15, cap. 1 Variarum Lectionum, Servij ac Ciceronis autoritate confirmare allaborat, idq; ex hac, ut ipſe Muretus narrat, occaſione. Venerant forte fortuna ad Muretum viſendi ac ſalutandi cauſâ nobiles aliqvot Germani juvenes, unámqve aut alteram horam erudito ejus colloqvio tribuerant. Aderat & Ariſtarchus qvidam, qvem Darium Bernardum nominat, qvi ex ſermone ultro citróqve inter eos habito nonnullas voces tanqvam parùm Latinas ſolô oculorum nutu notare Mureto viſus fuit. Qvas cum Muretus ipſi extorqveret, in hæc erumpit verba: *Dolebam*, inqvit, *excidere interdum grandiori illi, qvi tecum colloqvebatur, voces qvaſdam minùs Latinas, qvibus ille perpetuus ſubitæ orationis nitor, qvaſi maculis qvibuſdam infuſcaretur. Nam aliqvoties dixit: cælos & cælorum orbes, & eam doctrinam qvæ cælitus ad homines lapſa eſſet. Qvid? inqvit Muretus, tu rectè hæc dici non putas? Cæleſtia, reſpondet, corpora & orbes cæleſtes, & cælo lapſam doctrinam dixiſſem libentiùs. Cui Muretus: Non malè tu qvidem: ſed tamen ne illa qvidem ſuos auctores non habent. Citat hæc Servius e*



Digitized by Google

*Ciceronis Hortenſio, Epicurei plures volunt eſſe cælos.* E
*eretÿ ſunt hæc è libro ſecundo: Qvis regere immenſi ſumm*
*qvis habere profundi Endo manu validas potis eſt moder*
*habenas? Qvis pariter cælos omnis convertere? & omnes*
*bus æthereis terras ſuffire feracis? Qvamvis autem cæl*
*dicebant mundos, qvos putabant eſſe innumerabiles: tam*
*eo ſatis conſtat, cæli nomen apud Latinos & ſingulare e*
*multitudinis.* Hæc ille. C. Valer. Ultraj. notat, non facilè p
exempla in paganis qvidem Latinorū ſcriptis inveniri, qv
numerus pluralis *cæli cælorum* demonſtrari poſsit: in ſ
verò literis non rarò reperiri. Ratio eſt in promptu. Ebra
enim שָׁמַיִם qvod Duale eſt, ſi exprimere coneris,
*los* dices. *b* *Siſer, ſiſeris* ] *Siſer* Neutrô genere ali
ties occurrit; *Siſeres* verò plurale Maſculinum rariùs ex
Utrumqve tamen ſuperiùs confirmatum vide pag. 128.
*Argos Argi* ] Horatius: *Aptum dicit eqvis Argos, ditéſq;*
*cenas.* Virg. lib. 2 Æn: *Si patrios unqvam remeaſſem v*
*ad Argos.* Idem lib. 10 Æneid: *Aſpicit & dulceis mor*
*reminiſcitur Argos.* His addunt alij, *hoc clathrum, hi clat*
*hoc porrum, hi porri: hoc cicer, hi ciceres:* de qvibus or
dicemus. *Clathrum Clathri* ] Nominativus pluralis *Cla*
eſt apud Horatium in Arte: *Objectos caveæ valuit ſi fran*
*clathros.* & apud Colum. lib. 8. cap. 17: *Spiſſi deinde cla*
*marginibus infiguntur, qvi ſuper aqvam ſemper emineant*
*jam qvum maris æſtus intumuerit.* Ibidem cap. 3: *Fene*
*clathris muniantur, ne poſſint noxia irrepere animalia.* N
trum verò *clathrum* in tuum uſum abſqve erroris metu c
vertas licet, ubi præviam habueris infallibilem alicujus L
ni ſcriptoris autoritatem. Aliàs apud Græcos qvidem leg
τὸ κλεῖθρον exponitúrq; clauſtrum, repagulum, vectis
nuæ, & Budæo apud Lucianum etiam ſera. eſt enim à κλ
claudo, obſero. Hinc Latini *Clathros* vocant virgas lign
vel tranſverſas, qvibus aliqvid clauditur & velut exte
munitur, ut feneſtræ &c. qvæ ob id etiam à Plauto in M

Digitized by Google

*clathrata* appellantur act. 2, sc. 4: *Nam certè neqve ſolarium hic apud nos eſt, neqve hortus ullus, Neqve feneſtra, niſi clathratæ. nam certè ego te hic intus vidi.* *Clathrata* exponit Taubmannus clatris vallata. Hinc verbum *Clathrare* apud Columellam lib. 9, cap. 1: *Satis eſt autem vacerras inter pedes octonos defigere, ſeriſq; tranſverſis ita clatrare, ne ſpatiorum laxitas, qva foraminibus intervenit, pecudi præbeat fugam.* Ita ſine aſpiratione legit Edit. Gryphiana 1535 cui etiam favet Taubmannus in proximo citato Plauti loco, nec non Budæus. At verò, ſi à Græco κλεῖθρον eſt, aſpirationem jure originis ſibi meritò depoſcit. *Porrum, porri*] Hæc vide infrà Abundantibus aſcripta, ibiqve exemplis confirmata. *Cicer, ciceres*] Hoc *Cicer, ciceris*, bonis autoribus familiare eſt. Horatius 2 Serm. Sat. 6: — *neqve ille Sepoſiti ciceris nec longæ invidit avenæ.* & paſſim apud alios. Plurali verò *Ciceres* apud melioris notæ Latinos lecto & obſervato uti licet. Eſt enim *Cicer* notum leguminis genus. Qvod evidenti argumento etiam erit, pluralem numerum rariorem eſſe. Accedit Varronis autoritas dicentis lib. 7, pag. 103: *Sed & ſingularia ſolùm ſunt multa, ut cicer, ſiſer. nemo enim dicit cicera, ſiſera, &c.* A ciceris feliciore ac feraciore ſatione, *Cicerones* nuncupatos putat Plinius lib. 18, cap. 3: *Cognomina etiam prima inde, Pilumni, qvi pilum piſtrinis invenerat: Piſonis à piſendo. Jam Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum, ut qviſqve aliqvod optimè genus ſereret. Juniorum familia Bubulcum nominaverunt, qvi bubus optimè utebatur &c.*

V. In ſingulari Neutra, in plurali Maſculina & Neutra: ut, *hoc frenum, hi freni* [a] *& hæc frena: hoc raſtrum, hi raſtri* [b] *& hæc raſtra rariùs.*

a Fre-

*a Freni*] Virg. lib. 3 Georg: *Ferro rotam, & ſtr*
*lo frenos audire ſonanteis.* Lucanus lib. 7: — *Sic fatur*
*arma Permittit populis, frenóſq; furentibus irâ Laxat* —.
lerius Max. lib. 2: *Freni ſunt injecti nobis. Frenum & fr*
vulgò nota, probationis non egent. *b Raſtri*] Virgi
Eclog. 4: *Non raſtros patietur humus, non vinea falcem.*
Georg: *Procurvam expectant falcem raſtróſq; tenaces.*
rentius Heaut. 5, 1: *Nam ſi illi pergam ſuppeditare ſumpt*
*Menedeme, mihi illæc verè ad raſtros res redit.* Ennius:
*ſtros dentiſabres capſit cauſa poliendi agri*, citante Turn
Adverſ. lib. 29, c. 19. *Raſtrum* verò ſuâ luce & uſu radi
ex qvo Neutrum plurale *raſtra* apud lingvæ Latinæ auc
rariſſimè occurrit; eóq; *raſtri*, ut multò uſitatius eſt, ita
tiùs qvoqve uſurpabitur, monente Voſſiô pag. 54. Unicu
tantùm exemplum nos poſt longam & laborioſam inqviſi
nem tandem invenimus in Nonio Marcello, qvi Corneliu
Celſum citat. *Raſtros*, inqvit Marcellus, *genere Maſcu*
*dicimus, ut apud Virgilium & Terentium. Neutrô apud C*
*nelium Celſum: Omnes raſtra & attollunt & adigunt.* Adc
alij *capiſtrum*, *capiſtra* & *capiſtri*: qvorum duo priora
qventer occurrunt: ultimum verò *capiſtri* non putat r
viri Corn. Val. Ultrajectinus lib. 2 Gram. Inſtit. pag. 142

## VI. In ſingulari Neutra, in plurali F minina: ut, *epulum* [a,] *epulæ* [b:] *delicium* [c,] *deliciæ* [d:] *balneum* [e,] *balneæ* [f,] & P tis *balnea* [g.]

*a Epulum*] Plin. lib. 4 Epiſt. 66: *Erimus ergo ib*
*dicationis die, qvem epulô celebrare conſtituiſti.* Livius 5 l
Pun. 10: *Et Jovis epulum fuit ludorum cauſa.* Cicero in
tin: *Ita enim illud epulum eſt funebre, ut munus ſit fun*
*epulæ qvidem ipſæ dignitatis. Epulum* autem, docente V
lib. 4 cap. 23, ſignificárat qvondam *ſolenniores qvaſdam*
*las; & propriè publicum convivium in propatulo univerſis*
*bus exhibitum, ſive in dedicationem templi alicujus, ſive in*

*norem Deorum, vel in magnificentia oſtentationum, ſive in funere magni alicujus viri. Qvod idem eſt penè, qvod parentare, ſi Hieronymo credimus, qvi ita tertiô librô in Hieremiam inqvit: Mos autem lugentibus, ferre cibos, & praparare convivium, qva Graci* περίδειπνα *vocant, & à noſtris vulgò appellantur parentalia, eò qvòd à parentibus iſta celebrantur.* Hæc ille. Huic conſentit Varro lib. 5 de lingva Lat. pag. 48 Ed. Hen. Steph. 1573: *Feralia ab infereis, & ferendo; qvod ferunt tum epulas ad ſepulchrum, qvibus jus ibi parentare.* b *Epula*] Virg. 6 Æn: — *Lucent genialibus altis Aurea fulcra toris, epulæq; ante ora paratæ Regificò luxu* —. Et ibid: — *roſtróq; immanis vultur obunco Immortale jecur tundens, fœcundáq; pœnis Viſcera, rimaturq; epulis, habitátq; ſub alto Pectore* —. Qvamvis alij conjiciant legendum eſſe, *fœcundáq; pennis Viſcera rimaturq; epulis;* ac ſi *epulis* Adjectivum eſſet pro *epularibus;* veluti Varro dixit *epulas aves* i. e. deſtinatas epulis. Et Scaliger notat ad illa Feſti: *Epulam antiqvi etiam ſingulariter poſuere:* Non mirum eſt, inqvit Scaliger, antiqvos dixiſſe *epulam*, cùm Adjectivè ſumatur. Intelligitur enim, *dapem*, & *epula* ſcil. *dapes*. Sunt autem *epula cibi miniſteriô hominum, & in noſtrum uſum comparati*, ut docet Valla lib. 4, c. 23. Deinde ipſa convivia & lautas menſas ſignificant. Cicero 5 Tuſc: *Menſæ conqviſitiſſimis epulis extruebantur.* Claudianus: *Fixus qviſqve toro tacitâ formidine libat Carnifices epulas.* Tales ſcilicet epulæ erant, qvæ comeſtæ epulones ſeu convivas, velut excarnificârant & necî dederant, utpote venenô conditæ: aut ideo ſic dicuntur, qvia à carnifice *miniſtrata erant & appoſita.* c *Delitium*] Martialis lib. 7, 49: *Gloria conſpicua, deliciumq; domus.* Idem lib. 12, 99: *Delicium parvo donabis Dorcada nato.* Et apud eundem lib. 1, 46. *Delitia*] Ovid. 3 Triſt: *Sic ego Delicias & mollia carmina feci Strinxerit ut nomen fabula nulla meum.* & paſſim alibi: *habere aliqvem in delicijs,* Cicero. *Infantiam delitijs ſolvere*, Qvintilianus, &c. Extat & *delicia, delitia*, apud Plautum in Trucul: *At ego ad te ibam.* S. *Ad me delicia?* Idem: *Mea voluptas, mea delicia.*

Se-

Digitized by Google

Solinus c. 48: *Senatus adeo placuit odorum deliciæ, ut etiam in penetralibus tenebris uteretur.* e *Balne* Cicero ad Atticum lib. 13: *Inde ambulaſit in littore: poſ ſ in balneum.* Martialis lib. 8. Epigr. 48: *Cauponem, lani balneumq, Tonſorem, tabulamq calculóſq &c. Hæc præſta bi, Ruffe —.* f *Balneæ*] Plaut. Aſin. 7: *Ille in balneas rus eſt.* Varro lib. 8 de Ling. Lat. *Balineas* vocat. *Item prebendunt analogias*, inqvit, *qſòd dicantur multitudinis mine publica balinea, non balinea. contra qſod priſati dic unum balineum, qſod plura balineas dicant*, &c. & poſt *Idémq, item contra primum balineum noſum, & Græcu introyt in urbem, publicè ibi conſedit, ubi bina eſſent conjun ædificia laſandei cauſa; unum ubi ſiri, alterum ubi muli laſarentur: ab eadem ratione domi ſuæ qſiſqſe ubi laſatur, lineum dixerit, & qſod non erant duo balinea, dicere non c ſveſerunt: cùm hoc antiqſi non balineum, ſed Laſatrinam pellare conſveſiſſent.* Qvæ Varronis verba *duo* tradunt: num, & *balineas* & *balineum* priſcos dixiſſe: alterum, n *balinea* Neutrô plurali, ſed *balineas* Fœmininô pl. à Varr dici. Et lib. 7, pag. 103: *Neqſe ab eo qſod dicunt balneun habet multitudinem conſvetudo. nam qſod eſt, ut prædiun balneum: debuerunt eſſe plura, ut prædia balnea: qſod n eſt.* Neutrum ergo plurale *balnea* Varro non probavit. *Balnea* tamen Horatius non veritus eſt dicere lib. 1. Epiſt *Qſid pauper? ride: mutat cœnacula, lectos, Balnea, ton res: conducto naſigio æqſe Nauſeat, ac locuples, qſem du priſa triremis.* Sed *Balneæ* longè freqventiùs Numerô p rali utuntur autores.

## DE DEFECTIVIS.

Defectiva ſunt, qvæ vel *Caſibûs* vel *N merô* deficiunt.

D

[...]bus ſunt *qvadruplicia*:
[...]*ptota, Triptota & Tetra-*

[...]ocat *Aptota*, id eſt, ut ipſe definit
[...]*ſus, neqve per numeros declinan-*
[...]pellat *Monoptota*. Diomedes verò
[...] idem ait, *per Ablativum tantum-*
[...]*nte.* Priſcianus lib. 5. pag. 151.
[...] *Nominativum ſolùm habent, qvi*
[...]*nitur: ut, Jupiter, & non acci-*
[...]*n enim Jupiter pro Genitivo, ait*
[...]*noptota verò eſſe, qvæ pro omni ca-*
[...]*e funguntur, qvalia ſunt nomina*
[...]*qvatuor usqve ad centum: in qvi-*
[...]*ſignificationis duntaxat. Itaqve*
[...]*varietate ſignificationis, nec non*
[...]*vamus.* Id genus nomina nos ſu-
[...]*clinabilia* appellavimus, ſeqvuti
[...]um modernorum conſvetudi-
[...] Priſcianus antiqvos *Aptota* pro
[...]*optota* pro *Aptotis* poſuiſſe. Idem
[...]*e duos diverſos caſus tantùm ha-*
[...]*iptota, qvæ tres caſus diverſos ha-*
[...]*ecundæ declinationis numeri ſin-*
[...]*atuor diverſos habent caſus: ut,*
[...]*.* *Pentaptota, qvæ qvinqve ha-*
[...]*gilius, Virgilij, Virgilio, Vir-*
[...]*, qvæ ſex habent diverſos: ut,*
[...]*ne, ab uno.* *Sic, ſolus ſolius,*
[...]ivum habet, ut ibidem veterum
[...] Primam formam, qvæ *Mono-*
[...]s *Unariam*, Diomedes *Unicam*,
[...] *Binariam*, hic *Bipartitum*: *ter-*
[...]*rtam Qvaternariam*; *Qvintam*

*Qvi-*

*Qvinariam: Sextum Senariam.* Confer Alvarum p. 215, de Nominum declinatione.

I. *Monoptota* ſunt, qvæ unum habent caſum.

Singularis.

Nominativus: *Damnas* [a.]

Genitivus: *Dicis* [b.]

Dativus: *Deſpicatui* [c,] *diviſui* [d,] *fruſtratui* [e,] *indutui* [f,] *oſtentui* [g.]

Accuſativus: *Bilicem* [h,] *trilicem* [i.]

Ablativus: *Affatu* [k,] *injuſſu* [l,] *inſtinctu* [m,] *juſſu* [n,] *natu* [o,] *permiſſu* [p,] *promptu* [q,] *relatu* [r.] Sic *impete* [ſ.]

Pluralis.

Accuſativus: *incitas* [t,] *inferias* [u,] *inficias* [x.]

a *Damnas*] i.e. obligatus. Juriſconſultis ita per Syncopen *Damnas* pro *Damnatus* dici ait Perottus, ſicut *ſatias* pro *ſatietas*. Et veluti *Damnatus* olim dicebatur hæres, qvi ad præſtandum legatum ex voluntate teſtatoris obligatus erat: ita *Damnas* ſyncopatum, eandem ſignificationem retinet. Pro priori citat illud Terentij: *Tuus eſt damnatus gnatus, non tu.* Pro poſteriori illud Marcelli: *Qviſqvis mihi hæres erit, dare damnas eſto, fideiq; ejus committo, uti det qvantas ſummas dictavero.* Qvò etiam ſpectat illud Qvinctiliani lib. 7: *Hæres meus uxori meæ damnas eſto dare argenti, qvòd elegerit pondo centum.* Popma notat lib. 1. cap 7. qvod *Damnas* pro *damnatus* vox propria ſit in formulis legatorum: ut, *Hæres dare damnas eſto.* & in legibus atqve Senatus-

ailia: COLONIS MUNICI-
RUM AGRO ID FACTUM
AS ESTO. & in Senatuscon-
d Frontinum: SI QVIS AD-
ISISSET IN SINGULAS
LLIA DAMNAS ESSET.
vo vide ſuprà p. 59. *b Di-*
*Anne tu dicis causâ vindicaveris?*
ocis. poſtqvam ibi Verri objeciſ-
*totum oppidum compilârit*, ſu-
*cere, ſe emiſſe, Artagatbo impe-*
*argentum fuerat, nummorum,*
o finem lib. 5. pag. 69: *Id incé-*
*cenſus, & nihil interent cui im-*
*qvædam, neqve item facta, neq;*
28, cap. 1: *Si pontifici accidat,*
*a utiqve id reponi, adolerią; ad*
*Multa dicis causâ multos qvis di-*
o, à *dico, are*, deducit: *Hinc,*
*dicis immò & dicis causâ*. Cui
ſar. lib. 11, cap. 20: *Dicis cau-*
*lib. uſurpatur, eſt ὅσον ἀφο-*
*& defunctoriè & utcunq; agere:*
*defungamur, utcunqve faci-*
*ro veris baberentur, & qvalia-*
*ntur. Deducitur autem nomen*
*l à verbo dico, dicas: éſtą; tan-*
omanus putat Genitivum *dicis*
x: adeo, ut *dex dicis* eâdem
*judex judicis* à *judico* deduci-
inativo Græco δίκη i. e. mos
*icis causâ* tantundem valeret
*a, vel juris aut legis causâ, ne*
dicunt Græci ὁσίας χάριν.

ὁσίας ἕνεκα· ὁσία eſt fas, jus, ut δίκη. Unde Gloſſar. exponit non tantùm λόγυ χάριν, ſed etiam νόμυ χάριν. Ex qvibus patet, qvòd hâc loqvendi formâ uti liceat cùm in ſpeciem tantùm, ut Livius loqvitur, vel ut barbarè dicitur, pro forma aliqvid fit; non qvòd reverà ita ſit, ſed ut eſſe dicatur. veluti qvando pro rebus nuda verba dant promiſſis divites *dicis* ac *moris* id agunt, ſolô rectè factorum nomine ſemet oblectantes, omen licet longiſſimè abſit & res ipſa.

*c* *Deſpicatui* ] Cicero pro Flacc: *Qvid porro in Graeco ſermone tam tritum atqve celebratum eſt, qvàm ſi qvis deſpicatui ducitur, ut Myſorum ultimus eſſe dicatur?* Plautus Menæch: 4, 3: *Tu huc, poſt hunc diem, pedem intrò non feres, ne fruſtrà ſis, Qvando tu me benè merentem tibi habes deſpicatui.* *d* *Diviſui* ] Livius 3 bell. Macedo: *Vectigalia publica partim negligentiâ dilabebantur, partim prædæ, ac diviſui principum qvibuſdam & magiſtratibus erant.* *e* *Fruſtratui* ] Plaut. Menæch. 4, 3: *Aliam poſthac invenito, qvam tu habeas fruſtratui.* *f* *Indutui* ] Tacitus lib. 16: *Niſi eam, qvam indutui gerebat, veſte detergeret.* *g* *Oſtentui* ] Tacitus lib 1: *Corpora extra vallum abjecta oſtentui.* Idem lib. 12: *Auribus deciſis vivere jubet oſtentui clementiæ ſuæ, & in nos dehoneſtamento.* Sic lib. 19. *h* *Bilicem* ] Virg. lib. 12 Æneid: *Dum trahitur, pendétq; jugis, hunc lata retectum Lancea conſeqvitur, rumpítq; infixa bilicem Loricam, & ſummum deguſtat vulnere corpus.* *Bilicem loricam*, i. e. qvæ duo licia in ſummitate habebat ad ornatum, vel ut alij exponunt: qvæ duplex eſſet, duplicive liciô contexta. Deducitur enim à *bis* & *licium*. hinc in Gloſſario vet. exponitur *bilex*, δίμιτος. Μίτος enim eſt *licium*, *filum*, ut vertit Lexicon vetus. item *bilices* δίπλυκτοι. Adjectivum ergo eſt. *i* *Trilicem* ] Et hoc adjectivum eſt, exponitúrq; tribus licijs conſtans, Græcis τρίμιτος. Hinc *trilices veſtes*, qvæ ex tribus licijs verſicoloribus contextæ ſunt. Deinde idem eſt ac *triplex*. Virgilius lib. 3 Æneid. pag. 180: *Loricam conſertam*

*ha-*

*hamis auróq; trilicem.* & lib. 5, p. 222: *Levibus huic hamis conſertam, auróq; trilicem Loricam.* & 7. p. 295: — *ille frementeis Ad juga cogit eqvos, clypeúmq; auróq; trilicem Loricam induitur* —. Confer Turneb. Adv. l. 29, c. 35. k *Affatu* ] Virg. 4 Æneid: *Heu qvid agat? qvo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu?* Statius lib. 1 Theb. a t: *Affatu bonus.* l *Injuſſu* ] Cicero 1 Tuſcul: *Vetat enim dominans ille in nobis Deus, injuſſu hinc nos ſuo demigrare.* Idem de Senectute: *Vetátq; Pythagoras injuſſu Imperatoris, id eſt, Dei, de prædio & ſtatione vitæ decedere.* m *Inſtinctu* ] Cic. Tuſc: *Poëtæ carmina non ſine cœleſti aliqvo mentis inſtinctu fundunt.* Idem de Divin: *Oracula, qvæ inſtinctu divinô afflatuq; funduntur.* n *Juſſu* ] Plinius lib 16, c. 40: *Abies admirationis præcipuæ viſa eſt in navi, qvæ ex Ægypto Caji principis juſſu*, &c. De qva voce ita diſſerit Valla lib. 1, c. 7: *Similia*, inqvit, *huic juſſu & permiſſu tuo, qvorum pluralia ſunt potiùs Secundæ declinationis, in ſingulari ferè nunqvam. Neqve enim dicere ſolemus juſſo tuo, ſed juſſu: non permiſſo tuo, ſed permiſſu. Horatius tamen, utar permiſſo, id eſt, re permiſſâ, non autem permiſſione, nec dixiſſet permiſſo tuo, nec juſſibus, permiſſibúſq; tuis, ſed juſſis permiſſiſq; tuis: nec juſſus permiſſóſq; tuos, ſed juſſa permiſſáqve tua.* Virg: *Accipe juſſis Carmina cœpta tuis.* Et iterum: *Ille patris juſſa exeqvitur.* o *Natu* ] Hic Ablativus inprimis jungi ſolet Comparativis *major, minor* & *maximus, minimus*, nec non Adjectivo *grandis.* Livius 1 ab Urbe: *Sed de iſtis rebus in patria majores natu conſulemus.* Conſimilî locutione dixit Cicero de Clar. Orat: Qv: *Pompejus biennio qvàm nos fortaſſe major.* Idem Acad. Qvæſt: *Aliqvot annis minor natu.* Virgilius 5 Æn: — *hic una è multis, qvæ maxima natu Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix.* Terent. Adelph. 5, 4: *Id mea minimè refert, qvi ſum natu maximus.* Cicero de Orat: *Minimus natu horum omnium Timæus.* Idem de Senect: *Qvanqvam eum colere cœpi, non admodum grandem natu, ſed tamen jam ætate provectum.* Terentius etiam dixit *animus gravior natu.* Heaut. 4, 1: *nunc te obſecro Qvanto tuus*



Digitized by Google

*eſt animus natu gravior, ignoſcentior, Ut mea ſtultitiæ juſtitia tua ſit aliqvid præſidî.* p *Permiſſu*] Cicero de Aruſp.reſpon: *Omne ſervitium permiſſu magiſtratus liberatum, &c.* & paſſim alibi. q *Promptu*] Cic. 1 Offic: *Qvæ qvanqvam ita ſint in promptu, ut res diſputatione non egeat.* Idem ibid: *Natura formam noſtram reliqvámq; figuram, in qva eſſet ſpecies honeſti, eam poſuit in promptu.* r *Relatu*] Tacitus lib. 17: *Neqve enim relatu virtutum in comparatione Othonis opus eſt.* Ovidius 4 Metam: — *qvoniam ſcitaris digna relatu, Accipe qvæſiti cauſam* —. ſ *Impete*] i. e. *impetu.* Plautus Amphit: *Qvis tam vaſto impete has foreis totô convulſit cardine?* Lucretius qvidem lib. 1. dixit: *Qvamlibet in partem trudunt res antè, ruuntq; Impetibus crebris* —. Sed ibi Dativus pluralis *impetibus* voci *impetus*, qvæ qvartæ eſt, adſcribi poteſt. *Impete* autem aliqvoties utitur lib. 4: *Deſpectum præbet ſub terras impete tantô.* & infrà: *Et manus una regit qvantovis impete euntem.* lib. 5: *Ipſe ſuos ignis certo ſit impete labens.* Sic ibidem pag. 176. & lib. 6. p. 198. His adjungunt alij *Accitu, accerſitu, allegatu, coactu, conceſſu, datu, inconſultu, invitatu, mandatu, miſſu, objectu, oratu, peccatu.* De qvorum autoritate etiam Latini ſcriptores teſtari non dubitant. *Accitu*) Virg. 1 Æneid: *Regius accitu cari genitoris ad urbem.* *Accerſitu*) Cic. 1 de Nat. Deor: *Nam cum ferijs Latinis ad eum, ipſius rogatu accerſituq; veniſſem.* *Allegatu*) Plaut. Trinum. 5, 2: *Sed qvid vides? CA. meo allegatu venit,* &c. *Coactu*) Cicero ad Brutum: *Coactu tuô ſcribam qvæ ſentio.* Lucretius lib. 2: — *ut qvum impulſi procedimus ictu, Viribus alterius magnis, magnóq; coactu.* *Conceſſu*) Cicero pro Cœlio: *Datur enim conceſſu omnium huic aliqvis ludus ætati.* *Datu*) Plaut. Trinum: — *nimis pergraphicus ſycophanta: Is mille nummûm ſe aurum meô datu tibi ferre & gnato Lesbonico ajebat meo.* *Inconſultu*) Plautus Trinum: — *qvia rure dum ſum, Ego unos ſex dies, me abſente atqve inſciente, inconſultu meô, Ædes venales haſce inſcribit literis.* *Invitatu*) Cicero ad Cæſarem lib. 7: *Mitto igitur ad te Trebatium, atqve ita mitto, ut initio*

*meâ*

*meâ ſponte, poſt autem inſtitutu tuo mittendum duxerim.* *Mandatu*) Cajus: *Si mandatu meo Titio credideris.* Julianus: *Mandatu creditorum.* *Miſſu*) Livius 9 ab Urbe: *Et pilum haud paulò qvam haſta vehementius ictu miſſuq; pilum.* *Objectu*) Virg. 1 Æneid: — *inſula portum Efficit objectu laterum* —. *Oratu*) Plautus Caſina: *Aulas pervortunt: ignem reſtingvunt aqva: Illarum oratu faciunt.* *Peccatu*) Cicero 4 Verr: *Nemo ita vivebat, ut nulla ejus vita pars ſummæ turpitudinis eſſet expers; nemo ita in manifeſto peccatu tenebatur, ut qvum impudens fuiſſet in facto, tum impudentior videretur, ſi negaret.* Sed ut in alijs præceptis Grammaticis, ita in hiſce uſus conſulendus eſt. Grammaticorum nonnulli horum claſſi adſcribunt, *miſſu, monitu, oppoſitu,* qvorum tamen & alij caſus, inprimis verò Accuſativi plurales extant. *Miſſu*) Svetonius in Domitiano Cæſare, cap. 4: *In his Circenſium die, qvo faciliùs centum miſſus peragerentur, ſingulos à ſeptenis ſpatijs ad qvina corripuit.* Ubi *miſſus* ſignificat *ludorum immiſſionem.* Idem in Claudio Cæſ. cap 21: *Circenſes freqventer etiam in Vaticano commiſit, nonnunqvam interjectâ per qvinos miſſus venatione.* Ubi immiſſio ferarum ſignificatur. Lampridius ſcribit Heliogabalum celebraſſe tale convivium, *ut apud amicos ſingulos ſinguli miſſus apparerent, & aliqvando omnes miſſus ſolâ carne phaſianorum ſtruxiſſe.* Ubi *miſſus* actum apponendi fercula notat. *Monitu*) Virgil. lib. 7 Æn: *Hæc reſponſa patris Fauni, monituſq; ſilenti Nocte datos, non ipſe ſuo premit ore Latinus.* *Oppoſitu*) Cicero pro Marcello: *Non modò excubias & cuſtodias: ſed etiam laterum noſtrorum oppoſitus & corporum pollicemur.* Addunt & ablativos *fretu, libitu.* Sed Lucretius dixit: *Ipſe fretus.* Ennius: *omnem fretum.* qvibus eſt idem ac *fretum,* qvod ſignificat *locum anguſtũ in mari;* nonnunqvam etiam pro *ipſo mari ſumitur.* *Libitu* autem uti licet, claſſicâ accedente autoritate. Obſerva deniqve colophonis locô, qvòd huc referant alij antiqvos Ablativos *lucu, diu, noctu;* pro *luce, die, nocte.* Item *Ingratijs,* nec non *rite* pro *ritu,* qvaſi à rites, Statius lib. 11 Theb. Sic *ergò, Immo:* de qvo ſupra Varro. Et Scaliger in



Digitized by Google

Conjectaneis ad locum Varronis, exponit *ἕνεκα ἢ χάριν*, ſicut *dicis ergo.* † *Incitas vel incita*) Exponunt *anguſtiam, egeſtatem extremam.* Scaliger in Conject. ad Varr. lib. 6 de Ling. Lat: *Antiqvi enim fines ſeu terminos, qvos amplius promovere non eſt, incitos vocabant. Et qvi eò rerum redacti erant, ut nullum certum rerum ſuarum conſilium capeſſere poſſent, ad incitas redacti dicebantur. Ubi ſubaudiendum lineas. Metaphora enim à ludo duodecim ſcriptorum. nam qvum ad ultimam lineam promoti erant calculi, tum is cujus intererat, ad incitas lineas redactus, calculi verò ipſi inciti dicebantur. qvod annotat Iſidorus. Apud Græcos alia erat tabula calculorum, qvippe qvinqve linearum. Itaqve non in ultimis lineis erant inciti calculi, ſed in media. Qvare cùm alteruter ex luſoribus ad incitam lineam cogeretur, tunc movebat calculum ad eadem mediâ lineâ, hôc dictô, κινῶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς nam linea illa vocabatur ἱερά.* Plautus Pœn: — *tacitus tace modò. Profectò ad incitas lenonem rediget, ſi eas abduxerit. Qvin prius diſperibit, faxo, qvàm unam calcem civerit. Cave calcem hîc pro ea parte pedis accipias, qvam Græci πτέρναν vocant. Calcem enim vocat hic calculum, alluditq; ad proverbium, qvod uſurpavit. Et ita Lucillius: Naumachiam licet hæc, inqvam, alveolumq; putare, & Calces —. Nam calces hic calculi, manifeſtò. Feſtus:* Calces, inqvit, *qvi per deminutionem vocantur calculi. Vides ergo, qvomodo Plautus dixerit Ciere calces, κινεῖν τὰς πεσσούς.* Confer Turnebum Adverſ. lib. 27 ſub finem cap. 3, & Taubmannum ad Pœnul. act. 5, ſc. 1, Trinum act. 2, ſc. 4. ubi Taubmannus citat ex Io. Levinejo B. ad XII. Panegyric. pro eodem uſurpari & *incita* ſc. loca. Lucilius Sat. 3: *Illud ad incita cum redit atqve internecionem.* Idem Sat. 15: *Villicum Ariſtocratem, mediaſtinum atqve bubulcum Commanducatus corrupit, ad incita adegit.* Chriſtoph. Uladeraccus, Duciſſilvius, in Floribus Plautinis, pag. 149, contendit legendum *incita*, penultimâ productâ. Sed audiatur, inqvit Taubmannus, hic, non auſcultetur. Etenim Martinius in Etymologico, & alij utro-

biqve legunt *incitas*. *u* *Inferias*) Virgilius lib. 4 Georg: *Inferias Orphei lethea papaVera mittes*. Et lib. 9 Æneid: *Abſenti ferat inferias, decorétq; ſepulchro*. lib. 10 Æneid: *ViVentes rapit, inferias qVos immolet umbris*. & 11: *Vinxerat & poſt terga manus, qVos mitteret umbris Inferias, cæsô ſparſuros ſangVine flammas*. & paſſim alibi. Sunt autem *Inferiæ*, docente Feſtô, *ſacrificia, qVæ dijs manibus inferebant*. Perottus definit *ſacra mortuorum, qVæ inferis ſolVebantur*. *Inferiæ* autem ab *inferendo* dictæ ſunt, qvia mortuorum ſepulchris *inferebantur*, teſte Arnobiô, qvi librô 6 ita ſcribit: *Non deniq; Vinum liqVens paterarum effuſionibus inferimus*. & Virgil. 6 Æneid: *Inferimus tepidô ſpumantia cymbia lacte*. χοαὶ à Græcis vocantur. Fundebant enim aut lac, mel, aqvam, vinum, olivas, flores etiam ſpargebant. Videatur Æſchylus, & Turnebi Adverſ. lib. 4, c. 22. & lib. 23, cap. 28. *x* *Inficias*) Terent. Adelph; act. 3, ſc. 2: *Si inficias ibit, teſtis mecum eſt annulus qVem amiſerat*. Gell. lib. 16, cap. 19: *Nautas ſtupefactos conVictóſqVe inficias ire non qViſſe*. *Pro hoc inficior ſæpe Cicero dicit*.

II. *Diptota* ſunt, qvæ duos habent caſus, idqve ſub *una* terminatione, vel *diVerſis*.

## Singularis.

Nominativus & Accuſativus: *inſtar* [a,] *volupe* [b,] *neceſſe* [c,] *neceſſum* [d,] *nihil* [e,] & *contractum nil* [f,] *ſecus* [g,] *id eſt, ſexus*.

Nominativus & Vocativus: *expes* [h.]

Nominativus & Ablativus: *veſper* [i,] *veſpere: fors* [k,] *forte*.

Genitivus & Ablativus: *ſpontis* [l] *ſponte*.



Digitized by Google

Dativus & Ablativus: *nuptui* [m,] *nuptu*, *irriſui* [n] *irriſu*.

Accuſativus & Ablativus: *rogatum* [o,] *rogatu*.

Pluralis.

Nominativus & Accuſativus: *ſuppetiæ* [p,] *ſuppetias*.

Genitivus & Ablativus: *repetundarum* [g,] *repetundis*.

*a* *Inſtar*) Non ſatis convenit inter Grammaticos, de genuina hujus vocis ſede. Qvidam inter *Adverbia*, alij verò inter *Nomina defectiva* locum ei aſſignant. Valla lib. 6 cap. 18 *Nomen* eſſe contendit, & exponit *ad æqvipantionem*, vel *ad menſuram*, citátq; illud Virgilij: *Argolici clypei aut Phœbeæ lampadis inſtar.* & illud Ciceronis: *Hexametrorum inſtar verſuum.* item illud Virgilij 2 Æneid. carm. 15: *Inſtar montis eqvum divinâ Palladis arte Ædificant* —. *Inſtar*, inqvit, *id eſt*, *ad ſimilitudinem*, *Servius ait*. Qvam tamen expoſitionem non admittit. *Qvid*, inqvit, *ſimilitudinis eqvo ad montem? qvòd ſi etiam ſimilis eſſet, non tamen eum magnum potiùs, qvàm parvum eſſe, qvod Virgilius ſenſerit, intelligèremus.* Ubi vocem *ſimilitudinis* ſtrictiùs accipit, & ad ſolam qvalitatem & figuram reſtringit. Servius autem latiùs accipit, non de qvalitate tantùm, ſed etiam de qvantitate, ſtatura, mole: adeòq;, *inſtar montis*, qvando interpretatur, *ad ſimilitudinem*, intelligit eqvum qvantitate & grandiore mole monti ſimilem. Confer qvæ habet Valla Antid. l. 1. in Pogium p. 263. Edit. Baſ. Henr. Petr. Taubmannus ita explicat verba, *inſtar montis*, dum ait: *Inſtar montis eqvum: id eſt, qvaſi imago vaſti montis fuerit propoſita ædificatoribus, qvam & ipſi imitarentur, & eqvus ipſe illum referret. Hanc enim vim habet nomen Inſtar, de qvo, præter Servium & alios, accuratiſſimè diſputat Jo. Jovianus Pontanus, in Actio*, Vallæ ita-

itaqve, Pontano, Taubmanno aliiſq; Nomen potiùs qvàm Adverbium eſſe cenſetur. qvomodo & caſus admittit. 1 Nominativum ſing. Juſtinus lib. 4: *Mittitur Gilippus* (alij Gylippus) *ſolus, ſed in qvo inſtar omnium auxiliorum erat*, id eſt, exemplar, vel qvi ſolus tantum potuit, qvantum omnes, auxiliari. Virg. l. 6 Æn. ſub finem: *Qvis ſtrepitus circa comitum? qvantum inſtar in ipſo!* Ulpianus de novi operis nunciatione. L. Stipulatio: *Si præponatur inſtar qvoddam operis, qvaſi facies qvædam facti operis.* i. e. imago, effigies. Cicero Attic. l. 10: *Epiſtola qva voluminis inſtar erat, ſæpe legenda, ſicut facio,* &c. 2. Accuſativum ſing. Svetonius in Julij Cæſaris vita cap 61: *Utebatur autem eqvo inſigni, pedibus prope humanis, & in modum digitorum ungulis fiſſis, qvem magnâ curâ aluit, nec patientem ſeſſoris alterius primus aſcendit, cujus etiam inſtar pro æde Veneris genitricis poſtea dedicavit.* qvorum verborum interpres eſt Plinius ſcribens, *effigiem eqvi ante ædem Veneris locatam fuiſſe.* & Papinius: *Cedat eqvus Latiæ qvi contra templa Diones Cæſarei ſtat ſede feri —.* *Inſtar* ergo *eqvi* hic nihil aliud eſt, qvàm *effigies eqvi.* Hic Accuſativus nonnunquam Præpoſitionem *Ad* à fronte admittit. Juſtinus lib. 36: *Eſt namq; vallis, qvæ continuis montibus, velut muro qvodam cincta, ad inſtar hortorum clauditur: ſpatium loci ducenta millia jugera, nomine Hierico dicitur.* Apulejus lib. 9 Met: *Iſte qvoqve ad inſtar infeliciſſimi ſui filij, jugulum ſibi multis ictibus contrucidat*, i. e. exemplo filij. & paſſim cum præpoſitione leges apud eundem. Symmachus lib. 6, epiſt. 22, etiam Accuſativum pluralem videtur admittere, ita ſcribens: *Sed hoc ambiguum ſolvit ratio contraria, qvæ ſpem dedit has literas revertenti ſtimulorum non frenorum inſtar futuras.* Eſt ergo *inſtar*, exemplar, imago, ſimilitudo latiùs accepta. *b Volupe*) Nominativo uſus eſt Plautus Amphit. 3, 3: *Nam qvia vos tranqvillos video, gaudeo & volupe eſt mihi.* Sic Milit. 4, 5. Stich. 4, 1. Trucul. 4, 1. Idem Accuſativo utitur Caſinâ, 4, 2: *Ne qvis eam abripiat, facite voſtro animo volupe.* Nonnunqvam pro *jucundè, ſvaviter* ac ſi Adverbium eſſet, accipitur. Plautus Moſtell. 1, 2: *Qvo neqve*



Digitized by Google

*induſtrior de juventute erat Arte gymnaſticâ, diſcô, haſt-lâ, curſu, armis, eqvo vitilitabam volupe.* Extat & in Me- 4, 3, formâ apocopatâ, *volup: Scio, ut tibi ex me ſit vo* e. volupe. Eſt autem *volupe* jucundum, gratum, delect

*e* *Neceſſe*] Cicero de Fato Nom. uſus eſt: *De homine dicitur, cui neceſſe eſt mori.* & paſſim alibi apud eunde alios. Idem Accuſ. habet de opt. gen. Orat: *In qvibu bum pro verbo non neceſſe habui reddere, ſed genus omn verborum, vimq; ſervavi.* Ubi obiter nota, qvando vul cunt, *verbum de verbo*, Orator latinè dicit, *verbum pr bo.* & in Acad. *verbum è verbo exprimentes comprehenſ dicimus* κατάληψιν. & in Top: *Etymologia, id eſt, ve ex verbo, veriloqvium.* Qvod ad Attic. ait, *totidem transferre aliqvem locum ab aliqvo autore.* & de Cl. *eiſdem verbis reddere.* nec non de Finib. & in Qvæſt. T lan: *ad verbum exprimere.* Qvibus qvi utuntur, non e

*d* *Neceſſum*] Cicero de Finib: *Nam id qvidem eſt dum neceſſum.* Plautus Caſin. 2, 5: *Neceſſum eſt vorsis g depugnarier.* Sic, Aſin. 5, 2. Rud. 5, 2. Stich. 2, 1. Mi Accuſativus eſt apud Lucretium lib. 2: — *ſed ne res ip ceſſum Inteſtinum habeat cunctis in rebus agendis.* Sed h rior eſt. *e* *Nihil*] Cicero de amicitia: *Eſt enim citia nihil aliud, niſi omnium divinarum, humanarum rum cum benevolentia & caritate ſumma conſenſio.* Ide Roſc. Amer: *Si nihil aliud fecerunt, niſi rem detule nónne ſatis fuit iis gratias agi.* Nonnunqvam pro *nihili* tur. Plautus Stich: *Nihil qvidem hercie verbum, ac v mum.* *f* *Nil*] Plautus Pœnul. 4, 2: *Sed ego, nil eſt, cur me morer.* Horat. 2 Serm: *Nil faciet ſceleri dextra.* *g* *Secus*] Hanc vocem confirmatam vid periùs in doctrina Generis pag. 145. — *h* E Horat. Arte: — *qvid hoc, ſi fractis enatat expes Na are dato,, qvi pingitur* —. Nonius Marcellus ait: *dicitur ſine ſpe. Accius Euryſace: Ille orbus, expes libe* Idem Medea: *Exul, inter hoſteis expes, expers, deſe vagus.* Vocativi exempla nulla aſſignant autores. Qvô

Monoptota refert, tradens:
reperitur, lib. 2. de Etym.
git, nec qvæ legit, omnium
opus erit, indictâ causâ.
eſt: *junare auſim*, inqvit,
*atqve ſpes*, Tract. 1. cap. 1.
la teſtimonia Latinorum ci-
cad. 5. lib. 5: *In ſecundis res*
*violenter conſulere decet, ne*
*qvid veſper ferat incertum ſit.*
*ſeqvimini.* Ubi Taubman-
*dicitur. acſi diceret, veſperè*
*Lambinus.* Hæc ille. Cæ-
Civ: *Pollicetur, magiſtriſq.*
*re omnes ſcaphas ad littus ap-*
pro ipſa cœna veſpertina ſu-
*aucupet me, qvid agam? qvid*
t: *veſperi vivat ſuo.* Eſt *veſper*
eſpertinum. *k Fors*]
*nqvam tulit Documento ſors*
*nt ſuperbi* —. Cicero de Di-
*vid fortuna, qvid caſus, qvid*
*idit, ſic evenit, ut vel non cade-*
*re atqve evenire potuerit.* Vir-
*tempeſtas appulit oris.* Lucil.
*à fortuna vincere bello.* Te-
*tunâ domi erat qvidem Eunu-*
*frater Thaidi.* Ibid. 1, 2: —
*us amicus* —. Ubi Donatus
fortunâ. nam *fors fortuna* ipſi
e bonus. hinc in Phorm. 5, 6
*incerta res, fors fortuna* e
*l fortuna, aliud fors fortuna*
*ujus diem feſtum colunt, qvi*
*Hujus ædes trans Tiberim eſt.*
Qvod

QVòd autem C. Valerius Ultraj. notet ad oram l. 2, Gram. Initit. p. 146, Varronem lib. 4. *Fortem fortunam* dixiſſe, & l. 5 *fortis fortunæ*, antiqvis relinqvendum eſt & inter rariora obſervata numerandum. *l* *Spontis*) Varro lib. 2: *Spontis ſuæ ſtatuerat finem.* Columella lib. 9, cap. 4: *Eſt enim ſativa, & altera ſuæ ſpontis, itemq; ſemper virens pinus, & minor ilex; nam prolixior ab omnibus improbatur.* Celſus lib. 1, cap. 1: *Sanus homo, qvi & benè valet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus debet.* Cicero de Senect. ſub finem: *Itaq; adoleſcentes mori ſic mihi videntur, ut qvum aqva multitudine vis flammæ opprimitur: ſenes autem, ſicut ſuâ ſponte, nullâ adhibitâ vi, conſumptus ignis extingvitur.* Nonnunqvam acſi Adverbium eſſet, ſine epitheto uſurpatum extat. Virg. 4 Æn: *Italiam non ſponte ſeqvor.* Interdum vocem *naturæ* adjunctam habet, & ſignificat *à natura*, *per naturam*. Plin. lib. 9, c. 51: *Mituli & pectines ſponte natura in harenoſis locis proveniunt.* Idem lib. 23, c. 1: *Ad omnia hac utilius, id qvod ſponte natura ſua picem reſipit, picatumqve appellatur.* *m* *Nuptui*) Columella lib. 4, ſub finem cap. 3: *Minorem deinde filiam nuptui collocaſſe in dimidia parte reliqvi agri.* Plinius de Viris illuſt: *Eò die Numantini fortè ſolenni nuptu filias locabant.* *n* *Irriſui*) Plinius lib. 22, cap. 5: *Imò verò pleriſqve ultro etiam irriſui ſumus, iſta commentantes, ac frivoli operis arguimur.* Tacitus lib. 3: *Non ſine irriſu audientium poſtulavit.* *o* *Rogatum*) Cicero pro Flacco: *Ad rogatum alicui non reſpondere.* Licèt alij Neutrô genere poſitum intelligant. Cicero 1 de natura Deor: *Nam qvum ferijs Latinis ad eum ipſius rogatu accerſituſq; venissem, offendi eum ſedentem in exhedra.* *p* *Suppetiæ*) Plautus Epidic: *Qvicqvid ego malè feci, auxilia mihi & ſuppetiæ ſunt domi.* Idem Amphil: *Non metuo, qvin meæ uxori latæ ſuppetiæ fient.* Idem Menæch: *Ædepol here ne tibi ſuppetias tempore adveni modò.* Cæſar lib. 12 Comment: *Et nunciabantur auxilia magna eqvitatus oppidanis ſuppetias venire* Hirſutius l. 5 belli Affric: *Occurrere ſuppetias fugientibus ſuis.* *q* *Repetundarum*) Cicero pro Cluentio:

*Cla-*

Digitized by Google

*Clamâs ſe lege pecuniarum repetundarum non teneri, neqve hac ſua recuſatio confeſſio ſit capta pecunia.* Nonnunqvam verò per Ellipſin ſubſtantivi *allati pecuniarum.* Qvintilianus lib. 4, cap. 2: *Aut qvi repetundarum inſimulabitur, nonne anteactam vitam,* &c. Tacitus lib. 4: *Nec dubiè repetundarum criminibus hærebant.* Cicero de Legib. 3: *Piſo frugi legem de pecuniis repetundis primus tulit.* Et de Cla. Orat: *Judicium de pecuniis repetundis.* Idem pro Cluent: *Ab aliqvo rationem repeti pecuniis repetundis.* Tacitus verò Elleptica forma utitur, lib. 4: *Et Ancharius Priſcus Caſium Cordum Proconſulem Cretæ poſtulaverat repetundis.* Valla dubitat, an *Participium* ſit, vel *Nomen*, an verò *Gerundium.* Veriſimiliùs tamen *Participium Futuri paſſivi* exiſtimari poteſt, ut patet è Ciceronis exemplis modò citatis, ſed ita, ut per ἀντίςοιχον, E in U ſit mutatum, qvæ mutatio non rarò occurrit in Futuris paſſivis Tertiæ & Qvartæ conjugationis; qvo de infrà in doctrina Participiorum dicetur. Qvòd autem iſtud Participium non niſi duobûs illîs caſibûs, ſecundò & ultimò plurali, uſurpetur, cauſa eſt, qvia tantùm eo utebantur in cauſa accuſationis. Illa autem eſt verborum accuſandi rectio. Súntq; *repetundæ* ſcilicet *pecuniæ*, qvæ repeti poterant & ſolebant. *Repetundarum*, vel *de repetundis* is accuſari dicitur, qvi alienas pecunias, aut vi, aut dolô expilavit. per *pecunias* intellige etiam res, hoc eſt, omnia, qvibus divitiæ conſtant, ut veſtis, vaſa precioſa, frumenta. Huc referunt nonnulli *præſto*, qvod *ſignificat eum*, definiente Lanciloto p. 170, *qvi commodè & ſine intermiſſione aſſiſtit, paratus ad ſerviendum vel aliqvid agendum.* Cicero pro Muræna ad Judices: *Jus civile didicit, multùm vigilavit, laboravit, præſto multis, multorum ſtultitiam perpeſſus.* Cicero 3 Verr: *Tune qvod videris, qvod audieris, qvod concupieris, qvod cogitaris, niſi id ad nutum tuum præſto fuerit, niſi libidini tuæ cupiditatiq; paruerit, immittentur homines?* Nonnulli ab adjectivo *præſtus, a, um*, i. e. præſens, deducunt: qvod apud Juriſconſultos extat. Citat Lindenbrogius in Gloſſ. antiq. lib. 2 C leg. VViſigoth. lib. 2. tit. 1. l. 11: *Qvando cum petitoris*

Digitized by Google

*cauſam finitæ ſit præſtus.* Tit. 2, lib. 9: *Præſtus eſſe a...*
*gium compellatur.* Alij autem *Adverbium* eſſe putant,
*tim* interpretantur.

III. *Triptota* ſunt qvæ *tres* habent c...
idqve vel ſub *una* terminatione vel *div...*
ut, Nominativus, *ador* [a:] Genitivus,
*ris*: Accuſativus, *ador*.

Nominativus, *arbitratus* [b:] Accu...
vus, *arbitratum*: Ablativus, *arbitratu*.

Nominativus, *dica* [c:] Accuſativus
gularis, *dicam*: Accuſativus pluralis, *d...*
Dativus, *obtentui* [d:] Accuſativus, *obten...*
Ablativus, *obtentu*. Nominativus, *ſ...*
[e:] Accuſativus, *ſatiatem*: Ablativus, *ſat...*

Nominativus: *tantundem* [f] Geniti...
*tantidem*. Accuſativus: *tantundem*, *tan...*
*dem*, *tantundem*.

*a* *Ador*] Nominativus eſt apud Auſonium E...
17: *Mox ador, atqve adoris de polline pultiſicum far, I...*
*xit menſas qvo qvondam Romulidûm plebs.* Genitivum ...
citat Scaliger ad Feſtum, ex A. Gannio veteri poëta, qvi ...
corripitur, nunc producitur: *Illam ſponte ſatos adori...*
*viſſe maniplos.* Item: *Hic adoris dat primitias tibi: ſa...*
*libat.* Item: *Emicat in nubes nidoribus ardor adoris.* ...
ſativum pariter ac ſignificationem vocis vide ſuprà p. 12...

*b* *Arbitratus*] Plautus Aſin. 4, 1: — *ni qvatriduo A...*
*mârit, qvo abs te argentum acceperit, Tuus arbitratus ſit, ...*
*buras, ſi velis.* Idem Rud. 5, 2: *Meus arbitratus eſt, lingva ...*
*juret mea.* Idem Plautus uſurpat Accuſativum Amphit...
*Dedúntqve ſe, divina humanáqve omnia, urbem & liberos, ...*
*tionem atqve arbitratum, cuncti Thebano poplo.* Ablativu...



Digitized by Google

*itÿ candidati compromiſerunt*
genta) *in ſingulos apud M.Ca-*
*itu, ut qvi contrà feciſſet, ab*
*Qværo cauſas omneis aliqvan-*
*Dica*] Cic. Verr: *Scribitur*
n.2, 3: *Si tu illam attigeris ſo-*
*ibi impingam grandem:* i. e.
pere. Plautus Aulul. 4, 10:
*te rapiam, & tibi ſcribam di-*
*ν δίκην*. Ter. Phorm. 2, 2: *Ce-*
*audiſti mihi ſcriptam dicam.*
*bomini dicam.* Cic. 4 Verr:
*forò M. Poſthumius Qvæſtor*
*ventu reperire ſortitus.* Et
*nit in mentem, è lege Rupilia*
*as* i. e. cauſas recognoſcere.
, actio juris: & derivant qvi-
ignificat. *d Obtentui*]
*tem, & tempora Reip. obten-*
Pop. Rom: *Qvare igitur tan-*
*qvia ſecundæ res mirè ſunt vi-*
*auri immenſa obtentum ha-*
*etur.* Gell. 10, c. 22: *Qvi ob-*
*otium, & lingva vitaq; tene-*
*ruti qvoq; haud abnuit cogno-*
*nis libentior ille pop. Romani*
*ſub.* *e Satias*] *Satias*
o *Satietas*. De qva voce ita
*ur pro ſatietas. Accius Aſty-*
*nqvam ulla explet ſatias ſan-*
*Cum ſumere cœpiſſet volupta*
*manum de menſa tollere.* Sal-
*cupatis tum externorum agros*
*qvi ſatias facta.* Lucilius lib.
*jam omnium rerum venet ſa-*
*ubi me ferè ſatias cepit*
com-

*commuto locum.* Ubi Faërnij & Mureti Editio legit:
*tias cœpit fieri*, &c. Idem Hecy. 4, 2: *Dum ætas, temp*
*lit, perfuncta ſatis ſum: ſatias jam tenet Studiorum iſt*
Idem leges apud Plaut. Pſeud. 1, 3: & Tacit. lib. 3 &
lib. 10 bell. Pun. Salluſt. & Solin. cap. 21 & 25. qvos v
Lucretius ſub initium lib. 5: *Nihil, ut opinor, ita ad ſa*
*terra ferarum Nunc etiam ſcatit* —. Idem lib. 2: *Qva*
*jam nemo feſſus ſatiate videndi Suſpicere in cœli digna*
*rida templa.* & lib. 5: *Hæc animos ollis mulcebant, atq*
*vabant Cum ſatiatè cibi.* Dicitur etiam *Saties.* Sen. T
Ver. 970: *Saties dapis me, nec minus Bacchi tenet.*
lib. 4: *Nec finis, ſatiesve, novi ſed ſangvinis ardor Gliſ*
Confer Lexicon Symmachianum Parei. *f* *Tantu*
Plautus Pœnulo c. 3, 3: *Malo benefacere tantundem eſt*
*culum, Qvantum bono malefacere.* Idem Mercat: *Nam*
*qvidem animô vetulus, decrepitus, ſenex Tantundem eſt*
*ſt ſignum pictum in pariete.* Cicero 1 Tuſcul: *Nihil ne*
*eſt*, inqvit, *undiqve enim ad inferos tantundem via eſt.*
pro Roſcio Amer: *Ipſe tria prædia ſibi depactus eſt, vo*
*tem Decurionum ac municipum omnium tantidem,*
*fidem ſuam facit.* Plautus Trucul. 2, 5: *Mater dicta*
*ſum, eò magis ſtudeo vitæ, qva hunc auſa ſum tantunde*
*tum aggrediri.* Ita legendum monet Taubmannus. F
ninum eſt apud Ulpianum, qvi dixit: *tantandem pe*
*ſummam.* Cicero 2 de Legib: *Qva morte teſtamenti*
*tantundem cupiat, qvantum omnes hæredes.* Addunt
*nefas*, qvæ ajunt Nominativô, Accuſativô & Vocativô
pari. Sed Nominativum & Accuſativum utriuſqve voc
tinorum autoritate confirmatum de facili leges: Vocat
autem inveſtigaſſe in autoribus melioris notæ, tuæ fuer
duſtriæ. Virgilius 1 Georg: *Qvippe etiam feſtis qvada*
*rcere diebus, Fas & jura ſinunt* —. Idem: *Qvippe u*
*verſum, atqve nefas: tot bella per orbem, Tam multa*
*rum facies: non ullus aratro Dignus honos: ſqvallent ab*
*arva colonis.* Cicero 7 Verr: *Contra fas, contra auſpicia,*
*tus omnes divinas atqve humanas religiones aliqvid fac*

*ris conſulere deos, fas habe-*
*o eſt, unicum effugium ma-*
*ertam nefas.* *Fas* autem an-
n fuit & *fari dignum*, ſeu ut
*ndo* ſic dicitur. Cujus con-
n & execrabile, à qvo fit *ne-*
ſtum, & qvod ne *fari* qvi-
ulerint veteres ad Deum &
d homines. hinc Servius il-
a interpretatur, *divina hu-*
, inqvit, *ad religionem, jura*
, 3: *Fas lex divina eſt: jus*
*potis, pote, hi potes, hos po-*
ximus. *Potis* Nominativo
tione: Curcul. 2, 3: *Siqvi-*
*rint, locus non præberi potis*
*Qvid ſi hoc potis eſt, ut ta-*
Sic Mercat. 2, 3. Eodem
lautus Perſa. 1, 1: *Facere*
*um*, i. e. potens es. Catul-
*s es dulces Muſarum expro-*
s eſt apud Plautum Pœnul.
*uni Populo, cui libet, plus*
æc vocula peculiare, qvod
etiam neutro, & *pote* con-
iqvando jungitur. Lucre-
*ſum*. l. 1: *Conjunctum eſt id,*
*dio potis eſt ſejungi ſeq; gre-*
*is eſt adfigere adhæſum Li-*
legit: *adfigi adhæſum*. l. 5:
*ine fertur*. Et Propert: *Qvid*
*m*. Alios ſi apud probatos
lam *hi potes* & *hos potes* cum
um afferet.

IV. Te-

IV. Tetraptota ſunt qvæ qvatuor habent caſus, idq; vel ſub unâ terminatione, vel diverſis: ut, Nominativus, *aſtus* [*a:*] Ablativus, *aſtu:* Nominativus pluralis, *aſtus:* Accuſativus pluralis, *aſtus.* Nominativus, *mactus* [*b:*] Accuſativus, *macte:* Vocativus ſingularis, *macte:* Vocativus pluralis, *macti.* Nominativus, *ſitus* [*c:*] Accuſativus, *ſitum:* Ablativus, *ſitu*: Accuſativus pluralis, *ſitus.* Nominativus, *virus* [*d.*] Genitivus, *viri:* Accuſativus, *virus:* Ablativus, *viro.*

*a* *Aſtus*] Silius lib. 16: *Non ars, aut aſtus belli, vel dexterà deerat.* Statius 1 Achill: — *tu tantum providus aſtu Vende animum vigilem, fæcundumq; erige pectus.* Silius lib. 1. de Hannibale: *Exuberans aſtu.* Virgilius lib. 10 Æn: *Ille aſtu ſubit, ac tremebunda ſupervolat haſta.* lib. 11 Æn: *Conſiliô verſare dolos ingreſſus & aſtu.* Seneca in Troad. *Calidi aſtus* Nominativô pluralî dixit. Silius lib. 7 Accuſativo utitur: *Túq; dolos Pœne, atqve aſtûs tandem exue notos.* & lib. 6: *aſtus adjungere ferro.* Confer Strigil: Friſchl. Gram. Tract. 1. c. 1. pag. 20 de Etym. Nom. De qva voce ita Feſtus: *Aſtu apud poëtas aſtutiam ſignificat. cujus origo ex Græco ab oppido ἄςυ deducitur; in qvo qvi converſati abſiduè ſint, cauti, atq; acuti eſſe videantur.* *b* *Mactus*] Cato Nominativo uſus eſt de re Ruſt. cap. 134: *Priuſqvam porcam fœminam immolabis, Jano ſtruem commovento ſic. Jane pater, te hâc ſtrue commovendâ bonas preces te precor, uti ſies volens propitius mihi liberiſq; meis, domo familiaq; meæ, mactus hoc ferto. Fertum Jovi moveto & mactato ſic. Jupiter te hoc ferto obmovendo bonas preces precor, uti ſies volens propitius mihi, liberiſq;*

Digitized by Google

*…actus hic ferto.* Mox Voca-
*…inum dato ſic : Jane pater,*
*…reces precatus ſum, ejuſdem*
*…orro Jovi ſic : Jupiter macte*
*Inferium* vocatur vinum
…is velut *inferebatur* religio-
…r, cui mactabant. Conſen…
…ius hìc prolixior eſt. Seneca
*…ſanguinolentis & ex acie re-*
…1. Sat. 2. carm. 31 : *Quidam*
*…macte Virtute eſto, inquit ;*
…Horatij locum ita commen-
*…te : Hæc plurimis locum praci-*
*…udatione & cohortatione ad*
*…n Cato dicitur hic abuſus*
*…dem Græci videntur reddere*
*… eſt lib. 14, cap. 6 Agellij :*
…αθείας, *fruere tua iſta*
…ίρωνικῶς *interdum obnun-*
…ς ἀπελθεῖν κελεύομεν,
*…c locus poteſt reddi,* ὄναιο
…χοις. *Ut illud Epigr.* ὄναιο
*…m & ſepulcrum conſequaris.*
*…icis per contractionem à ma-*
*…m macto, id eſt, magis aucto.*
*…caſibus, niſi in caſu vocandi,*
…ντιπτώσεως *poſitum putant*
*…s eſt duplex. Nam Martialis*
*…Epigr. 6 : Macte animi, quem*
*…vos Numa, quos hilaris poſſet*
*…di caſu reperitur, ut ipſemet*
*…s. lib. 4, 13.* Hæc ille. Accu-
*… Tu verò abi,* inqvit, *inte ma-*
*…erem macte virtute eſſe, ſi pro*

*mea patriâ iſta virtus ſtaret. Nunc jure belli liberum t*
*ctum, inviolatúmq; hinc dimitto.* Vocativo plurali
Plinius lib. 2, cap. 12: *Macti ingenio eſte cœli interpre*
*rúmq; naturæ capaces argumenti repertores, qvô Deo*
*néſq; viciſtis. Mactus* Feſto exponitur *magis auctus.*
conſentit Servius in 9 Æneid. ad illud Virgilij: *Macte*
*te puer;* explicans, *Macte*, inqvit, i. e. *magis aucte*,
*gloriâ* (ita legere malunt nonnulli pro affectatæ g
*& eſt ſermo tractus à ſacris. Qvoties enim aut thus, aut*
*ſuper victimam fundebatur, dicebant, Mactus eſt taur*
*& thure, hoc eſt, cumulata eſt hoſtia & magis aucta.*
legere eſt apud Iſiodor. lib. 10, cap. 10, citante Turne
verſar. lib. 11, cap. 5. Etiam de Deo dicebatur, cui r
ma fiebat, ut apud Catonem de re Ruſt. cap. 141: *M*
*ſce ſvovetaurilibus lactentibus eſto.* Sic & *mactare* uſu
invenimus. Virgilius 4 Æneid. — *mactant lectas de*
*bidentes.* Ubi Servius: *mactant verbum ſacrorum ſecu*
*εὐφημισμὸν dictum, ut adolere.* Sic mactare hon
pro augere. Cicero de rep: *Ferunt laudibus, mactan*
*ribus*, citante Noniô, veluti Plinius in Paneg. eode
uſus eſt nomine: *Macte gravitatis gloriâ, & macte in r*
*merito.* Confer Petr. Nannij Miſc. l. 3, c. 29. Turn. Ad
c. 5. Gocl. probl. Gram. l. 2. c. 19. Ram. Sch. Gram. l. 9
l. 7. c. 23. p. 169. Perot. Corn. Erythræi indic. Virg. *c*
Hor. 2 Epiſt. 2: *Nunc ſitus informis premit & deſerta v*
Plin. lib. 21, c. 6: *Peſſimum crocum, qvod ſitum reddet*,
tivus *ſitu* paſſim occurrit. Columella lib. 4, cap. 24:
*verò muſcus, qvi more compedis crura vitium devincta c*
*mit, ſitúq; & veternô macerat, ferrô diſtringendus & era*
*eſt.* Ovid. lib. 7 Metam: *Dúmq; refert inter meritor*
*xima demptos Æſonis eſſe ſitus, atq; hac in parte morat*
phaël Reg. exponit *ſqvalores, ſenium. Situs* propriè
mor diuturnô tempore collectus in ſordes. *d*
Plinius lib. 8, cap. 22: *Qvin & cauda hujus animali*
*tur vulgò ineſſe virus exiguo in illo, éúmq; cum capiatur*
Lucretius l. 2: *Linqvit enim ſuperâ tetri primordia vir*

Digitized by Google

*poſſunt.* Virgil. 1 Georg: *Ille*
*atris.* Lucretius lib. 2: *Con-*
. Non. Marcellus interpre-
*naturali:* & Baptiſta Pius, ſi-
ucem *ſtrum* 1. humor nativus;
o nonnunqvam ſumitur pro
maris, ſive ut Gifan. ad Lu-
*qvod aqva marina vetuſtate*
cretius lib. 23: *Ionium glau-*
egit Gifanius. Sed Turnebus
*abundis.* Lucret. lib. 6: —
*aqvai, In terras itidem ma-*
*enim virus, retróq; remanat*
*omnibus omnis Conſtitit: inde*
; *Qva via ſecta ſemel liqvido*
rario nonnunqvam ſignificat
 Sylv. 4. — *atq; omne beni-*
*d doctus in orbis.* 3. Sperma:
 qvodlibet.

## *VIS CERTO-*
## *SUUM.*

tivò & Vocativò ſin-
*a,*] *vicem* [*b,*] *vice* [*c:*]
*pe* [*f:*] *opis* [*g,*] *opem*
*ſordem* [*l,*] *ſorde* [*m:*]
[*o,*] *primori* [*p*] *adje-*
*ecem* [*r,*] *prece* [*ſ*] No-
& Vocativò ſingulari
verò hæc integra eſſe

Dubia admodum multisq; difficultatibus involu
Defectivorum doctrina, Grammaticis inter ſe diſſiden
crucem figit ac eqvuleos erigit. Nos verò ſedulam da
operam, ut nonnullas ſaltem, ſi non omnes liceat, di
taces locô moveamus, Latinorum meliorum adjuti m
mentis. *a* *Vicis*] Genitivus *vicis* extat apud L
lib. 1 ab Urb: *Ne ſacra regia vicis deſererentur, flaminem*
*aſſiduum creavit.* Ibidem: *Itaq; per aliqvot dies, qvum*
*expiraſſet Tarqvinius, celatâ morte per ſpeciem alien*
*gendæ vicis, ſuas opes firmavit.* *b* *Vicem*) Iden
Urbe: *Qvum priores Decemviri ita obſervaſſent, ut unus*
*haberet, & hoc inſigne regium in orbem ſuam cujuſqve*
*per omnes iret.* Brutus Ciceroni lib. 11: *Valde & me*
*ſtitam vicem) timeam neceſſe eſt.* ubi pro incommod
pitur. *c* *Vice*) Virg. 6 Æneid: *Hac vice ſerm*
*roſeis aurora qvadrigis Jam medium ætherio curſu tra*
*axem.* & paſſim alibi. *d* *Dapis*) Horatius 4 Ca
— *mox in ovilia Demiſit hoſtem vividus impetus, Nunc*
*luctantes dracones Egit amor dapis atqve pugnæ.* Ubi
tur de aqvila. Idem Epod. Ode 17: *Optat qvietem*
*infidus pater Egens benignæ Tantalus ſemper dapis.*
*Dapem*) Livius 1 ab Urb: *Tum ſacrum factum, adhib*
*miniſterium dapemq; Politiis ac Penariis.* *f* *Dap*
ruſtus Argon. 4: *Qvi poſtqvam niveis flexerunt ſedib*
*ſus, Large multiplici conſtructa ſunt dape menſæ.* O
vandum verò eſt, qvòd antiqvis etiam in uſu licèt rarò
fit Nominativus *Dapes* de qvo monet Priſcianus lib. 7
hiſce verbis: *In APS unum Femininum, hac daps*
*dapis; ſed Nominativus freqventi non eſt in uſu, qvem*
*Andronicus in 2 Odyſſea ponit: Qvæ hac daps eſt, qvi*
*dies?* & Lancilotus lib. 7 cap. 19 p. 168 allegat Catonem
*daps*, inqvit Cato, *propbanata, comeſtaq; erit, verno*
*incipito.* & alibi: *Daps Jovi aſſaria pecuina urna vin*
*caſtè.* *Dicebatur* autem *daps apud antiqvos*, autore
*res divina, qvæ fiebat aut hibernâ ſemente, aut vernâ, qv*
*epulum ex Græco deducitur, apud qvos id genus epul*

Digitized by Google

*ſe acceptos antiqvi dicebant,*
*um negotium amplum, ac ma-*
erſ. lib. 27, cap. 7. & lib. 29,
s Æneid. p. 131. — *gentes pera*
*ſtra* —. Cicero de Senect:
*pſis ad benè beatéq; vivendum*
*b Opem)* Cicero ad Attic.
*ita ſunt ad VII Cal., qvibus*
*ribus literis, opem expectas.* &
luſt. in Catil: *Omnes homi-*
*teris animantibus, ſummâ ope*
*figant.* Notandum etiam hic
et in antiqvorum monumen-
ræ Genitivus *opis* habet, ad-
s priſcis Dea habita eſt, ac ſo-
hea dicta ἀπὸ τοῦ ῥέω, i. e,
s omnibus afflueret adeóqve
ellata eſt. Plaut. Ciſtell. 2, 1:
*ia.* Cicero de Univerſit: *Ops*
*e filia.* Varro lib. 4 de L. Lat:
*& Ops.* Idem: *Terra Ops, qvòd*
*vivendum: & ideo & dicitur*
*Hæc enim terris gentes omnes*
*t cibaria, ut ait Ennius, qvæ-*
r Macrob. lib. 1 cap. 10. Eun-
at *Faunam, Fatuam, Bonam.*
*rnelius Labeo, huic Maia, id*
*s dedicatum, ſub nomine Bonâ*
*am & terram, ex ipſo ritu oc-*
*onfirmat. Hanc eandem, etiam*
*atuam, Pontificum libris indi-*
*obis ad victum bonorum cauſa*
*i animantium favet: Opem,*
*Fatuam à fando, qvòd, infan-*
*m edunt, qvàm attigerint ter-*

ſum. Hæc ille. Confer Iſid. lib. 14, cap. 1. Feſto etiam *Opis* Nominativò dicitur: *Opis*, inqvit, *dicta eſt conjux Saturni, per qvam voluerunt terram ſignificare: qvia omnes opes humano generi terra tribuit. Unde & opulenti terreſtribus rebus copioſi, & hoſtia opima præcipuè pingves; & opima, magnifica, & ampla ſpolia.* 2. *Ops* Adjectivum antiqvis fuit, idem ſignificans qvod dives, opulentus, opes habens. Feſtus: *Ops antiqvi dicebant, qvem nunc opulentum dicimus, ut teſtimonio eſt ei contrarium inops.* Vide Priſcian. lib. 7, p. 242. *k* *Sordis*) Plaut. Pœn: *Viden' tui? pleni oculi ſordium, qvi erant, jam ſplendent mihi. N. Imò etiam in medio oculo paulum ſordis eſt.* *l* *Sordem*) Cicero Attic. lib. 11: *Apud bonos iidem ſumus qvos reliqviſti: apud ſordem urbis & fæcem, multò meliùs nunc qvàm reliqviſti.* *m* *Sorde*) Horat. 1 Epiſt. 2: *Qvi cupit, aut metuit, juvat illum ſic domus aut res, Ut lippum picta tabula, fomenta podagram, Auriculas citharæ collectâ ſorde dolentes, Sincerum eſt niſi vas, qvodcunqve infundis aceſcit.* *n* *Primoris*) Lucret. lib. 6 pag. 231: — *ad ſummum deniqve tempus Compreſſæ nares, naſi primoris acumen Tenue* —. *o* *Primorem*) Cato c. 51: *Pullos in terram deprimito, extollitóq; primorem partem.* Gel. lib. 16, c. 5: *Animadverti qvoſdam hautqvaqvam indoctos viros opinari veſtibulum eſſe partem domus primorem, qvam vulgus atrium vocat.* *p* *Primori*) Tacit. lib. 19: *Primori in acie verſabatur.* *q* *Preci*) Terent. Phorm. 3, 3: *Sed parumne eſt qvod omnibus nunc nobis ſuccenſet ſenex, Ni inſtigemus etiam, ut nullus locus relinqvatur preci?* Idem Andr. 3, 4: *Nihil eſt preci loci relictum: jam perturbavi omnia.* *r* *Precem*) Plaut. Captiv. 2, 1: *Qvod antehac pro jure imperitabam meo, nunc te oro per precem, per fortunam incertam, &c.* Obſerva tamen qvòd hic Accuſativus rarior ſit. *ſ* *Prece*) Hic Ablativus longè freqventior eſt. Autor ad Herennium lib. 3: *Nec prece, nec pretiô, nec gratiâ, nec ſimultate à via recta oſtendimus oportere deduci.* Horat. 1 Epiſt. Hexam. 14: *Tu mediaſtinus tacitâ prece rura petebas.* alibiq; non ſemel apud Horatium leges.

naticos admittere Genitivum,
eum teſtimonió è monumentis
t. Liberè etiam præcipiunt ex-
*lapi, opi, ſordi, primori* : teſtes
m ubi ſaculeas tibi detur, reli-
tere. *t* . Hiſce etiam jun-
dunt ea tantùm Nominativó &
eliqvis autem caſibus conſtare,
*rocerem* leges apud Juvenalem,
eliqvîs caſibûs ſingularis nume-
bi fueris de eorum autoritate,
, *fruge* ſuperiùs actum eſt pag.
. *u* Tradunt qvidem Gram-
tegrè in Plurali declinari, ſed
Qvare diligenter videndum,
robet. Sic *vices* Genitivó plu-
Vocativus probationis egent.
utoritate Genitivi pluralis *da-*
vandum etiam eſt, qvòd plura-
potes, ſed etiam divitias. Virg.
*opibûs non arte magiſtrâ Eve-*
ls. Horat. 1 Epiſt. 10 : — *do-*
*nplorabit opes hominis*. i. e. au-
*us atqve opibus omnibus repu-*
*Condit opes alius defoſſôq; in-*
aurum. Curandum etiam eſt,
& *procerum*, nec non Dati-
tâ nitantur autoritate.

## vó & Vocativó ſingu-
## . In plurali integrum

t apud Tacitum & Juriscon-
n ſingularem vix extare. Viden-
n. 3, & Rhenij Gramm. de De-
qvàm maximè probata nemo

ſanus improbaverit. In plurali autem integrum eſt, ſed Heteroclitum. Fit enim impariſſyllabum contra rationem ſingularis *vires, virium*, qvi caſus inprimis apud Symmachum in Epiſt. eſt, qvaſi Genitivus ſingularis concipiendus eſſet *viris*. Priſcianus tamen lib. 6 oſtendit, veteres etiam plurali *vi* dixiſſe. Salluſt. 3. Hiſtor: *Malè jam aſſvetum ad omnes vi controverſiarum*. Lucret. lib. 2: *Sed qvàm multarum rerum vis poſſidet in ſe Atqve poteſtates* —.

## III. Dativô & Vocativô ſingulari caret *plus*. In plurali eſt integrum.

Nominativus, Genitivus & Accuſativus ſuâ luce & uſu radiant. Ablativus non item. Plaut. in Cæco: *Plure altero tanto, qvanto ejus fundus eſt*. Lucilius: *Plure vendunt, qvod pro minore emptum antiqvè*. Confer pag. 87.

## IV. Caſibûs omnibûs ſingularis numeri, præterqvam Ablativô deficiunt *ambage* [*a*,] *crate* [*b*,] *fauce* [*c*.] Pluralia integra eſſe tradunt [*d*.]

*a Ambage*) Ovidius 7 Metam. — *ſine ullo ordine nunc repetam, neu longâ ambage morer vos*. Idem Epiſt. 7: *Hos populos potiùs in dotem ambage remiſſâ Accipe* —. Adhibetur autem ad deſignandum *verborum circuitum*. Veteribus qvoqve *ambagio* dici putat Calepini interpolator. Qvod ut probet citat Varronem, lib. 6 de L. Lat. pag. 77. Sed locus Varronis non tam loqvitur de *verborum circuitu*, ubi adhibetur à Varrone vox *ambagio*, qvàm de παροιμίᾳ ſeu paroemia vel proverbio. Verba Varronis ita habent: *Apud Valerium Soranum, vetus adagio eſt, ô P. Scipio. Qvod verbum uſqve eò evanuit, ut Græcum παροιμία, pro eo poſitum magis ſit apertum. nam idem qvod vocant Græci παροιμίαν, ut, auribus lupum teneo; Canis caninam non eſt. Adagio, & litera commutata Abagio, dicta ab eo qvod ambit orationem* ...

ne

*ſola.* *Ambagio dicta ut*, *Am-*
*B. ut ambiogna bos apud augu-*
*onſtituuntur.* *b* *Crate*]
*is narè pendentia crate*, *More*
*iebus.* Ovid. 8 Metam: *Ven-*
*dere putares Pectus*, *& à ſpina*
autem *crates* tabula viminibus
liud tenet; vel etiam ex ferro
lutit. Ab hoc eſt deminuti-
onis, inſtrumentum ſcilicet
. Extat & Accuſativus apud
*im ubi jubeat ſeſe ſupponi*, *atq;*
*ſe neces.* Sed aliam ibi induit
im ſupplicii genus Carthagi-
reô in lexico Plautino. *c*
*racuſio præſtricta fauce poëta*,
*ua.* Vide ſuprà pag. 92. Pli-
*Summum gulæ fauces vocan-*
*Hôc nomine eſt ſub arteria jam*
*ad latitudinem ac longitudi-*
*bus fauces non ſunt*, *ne ſtoma-*
*guttur*, *ut piſcibus: & ora*
Tradunt qvidem Grammat
nà declinari. Sed circumſpe-
Nominativum pluralem *am-*
tetur Robert. Steph. in Thes.
giſſe apud veteres *ambages* &
V. Ultrajectinus, qvi lib. 2
47, *tres* tantùm *caſus* hujus vo-
*ambagibus*, adeoqve ad Te-
liqvis itaqve caſibus cui uti li-
i proſpiciat, neceſſe eſt. Par
luralis à *Crates*; nec non Vo-
as pluralis *fancium* videatur

V. No-

V. Nominativô, Dativô, Accuſati
Vocativô deficiunt *feminis* [*a*,] *femin*
*verberis* [*c*,] *verbere* [*d*.] Pluralia integ
ſe tradunt [*e*.]

*a* *Feminis*] Cicero 6 Verr: *Stipite femin*
*tudine.* *Femine*) Virgil. lib. 10 Æneid: — *ocius*
*Æneas, viſô Tyrrheni ſangvine, lætus Eripit à femine,*
*pidanti fervidus inſtat.* Ubi Taubmannus commen
*ita*, inqvit, *Chariſius lib. 1. l. femine: nec aliter uterq*
*vius, itémq MSS. & vet. cod. qvod unicè probat Indic*
*Giſanius.* Confer Lanci. l. 7 c. 23. p. 170. Obſervat
Taubmannus Dativum *femini* etiam legi apud Tibul
*erudite*, inqvit, *etiam cuſtodivit Tibullus, Implicuit fe*
*mini, vulgò, femore.* Valla l. 4. c. 57: *femora* & *femina*
ſtingvit: *Femora partem illam exteriorem ſignificant.*
*partem interiorem molliorémq; qvæ ſe contingunt: vel*
*partem anteriorem, femina poſteriorem.* Liv. l. 22: *Qvoſ*
*jacenteis vivos, ſuccisis feminibus, poplitibúſq; invener*
*qvo conficitur nomen femoralia, ſive feminalia (utroq*
*modô ſcriptum reperio) pro braccis. Tamen Nominativu*
*non reperitur.* Hactenus ille. Qvamvis autem hæc di
nonnunqvam negligatur, eam tamen confirmare vi
hæc exempla. Plinius lib. 23: *Femina atteri aduriq*
*tu notum eſt.* Apul. lib. 10: *Ilian titione candenti*
*media femina detruſo, crudeliſſimè necavit.* *c*
*beris*] Ovid. 14 Metam: *ictu verberis increpuit.* *d*
*bere*] Stat. 1. Sylv. 1: *Innumeros æris ſonitus, & verber*
*Ut ſenſit mugire forum &c.* Tibull. Eleg. 5: *Namq; ager*
*plana citus ſola verbere turbo Qvem celer aſſvetâ verſat*
*puer.* *e* Nominativus, Accuſativus & Ablativ
ralis *femina* per ſe patent: Genitivus non item. Extat
apud Lucret. lib. 4: *Proſpicere ut poſſimus, & ut profe*
*Proceros, paſſus, ideo faſtigia poſſe Surarum, ac femin*
*dibus fundata plicari.* Vocativum confirmabit autor

ocativo plurali *Verbera*, uti &
etn *Verbera* 1. corporea inſtru-
, ictus qvi eis ſit. 3. teneriores
, qvæ & flagella. Valla lib. 6,
*e cædere, qvod eſt inſtrumen-
Virga, baculus, fuſtis, lora, fla-
d eſt ſimile. Nec aliter dictum
flagellare à flagello, fuſtigare à
rberatione accipiatur, tamen
ant, ut flagella, qva ſunt pro-
Qvintilianus: Ignes ex pro-
s obtulerat.* Hæc ille.

## tivo plurali carent *os*

Æneid: *Mortua qvin etiam
ns manibúsq; manus atq; oribus
bóq; fluenteis complexu in miſe-*
m lib. 10 Æneid: *Ægæon qva-
Centenásq; manus, qvinqvagin-
ſſe* —. Confer Lancil. lib. 7
s ſuâ luce clareſcunt. 6
*ſoles properant ſe tingere Ocea-
o longos Cantando puerum me-*
ſtivos dies finire, inqvit Ser-
dores denotat. Horat. 1 Epiſt.
*ſolibus aptum*. Idem Epiſt. 58
liqvos casûs uſus ſatis proba-
*ralia tantùm*.

## tivo & Ablativo plu-
## *us, rus* & *ſenſa*.

. 3: *Mella fluunt illi, ferat &*
n apud eundem eâdem formâ
ius deficiunt, vicinis utendum
eſt

Digitized by Google

eſt vocibus ad idem ſignificandum, monente Lancilotô, lib. 7, cap. 17, pag. 168. Exempli cauſa: Qvia *mel* Dativo & Ablativo plurali *mellibus* non habet, *favis* dicemus, & ita de ſimilibus. Eſt autem *mel*, autore Gorrhæô, *ſuccus dulcis, calidus & ſiccus, in ventriculis apum elaboratus, & ore redditus, ex matutinô rore fieri, ut & cera ex floribus, proditur. Eſt autem initio, ut aqva, dilutum & primîs diebûs fervet, ut muſta, ſéq; purgat. Vigeſimô die coaleſcit, mox obducitur tenuì membranâ, qvâ ferboris ipſius ſpuma concreſcit.* Et deducitur *mel* à Græcanica voce μέλι. *b Thus*) Plin lib. 12, c. 14. *Thura præter Arabiam nullis, ac ne Arabiæ qvidem univerſæ.* Virgil. Ecl. 8: *Verbenáſq; adole pingves, & maſcula thura.* Eſt autem *thus* 1. arbor thurifera, thurea planta. 2. lacrima ejus arboris. Græcis λίβανος, ab Ebræo לְבוֹנָה, qvod idem ſignificat. De orthographia τὸ *thus* ſuperiùs monitum eſt p. 148. *c Rus*) Tradit C. V. Ultrajectinus lib. 2 Inſtit. Gramm. p. 148 etiam *ruribus* extare: ſed nullô id confirmat teſtimonio. Cæteri caſus crebrò uſurpantur ab autoribus. *d Senſa*) Teſtimonia Ciceronis ad hoc Neutrum plurale vide ſuprâ p. 229. Horum familiæ adſcribunt nonnulli *as* & *mare*: de qvibus hæc nota. Ablativus *æribus* eſt apud Lucret. lib. 2: *pulſabant æribus æra.* Et Cato apud Feſtum dixit, *æribus eqveſtribus*, &, *ærum eqveſtrium.* Confer Sch. Hyp. Gram. p. 148. *æra* habet Horatius lib. 1 Epiſt. 7: — *Qvid diſtant æra lupinis.* In qvem locum Plautinum Turnebus Adverſ. lib. 26, cap. 29 eleganter commentatur: *Cùm Horatius*, inqvit, epiſt. lib. 1. epiſt. 7. *ad Cynicos reſpexit, qvi lupinis etſi amaris veſcebantur plerunqve qvos in pera gerebant: unde & Ariſtoteles ſcripſit* οὐχ ἀηδῶς γὰρ κράτης οὐκ οἶδα, φησὶν, περὶ δύναμιν ἡλίκην ἔχει θέρμων τε χοίνιξ. & lib. 1 Adverſ. cap. 15 *Ut virum bonum dicat intelligere qvid donet, æsné an lupinum, vile & Cynicum cibarium; atq; ita qvidem mihi videbatur. ſed Marcus Antonius Muretus ingenioſiſſimus & diſertiſſimus, eam excogitavit interpretationem, qva propè geometricè*

*meam*

*pinos enim aureolos eſſe co-*
*Jam tenes præcepta loqvitur,*
*Ut igitur in Comœdia pro au-*
*ni: ſic & pueros Lupini grana*
*numerare, & inter as & Lu-*
*lem hodieq; in Italia luſitantes*
*nis nummos ait.* Hæc ille. Ab-
.7, cap. 18. p. 168: ex Cæſaris
nqvit Cæſar., *qvam qvibus u-*
ud Nævium bel. pun. *marum*
ophonis locô nota qvòd Vo-
ſermo dirigi non poteſt, in-
terrogativa & Infinita: *Qvis,*
orum compoſita, *qvicunqve,*
*ſcunq; qvotcunq;.* 2. Relativa:
*o, nullus, neuter, nihil.* 4. Par-
*er, neuter, alius.* Confer Sch.
l. 2. Gr. p. 147.

## *VIS NUMERO.*

nt, aut rarò pluralia.

rerum qvarumcun-
*, Petrus, Bucephalus* †.
ſalis accipienda ſunt. Etenim,
lurali efferri gaudent, 1. qvan-
rimere rei neceſſitas poſtulat.
*bios ad bellū miſerat omnes Ad*
& Virg. ſub finem 6 Æn: *Qvò*
*ille es Unus qvi nobis cunctan-*
atentem tropū Appellativorū
*multos illic Hectoras eſſe puta,*
*ectores udi,* Dricke-ſemper. Sic
*it Pindari.* Vide ſupra pag. 25.
peris, qvæ tantùm ſunt plura-
*taxata.* Deniqve excipe illa
s ad partes reſpicitur: ut,
*Gal.*

*Gallia*, *Hiſpania*. Confer Schm. Hyp. p. 148 & V
p. 56. † *Bucephalus*) Plin. lib. 8, c. 42: *Ale*
*eqvi magna rariѕas accidit. Bucephalon eum vocârun*
*ab aſpectu torvo, ſive ab inſigni taurini capitis arme in*
*Sedecim talentis ferunt ex Philonici Pharſalij grege em*
*etiamnum puero capto ejus decore. Neminem hic alium*
*Alexandrum regiò inſtratus ornatu recepit in ſedem, ali*
*ſim rejiciens.* Is ſepultus nomen dedit urbi, qvæ Buc
l. 6. c. 20 dicitur. Eqvus ipſe etiam Doricè Βυκεφάλ

II. Nomina metallorum: ut, *auri*
*æs* [*a*,] *electrum* [*b*,] *orichalcum* [*c*.]

*a* *Æs*) Notandum venit, qvòd etiam *æra* numer
tali dicant autores, inprimis pro operibus ex ære facti
gil. 1 Georg: *Et mæſtum illacrimat templis ebur: æ*
*dant.* Silius lib. 17: *Circum arguta cavis tinnitibus a*
*mulq; Certabant raucò reſonantia tympana pulſu.* Stat.
*Aurum, vaſa Numæ, Saturniáq; impulit æra.* In qvem
Foqvelinus ita commentatur: *Metonymia cauſa pro e*
*æra pro vaſis æreis, materia pro re ex materia facta.* Ovi
*Æra dabant olim; melius nunc omen in auro eſt, Victâ*
*ceſſit priſca moneta nova.* Æra dabant, id eſt, nummos
Major enim & illuſtrior *æris* uſus erat apud antiqvos, 
hodie. *Æs* qvippe erat rerum pretium, unde locus pu
rum pecuniarum adhuc *ærarium* dicitur. Ex *ære* arma
cabantur, & *ære* ſcindebant terram. Ex qvo fit, ut æri
priùs cognitum fuiſſe tradant, qvàm ferri. Heſiodus
*laborabant, nondum noſcentia ferrum Secula* —. C
Cœlium Rhodig. lib. 10, cap. 20. *b* *Electrum*
lib. 33 cap. 4: *Aurum in qvo qvinta argenti portio e*
*ctrum vocatur. Hoc autem modò naturale eſt, m*
*citur. Qvod ſi qvintam argenti portionem excedat, in*
*non reſiſtit.* Virgil. 8 Æneid: *Qvod fieri ferrô liqvid*
*veſtur electrô.* ubi Taubmannus: *electrum eſt auri a*
*mixtura qvædam, ut Plinio & Pauſaniæ videtur, qvi*
*genti portione commiſta.* Tertullianus adverſus Herm

rgento fœdentatum. Pro ſucci-
it. Virg. Ecl. 8: *Pingvia tora*
vid. lib. 2 Metam: *Inde fluunt*
*De ramis electra nobis, qva lu-*
nunqvam etiam pro compo-
plurale eſt. Martialis: *Pal-*
*callô, Et niveum felix puſtula*
on Scaliger ad Feſtum. c
: *Ipſe dabint aurô ſqvalentem*
*um humeris* —. Horatius iti-
epenultimâ dixit: *Tibia non,*
*iq; æmula.* qvum tamen apud
ibatur. Callimachus εἰς λȣ-
ὀρείχαλκον μεγάλα θεός.
Græcos ὀρείχαλκ☉. eſt, ut
Deducitur enim ab ὄρ☉.
ò ab ὄρ☉. derivatur primam
etiam nomine hybrida vox,
, compoſita ſcilicet à latina
Qvod ſi ita eſſet, prima non
em orichalcum præſtans æris
ri. Statius 1 Thebaid, Jure
niſit: *Emicat effigies & ſparſa*

eralium: ut, *ſulfur*
e *ſal* [c,] qvod inte-

, 2, 3: *Ignoviſſe putas, qvia*
*diſcutitur ſacrô, qvàm tu dò-*
lmine *ſulfur* redolente, veluti
*m, loca latè ſulfure fumant.*
terræ in locis calidioribus, vi
pud Ovidium lib. 3 Metam:



Digitized by Google

*Non aliter, qvàm cum ſummis circumlita tadis Adme-*
*piunt vivacia ſulfura flammas.* Virgil. 3 Æneid: *Et ſ*
*miſcent argenti, & ſulfura viva.* Ita ſcribendum præc
orthographi, eò qvòd ſit vox merè Latina aſpirationi
tanicæ ignara, licèt non ignoremus vulgò cum aſpira
ſcribi. *b* *Nitrum* ] Plin. lib. 31, cap. 10: *Sal*
*ſulfuri concoctum in lapidem vertitur.* Ovidius: *Nec*
*tibi, nec nitri ſpuma rubentis Deſit, & Illyrica qva ve*
*humo.* Eſt autem *nitrum* ſuccus concretus, ſali ſini
& perinde atqve ſal aut naſcitur, aut conficitur.
νίτρον. Utrumqve verò eſt ab Ebræô נֶתֶר ejuſdem
cationis; qvod extat Jerem. 2. v. 22. Proverb. 25, v. 20.
*Sal* ] *Sal* pro minerali & facetijs utrôqve numerô uſu
prius liqvet ex pag. 124. poſterius verò ex Catullo & I
patet. Catull. Epigr. 81 de Qvintia: *Nulla eſt in tota*
*ve mica ſalis*, hoc eſt, nihil facetum. Lucanus: *No*
*luſere ſales.* At verò pro ſapientia ſingulare tantùm e
ſuprà pag. 124. Et licèt ſint autores Grammatici, qvi
*Sal* extare in ſingulari Neutro genere pro condiment
rali, qvorum ſententiam nos etiam adduximus ſup.
hoc tamen teſtimonium præter reliqva ſu[illegible]miniſtravi
nius Eidyll. 17, p. 119 Edit. Plant. 1568, qvod Neutr
patrocinatur: *Nec noſtros reticebo cibos, qvos priſca*
*mos: Irritamentum qvibus additur æqvoreum ſal.*

**IV. Nomina frumentorum, leg**
**num, aromatum, herbarum, & fr**
**herbarum: ut, *hordeum* [*a*,] *milium* [*b*,**
***ſum* [*c*,] *ruta* [*d*,] *papaver* [*e*.] Excipe**
***nia* [*f*,] *orum*, qvod Græcum eſt, & p**
**le tantùm.**

*a* *Hordeum* ] Plinius lib. 18, c. 7: *Hordeum*
*gum omnium molliſſimum eſt, ſeri non valet, niſi in*
*ſolutâ terra, ac niſi læta: palea ex optimis. Stramen*

... ex qvovi frumento minimè ca-
... qvàm triticum occupet rubi-
... in plurali. Virgil. Ecl. 5: Gran-
... hordea ſulcis. Haud inſcitè Pe-
... derivat, eò qvòd bordei ariſta hor-
... veluti Virgilius canit 1 Georg: Spi-
... inhorruit, & cum Frumenta in ...
... ſurgent. Eôdem planè modô, qvô ...
... à שׂער horruit, deducunt.
... lib. 11. 73: Frumentum, milium, ptiſa-
... vendere —. Nomen ducit à mille,
... ſcilicet mille granorum h. e. plurimo-
... ejus ſunt: Millium qvidam putant cepiſ-
... ſumma, qva eſt mille. qvod
... eſſe, cum id illi κέγχρον vocant,
... panicum μελίνην. c Aniſum ]
... Aniſum inſomnia levat ſuſpenſum in
... olfaciant: Appetentiam ciborum præ-
... d Ruta ] Ovidius tamen
... Utilius ſumas acuentes lumina rutas.
... Virgilius lib. 1 Georg: Nec non & lini ſegetem
... Tempus humô tegere —. Plautus in Pœ-
... eſt, act. 1. ſc. 2: AG. Obſecro hercle, ut
... Nihil niſi laterculos, Seſamum, papa-
..., & frictas nuces. ... Nonius ex Varrone
... papaverem. Vide ſuprà pag. 128. Plurali
... Virgilius 1. Georg: Urunt lethæo perfuſa papa-
... Pallentes violas & ſumma papavera
... Zizania ] Hæc vox ſacris inprimis ſcri-
... Significat autem infelix lolium, qvod
... τὸ ζιζάνιον. Svidæ exponitur ἡ ἐν τῷ
... lolium. Etymolog: docet eſſe τὸ ἀνδ
... τῷ σίτῳ. & addit, qvòd di-
... τὸ τῷ σίτῳ π...



Digitized by Google

*καὶ συνναυξάνεσθαι*. *Legitur*, inqvit Henricus Ste

in Theſauro Lingvæ Græcæ, *hoc vocabulum apud Ev. ſtas in Novo teſtamento, & apud Theologos: & qvidem rali numero, ut τὰ ζιζάνια σπείρειν apud Greg. Al memini me legere.* Hæc ille. Matth. 13, v. 25 ſyrus int Zizania interpretatur זִיזָנֵא. Hieronymus ad Eu metaphoricè utitur pro vitiis virtutum ſegetem ſuff bus: *Nolo*, inqvit Hieron. *ſinas cogitationem creſcer hil in te Babylonium, nihil confuſionis adoleſcat. Du vus eſt hoſtis, interfice: neqvitia, ne Zizania creſcan datur in ſemine.* Invenitur etiam *Zizania*, *Zizani* Ambroſium lib 7 in Lucret: *Aliud eſt fermentum Zi aliud tritici.* Coronidis locô notandum eſt, qvòd a tores, inprimis vero Poëtas in plurali hæc ſeqventia e *Farra*) Virg. 1. Georg: *Aut ibi flava ſeres mutatô ſem ra.* Et poſteà: *— hybernô lætiſſima pulvere farra.* Virg. Ecl. 5: *Grandia ſæpe qvibus mandavimus orde Infelix lolium, & ſteriles dominantur avenæ.* *Faba* 1. Georg: *Vere fabis ſatio: tunc te qvoqve medica put cipiunt ſulci, & milio venit annua cura.* Plin. l.b 18 *Inventus eſt jam & ſcapus unus centum fabis onuſtus pini*) ſupra. *Fraga*) Virg. Ecl. 3: *Qvi legitis flore ni naſcentia fraga.* *Abſinthia*) Ovid. 5 Triſt: *Can gelido deſint abſinthia ponto.* *Fæna*) Apulejus: *In a ciem fæna rodebamus.*

## V. Nomina liqvidorum, & aliaru rum, qvæ vel menſuræ vel libræ adhi tur: ut, *lac*, *acetum* [*a*,] *butyrum* [*b*.]

### Excipe.

*Vinum* [*c*] integrum eſt utròq; num

*a* *Acetum*) Perſius Satyr. 5: *Stoicus hic, aure dæi lotus aceto. Qvia enim Stoici auris exercita eſt in*

Digitized by Google

*ficis concluſionibus : cujus artis acri diſciplina & acuta in-ſtructus, non fallitur captioſis ratiocinationibus : ſed eas ſtatim eris ejus & acuta auris percipit.* Sic exponit Turneb. Adverſ. b. 20, c. 1. Plaut. Bacchid. act. 3. ſc. 3: *Nunc experiar, ſit-e acetum tibi peracre in pectore*, id eſt, ſenilis ac maturi ju-icii acrimonia, juſtáq; in rebus flagitioſis indignatio. Idem ſeud. act. 2. ſc. 4: *Ecqvid habet is homo aceti in pectore?* e. acuminis, prudentiæ. *b Butyrum*) Plin. lib. 28, , 9: *E lacte fit & butyrum, barbarumq; gentium laudatiſſi-mus cibus, & qvi divites à plebe diſcernat. Plurimum à bu-ulo, & inde nomen.* Vult ergo Plinius à Græco βοῦς bos educere. Verùm hæc tantùm eſt prior vocis pars: alte-am alij addunt τυρὸς ſcilicet coagulum, caſeus. Caſeus nim ante butyrum notus fuit: & qvia unum notiſſimum ex cte coagulum τυρὸν vocabant, poſtea & alterum ſic ap-ellàrunt; qvum vocem rei recentiùs cognitæ non haberent iam obviam. Et licet Græci βούτυρον appellent; monet ta-en Caſaubonus animadv. in Athen. lib. 10, c. 14 originę ræcam non eſſe hanc dictionem, ſed tractam à vicinis gen-bus, qvæ rationem butyri conficiendi Græcos docuerunt, iam teſte Ariſtotele. *Qvi enim*, ut inqvit Caſaubonus, *hraciam, Pæoniam, Scythiam, aliáſq; nationes barbaras adie-nt, cùm earum ϖειήγαλον ederent, primi id nomen in Græ-um invexerunt. At propriam appellationem ejus pingvis ſub-antia, qva habetur in lacte, ſola Ebræa lingva novit, qvâ* חֶמְאָה *appellatur.* Qvanqvam explicare debuiſſet Ca-ubonus, qvomodo Hebr. חֶמְאָה pingvem lactis ſub-ntiam connotet; id qvod non usq; adeo liqvidum eſt. *c inum*) Cic. 5 Tuſcul: *Tanqvam lenia qvædam vina nihil lent in aqva, ſic Stoicorum iſta magis guſtata, qvàm potata lectant.* Plin. lib. 14, c. 20: *Cæterò vinorum medicaminis nta cura eſt, ut cinere apud qvoſdam, ceu gypſo, alibi qvibus ximus modis inſtaurentur.* Et alibi: *Vinorum flamma ac-nditur.* Idem 15: *Vinum in qvo ſapores plures ſentiuntur,*



Digitized by Google

*ut vinis namqve his, & auſterus, & acutus & dulcis &*, &c. Virg. 1 Æneid: *Crateras magnos ſtatuunt & vin...vant.* Seneca *Crebris vinis menſam diſtractam* ait. Hei... que ſeqventia excipe. *Mella*) vide ſuprà, ſicut & *thu... fruta*) Virgil. 4 Georg: *Proderit & tunſum gallæ ... ve ſoporem, Arentéſq; roſas, aut igni pingvia multo Defru... Muſta*) Ovid. 4 Faſt: *Præmia de lacubus proxima muſ...* Plin. lib. 23, cap. 1: *Muſta differentias habent natura... qvòd ſint candida, aut nigra, aut inter utrumqve, ali... qvibus vinum fiat, alia ex qvibus paſſum. Ceræ*) V... Georg: *Aut ſuffire thymo, ceráſq; recidere inaneis Q... bitet? — Olea*) Plaut. Stich. 5, 4: *hoc convivium ... opibus noſtris ſatis commodulè nucibus, fabulis, ficulis, ... in tryblio, lupilli comminuto cruſtulo.*

VI. Nomina virtutum, vitiorum, ... borum plerorumqve, & ætatum: ut, ... *perfidia, podagra*[a,] *ſenium, ævum**.

a *Podagra*) Ovid. 1. de Pont. Eleg. 4: *Tol... doſam neſcit medicina podagram Nec formidatis au... aqvis.* Eſt autem articularis pedum morbus, ſic dictu... ποδὸς ἄγρα pedis captura. * His tanqvam ... alij annumerant: *paupertas, fames, ſitis, peſtis, lues, ... nex, tuſſis, culpa, ſupellex, ſors. Qvia hæc*, inqvit F... nus, *tam ſingulariter, qvàm pluraliter prolata idem ... ſignificare.* Nota. Poſſunt tamen horum qvædam ... plurali uſurpari, de qvo autores conſulendi ſunt. Co... dixit: *in maribus ac peſtibus*. Et Cicero 5 Fam. epiſt. ... *ſtes hominum*, id eſt, homines noxij & peſtiferi. ... *multorum neces.* Nominativo ſingulari utitur Cicero ... lone: *Inſidiatori verò qvæ poteſt juſta nex inferri?* Qv... nemus eorũ inprimis causâ, qvi Nominativum non p... Idem lib. 24, c. 8: *tuſſes concoqvere*. Deinde de virtut... minibus nota, qvod Horatius habeat: *Bella qvis & pa... gum diffundit in ævum.* Et in Epiſt: *Hoc paces habue...*

*ꝫ caritates patrionum com-*
*itudines* &c.

aut rarò pluralia.

[*a*,] *muſcus* [*b*,] *ve-*

[*f*,] *limus*, *pontus* [*g*,]

utorum meliorum lectione
ùs numerus ſingularis ſive
t admittatur. Qvare de his
conſuluiſſe. certò enim re-
qvæ ſingularia tantùm eſſe,
li uſurpata inveniuntur: &
æ pluralia tantùm alij dicti-
n reperies, Ut autem tiro-
re aliàs dubia teneant: nu-
deficientia certis verſiculis
tior factus, alterò numerò
rium claſſici ſcriptoris oc-
è tum alio utetur caſu, qvàm
bit, qvæ rarò inveniuntur.
invenies in Latinorum mo-
rarum interpretes ac Eccle-
xtus emphaſes exprimant,
mittunt. Qvod ut ad oculum
a קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ צֹעֲקִים
ij & Tremellij Verſione

*ocem ſangvinum fratris tui*,
, Gen. 4, v. 10. ubi pluralis
contra Latinorum conſvetu-
atius lib. 1. Epiſt. 10: *Tu ni-*
*dum*

*dum ſerbas, ego laudo ruris amœni Ribos, & muſcô circum-* *ſaxa, nemúſq.* Eſt autem *muſcus* lanugo corticibus arb- rum, & fontium marginibus, & humidis locis innaſce- Differt autem à voce exotica *moſchus*, qvâ precioſum odo- mentum indigitatur. *c Veſper)* Catullus: *Veſper* *eſt, juvenes, conſurgite: veſper Olympo.* Etenim *veſper* n modò adhibetur ad denotandum veſpertinum tempus, nonnunqvam cœnam veſpertinam, qvo de gemino ſign catu ſuperiùs p. 251: ſed etiam ſtellam Veneris, qvæ aliàs imitationem Græcanicæ dictionis ἕσπερος uſitatè *Heſpe-* dici conſvevit. Plauto, Varroni, & Feſto *Veſperugo*, Opi *Veſperus*, Catullo *Noctifer*; qvibûs nominibûs appellatu qvando ſolem occiduum ſubſeqvitur, velut è contrar qvando ortum ſolis antevertit, *Phoſphorus* & *Lucifer* dicit Virgilius Eclog. 10, ult. Hexam: *Ite domum Satyræ, ve* *Heſperus, ite capellæ.* & Eclog. 8: — *tibi deſerit Heſpe-* *Oetam.* Plaut. Amphit. 1, 1: *Nam neqve ſe Septemtrio* *qvôqvam in cœlo commovent, Neqve ſe Luna qvôqvam mu* *atqve uti exorta eſt ſemel, Nec jugulæ, neqve Veſperugo, n* *Vergiliæ occidunt.* Varro lib. 6 Ling. Lat. pag. 81: *Veſpe-* *go, ſtella qvæ veſpere oritur, à qvo etiam Opilius ſcribit veſ-* *rum, itaqve dicitur: Alter veſper adeſt, qvem dicunt Gr* διέσπερον. In qvem Varronis locum ita Victorius ſcrib *Priſci illi, cœleſtis rationis ignari, diverſas ſtellas Phoſp-* *rum & Heſperum exiſtimabant.* Parmenides primus una eandémqve eſſe inveſtigavit; alii Pythagoram dixerun Φωσφόρον latinô nomine Varro *Luciferum* appellavi Catullus, qvo ἕσπερον latinè exprimeret, *Noctifer* finxi nam *veſper* à græco vocabulo declinata, græca vox videt In Epithalamio autem hoc fecit, verſiculô illô; *Nimiru* *Oeteos oſtendit Noctifer ignis.* Ita enim corrigendus eſt: cuſi, alij *Eoos*, alij *Ætherios* habent: manuſcripti *Oetos*. autem legendum eſſe, teſtimoniô etiam optimi Poëtæ c firmatur, qvi in paſtorali carmine inqvit, *Sparge marite* *ces, tibi deſerit Heſperus Oetam.* id eſt, nox fit, & veſper

ꝺte adventante, ſtellæ ſurgere,
ė uſurpantur *veſperam, veſperum.*
*e rigandi matutina atqve veſpe-*
*pus atqve veſperum.* Qvô fit, ut
*veſperum* ellipſin ſubſtantivi
*m, tempus,*&c. Martialis lib.8:
*dia noſtra moraris?* Virgil. Ec-
*iens age Lucifer almum.* *d*
vius lib. 1 de Architect. cap. 1
*dicinæ noviſſe oportet, propter*
*λίματα dicunt, & aëres loco-*
*lentes, aqvarumq; uſus. ſine his*
*abitatio fieri poteſt.* Idem cap.
*um excoqvit aëribus* (alij, *à re-*
*oribus fervidis exugendo natu-*
*fervore molleſcentes efficit im-*
*inis qvoniam res conſit utrinq;*
Rabbini imitati אֲוִיר appel-
s הָרָקִיעַ expanſum Pſal. 19.
&c. *e* *Ros*) Pluralis
t: *Qvum primùm gelidos ro-*
. 7: *Sangvineis ſtillavit rori-*
æ filium appellant, eò qvòd
gore in aere confectus & præ-
t. *f* *Caſtus*) Virgil.
*m committere cæſtu.* Ubi Ser-
gô ſcriptum à *ceſto* ſine diph-
*cæſtus, ex corio bubulo fit. Pe-*
*duro,*(ita ille legit pro crudo)
nongo, cingulum eſt Veneris,
vero etiam *Ceſtum* ſine diph-
lorum bubulum clavis con-
, lib. 1 poët. cap. 21: *Pugnis*
*ropterea, qvòd nudi qvum fie-*
*ent, qvàm facerent. Ea lora*

*Græcô vocabulô ceſtus dicta. κεςὸν enim cingulum dicunt. Feſtus autem confundit: Caſtus, inqvit, vocantur & ÿ, qvibus pugiles dimicant. & genus qvoddam muliebris ornatus.* Ex qvo gemino ſignificatu hoc fluit: *Ceſtus* pro cingulo Veneris, qvô uxor à marito cingebatur ad confirmandam fidem maritalem, adeoq; pro ornamento fœminarum, plurali numero caret. Martialis: *Ut Martis revocetur amor ſummi tonantis, à te Juno peto ceſton, & ipſa Venus.* Claud. de Nupt. Hon. & Mariæ: — *blandô ſpirantem numine ceſton Induitur.* Hinc inceſtus, inceſtum, Subſtantivum: & inceſtus Adjectivum, Item inceſto. Qvando verò genus clavæ pilas plumbeas loris bubulis appenſas habens, ſignificat, in plurali non rarò invenitur. Virgil. 5 Æneid: *Qværitur huic alius, nec qviſqvam ex agmine tanto Audet adire virum, manibúſq; inducere caſtûs.* Ibidem: — *ſic deinde locutus, In medium geminos immani pondere cæſtus Projecit* — & alibi apud eundem alióſq;. Porrò Lancilotus lib. 7, cap. 24 notat ſignificare ligamentum vinearum. Varro 1. de re Ruſt. cap. 8: *Sub eam, ubi naſcitur uva, ſubjiciuntur circiter bipedales furculis furcillæ, ne vindemia pereat, & vindemia facta deniqve diſcat pendere in palmam, aut funiculo, aut vinctu qvod antiqvi vocabant ceſtum.* g *Pontus*) Non modò pro provincia Aſiæ minoris, ſed etiam pro mari caret numero plurali. Virgil. 3 Æneid: *Spargite me in fluctûs vaſtóq; immergite ponto.* Hinc Franciſcus Sanctius in paradox. Grammat. lib. 2. parad. 16: *Pontus* à ποντίζω deducit: Cujus tamen verbi nulla exempla afferuntur à Græcis ſcriptoribus, teſte Henricô Stephanô. & ſi vel extaret ποντίζω, [pro eo enim Græci freqventant καταποντίζω, veluti liqvet ex Matth. 18, v. 7.] illud potiùs à πόντος eſſet qvàm hoc ab illo. Meritò autem ibidem Sanctius explodit *ponti* etymon, qvô diceretur *pontus* per Antiphraſin, qvaſi *ſine ponte. olet enim*, inqvit, *fecem Grammaticorum.*

*per qvicqvam magis ridiculum eſt, qvàm qvum Græcis vocibus etymon redditur Latinum, aut contrà: ut lapis, qvia pedem lædat: qvum Græcè ſit* λάας: *petra, qvia teratur pedibus, aut pedem terat, qvum ſit* πέτρη, *vel* πέτρα. Qvòd autem addat multis placere derivare à πόνῳ, id eſt, labore, qvia mare laboribus ſcatet, nihilo melius eſt. Navigantibus enim ſecundâ aurâ alta ſæpe qvies & pingve otium: adeò, ut terrâ iter facientibus major ſæpenumerò devoranda moleſtia & plus pulveris colligendum, qvàm navigantibus, qvos arte laboratæ poſſunt vectare carinæ. Congruentius autem veritati hiſtoricæ etymon inveſtigâſſe exiſtimantur, qvi non modò *pontum* regionem Aſiaticam, ſed etiam *Pontum* mare eidem Ponticæ regioni vicinum, à *Ponto* ejuſdem rege cognominant, qvi Nerei filius ac Neptuni fuiſſe traditur ab Euſebio lib. 1. Præpar. Evangel. cujus regnum, concedente Polemone, Nero in Provinciæ formam redegit teſte Sveton. Sext. Aurel. Victor. & Amm. Marcell. lib. 22. Notandum autem, qvòd propriè & primò *pontus* partem maris Aſiatici ſignificet. Unde Græcis πόντος ἄξενος (qvi poſtea εὔξενος vocatus eſt κατ' εὐφημισμὸν) mare inhoſpitale. Plinius Græcum exprimit lib. 4. cap. 12. & ait, qvòd *Pontus Euxinus* qvondam dictus fuerit *Axenus*. qvem videſis. Sic Αἰγαῖος πόντος, Dionyſ. de ſitu Orbis, *Ægæum mare*, nec non Heſych. πόντος Ἰκάριος. Et Ovidius Elegiaca ſua inſcribit, de *Ponto*. Et hæc eſt propria vocis acceptio. Deinde latiùs latinæ Lingvæ cultores extenderunt ejus ſignificatum ad deſignandum qvodvis mare: qvam ſignificationem alij καταχρηστικὴν appellant. *b Æther*) Apulejus ait: *Ætheris appellatione, cœlum ipſum, ſtellæq́, omnis ſyderea compago intelligitur: non, ut qvidam putant, qvòd igneus ſit, & incenſus: ſed qvòd curſibus rapidis ſemper rotetur.* Cic. 2. de Nat. Deor.

*Aſtra*

*Aſtra, qvæ oriuntur in ardore cæleſti, qvi æther vel cœlum nominatur.* Nonnunquam *æther* pro Jove ſumitur. Lucret. lib. 1: *Poſtremo pereunt imbres: ubi eos pater æther In gremium matris terrai præcipitavit.* Hinc Cicero 4 Academ: *Zenoni & reliqvis ferè Stoicis æther videtur ſummus Deus, mente præditus, qvâ omnia regantur.* Porrò notatu dignum eſt, qvòd pro *æthere* aliqvando inveniatur *æthra, æthra*, inprimis apud Poëtas, qvod latini formârunt ab Accuſativo Græco *æthera* per Syncopen. Virgil. 3 Æneid: *Nam neqve erant aſtrorum ignes, nec lucidus æthra Syderea polus.* — Cic. 2 de Nat. Deor: *Aërem complexa ſumma pars cœli, qvæ æthra dicitur.* His alij annumerant *Sol, mundus, carcer, pulvis*: qvæ ordine expendenda veniunt. *Sol*) *Sol* principe ſignificatu pro uno ac ſolo luminari maximo, plurali caret, qvomodo & Cicero ſcitè etymon *ſolis* accerſit ab Adjectivo ſolus, 2 de Nat. Deor: *Apollinis nomen eſt Græcum, qvem ſolem eſſe volunt: Dianam autem & Lunam eandem eſſe putant, cùm ſol dictus ſit, vel, qvia ſolus ex omnibus ſideribus eſt tantus, vel, qvia cùm eſt exortus, obſcuratis omnibûs ſolus apparet.* Sed qvando parelia ſive apparentes ſoles ſignificat, aut cum gentilitas credidit ſingulîs occaſibûs corpora ſolaria interire, & ſingulîs ortibûs nova prodire, vel pro ſolis radijs, æſtibus vel diebus qvos ſolare lumen metitur, pluralem admittit. Virgil. 2 Georg: *Qvid tantum Oceano properent ſe tingere ſoles.* Ita legunt Erythræus & Taubmannus; licèt alij *condere ſoles.* Idem verſus repetitur ſub finem Æneid. lib. 1. Et lib. 3 Æneid: *Treîs adeo incertos cæcâ caligine ſoles Erramus pelago, totidem ſine ſydere noctes.* Martial. lib. 8: *Hybernis objecta Notis ſpecularia puros Admittunt ſoles & ſine fœce diem.* i. e. radios ſolares. Virgil. 1 Georg. — *glebaſqve jacentes Pulverulenta coqvat maturè ſolibus æſtas*, i. e. calore, æſtu ſolis. *Mundus*) Cicero ex opinione Philoſophorum veterum, Democriti & Anaximandri, qvi complures mundos ſibi imaginati ſunt, plurali numero utitur. Et qvidem l. 1 de Finib: *Atomi, inane, imagines, qvæ idola nominant &c, ab illo* (Epicuro) *ſunt: tum innumerabiles mundi*

qvi

*otidis*, Et lib. 2 Acad. Quæſt.
*ere innumerabiles eſſe mundos*,
*i, non modò ſimiles, ſed undi-*
*ares, ut inter eos nihil prorſus*
*abiles: itémq; homines.* Et po-
*in his qvidem innumerabilibus*
. pag. 201: *Anaximandri au-*
*, longis intervallis orientes, oc-*
*ſſe mundos.* Et paulò pòſt pag.
*is cæteris naturæ effectum eſſe*
*ica, eámq; rem ei eſſe tam faci-*
*e divina poſſe ſolertia, ut innu-*
*um ſit, efficiat, effecerit.* Ma-
merus ſingularis. Id qvod ipſe
hiſce verbîs: *Mundum vocat*,
*verbis, ut hic mundus eſſet ani-*
*ipſo, qvod ſolus atq; unus eſſet.*
*c mundum atq; unigenam pro-*
ſt locus unde prohibemur exi-
Cuſtodia noxiorum. Qvo in
rùm ſingulari uſurpari. Sed
x Firmici Prologo de Mario et-
on excludi: *Ecce*, inqvit, *Fir-*
*nec ibi latitas, ecce carcerum*
*nos carceres.* Qvando verò lo-
alis emittuntur eqvi, ſignificat,
Non tamen diſsimulandû, qvòd
*ruuntq; fuſi carcere currus.* Sic
*a tuba dederant, cum carcere*
*mam celeri pede libat arenam.*
*Impudentésq; illos dicit eſſe qvi*
*cerem ſtet*, &c. Qvod autem
odem Cicerone de Senectute
m ſignificatûs uſurpatum fuiſ-
: *à calce ad carcerem revocari*,
ndatius Carol. Stephani exem-
plar

Digitized by Google

plar ita legit: *Qvod ſi qvis Deus mihi largiatur, ut ex bal*
*bate repueriſcam, & in cunis vagiam, valde recuſem: nec*
*rò velim, qvaſi decurſo ſpatio, à calce ad carceres revoca*
Veluti verò *carceres* loca ſignabant in circo ex qvibus em
tebantur eqvi, adeoqve *carceres* pro principio nonnunqv
ſumuntur: ita terminum ad qvem ſiſtebant curſum, *met*
dixerunt, eóqve pro fine vocabulum meta uſurpari conſ
vit. *Pulvis*) Eſt pulvis 1. terra in tenuiſſimas particu
redacta. Virgil. 4 Georg: — *ceu pulvere ab alto cum*
*nit, & terram ſicco ſpuit ore viator Aridus* —. 2. pul
palæſtrius ſive athleticus. Horatius Carm. lib. 1 Ode 1,
init: *Sunt qvos curriculo pulverem Olympicum Collegiſ*
*juvat* —. Hinc 3, pro ipſo loco certaminis ſeu palæſtræ
mitur. Virgil. 7 Æneid: *Ante urbem pueri, & primævô*
*re juventus Exercentur eqvis domitántq; in pulvere curr*
Qvô etiam communis loqvendi forma nititur, qva dicim
*verſari in pulvere ſcholaſtico*, veluti Cicero conſimili
qvendi modô *pulverem eruditum* dixit lib. 2 de Nat. Deo
*Sed ſi hæc*, inqvit Cicero, *non videtis, qvia nunqvam e*
*ditum illum pulverem attigiſtis.* Voſſius pag. 57 nota
etiam plurale *pulveres* extare apud Horatium. *M*
*ridies*) q. d. *medidies.* Etenim Varro lib. 5 de Ling. L
ait: *Meridies ab eo qvod medius dies. D antiqvi non R i*
*hoc loco dicebant, ut Præneſte inciſum in ſolario vidi, q*
*Cornelius in baſilica Æmilia & Fulvia inumbravit.* Jul
Scalig. cap. 22. de Cauſ. Ling. Lat: *R poſuimus pro D me*
*dies, qvia μέσος & μέσον medium, cognata erant.*
Jeph. Scalig. Conject. in lib. 5 Varron: *Annotandum & i*
*lud, veteres meridiem pro media nocte dixiſſe: qvomodo*
*æqvidiale pro æqvinoctio.* Varro Marcipore: *Repentè*
*vis circiter meridiem, Cum pictus aër fervidis latè igni*
*Cœli choreas aſtricas oſtenderet*, &c. De numero plu
*τοῦ meridies* qvid ſit judicandum, docet pag. 135.

## Singularia Fœminina aut rarò pluralia.

*Fama* [a,] *ſalus* [b,] *proles* [c,] *ſoboles* [

*proſapia* [e,] *tellus* [f,] *Gloria* [g,] *lux* [h,] *pubes* [i,] *rabies* [k.] *cholera* [l,] *alvus* [m,] *humúſq;* [n,] *Taliq;* [o,] *plebs* [p,] *ſanies* [q,] *bilis* [r,] *pituita* [ſ,] *ſtruéſq;* [t;] *Et requies* [x,] *labes* [y.] ——

a *Famæ*) Plaut. Trinum: —— *bene mea malefacta, bene meam Avaritiam tibi: haſcine me propter res maledictas Famas ferunt?* Seneca Epiſt. 114 plurale *famas* qvidem habet, ſed non probat. Diſſerit enim ibi de vitijs orationis Latinæ, & pravam nonnullorum inprimis verò Arruntij imitationem inſectatur, inter alia ita ait: *Qvodam loco Salluſtius dicit: Inter arma civilia æqvi boni famas petit. Arruntius non temperavit, qvo minus primo ſtatim libro poneret: Ingentes eſſe famas de Regulo. Hæc ergo & hujuſmodi vitia, qvæ alicui impreſſit imitatio, non ſunt indicia luxuriæ, nec animi corrupti.* *Fama* autem, autore Feſtô, *à fando dicta eſt, ſicut apud Græcos* φήμη ἀπὸ τῆς φάσεως. b *Salus*) Hâc voce non tantum felicior rerum humanarum ſtatus, integritas, incolumitas &c. ſignificatur: ut Virgil. 2 Æneid: *Una ſalus victis nullam ſperare ſalutem:* Verùm etiam *SALUS* gentilitiæ cujuſdam Deæ nomen fuit. Varro lib. 4 de Ling. Lat. p. 18: *Ab iiſdem dicimus Larem, Veſtam, Salutem, Fortem Fortunam, Fidem.* & p. 13: *Dictos enim colles pluraleis apparet ex Argeorum ſacrificiis; in qvibus ſic ſcriptum eſt, Collis Salutaris qvarticepſos ædem Qvirino: collis Salutaris qvarticepſos adverſum eſt pila Naris, ædem Salutis* &c. Auguſt. l. 3 de Civit. Dei, c. 23: *Romæ etiam Febri, ſicut Saluti, templum conſtitutum.* Plaut. c. 3, 3: *Neq; jam ſervare SALUS, ſi volt, me poteſt: nec copia eſt.* Ter. Adelph. 4, 7: *Ipſa ſi cupiat SALUS, ſervare prorſus non poteſt hanc familiam.* c *Proles*) Non modò ſobolem humanã notat, Virg. 1 Æn: —— *pulcrâ faciã te prole parentẽ*, & 3 Georg. *Atq; aliã ex aliâ generando ſuffice prolem:* ſed etiam plantis accômodatur. Idẽ Virg. 2 Georg. ſub init: *Hactenus arvorũ cultus, & ſidera cœli: Nunc te Bacche*

*ca-*

Digitized by Google

*canam, nec non ſylveſtria tecum Virgulta, & prolem tardè creſcentis olivæ.* *d* *Soboles*) Primò in genere fructibus eorum qvæ ſubóleſcunt tribuitur. Hinc Feſtus: *Suboles ab oleſcendo, id eſt, creſcendo, ut adoleſcentes qvoqve & adultæ, & indoles dicitur.* Lucret. lib. 5: *Sive virûm ſoboles, ſive eſt mulieris origo.* Virgilius: *Cara deûm ſoboles, magnum Jovis incrementum.* Hanc ſcripturam Feſti ſeqvitur Giſanius in collectaneis ad Lucret. cujus verba hæc ſunt: *Subolet. Non ſcribo qvidem ὀρθογραφικά; reprimere tamen, méq; continere non potui, qvin teſtatum relinqverem, hanc vocem vulgò perperam ſcribi, ſoboles, cum in* 5 lib. Lucret. Cic. Virg. Hor. Prudent. Pandectis, Flor. Feſto, *aliorum deniqve omnium, ſuboles, ſcriptum invenerim. eámq; ſcripturam notatio ipſa confirmat planiſſimè; nam ab oleſcere & ſub deductum eſt, teſte Feſtô; ut, adoleſcens, ab ad & oleſcere, id eſt, creſcere. neqve ignoro harum literarum U & O magnam inter ſe olim fuiſſe permutationem: adeo ut omnino conſentiam illis qvi adulescens veteres etiam ſcripſiſſe adfirmant, libris veterum ei liqvidò atteſtantibus: verùm in ſuboles non idem admiſero, cùm veteres libri conſtanter repugnent. Hæc leptologemata ſunt, & ab alijs etiam admonita. ſcio, ſed ſæpe cogimur & minuta & ab alijs tractata inculcare.* Hæc ille. Deinde in ſpecie plantis, animalibus, maximéq; hominibus accommodatur. Plurali uſus eſt Columella lib. 9, cap. 24: *Ab exortu vergiliarum ad ſolſtitium, qvod fit ultimô menſe Junio, circa octavam partem Cancri ferè exanimant alvi, qvô tempore vehementiùs cuſtodiri debent, ne novæ ſoboles diffugiant.* De apibus eſt ſermò. Et lib. 5: *Nemo jam ſerit ex ſameta, ſed ex ſobolibus.* de ulmo loqvitur. *e* *Proſapia*) Cicero de Univerſit: *Deinceps Jovem atqve Junonem reliqvos fratres inter ſe, agnatóſq; uſurpare atqve appellare ſolemus, & eorum, ut utamur veteri verbo, proſapiam.* Qvintil. lib. 1, cap. 11, *teſtatur proſapia eſſe verbum inuſitatum.* Et lib. 8, cap. 3, de ornatu: *Ut obſoletæ, inqvit, vetuſtatis univerſam ejus proſapiam dicere, inſulſum.* Cato, notante Voſsiô, p. 58 *veteres proſapias* dixit. *f* *Tellus*) 1. Idololatricæ antiqvitati Tel-

Digitized by Google

ellus Dea habita eſt. Cicero 3 de Nat. Deor: *Jam ſi eſt Ce-res à gerendo, ita enim dicebat: terra ipſa Dea eſt, & ita ha-etur: qvæ eſt enim alia Tellus, niſi terra?* 2. Ipſam terram otat. Virgil. 1 Georg: *Tempore qvanqvam illò tellus qvoq; & æqvora ponti.* g *Gloria*) Pluralis eſt apud Plau-um Milit. 1, 1: *Perjuriorem hoc hominem ſi qvis viderit, Aut loriarum pleniorem, qvàm illic eſt.* Gellius lib. 1: *Qvi ſin-ulos artus ſuos fortuna producendos daret qvæſtu, atqve com-endiô gloriarum.* Idem: *Has illas inanes cùm flaret glorias.*

*Lux*) Apulejus in Coſmo de cometis: *Sed plerunqve lu-s iſtæ repentinò ortæ ſtatim occidunt.* Ovid. 6 Faſt: *Aſpi-t inſtantes mediis ſex lucibus Idus.* Et in eodem: *Poſt ſe-tem luces Junius actus erit.* In qvibus locis Ovidius *luces* ve *lucibus* in plurali pro diebus uſurpavit. i *Pubes*) ollectivè acceptum pro plurium puberum numero, plurali ret. Virgilius lib. 1 Æneid: *Atqve omnis facibus pubes ac-ngitur atris.* Idem lib. 5 Æneid: *Cætera Trinacriis, pubes nioris Aceſtæ Fertur eqvis.* — Plautus Pſeud. 1, 1: — *Dico mnibus, Pube præſente, in concione, omni poplo, Omnibus nicis, notisq; edico meis, In hunc diem à me ut caveant, ne adant mihi.* Hanc Plautinam loqvendi rationem ita expli-vit Feſtus. *Pube præſente*, inqvit Feſtus, *eſt populô præ-nte, συνεκδοχικῶς ab iis, qvi puberes ſunt, omnem popu-m ſignificans.* Et ſubjungit: *Pubes & eſt qvi pubem gene-re poteſt. is incipit eſſe à qvatuordecim annis, femina à duo-cim viripotens, ſive patiens, ut qvidam putant.* Prima autem propria vocis ſignificatio, eſt lanugo. unde eſt verbum *beſcere*, id eſt, lanuginem emittere, qvod non modò *juve-ibus*, ſed etiam *arboribus*, *plantis*, &c. tribuitur. De vero u vocum, *pubes*, *impubes*, *puber*, *impuber* conſule pag. 54.

*Rabies*) Propriè eſt morbus furentium canum. metapho-cè autem nonnunqvam ad homines, aliáſq; res transfertur. vid. 14 Metam: *Státq; canum rabies, ſubjectáq; terga fera-m.* Virg. 7 Æneid: *Hic ſubitam canibus rabiem Cocytia rgo Objicit* —. Idem lib. 6 Æneid: *Et rabie fera corda tu-ent* —. Idem lib. 5 Æneid: — *ſæpe furores Compreſſi &*



Digitized by Google

*rubiem tantum cœliq; mariſq;.* Idem lib. 8: *Et belli rabies, &*
*amor ſucceſſit habendi.* l *Cholera*) Plinius lib. 31, c. 6
*Tormina qvoqve & choleram calida infuſa clyſteribus ſeda*
*Choleram* autem tradunt eſſe commune ſtomachi ac inteſt
norum vitium, ſive morbi genus violentô qvôdam præcip
tis vomitus & dejectionis impetu corpus humanum conve
lens atq; crucians. Nomen autem ducit à χολὴ, id eſt, bili
ob biliofam materiam, qvæ excerni ſolet. Vide Celſum lib. 4
cap. 11, & 2, cap. 13. m *Alvus*) Cicero 3 de Nat. Deor
*Æſculapius tertius, primus purgationem alvi, dentiſq; evulſio*
*nem, ut ferunt, invenit.* Celſus lib. 2, cap. 7: *Poſt alvi lon*
*gam reſolutionem ſeqvuntur tormina.* & cap. 12: *dejectione*
*antiqvi variis medicamentis, crebraq; alvi ductione in omni*
*bus ferè morbis moliebantur.* & c. 3: *Qvibus juvenibus in ado*
*leſcentia fuerit aſtricta alvus, ſæpe in ſenectute ſolvitur.* Plu
rale extat apud Plinium lib. 21, c. 19: *Narciſſi duo genera in*
*uſu, medici recipiunt. Unum purpureo flore, & alterum her*
*baceum. Hunc ſtomacho inutilem & ideò vomitorium, alvoſ*
*ſolventem, nervis inimicum* &c. Et lib. 29. cap. 3: *Qvo in ge*
*nere non alvos tantùm, ſed & menſes fœminarum ſiſtunt,* &c
& mox addit: *iterumq; cum trito pipere torrentur ad cohi*
*bendas alvos.* De genere hujus vocis vide pag. 138, 139.
*Humus*) Virgil. 3 Georg: — *tentanda via eſt, qvà me qvo*
*poſſim Tollere humo victorq; virûm volitare per ora.* Idem 5 Ec
log: *Spargite humum foliis* —. Eſt autem *humus* terra non
nihil humida, adeóq; apta fovendis ſatis atqve plantatis, &c
Sic dicta ab humore fœcundo, qvem continet. o *Ta*
*lio*) Plinius lib. 7, cap. 54: *Ipſum cremare, apud Romano*
*non fuit veteris inſtituti: terrâ condebantur. At poſtqvam*
*longinqvis bellis obrutos erui cognovêre, tunc inſtitutum.* E
*tamen multæ familiæ priſcos ſervavêre ritus: ſicut in Corneli*
*nemo ante Syllam Dictatorem traditur crematus. Idq; vo*
*luiſſe, veritum talionem, erutô C. Marii cadavere. Sepultu*
*intelligitur qvoqvô modô conditus: humatus verò humô conte*
*ctus.* Gellius lib. 20, cap. 1: *Qvônam igitur modô impruden*
*tem poterit imitari, qvi in exeqvenda talione non licentia ju*

*ha*

*habet, ſed imprudentiæ?* Et poſtea: *Ut contraria actio mutua talionis oriatur, & adoleſcat infinita qvædam reciprocatio talionum.* Ibidem: *Qvod ſi ita eſt, ut dico, & ut ipſe æqvitatis habitus demonſtrat, taliones illæ tuæ reciprocæ argutiores, profectò, qvàm veriores fuerunt.* Eſt autem *talio* talis retributio, qvalem merebatur factum, cum ſcilicet patimur tale, qvale fecimus. In pejorem enim partem freqventer ſumitur. Lex autem *talionis* eſt lex paris vindictæ. Feſtus ait: *Talionis mentionem fieri in duodecim ait Verrius, hôc modô, ſi membrum rapſerit, ni cum eo pacit, talio eſto. neqve id, qvid ſignificet, indicat. puto qvia notum eſt, permittit enim lex parem vindictam.* Hæc ille: Exempli gratia. Si qvis manum alii cui amputaverit, illi manus Romanorum lege amputari debet. Et in tabulis Veteris fœderis ſancitum legimus, oculum oculô, manum manu, pedem pede, dentem dente, ſangvinem gladiô effuſum gladiô piandum eſſe Exod. 21. v. 12, 23, 24. Levit. 24, v. 20. Deut. 19, v. 21. De qva talionis lege judicium Chriſti extat Matth. 5 v. 38, 39. p *Plebs*) Cicerô Tuſc: *In Hyrcania plebs publicos alit canes, optimates domeſticos.* Idem Attic: *Gradus templorum ab infima plebe completi erant.* Et pro Milon: *Plebs & infima multitudo, &c.* Hàc itaqve voce deſignari ſolet ignobile vulgus & promiſcua viliorum hominum multitudo. Diſtingvit Gellius l. 10. c. 20, ex Capitone *plebem* à populo hôc modô: *Plebem, inqvit Gellius, autem Capito in eadem definitione ſeorſum à populo diviſit, qvoniam in populo omnis pars civitatis, omnéſqve ejus ordines continentur. Plebs verò ea dicitur, in qva gentes civium patriciæ non inſunt.* Qvare *plebs* à populo eô differt, qvô ſpecies à genere: nam appellatione populi, univerſi cives ſignificantur, connumeratis etiam patriciis & Senatoribus. *Plebis* autem appellatione, ſine patricijs & Senatoribus, cæteri cives ſignificantur. Ebræi *infimam plebem* ſive plebeios ac inferioris ſtatûs homines vocare ſolent בְּנֵי אָדָם *filios Adam ſive hominis*: veluti è contrario magnates & viros rerum præclarè geſtarum gloriâ illuſtres appellant



Digitized by Google

בְּנֵי אִישׁ *filios viri.* Pſalm. 49, verſ. 3: בְּנֵי אִישׁ גַּם בְּנֵי אָדָם *Etiam filij hominis, etiam filij viri* h.e. ſum & infimi. Et ipſe Cic. vilem, humili loco natum, ac veluti mi abjectum, *terræ filium* nominat, ad Attic. lib. 1. 8: *hæc ad te ſcribam aliàs ſubtiliùs: nam neqve adhuc mihi ſ nota ſunt: & huic terræ filio neſcio cui committere epiſtola tantis de rebus non audeo.* Plurali *plebes* utitur Columella ſed metaphoricè, lib. 9, c. 11: *Qvod ſi nullam progeniem lerint favi duas vel tres alveorum plebes in unum contribue licebit, ſed priùs reſperſas dulci liqvore.* Dicitur & *ple* in Nominativo ſingulari. Livius 2 ab Urbe: *Eô nuntiô er fratres, erecta plebes.* Sic, *anxia plebes* apud Stat. 2 Sylv &, *Jejuna plebes* apud Lucan. lib. 5: —— *neſcit plebes jejun timere.* & lib. 7: *Decipitur qvod caſtra rapit, capit impia p bes.* Auſonius Eidyl. 1. in Dominicam reſurrectionem: *xia qvem ſcelerum plebes tremit, almâqꝫ rurſum Conceleb totis animarum turba piarum.* Et Eidyll. 9: *Læta operu plebes, feſtinantésqꝫ coloni Vertice nunc ſummo properant.* Idem in precatione matutina ad Deum: *Salvator Deu Dominus, mens, gloria, verbum, Filius & vero verum de lu ne lumen. Conſona quem celebrat modulato carmine plebes reſponſuris ferit aëra vocibus, Amen.* Rhenius Gram. L pag. 93 notat, qvòd lib. 3. Cod. de Ferijs legatur formâ p rali, *plebes urbana.* g *Sanies*) Virgil. 3 Æneid: *domus ſanie dapibúſqve cruentis Intus opaca, ingens* ——. I dem: —— *ſaniem eructans ac fruſta cruentô Per ſomnum co miſta merô* ——. Eſt autem *ſanies* 1. humor è corrupto ſa vine, variè craſſus, glutinoſus: ſed minùs qvàm pus. Serv in 8 Æn: *Sanies mortui eſt, tabum viventis, ſcilicet ſangvi Veriùs*, inqvit Popma, *eſt ſaniem eſſe atrum ſangvinem, bum eſſe Liqvorem putridum, cujus appellatione interdu continetur omne id, qvod ex putreſcentibus defluit.* 2. pu dus humor omnis: tum in animalis corpore, tum alijs reb per Synecd. & Metaph. Senec. Medea: *Mortifera ca gramina, ac ſerpentium Saniem exprimit: miſcétqꝫ obſcœ*

Digitized by Google

*ibus*, Plin. lib. 15, cap. 3: *Oliva conſtant nucleo, oleo, carne, amurcâ: Sanies eſt hæc ejus amara* 3. Colori tribuitur, qvia ſanies colorata. Celſus lib. 5: *ſanies eſt glutinoſa, colorata*. Ita lana dicitur ebibere ſaniem purpuræ, Plin. lib. 9, 38: *Rurſusq; mergitur carminata, donec omnem ebibat ſaniem.* v

*Bilis*) Perſius Sat. 3: — *turgeſcit vitrea bilis Finditur, Arcadiæ pecuaria rudere dicas.* *Bilem*, ait Foqvelinus, *nonnulli vitream à colore dici putant, qvòd ſit lucida ut vitrum, unde ſplendida* ab Horatio appelletur 2 Serm. Sat. 3: — *tantum maledicit utriqve vocando Hanc furiam, hunc aliud, juſſit qvod ſplendida bilis*, i. e. ira bilioſa. Et Perſius Sat. 2, Hexam. 13: — *Namq; eſt ſcabioſus, & acri bile tumet* —. *Eſt autem bilis*, definiente Plinio lib. 11, cap. 37, *nihil aliud qvàm purgamentum peſſimi ſangvinis, & ideo in materia ejus eſt, & in felle nigro inſaniei cauſa homini, mortiſqve toto reddito. Hinc & in mores crimen, bilis nomine. Adeò magnum eſt in hac parte virus, cùm ſe fundit in animum, qvin & totô corpore vagum, colorem qvoqve oculis aufert.* Cujus morbi remedia vide apud Plinium lib. 20, cap. 4. Plurali utitur Plinius lib. 20, cap. 9: *Biles detrahere non percoctam putant. Item album ſolvere, eandémq; bis coctam ſiſtere.* ſ

*Pituita.*) Perſius Sat. 2: — *nam fratres inter ahenos Somnia pituitâ qvi purgatiſſima mittunt, Præcipui ſunto, ſitq; illis aurea barba.* Ex pituitæ enim affluentia ſomnia proficiſcuntur, ut ait Celſus. Horatius 2 Serm. Sat. 2: *Lenta feret pituita, vides ut pallidus omnis.* Eſt autem *pituita* qvilibet in corpore, redundans humor, qvi à Græcis φλέγμα dicitur: cujus qvatuor ſpecies à medicis aſſignantur. Plinius etiam arboribus tribuit, lib. 17, cap. 27: *Defluens pituita abſtergeatur.* Et Columella gallinis, lib. 8: *Sæpe etiam jam validioribus remedijs factis, atqve ipſis matribus etiam vitandæ pituitæ pernicies erit.* Qvintilianus lib. 1, cap. 9, aſſerit Lælio *pituitam*, dici, *qvia petit vitam*, qvod tamen non admittens ſubjungit: *Sed cui non poſt Varronem ſit venia?* Plurale eſt apud Plinium lib. 25, c. 5: *Pecorum & jumentorum pituitas ſanat ſurculô per aurem trajectô, & poſterô die eâdem horâ exemptô.*


Digitized by Google

Confer ea qvæ habet Chabotius ad hanc vocem lib. 2 Hor.
cap. 2. *t* *Strues* ) 1. Congeries eſt jam *lignorum*, L
vius 1. bell. Pun: *Struem lignorum ingentem faciunt.* jam *ſ*
*linarum*: Cicero ad Attic. lib. 5, Epiſt 12 ſub finem: *Noſt*
*autem negotia (qvoniam Romæ commoraris) amabo te exp*
*ea; de ſtrue ſalinarum planè rogo.* Sed Turnebus Adv. l. 1
c. 18 ſub finem propenſior eſt in hanc lectionem: *De ſtru*
*Saliarum: ut rem divinam Attico mandet Marti Gradivo ſ*
*ciendam, dum militia erat. Strues autem* (addit) *ſacris adh*
*bebatur, ut & Fertum: & Martis ſacerdotes erant Salij.* N
tamen certi heîc præſcribit. ait enim ſe non tam teme
rium eſſe, ut vocem *ſalinarum* ſuô movere locô auſit, & S
*liorum* voçulam ſubſtituere: ſed ſe tantùm oſtendere velle
qvis alteram amplecti ſcripturam mallet, figuratum ex
ſenſum deduci poſſe. Alij ergò rectè exiſtimant ſimplicem h
jus loci ſenſum & lectionem retinendam eſſe. duo enim
negotia Attico ſuô nomine expediunda mandat: alterum
de *ſtrue ſalinarum*, alterum de aqva. Sed ſimplex *aqva* h
intelligitur & communis. Talis & *ſtrues* erit. Jam deniq
*uvarum*, Plin. lib. 14, c. 4: *Cucurritq; non nemo ad ſpecta*
*das uvarum in ijs vineis ſtrues.* ubi plurale eſt. 2. fuit gen
libi ſacris gentilitijs deſerviens. Feſtus: *Strues genera li*
*rum ſunt, digitorum conjunctorum non diſſimilia, qvi ſuper*
*& à panicula in tranſverſum continentur.* Gellius lib. 10, c.
*Neqve in eo lecto cubare alium fas eſt, neqve apud ejus le*
*fulcrum, capſulam eſſe cum ſtrue atqve ferro oportet.* Sed T
nebus lib. 13 Adverſ. cap. 18, mavult legere *cum ſtrue & f*
*to. Strues enim*, inqvit, *eſt genus libi, cujus in ſolo tracta*
*rinacea multa, velut toruli aut digiti, ordine ſtructa & ſe*
*conjuncta ponebantur: velut in ſphærita ſphæra & globuli m*
*ti in ſolo placentæ ponebantur. fertũ à ferendo interpreta*
*Verrius: qvod ad ſacrum ferretur, alij ferctum dicunt, ut*
*genus ſit, qvod intus aliqvâ re farciebatur: qvod genus eti*
*hodie faciunt.* Ovid. 1 Faſt.: *Hæc adolet flammis cum ſtr*
*farra ſuis.* — *u.* *Reqvies* ) Cicero de Senectute:
*ſenectutis reqvietem, oblectamentumq; noſcatis.* Sed I

Digitized by Google

tejus Ciceroni ſcribens lib. 5 Epiſt. *reqviem* habet: *Vel animô defatigatô tuô, qvi nunc reqviem qværat ex magnis occupationibus.* De reliqvis qvæ alij affirmant carere plurali in Qvinta declinatione, vide pag 99. x *Labes*) Cicero pro Cælio: *Ne probrum caſtis, labes integris, infamia bonis inferatur.* Idem 3 Officior. pluralem habet: *Hunc tu qvas conſcientiæ labes in animo cenſes habuiſſe? qvæ vulnera?* Gellius lib. 1, c. 2: *Rem verò Ethicam, naturámq́ humani ingenij, virtutúmq́ origines, officiáq́ earum confinia: aut contrà, morborum viciorúmq́ fraudes, animorúmq́ labes ac peſtilentias aſſeverabat, nulli eſſe ulli magis ea omnia explorata, comperta, meditatáq́.* *Labes* autem, definiente Feſtô, 1. macula in veſtimento dicitur, & 2. μεταφορικῶς transfertur in homines vituperatione dignos. Hæc ille. 3. nonnunqvam ruinam rerum lapſui vel vicinarum vel obnoxiarum, notat, atqve vel propriè; ut Lucret. lib. 2: *Sit igitur magni qvoq́ circum mœnia mundi Expugnata dabunt labem, putréſq́ ruinas*, qvomodo & lacunas terræ deſidentis & fatiſcentis vi & impetu alluvionis, tempeſtatis &c, nonnunqvam deſignat, Cic. de Divin: *Delata etiam ad Senatum labes agri Privernatis, qvum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet.* Vel metaphoricè. Cic. pro Domo ſua: *Nam ſi illa labes ac flamma Reipub. ſuum illum peſtiferum & funeſtum Tribunatum, qvem auctoritate humanâ tueri non poteſt, divinâ religione defenderit.* Idem 2 Verr: *Labes ac pernicies provinciæ.* Nomen autem accepit à labendo. Hoc membrum ut tandem concludamus, corollarij vice nota, qvòd ab alijs hiſce juncta reperias ſequentia: *paupertas, fames, ſitis, peſtis, lues, tabes, nex, tuſſis, culpa, ſupellex, Fors.* ſed de his undecim aliqvid ſuperiùs conſtituimus. Qvòd verò porrò hæc accumulent: *contagio, fuga, gaza, indoles, juventus, mors, philoſophia, pix, ſenectus, ... , memoria, culpa:* de ijs paucis monendum eſt. *Contagio*) Contagiones dixit Cicero lib. 1 Offic: *Contagiones malorum qvæ ab uno profecta, manant latiùs.* Et lib. 2. Offic. *Græciam evertit contagionibus malorum.* *Fuga*) Virgil. lib. 5 Eneid: *Haud aliter Teucrûm nati veſtigia curſu Impediunt,*



Digitized by Google

*texúntque fugas & prælia ludo.* *Gaza*) Horat. lib. 1. Carm. Ode 29: *Icci beatis nunc Arabum invides Gazis, & acrem militiam paras.* Et Lucanus lib. 7 dixit: —— *Eoásque premunt tentoria gazas.* Nec non Claudiano de nupt. Honor. *nobiles gazæ* dicuntur. Seneca in Herc. furent. *gazis inhians.* Eſt autem *gaza* dictio Perſica, qvæ ſpecialiori ſignificatu Regis Perſici theſaurum deſignat. Curtius lib. 3: *Igitur qvaſi parum monumentis oppidi fidens ante ſolis ortum, pecuniam regiam (gazam Perſæ vocant) cum pretioſiſſimis rerum efferri jubet, ſimulans fugam.* Eſth. 3, verſ. 9, gazæ dicuntur גִּנְזֵי ginzee: לְהָבִיא אֶל־גִּנְזֵי הַמֶּלֶךְ h. e. ad perferendum ad gazas Regis. Idem leges Eſth. 4, v. 7. ubi 70 גִּנְזֵי exponunt γάζαν. Sed Eſdræ c. 5, v. 17, & c. 6. v. 1, extat forma Chald. גִּנְזַיָּא ginzaja. ibi 70 γάζα. Syrus tamen Joh. 8. v. 20 habet בֵּית גַּזָּא beth gazza, Gazophylacium. Sic Marc. 12. v. 41. Luc. 21, 1. Laxiore verò vocis ſignificatu qvemvis theſaurum ac precioſam ſupellectilem deſignat. Virgilius 1 Æneid; *Arma virûm, tabulæque & Troïa gaza per undas.* Idem l. 2, —— *huc undique Troïa Gazæ Incenſis erepta adytis, menſæque deorum, Cratereſque aurô ſolidi, captivâque veſtis Congeritur* ——. *Indoles*) Cicero 3 Offic: *Itaque his omnes in qvibus eſt virtutis indoles, commoventur.* Eſt autem *indoles* naturæ vis, facultas & propenſio, qvæ creſcendo ſeſe oſtendit. In pueris ſignificatio eſt futuræ probitatis. In viris ſignum præſentis virtutis. Cicero de Attic: *Cæſaris verò pueri mirifica indoles virtutis.* Feſto exponitur *incrementum, induſtria.* In qvem Scaliger ita commentatur: *Incrementum ſignificat primigeniâ notione. Ut apud Gellium mendi indoles. Olere enim, creſcere, ſignificat & ſpem, qvam ex vultu colligimus virtutis futuræ in pueris, qvæ vocatur χαρακτὴρ à Græcis. ut ab Euripede dictum, ὡς δεινὸς τῆς εὐγενείας χαρακτήρ. Gloſſa: indoles,* καλὴ ἐλπὶς ἐν νεωτέρῳ. Pluralis numeri teſtimonia nulla afferunt autores. *Juventus*) No-

mi-

aus, eò ergo *Juventus, ſenectus*
Cicero: *Qvibus videmus opta-*
Fin: *Præclaræ ſunt mortes im-*
*In primis autem miraculo ſunt*
*na.* Idem lib. 13, c. 21 *dixit*
, Epigr. 22: *Sirenas hilarem*
*q; mortes, gaudiúmq; crudele.*
*us es, ut æſtimes deos mortium*
eclam. 2: *Contra verbera & ex-*
*ertulére patientiam.* Tacitus:
. Columel. lib. 9, c. 11: *Pœnis*
*oſophia)* A. Gellius lib. 5, c. 3:
*us, qvum ingenium benefacien-*
*áq;, qva facere mecum poſſis.*
*habuit, & ſumptum miniſtra-*
*eſſe eum fecit, qvantus poſtea*
cem *Album.* Ubi de Protagora
norum concinnè connexo, &
ùm à Democrito judicatus eſt
& ad ea ſeqvanda modò memo-
natur. Idem Gellius lib. 4, c. 11
*ec diſcere appetivi.* Lancilotus
n in Oratore dixiſſe, *duarum*
tat ad claſſem generalem liqvi-
*a)* Terent. Adelph: *Inſpicere*
*nium jubeo: atqve ex aliis ſume-*
Finib: *Duarum vitarum nobis*
em 1 de Nat. Deor: *Deus homi-*
Idem: *Serpit per omnium vit*
g: *Qvenqve ſibi tenuets naſcen-*
d: *Et ni docta comes tenuets ſine*
*re cava ſub imagine formæ.* Ibi
*q; & crimina diſcit. Memoria)*
*veterum memoriarum ſcriptum*
*ſem apud regem Antiochum fa*
ruvius qvoq; dixit *memoriarum*

*grandibus*, teſte Lancilotô lib. 7, cap. 25. *Culpa*) *Culpas* dixit Cicero in Verrem act. 7. dum ait: *In hoc uno genere omnes ineſſe culpas iſtius maximas, avaritiæ, libidinis* &c. Nec obſtat, qvòd unum tantùm ac peculiare criminis genus ſignificet, nam ubi plures ſunt autores ac plura crimina, ibi plures culpas concurrere neceſſum eſt.

## Singularia Neutra, aut raró pluralia.

*Ver* [a,] *pelagus* [b,] *lethum* [c,] *cœnum* [d,] *nihilúmque* [e,] *penúmque* [f;]

*Juſtitium* [g,] *vulgus* [h,] *jubar* [i,] *diluculum* [k,] *&* *album* [l,]

*Fel* [m,] *gluten* [n,] *barathrum* [o,] *atqve gelu* [p,] *vervactum* [q,] *ebur* [r,] *epar* [ſ;]

*Vitrum* [t,] *hilum* [u,] *atqve lutum* [x,] *virus* [y,] *pus* [z,] *faſcinum* [α] *&* *halec* [β;].

Adde *ſalum* [γ,] *viſcum* [δ,] *atqve ſolum* [ε;] adde *ſinum* [ζ] *atqve macellum* [η.]

a *Ver*) Cicero de Senect: *Ver tanqvam adoleſcentiam, oſtenditque fructus futuros: reliqva tempora demetendis frugibus, aut percipiendis accommodata ſunt.* Siſenna lib. 4 Hiſtor: *Qvondam Sabini feruntur voviſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſe ver ſacrum facturos.* Qvid verò ſit ver ſacrum, explicat Feſtus hîſce verbîs: *Ver ſacrum vovendi mos fuit Italis. magnis enim periculis adducti vovebant, qvæcunqve proximô vere nata eſſent apud ſe animalia, immolaturos. Sed cum crudele videretur pueros, ac puellas interficere, perductos in adultam ætatem velabant, atqve ita extra fines ſuos exigebant.* Confer Livium Decad. 3, lib. 2,

&

& Decad. 4, lib. 4. Plurali numero planè deſtituitur. Eum enim circumſcribere ſolent, more Ovidij 5 Ep. ſt: *Tepidi veris tempora.* Dicitur autem *ver*, autore Varrone lib. 5, p. 47, *qvòd tum virere incipiunt virgulta, ac vertere ſe tempus anni, niſi qvòd Iones dicunt* ἔαρ. Græcis eſt ἦρ, qvod contractum eſt ex ἔαρ. Hodie Græcis καλοκαίρι, id eſt, bonum tempus, καλὸς καιρός. *b Pelagus*) Plurali *pelage* uſus eſt Lucretius ſub initium lib. 5, Hexam. 36: *Propter Atlanteum littus, pelagéq; ſevera, Qvò neqve noſter adit qviſqvam, nec barbarus audet?* Et lib. 6: *At pelage multa, & latè ſubſtrata videmus.* Ita legit Lambinus, qvamvis Giſanius legat *pelagi.* Ubi Lucretius imitatur Græcos, qvi dicunt πελάγη, maria, veluti idem à Græco μέλη, Latinâ formâ *mele* dicit lib. 2 de rer. Nat: *Et cygnea mele, Phœbeáq; dædala chordis.* Confer pag. 119, 120, & de genere hujus vocis vide pag. 145. Eſt autem *pelagus* altum ſive profundum mare. De Etymo hujus vocis ita ſentit Franciſcus Sanctius Paradox. 17: *Solent etiam & Græci Grammatici, qvanvis doctiores, ineptire. Dicunt enim pelagus* πέλαγος, *à* πέλας, *i. e. prope, &* γῆς, *i. e. terra, qvia longiſſimè abſit à terra. Meliùs qvi à* τῆλε τῆς γῆς. *i. e. procul à terra: qvaſi* τήλαγος *Telagos, Pelagus. Hac etymologia utamur, dum melius aliqvid occurrat.* Hæc ille. *c Lethum*) Virg. 12 Æneid: *Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta.* Eſt autem *lethum* 1. mors, 2. clades, peſtis. Lucret. lib. 1: *Nam qvæcunqve prius de parti corpora ceſſe Conſtitues, hæc rebus erit pars janua lethi.* 3. Nomen proprium. Virgil. 6 Æneid: *Terribiles viſu formæ Lethúmq; Labórq;: Tum conſangvineus Lethi Sopor, & mala mentis Gaudia* —. Turneb. Adverſ. lib. 28, c. 43: *Hyginus ſcribit, è Nocte & Erebo natum fuiſſe Lethum & ſomnum. Unde Maronis locum illuſtrari ait, in qvo ſcribitur 6 Æneid: Tum conſangvineus Lethi ſopor* —. *Id enim etſi Homeri imitatione dictum eſt, ut à Servio eſt adnotatum: tamen germanum fratrem Soporem Lethi ex Hygini fabula apertè videmus.*

De

De etymo & orthographia hujus vocis non ſatis conveni
inter Grammaticos. Priſcianus l. 9 deducit ab antiqvo v
bo *leo*, qvod veteres Latini uſurpârunt pro *deleo.* qvare ſ
aſpiratione ſcribendum præcipit. Apulejus à *luo* derivat,
per œ primam ſyllabam ſcribit. Congruentius tamen
veritati etymon ſeqvuntur, qvi antiqvos Latinitatis ma
ſtros Feſtum & Varronem heîc audiunt. Feſtus ait: *Leth
ab oblivione, qvam Græci* λήθην *vocant, dictum.* Varro l
6. pag. 79: *Olli valet dictum illi, ab olla, & ollus. qvod al
rum comitijs cum recitatur, à præcone dicitur olla centuri
non illa: alterum apparet in funeribus indictiveis, qvom di
tur, Ollus letho datus eſt. qvod Græcus dicit* λήθη, *id eſt,
livioni.* Ab hac tamen ſententia abit Scaliger in Conjec
neis ad Varronem, ac Priſciani etymon veriſimilius judic
Verba ejus ſunt: *Ollus letho datus eſt. Feſtus citat, o
Qviris letho datus eſt.* M. Cicero 2 de Legib, *Manium ju
ſancta ſunto. Nos letho datos Divos habento. Veriſimi
eſt Priſciani opinio: Varronis, acutior. Ille à Leo, levi, let
ducit: Varronis verò mens eò ſpectat, qvòd veteres abſtineb
mortis mentione, ne cogerentur* δυσφημεῖν. *Itaq; abition
pro morte dicebant, ut Græci* οἴχεσθαι. *Et eôdem modô
thum, qvaſi* λήθην. *Et cum aliqvem vitâ ceſſiſſe indicare
non id propriô nomine dicebant, ſed tantùm hoc, VIX*
d *Cœnum*) Scaliger de Cauſis Ling. Lat. c. 34, ἀπὸ
κοινοῦ deducit. Etenim κοινὸς eſt communis, profanus,
purus, qvale eſt cœnum. e *Nihilum*) De hac vo
conſule pag. 38, 204. 205: nec non infrà notas ad *Hilum* c
fer. f *Penum*) Terent. Eunuch. act. 2, ſc. 3: *Cùm
cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum.*
legit Robertus in Theſauro Ling. Lat. & Calepinus. Sed
rentius Faërni & Mureti legunt *penum omnem,* Nonius
fert qvòd Afranius dixerit: *Vos qvibus cordi eſt, intra t
gam manus lava, dextra in penum berile.* Et Gellius lib
6, 2, citat Lucilium Sat. 16: *Legavit qvidam uxori mund
om*

*m atq; penum? nam qvi dijudi-*
ur, & qvomodo propriè ſuma
rbîs : *Nam qva ad edendum bi-*
*li aut cœnæ causâ parantur, pe-*
*qva hujuſce generis longa uſionis*
*ntur, ex eo qvòd non in promptu*
*ntur, penus dicta ſunto. Penus*
g *Juſtitium*) Livius: *Ac*
*rerum futurum videbatur, do-*
*id eſt, omnia acta publica eſſe*
juris dicendi intermiſſio, cùm
ſolebat ob publicum luctum,
nem aliqvam calamitatem. Pe-
, ipſiq; *juſtitium* eſt, qvaſi *juris*
*pter ſupplicationem populi, vel*
*reipub. neceſſitatem jus non di-*
ellius verò lib. 20, cap. 1. trans-
is debitori benignè à creditore
*æris ac debiti judicatis triginta*
*unia causâ, qvam diſſolverent,*
*ellârunt, velut qvoddam juſti-*
*aſi interſtitionem qvandam &*
*il cum his agi jure poſſet. Poſt*
*torem vocabantur: & ab eo qvi-*
*r.* h *Vulgus*) Vide p. 145.
*interea ſurgens aurora reliqvit*
*uventus.* Eſt autem *Jubar* i. ſtel-
rtens *Lucifer*, & occidentem
. 5, p. 46, 47: *Cum ſtella prima*
, *noſtri Veſperuginem. ut Plau-*
*ergiliæ occidunt. Exorta ſtella*
*pa, Latinè Veſper. ut ante ſo-*
*ocabatur Jubar, qvòd jubata*
*jubare, noctis decurſo itinere*
*in cœlo cerno? Inter veſperugi-*
ſar lib. 6, pag. 84. Feſtus ait
*Ju-*

Digitized by Google

*Jubar ſtellæ, qvam Græci appellant* φωσφόρον ἀστέρα *hoc eſt lucifer, qvòd ſplendor ejus diffunditur in modum jubæ leonis.* 2. Notat ipſum ſplendorem lucis, aliarúmq; rerum ſplendidarum. Ovid. 1. Faſt: *Et tremulum ſummâ ſpargit in æde jubar.* Stat. 3 Thebaid: *Criſtatum jubar galeæ.* k *Diluculum*) Cicero pro Roſc. Amer: *Et qvum poſt horam primam noctis occiſus eſſet, primò diluculò nuntius hic Ameriam venit.* Uſurpatur & Adverbialiter. Cic. ad Attic. *Qvum ante lucem de Sinveſſano ſurrexiſſem, veniſſémq; diluculò ad pontem Tiretium.* l *Album*) Seneca Epiſt. 48: *Hac ad ſummum bonum itur? per iſtud philoſophiæ ſunt nigræ, & turpes, infaméſq; etiam ad album ſedentibus, exceptiones.* Lipſius exponit Legulejos, circa album Prætoris & formulas occupatos. Et Gruterus ait: *Album tabula erat dealbata, velut Theophilus in pœnates, Inſtit. de actionibus, ſcribit, albis literis notata, in qva Prætores edicta ſua, qvò omnibus innoteſcerent, actiones & interdicta proponebant.* Idem Epiſt. 59: *Scio inqvam, & voluptatem (ſi ad noſtrum album verba dirigimus) rem infamem eſſe, & gaudium niſi ſapienti non contingere. Stoicorum autem album* hic intelligit, docente Grutero, Tacitus lib. 4: *Apidium Merulam, qvòd in acta divi Auguſti non juraverat, albò ſenatoriò eraſit.* Sic *album citharœdorum* habet Svetonius in Neron. cap. 21. & idem cap. 16 *album judicum.* Et Plinius in præfat. Hiſtor. mundi proverbiò dicit: *cùm hanc operam condicerem, non eras in hoc albo*, hoc eſt, non eras ex eorum numero, qvos hæc lecturos credebam. Apud Livium 1. ab Urbe invenies confirmatam communem loqvendi formulam ijs juvenibus qvi jus civitatis Academiæ affectant, notam, *referre in album: Omnia ea ex commentarijs regis Pontificem maximum in album relatus proponere in publico jubet.* Nomen autem ducit ab *albedine*, eò qvòd gypſo obducta eſſet. Feſtus notat: *Album, qvod nos dicimus, à Græco, qvod eſt* ἄλφον, *eſt appellatum. Sabini tamen alpum dixerunt unde credi poteſt nomen Alpium à candore nivium vocitatum.* Confer Obſerv. & Emend. Angel. Politiani cap. 82. *Album* vulgò à modernis appellatus

per ſcilicet in qvem relata inve-
rſonarum, qvæ vel aliqvid Ec-
unt, vel qvæ certo cœtui & ſo-
demiæ, gymnaſio, ſcholæ, mi-
rpant. In Gloſſ. Baſil. μάτρι-
γραφαί. Deminutivum inde
. Cedrenus: ματρίκιον
Dicitur etiam aliô nomine
bella ſcriptoria, ſive pugillares
buxus, deducunt. Alij etiam
: *pittacium* itidem pro albo pu-
Trucul. 1, 2: *In melle ſunt lin-*
*Lacteq́: corda felle ſunt lita*,
*dicta dulcia datis, corde amarè*
*punt.* Eſt autem *fel* 1 humor
va bilis ob flavum colorem. 2.
in. 25, c. 6: *Centaurion noſtri*
*maritudinem ſummam.*
*cóq; & floribus oras explent, col-*
*luten.* Ibidem: — *pars in-*
*crymam, & lentum de cortice*
*ndamina* —. Dicitur & *glu-*
12: *Glutinum vulgare è polli-*
*qvâ, minimô aceti aſperſu.* Eſt
apta conjungendis ſolidis cor-
s) Lucret. lib. 6: *Ne pedibus*
*In barathrum, rerumq; ſeqva-*
—. Feſtus: *Barathrum Græci*
*nde emergi non poſſit. dictũ ab eo*
βάραθρον ὄρυγμα βαθ...
9, c. 32: *Barathrum Athenis erat*
*in qvem nocentes deturbabant,*
*ant ac rigida, inferiora laxa &*
*nergerentur. Barathra tamẽ pro-*
*vata loca, in qva demergantur*
*ſu-*

Digitized by Google

*flumina*, παρὰ τὸ βαίνειν, *ab aqvarum ingreſſu, qvaſi ἄβατα, qvòd ex cavitate pervia non ſint, nec adeunda, ſunt qvi cœnoſa loca nomine eô intelligant. Harpocration docet, eos, qvi ad mortem damnati erant, eò conjectos*, τοὺς ἐπὶ θανάτῳ κατακρίτους. Et hæc eſt prima & propria vocis ſignificatio. Deinde uſu venit ut omnia profunda loca e qvibus nulla e-mergendi via, *barathra* dixerint. cujuſmodi apud inferos tar-tarum fingunt Poëtæ. Et inpermeabiles terræ cavernas aqvas haurientes, alibíq; egerentes hôc nomine appellant. Virgil. 3 Æneid: — *atq; imò barathri ter gurgite vaſtos Sorbet in abruptum fluctus* —. Plautus meretricem *barathrum* vocat in Bacch. Et in Curcul. hominem mordacem eôdem nomine appellat. Et Martialis de imo ventriculi hiatu: *Extremo ructus ſi venit à barathro*. *Barathrus*: qvoq; extat apud Lucretium lib. 3: *Aufer abhinc lacrumas barathre & compreſſe qverelas*. ubi Giſanius ait Poëtam ſic vocaſſe eum qvem barathro & morti vicinum aut dignum judicabat. *Sed malo,* inqvit, *hîc legere barde, nam barathrus nuſqvam legi, nec qvid ſit ſatis intelligo*. Cui etiam favet Turnebus Adv. l. 20. c. 26. Sed non obſcurè innuit Poëta eum à ſe vocari *barathrum*, qvi licèt omnia per fructus vitæ præmia eſſet, ut ipſe mox ſe explicat, nihilominus veluti marceret habendi cupidine, aut qvi inſtar barathri fundo carentis ſemper averet qvod abeſſet & præſentia temneret. *p* *Gelu* ) Veteres etiam *gelus* & *gelum* dixére. Non. Marcellus citat Afranium Epiſt: *Qvis tu es ventoſo in loco ſoleatus intempeſtâ nocte, ſub divo, aperto capite, ſilicem cùm findat gelus?* Accius Prometheo: *Tum profuſus flamine hybernô gelus*. Cato Orig. lib. 2: *Qvi aqvatum & lignatum videntur ire, ſecurim atqve ſolum ferunt, gelum craſſum excidunt, cum loro colligatum auferunt*. Lucret. lib. 6: — *Qvaſi ſæpe gelum, qvod continet in ſe, Mittit, & exſolvit glaciem, nervóſq; relaxat*. Idem Genitivô *geli* aliqvoties utitur. lib. 5: *Aſſiduúſq; geli caſus mortalibus aufert*. & l. 6: *Deniqve ſæpe geli multus fragor, atq; ruina Grandinis* —. Ibidem: *Et vis magna geli, magnumq; duramen aqvarum*.

*q Ver-*

q . *Vervactum*) Plurale eſt apud Columellam lib. II. cap. 2: *Quæ menſe Januario vervacta fecimus, nunc ultimâ parte Martij ſunt iteranda.* Et lib. 1, cap. 3: *Ideóq; poſt reges exactos Liciniana illa ſeptena jugera, quæ plebis Tribun. viritim diviſerat, majores quæſtus antiquis retulere, quàm nunc nobis præbent ampliſſima vervacta.* Dicitur autē *vervactū*, qvaſi *vere actum*, i.e. ſubactū, qvippe cùm ager ſit vernô tempore ſemel proſciſſus, ac poſtea qvieſcens in proximum autumnum, qvô aratur. Plin. l.18, c.19: *Quod vere ſemel aratum à temporis argumento vervactū vocatū.* Confer Varr. l.1. de Re Ruſt. c.44. r *Ebur*) Vide ſuprà p.52. ſ *Hepar*) Vox planè Græca, à τὸ ἧπαρ, ἥπατος, cujus nulla afferunt latina teſtimonia, qvando ſignificat viſcus ſangvini generando aptum, venarúmq; omnium principium. Pro eo enim dicunt Latini *jecur, jecinoris*; Plinius verò freqventer *jocineris*. Derivata autem inde qvædam leguntur apud Latinos. Et *hepatarius* qvidem in Plauti Curc. & *hepaticus* in Plinio & Celſo. Qvando verò piſcis genus notat, eſt apud Plin. lib. 32. c. 11: *Hippus, hippuros, hirundo, hepar* &c. t *Vitrum*) Horat. 3 Od. 13: *O fons Blanduſiæ ſplendidior vitrô.* Ramus lib. 10, pag. 144, & Loſsius in Philipp. ajunt plurale vitra extare in poëtis; nulla tamen poëtarum teſtimonia allegant. u *Hilum*) Nonnulli ex Plauti Ciſtell. act. 4 ſc.2. probant etiam *hillum* inveniri pro *hilum*: *— Hillo ſunt homines miſerè Miſeri —. Elegantem*, inqvit J. Gul. *gnomen reſtituo minutiſſimâ mutatione: — hillo ſunt homines miſerè Miſeri —* (alij enim legunt illo) *Ancillulæ amiſſione ciſtellæ periclitanti in mentem venit, qvantilli homines ſimus, & qvàm nihilam ob rem ſæpe ſummè miſeri. Hillum, res nihili. Valde mihi*, inqvit Taubm., *hoc placet: & cùm ſeqventia conſidero, vix eſt ut aliter Poëta ſcripſerit.* Idem ut probet Paræus in Lexico Plautino, citat Truculent. 4, 2: *Nec mihi adeſt hillum penſi jam, quo copiam calceos. Ita enim lego*, inqvit Palmerius. *Copiari paſſivè uſus eſt & Cœlius: Armis & magnô commeatu copiantur. Hillum, pro hilum. Et lepidè Cicero ac Cœlius literis unis atq; alteris induunt de hirro, balbos eſſe ſe, & hillum*



Digitized by Google

*dicere, qvem birrum velint. Contemptim enim appellant,*
*minimi precÿ ſit.* Vide ſpecileg. Jan. Meller. Palmerij. J
cius Caſaubonus Com. in Theophr. Charact. hunc verſu
ita legit: *Nec mihi adeſt tantillum penſi jam* &c. *Non ru*
*citatis tantùm, ſed etiam impudentiæ nota eſt, calceis inc*
*cinniis uti.* Vide Agell. lib. 13. c. 20: *Jam, qvibus malè*
*xus calceus hærebat in pede, dici ſoliti ſunt* νεῖν ἐν ταῖς
*βαυκ*ίσι, i. e. *natare in ſoccis.* Ovid. Amor: *Nec vagus in l*
*pes tibi pelle natet.* Sidonius: *Laxo pes natet altus in coth*
*no. Sanè & Gruterus è MSS. Cam. conjecerat: Nec mihi*
*eſt tantillum* &c. Tamen Acidalius negat iſtud Caſaub
de calceis hîc convenire, legitq;: *Nec mihi adeo eſt hill*
*penſi, qvos calces ciam. Qveritur ſe ad incitas redactu*
*qvòd omnia profuderit.* V. N. Trin. act. 2, 4: *Hillum pe*
eſt, nihil penſi. *Hillum*, res nihili. Scaliger in etymolo
verborum Varroni adjectis ab *hir* deducit. *Hir*, inqvit,
*minutum illud cavum in media vola. Ab eo* ὑποκοριστ
*hillum. cum vellent oſtendere parvum modum rei, puta a*
*aut ſimilium, ne hillum qvidem dicebant, oſtendentes vol*
*manus.* Eſt & fœmininum *hilla*, qvod, autore Feſtô, de
minutivum eſt vocis *hira*. *Hillam* autem Græci dicunt νη
inteſtinum, vulgò jejunum. Hinc Horat. Sat. 2: *Perna*
*gis ac magis hillis Flagitat in morſus refici.* Laber: *Lambit*
*hillam coqvus, ſi lumbum aduſſit, flagris cæditur.* Varro
tem lib. 4 de Ling. Lat. pag. 28 *hila* ſcribit, & ab *hilo* de
ait hîſce verbîs: *Ab eadem fartura farcimina in exteis a*
*lata; à qvo, qvod in* eo tenuiſſimum inteſtinum fartum
*la*, ab hilo dicta, id eſt minimo; qvod ait Ennius: *Neqv*
*ſpendei facit hilum.* Integrè verſum citat lib. 8. p. 124:
*dedit ira caput, nec diſpendi facit hilum.* Qvod valet, in
neqve diſpendij facit qvicqvam. licèt idem Varro lib. 4.
aliter legat: *Eſſe igitur corpus terram qva deperit ipſam*
*capit, & neqve jam diſpendei conficit hilum.* Ex *hilo* aute
particula *ne*, rectè deducitur *nihilum* & *nihili*, autore eo
Varrone de Lingva Lat. l. 8. p. 124 citante hæc Plauti ve

Digitized by Google

*Video enim te nibili pendere præ Philolache omnes homines. quod*, inqvit Varro, *ex ne & hili: qvare dictus eſt nibili, qvi non hili.* Hæc ille. Confer pag. ſup. 38 & 205. x *Lutum*) Horat. Epiſt. 1: *Vixiſſet canis immundus & amica luto ſus.* Terent. Phorm: *In eodem luto hæſitas* i. e. eâdem difficultate premeris. veluti liberati aliqvâ difficultate ἔξω τοῦ πηλοῦ πόδας ἔχειν, extra lutum pedes habere dicuntur. Figuratè Plautus Perſ. act. 3. ſc. 3. Dordalum lenonem vocat *lutum lenonium*, commictum cœnum, ſterqvilinium publicum. & mox: *poſſum te facere*, inqvit, *ut argentum accipias, lutum.* Qvem tropum & aliæ lingvæ in deteſtationibus ac indignationibus freqventant. Ramus l. 9. p. 144, & Suſenbrotus p. 78 ajunt Caprum affirmare plurale *luta* in Cæſare extare: locum verò & verba Cæſaris neuter allegat. y *Virus*) Vid. Sup. pag. 258, 260, 261. z *Pus*) Plurali utitur Plinius, lib. 20, c. 9: *Suggillata verò & alios livores pura illita.* Et lib. 35, cap. 6: *Explet vulnera, ſi coqvatur, ad ſiccanda præcipuè utilis, & capitis doloribus, & ad deprehendenda pura.* Eſt autem *pus* ſanies maturitate craſſior effecta. a *Faſcinum*) Perottus: *A faſce eſt & faſcinum, cum oculorum aut verborum aut alicujus alterius rei maleficio homines ita ligantur, ut liberi non ſint nec mentis compotes, ſæpèq; ad extremam maciem deveniant, à qvo faſcino verbum.* Sunt tamen, qvi faſcinum dictum putant ἀπὸ τοῦ βασκαίνειν, qvod eſt invidere. & idem eſſe dicunt faſcino, qvod invideo, qvod parum ſibi conſtat. Etenim id non tam de Latino qvàm de Græco verum eſt: βασκαίνω σοι τοῦτο vel τοῦτῳ, vel ἐπὶ τούτῳ invideo tibi hoc etſi non ſemper, tamen plurimùm, qvi faſcinant, ex invidia id faciunt. Ita βάσκανος ὁ καὶ ἡ eſt non tantùm faſcinator & faſcinatrix; ſed etiam invidus, obtrectator, malevolus; ut, βάσκανος τύχη, βάσκανον πολίτευμα. Plurale eſt apud Plinium lib. 26, cap. 10: *Altera ſatyrion orchis cognominatur, & fœmina eſſe creditur. Diſtingvitur internodiis & ramoſiore frutice, radi-*



Digitized by Google

*ce faſcinis utili.* Singulare *faſcinum*, eſt apud Horatium Epod. 8. ſed in alia ſignificatione pro amuleto è collo puerorum ſuſpenſo contra faſcinationes, ſive pro re turpicula, ut loqvitur Varro de L. Lat. l. 6. p. 88, de qvo videſis conjectanea Scaligeri ad eundem, pag. 162, 163. Maſculinum autem *Faſcinus* numinis gentilitij nomen erat, faſcinum depellentis. Plinius l. 24, c. 4: *Faſcinus imperatorum qvoqve non ſolùm infantium cuſtos, qvi deus inter ſacra Romana à Veſtalibus colitur, & currus triumphantium ſub his pendens defendit medicus invidiæ, jubétq; eoſdem recipere.* Confer Turneb. Adverſ. lib. 9, c. 28. ε *Halec*) De hac voce vide pag. 223, 124. γ *Salum*) Ennius in Hecuba qvoqvè Maſculino genere uſus eſt, dixitq; *undantem ſalum*, teſte Noniô Marcellô. Eſt autem *Salum*, 1. ora maris, in qva naves ad anchoras ſtare poſſunt, cùm ad littus appelli neqveunt. Eô ſenſu Græcis σάλος dicitur. Hirtius ait: *Atqve in ſalo & in anchoris eâ nocte commoratus primâ luce Adrumetum accedit.* Idem: *item complures nando ad naves, qvæ in ſalo fuerunt, ſe recipiunt.* 2. Latinis utplurimum *ſalum* eſt pro mari per Synecdochen partis. Virg. 1 Æneid: *pérq; undas ſuperante ſalo.* Perottus dicit *ſalum* à ſalis ſapore nomen ducere. δ *Viſcum*) 1. Frutex arborum qvarundam ramis adhæreſcens, qvibus etiam innaſci proditur, ſemen ſuppeditante excremento alicujus avis, præſertim verò, ut ajunt, turdi; ſemper virere baccáſq; autumno ferre dictitant. Virgilius 6 Æn: *Qvale ſolet ſylvis brumali tempore viſcum Fronde virere novâ, qvod non ſua ſeminat arbos.* Plin. l. 44; *Viſcum in qvercu, robore, ilice, prunu ſylveſtri, nec in alijs arboribus adnaſci plerique.* 2. Eſt glutinum qvod conſit è viſci baccis ſive acinis, qvi colliguntur meſſium tempore immaturi, irretiendis avibus deſerviens. Virg. 1 Georg: *Tum laqveis captare feras & fallere viſco Inventum: & magnos canibus circundare ſaltus.* 3. *Viſcum* pro reti qvoqve ponitur; qvia ſicut viſcô, ita retî aves capiuntur. Nonius Marcel. de improprijs; *Viſcum poſitum pro rete à tenacitate.* Var. Parmenone: *Lepuſculi timentes hoc qvadrangulum dedit Dianæ rete nexilo, aut*

Vi-

*viſcum fuge, lineámq; compedem.* Ita qvidem legit Editio Curionis Baſil. 1532: Sed Martin. in Etymol. hôc modô: *rete nexile, ἄρκυας, viſcum, ſagenam, lineámq; compedem.* 8 *Solum*) Pluralem citat Feſtus ex Ennio lib. 3: *Tarqvinio dedit imperium, ſimul & ſola regni. & alicubi: ſed ſola terrarum poſtqvam permenſa parumper.* Virgil. 1 Georg: — *arida tantùm Ne ſaturare fimô pingvi pudeat ſola, neve Effœtos cinerem immundum jactare per agros.* Catull. de Berecynthia: *Sed ubi horis aureis ſol radiantibus oculis Luſtravit æthera album, ſola dura, mare ferum.* Cicero pro Balbo: *Vos mutæ regiones imploro, & ſola terrarum ultima.* Eſt autem *ſolum* 1. ſuſtentaculum qvodvis cœleſte, terreſtre pariter ac aqvaticum. Servius in 5 Æneid: *Unicuiqve rei qvod ſubjacet, ſolum eſt ei, cui ſubjacet: unde eſt navium ſolum mare, & aër avium, & ſtellarum cœlum. unde* Ovid. 15. Metam: *Aſtra tenent cœleſte ſolum.* Idem in 7 Æneid: *Solum dicitur omne illud, qvod aliqvid ſuſtinet: ſicut nunc panicias menſes, id eſt, epularum ſuſtentaculum ſolum vocavit.* Sic foſſa terrea ſolum habere dicitur. Cæſar 7 bell. Gall: *Foſſam, pedum viginti latam, directis lateribûs duxit: ut ejus ſolum tantundem pateret, qvantum ſumma labra diſtabant.* Et maris ſuperficies navibus inſtar ſoli ſubjicitur. Virg. 5 Æn: — *Olli certamine ſummô Procumbunt: vaſtis tremit ictibûs ærea puppis, Subtrahiturq; ſolum* —. 2. tribuitur ijs rebus, qvæ inſtar ſuſtentaculi vel fundamenti infimô locô ſitæ ſunt, hinc ſolea calceamenti *ſolum* dicitur. Martial. in ſutorem lib. 9: *Dentibûs antiqvas ſolitus producere pelles Et mordere luto putre vetúſq; ſolum.* Plurale eſt apud Ciceron. 5 Tuſc: *Mihi amictui eſt Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum, cubile terra.* Lucretius: *Avia Pieridum peragro loca nullius ante Trita ſolo* —. 3. deſignat ſummam terræ ſuperficiem. Varro lib. 4 de L. Lat. p. 6: *Igitur tera terra, & ab eo poëtæ appellârunt ſumma terræ, qvæ ſola* (Scaliger legit *ſolo*, i. e. ſolea) *teri poſſunt.* Conſentit Lucretius lib. 2, p. 54: *Nam multis ſuccenſa locis ardent ſola terræ.* Et lib. 5 pag. 188: *Et prior æris erat, qvàm ferri cognitus uſus, Ære ſolum terræ*

 tra-

Digitized by Google

*tractabant; aréq; belli Miſcebant fluctus & vulnera vaſta ſ*
*bant Inde minutatim proceſſit ferreus enſis, Verſáq; in ob*
*brium ſpecies eſt falcis ahenæ Et ferro cæpére ſolum proſ*
*ſcindere terræ.* Arnobius lib. 2: *Excavare alia telluris ſola,*
*foſſilibus foveis tutamina ſibimet & cubilia præparare.* Ca
lus: *Etiam recente terræ ſola ſangvine maculans.* 4. Ip
terram crebrò ſignificat. Qvintil. lib. 2, cap. 19: *At in*
*fœcundo plus cultor, qvàm ipſa per ſe bonitas ſoli efficiet.*
*natale ſolum*, eſt patria. Ovid. 1 de Ponto; Eleg. 47: *N*
*qvà natale ſolum dulcedine cunctos Ducit, & immemores*
*ſinit eſſe ſui.* Hinc *vertere ſolum.* Cic. pro Cæcin: *Nam*
*volunt pœnam aliqvam ſubterfugere, aut calamitatem, ſo*
*lum vertunt,* id eſt, patrias ſedes. ζ *Sinum*) Var
de L. Lat. pag. 31: *Vas vinarium grandius, Sinum, ab ſ*
*qvod ſinum majorem cavationem, qvàm pocula habeat.* N
cellus citat Varronem de vita populi Rom. lib. 1: *Ubi er*
*num in menſa poſitum, aut galeola, aut ſinum.* Allegat e
Virgil. Eccl. 8: *Sinum lactis & hæc tibi liba Priape qvot*
*Expectare ſat eſt* ——. Sed dubia eſt hæc probatio, qv
Virgil. depromunt. nihil enim obſtat, qvò minus hic, *ſi*
etiam Accuſativus Maſculinus eſſe poſſit. Idem qvo
eſto judicium de loco ex Plauti Curcul. act. 1, ſc. 1: *Cedò*
*re ſinum.* Etenim Maſculinum *ſinus* in eodem Plauto leg
Rud. 5, 2: *Talentum argenti commodum magnum inera*
*crumena, Praterea ſinus, epichyſis, cantharus, gaulus cyath*
Eſt autem *ſinum* genus ſinuoſi vaſis. Turneb. lib. 1
*Qvem Graci δῖνον, Latini appellant ſinum. Syllaba pro*
*tas in utroqve conjecturæ favet.* η *Macellum*) P
Aulul: *Venio ad macellum: rogito piſces, indicant.* H
1 Epiſt. 16: *Pernicies, & tempeſtas, barathrúmq; macell*
ſtus: *Macellum dictum à Macello qvodam, qvi exerceba*
*urbe latrocinia. qvô damnatô cenſores Æmilius & Fulvin*
*tuerunt, ut in domo ejus obſonia venderentur.* Varro lib.
l. Lat. p. 36: *Qvò conferrent ſuas controverſias, & qvæ*
*dere vellent, & qvò qvæqve ferrent, Forum appellârunt*
*qvid generatim additum, ab eo cognomen; ut boarium*

Digitized by Google

*rum, forum olitorium. hoc erat antiqvum Macellum, ubi ole-rum copia. ea loca etiam nunc Lacedæmonij vocant μακελλῶτας: ſed Iones oſtia ortorum & caſtelli μακέλλους. Secundùm Tiberim ad Junium forum piſcarium vocant. Ideo ait Plautus; Apud piſcarium, ubi variæ res. Ad corneta forum cupedinis, à cupedio: qvod multi forum cupidinis à cupiditate. Hæc omnia poſtqvam contracta in unum locum, qvæ ad victum pertinebant, & ædificatus locus; appellatum Macellum, ut qvidam ſcribunt, qvòd ibi fuerit ortus: alij, qvòd ibi domus fuerit cui cognomen fuit Macellus, qvæ ibi publicè diruta: è qva ædificatum hoc, qvod vocatur ab eo macellum.* Sed Scaliger in Conj. caſtigat Varronem illúmqve falli ait, dum appellationem *macelli* accerſit à nomine proprio, *Macello. Nam,* inqvit, *macellum à mactandis pecoribus dictum eſt.* Sed videat ipſe Scaliger, vir aliàs qvi præclarè agendo pariter & multùm audendo famam conſecutus eſt, ne indictâ causâ ei, qvem Cicero tanqvam diligentiſſimum antiqvitatis inveſtigatorem celebrat, falſitatis dicam ſcribat. Etenim probandum fuiſſet Scaligero teſtimoniîs è media antiqvitate adductîs, *macellum* ſive *forum* qvò vendenda ferebantur ea, qvæ eſui eſſent, deſtinatum fuiſſe *mactandis pecoribus.* Eôdémne locô tempore & operâ vendendum & mactandum? Deinde ſi propriam vim vocis *mactare* excuſſeris: verbum eſt ſacrorum gentilitiorum proprium, illáq; pecora mactari dicebantur qvæ ſacrificijs, ſive, ut cum Poëta loqvamur, aris deſtinabantur. Sed verò, qvid aris ſacrificulorum, cum lanionum cruento ſtabulo? qvid ſacris cum prophano ementium & vendentium vulgo? Et fruſtra certè *aræ ſylveſtres* à Statio 5 Thebaid. dicerentur, ſi in macello urbis mactarentur pecora, & victimæ fierent: fruſtráq; dixiſſet Virgil. 4 Georg: *Et nigram mactabis ovem, lucúmq; reviſes,* ſi in proximo urbis foro ſacris operati fuiſſent. Conſentit qvidem Scaligero Iſidorus lib. 15, c. 2, & Donatus, in Eunuch, 2. 2. ſed unà meminiſſe convenit, ibidem à Donato veram Varronis ſententiam afferri hiſce verbis: *Varro,* inqvit Donatus, *in libro humanarum rerum, ait: Numerius Eqvitius Cupes, & A. Omanius Ma-*

 *cel-*

*cellus ſingulari latrocinio multa loca habuerunt infeſt* [...]
*in exilium actis, publicata ſunt bona & ædes, ubi habi* [...]
*dirutæ: éq; ea pecunia ſcalæ deûm penatium ædificatæ* [...]
*locus, ubi venirent ea, qvæ veſcendi causâ in urbem er* [...]
*lata, ædificatus. Itaqve ab altero macellum, ab altero* [...]
*Cupedinis appellatum eſt.* Hæc Donatus ex Varrone. [...]
lem numerum *macella* in Ennio extare teſtis eſt Loſſ[...]
notat. in Philipp. p. 321. Et in Fragmentis Jul. Cæſa[...]
verba è Capro citantur: *Hoc lutum atq; macellum ſi*[...]
*exire memento: licet Ennius, iſta macella, dicátq; &* [...]
*luta.* Hiſce addit Philippus pag. 164: *ſenium, ſoliu*[...]
*dum, fas, nefas:* & Mindanus pag. 4: *ador, ſal, nec*[...]
*ſabulum, triticum, ſevum, minium, butyrum, atrame*[...]
*chaos, meditullium.* Et Suſenbrotus pag. 78: *baculu*[...]
*dum, garum, nil, penu, penus, ſpicum.* Schmid. *mann*[...]
qvibus pauca dicenda ſunt. *Senium*) Hæc vox pert[...]
regulam generalem ſuperiùs traditam. *Solium*) Pl[...]
eſt, ſive pro vaſe balnearum, in qvo ſedentes lavaban[...]
pro loculamento defunctorum ſumptum. In priori [...]
catu extat apud Plin. lib. 33, c. 12: *niſi argentea ſoli*[...]
*diant.* Et lib. 26. c. 1: *Qvippe in balneis ſolia tempera*[...]
*humanô ſangvine ad medicinam eam.* ubi obiter nota [...]
Plinius ſæpe dicat *balineæ* pro *balneæ.* Poſterior ver[...]
uſus occurrit apud eundem Plin. l. 35, c. 12: *Qvin &* [...]
*ctos ſeſe multi fictilibus ſolijs condi maluére, ſicut M. Va*[...]
Dalecampius notat qvòd vulgata exemplaria legant *d*[...]
MSS verò & vetuſtiſſimis ait legi *ſolijs.* Cui lectioni &[...]
dus adſtipulatur. *Solia* enim ſepulchra veteres appellâ[...]
teſte Florô lib. 4, c. 11, ſub finem, nec non Svetoniô [...]
ron. & Curtiô lib. 10. Et *ſolia* pro ſedilibus magnifici[...]
leges apud Feſtum, qvem videſis. *Pedum*) De plur[...]
mero hujus vocis ita diſſerit Friſchlinus Tract. 1, c. 1[...]
tym. Nom. p. 18: *Qvare pedum ſit ſingulare tantum* [...]
*non poſſum dicere de qvatuor opilionibus, qvòd qvatuor* [...]
*rint peda: ſicut de duobus regibus, qvòd duobus inſede*[...]
*lijs? & de duobus auguribus, qvòd duos habuerint* [...]

Digitized by Google

*niſi uſus, contra rationem manife-*
*s* & *nefas* conſule pag. 256, 257.
*Sal*) Plurale eſt apud Columel-
*gitur tritis ſalibus, ut exudet aci-*
ſculinum eſſe poſſit, veluti non
etiam ex his ſeqventibus Colu-
*cens intra paucos dies abſumi de-*
*qvippe fiſcellis exemptus in ſalem,*
*x in ſole paulùm ſiccatur.* Varro
ſculino utitur lib. 2 de re Ruſt.
*ſales: melior foſſilis qvàm mari-*
i uſûs alibi ex Auſonio adduxi-
. 53 ait: *deinde in ſeriem ſubſter-*
*infractum deinde offula carnis*
*is ſal ingeritur. Salia* verò neu-
vam medici & officinæ. Confer
l regulam generalem 5: & idem
ce *lac.* *Sabulum*) Refer ad 5
le infrà doctrinam Abundan-
*um* etiam ſpectat ad 5. Reg. *Se-*
ret regulæ 5 generali. Idem ſen-
& *atramentum. Minium* autem
erali ſedem habet. *Chaos*) Qvia
*haos*, non facilè pluralem inve-
s ita deſcribit 1 Metam: *Ante*
*mnia cælum, Unus erat totô na-*
*xére chaos, rudis indigeſtáq; mo-*
ohu Gen. 1. v. 2, *Chaos* deducant.
it in Chriſtiana Phyſica ita ſcri-
*x* תֹהוּ *Ebraico eſſe deſumpta.*
*nominârunt, qvaſi ex caho pro-*
*Abyſſum*, ὑλὴν, *tenebras, no-*
*us prolixiùs diſſerit Auguſtinus*
*Meditullium*) Feſtus: *Medi-*
*s terra, ſed procul à mari, qvaſi*
*ellus.* Cicero autem in Topicis



Digitized by Google

ſſerit poſtremam vocis particulam *tulum* nil niſi pro-
ctionem eſſe nil ſignificantem, ita loqvens: *In qvo Ser*
*noſter (ut opinor,) nihil putat eſſe notandum, niſi poſt: &*
*minium illud productionem eſſe verbi vult, ut infinitimo, l*
*timo, aditimo, non plus ineſſe timum, qvàm in meditullio*
*lium.* Pluralis numeri teſtimonia nulla citant. *Bacul*
Ovid. 15 Metam: *Eſſe ſolet baculumq; tenens agreſte ſi*
Pluralē numerū hujus vocis qvi teſtentur, necdum viſi ſ
*Garum*) Refer ad 5 regul. general. Eſt autem *garum* liq
men piſcium ſale conditorum. *Nil.*) Vid. pag. 247. 
*Penu*) Indeclinabile in ſingulari eſſe tradunt & carere pl
li numero. Verùm necdum ſatis probârunt Neutrum ſin
lare *penu* extare. etenim exempla ex Perſij Sat. 3: — *ne*
*invideas qvod multa fidelia putet In locuplete penu;* & Pl
Capt. — *qvibus ſunt verba ſine penu & pecunia* Ablativi 
minini Qvartæ eſſe poſſunt, veluti ſuprà pag. 147. ea v
forma probata invenitur. Qvare numerus pluralis ſuâp
ſponte ruit. *Penus*) Plurali utitur Feſtus: *Penora dic*
*tur res neceſſariæ ad victum cotidianum, & locus eorum pe*
*rius.* *Spicum*) Servius in 1. Georg., ut ait Suſenbro
tradit tantùm ſingulare eſſe, & rectè citat Ciceronem
nat. Deor: *Spicum illuſtre tenens ſplendenti corpore vi*
Qvi verſus converſus eſt ex Arato. Idem Suſenbrotus 
rit Roberſtonum pluralem numerum *ſpica* admittere, q
tamen neuter probat. Singulare autem Fœmininum *ſ*
ut & plurale *ſpicæ* ſatis nota ſunt. *Manna*) Vide ſuprà p.

## Pluralia tantùm ſunt

I. Nomina numerorum Cardinaliu
præter *unus*, & *mille* ſubſtantivum: ut, *d*
*tres, qvatuor*, &c. Nomina verò Diſtribu
vorum † pluralia qvidem ſunt, raro etj
ſingularia: ut, *ſinguli, bini, terni*, &c.

† Obſervandum venit, qvòd nominibus Diſtribu

es pro Cardinalibus. Cic. 3. de O-
*terna, aut bina, aut nonnulli ſin-*
&c. Idem 4 Verr: *Doceas oportet*
*Verre, ternis denarijs tritici mo-*
*m ex S. C. & ex legibus frumen-*
*ret, idq; frumentum ſenatus ita*
*itici modium, binis ordei*, &c. Ibid:
*s tritici modius eſſet; ſummam*
in eadem re Cardinalibus utitur.
*js vendere non poſſum.* Ibid: *An-*
*vit.* Varro lib. 4. de Ling. Lat:
*bant, qvinarij, qvod qvinos.* Idem
*hoc reprehendunt, qvod qvædam*
*ernas, neqve tempora terna.* Idem
*votis formas ternas, ut in hoc, hu-*
*s: ſed habent qvædam binas, ut*
*las, ut aper, ſic multa.* Sic Plinius
. 36. de Urſis: *Mares qvadragenis*
*ernis menſibus.* Idem lib. 9. c. 3:
*, piſtres ducenûm cubitorum.* Ita-
citer numerum ſignificant, non
væ numero ſingulari carent: ut,
*ina, terna caſtra*, & cæteris ejuſ-
n ijs, qvæ utrumq; numerum ha-
eſt. Leguntur etiam numerò ſin-
& Hiſtoricos. Virg. 5 Æneid: —
i. Idem lib. 10: *It gravis Auletes,*
*-beret aſſurgens* —. Plinius lib. 17.
*-ra bini utriq; lateribus, ſi pes qva-*
*ni, ſi vieno inter ſe obvij miſcentur.*

ùm ſunt nomina ludo-
tulorum qvorundam in
,] *Bacchanalia* [b,] *Geor-*
*Rhetoricorum.* Sic & *ce-*

*a Olym-*

*a Olympia*) Cicero de claris Orat: *Pugnos & pl*
*Olympiorum pugiles inexercitati cupidi ferre poſſunt.* S
autem *Olympia*, ludi ſeu Gymnica certamina qvæ ab He
le inſtituta in honorem Jovis Olympici, prope Olympia
Eleæ regionis urbem qvintô qvolibet recurrente annô, 5
bus celebrabantur: à qva urbe ipſa *Olympia* nomen duc
Tantùm autem pluralia ſunt *Olympia*, qvia qvinqve Gym
ſticis certaminibus conſtiterant, nempe *caſtibus, curſu, ſ*
*diſcô & palæſtrâ.* *b Bacchanalia*) Juvenalis, Sat
*Qvi Curios ſimulant & Bacchanalia vivunt.* Erant aute
*Bacchanalia* apud gentiles feſta Baccho ſacra, plena reru
turpiſsimarum. Extat etiam ſingulare *Bacchanal.* Plaut.
Iul. 3. 1: *Neqve ego inqvam, niſi hodie, ad bacchas veni*
*bacchanal coqvinatum.* Nomen autem ducunt à Baccho:
jus etymon ab altiore lingva arceſſit, Daniel Heinſius in Ex
citationibus ſacris ad Nonium pag. 7: *Ipſe Bacchus*, inqvi
*non eſt dubitandum, qvin à* בכה *baca, qvod eſt ululare*
*lamentari, dictus ſit. Qvemadmodum eadem voce de Bacc*
*bus etiam Latini uti ſolent.* Virgil. Æneid. 7: *Aſt aliæ t*
*mulis ululatibus æthera complent, Pampineáſq; gerunt inc*
*cta pellibus haſtas. Ut & ejulandi.* Idem: *Ejulat, & nata*
*frondoſis montibus abdit. Qvemadmodum Græci* τῷ ἀλολ
*ζειν de eodem. Unde Bacchus ipſe in Euripidis Bacchab*
Πρώτας ἢ Θήβας τῆς δὲ γῆς Ἑλληνίδος Ἀνωλόλυ
νεβρίδ᾽ ἐξάψας χερός. *Ululatibus ſe primò Thebas*
*plevisse ait. Et inſanientes Bacchas flebiles dediſſe voces, uſi*
*ijs acclamatio,* τὸ εὐοῖ, *ſive, euohe, evincit. Qvod profe*
*non ab* εὖ τὸ καλῶς, *ſicut aliarum omnium lingvarum ju*
*imperiti volunt Græci, ſed ab Ebræorum voce eadem* χετλ
ςικῇ *deductum eſt. Non enim cogitabant,* Εὐοῖ, *Ebræor*
אבוי, *hoc eſt, auoi, ſive euoi eſſe. Unde &* Εὐοῖ *pariter*
αἰβοῖ, *qvæ lugentium ſunt acclamationes, deduxerunt. U*
*ἐυάζειν, Euan,* Εὔιος. Hactenus ille. *c Georgi*

rone tradentes Georgica, h. e. πραγματείαν rei ruſticæ. d
2. e *Comitia*) Erant
eſtinati creandis magiſtratibus,
b. gravibus negotijs. Eorum
*ta, Centuriata, Tributa.* Cicero
m hæc tria conjungit: *Majo-*
*bis vos ſententiam ferre volue-*
*toribus ferebatur, cùm curiata*
*: tum iterum de ijſdem judica-*
*poteſtas, ſi populum beneficij ſui*
*a comitia tenetis centuriata &*
*ciorum causâ remanſerunt, hic*
*ebat poteſtatem neminem injuſ-*
*e: curiatis ea comitijs, quæ vos*
*ta, quæ veſtra erant, ſuſtulit. ita*
*uerint vos de ſingulis magiſtrati-*
*is ne unam quidem populo comi-*
Qvando verò deſignat locum
ad litium & ſuffragiorum cau-
Plaut. Curcul: *Qui perjurum*
*in comitium.* Cic. pro Seſtio:
*tam, multa de nocte armatis ho-*
*avisſent.* Livius: *Perfugæ vir-*
*ſaxo dejecti.*

## Maſculina,
ingularia.

*es* [*b*,] *natales* [*c*,] *atque*

f,] *faſti* [*g*,] *ſuperi* [*h*,]

*elitibus* [*m*,] *manes* [*n*,]

*Et tum ſurſuribus* [*p*,] *gemini* [*q*,] *menſ*
[*r*] *proceréſq;* [*ſ*;]

*Faſces* [*t*] *atqVe pugillares* [*u*,] *cum caſſib*
[*x*] *anteis* [*y*;]

Addantur *ludi* [*z*] *atqVe loci* [*α*,] *triplicé*
[*β*] *foriq;* [*γ*,]

*Poſteri* [*δ*,] *item loculi* [*ε*,] *majores* [*ζ*] *atq*
*minores* [*η*.]

*a* *Liberi*) Singulare citant è Metamorph. Ovid. li
carm. 22 ab ult: *Et tulit ad Clymenen Epaphi convicia matr*
*QVoqVe magis doleas genitrix ait: en ego lib... Ille ferox* -
Qvintilianus Declamat. 2: *Liberi & parentes non alius m*
*Videtur affectus, qVàm qVô rerum natura, qVô mundus ipſe c*
*ſtrictus eſt*. Cod. Inſtit. l. 3. tit. 28. 33: *Si qVis ſuo teſtame*
*maximam qVidē portionem libero relinqVat, minuſculam a*
*alij Vel alijs de ſtirpe ſua progenitis, ipſam tamen legitimā,*
*in hæreditate, ſiVe in legato Vel fidei commiſſo, ut non poſſit lo*
*inofficioſi teſtamenti qVerelæ fieri &c.* Et in l. 33. e. de inoffic
ſo teſt. l. 8. §. 4. C. de ſecund. nupt: *Illius etiam patris, qV*
*ſua poteſtate talem liberū Vel liberos habens, maternam eis ſ*
*ſtantiam Vel ex materna linea ad eos deVolutā ſerVare comp*
*litur.* Inſtit. l. 3. tit. 7: *Et hoc, humanitate ſuggerente, conc*
*ſum, ut ſi qVis in ſerVili conſtitutus conſortio liberum Vel libe*
*habuerit, ſiVe ex libera, ſiVe ex ſerVilis conditionis muliere,*
Catullus Argonaut. de nuptiis Pelei & Thetidos, impii ſe
mores deſcribens, ita canit: *Sed, poſtqVam tellus ſcelere eſt*
*buta nefandô, Juſtitiámq; omnes cupida de mente fugâru*
*Perfudére manus fraternô ſangVine fratres, Deſtitit extin*
*natus lugere parentes, OptaVit genitor primaVi funera nati,*
*ber ut innuptæ poteretur flore noVercæ.* Nomine *liberorum*
niunt filii & filiæ. Licèt Gellius obſervet l. 2 c. 13 veteres eti
unum filium filiámve liberos numerô multitudinis appellā
*AntiqVi*, inqvit, *oratores, hiſtoriæq; aut carminum ſcripto*
*etiam unum filiū filiámVe liberos multitudinis numerô, app*

Digitized by Google

*mpluriū veterum libris ſcriptum*
*qvoq; in libro Sempronij Aſellio-*
*tum eſſe oſtendimus. Is Aſellio de*
*t ut ſe defenderent, liberóſq; ſuos,*
*tempore habebat, produci juſſit,*
*ens.* Hæc ille. Cajus: *Non eſt ſine*
*e filia eſt.* Notat Moſellanus ad
*erorum* voce etiam *nepotes* con-
im: Titulo, inqvit, de verborum
ſtratus Jurisconſ. *Liberorum ap-*
*es, cæteriq; qvi ex his deſcendunt,*
*Liberorum appellatione lex due-*
. De etymo Iſiodorus l.9, c.5 ita
*ibero ſunt matrimonio orti. Nam*
*conditionis ſunt.* b *Anna-*
.7, c.28: *Q. Ennius T. Cæcilium*
*ıè miratus, propter eos ſextum ad-*
*mus igitur verba ipſa Qvadrigarij.*
. Et alibi apud eundem. Vide ſu-
meri exempla allegata invenies.
llio, l.5.c.18, *cùm res geſtæ pluriū*
*i ordine, literarū monumentis ab*
*c Natales*) Qvando, ut inqvit
c familiæ connotat, ſingulari de-
*lier natalib. clara, morib. proba, a-*
rò, ubi eâ voce dies, qvô qvis na-
ris & pluralis numerus in uſu eſt.
r. Phor. 1.1: *Porrò alio autē, ubi erit*
*nt, omne hoc mater auferet.* Et ab-
rg. Ecl.3: *Phyllida mitte mihi, meq;*
*tulâ pro frugib9, ipſe venito.* Plura-
*os celebraret* &c. Nonnunqvā etiā
r. Plin. l.17, ſub finē c.10: *Ergo è cu-*
*liximus, nō gignit) pilula collectæ,*
*ſole: ruptæq; emittunt ſemē, formi-*
*iā miraculô, tantuli animalis cibo*

*ob-*

*abſumi natalem tantarum arborum* i. e. nativum ſemen. Et gentiles Deum, qvem naſcenti mari adeſſe putabant, *Natalem* cognominare non dubitârunt: qvi unô verbô ijſdem aliàs *Genius* dictus eſt, ac *menſæ Deus*. Tibul. Ecl. 5. lib. 4: *At tu Natalis qvoniam Deus omnia ſentis, Annue.* Veluti cæca antiqvitas naſcituræ fœmellæ præſidem Deam Junonem *Natalem* dixit; qvi aliàs ipſis fuit *Dea cubilis*. Teſtem hujus obſervationis citamus eundem Tibullum Eleg. 5. lib. 4: *Natalis Juno, ſanctos cape thuris acervos Qvos tibi dat tenerâ docta puella manu.* Utrumqve verò idem Poëta probat hôc verſu: *Nec Deus hunc menſâ: Dea nec dignata cubili eſt.* d *Penates*) Numerus ſingularis ſua non caret autoritate. Livius lib. 28: *Qvoniam fors eos ſub eodem tecto eſſe, atqve in eodem penate voluiſſet.* Qvò ſpectat Feſti præceptio: *Penatis ſingulariter Labeo Antiſtius poſſe dici putat, qvia pluraliter penates dicantur, cum patiatur proportio etiam penas dici, ut, optimas, primas, Antias.* Etymon hujus vocis elegantèr Cicero ediſſerit lib. 2 de nat. Deor. pag. 225: *Nec longè abſunt ab hac (veſta) vi dij penates, ſive à penu ductô nomine (eſt enim omne qvo veſcuntur homines penus) ſive ab eo qvòd penitùs inſident, ex qvo etiam penetrales à poëtis vocantur.* Sunt autem *penates* dij gentilibus domi culti. Virgil. 3 Æn: — *feror exul in altum cum ſocijs natóq; penatibus & magnis dijs. Magnos*, inqvit Turnebus lib. 15 Adverſar. c. 21, *deos à penatibus diverſos facit Maro: etſi multi eóſdem cenſent. ſed penates dij penetrales videntur fuiſſe, diiq; familia: dij magni illi, qvi maximum imperium & numen habent publicéq; coluntur, ut Jupiter, Juno. Arnob. lib. 1: non deniqve dij magni aut fingentes ſe deos genus omne mortalium territant. Iterum, hoc ergo dij magni noverunt, perpetiuntur, ſentiunt. Deos magnos lares urbis Romæ cenſet eſſe Aſconius: ita enim ſcribit, Et dijs magnis, id eſt, laribus urbis Romæ dati ſunt.* Macrobius Saturn. lib. 3, c. 4 aliam videtur fovere ſententiam, hìs verbîs conſignatam: *Qvi diligentiùs qværunt veritatem, penates eſſe dixerunt, per qvos penitùs ſpiramus, per qvos habémus corpus, per qvos rationem animi poſſidemus, &c. Caſſius verò Heminæ*

*di-*

Digitized by Google

lémq; *Romanorum penatés, pro-*
ἑοὺς χρηςοὺς, θεοὺς δυνατούς.
*cys, natóq; penatibus & magnis*
μεγάλους. Ubi à ſententia Tuſ-
*Higinius in libro, quem de dijs*
εοὺς πατρῴους. *Nec hoc Virgi-*
: *Dii patrij ſervate domum, ſer-*
*atriiq; penates.* Hæc ille. Hinc
*atrij penates familiarésq;:* & pro
*e Cancelli*) Varro de re
*a è perticis inclinatis ex humo*
*rſis gradatim modicis intervallis*
*um ſcenicorum & theatri.* Sunt
ri majores, vel ferramenta in-
sô ordine juſtóq; intervallô cā-
t affabrè fabrefacta: qvibus o-
ita perhibentur. Et ut noſtra-
larius innoteſcat, talium can-
ſtendit regium cenotaphium.
n Chorus Academicus Hauniæ
addunt non modò ferreos ſed
ros eôdem nomine venire. Si-
orbo, qvi *Cancer* dicitur; qvod
, qvalia iſtud morbi genus in
verò malunt ex eo dici, qvòd
cancri chelarum ſeu forcipum
exarum. Feſtus notat vocem
e: *Cancri*, inqvit, *dicebantur*
*nutionem cancelli, ex qvo gene-*
*ònem appellantur calculi.* f
nent hoc plurale eſſe Adjecti-
i, ut ſubintelligantur *ſenes, cri-*
oratius integrè ait lib. 2. Carm.
*os*, Catullus Ep. 65: *Cum tre-*
*crines.* Et Ovid: *Canum caput,*
X cana

*cana ſenectus*, &c. Abſolutè autem ſine Epitheto non
leges formam ſubſtantivi. Cicero de Senect: *Non cani*,
*rugæ repente autoritatem afferre poſſunt.* Verè enim illu
citur, qvod ſub Cornelij Nepotis nomine legitur: *Caneſ*
*alij mento, nos mente; capillo, Nos animo; facie, nos pe*
*re. tempora qvippe Virtutem non prima negant, non ultima*
*nant.* g *Faſti*) Feſtus: *Faſtis diebus jus fari licebat*
*faſtis non fari licebat.* Varro lib. 5 de Ling. Lat: *Faſti*
*qvibus certa verba legitima ſine piaculo prætoribus licet f*
*ab hoc nefaſti, qvibus diebus ea fari jus non eſt; & ſi fati ſ*
*piaculum faciunt.* Certa autem illa verba tria erant, mon
te Ovidiô 1. Faſt: *Ille nefaſtus erit, per qvem tria verba ſi*
*tur: Faſtus erit, per qvem lege licebit agi.* Qvænam au
fuerint, exprimit Varro lib. 5. p. 53: *Contrarij horum* (ſc.
ſtorum) *vocantur dies Nefaſti, per qvos dies nefas fari pr*
*rem:* DO, DICO, ADDICO. *Itaqve, non poteſt*
*Neceſſe eſt aliqvo eorum uti verbo, cum lege qvid peragi*
Hæc Varro. Qvæ verba ita explicant: DO actionem,
CO jus, ADDICO judicium, ſeu aliqvid adjudico meâ
tentiâ, vel etiam abdico & abjudico. Deinde *Faſti* aut
Corneliô Vitellione in Merulam, dicebantur *tabellæ, ubi*
*profeſtiq; dies in qvibus ſyderum ſignorúmq; ortus & occ*
*qvi fiunt, notabantur, qvos nunc Calendaria dicunt.* Ci
1 Tuſc: *Faſtorum libri, in qvibus totius anni res Populi Ro*
*ni ſcriptæ continebantur, & cauſæ feſtivitatum explicaban*
ut in Faſtis Ovidij: de qvibus idem lib. 1 Faſt. 2: *Sacra r*
*gnoſces annalibus eruta priſcis, Et qvo ſit merito qvæqve n*
*dies. Invenies illic & feſta domeſtica vobis: Sæpe tibi p*
*eſt, ſæpe legendus avus.* Extat etiam in Qvarta Plurale *fa*
Lucanus: *Nec meus Eudoxi vincetur Faſtibus annus.*
Lancilotus lib. 7. c. 16. Gr. notat, qvòd Servius accuſet
canum erroris, qvòd dixerit Faſtibus in Qvarta pro Fa
Verba autem Servij citat Philippus Beroaldus Annotat.
Servium: *Faſtus*, inqvit Servius, *ſuperbia, eſt qvartæ*
*clinationis. nam liber qvi dierum habet computationem, ſe*
*dæ declinationis eſt, unde erravit Lucanus dicendo: Nec n*

Digitized by Google

*Eudoxi vincitur faſtibus annus.* Cui Beroaldus occurrit hiſce verbis: *Nimis audax ne dicam temerarius eſt Servius, qvi Lucanum ſcribit erraſſe dicendo faſtibus & non faſtis, cùm Lucanus eruditiſſimus Serviô reliqvisq; commentatoribus excellentior, morem antiqvorum uſurpaverit, qvi Faſtus etiam pro annalibus & libris in Qvarta declinatione nonnunqvam dicere ſolebant. Varro in Ephemeride: Cæſar faſtus correxit. Columella in 10: Seqvor nunc Eudoxi & Metonis Faſtus Aſtrologorum. Et apud Horatium duplex ſcriptum invenitur, faſtos & faſtus. Et, ut autor eſt Priſcianus, eâdem formâ dicitur faſtûs, vel faſti, qvâ ſenatûs vel ſenati in ſecunda & qvarta declinationibus.* Confer Lancilotum proximô citatô locô. *h Superi*) Plaut. Aulul: *Si autem deorſum comedent, ſi qvid coxerint, Superi incœnati ſint, & cœnati inferi.* Plinius lib. 12. cap. 18: *Felix appellatur Arabia falſi & ingrati cognominis, qva hoc acceptum ſuperis ferat, cum plus ex eo inferis debeat.* Hoc putant primô ortu & uſu Adjectivum eſſe. Qvomodo Virgilius *ſuperas auras*, & Ovidius *domus ſuperas* dixere. Nunc etiam ſubſtantivi naturam induit pro cœlitibus, vel ut Poëtæ loqvuntur cœlicolis, aut ſupernis dijs qvi collati cum inferis ita dicuntur. Eôdem modô, Neutrô plurali ſubſtantivè leges *ſupera*. Cicero 1 Tuſc: *Nihil enim habent hæc duo genera proni, & ſupera ſemper petunt.* Idem de Nat. Deor: *Nicetas, cœlum, ſolem, lunam, ſtellas, ſupera deniqve omnia ſtare cenſet.* Virg. 6 Æneid: *Omnes cœlicolas, omnes ſupera alta tenentes. i Inferi*) Hi opponuntur ſuperis, & manes deóſq; infernos notant, de qvibus prolixè diſſerentem lege Macrob. in ſomn. Scipionis lib. 1. cap. 10, 11. *k Artus*) Feſtus: *Artus ex Græco appellantur, qvos illi ἄρθρα dicunt. ſive artus dicti, qvod membra membris artentur.* Neutrum plurale *artua* extat in Plauto Menæch. 5. 2: *Nunc hunc impuriſſimum, Barbatum, tremulum, Titanum, Cygno prognatum patre: Ita mihi imperas, ut ego hujus membra, atqve oſſa, atqve artua Comminuam illo ſcipione, qvem ipſe habet. l Primores*) Subſtantivè ſumptum pro optimatibus ſive proceribus ſingulari caret.



Digitized by Google

Virg. 9 Æneid: *Protinus armati incedunt: qvos omnis euntes Primorum manus ad portas, juvenumq; ſenumq; Proſeqvitur votis —.* Nec obſtat qvod legatur Horat. Serm. lib. 2. ſat. 1. *primores populi.* Nam vox *populi* pluralis non eſt, ſed genitivi ſingularis, id qvod ex ipſo Horatio patet: *— atqvi Primores populi arripuit, populumq; tributim.* Sed Adjectivè acceptum & plurali & ſingulari gaudet. Hinc eleganter Cicero loqvitur pro Cœlio, *primoribus labris guſtare*, h. e. leviter aliqvid attingere: *Eqvidem*, inqvit, *multos & vidi in hac civitate, & audivi non modò qvi primoribûs labrîs guſtaſſent genus hoc vitæ, & extremis, ut dicitur, digitis attigiſſent: ſed qvi totam adoleſcentiam voluptatibus dediſſent, emerſiſſe aliqvando.* Idem 1 de Orat: *Hæc autem eſſe penitus in media philoſophia retruſa atqve abdita, qvæ iſti rhetores ne primoribus qvidem labris attigiſſent.* Singularis numeri exempla vide pag. 264. *m* *Cœlites*) Cicero in ſomnio Scipion: *Et grates tibi ago ſumme ſol, vobiſq; reliqvi cœlites.* Singulare legitur in Ovidio 4 de Ponto: *Qvale tamen potui de cœlite Brute recenti Veſtra procul poſitus carmen in ora dedi.* *n* *Manes*) Feſtus: *Manes dij ab auguribus vocabantur, qvod eos per omnia manere credebant; eóſq; deos ſuperos, atqve inferos dicebant.* Alijs *manes* dicuntur defunctorum animæ, qvæ à morte ſuperſunt & manent, ut etiam inde *manes* dicti poſſint videri. Perſius Sat. 5: *Indulge genio, carpamus dulcia, noſtrum eſt Qvòd vivis, cinis & manes, & fabula fies.* h. e. corpus tuum crematum (de more veterum gentilium) mutabitur in cinerem, anima corporeis vinculis ſolvetur, & inſtar manis fabulæ pro nihilo duceris. Eòdem ſpectat Horat. Ode 4 lib. 1: *Vita ſumma brevis ſpem nos vetat inchoare longam, Jam te premet nox, fabulæq;, manes, Et domus exilis Plutonia.* Nonnunqvam pro ſede animis defunctorum ſive manibus deputata ſumitur. Perſius Sat. 1: *— Nunc non è manibus illis, Nunc non è tumulo, fortunatâq; favilla, Naſcentur violæ — ?* Ultimò nomenclatione *manium* deſignavit credula gentilitas infeſtationes à manibus defunctorum vivis illatas, per Metonymiam cauſæ pro effectu. Virgil. Æneid. 4:
*Si-*

Digitized by Google

*re ſydera retrò Nocturnósq; ciet* muoem locutionem ex Virgil. *manes —* : id eſt, talibus exa- qvales ſuperſtitibus vivis credè- nimæ defunctorū, à qvibus in . Sic 4 Æneid : *Et cum frigida Omnibus umbra locis adero, da-* rotus notat pag. 79. *manem* Ac- ejo. o *Lemures) Lemu-* ticæ apparitiones & nocturnæ, mortem Remi, qvem interfe- ideo dicti ſunt *lemures*, qvaſi hantaſticæ apparitiones & no- lorat. l. 2. Ep. 2: *Nocturnos le- s?* Ubi Porphyrio: *Nocturnos, tes hominum ante diem mortis lemures eſſe dictos, qvaſi Remu- s frater cum placare vellet, Le- talia, qva menſe Majô per tri- ditum anno menſem Februa- nſe religio eſt nubere.* Ovidius u Fauſti paſtoris, qvi utrumque aluerat, illa juſta parentalia ad erit. Itaqve ait: *Romulus obſe- Illam, qvâ poſitis juſta feruntur em tempore longô Litera, qvâ etiam lemures animas dixere a vocis erat.* Perſius Sat. 5. *La- bbata palles, Tunc nigri lemu- grandes Galli, & cum ſiſtro lu- antes corpora —. Nigri lemures* octurnò tēpore domos infeſta- linum in hunc locum. Varro *temporibus in ſacris fabam ja- res domo extra januam ejicere.* r νυκτερινοὶ δαίμονες. Suſen-

 bro-

brotus dicit *manem* Accuſativô ſingularî inveniri apud A
lejum. p *Furfures*) Qvando fuliginoſa iſta ex
menta ſuper poris capitis, faciei, vel aliarum partium cc
cta inſtar furfuracearum ſqvamarum, notat, ſingulari d
tuitur. Plin. lib. 20. cap. 9: *Diſcutit & folijs ſtrumas*, c
*drinis diebus ſoluta. Furfures capitis & ulcera manantia*
*ta ex oleo cocta.* At verò pro purgamento farinæ ſingula
admittit. q *Gemini*) Subſtantivè pro ſigno cœl
Caſtore ſcilicet & Polluce, nec non pro ijs qvi unô partu
lucem eduntur, rarò ſingularem admittit. Plautus tam
in prologo Menæchmi ait: *Imponit alterum geminum in*
*vem pater, Tarentum avexit ſecum ad mercatum ſimul.*
jectivo verò ſingulari ejuſdem ſignificatûs non rarò ut
Plautus Perſ. 4. 6: *Geminum autem fratrem ſervire au*
*bic meum.* & act. 5. ſc. 2. Perſ: *Tace ſtulte: hic ejus gem*
*eſt frater.* DO. *hiccine' ſt?* TO. *ac geminiſſimus.* DO.
*deæq; & te, & geminum fratrem excrucient.* Sic, *Gemi*
*germana ſoror* Milit. 2. 4 & 5. Etiam pro ſimili ſive pari
gularem non reſpuit. Cic. pro Roſc: *Par eſt avaritia, ſi*
*lis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia.* Idem
Comœdo: *Simillima & maximè gemina ſocietas hæredi*
*eſt.* Eôdem modô Caſtor & Pollux à Columella dicuntur
*minum aſtrum*, qvod XIIII. Calendas Junij Sol ingredi
*Geminus* fuit etiam Jani epitheton, qvòd *geminâ* facie p
ſoleat, cujus ratio hæc aſſignatur à Macrobio lib. 1 Sat
cap. 7: *Janus*, inqvit, *creditur geminam faciem prætu*
*ut qvæ ante, qvæq; poſt tergum eſſent, intueretur. Qvod pr*
*dubio ad prudentiam regis, ſolertiámq; referendum eſt: q*
*præterita noſſet, & futura proſpiceret: ſicut Antevorta, & P*
*vorta, divinitatis ſcilicet aptiſſimæ comites, apud Romano*
*luntur.* r *Menſes*) Pro menſtruis mulierum plu
eſt. Plin. l. 21. c. 25: *Ciet urinas è vino pota, & menſes.*
pro parte anni duodecima in utroqve numero creberr
leges. ſ *Proceres*) *Proceres* ſecundum Varro
ideo dicuntur principes civitatis, qvia eminent in ea, ſic
ædificiis mutuli qvidam, h.e. capita trabium, qvæ *proceres*

mi

Digitized by Google

*roceres* notant capita trabium
. metaphoricè autem illi etiam
s ad ſublimitatis faſtigium eve-
ſingulari utitur : *Agnoſco proce-*
*Syllanus qvocunqve alio de ſan-*
*Faſces* ) Qvando inſignia
notant, ſingulari carent. Plaut.
*ra abeſt, Lictores duo, duo vi-*
m hunc ab Etruſcis Regibus ac-
I. Lictores præibant, cum XII.
a ſecuribus, qvæ illis involutæ :
us eſſet, primùm ſpoliatus cæ-
ri percuteretur. Erant autem
, ex ulmo præcipuè aut betula,
is. Hujuſmodi faſces VI. præ-
um, ſed conſuli XII, dictatori
tidem lictoribus : qvi non gre-
, ſed ſinguli & in lineam ibant,
atqve hi erant liberi non ſervi,
n plebe lecti; poſtea etiam ex
ſ. Elect. lib. 1. c. 23. Sed præ-
tantum lictores ; aliis extra ur-
sâ, plures additi fuiſſe videntur.
nfer etiam Taubm. ad Plaut. E-
ngerie lignorum aut aliarum
uſu eſt. *u Pugillares*)
*gillares ſumis, & aliqvid ex his,*
*cribis? Pugillar* eſt apud Auſo-
*patens pugillar expedi.* Et Neu-
de Acme, epigr. 39: *Et negat*
*aria, ſi pati poteſtis.* Gellius lib.
*in vetere hiſtoria rerum Punica-*
*a ſcriptam rebus arcanis hôc mo-*
*a, nondum etiam cerâ illita ac-*
*iſſe: poſtea tabulas (uti ſolitum*
*as tanqvam non ſcriptas, cui fu-*


Digitized by Google

*terâſq; incolumes ligno inciſas legiſſe.* Fuere autem *pugilla* tabellæ ceratæ vel ligneæ aut alterius materiæ in qvibus ſt ſcribebatur. Nonnulli verò eorum, qvibus hodie utimu non egent cerâ, qvippe cum tenuiſſimis atri lapidis lami tanqvam folijs conſtent. Porrò à *pugno pugillares* dictos p tant, qvod olim majores non fuiſſe perhibentur, qvàm pugnô facilè capi poſſent. x *Caſſes*) Virg. 4 Geo *aut inviſa Minervæ in foribus laxos ſuſpendit aranea c. ſes.* Sunt autem *caſſes* retia inprimis venatoria: qvos ita ctos putant, qvaſi caſſi ſint, hoc eſt, rari, multisq; vac & apertis foraminibus conſtantes. Singulare extat in Se ca Tragico: *Aper cum caſſe vinctus.* *Caſſis* autem *caſſidis*, p galea utroqve numerô gaudet. de qva voce ſupra pag. y *Antes*) Columell. lib. 10 de cultu hortorum: *Humid. andrachne ſitientes protegit antes,* Virg. 2 Georg: *Jam nit extremos effœtus vinitor antes.* in qvem verſum Turneb lib. 19. c. 19 ita commentatur: *Ut antica & poſtica opponu tur: ſic & in janua antes & poſtes. Illi enim antè ſunt, hi pò* qvod & ab Iſidoro lib. 15. c. 7 relatum eſt. ſunt enim *antes* ingreſſu, qvi & finis eſt laboris cùm ad eum pervèntum e Feſto *Antes* definiuntur *extremi ordines vinearum. unde jam nomen trahunt antæ, qvæ ſunt latera oſtiorum.* Idem Se vius notat in citatum Maronis verſum, qvod alij interp tantur *macerias qvibus vineta clauduntur.* dicuntur autem *antes*, inqvit idem Servius, *eminentes lapides, vel colum ultimæ, qvibus fabrica ſuſtinetur.* z *Ludi*) Qvan ſpectacula publica deſignant, plurali tantùm numerô legu tur. Cicero Philip. 10 de Bruto loqvens: *Qvi ne Apollin res qvidem ludos, pro ſua, populiq; Romani dignitate app ratos, præſens fecit.* De ludis vide Scaligerum lib. 1 Poët. c. ubi ait: *Ludi ſunt tacitæ fabulæ: Fabulæ verò ludi loqventes.* c. *Ludorum genera diverſa à fine. qvippe alij in honorem deoru nonnulli exercitationis gratiâ, qvibus belli ſimulacra cierentu ut Troja & Caſtrenſes. Qvidam funebres. Aliqvi votivi, pro victorijs, vel pro bona valetudine. Qvare evenit, ut ſumn*

*eſſe*

Digitized by Google

: *Statorum, & non ſtatorum* &c. *aliunde: ut Juvenales, Secula-*, *Circenſes, Saturnalia &c. Alia* *rentur, qvales Capitolini in* *ac Minervæ.* Aliàs *ludus* pro ationis vel exercitij causâ, aut næ, ſcilicet ſchola, palæſtrâ &c, Horatius lib. 1, Epiſt. 19: *Ludus en; & iram, Ira truces inimici-* piſt. 7: *Gaudentem, parviſq; ſo- lis, & poſt deciſa negotia, cam- e ire in ludum occœpi literarium* Qvintilianus lib. 1. c. 4: *Lite- vialis ſcientiæ.* Valla lib. 4. c. 16 *Luſus differt à luſu ſive luſione, tum ſpem ſibi præpoſitam habet, uptatem. Dicimus etiam ludum m & ſpes eſt, certè labor atq; va-* ndo uterum mulieris ſignificant, t, ſingulari carent. Plin. lib. 11. *ia, præter veſicæ junctus utricu- aliô nomine locos appellant: hoc n.* Varro in Orig: *Sic loci mu- tia conſiſtunt.* Leges etiam in o, qvomodo Columella lib 8. *epiuſq; digitis loca fœminarum u gerunt ova.* ϵ *Tripli- triplices brevéſq; mappa.* Erant os tabellæ ceratæ, in qvas res le- eluti in *qvintuplices.* vel ut Tur- raviores referebantur. *Etſi au-* ſ. lib. 9. c. 23, *qvincuplices, qvæ (ut duplices* δίπτυχα, *triplices* *ſummum interdum nunciabant, ioſis non numerabantur, cùm ta- eburneæ aut citreæ.* γ *Fo-*

 *ri)*

Digitized by Google

*ri* ] Virgil. 6. Æneid. *Inde alias animas, qvæ per juga long* *ſedebant, Deturbat, laxatq; foros: ſimul accipit alveo Inge* *tem Æneam* —.Sunt autem *fori*, teſte Iſidorô lib. 19. c. 2. navium latera concava, à ferendo onere dicta, ſive tabula navium, qvæ ſternuntur, dicta ab eo, qvòd inceſſus feran vel foris emineant. Singulare tamen leges apud Gelliu lib. 10. cap. 19: *Atqve ibi mox de more Cinctus, amictus, orn* *tus, ſtansq; in ſummo puppis foro, carmen qvod Orthium dic* *tur, voce ſublatiſſimâ cantavit.* De Arione, qvem Delphinu inter fluctus marinos, vexiſſe fert, loqvitur Gellius. En nius: *Multa foro ponens, ageaq; longa repletur.* 2. *Fori*, au ctore Feſtô, ſignificant Circenſia ſpectacula, id eſt, loca er cta, & tabulis compoſita in amphitheatro, è qvibus populu ludos ſpectabat. Livius 1. ab Urbe: *Tum primùm Circo, q* *nunc maximus dicitur, deſignatus locus eſt, loca diviſa Patr* *bus, Eqvitibuſqve, ubi ſpectacula ſibi qviſqve facerent, fori a* *pellati.* 3. Notant anguſtiores tramites in hortis inter are vel porcas, per qvos expatiari licet, veluti fori in navibus f cultatem præbent nautis ultro citroq; diſcurrendi. Colur lib. 10. de cultu hort: *Anguſtosq; foros adverſô limite ducen* *Rurſus in obliqvum diſtingvat tramite parvô.* δ *P* *ſteri* ] Cic. pro Domo ſua: *Apud poſteros noſtros non ut ex* *tinctor conjurationis & ſceleris, ſed autor & dux fuiſſe videa* Idem 3. de Nat. Deor: *Ut etiam ſi qvis morte pœnas ſceler* *effugerit, expetantur hæ pœnæ à liberis, à nepotibus ac poſter* Sunt autem *poſteri*, qvicunqve ex nobis, & poſt nos nati ſun ut, filius, nepos, pronepos, abnepos, trinepos, & cæteri q nomine carent, poſteriores ſeu minores vocantur. Adject vè verò acceptum utrôqve numerô uſurpatur. cujus rei ex empla ubivis obvia ſunt. ε *Loculi* ] Pro pluribus lo culamentis piſcinarum, marſupiorum, ornithotrophioru aliorumq; ſtabulorum in qvibus ſeorſim ſingula aluntur a nimalia, ſingulari deſtituuntur. Varro lib. 3. de re ruſt: *Ho* *tenſius familiaris noſter qvum piſcinas haberet magnâ pecun* *ædificatas, ac loculos, ita ſæpe cum eo ad villam ivi.* Juvena Sat. 11. *Nec multum cupias, cùm ſit tibi gobio tantùm In locul* Martial. li. 14. *Hos niſi de flavâ loculos implere monetâ Non d* *cet: argentum vilia ligna ferant.* ζ *Majores* ] Subſtanti

Digitized by Google

pavo, proavo, atavo, tritavo &c.
*rmanorũ conſvetudo hæc ſit à ma-*
*Minores*] Virg. 1. Æneid: *Juppiter*
*qvuntur) Hunc lætũ Tyriisq; diem*
*oſtrósq; hujus meminiſſe minores.*
*ut ea fata minores: Vincet amor*
*pido. Minores* autẽ, ut alibi idem
*& qvi naſcentur ab illis:* id eſt, po-
adſcribunt 1. nomina propria Op-
*bii, Pometii, Locri, Veji, Philippi,*
, &c. item hæc & ſimilia nomina
*s, Tatienſes, Celeres, Aborigenes,*
a pervetuſtũ Italiæ, nec non ejus
tas Italiæ. Virg. l. 6. Ænei: *Hi tibi*
*Fidenam, Hi Collatinas imponet*
*rúmq; Inui, Bolámq; Corámq;. Lo-*
Italia prope Zephyriũ promon-
phanô. 2. Sunt populi in extrema
*am Græciam* appellârunt. Virg. 3.
*nt mœnia Locri.* 3. Sunt Græciæ
rinq; accolentes. *Veji*] Urbs He-
ivitas Thraciæ vel Theſſaliæ, no-
edonũ rege, tanqvã primo con-
tiæ juxta Parnaſſum, à Delpho
ulo Delphico Apollinis clara. *Pu-*
os. *Soli*] 1 Urbs in Cypro inſulâ
2. Civitas Ciliciæ, qvæ poſtea *Põ-*
Urbs Pariſienſis in Gallia, qvæ a-
populi ad Seqvanã fluviũ, Seno-
& Meloduno finitimi. *Ramnes,*
4. de ling. Lat: *Ager Romanus pri-*
*qva tribus appellata, Tatienſium,*
*ata, ut ait Ennius, Tatienſes à*
*; Luceres, ut ait Junius, à Lucu-*
*bula Tuſca, ut Volumnius, qvi*
*dicebat.* Hæc ille. Ubi nota qvòd
*nnes* non adſpiret. *Celeres*] Vi-
de

Digitized by Google

de pag. 93. *Aborigines* ] Feſtus : *Aborigines appellati ſu*
*qvòd errantes convenerint in agrum , qvi nunc eſt populi R*
*mani. fuit enim gens antiqviſſima Italiæ.* *Helvetii* ) Gall
rum vel Celtogallorum gens inſignis. horum caput Aven
cum erat, qvi è finibus ſuis in Germaniam transgreſſi, in
Hercyniam ſylvam, Rhenúmq; & Mœnum amnes habitav
runt. Eorum tractum hodie Germani illuc profecti, tene
2. Huc referre ſolent hæc ſeqventia. *Codicilli* ) Cicero A
tic. lib. 4. 77: *Ut non minus longas jam in codicillorum fa*
*futurorum Conſulum paginulas habeat, qvàm factorum.* Su
autem codicilli 1. epiſtolæ 2. diplomata. 3. Juriſconſultis ſc
pturæ ſunt, qvibus olim ſine ſolennitate conſignata fuit ul
ma teſtatoris voluntas. *Optimates* ) Cic. pro Seſt : *Qvi*
*ſe gerebant, ut ſua conſilia optimo cuiq; probarentur, optima*
*habebantur.* Et in Epiſt. ad Atticum ſingulari utitur : *Vi*
*ne, dum pudet te parum optimatem eſſe, parum diligenter, qv*
*optimum ſit eligas.* *Infimates* ] Hanc vocem ut confirme
Calepinus citat hæc Plauti verba ex Sticho : *Summates v*
*atqve infimates.* Sed Plautus in Sticho act. 3. ſc. 2 non plu
li ſed ſingulari utitur. ita enim ait : *Ergo oratores populi ſu*
*mates viri Summi accumbent, ego infimatis infimus*, i. e. in
mas, vel infimi ordinis, autore Taubm. *Summates* ) Pla
Pſeud. 1. 2: —*ſed qvæ pacta es, non ſcis ſolvere, Phœniciu*
*tibi hæc ego loqvor, deliciæ ſummatum virûm.* In genere F
minino plurali leges apud eundem, Ciſtel. 1. 1: *Ubi iſtas*
*deas ſummô genere natas, Summates matronas, ut amicitia*
*colunt.* *Sentes* ) Colum. lib. 6. c. 3: *Liberantur arva ſen*
*bus, qvi æſtivô tempore per Caniculæ ortum receſi, plerunq*
*intereunt radicitus.* Idem lib. 11. c. 3 ſingulari dicit *ſentem*
*nis*, ſed pro majore rubo in agris creſcente. *Vepres* ) Pl
ralem qvidem ei numerum nonnulli aſſignant :- Sed etia
ſingulare eſt apud Ovidium 5 Metam : *Aut leporis qvi vep*
*latens hoſtilia cernit.* & Colum. lib. 11. c. 3: *Hunc veprem*
*manifeſtum eſt interimi non poſſe.* *Horti* ) Valla lib. 3, c
de numero utroqve hujus vocis ita diſſerit : *In ſingulari p*
*raliq; pro hortis olitoriis accipitur, id eſt, olera producentibu*
*Eſt enim olus, omnis herba ſativa, qvâ veſcimur; & cujus fol*

Digitized by Google

*Horti verò in plurali arboribus amœnitatiſq; causâ parati. In ſu-*
*cemus unum hortum, duos, tres*
*tos, ternos, quaternos hortos, niſi*
*vendicaveris. Lumbi* ) Horat.
*, nautæq; caput, lumboſq; ſaligni*
n lib. 13 Epigr. 5 ſingularem ha-
*ficedula lumbo, Quum tibi fortè*
urale tamen longè uſitatius eſt.
one animi tradunt inprimis plu-
Agam: *Tamen ſuperba, & im-*
*gno, ſpiritus tumidos daret.* Cic.
*edo, meæ, me nimis extulerunt?*
*attularunt?* Sed ſingulare et-
â nititur autoritate. Cic. ad
*Cæcilium, nonne omnî ratione*
*quâ irâ? quô ſpiritu? Num-*
urrat: ſingulare tamen pro pe-
tur. Plaut. Pſeud: *Nimis ſum*
*perire argenti queo.* Cic. 2 de Fi-
*m ſententiam, qui honeſta & re-*
*commodis anteponerent, num-*
*ni* ) Pro vili veſte inprimis plu-
. 6. ſub finem: *Languida ſemi-*
*deres, Horrida pædore, & pan-*
*luvie* —. Sic Terentius: *Annis*
te ſingulare eſt apud Horat. lib.
*lbo rara fides colit Velata pannô,*
*aque mutata potenteis Veſte do-*
) Pro ſigno cœleſti docent plu-
i. Colum. lib. 11. cap. 2: *Quin-*
*Piſces tranſitum facit.* Sed Vir-
ur: *Aut eadem ſidus fugiens ubi*
*ilonius* & *Auſtrinus* apud Colu-
Pro limitibus ſive terminis plu-
micit: *Conſtituendi autem ſunt*
*uaſi termini diligendi. Odores*)
Prò

Digitized by Google

Pro aromatibus ſive odoramentis, pluralem amat. Tacitus lib. 16: *Corpus non igni abolitum, ut Romanus mos; ſed Regum externorum conſvetudine, differtum odoribus conditur, tumulóſq; Juliorum infertur.* Loqvitur de Poppæa. *Eteſiæ*] Plinius lib.2. c.47: *Eteſiæ noctu deſinunt ferè, & à tertia diei hora oriuntur; in Hiſpania & Aſia ab Oriente flatus eſt eorum; in Ponto ab Aqvilone; reliqvis in partibus à meridie* &c. Licèt Mindanus in Grammat. pag.41. obſervet, qvòd *Eteſiæ* plurali tantùm numerô uſurpentur, ex Plinio tamen lib. 18. c. 34 manifeſtus evadit numerus ſingularis: *Mollit ſidera æſtate mediâ, mutátq; nomen & Eteſias vocatur.* Interim Plurale maſculinum Subſtantivè acceptum uſitatius eſt. Et paſſim apud Græcos autores leges οἱ ἐτήσιαι. Svid: ἐτήσιαι οἱ κατ' ἔτος πνέοντες. id eſt, qvotannis ſpirantes. Apud Latinos autem longè freqventiſſimè. Seneca natur. qvæſt. l.1.c.2. *Eteſiæ temperati ſunt.* & l.5.c.11. *Eteſiæ ob hoc ſomniculoſi à nautis, & delicati vocantur, qvod (ut ait Gallio) manè neſciant ſurgere.* Cicero l.2.Epiſt.15. *Eteſiæ ſunt euntibus in Græciam ſecundi, in Italiam adverſi.* ubi Aldus ita deſcribit *Eteſias: Eteſiæ venti à Septentrione ad occidentem, inde in Orientem flantes: ut lib. 2. meteor. docet Ariſtoteles. itaqve curſum Ciceronis impediebant in Italiam ex Græcia navigantis. Flare incipiunt VI. Id. Jul. diebus octo ante caniculæ exortum, ut ait Columella, nec deſinunt, niſi poſt dies XL. autore Pliniô. Gignuntur, ut eôdem librô docet Ariſtoteles, humorem diſſolvente ſole in Septentrionis regione collectum, Epiſt.25.lib.12. & Epiſt 11.l.15. & ad Attic. l.6. Epiſt.7. & 8.* Cæterùm etiam fœmininô genere extant *Eteſiæ*, ubi ſubintelliguntur *auræ*, & neutrô *eteſia flabra* legimus, ſed ab adjectivo *eteſius,a,um*, qvod Græcis ἐτήσιος ὁ καὶ ἡ καὶ τὸ ἐτήσιον. Apoll. Argon.1. ἐτήσιοι αὖραι. Ariſt. in probl. βορέαι ἐτήσιοι. Higinus lib. 2. in Arctophylace, de Ariſteo: *A Jove impetravit, ut eteſiæ flarent, qvas nonnulli eteſias dixerunt, qvod qvotannis certô tempore exoriuntur. Græcè enim* ἔτος, *Latinè annus eſt. Nonnulli etiam Eteſias appellaverunt, qvòd expoſtulatæ ſunt ab Jove & ita conceſſæ.* Lucret. l.6. de

Nilo:

lo: *Is rigat Ægyptum medium per ſæpe calorem, Aut qvia nt æſtate aqvilones oſtia contra Anni tempore eô, qvô eteſiæ ibra feruntur.* Et paulò pôſt: *Fit qvoqve, uti pluviæ forſan agis ad caput ejus Tempore eô fiant, qvô eteſia flabra aqvilo-um Nubila conjiciunt in eas tunc omnia partes.* Nomen au-m verô etymô deductum eſt ex Græco ἔτ☉, id eſt, an-us: unde Adjectivum ἐτήσι☉, annuus, anniverſarius, ia qvotannis & ſtatô ferè tempore flare ſolent *Eteſiæ.* vod autem Nigidius Gram. pag. 77. huc referat *ſales* pro cetiis velut ſapido humanitatis & venuſtatis ſale conditis, *lares*, mirari ſubit. etenim ſingulare *ſal* pro faceto dicendi enere non rarò legitur. Cicero de Clar. Orat. *Publius Sci-o*, &c. *& omnes ſale facetiisq; ſuperabat.* Idem 2. Philipp. *qvo eſt tua culpa nonnulla: aliqvid enim ſalis ab uxore mi-a trahere potuiſti?* Idem ad Q. fratr. l. 1. 2. *Qvibus qvidem in bus ſi apud te plus autoritas mea, qvàm tua, ſive natura pau-acrior, ſive qvædam dulcedo iracundiæ, ſive dicendi ſal, fa-tiæq; valuiſſent, nihil ſanè eſſet qvod non pœniteret.* Plaut. aſin: *— nec pote qvicqvam commemorari, qvod plus ſalis, lúſq; lepôris habeat hodie.* Cic. 5. Tuſc. *C. Cæſaris in qvo mihi detur fuiſſe ſpecimen humanitatis, ſalis, ſvavitatis, lepôris.* onfer pag. 274. Idem de numero *Lares* pl. ſentire licet, rum ſingularis etiam non rarò inveniatur. Plaut. Mercat. 5. *Dii penates meûm parentum, familiæq; Lar pater, Vobis ando, meûm parentum rem benè ut tutemini. Ego mihi alios os penátes perſeqvar alium Larem, Aliam urbem, aliã civi-temi—.* Idẽ Prolog. Aulul: *Ne qvis miretur qvi ſim, paucis e-qvar. Ego Lar ſum familiaris: ex hac familia, Unde exeuntẽ e aſpexiſtis—.* Sic pro domo ſive ædibus, qvarum tutelaris eus *Lar* credebatur, ſæpe ſingularem invenies. Plaut. Trin. 2. *Larem coronâ noſtrum decorari volo.* Horat. 1. Serm. Sat. 2. *Qvi patrium mimæ donat fundúmq; larémq;.* Plaut. Aul. 2. 8. *unc tuſculum emi, & haſce coronas floreas: Hæc imponentur foco noſtro Lari.* Penatũ enim & *Larium*, ut monet Taub-annus, ſedes in privatis ædibus nõ una. Colebãtur maximè foco: item in cubiculo: ſæpe in parte aliqva atrij; puta

in

Digitized by Google

in compluvio, vel in porticu compluvio adjunctâ. D
Caſaub. 2 ad Svet. Cur autem *Lar* dicatur *Noſter*, doce
Taubmannus ad Bachid. act. 2. ſc. 1: *Apud veteres*
*nos*, inqvit, *Familiæ diſtinctæ in duos ordines: Servos,*
*milia nuncupabantur; Ingenuos, qvi Familia aurea, q*
*dux & princeps generis vocabatur Pater & Materfamili*
*deatur Feſtus. Aureæ familiæ præſtites dij Picumnus*
*lumnus, i. e. Mars & Romulus. Qvorum Picumnus, qvia*
*ceps Larum erat, Lar* κατ' ἐξοχὴν *fuit appellatus, &*
*dem Militaris, ut à familiari dignoſceretur. Capella*
*Mulciber, Lar cœleſtis, nec non etiam Militaris. Et hic*
*Larium Hoſtiliorum. Hic qvoqve Noſter vocabatur:* E
act. 2. 8: *Hæc imponuntur in foro Noſtro Lari. Symm*
*Patrium appellat* lib. 5. ep. 72. *Idem eſt qvi toties apud*
*res Suus Lar. Diverſus ab hoc erat Lar familiaris, cui*
*foci & familiæ, i. e. ſervorum: qvi etiam in foco, tanqv*
*præſentia Dei ſui, cibum ſumebant. Sed qviſnam deoru*
*iſte Familiaris? veriſimiliter Saturnus*, &c. *Lar autem*
*truſca vox eſt, & principem ac* προστάτην *ſignificat,*
*euit Scalig. ad Prop. Hinc Lares dicti varij variarum re*
*antiſtites dij. Lar cœleſtis apud Capellam, & Cunctalis*
*rum ille præſes ac princeps Deus Jupiter, hic autem J*
*qvem regere omnia crediderunt, ut liqvet ex* Macrob. l.
*Erant etiam Lares vicini, & viales, vicorum præſtites:*
*Græcos* θεοὶ ἀγυιεῖς *nominabantur: ij erant Apollo &*
*bus. Itaqve hîc falluntur, qvi vicinum interpretantu*
προστήριον, *cùm* τὸν ἀγυιέα *deberent. Apud Ro*
*in eodem erat munere Mater Stata, ut ex Feſto licet hau*
*Larium Vialium meminit Plautus* Mercat. act. 5. 2:
*fuerunt in Græcia Mercurius* ἐνόδιος *inde cognomin*
*Romæ verò Hercules Sancus, cui propter viam ſacra à pro*
*ris facta.* Livius lib. 40 *Lares Permarinos vocat qvi* θεοὶ
πόντιοι *in Gloſſis. Et hi ſunt Neptunus, Thetis, Gla*
*nam per mare iter facturi immolabant illi taurum, iſti j*

Digitized by Google

*buit bovem. Neptunum etiam Reducis nomine coluerunt* *ani,&c. Hæc excerpſi è Meurſio, qvi ſingula teſtimoniis* *ium illuſtrat & firmat.* Hæc ille. Fuit autem *Lar,* ut in- Cato de re Ruſt.c.2. qvi domi à familia colebatur. Cic. rr. *Relinqvere Larem familiarem ſuum.* Saluſt.in Cat. *Larem familiarem nuſqvam eſſe?* Ovid. 5. Faſt. *Et ca- ite pedes ſaxô fabricatus eôdem Stabat. qvæ ſtandi cum cauſa fuit? Servat uterqve domum, domino cùm fidus ve eſt, Compita grata Deo, compita grata cani.* Auſon. is: *Nec genius domuum Larunda progenitus Lar.*

## lurália Fœminina aut rarò ſingularia.

*Copiæ[a] & excubiæ[b,] bigæ[c,] diræ [d,] bracq;[e;]*
*Nuptiæ[f] & inferiæ [g,] cunæ[h,] ſor- [i,] operæq;[k;]*
*Literæ[l] & illecebræ[m,] lactes [n,] nugæ ] decimæq;[p;] (argutiæq; [u;]*
*eriæ[q] & exeqviæ[r,] ſcopæ[ſ,] valvæ[t,]*
*undinæ[x] & induciæ [y,] exuviæ[z,] par- [α] foréſq;[β,]*
*ivitiæ[γ] atqve facetiæ[δ,] opes [ε,] præ- æ[ζ,] & antæ[η;]*
Præter *relliqvias* [θ] his adde *mináſ- [ι] plagáſqve* [κ.]

*a Copiæ*] Uſurpatur qvidem utrôqve numerô non pro abundantia & opibus, ſed etiam pro exercitu; ra- amen in ſingulari leges pro opibus. Cicerò in Paradox: *m divitiarum eſt fructus in copia: copiam autem decla- tietas rerum atqve abundantia.* Idem de Amicit: *O- & copiis maximéq; virtute præditum eſſe.* Plaut. Am- *Póſtqvam utrinqve exitu'ſt maxuma copia.* Cic. ad At- : *Idcirco ad L. Domitium literas miſi, primùm ut ipſe*



Digitized by Google

*cum omni copia ad nos veniret.* Ibidem 4. *Ut Brundiſium ducerem hanc copiam, qvam mecum habeo.* Sed pro facultate vel poteſtate aliqvid faciendi, tantùm ſingulare eſt. Saluſt. in Catil. *Qvibus in otio, vel magnificè vel molliter vivere copia erat, incerta pro certis, bellum qvàm pacem malebant.* Terent. in prolog. Heaut: — *date creſcendi copiam Novarum, qvi ſpectandi faciunt copiam.* b *Excubiæ*] Valla lib. 4. c. 69. *Excubias* & *Vigilias* ita diſtingvit: *Excubiæ*, inqvit, *ſunt diurnæ & nocturnæ. Vigiliæ tantùm nocturnæ.* Cicero pro Milone: *Si hæc arma, ſi Capitolinæ cohortes, ſi excubiæ, ſi vigiliæ, ſi delecta juventus, qvæ tuum corpus domúmq; cuſtodit.* Idem 7. Philip. *Cujus ego excubias & cuſtodias mei capitis cognovi.* Nonnunqvam pro ipſis excubitoribus. Claud. in nupt. Honor. *Madentes vinô excubiæ.* c *Biga*] Singulare eſt apud Svetonium in Tiberio: *Vix unius bigæ adjectione honorari paſſus eſt.* Statius 3. Sylv. *Olorináq; jubet conſidere biga.* Varro tamen lib. 9. de Ling. Lat. magis probat numerum pluralem pag. 146. *Sic bigæ, ſic qvadrigæ, à conjunctu dictæ. itaque non dicitur, ut hæc una, lata & alba: ſic una biga, ſed unæ bigæ.* Svetonius in Calig. c. 19. vocat bigam curriculum bijuge: *Poſtridie qvadrigario habitu, curriculóq; bijugi famoſorum eqvorum, præ ſe ferens Darium puerum ex Parthorum obſidibus, comitante prætorianorum agmine & in eſſedo cohorte amicorum.* Iſidorus lib. 18. c. 36. de bigis, trigis, qvadrigis, ſejugis ita differit: *Qvadrigæ & bigæ & trigæ & ſejugæ ab eqvorum numero & jugo dictæ. ex qvibus qvadrigas ſoli, bigas lunæ, & trigas inferis, & ſejugas Jovi conſecraverunt. Qvadrigas ideo ſoli jungunt, qvia per qvatuor tempora annus vertitur, ver & æſtatem, autumnum & hiemem. bigas lunæ, qvoniam geminò curſu cum ſole contendit, ſive qvia & nocte videtur & die. Jungunt enim unum eqvum nigrum, alterum candidum. Trigas diis inferis, qvia hi per tres ætates homines ad ſe rapiunt, id eſt, per infantiam, juventutem atqve ſenectam. Sejuga maximus currus currit Jovi, propterea qvòd maximum deorum ſuorum eſſe credunt. Ideo autem rotis qvadrigas currere dicunt, ſive, qvia mundus iſte*

*circuli*

Digitized by Google

*it, ſive propter ſolem, qvia volu-*
*nius : Inde patefecit radiis rota*
*bigæ* currùs, qvi duorum eqvo-
*Diræ* ] 1. Deſignant inferorum
nis putabantur, qvos nefandi
erruit. Virgil. 12. Æneid. *Di-*
*ne Diræ, Qvas, & tartaream*
*lno eodémq; tulit partu : pari-*
*ventoſáſq; addidit alas.* Et po-
gulari utitur : *At procul ut Di-*
Cic. 1. de Divinat: *Craſſo qvid*
*nuntiatione neglecta.* Ibidem:
*uſpicia, ut omnia, ut ſigna, non*
*t, ſed nuntiant eventura niſi*
ecrationes & imprecationes,
nfernarum Dirarum ejaculati
ſine ſummo Numinis, cui ſeſe
, novos & ignotos deos colen-
: *compoſitas Diras imprecaba-*
tenebrarum privatio lucis de-
*c, (ut perhibent) aut intempe-*
*denſantur nocte tenebræ.* 2. te-
eid; *Euryalum tenebræ ramo-*
*t* —. 3. Tralaticio dicendi ge-
atem notant. Cic. pro Arch:
*s, niſi literarum lumen accede-*
*Nuptias dictas eſſe ait Santra*
*ræci, antiqvi γάμον. inde no-*
*Cornificius, qvòd nova petan-*
*nova ratio fiat. Ælius, & Cin-*
*tis obvolvatur, qvod antiqvi ob-*
*uſam legem qvoque Parenſtam*
*parentem necaviſſet, qvod eſt*
de ſuprà pag. 247. *b Cu-*
voci *carcer* adjectas *i Sor-*
ſis Deorum plurali inprimis
 uſur-

Digitized by Google

uſurpantur. Ovid 1. Metam: — *placuit cæleſte precari Numen, & auxilium per ſacras qværere ſortes.* Nonnunqvam tamen & ſingulare legitur. Ovid. 5. Faſt: *Obſcuræ ſortis ambages.* Cic. l. 2. de Invent: *Sors illa edita eſt opulentiſſimo Regi Aſiæ.* At verò Singularem non reſpuit, qvando adhibetur ad deſignandum 1. ſignum, qvo ſortimur, ut qvod ex vaſe aliqvo, velut olla fortunæ, aut manibus compreſſis educitur, charta, lapillus, feſtuca &c. pro rei alicujus ſignificatione vel eventu. Et hoc eſt qvod Juvenalis Sat. 6. hexam. ab ultimo 78 dicit: *ſortes ducere. Si mediocris erit ſpacium luſtrabit utrumq; Metarum, & ſortes ducet, frontémq; manúmq; Præbebit vati crebrum popiſma roganti.* 2. Id qvod ſorte dividitur & obtingit. 3. Sortitionem. 4. vicem, munus, conditionem. 5. fatum. 6. primam pecuniam qvam ſocietas aliqva publici lucri cauſâ confert, aliàs ſummã ſive caput. 7. judicium. Virg. 6. Æneid: *Nec verò hæc ſine ſorte datæ, ſine judice ſedes.* Tractum ex Romano more. Non enim audiebantur cauſæ, niſi per ſortem ordinatæ: nam qvô tempore cauſæ agebantur, conveniebant omnes: & ex ſorte, dierum ordinem accipiebant, qvò poſt triceſimum diem cauſas ſuas exeqverentur. Id qvod Servius in 6. Æneid. notavit. *k Operæ*] Pro conductis perſonis ad aliqvid agendum, plurale eſt. Cic 1. Philip: *Qvis enim aut accuſator tam amens reperiretur, qvi reo condemnato obijci ſe multitudini conductæ velit? aut judex, qvi reum damnare audeat, ut ipſe ad operas mercenarias ſtatim protrahatur?* Idem pro Seſtio: *Erat autem mihi contentio non cum victore exercito, ſed cum operis conductis, & ad diripiendi urbem concitatis.* Sed ſingulare etiam eſt apud Horat. 2. Serm. Sat. 7: — *ocyus hinc te Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino.* Columella lib. 2. c. 13. non ſemel utitur & plurali & ſingulari: *Et ut jam percenſeamus qvot operis in aream perducantur ea, qvæ terra credidimus. Tritici modii qvatuor vel qvinqve bubulcorum operas occupant qvatuor* &c. & mox: *Occantur ſeſqvioperâ, ſarriuntur ſeſqvioperâ, iterum ſarriuntur unâ operâ, & tertio una, metuntur una. Summa fit operarum octo, vel ſeptem. Viciæ modii*

*ſex*

vel ſeptem, in verſacto bubulcorum duas operas volunt, in
ibili unam : item occantur unâ operâ, metuntur unâ. ſum-
fit operarum qvatuor vel trium. *l* Litera ] Pro do-
ientis, monumẽtis, ſcriptis, ſtudiis, ſcientiâ, in primis plu-
gaudent. Cic. pro Qvinct: *In Galliam ad te ipſum venit,
grum communem : eò deniqve ubi non modò res erat, ſed
io qvoqve omnis, & omnes literæ.* *Literas* vocat heic ſo-
atis monumenta, rationes, & ſcripturam ſeu perſcriptio-
& tabulas. Idem Lucejo lib. 5. 15: *Qvod enim eſſe pote-
mihi profugium ſpoliato & forenſibus, & domeſticis orna-
ntis, atqve ſolatiis? literæ credo, qvibus utor aſſiduè*, id eſt,
ralia ſtudia. Cic. de C. Orat: *Erant in eo plurimæ literæ:
eæ vulgares, ſed interiores qvædam & reconditæ.* Sed verò
epiſtola etiam ſingularî numerô uſurpatur, inprimis a-
l Ovidium, qvi lib. 3. epiſt. 1. ita canit: *Qvam legis, ab rapta
ſeide litera venit.* Idem 9 Metam: *Litera arcana.* 16 epiſt:
*ducta merò litera.* 1 Amor. eleg. 12: *infelix litera.* 20 Epiſt:
*ta litera.* 6 Epiſt: *nuncia litera.* 5 Epiſt. *Scripta litera.* 1. de
te: *Triſtis litera.* Cic. Attic. l. 7: *Nam Alexidis animum
ebam, qvod tam propè accedebat ſimilitudinem tuæ literæ.*
ſt, manus. Sed pro elementis, ex qvibus ſyllabæ conflan-
utroqve numero uſurpantur. *m* *Illecebræ* ] Sin-
ıri uſus eſt Cicero 1. in Catil: *Jam verò qvæ tanta in ullo
vam homine juventutis illecebra fuit, qvanta in illo?* Idem
de Legibus: *Voluptas eſt illecebra libidinis.* Item pro Mi-
e: *Impunitatis ſpes, maxima eſt illecebra peccandi.* Et
ıt. Aſin: *Atqve eccam illecebra animo eſt amantium.* Idem
in. 5. 2: *Qværo deinde illecebram ſtupri, principiò eam ſa-
m poſco.* Gellius lib. 2. c. 29: *Feſtivos delectabiléſqve apologos
mentus, res ſalubriter ac proſpicienter animadverſas, in
ntes animóſqve hominum cum audiendi qvadam illecebra in-
it.* de Æſopo ſermo eſt. Idem lib. 3. c. 5: *Cùm vocem ejus
actam, capillúmqve arte compoſitum, & oculos ludibundos,
ve illecebræ voluptatíſqve plenos videret: Nihil intereſt, in-
t, qvibus membris Cinædi ſitis, poſterioribus, an prioribus.*
m lib. 10. c. 11: *Oportuit nos dicere, qvid de iſtiuſmodi ad-*

Y 3 mira-

Digitized by Google

*mirationum fallaci illecebra ſentiremus.* Significat au
illecebra qvodvis blanditiarum & lenocinii genus, qvô
blandè allicitur & incitatur. *n* *Lactes*] Perſius Sa
—*aut qvidnam eſt, qvâ tu mercede deorum Emeris au*
*las, pulmone & lactibus unctis?* ubi Foqvelinus ita comm
tatur: *Lactes dicuntur inteſtina, per qvæ cibus à ventricul*
*bitur, idq; in ove tantùm & homine (ait ex Plinio Nebri*
*ſis) hinc per Synecdochen pro inteſtinis ponitur. Catull*
*carmine de Aty & Berecynt: Divellit lactes acuto ſibi pon*
*ſilicis.* Briſcian. lib. 6: *Hæ lactes, partes ſunt inteſtinoru*
*Græco* γαλακ]ίδες *dictæ, & ſervaverunt apud nos qvoq*
*dem genus, cujus ſingulare lactis eſt. Titinnius in Ferent*
*ti: Craticula, cerebellum, lactis agnina. Pomponius in*
*familiari: Oro te, Baſe, per lactes tuas.* Plautus qvide
Bacchid. 5. 2. *lactem* habet: *Haud ſcio qvid eo opus ſit,*
*nec lactem, nec lanam ullam habent:* Sed hîc loci *lacti*
ſignificat. veteres enim non modò *lactis* fœmininò, ſe
jam *lacte* neutrô genere dixêre. Confer ſuprà pag
*o* *Nugæ*] Pulchrè Scaliger in Varron. de hac voc
ferit: *Nugæ,* inqvit, *erant propriè, qvæ canebantur in mo*
*rum laudem. Plautus Aſin: Hæc ſunt non nugæ, non*
*mortualia. Etiam origo id declarat. Nam nugæ Ebra*
*& Syriacum vocabulum. Id ſonat mœrorem, ſicut Nænia*
*ctum, eâdem lingvâ. Neqve enim Phrygium eſt, qvod p*
*Grammatici.* In Plauto nugæ & mortualia vocantur c
na præficarum. nempe reſpicit ad נוגה dolore affe
inde particip. נוגה mœſta. יגה doluit. נוגי dolore
cti. Et ab hac ultima voce נוגי nugæ, Hieronymus i
phon. 3. v. 18. deduxit latinum *nugæ*. Verba enim
נוגי ממועד אספתי, ita interpretatur: *Nugas, qvæ*
*receſſerunt congregabo.* & in commentario confirmat d
*Id, qvod diximus nugas, ſciamus in Ebræo ipſum Latinu*
*ſermonem* נוגי *& propterea à nobis, ita ut in Ebræo era*
*tum; ut noſſe poſſimus, lingvam Ebraicam omnium ling*

Digitized by Google

Verſione & Commentario cla-
lumina & clari viri ingenii non-
ndam pati poſſint, nec ab omni
munes ſint. vertere enim de-
*congregabo.* hoc eſt, mœrore
ſacros conventûs & congrega-
tuerint habere ad tempus, eos
נוּגֵי id eſt, mœſti, triſtes. qvod
c non ſine errore nugas inter-
obſervavit in explicatione hu-
*eſt,* inqvit, *cur tam inſigniter la-*
*cut hic etiam in re Grammatica*
*us. non enim eſt vox Hebræa, ut*
m *nugæ* i. carmina præficarum,
ba frivola, inania, inutilia, de-
inutiles aut parvi momenti.
e *Decuma* legitur apud Cic. 5.
*na non daturum.* Et 3. de Nat.
*n decumam vovit unqvam, ſi ſa-*
liptica forma videtur. Integra
o: *Hæc veniſſe jam opus eſt qvan-*
*Herculi polluceam.* q *Fe-*
*las vocabant. & alia erant ſine*
*um feſto, ut Saturnalia. qvi-*
*es ex proventu fætûs pecorum*
lautus in Capt: — *hercle huic*
*bens: Ita malignitate oneravit*
*jjunioſiorem, neqve magis effra-*
*procedat qvicqvid facere occa-*
*ident eſuriales ferias. Reſident*
pro eo qvod eſt, ſedendo agunt,
ni ſunt dicatæ: qvod nihil aliud
ab edendo & bibendo. *Eſuria-*
eſurire vocabulô. Sic Plinius
*nitentiam,* id eſt, ſedendo age-
*les ferias* appellat, *qvibus reſi-*

Digitized by Google

*dentur mortui:* qvòd ſedendo ſcilicet mortuis feriarentur. Vide Lev. Torrent. Comment. Svet. in Cæſ. c. 4. Sic Palmerius ad illud Cæcilii notat: *Tu jam callebis: ille feſtum deſidet: Deſidere feſtum*, eſt feſtum agere. Plaut. Capt. &c. & Epidic. 3. 4: *Tuas ſedebit mulier faxo ferias. Tuas ferias ſedebit*, id eſt, tibi feriabitur, tibi ſerviet: tua erit. Singularem ut & etymon vocis exprimit Feſtus: *Feria*, inqvit, *à feriendis victimis appellata.* Sic Eccleſiaſtici ſcriptores ſingularem ſibi permittunt, qvando de ſingulis diebus hebdomadis dicunt *feria prima, ſecunda, tertia. Mos hic*, inqvit Auguſtinus ep. 86. *manavit à diebus paſchalis hebdomadis, tanqvam primæ & principis in anno ſacro: qvi dies omnes feriati erant, ut ex Hieronymo & aliis veterum conſtat.* De qvibus Joſeph. Scaliger lib. 7. de emendat. temp. ita diſſerit: *Feriam vocamus* τὴν ποσαίαν τῆς ἑβδομάδος, *ut Græci loqvuntur; Qvotam ſeptimanæ, primam, ſecundam, tertiam hebdomadis, diem Solis, diem Lunæ, diem Martis &c. Feriæ autem qvare dictæ ſint, cùm in omnibus hebdomadibus feriandi neceſſitas nulla incumbat, hæc ratio eſt: qvòd annus eccleſiaſticus incipiat à Paſcha. Septimana autem Paſchatis erat immunis ab opere faciendo, & feriata: unde cum ſex illi dies poſt Paſcha feriati eſſent, & ea eſſet prima anni hebdomas, inde factum, ut omnes dies ſeptimanæ vocarentur* FERIÆ. *Lex enim eſt Conſtantini Magni:* τὰς πασχαλίας δύο ἑβδομάδας ἀπράκτους τελεῖν, τήν τε πρὸ τοῦ πάσχα καὶ τὴν μετ' αὐτό. *Non ſolùm hebdomadem poſt Paſcha, ſed & antecedentem excipit ab opere faciendo. Sed de poſteriore hebdomade uſus tantùm obtinuit. LXVI. Canon Patrum in Trullo:* ἀπὸ τῆς ἁγίας ἀναστάσιμου Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἡμέρας· μέχρι τῆς καινῆς Κυριακῆς τὴν ὅλην ἑβδομάδα ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις σχολάζειν δεῖ ἀπαραλείπτως τοὺς πιστοὺς ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς.

r. *Exeqviæ*] Propriâ & preſſâ ſignificandi vi & indole uſurpatur pro ſolenni pompa funebri prodeuntium in funus

&

Digitized by Google

ſemet longâ ſerie & ordine comitantium, vel potiùs ſe-
entium: dictæ enim ſunt *exeqviæ* à ſeqvendo, qvòd homi-
m multitudo funebrem pompam ſeqvatur. Tacit. l. 10:
*lens agmen, & velut longa exeqviæ.* Et Plinius lib. 11. c. 18.
apibus: *Qvin & morbos ſuâpte naturâ ſentiunt. Index eo-
m triſtitia torpens, & cùm ante fores in teporem ſolis pri-
oris alia cibos miniſtrant, cùm defunctas progerūt, funeran-
ımq; more comitantur exeqvias.* Cic. pro Cluent: *Poſtremò
iam fortaſſis mater exeqvias illius funeris proſecuta eſt.* Pli-
us lib. 8. c. 42, de eqvo Alexandri: *Propter qva res defuncta
duxit exeqvias.* Communiore verò dicendi uſu notat fu-
bre officium, qvod in funere alicujus exeqvimur. Cic. 2. de
g: *Sepultura & juſtis exeqviarum caruerunt.* Idem pro
vint: *Si funus id habendum ſit, qvò non amici conveniunt ad
eqvias cohoneſtandas, ſed bonorum emptores, ut carnifices,
reliqvias vitæ lacerandas & diſtrahendas.* Alii ſcribunt
*ſeqvias*, interſerendo ſ, de qva ſcriptura conſule pag. 21.

ſ *Scopæ*] Pro inſtrumento, qvô verritur pavimentum,
ngulare vix reperies. nam qvòd verba verſûs 23. c. 14. Eſaiæ
וְטֵאטֵאתִיהָ בְּמַטְאֲטֵא vulgatus interpres vertat, *ſcopa-
eam in ſcopa*, id violatæ Latinitatis meritò damnatur. Plu-
le verò freqvens eſt. Cic. in Orat: *Nam ſcopæ colligatæ, &
ciem videntur habere qvalemcunqve, & ad verrendum pavi-
ntum ſunt accommodatæ: porrò ſi diſſolveris, nihil inuti-
s, nihil inelegantius. Iſti autem qvum diſſolvunt orationem
qva nec res, nec verbum ullum eſt niſi abjectum, non clype-
, ſed ut in proverbio eſt (etſi humilius dictum eſt, tamen con-
nile eſt) ſcopas (ut ita dicam) mihi videntur diſſolvere.* At
rò pro herba ſingularem habet, Plin. lib. 21. c. 6. *Eſt enim
vis caltha. Non levior ei, qvam ſcopam regiam appellant:
enqvam folia ejus olent, non flores.* Idem lib. 25. c. 5. plurali
ıſdem ſignificationis utitur. *t* *Valvæ*] Iſid. lib. 14. c. 7:
*res & valvæ clauſtra ſunt. Sed fores dicuntur, qvæ foras:
lvæ qvæ intùs revolvuntur & duplices complicabileſq; ſunt.
generaliter uſus vocabula iſta corrumpit.* Breviter: *Valvæ*
nt bifores ſeu bipatentes. Ovid. lib. 2. Metam. Hex. 4.



Digitized by Google

*Argenti bifores radiabant lumine valvæ.* u *Argutia*] Gellius lib. 3 c. 1. ſingularem protulit: *Qvod eqvidem ſcio, tam importunâ támq; audaci argutiâ fuit noſter Probus, ut Salluſtium vel ſubtiliſſimum brevitatis artificem periphraſim Poëtarum facere diceret.* Idem lib. 12. c. 2: *De Annæo Seneca partim exiſtimant, ut de ſcriptore minimè utili, cujus libros attingere, nullum pretium operæ ſit: qvòd oratio ejus vulgaris videatur, & protrita: res atqve ſententiæ, aut ut ineptô inaniq; impetu ſint, aut levi & qvaſi dicaci argutiâ: eruditio autem vernacula & plebeja, nihilq; ex veterum ſcriptis habens neqve gratiæ neq; dignitatis.* Sumuntur autem *argutiæ* pro acutè & ſubtiliter dictis. x *Nundinæ*] Feſtus: *Nundinas feriarum diem voluerunt eſſe antiqvi, ut ruſtici convenirent mercandi vendendiq; cauſâ. cúmq; nefaſtum, ne, ſi liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores.* Rutilius apud Macrob. lib. 1. Saturn. c. 16. ſcribit *Romanos inſtituiſſe nundinas, ut octo qvidem diebus in agris ruſtici opus facerent, nonô autem die, intermiſſô rure, ad mercatum legésq; accipiendas Romam venirent; &, ut ſcita atqve conſulta, freqventiore populô, referrentur, qvæ trinundinô die propoſita à ſingulis atqve univerſis facilè noſcebantur. unde etiam mos tractus, ut leges trinundinô die promulgarentur.* *Nundinæ* itaqve qvaſi *novendinæ* dictæ putantur à nono die. Pro Dea autem *Nundina* ſingulare eſt. Macrobius proximè citatô locô: *Eſt etiam Nundina Romanorum Dea, à nono die naſcentium nuncupata. qvi luſtricus dicitur. eſt autem luſtricus dies, qvô infantes luſtrantur, & nomen accipiunt. Sed is maribus nonus, octavus eſt fœminis.* y *Induciæ*) Cic. 1. Offic: *Ut ille qvi cum centum xxx dierum eſſent cum hoſte pactæ induciæ, noctu populabatur agros, qvod dierum eſſent pactæ, non noctium induciæ.* Gellius lib 1. c. 25. ex Varronis libro Humanarum duas has affert deſcriptiones: *Duobus modis Varro in libro humanarum, qvi eſt de bello & pace, induciæ qvid ſint, definit: Induciæ, inqvit, ſunt pax caſtrenſis paucorum dierum. Item alio in loco: Induciæ, inqvit, ſunt belli feriæ. Sed lepidæ magis atq; jucundæ brevitatis utraqve definitio, qvàm plena aut proba eſſe*

*ſignificantiùs conſignantiùſq;*
*iam, ἐκεχειρίαν dixerunt,*
*ſtioris , & ſubjunctâ lenioris.*
*tur , & manus cohibeantur,*
òd verò Gellius ſubjungat, *in-*
tqve ſie,ut ait,qvaſi per qven-
nen induciarum eſſet conne-
rgutum,imò vanum eſt. Sunt
interpoſitô,ut in voce indoles.
ſimpliciter ab *inducendo* ma-
empus inducatur, hoc eſt, in-
certô temporis intervallô in-
& obliteretur. z *Exu-*
,ab *exuendo* ſic dictæ teſte Fe-
*exuviæ,truncis affixa trophæis*
*ucculapendens.* 2. Nonius ait
aut veſtes dici, ſed etiam ani-
ippol.12 *capitis exuviæ*,Virg.3.
us, *pecudum exuviæ.* Virg. 9.
*artes* ) Pro officio ſcilicet ad
eſt plurale. Horat. de Arte;
*officium: qvæ Partes in bellum*
*Qvid de auguribus loqvar? tuæ*
*iciorum patrocinium debet eſſe.*
etiam extat aliqvoties. Plaut.
*puit.* Terent. Adelph.2.3: *Sed*
*Conſtitit ad geminæ limina pri-*
*Excluſus fore.* Catul. in Epi-
*m.* Plaut.Bacchid: — *hanc fo-*
*,ne crepet.* Sic, Amphit. 1. 2.
ich. 1.2. Milit.2.1. Ovid.3.de
*ô cardine pande forem.* Idem 2.
*at.* Apulejus lib.9: *Forem pul-*
*tâ fore.* Servius in 1. Æn: *Fo-*
*aperiuntur: ſicut apud veteres*
*it Varro, qvæ revolvuntur & ſe*
*velant.*

*velant. Janua autem eſt primus domus ingreſſus, dicta, qvia Jano eſt conſecratum omne principium. Cætera intra januam hoſtia vocantur generaliter, ſive valvæ ſint, ſive fores: qvamvis uſus corruperit.* *Divitiæ* ] Cicero divitias ab opibus ita diſtingvit lib. de Amicit: *Divitiæ opportunæ ſunt ut utare, opes ut colare, honores ut laudere.* Et alibi: *Sunt ergo divitiæ ad neceſſarium uſum: opes verò ad magnificentiam.* Idem 1. Offic: *Expetuntur autem divitiæ tum ad uſus vitæ neceſſarios, tum ad perfruendas voluptates.* Contractum, *ditiæ* pro *divitiæ* in Andria Terentii legitur, notante Popmâ l.1. c.7 p.51: *Qvæ ſe inhoneſtè optavit parare hic ditias.* veluti idem Terentius dixit, *dis* pro *dives* Adelph.5.1: *dis qvidem eſſe Demea Ac tuam rem conſtabiliſſes.* Varro lib.4. de Ling. Lat pag. 23 à Divo derivatum putat: *Dives,* inqvit, *à divo, qvi, ut Deus, nihil indigere videtur.* *Facetiæ* ] Plautus Stich. 5 4: *Hæc facetia ſt,* &c. Gellius lib. 3. cap. 3: *Adductus ſtylô atqve facetiâ ſermonis Plauto congruentis,* &c. Sed hunc autorem, inqvit Ramus lib. 8. Schol. Gram. p. 122. imitari nolim. Sunt autem *facetiæ* dicta urbana ſine ſcurrilitate. *Opes* ] Singulare citat Cicero 3. Tuſcul. ex antiqvo Poëta: *O Priami domus, ſeptum altiſonô cardine templum, Vidi ego te adſtantem ope barbaricâ:* id eſt, opulentiâ & faſtu immanî. Notandum verò eſt, qvòd plurale *opes* non tantùm opulentiam ſed etiam nonnunqvam auxilium notet. Virg. 12 Æneid: *Non hæc humanis opibus, non arte magiſtrâ Eveniunt* — Id eſt auxiliîs & viribûs. Horat. 1. Epiſt. 10: —*donec minor in certamine longô Imploravit opes hominis.* Confer ſupra p. 263

*Præſtigiæ* ] Singulare habet Qvintilianus lib. 4. c. 1: *Illa verò frigida, & puerilis eſt in ſcholis affectatio, ut ipſe tranſitus efficiat aliqvam utiqve ſententiam, & hujus velut præſtigiæ plauſum petat.* Fabium imitatus eſt Angelus Politianus lib. 3. Epiſt. 1. Callimacho ſcribens: *Qvid enim non gaudeam me etiam præſtigiâ qvâdam ſenſum iſtum, prædicationémqve tuam lucrifacere?* Lancilotus notat etiam *præſtigium* in Plinio legi & aſſerit Moſen à Plinio vocari *præſtigii inventorem.* Sunt autem *præſtigiæ* doloſæ artes & illuſiones qva-

dam

niũm peraguntur, ad præſtringendos unde & Budæus *præſtigias* à *præſtrin-* nnot. prior. in Pand: *Perſtringere*, in- *& præſtringere qvidam idem ſignificare* *apud autores ſuccidanea invicem, aut* *varietate legimus. Malim tamen præ-* *æſtigiæ & præſtigiatores dicti. Eſt enim* *are, caliginem offundere: ut ſol præſtrin-* περιαστράπτει, καταλάμπει, δυσ- *res, qvi celeritate luſitandi, & ludibria* *di, præſtringunt viſum intuentiũ, ut mi-* *ir.* Cic. in 1. de Divinat: *Qvorum utrumq;* *entis ſolet.* Et ad Brutum: *Qvi ſplendore* *ciẽ boni ingenii præſtringi poſſe cõfidunt.* *ies gladii perſtricta*, ἀπεστομωμένη. *leviter attingere*, προσάπτεσθαι, *taphoricôs pro levi dolore afficere*, κατά- *eſt oculos præſtringere, id Seneca in Thye-* *—clarus hic regni nitor Fulgore, non eſt,* *rat.* *Antæ*] Vitruvius lib. 3 c. 1: *In* *habebit in fronte antas parietum, qvi cellã* *ter antas in medio columnas duas* &c. Et *habet, qvẽmadmodũ in antis, columnas* *ulares duas, ſupráq; epiſtylia, qvemadmo-* *ra ac ſiniſtra in verſuris ſingula.* Tradunt tare ſingulare; *ante fixa*. Sunt autem *an-* qvadratæ qvibus ſuſtinetur fabrica, ſive um extremis partibus. 2. Feſto ſunt la- , inqvit, *ſunt extremi ordines vinearum.* *bunt antæ, qvæ ſunt latera oſtiorum.* 19 Adverſ. c. 19 *antes* etiam eſſe anterio- *luti*, inqvit, *antica & poſtica opponuntur:* *& poſtes. Illi enim ante ſunt, hi poſt.* qvod *p. 7. relatum eſt. unde explicandum illud* *Jam canit extremos effætus vinitor an-*

*tes. ſunt enim in ingreſſu, qvi & finis éſt laboris cùm ad eum perventum eſt.* Columella verò de cultu hortorum lib.10. pro ordine vinearum adhibuit: *Humidáq; andrachne ſitientêi protegit antes.* θ *Relliqviæ*] Eôdem modô Virgilius carminis rationem habens aliqvòties l geminat lib.1. Æn. —*relliqvias Danaum & immitis Achilli.* & lib.5: *Ex qvo relliqvias diviniq; oſſa parentis Condidimus terrâ, mœſtáſq; ſacravimus aras.* Ita enim legunt Taubmannus & Erythræus. Aliàs Cicero aliiqve *reliqvias* unicô l ſcribere malunt. Cicero ad Brut. Epiſt.3: *Reliqvias hoſtium Brutus perſeqvitur & Cæſar.* Significant autem *reliqviæ* 1. id qvod ex re aliqva reliqvum eſt: ut Cicero, 2. de Nat. Deor. *cibi reliqviæ.* & ad Caſſium *cœnæ reliqviæ.* Livius, *exercitûs reliqvias colligere.* Celſus lib.3, c 4. *febrium reliqviæ manentes.* 2. Donato in Æneid.5 exponuntur cineres, qvi poſt exuſta corpora remanent, atq; oſſa, qvæ colligi conſveverunt, & ſepulcro mandari, qvomodo & Pontificii velut ſimii qvidam Ethnicorum, ſuperſtitioſas *ſanctorum reliqvias* venditant. Hæ Plutarcho dicuntur σωμάτων λείψανα: unde Papias aliiqve Latinum *lipſanum* & pl. *lipſana* dixêre. ι *Minæ*] Pro comminatione & mali denunciatione, nec non pro murorum eminentia, plurale tantùm eſt. Virg 3. Æn: *Dî prohibete minas: dî talem avertite caſum.* Idem Æn.4: —*propugnacula bello Tuta parant, pendent opera interrupta minæq; Murorum ingentes*—. Hîc, inqvit Turnebus lib. 3. Adverſ. c. 14, *minæ ſignificant partes illas murorum, in qvibus ſunt propugnatores, hoſtibúſq; minantur, qvæ ad emiſſionem telorum feneſtratæ ſunt* ἐπάλξεις *ferè à Græcis vocantur. Ruffinus in Joſepho; Et deſuper eam minæ qvidem binis, propugnacula verò ternis cubitis ambiebant. Iterum: In ſummo autem propugnaculis miniſq; erat ornata. Rurſus: Et minas qvidem binis cubitis, propugnacula verò ternis habebat.* Solinus cap. 47: *De fronte ejus, qvædam exſtantium corniculorum minæ protuberabant.* Ammianus lib. 24: *Excellebant minæ murorum. Celſarum turrium minas circumfuſi per turres ac mænium minas.* Sed pro pondere rei numariæ Attico, nec non menſuræ genere

qvo

mamma lactis experte, & deni-
gularem admittit. *Plagæ*]
us capiuntur feræ, plurale eſt.
*ra, plagæ lato venabula ferro,*
*lora canum vis.* Ad qvæ ita Ser-
*etia vara majora, plagæ minora.*
*ccipiunt, ut intelligamus, qvæ*
*m tamen, propriè plagas funes*
*ur circa imam & ſummam par-*
xplicat: *Generali nomini ſubje-*
*as majora retia ſuſpicor, ut mi-*
*r* ἄρκυες: *plagæ* δίκτυα, *id*
*Plagis autem nomen eſſe videtur*
*lorum, qvibus capillos colligant*
*bus & maculis eôdem modô reti-*
t climate mundi utrúmqve nu-
claſſi aſcribunt alij & hæc ſe-
*ambages apinæ, aræ, aureæ, oreæ.*
*, ceremoniæ, clitellæ, compedes,*
*cultates, fidiculæ, fortunæ. Genæ,*
*benæ. Idus, induviæ, inimicitiæ.*
*, minutiæ. Nonæ. Offuciæ. Pa-*
*, phaleræ, primitiæ. Qviſqviliæ,*
*alæ, ſecundæ, ſordes, ſtativæ, ſup-*
*, tricæ. Vergiliæ, vigiliæ, vindi-*
dum. *Acidulæ*] Addunt
inis deficientibus numerô ſin-
niis confirmant. Plinius certè,
nel ſingulari Fœminino uſus eſt.
*æ vocatur acidula, vini modô te-*
.2: *Et qvæ vocatur Acidula, ab*
*aſſ. hæc frigida. Ædes*]
*7. in plurali accipitur pro domo,*
*eas non proſcribam. In ſingula-*
*lo, ut Cic. in Philipp. lib. 1: Ex*
*convocati ſumus, in qvo templo*
(*qvan-*

Digitized by Google

*(qvantum in me fuit) jeci fundamenta pacis. In qvo templo, id eſt, in qva æde Telluris. Sed hæc in re differt à templo qvod ſemper in utroqve numero habet adjectionem, ut in æde Jovis, Mercurii, Minervæ : in æde Concordiæ, Telluris, Honoris, Virtutis : in æde ſacra, & in plurali ſacras ædes : ædes deorum, ædes nympharum. Nam cùm ait Lucretius de Jove loqvens: Ipſe ſuas ædes diſturbat : perinde eſt, ac ſi dixiſſet, Jovis ædes. Igitur pro templo dicemus duas, tres, qvatuor deorum ædes, duas ſacras ædes : pro domo, binas, ternas, qvaternas, privatas ædes.* Hæc ille. Sed Curtius etiam pro regio domicilio ſingulari uſus eſt: *Excubabant principum liberi ſervatis noctium vicibus, proximi foribus ædis, in qva Rex acqvieſcebat.* Et alibi: *Stabat ad fores ædis ejus, in qva Rex veſcebatur.* Nonius notat, qvòd Varro de vita, Pop. Rom. lib. 1. dixerit in Nominativo ſingulari *ædis : Hæc ædis qvæ nunc eſt, multis annis poſt facta ſit,* id qvod forma deminutivi ſubinnuit. Ab *ædis* enim eſt *ædicula* velut ab apis apicula, non autem *ædecula*, ſicut à vulpes vulpecula. *Alpes* ] Licet Pluralis freqvens ſit : Singularis tamen ſua non caret autoritate. Claudianus in Paneg. —*extemplo frondosâ fertur ab Alpe.* Lucanus li. 3: *Agmine nubiferam capto ſuper evolat Alpem.* Juvenal. Sat. 10: —*Oppoſuit nativa Alpémq; nivémq;.* Ovid. lib. 3 de arte: *Nec qvot apes Hyblæ, nec qvot in Alpe feræ. Alpes* ab albedine nivium qvaſi *albes* dictæ ſunt, notante Feſtô: *Album, qvod nos dicimus, à Græcô, qvod eſt ἄλφον, eſt appellatum. Sabini tamen alpum dixerunt. unde credi poteſt nomen Alpium à candore nivium vocitatum. Ambages* ] Singularem vide ſuprà pag. 266. qvæ ſuppleri poteſt carmine Ovidiano : *Ducit in errores variarum ambage viarum. Apinæ* ] *Apinæ* & *tricæ* pro nugis ſunt pluralia, Martial. lib. 1: *Qvæcunqve lu[...] juvenis, & puer qvondam Apinásq; noſtras.* Idem lib. 14: *Sun[t] apinæ tricæq; & ſiqvid vilius iſtis.* At verò pro duobus op[...]pidis Apuliæ, *Apina* & *Trica* etiam ſingularia ſunt. Hæc op[...]pida extremo cum oppidanorum contemptu funditus ever[...]tens Diomedes vulgatô proverbiô occaſionem dedit, qv[...] nullius pretii res *Apinas* & *tricas* nominare ſolemus, id qvo[...]

Diomedes ibi delevit gentes Mo-
hes duas, qvæ in proverbii ludi-
cam. Aræ] Qvando pena-
Cicero: Ab aris focisq; innocen-
n exilio. Idem 3 de Nat. Deor:
s certamen, & pro deorum tem-
re numerô uſurpatur. Au-
renos, qvibus eqvorum aures re-
rea freni, qvod ori eqvorum in-
& ſi tacebit, tamen gaudebit ſi-
Hariolo: Deprandi autem Leo-
s lib. 3. eqvus reſpondit: oreas
In qvem locum hæc Scaliger:
rem leonis obdas oras. Prover-
periculoſa. Nam eſurientis leo-
primere, periculoſum. Depran-
, Græcanica. Nam & ipſi poë-
χαλινοὺς vocant. Eandem ſen-
anum: Eſurienti leoni ex ore
rum, λέοντα ξυρεῖν. At illud
non cenſeo: Eqvos reſpondit:
ot. eſt enim notiſſimus Apo-
rbus eqvum pugna melior, & c.
m invenies: Inde floridum re-
nditiæ] Singulari utitur Plau-
ra eſt blanditia. & Cicero de
litiam, aſſiduitatem, benigni-
ilis eſt illa occurſatio & blan-
ttrectatur, &c. Et de Repub:
bili, blanditiam, oſtentatio-
itatis, Branchiæ) Plin.
ias multiplices habent, alii ſim-
s receptam ore remittunt. Ori-
ur; unde tanqvam deminuti-
χια dicitur, pulmonis conca-

 vitates:

vitates : Item aſperæ arteriæ cartilagines pene circu
totum pulmonem diviſæ, ut Gorrhæus exponit. A br
autem, id eſt gutture dicuntur, non qvòd piſces guttu
ant: ſed qvia, qvod aliis animantibus in aſſumendo
edenda voce eſt guttur, id piſcibus ſunt branchiæ in fo
do ſtridore (τριγμῷ) & his humorem, qvem ore a
runt, reddunt. Vid. Ariſt. lib. 2. de hiſt. animal. c. 23, &
cap 9. *Cantes*) Dicuntur fiſtulæ organorum, i
bus cantus temperatur: vel ut Martiano placet, *can*
cuntur deæ ornamentorum. *Ceremoniæ*) Plu
apud Latinos, licèt Eccleſiaſticis non rarò ſit ſingular
ſtus: *Cæremoniarum cauſam alii ab oppido Cære dicta*
*ſtimant; alii à caritate dictam judicant.* Prius etym
vio placet lib. 5: *Albinus virgines ſacráq; in plauſtrum*
*ſuſit, & Cære, qvò iter ſacerdotibus erat, pervexit*, Inde
moniis nomen eſt inditum. Poſterius verò incomm
cenſetur. Sed Scaliger hoc etymon affert: *Cerus vete*
*qvà ſanctus, à qvo Cerimonia. ut à ſanctus, ſanctimonia.*
*ſticum erat nomen Jani Cerus manus in carmine S*
*Qvamvis & Creator bonus exponatur à qvibuſdam vete*
*Nonnulli à Cerere cerimonias. Propterea Gloſſarium*
*monia, δημήτρια.* Qvi igitur Scaligeri notationem ſe
tur, ſimplici vocali e in initio vocis contenti ſunt
autem & Livij ſeqvaces, diphthongum æ malunt.
*tella*) Feſtus: *Clitellæ ſunt, qvibus ſarcinæ colligatæ mul*
*tantur.* Ubi Scaliger: *Clitellas etiam pro locis acclivis*
*Græci. Nam κανθήλιον ſignificat non tantum clitell*
*ſagmata aſinorum: ſed etiam, ut dixi, acclivia loca. Q*
*iidem Græci κλιτὸν dicunt locum in vallem demiſſum.*
*Clitellas formârunt Latini. κλίτος eſt devexitas, d*
*vas. Ita ſellæ illæ doſſuariæ, qvæ jumentis imponuntu*
*nera ferenda, ſunt molliter acclives & declives, ut corpo*
*drent.* *Compedes*) Ablativus ſingularis extat apu
rat. lib. 1. Epiſt. 3. — *Nivali compede vinctus.* & paſſim
eundem, Juven. Sat. 4: *Sqvalidus in magna faſtidit co*

Digitized by Google

c.2: *Eaq; qvaſi compede, cohibentur feri*
.133. *Crates*) Hujus etiam ſingu-
s confirmatus legitur pag.267. *E-*
robat Columella lib.6. c. 17: *Epipho-*
*conſperſa multâ aqvâ, & in ſupercilia,*
*icaq; agreſtis ſemina, & ſuccus amora-*
*s oculorum ſedant dolorem.* Eſt autem
lorum humore mordaci ſtillantium.
tidem ſingularis Ablativus uſurpatus
*Facultates*) Opes qvando notant,
tilianus lib.6: *Nos miſeri ſicut facul-*
*ita hoc opus aliis præparamus, aliis re-*
poteſtate, copia, &c. ſingularem a-
Pro machina, ut Hadrianus Junius ait,
qvibus ceu fidibus diſtendebantur fa-
am facti fidem, plurale eſt. Svetonius
*nt inter genera cruciatûs, ut repente*
*larum ſimul, urinaq; tormentô diſten-*
on improbatur. *Fortuna*) Pro
um abundantia utroqve numerô u-
a: *Secundas fortunas amittere, & in*
*o permanere.* Terent. And.1. 1: *Cùm*
*unô ore omnes omnia Bona dicere, &*
*Qvi gnatum haberem tali ingeniô præ-*
b.10. *Florentiſſima fortuna.* *Ge-*
oculis ad mentum barbâ veſtita, plu-
, qvando notat membranam tam ſu-
rem, qvâ oculus tegitur. Terentius:
*am genas.* *Gerræ*) Feſtus: *Crates*
*m Syracuſas obſiderent, & crebrò ger-*
*Siculi, gerras clamitabant. Unde fa-*
*gis, & contemptu dicantur.* Hinc *Si-*
rebus leviculis dicuntur. Auſonius
um: *Tu occuniſti, qvem ego, Si mihi*
*num ſemper eligerem. Miſi itaq; ad te*
*iora.* Confer Eraſm. Roterod. Chil.2.



Digitized by Google

Cent.4. Adag.10. *Grates.*) Tantùm plurale eſt. bell. Pun: *Diſcurſum inde ab aliis circa templa deûm,* *tes agerent.* *Gratiæ*) Hæc vox crebrò juncta vel n actio, vel verbo agere, plurali gaudet Cic. pro Planco: *nem gratiarum ab aliqvo deſiderare.* Idem Servio: *Inc les gratias ſuô & alterius nomine per literas agere.* Aliàs pro gratiarum actione abſolutè nonnunqvam poſitâ, non deſtituitur. Tacitus lib. 12: *Agrippinam qvoq procul aliô ſuggeſtu conſpicuam, iiſdem, qvibus Principe dibus, gratiisq. venerati ſunt.* *Groſſi*) Uterqve nu legitur ſuprà pag. 147. *Habenæ*) Plurale eſt pro f Singulare etiam eſt pro ſcutica. Horat. 2. Epiſt. 2: — *hic ceſſavit, & ut fit, In ſcalis latuit metuens pendentis h*

*Idus.*) Plurale tantùm eſt. Cic. ad Attic: *Sed om cet concurrant, Idus Martiæ conſolantur.* Horat. lib.4. od.11. —*idus tibi ſunt agendæ Qui dies menſem Vene rinæ Findit Aprilem.* Itaqve cum dicimus *ipſis idibu* ligitur menſis medius circiter. Sunt autem *Idus* die menſis Martii, Maji, Junii & Octobris: XIII. reliqv De etymo prolixè agit Macrobius lib.1. cap.15: *Sunt, qvi nomen Iduum à Tuſcis deducant, qvibus is dies Iti eſt. Itis verò ipſis exponebatur Jovis fiducia, & Jupiter nis habitus eſt Dieſpiter ſive lucis autor. hic itaq. dies i vis fiducia vocabatur, qvod ejus lux cum ſolis occaſu non tur, ſed ſplendorem diei & noctis continuaret, illuſtra nâ: qvod ſemper in plenilunio, id eſt, mediô menſe fie Alii putant idus, qvòd eâ die plena luna videatur, à v vidus appellatas, mox literam v detractam. Sicut contr Græci ἰδεῖν dicunt, nos v literâ additâ, videre dicimu nullis placet, idus dictas vocabulò Græcô ἀπὸ τοῦ εἴδου eò die plenam ſpeciem luna demonſtraret. Sunt, qvi mant Idus ab ove iduli dictas, qvam hòc nomine vocan & omnibus Idibus ovis immolatur à flamine.* Nobis, Macrobius, *illa ratio nominis verò propior exiſtimatur, vocemus diem, qvi dividit menſem. iduare enim Hetru gvâ dividere eſt: unde vidua. qvaſi valde idua, id eſt*

Digitized by Google

, *à Viro diviſa.* *Induviæ*) Plurale
æchmi 1. 3: *Induviæ tuæ, atqve uxoris*
lent. 2 6: *Ad id purpuram ex Sarâ tibi*
*ponto amœnas.* *Inimicitiæ*) Licèt
tent Latini, à ſingulari tamen non ab-
cul: *Inimicitia, ira ulciſcendi tempus*
*ndæ*) Plurale tantùm. Primus omnium
e, vocautur, *Nam priſcis temporibus,*
*teqvam faſti à Cn. Flavio ſcriba invitis*
*titiam proderentur, Pontifici minori*
*tur, ut nova luna primum obſervaret*
*ſacrificulo nuntiaret. Itaq; Sacrificio à*
*s celebrato, idem Pontifex calatis, id eſt,*
*lebe, juxta curiam Calabram, qvæ caſa*
*qvot numero dies à Calendis ad nonas*
*at: & qvintanas qvidem dicto qvin-*
al. de emendat. temp. l. 2. ait, qvòd
JANA NOVELLA. JANAM
*) ſeptimanas verò ſepties repetito prædi-*
*qvi ex iis diebus qvi calarentur, pri-*
*das vocari. Hinc & ipſi Curiæ ad qvam*
*labræ datum eſt: & Claſſi, qvòd omnis*
*ur. Calendæ* autem dictæ ſunt à *calan-*
nt id eſt, proclamandæ, & *Calo* anti-
*εῖν* Græco, Originem ducit. In Ortho-
riant autores. Lipſius in Orthog. &
; nec non Lambinus K ab initio vocis
t ex etymo Græco, qvod remotius eſt,
etymon conſiderantes, Latinam lite-
Vide Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 15.
antùm Livius: *Ad hoc ædes, libera lo-*
*ia.* Neutrum plurale *Lautia* eſt ma-
infrà. *Manubiæ*] Pro pecunia vendi-
aptæ, plurale tantùm eſt; qvæ ſignifica-
ello: *Manubias*, inqvit, *à præda hoc di-*
*unt, ut ſit præda, corpora ipſa rerum*

Digitized by Google

*qvæ capiuntur: Manubiæ verò pecunia ex præda vendita*
*cta: & ſic apud plurimos.* Eadem eſt Gellii ſententia l
cap.23: *Aliud omnino præda eſt, ut in libris rerum verbo*
*veterum ſcriptum eſt, aliud manubiæ. Nam præda dicitu*
*pora ipſa rerum, qvæ capta ſunt: manubiæ verò appellat*
*pecunia à Qvæſt. ex venditione prædæ redactâ.* Sed pr
mine etiam Etruſca lingva ſingulare *manubia* habet. S
lib.2. Natural. Qvæſt: 1. *Tertiam manubiam idem J*
*mittit*, &c. *Minutiæ*] Singulare habet Seneca Ep
*Utriuſqve attritu grana franguntur & ſæpius regeruntu*
*nec in minutiam freqventer trita redigantur.* *Nonæ*
rale tantùm eſt. Varro lib.5 de Ling. lat: *Nonæ appellat*
*qvòd ante diem nonum eidus ſemper, aut qvod ut novus*
*Calendæ Januariæ ab novo ſole appellatæ, novus menſis.*
*luna noneis.* Feſt: *Nonas qvidem à nova luna, qvòd in e*
*curreret principium lunæ, alii, qvòd ſemper ante diem*
*nonum eſſent, ſcribitq; ideo debere primam appellation*
*ſyllabam, adjectâ v literâ.* Confer Scalig. de emendat.
lib.2. Sunt autem *Nonæ* dies menſis poſt Calendas ſ
mum menſis diem; ſex in Martio, Majo, Julio, & Oc
qvatuor in reliqvis. *Offuciæ*] Singularis probatur
to Moſtell. 1.3: *Non iſtanc ætatem oportet pigmentum*
*attingere. Neqve ceruſſam, neqve melinum, neqve ulla*
*am offuciam.* *Paleæ*] Singularis non rarus eſt. Virg.1.G
*Sæpe levem paleam, & frondes volitare caducas: Aut ſ*
*nantes in aqva colludere plumas.* Horat. lib.2. Serm.
*Cum pater ipſe domus paleâ porrectus in horna Eſſet ad*
*liúmq;, dapis meliora relinqvens.* Sed pluralis Latinis
freqventiſſimus eſt. Varro ſingulari utitur, ſed in ali
ficatione. Is enim adhibet ad ſignificandam cartila
pendulam è collo galli gallinacei, lib.3. de re ruſt. c
pag.129: *Galli rubenti criſta &c. palea rubra ſubalbican*
*Pantices*] Plurale tantùm. Plaut.1.2: *Et vos veſtro*
*ticésq; adeo madefacitis, cùm ego ſim hic ſiccus.* In qv
cum ita Taubmannus: *Pantices, Nebriſſenſis vocat in*
*illa pelliculata, & multiplicia volumina, ceu pagellas l*

Digitized by Google

.: *Qvi cum panticibus laxis, & cum pede* *one vetus*—. *Parietina*] Ejuſdem Cicero ad Memmium lib. 13: *Is igitur* *mam literas miſiſſet, uti te ſibi placa-* *ſcio qvid illud Epicuri parietinarum ſibi* *oſi ad te ob eam rem, qvòd ædificationis* *ndatione meâ nolebam impediri.* De-*inæ* parietem veterem & ſemirutum. ngulare eſt apud Horatium lib. 1. Carm. *dax dedit, & malignum ſpernere vul-* t. eleg. 3, diſtich. 7: *Sive mihi caſus, ſive* : *Nubila naſcenti ſeu mihi Parca fuit.* vitum nobilium ornamento etiam ſin-n. lib. 23: *Qvô factô tantâ Senatûs indi-* *nulos ab eo abjectos fuiſſe, in antiqviſſi-* *ous. Fallit pleroſqve qvi tum & eqveſtrẽ* *trantur. Eſt enim adjectum hoc qvoqve:* *opter qvæ nomen eqvitum adjectum eſt.* ùm pluralis in uſu eſt. Propriè & preſsè ex agro percepti: adeóqve hæc vox ubſtantivi fruges, ut integrè dicatur, hunc vocis uſum latiùs poſtea exten-e rebus tribuerunt, veluti armis, lacri-attribuit. *Qviſqviliæ*] Pluralem Feſtus: *Qviſqviliæ putantur dici qvic-* *atis ſurculorum, foliorúmve cadit, velut* tamen Feſtus notat, in Novio ſingula-*i, deturbate ſaxo, homo non qviſqviliæ,* *Qviſqviliæ ſingulariter, homo non qviſ-* *uci.* *Repetundæ*] Diptoton eſt, de *Salebra*] Singulari teſtatur Cicero 5. *bra.* & Valerius Maxim: *Triſtitiæ ſa-* letam: *Verborum ſalebra.* *Salinæ*] . Plin. lib. 31, c. 7: *Fit ſal vulgaris plu-* *adfuſo, non ſine aqvæ dulcis riguis, ſed* , *Scala*] Perottus: *Scalas numerô*

*tantùm plurali dici oportere, Valla & alii qvidam exiſtimârunt, moti autoritate Salluſtii ita ſcribentis: Deinde ubi una, atqve altera ſcala comminuta ſunt, qvi ſuperſteterant afflicti ſunt. Sed numerô qvoqve ſingulari Scala freqventiſſimè reperitur. Propriè tamen ſingulari numerò ea ſignificatur, qva ex teretibus lignis, aut funibus, aliâve ſimili materia conſtans, huc atqve illuc transferri poteſt. Plurali verò ea, qva latiores habet gradus, & immobilis & fixa permanet. De hac Plinius: Etiamnum ſcalis tectum Epheſiæ Dianæ ſcanditur. De illa Cajus juriſconſultus: Vel ſcalam ſciens commodaverit ad aſcendendum.* Cornel. Celſus: *Neceſſaria eſt ſcala lignea, qva craſſitudinem duorum digitorum habeat, longitudine ab ala ad digitos perveniat.* Idem: *Si brachium deligatum ſuper ſcalæ gallinariæ gradum poſuerit.* Romanus Aqvila: *Malo enim aſcenſum, qvàm ſcalam, aut gradiculos, ut qvidam dixere,*&c. *Secundæ*] Eſt Ellipticum plurale ſive pro membrana illa partûs obvolutus ex utero materno in lucem editur, ſive pro partibus ſecundis. Prius ex Plin. l. 20, c. 13 patet: *Fœminarum etiam purgationes, ſecundáſq;, etiam emortuos partûs, ut Hippocrati videtur, ex vino dulci nigro pota.* Confer lib. 20, c. 9, & 27, c. 4. *Secundas* ſcilicet *membranas*, qvippe qvæ ſecundô locô uterô excluduntur. Poſterius verò ex Seneca lib. 3 de Ira cap. 8. manifeſtum evadit: *Cælium oratorem fuiſſe iracundiſſimum conſtat, cum qvo, ut ajunt, cænabat in cubiculo lectæ patientiæ cliens: ſed difficile erat illi in crapulam conjecto, rixam ejus cum qvo edebat, effugere. Optimum judicavit qvicqvid dixiſſet ſeqvi, & ſecundas agere. Non tulit Cælius aſſentientem, ſed exclamavit: Dic aliqvid contrà, ut duo ſimus.* Ubi Lipſius: *Vulgatum amplector, ſignificátq; ſermone qvodam adagiali, ſeqvi, obſeqvi, praeunti ancillari. Sumptum ab hiſtrionibus, in qvibus primarum partium alii, alii ſecundarum. Atqve iſti ſubmittunt, & patiuntur illos excellere: ideoqve ſecundas agere, demittere & blandiri. Plautus. Nunc ſecunda (an ſecundas) mihi facis. Etſi ibi Lambinus ad ſuccidaneas hoſtias refert: & ſecunda hoſtia mihi facis, id eſt, ſacrificas, interpretatur. Porrò, ſecundas agere, compendio*

Digitized by Google

*rtes. Integrè ait, Horatius: — aut mini-*
*ſecundas.* Confer Taubman. qvi ad A-
rolixè & eruditè de hac locutione agit.
plurale tantùm, ſed deficiens certis caſi-
*a,*264. *Stativa*] Adjectivum eſt
bax; ſed ita ut nunc integram formam
m patiatur. Integra forma placuit Var-
d Fundanium ſocerum: *Secundo de ſta-*
*uũ, ſtagna, putea & maria.* Elliptica ve-
o.2, c.88: *In eadem & oppidum hauſtum*
*tu terra ſtativas emerſiſſe.* Eòdem mo-
licuntur nunc *ſtativa*, nunc *ſtativa ca-*
*Suppetiæ*] Diptoton eſt plurale No-
vò conſtans: id qvod traditur pag.248,
52. *Thermæ*] Pluralis eſt: Valla in
pag.397. thermas à balneis ita diſtin-
*mas, (licet alterum Latinum ſit, alterum*
*e ſcilicet differre dicamus, qvod in ther-*
*ur, in balneis etiam lavamur. Nam &*
*regionibus, ſunt loca qvadam ſicca, qva*
*reſolvunt in ſudorem, qva neqvaqvam*
*ia non lavant, ſed potius ut neceſſe lava-*
*us, efficiunt: ut thermas vocemus, qva*
*lneas verò etiam, qva à nobis calefaci-*
as lib.22: *Sunt thermæ lutra, qva Cythrus*
men autem habent à θέρω calefacio,
calidus, a, um: ex qvo tandem *thermæ*.
s; — *& in lento luctantur marmore*
nim remus à radendo, (Scalig.l.4.c.16.)
d eſt, diſtringendo, vel etiam *tundendo*
eſtu remigantium: *Prona petunt: exin*
*nſas.* Vide P. Merulam ibid. p.105. Fe-
at: *Tonſam Ennius ſignificat remum,*
*ferrô, cum ait lib.7: Poſte recumbite,*
*tonſis,* & in Aſota; *Alius in mari vult*



Digitized by Google

*magno tenere tonſam.* *Tonſillæ*) Pro extremis fauciu
tibus, circa radicem lingvæ, gulam utrinqve attinger
plurale eſt. Plin. lib. 11. *Tonſillæ in homine, in ſue gla*
Feſtus putat tonſillas eſſe deminutivum voculæ *toles :*
inqvit, *tumor in faucibus*, *qvæ per deminutionem tonſi*
*cuntur.* Sed pro palo acuminatioris cuſpidis, qvô n
littoribus religatur, etiam ſingulare *tonſilla* extare tr

*Tricæ*) Videatur ſupra vox *Apinæ.* *Ve*
Virg. 1. Georg. *Navita tum ſtellis numeros & nomina*
*Pleiades, Hyadas, claramq; Lycaonis Arcton.* Ubi Se
*Pleiades ſignum eſt ante genua Tauri, qvod ortu ſuo prin*
*vigationis tempus oſtendit. Unde Græcè Pleiades di*
ἀπὸ τοῦ πλέειν, *Latinè Vergiliæ, à verni temporis ſig*
*tione qvô oriuntur.* Sunt autem *Vergiliæ* ſeptem ſte
Tauro locatæ, qvarum ſignô oriente, æſtas ſignificatur,
dente hyems oſtenditur. *Vigiliæ*) Nonnulli t
ſingularî carere, à qvorum ſententia alienus eſt Cicero
lipp: *Idcirco in hac cuſtodia, tanqvam in ſpecula, colloc*
*mus, ut populum Romanum, vacuum metu noſtra vigil*
*deremus.* Idem 1. Philipp. *Manendum mihi ſtatuebam*
*in vigilia qvadam conſulari & ſenatoria.* Et apud Cæ
ſæpè fit mentio *primæ, ſecundæ, tertiæ & qvartæ vigili*
enim lib. 1. bell. Gall. commentatur: *Ubi per explorator*
*ſar certior factus eſt, tres jam partes copiarum Helvetios*
*men tranſduxiſſe, qvartam verò partem citra flumen A*
*reliqvam eſſe, de tertia vigilia cum legionibus tribus è*
*profectus, ad eam partem pervenit, qvæ nondum flumen*
*ſierat.* Conſentit Cicero 3. in Catilin: *Interim tert*
*vigilia exacta, qvum jam pontem, &c.* *Vindiciæ*)
*Vindiciæ appellantur res eæ, de qvibus controverſia eſt*
*potius dicitur jus, qvia fit inter eos, qvi contendunt. M.*
*ea, qvam ſcripſit L. Furio: De aqva— Prætores ſecund*
*pulum vindicias dicunt, & Lucilius: Nemo hic vindici*
*qve ſacra, neqve numen veretur. De qvo verbo Cincius*
*Vindiciæ olim dicebantur illæ, qvæ ex fundo ſumpt*
*adlata erant. At Ser. Sulpitius nomine etiam ſingularit*

Digitized by Google

...*de re controverſia eſt.* *Vi-*
...ceteris caſibus. Genitivô, Dativô &
...eſt, vide pag. 265, 266. Deniqve
...*Fœmininis pluralibus* etiam annumeren-
...locorum nomina: *Amyclæ*, *Athenæ*,
...*Cades*, *Coloſſæ*, *Eſqviliæ*, *Erythræ*, *Falæ*,
...*Nemeæ*, *Patræ*, *Plateæ*, *Ripæ*, *Sardes*, *Sy-*
...*Theſpiæ*, *Tralles*, *Venetiæ*.

## ...eutra aut rarò ſingularia.

...*bris* [*b*;] *bellaria* [*c*,] *mœnia* [*d*,]

...*iva*, [*g*,] *æſtiva* [*h*,] *verenda* [*i*,]
... *exta* [*l*;]

...*rna* [*n*,] *repotia* [*o*,] *compita* [*p*,]
[*r*;]

...] & *incunabla* [*t*;] *oblivia* [*u*,]

...*lia* [*y*.]

...ulli probant ſingulare ile extare ex Plin.
...afferuntur verba: *Ab hoc ventriculo la-*
... *per qvas labitur cibus, in cæteris ile: à*
...*tinæ ad alvum, hominiq; flexuoſiſſimis or-*
...*vidi ciborum, qvibus ab alvo longius ſpa-*
...git Gelenii Editio. Dalecampius autem
...ſtiſſimis codicibus nonnullis legi *eileos*
...ò antiqvioribus exemplaribus analogi-
...i; *ilia à qvibus* &c. Feſtus: Ilia dicta ab
...*eſt tenuiſſima*. Eſt enim *ile* inteſtinum
...n, proximè adhærens ventriculo. Non
...*αι* circumvolvor derivent, qvod *ilia*
...nvoluta. *b* *Flabra*) Virg. 2. Georg:
...*, non flabra, neq; imbres. Convellunt* —.

Ad

Digitized by Google

Ad qvæ ita Servius: *Hoc nomen (flabra) tantùm pluralem recipit numerum. ab eo verò, qvod flamina, flamen poſſumus accipere. Sed vitandum propter aliam ſignificationem. nam dicitur flamen Dialis, flamen Martialis. Flabri, fabuloſi, ventoſi.* Sunt autem *flabra* flantes venti ſive flatus ventorum, unde & à *flando* deducuntur. c *Bellaria*) Feſtus: *Bellarium & bellaria res aptas bellis appellabant.* Scaliger verò legendum putat *bellarium, & bellaria, res bellas appellabant. Sanè,* inqvit, *bellariorum nomine accipiunt, qvæ Græci ὡραῖα vocant, hoc eſt, cupedias. Nam ὡραῖος bellus & pulcher. Unde & pulchralia eadem dixit Cato in ea, qvam habuit de fundo oleario: Pulchralibus atqve cupediis & res bellas pro cupediis. Terentius in Adelphis: atqve unum qvidqve qvod erit belliſſimum Carpã. Friandiſes, Galli, Græci etiã τραγήματα, neqve ſolùm eſculenta, ſed & poculentorum delitias. Nam & liberi bellaria dicebant.* Qvæ ultima ex Gellii lib. 13, cap 11 habet Scaliger: *Ne qvis fortè,* inqvit Gellius, *in iſta voce hæreat, ſignificat id vocabulum omne menſæ ſecundæ genus. Nam qvæ τραγήματα Græci aut πέμματα dixerunt, ea veteres noſtri bellaria appellaverunt. Vina qvoqve dulciora, eſt invenire in Comœdiis antiqvioribus hoc nobis appellata, dictáqꝫ eſſe ea Liberi bellaria.* d *Mœnia*) Feſtus: *Mœne ſingulariter dixit Ennius: Apud emporium in campo hoſtium pro mœne.* Plurale *mœnia* à mœnio, uſitatum eſt, qvod veteribus pro munio, ut pœnio pro punio. Varro lib. 4. de Ling. Lat. *opere munibant mœnia, qvò munitius eſſet oppidum.* Plaut. aliter utitur hâc voce Stich. 5, 4: *nos tamen efficimus pro opibus noſtra mœnia,* id eſt, munia, ut nonnullis placet. Lambinus ait, à civibus id tractum eſſe, qvi mœnia urbis ſuæ faciunt pro opibus ſuis. Turnebus verò lib. 16. Adverſ. c. 11, ita ſentit: *Dicit Comicus in ſervi perſona, eorum imitatione, qvi pro ſuis opibus & facultatibus non deeſſe ſe Reipub. prædicant, ſed ſe munera facere dicunt, & de patrimonio faciendis muneris impendere. Mœnia enim pro muneribus dixit antiqve.* e *Caſtra*) Pro loco muris munito, qvòd, ut Perottus

ai

...oppidò, ſingularis militat. Ci-
...a mortuum eſſe, qvòd audierit
...in caſtrum Truentinum veniſſe.
...caſtrúmq; Inui, Bolámq; Corámq;.
...nunc ſunt ſine nomine terræ. Caſtrum
..., ut urbemq; Patavi, docente Taub-
...autem Caſtrum novum dicitur, q. d. ci-
...inibi colebatur. nam qvi Græcis ...
... Incubus dicitur, ab ineundo. qvod paſ-
... Vocatur & ἐφιάλτης, & Faunus & Fa-
...ſionibus temporariis & brevioribus, in
...ites actentoria figunt, plurale eſt. Silius
...caſtris, agitante pavore In Lybiam pro-
...laremò. Perottus à caſa deducit, qvod ſit
... caſarum. Cui conſentit Scalig. lib. 1.
...militaribus: Ea caſæ dictæ ſunt olim in
...caſtra. ... Arma) Plurale tan-
...ma antiqva, manus, ungves, dentéſq; fue-
...tem ſylvarum fragmina rami, Et flamma,
...am ſunt cognita primum. Feſtus: Arma
...armis, id eſt, humeris, dependentia: ut ſcu-
...ſica, & ea, qvibus propè præliatur: ſicut te-
...otandum verò, qvòd, licèt arma bellato-
...ſtrumenta, aliis tamen artificibus tribu-
...elut כלי Ebræis non tantùm arma, ſed
...notat. Hinc Plinius ait in Epiſt. literar
...venabulum, non lanceam, ſed ſtylum &
...ius 1. Georg. agricolis ſua eſſe arma, hoc
...uit, ita canens: Dicendum & qvæ ſint du-
...Qvis ſine nec potuere ſeri, nec ſurgere meſ-
...xi primùm grave robur aratri. Sic Plauto
... arma, & Martiali arma apta tondendis
...alibi cerealia arma, item nautis arma ab
...1. Æneid. Colligere arma jubet, validiſq;
... g Stativa) Adjectivum plurale eſt,
nunc

Digitized by Google

nunc integram, nunc ellipticam formam habens, ob qvam nonnunqvam induit naturam ſubſtantivi. Integram qvidem formam hujus vocis ipſe Cicero probat 7. in Verr: *Iſte nova qvodam ex genere Imperator, pulcherrimo Syracuſarum loco ſtativa ſibi caſtra faciebat.* *Stativa* autem nomen habent à ſtando, qvod militibus in iis diuturnior ſtatio decernatur. Altera forma hujus vocis tanqvam notiſſima ſibimet teſtatur. Vide ſuprà vocem *ſtativa.* *h* *Æſtiva*] Ex Adjectivo natum plurale Subſtantivum. Subintelliguntur enim *loca* in qvibus armenta, greges & milites æſtivant, veluti hyberna loca, in qvibus hybernant. Virg. 3. Georg: —*nec ſingula morbi Corpora corripiunt, ſed tota æſtiva repente.* Statius l—*Et umbroſi patuere æſtiva Lycæi.* Subſtantivè igitur hic accipitur. aliàs adjectivè ſumptum utriuſq; numeri capax eſt. *i* *Verenda*] A *verendo* ſic dicta, qvod eæ corporis partes ſine verecundia nominari non poſſint, neqve ipſi Ethnici hoc ignorârunt. Plinius Junior l. 3, Ep. 14: *Repente eum ſervi circumſiſtunt, alius fauces invadit, alius os verberat, alius pectus & ventrem, atqve etiam, fœdum dictu, verenda contundit.* *k* *Crepundia*] Pluralem probant Latini. Plautus in Rudente: *Sunt crepundia.* D. *Ecca, video qvâ facie ſunt. Enſiculus eſt aureolus, primùm literatus. Poſt altrinſecus eſt ſecuricula anceps, item aurea, literata. Poſt ſicula argenteola & duæ connexæ maniculæ: Et ſucula, & bulla aurea eſt, pater qvam dedit mihi natali die.* Sunt autem *Crepundia* puerorum puellarúmve oblectamenta & ludrica à crepando ſic dicta, eò qvòd pueri crepitaculis inprimis delectentur. Græcis κρόταλα, πλαταγώνια. & Lucretio *crepitacula* ut Taubmanno placet in Ciſtel. act. 3. ſc. 1. *Nam hic*, inqvit Plautus, *crepundia inſunt, qvibuſcum te illa olim ad me detulit, Qvæ mihi dedit: parentes te ut cognoſcant facilius.* Ubi Taubmannus ex Lambino: *Crepitacula vocat Lucretius. Solebant autem veteres liberos amiſſos, cùm ex aliis notis, tum etiam ex crepundiis agnoſcere: qvòd Comici & Tragici poëtæ veritatis imitatores in fabulis adumbrare ſolent.* Ex qvo illud Cic. *in Brut: Nunc qvoniam totum me non nævo aliqvo, aut crepundiis,*

Digitized by Google

videris velle cognoſcere,&c. Giſanius ve-
ſ. *Nec crepitacula eis opus ſunt, nec cuiqvã nutricis blanda, atq; infracta loqvela,* ita *rant ahenea ferè inſtrumenta, qvorũ ſono vagitu terrebantur, atq; ita porrò ſopis- narum motitatione (ut & olim) & canti- ob.l.4. ubi hunc locum Lucretii expreſſit. al.l.4.* l *Exta*] Plurali teſtantur *dicta, qvod ea diis proſecentur, qvæ ma- tq;* Plautus Aulul.3, 6: *Qvi oſſa atq; pellis cet. Qvin exta inſpicere in ſole etiam vivo aſi laterna Punica.* Dicta verò ſunt anti- orpore animantis maximè extantia, ex bant ſuperſtitioſi ethnici, teſte Cicerone de tales divinationes *extiſpicia* dicebạn- s *extiſpices* ab *extis* inſpiciendis. m *geſta & acta hôc differunt, qvia illa ſunt agiſtratûs, & in rebus majoribus, & ad mos ſpectantibus: ut, geſta Alexandri, geſta is, Acta vero rerum etiam privatarum, & rium. Ut Cicero: An in Commentariis, & is ſe uno autore prolatis: ac ne prolatis qvi- o dictis, acta Cæſaris firma erunt: qvæ ille opuli juſſa, perpetuáſq; leges eſſe voluit, r? Eqvidẽ ſic exiſtimo, nihil tã eſſe in actis æſaris. Qvidam illud ejuſdem ita legunt in ea vita, atq; actibus huic convitiatori re- riã conſeqvetur. Reor ſcribendũ eſſe actis. ctibus (ut eſt apud Lucanũ: Licèt ingenteis s miror, cur actus Apoſtolorũ magis, qvàm nen ſunt actus & actiones.* Singulari etiam ): *Ecqvid eſt qvòd tam propriè dici poſſint in Repub. cum poteſtate imperióq; verſatus* *Hyberna*] Scilicet *loca*, in qvibus Subſtantivè autem inprimis uſurpatur. 4: *Exercitum in hyberna dimiſi. Re-* robatur. Horatius 2, Serm. Sat. 3:

*Cujus*

Digitized by Google

*Cujus odorem olei neqveas perferre, licebit Ille repotia,* [...] *les, alióſve dierum Feſtos albatus celebret.* Sunt autem [...] *tia* qvaſi repoſita convivia ſeu repetitæ epulæ apud [...] maritum. Hinc Feſtus *repotia* interpretatur nuptias [...] die, cùm apud novum maritum cænatur, & qvaſi re[...] potatio. Turnebus lib. 2. Adverſ. c. 5. obſervat *repotia* [...] co Horatiano potius ſignificare liberorum celebrata [...] tia, qvàm epulas in domo mariti denuò repetitas: *Int*[...] *tantur*, inqvit, *Grammaticorum tribules, ſeptimum à n*[...] *diem, qvò iterum epulabantur: alii ſecundum, qvò* [...] *muliebrem habitum componebatur.* *Sed crediderim* [...] *repotia celebrari ſolita liberis natis, & cùm maritus nova* [...] *annis prope ſoboles naſcatur, ut renovanda ſit epulatio,* [...] *co ea convivia repotia appellata: cui interpretationi P*[...] *exemplum non repugnat, nec verò Avidieni perſona* [...] *nuptiale convivium: ea niſi me fallit augurium, dicere* [...] *Acro Grammaticus, in 2 ſat. lib. 2. Horat.* παιδοτρ[...] *Græcè vocari velut ſublatis & ſuſceptis liberis, & paren*[...] *eos alere decernentibus. Nam in Græcorum poteſtat*[...] *liberos exponere, nec alere. ut autem ita repotia interp*[...] *mihi perſvadet Auſonius ſic ſcribens: Conjugióq; dapes, &* [...] *repotia patrum. Ecce eorum epulas dicit, qvi ſuſceptis* [...] *vis facti ſunt parentes. tum autem etiam ſervi & liberi n*[...] *ra dabant: qvod Terentius ſignificavit, cum in Phormione* [...] *ſc. 1. ſcripſit: Porro autem Geta ferietur aliô munere ubi* [...] *pepererit. Dabant & nuptialia & natalia.* p [...] *pita*) Neutro plurali teſtatur Virgilius 2. Georg: *Præmia* [...] *gentes pagos & compita circum Theſeïda poſuere: atqve* [...] *pocula læti Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres.* Ub[...] vius: *Compita, id eſt, per qvadrivia, qvæ compita appella*[...] *ab eo qvod multæ viæ in unam confluunt.* Sive potius, [...] multæ viæ in unam competant, id eſt, coëant. hinc Ov[...] —*in multas compita ſecta vias*, & maſculinô genere, co[...] tus, apud Varronem de Scenicis originibus lib. 3: *Ubi co*[...] *tus erat aliqvis.* q *Munia*) Pluralem probat Liv[...] ab Urbe; *Cenſum enim inſtituit, rem ſaluberrimam tan*[...]

Digitized by Google

munia non viritim, ut ante,
Sunt autem *munia* officia
Feſto dicitur officioſus, ve-
exponitur is, qvi nullo fungi-
Notant in genere debitas ope-
Colum. lib. 1. c. 8: *Nulla eſt au-*
*hominis juſta cuſtodia, qvàm operis*
*, ut villicus ſemper ſe repræſentet.*
*curabit villicus, ut juſta reddantur.* De-
exeqvias, parentalia, ſacrificia gen-
ita. Liv. l. ab Urbe: *Nec cæleſtes mo-*
*qvoqve funebria, placandóſq; manes, ut*
. Cicero pro Roſc. Amer: *Hunc mi-*
*qvi, nondum etiam paterno funeri juſta*
*omo, &c.* Hieronymus Magius lib. 2.
*ſtis* funerum ita diſſerit: *Qvia pietate*
*m etiam Ethnicis erat præcellens juſti-*
*iſtoteles & Cicero docent, factum eſt,*
*& funerandi ſolemnitas, qvæ in defun-*
*, Juſta dicerentur. Unde juſta facere,*
*gere. Servius in explicationibus ſuis*
*Qvi enim de pietatis generibus ſcripſe-*
*nſepultura eſſe voluerunt. Unde cùm*
*t cadaver videre, magis tamen nefas*
*m relinqverent. Ariſtoteles probl. 9.*
*ri, magis juſtum eſſe dicit, qvam vivis*
*t, juſtius habitum eſt, hominibus vita*
*n vivis? an qvia vivi præſidio eſſe poſ-*
*præterea poſſunt. Ciſero in Top. æ-*
*tripartitam eſſe dicit, unam ad ſupe-*
*ès, tertiam ad homines pertinentem.*
hurale. Cicero pro Roſcio: *Qvid eſt*
*ius adverſaria? qvid eſt qvòd diligen-*
*? qva de cauſa? qvia hæc ſunt men-*
*Hæc delentur ſtatim: illa ſervantur*
*oris memoriam: illa perpetuæ æſtima-*



Digitized by Google

*tionis fidem & religionem amplectuntur. Hæc ſunt con-*
*illæ in ordinem confectæ.* Sunt igitur *Adverſaria* tum
riæ qvædam chartæ & tabellæ, in qvas ſine ordine co
bantur res, juvandæ memoriæ cauſâ. unde & Turnebu
Adverſ. c.11, & lib.29. c.36. ab *advertendo* dici putat. R
ginus v. lib.7. c.21: *Adverſaria,* inqvit, *dici arbitror, qv*
*verſâ parte etiam ſcriptis implerentur, & per tranſverſu*
*qve, nam negligenter admodum conficiebantur, qvia de*
*tur ſtatim.* Solebant autem veteres ex altera tantùm
ſcribere. Qvod admonet Juvenalis illô verſu, Sat.1: *S*
*& in tergo, necdum finitus, Oreſtes.* Proinde opiſtogra
cebantur libri utrinqve ſcripti. Plinius Junior de
avunculo ad Macrum, lib. Epiſt.3: *Electorúmqve comm*
*rios centum ſexaginta mihi reliqvit, opiſtographos qvid*
*minutiſſimè ſcriptos.* Confirmat hoc Cœlius Rodigini
ximè citatô loco: *Adverſaria,* inqvit, *hujuſmodi à Sat*
*bili ſignificata intelligo, verſu illo:*—*& longi relegit tr*
*ſa diurni. Qvod interpretes non viderunt. Morem h*
*tranſverſò qvandoqvè ſubnotandi in epiſtolis etiam ſer*
*Cicero ad Attic. lib.5. præmonſtrat. Nunc vero, inqvit,*
*ad tranſverſum illum epiſtolæ tuæ verſiculum, in qvo*
*mones de ſorore, qvæ res ſe ſic habet.* t *Incunabula*
ralem uſus Latinorum probat. Plaut. Trucul: *faſciis o*
*pulvinis, Cunis, incunabulis.* Exponunt veſtes, qvæ i
bus in cunis circumjiciuntur. aliàs translatè prima a
rei exordia notant. Cic. in Salluſt: *An ullum exiſtim*
*fieri civem egregium, qvi non his artibus & diſciplinis*
*ditus? an ulla alia putas rudimenta & incunabula v*
*qvibus animi ad gloriæ cupiditatem aluntur?* Aliqvan
loco natali. Svetonius: *Qvare princeps qvoqve locum*
*nabulorum freqventavit.* u *Oblivia*] Pluralis
nativus & Accuſativus inprimis Poëtis probatur. Lu
ſub fin. lib.6: *Atqve etiam qvoſdam cepêre oblivia*
*cunctarum, neqve ſe poſſent cognoſcere ut ipſi:* Nonnu
gularem tuentur autoritate Taciti, qvem ajunt dixiſſe
*viô tranſmiſit,* pro *oblivione.* x *Cuſt*] Græca
N

irg. 5. Æneid: *Tum varia tonitum fa-*
i Servius, *Græca declinatio τὸ κῆτ©,*
*η. nam Latinè ſic declinari non poteſt.*
lis verò ſecundæ declinationis eſt apud
*tos ſexcentorum pedum longitudinis &*
*latitudinis, in flumen Arabiæ intrâſſe*
*ejus negotiatores, & omnium piſcium*
*, in eo ſitu ut aſilos ab his fugent odore.*
Plurale. Cic. 1. Philipp: *An me cenſetis*
*uti eſtis, decretum fuiſſe, ut parentalia*
*iſcerentur?* Perotto exponuntur con-
n aut propinqvorum funere fieri con-
verò generaliùs exponentes, idolola-
qvibus Ethnici honorabant mortuos
via adjungebant. Arnob. adv. gent.
*cum carnibus, rapacium alimenta ſunt*
*us conjuncta mortuorum.* Aſſignantur
ia: *Bona. Coagmenta, cibaria, cunabu-*
*ia. Fraga. Genitalia. Hybernacula. Ju-*
*cia, luſtra. Magalia, mapalia, mele,*
*Naturalia, nutricia. Palearia, pampher-*
*rabia, præcordia, præſegmina. Rapacia,*
*ſellia. Tempe, teſqva, tranſtra, tela. Vi-*
. De ſingulis ordine paucis agendum.
imis pluralis placet. Ulpian. l. 49. de
*norum appellatio aut naturalis eſt, aut*
*ex eo dicuntur, qvòd beant, hoc eſt bea-*
*im eſt prodeſſe.* Cicero v. 4 de Finib.
are fatetur & ſingulare probat, inqvi-
*pellatum ſit, neſcio.* aliàs uterqve nu-
is. *Coagmenta*) Pluralis militat.
c. 2: *Viden' coagmenta in foribus?* Gel-
*ſingularia, ſine coagmentis ſyllabarum.*
*icta ſunt conjunctiones arcta & compa-*
*ſt, ſtringendo: unde coagulum. hinc co-*
*aria)* A plurali ſtant Latini. Sunt ali-



Digitized by Google

menta hominum pariter ac ănimalium. Cato 6. de r
*Bubus cibaria, annua in juga ſingula lupini modios CX.*
Cic. pro Roſcio: *Anſeribus cibaria publicè locantur, &*
*aluntur in Capitolio: ut ſignificent ſi fures venerint.*
5. in ver. *Facta ſunt uberiora cibaria caritate.* C
*la*) Plurale. Plautus Amphitr: *Neqve eum qviſqvam*
*gare qvivit in cunabulis.* Unde locutio iſta trallatitia:
*mis cunabulis.* Colum: *Qvùm à primis cunabulis, ſi mo*
*ris parentibus eſt oriundus, audire potuerit.* Do
Singulare eſt in Apulejo 2. Florid: *Ibi donarium deæ pe*
*opulentum, plurima auri & argenti ratio in lancibus, ſ*
*poculis, & hujuſmodi utenſilibus.* Sed hîc locum no
qvo ſervantur dona, aliàs pluralis freqvens eſt. E
*lia*) Plurale eſt pro ſacrificiis & ſupplicationibus, q
jucundo nuncio decerni conſveverunt, vel etiam pro
de allati jucundi nuncii. Cic. Attic. lib. 2: *O ſvaves e*
*tuas unô tempore mihi datas duas, qvibus εὐαγγέλ*
*reddam, neſcio, deberi qvidem planè fateor.* aliàs pro
ſalutifero nuncio à qvatuor Evangeliſtis deſcripto Ec
ſticis ſingulare eſt. *Fraga*) Pluralis in uſu eſt.
eclog. 3: *Qvi legitis flores & humi naſcentia fraga.* Ju
Sat. 13: *Plura domi fraga & majores glandis acervos.* *ali*
*legunt.* *Genitalia*] Plin. ſingulare habet lib. 11, c. 44:
*qvoqve bis & articuli, ut homini: ac præter genitale, &*
*maribus tantùm, viſcera etiã interiora omnia ad exempl*
li. 28, c. 9: *Teſtes qvoq; ejus inveterati, vel genitale maris,*
*riter dantur in vino.* Ibidem cap. 11: *Vulpis maſculæ g*
*circumligatum.* *Hybernacula*) Pluralis arridet I
Liv. 4. bell. Pun: *Hybernacula Carthaginenſium, cong*
*merè ex agris materia, exædificata, lignea ferme tota*
Tacitus: *Cohortes, alæq; novis hybernaculis locatæ.*
*ga*) Plurale eſt pro tabulis navium, in qvibus remi
dent, qvæ & *tranſtra* vocantur. Virgil. 6. Æneid: *Ind*
*animas, qvæ per juga longa ſedebant, Deturbat, lax*
*ros —.* *Lamenta*) Plurale autoribus placet.
de Senect: *Solonis qvidem ſapientis elogium eſt, qvo ſ*

*amicorum lamentisqve vacare.*
ritas peti poteſt è Liv. 8. bell.
*tis præberi juſſa.* Budæus an-
*tia,* inqvit, *appellantur munera*
*gentium dono mittuntur.* Plu-
μίαι ξένια τοῖς πρεσβέυσ-
λαύτεια τὰ πεμπόμενα.
*munera mittebant, qva lautia*
laris extat in Gellio lib. 11. c. 18:
*nqve concepta eſſent perinde ac*
*unt.* aliàs pluralis freqvens eſt.
erarum, nec non meretricum
g 2 Georg: *Non abſint illis ſal-*
hilipp: *Cum omnes impurita-*
*ciperes, vinô luſtrisq; confectus;*
i, item, purgatione urbis, qvæ
*Magalia*) Plurale. Virg. 1.
*magalia qvondam.* Ubi Ser-
*. nam debuit dicere magaria:*
*um linguâ novam villam ſigni-*
*m doctus,* dicit Servius, *novam*
*nde transferebant Nomades, &*
*Ebræis* מָגוּר *eſt commoratio,*
οικία, παροίκησις. *Inde enim*
*primùm alatis tetigit magalia*
*galia Aphrorum caſas: & ma-*
*alia maproducit. mapalia ve-*
*mapalia tectis.* *Mapalia*)
lib. 2: — *coit & ſparsô concita*
*Mele*) Græcus pluralis ut cete.
*Phœbeáq; dædala chordis Car-*
*ſilerent.* Vide ſupra pag. 120.
2. Pluralem habet: — *ſed qvid*
*itia ſumas Cretice* —. Sic dicta
fuerint indumenta minutiſſi-

 mis

Digitized by Google

mis filis contexta. Videtur primò ortu Adjectivum
Hinc Vopiſcus in Aureliano, qvi hæc ſcribit præfecto a
*Dabis ad editionem Circenſium tunicas multitias viri*
*cem, lineas Ægyptias viginti, mantilia Cypria pari*
*Nutritia*) Merces nutricis; ut eſt in titulo de va
extraordinariis cogitationibus circa finem. *Pal*
Singulare habet Seneca Hippol: *Muſcô tenacî pectus ad*
*viret.* *Parapherna* ] Dicuntur à JCtis qvæcunqv
ter dotem, viris dantur à fœminis. à παρὰ præter, & φ
dos, ac ſi dicas *præterdotalia.* *Paſcua*) Singulare
Colum. lib. 8: *In eo rure, qvod paſcuô caret, contineri*
*exiguo, & qvalicunqve pabulo contentus.* Idem lib. 8
*Eſuriens mittatur in paſcuum.* Friſchlinus Strig. Gram.
1. c. 1 de Etym. Nom. pag. 18. ita de hac voce: *Paſcua n*
*plurale tantùm: ex eo liqvet, qvod Latini etiam Paſcuu*
*cunt: ut Varro: Paſcuum viride. Nam qvod Poëtæ*
*tantùm eſſe efferunt plurali numerô, id magis fit, pro*
*carminis & metri. qvàm ex neceſſitate ſermonis.*
*benda*) Tantùm plurale eſt Gellius lib. 15, c. 4: *Poſt cum*
*levisſet Ventidius Baſſus, victum ſibi ægrè qvæſiſſe, eúmq*
*dè inveniſſe comparandis mulis & vehiculis magiſtratibu*
*ſortiti provincias forent, præbenda publicè conduxiſſe.* A
larant autem *præbenda,* qvæ præberi debebant, ut, ſal,
qvæ parochi legatis publicè miſſis præſtare debebant.
Horat. l. 1. Serm. Sat. 5 tradit: *Præbuit: & parochi q*
*bent, ligna ſalémq.* *Præbia*) Remedia contra fa
tiones. Feſtus: *Præbia dicuntur curandi mali remedia*
*licet qva curationis causâ præbeantur.* Scalig. circa fin
de ling. Lat: *Præbia à præbendo, ut ſit tutum: qvòd ſint*
*dia in collo pueris.* *Præcordia*) Plurale tantùm. P
lib. 30, c. 5: *Præcordia vocamus unô nomine exta in h*
*qvorum in dolore cujuſcunqve partis ſi catulus lactens*
*veatur, apprimaturqve his partibus, tranſire in eum morb*
*citur.* Et lib. 11. c. 37: *Exta homini ab inferiore viſceru*
*te ſeparantur membranis, qvæ præcordia appellantur, qvi*
*di prætenduntur, qvod Græci appellaverunt phrenas*

Digitized by Google

tur, nothis coſtis ſubjectæ, he-
qvæ qvòd ὑπὸ τοῖς χόνδροις:
e ſint, à Græcis ὑποχόνδρια
na] Plaut. Aulul. 2, 4: *Famem her-*
*n dabit. Qvin ipſi pridem tonſor*
*nia abſtulit præſegmina.* Plautus
væ ungvibus eminulis præſecan-
τμάτα interpretatur. Horatius
*cies non caſtigavit ad ungvem.*
ius lib. 18, c. 13: *Qvadrupedes &*
*omini non minor rapaciorum ſuis*
. Ubi Dalecampius in notis le-
i vult *caliculorum, de qvibus Ca-*
*, ſic à rapa rapicium. Alii rapo-*
*ſtra*) Plurale eſt, pro templo ſive
oſtiliam, in qvo erat pulpitum
ntiatium, ex qvo loco concio-
b Urbe Dec. 1: *Naves Antiatium*
*ductæ, partim incenſæ, è roſtriſq;*
*uctum adornari placuit: Roſtráq;*
nius lib. 16. c. 4: *Antea roſtra na-*
*lectus erant, veluti populo Rom.*
*vero tribunitiis ſeditionibus cal-*
*iam vires ex publico in privatum*
*, ſacroſancta omnia profana ſe-*
*ière in capita civium roſtra.* Ex
alecampius, unde æratæ naves,
, & χαλκέμβολοι. Virg. lib. 9:
*d littora puppes.* Brod. cap. 13,
vium utrumqve numerum parti-
, & inprimis Virgilio uſitatum.
*ta læta, boumq; labores Diluit—.*
vo natum; id qvod ex eodem
*Sed frumenta manu carpes ſata,*
*ivea implebunt mulctralia vaccæ.*



Digitized by Google

*Scruta*] Pluralem ſibi vendicat. Horat lib. 1. epiſt. *V*
*vendentem tunicato ſcruta popello.* Cælius Rhod. lib. anti
10. c. 56: *Verbo ſcruta, veteramenta omnifaria ſignificari p*
*qvæ cum uſu jam detrita ſint, pretio item deminuta cenſen*
Græcis γρύτη, hoc eſt, λέπ]αοκεύη, ut interp. Ariſtop
nis Scholiaſt. & hinc derivatur. hoc autem à γρῦ, qvo
minimum aliqvid. Hinc *ſcrutor*, qvod prima vi vocis pro
ſignificat ſcruta verſo, vel in minima ſcruta inqviro. dei
& penſiculatiori mentis inveſtigationi & indagini tribui
Hinc & *ſcrutarius*, qvi ſcruta vendit. Gell. lib. 3. 14. ex Lu
lio: *Qvid ni? & ſcruta qvidem ut vendat, ſcrutarius lau*
*Præfractam ſtrigilem, ſoleam improbus dimidiatam.* S
*ſellia*] Singulare tuetur Plaut. Capt. 3, 1: *Nihil moruntur*
*Laconas imi ſubſelli viros, Plagipatidas, qvibus ſunt verba*
*penu & pecunia.* Ubi Taubmannus: *Viri imi ſubſellii ſ*
*qvi ſedent in ima parte ſubſellii, non primâ. Apud Cic. 3.*
*9. res longi ſubſellii dicitur, qvæ multis indiget, qvi deliber*
*poſſunt enim in longo ſubſellio multi ſedere, Turneb. lib. 1*
Et Stich. 3. 2: *Haud poſtulo eqvidem me in lecto accumb*
*Scis tu me eſſe imi ſubſellii virum.* Et act. 5. ſc. 4: *Nimium*
*pidè in mentem venit. potius in ſubſellio Cynicè accipien*
*qvàm in lectis.* *Tempe*] Græcanicum neutrum plur
Virgil. 2 Georg: —*at frigida tempe, Mugitúsq; boum, mol*
*ſub arbore ſomni Non abſunt* —. Sunt autem *tempe* pro
Theſſaliæ loca qvinqve millia paſſuum longitudine, & fe
ſex latitudine, ubi pulcherrimus ager, amœnus gramine,
fertus arboribus, canorus avium concentu, jugis dextra
*vâq; leniter ſeſe tollentibus, media interſecat Peneus amnis*
*jus ripas arbores veſtiunt.* Confer Plin. lib. 31. c. 2. Vid. ſu
p. 120. *Teſqva*] Plurale eſt. Horat. lib. 1. Epiſt. *mans*
*deſerta & inhoſpita teſqva Credis, amœna vocat, mecum*
*ſentit: & odit Qvæ tu pulchra vocas.* Hâc voce notatur 1.
cus umbroſus, idoneus ad myſticas operationes. 2. augu
conſecrata ſedes. 3. ab humano cultu ſemotus ſeceſſus. 4
qve ita etiam locus præruptus. *Tranſtra*] Virgilius 1.
*Præcipites vigilate viri, & conſidite tranſtris.* Feſtus

*Tran*

Digitized by Google

... *dicuntur*, (in qvibus ſedent remi-
... *parietem porriguntur.* *Te-*
...eqvens. Cic. Treb. lib. 7, 16: *Uſqve*
... *aris telum acerrimum.* Idem de
... *non dubito qvin ea tela qva conjece-*
... *collega patris emiſit*, *leviora atque*
... *Vinacea*] Pro granulis lignoſis qvæ
...tur pluralis militat. Columella li. 8.
...*biliter paſcant*, *dari non debent*, &c.
...um pariter ac Fœmininum legitur.
...: *Pabulum bis datur triticum*, *horde-*
...ius lib. 17. c. 21: *Circum capita addito*
...*u*, *aut aliqvid horumce.* *Utenſi-*
ſingulare lib. 1. de re Ruſt. c. 2: *Contrà*
*non modo naſcitur*, *ſed etiam non egre-*
... longè freqventior eſt. His annume-
...m nomina: *Artaxata*, *Acroceraunea*,
...*a*, *Suſa* & ſimilia. Et hactenus Defe-
...am tanto pleniùs, certiùs & diligen-
...vimus, qvantò inſufficientiùs & incer-
...a comperitur.

# ...UNDANTIBUS.

...ſunt qvæ plures habent No-
...rminationes ejuſdem ſigni-

...t autem *duplicia*.
...*adem* [*b*] declinatione abun-
...*ſes*, *Anchiſa*; qvædam in *di-*
...*da*, *mendum*.

... nonnulli *Abundantia* tradituri & ipſi
tumul...

tumultuariâ qvâdam *Abundantium* congerie citra neceſſitatem prorſus abundare videntur & defectu autoritatis Latinorum laborare. Etenim non pauca, qvæ heic accumulant *Abundantia* Grammaticorum tribules, aut diverſam admittunt ſignificationem, adeoqve *Abundantium* nomen & definitionem jure tueri non poſſunt, aut alterutrius terminationis certâ autoritate deſtituuntur. Qvare nos noſtrô more & hic ſedulam dabimus operam, ut ita in tradendis *Abundantibus* verſemur, ne ullius defectus jure accuſemur in adducendis optimorum Latinorum teſtimoniis, qvibus Grammaticum ſtare & cadere oportet. neve qværis ſine diſcrimine abundare dicamus, qvibus aliàs alienæ ſignificationis forum jus abundandi ademit. *b* In eâdem declinatione abundant & qvidem in *Prima* ea, qvorum Græca terminatio eſt E, & ES, & Latina terminatio A: ut, *Grammatice*, *Grammatica*, vide pag. 211, 212. *Anchiſes*, *Anchiſa*. Virg. 2. Æneid: *At pater Anchiſes oculos ad ſydera lætus Extulit* —. Et 6. Æneid. *Conſtitit Anchiſa ſatur & veſtigia preſſit*. *Cometes*, *Cometa*. Plin. lib. 2. c. 25: *Fit & candidus cometes, argenteô crine ita refulgens, ut vix contueri liceat*. Tibul. l. 2. el. 6. — *belli mala ſigna cometes*. Lucan. lib. 1: *Mutans regna cometes*. Cic. 1. de Divinat: *Vidiſti & clarô tremulos ardore cometas*. Nota, Virgilius 7 Æneid. *tiaras* dixit: — *ſceptrúmq; ſacérq; tiaras Iliadúmq; labor veſtes*. At Servius annotat: *Hic per uſurpationem dicitur, nam tiara dicimus*. Servianæ expoſitioni favet Græcanicæ nomenclationis conformitas, qvâ non τιάρας ſed τιάρα appellatur. Heſ. τιάρα ἡ λεγομένη κυρβασία. ταύτῃ δὲ οἱ Πέρσαι βασιλεῖς μόνοι ἐχρῶντο ὀρθῇ, &c. 2. Qvidam *Secunda* declinationis nominativi geminâ terminatione US & ER abundant: ut *Evandrus* & *Evander*, Virg. 7. Æn: *Tum rex Evandrus, Romanæ conditor arcis*. & 8. Æneid: *Evandrus pariter, pariter Trojana juventus*. Et lib. 10. Æn: — *Pallas, Evander in ipſis Omnia ſunt oculis* — Qvædam ejuſdem declinationis nomina US & UM nominativi terminationes abundantes habent:

Digitized by Google

... Junior: *Nunc me actus re-*
*ſtringit.* Cic. 1. Philipp. *Ecqvid eſt*
... *actum ejus, qvi togatus in Repub.*
*verſatus eſt, qvàm lex? amaracus, a-*
... 143, 144. *antidotus, antidotum.* Gellius
... *antidotus celebratiſſima, qva Mithri-*
... lib. 29, c. 1: *Mithridaticum antidotum*
... *interim nullò pondere aqvali,* &c.
... alibiqve paſſim apud eundem. *Baculus,*
... Ovid. 2. Metam: *Indoluit, baculúmq; capit,*
... *Vincula cingebant.* Et lib. 15. Metam:
... *tenens agreſte ſiniſtra. Baltheus, balthe-*
... Sat. 4. — *illa ſubter Cæcum vulnus habes, ſed*
... *Protegit* —. Virg. 5. Æneid: — *latô qvem*
... *aurô Baltheus, & tereti ſubvertit fibula*
... lib. 4 de L.L. p. 19: *Baltheum, qvòd cingulum*
... *bullatum, baltheum dictum.* *Buxus,*
... lib. 9. Æneid: *Tympana vos, buxúsq; vocat Bere-*
... *Idæa* —. Et 2 Georg: *Nec tiliæ leves, aut tor-*
... *Non formam accipiunt, ferróq; cavantur acu-*
... *Chirographus, chirographum:* Sed de eo
... Stephanus lib. de abuſu lingvæ Græc. p. 71:
... *dicant, in genere itidem errantes, ſed ſi-*
... *terminatione. Chirographum enim rectè dici,*
... *exiſtimo: ut Græcè* τὸ χειρόγραφ-
... χειρόγραφος, *dici ſolet. Ad me qvidem*
... *nihilo magis chirographus dixerim, qvàm*
... *Antigraphus, pro Autographum & Antigra-*
... ὀγραφον & ἀντίγραφον. *Loqvor autem de*
... *ſignificatione, qvâ ponitur pro eo qvod recen-*
... ἰδιόχειρον *etiam vocaverunt. Alioqvi voce*
... *tanqvam adjectivâ, & in maſculina & in*
... *genere uti poſſimus veluti ſi librum* χειρόγραφ-
... χειρόγραφον *dicere libeat. Scio tamen*
*illi*

Digitized by Google

*illi etiam voci chirographus pro chirographum poſita quoſdam autoritatem attribuere conatos eſſe ex nonnullis ſcriptorum veterum locis. Sed unico Fabii loco (quod ſciam) niti poſſunt. Verùm infirmo eos niti præſidio exiſtimo, eámq; ſcripturam eſſe ejuſmodi quæ à Fabio non agnoſceretur: atque adeo, quæ ne ab emendatioribus quidem exemplaribus ejus librorum (ſi quis ea conſulat) agnoſcatur. Exiſtimo autem, ἐντελὲς quidẽ eſſe, χειρόγραφον γράμμα: at χειρόγραφον dici ἐλλειπτικῶς, brevitatis gratiâ. Chirographon tamen peculiariter etiam de ipſa (ut vulgo loquimur) ſignaturam dixiſſe veteres quoq; videntur.* Hæc ille. *Coſtus, coſtum* vide ſuprà p.142. 144. *Crocus, crocum*, ſuprà pag.144.145. *Cryſtallus, cryſtallum.* pag.141.144. *Eventus, eventum.* Cic. pro Corn. Bal: *Quum etiam ipſe caſus eventúſq; rerum non duces, ſed comites ejus conſiliorum fuerint.* Lucret. lib.1: *Eventum dici poterit quodcunque erit actum.* Plurale *eventa* frequens eſt. *Hyſſopus, hyſſopum.* Columella lib.7. c.5: *Remedio ſunt hyſſopus, & ſal æquis ponderibus contrita. Hyſſopum* vide ſupr. pag. 145. *Intubus, intubum.* Plin. lib.20. c.8. *Intubi quoque non extra remedia ſunt. Succus eorum cum roſaceo & aceto capitũ dolores lenit. Idem cum vino potus, jecinoribus & veſicæ, & epiphoris imponitur.* Ubi Maſculina terminatio confirmatur. Idem ibidem mox neutrum confirmat: *Erraticum apud nos quidem ambugiam appellavere. In Ægypto cichorium vocant, quod ſylveſtre ſit. Sativum autem ſerin, quod eſt minus & venoſius. Cichorium refrigerat. In cibo ſumptum & illitum collectiones, ſuccúſq; decocti ventrem ſolvet.* Et lib.19. c.8: *Eſt & erraticum intubum, quod in Ægypto cichorium vocant, de quo plura aliàs.* Vide ſupra 144: *Jugulus, jugulum.* Quintil. Declam.9: *Jam præbendus erat jugulus, & fundenda vita cum ſanguine.* Lucan. l.3: *Senilem jugulum confodiam.* Celſus lib.8: *A dextro jugulo ſi id fractum eſt, ad aliam ſiniſtram: à ſiniſtro ad dextram.* Cic. de Fato: *Quod jugula concava non haberet. Medimnus, medimnum* Lucilius Satyr. l.15: *Præterquam in pretio primus ſemiſſe, ſecundus Numo, tertius jam plures quàm totus medimnus.* Cic. 5. Verr: *In jugere Leontini agri*

ſeritur perpetuâ atqve æqvabili
o benè ut agatur:verùm ut omnes
uod ſi qvando accidit, tum ſit ut
ſeveris:hoc eſt,ut qvot jugera ſunt
æ debeantur. Nardus,nardum.
n licet, Aſſyriáq; nardo. Potamus
c & Achæmenia Perfundi nardo
charis vocatur nardum ruſticum,
Palatus,palatum. Licèt neutra
ma ſit,veluti Cic.2.de nat.Deor.
d ſit optimum judicat, cœli pala-
bexit, aliiſq; non modò Oratori-
Cic 2 de Finib.pag.Edit.Carol.
tione dixit : Nec enim ſeqvitur,
palatus. Carolinæ lectioni con-
alii.Nota Addunt Pannus,pan-
io pannus longè freqventiſſima
um proferre poſſunt exemplum,
ſſimi ævi ſcriptore : Qvi habet u-
um in purpura eſt. Papyrus, pa-
Peplus, peplum. Claudianus de
ligat,peplúmq; fluentem Allevat
ctavîſſet peplum Rus rurſum con-
Ubi Taubmannus : Plautus in
em venio,niſi cum infertur peplũ.
qvorũ feriæ qvinqvennales erant,
gulis annis celebrabantur) peplũ
conſecrabatur, cui intexta erat
iladis de Encelado. Videatur &
terea ad templum non æqva Pal-
paſſis, peplúmq; ferebant. Ad
Trojanæ mulieres ferunt, ut eâ
nduant : & deam propitiam ha-
ulis deorum fidem & opem implo-
abant;illo cultu favorem numinis
gilii Cirin, itémq; notas ibidem
Scali-

*Scaligeri: qvi inter cætera docuit, Strenuorum qvoqve ducum Athenis geſta in peplo intexta templo Minervæ impoſita fuiſſe. Et Ariſtotelem librum ſuum qvem de Heroum tumulis confecerat, Peplum ideo vocâſſe. Pepli autem oblatio in templo Minervæ & Homerica eſt, Il. ζ. Lutatius Statii vetus & doctus interpres: Peplum eſt veſtis candida, aureis clavis picta, ſine manicis, qvod ſimulacris fiebat. Sed hoc peplum primum ab Athenienſibus inſtitutum, qvod matronæ ſuis manibus faciebant, & inter triennium numinibus offerebant.* Hæc ille. Sed Lutatium caſtigat Joannes Meurſius in eruditiſſimo libello, qvi PANATHENEA inſcribitur. *Ad colorem,* inqvit Meurſius, cap. 18, *qvod attinet, eum croceum fuiſſe Euripedes tradit, in citato Hecubæ loco:* —ἐν κροκέῳ πέπλῳ Ζεύξομαι ἅρματι πώλους, Ἐν δαιδαλέαισι ποικίλ-λου[illegible] ἀνθοκρόκοισι πήναις. *Niſi forte ita dixerit ob clavos aureos, qvibus interſtinctus erat. Atqve hoc verum eſſe poteſt. Sed non ſemel errat Lutatius: nam neqve matronæ texebant, ſed virgines, ut ſtatim dicemus: deinde non Diis qvibuſvis offerri ſolebat, ſed Minervæ tantùm uni,* &c. *Pileus, pileum.* Plaut. Capt: *Pileum, qvem habuit diripuit, eumq; ad cælum tollit.* Gellius: *ut corona erat ſignum captivorum venalium: ita pileus impoſitus demonſtrabat ejuſmodi ſervos venundari, qvorum nomine emptori venditor ni*[illegible]*ret.* Confer Jac. Durantium Caſſelium Variarum l. 2. c. [illegible] Perſius Sat. 5: *Hæc mera libertas, hanc nobis pilea donant.* *Porrus, porrum.* Celſus lib. 4, cap. 6: *Ut cibus ſit qvàm maximè tenuis, & levis, præcipuéq; ſorbitio, eáq; ex ptiſſana potiſſimum, aut jus in qvo porrus cum pullo gallinaceo decoctus ſit.* Plinius lib. 19, c. 6: *Laudatiſſimus* (porrus) *in Ægypto, mox Orthiæ atqve Aricia.* Hinc Martialis lib. 13. epigr. 19: *Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros: In niveo virides ſtipite cerne comas.* Horatius lib. 2 Epiſt. Ad Iccinin: *Verum ſeu piſces, ſeu porrum, & cæpe trucidas.* Punctus, punctum. Plinius li. 2, c. 68: ſub finem: *Hæ tot portiones terræ, imò verò, ut plures tradidére, mundi punctus, (neqve enim eſt aliud terra in univerſo.)*

) *Hæc eſt materia gloriæ noſtræ, hæc ſedes: hic honores us, hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumul- r humanum genus, hic inſtauramus bella etiam civilia, ſq; cædibus laxiorem facimus terram.* Neutrum verò dem ſententiam eleganter probat Seneca lib. 1. Nat. t. procem; *Punctum eſt iſtud in qvo navigatis, in qvo bel- in qvo regna diſponitis: minima, etiam cum illis utrin- ceanus occurrit.* *Supparus. ſupparum.* Varro lib. 4. g. Lat: *Capitium ab eo qvod capit pectus, id eſt, ut anti- cebant, indutu comprehendit: alterum qvod ſubtus, à bucula: alterum qvod ſupra, à qvo ſupparus.* Feſtus: *rus* (Calep. mendoſè Supparum) *veſtimentum puella- neum, qvod eſt ſubucula (id eſt camiſia) dicitur. Afria- Puella non ſum, ſupparo ſi induta ſum.* In qvod Scali- *Camiſiam uſurpat Paulus verbum ſuæ ætatis, ac ſuorum num elegantia dignum. Cama eſt barbarum vocabulum, nificat lectum. Hodiéq; in idiotiſmo ſuo retinent Hiſpa- Camas enim lectos vocant. Ab eo tunicam lineam noctur- vocârunt Camiſias. Autor Iſidorus, & ipſe homo Hiſpa-* Lucanus: *Suppara nudatos cingunt anguſta lacertos.* nonnulli referunt ad Heteroclita. Confer Heinſ. ad Si-

*Tributus, tributum.* Plautus Epidic. 2. 2: *At tribu- tum imperatus eſt, poteſſe pendi negant: Illis, qvibus tribu- major penditur, pendi poteſt.* Gellius lib. 13, c. 19. Maſcu- n *tributus* refert ad veterum εὐφωνίαν. *Verba,* inqvit us, *Ciceronis ſunt hæc: Nemo ita in manifeſto peccatu jatur, ut qvum impudens fuiſſet in facto, tum impudenti- deretur ſi negaret. Hujus autem vocis cum elegantior n loco ſonus, & tum ratio certa & probata eſt. Hic enim tus, qvaſi peccatio, rectè Latinéq; dicitur. Sicut hic ince- non qvi admiſit, ſed qvod admiſſum eſt: & hic tributus, tributum nos dicimus à pleriſqve veterum dicta ſunt. qvoq; allegatus, & hic arbitratus, pro allegatione, próq; ar- tione dicuntur. Qvâ ratione ſervatâ, arbitratu & alle- meo, dicimus. Sic igitur in manifeſto peccatu dixit, ut in ifeſto inceſtu veteres dixerunt: non qvin Latinum eſſet*

peccato

Digitized by Google

*peccato dicere, ſed qvia in loco iſto poſitum ſubtilius ad molliuſq́; eſt.* Neutrum verò *tributum* hodie uſitati Feſtus: *Tributum dictum, qvia ex privato in publicum tur.* *Vallus, vallum.* Cæſar 3 bell. Civ: *Erat eo loco f dum XV, & vallus contra hoſtem in altitudinem ped cem.* Tibullus Eleg. 10: *Non arces, non vallus erat, ſom petebat Securus varias dux gregis inter oves.* *Viſc ſcum.* vide pag. 63. Nota. Qvædam Græca in ON declinationis deſinentia, Latinam qvoqve terminat UM admittunt: ut, *Ilion* & *Ilium.* Ovidius de Art *Defenſa eſt Ilion armis.* Virg. lib. 1. Æneid: *Ilium in I portans, victoſq́; penates. Incute vim ventis, ſubmerſáſq puppes.* Nonnunqvam & *Ilios* dicitur. Ovid Epiſt. Pe *Sed mihi qvid prodeſt veſtris disjecta lacertis Ilios? &, qvod fuit antè, ſolum?* Idem lib. 14. Metam: *Perpetiar nare tamen poſtqvam alta cremata eſt Ilios, & Danaa runt Pergama flammas.* 3. Nonnullis tertiæ declina uſitata terminatio eſt IS, minus uſitata EN: ut, *ſ ſangven.* qvæ confirmata vide pag. 60. Qvædam di clinationis Nominativi terminatione ER & IS gaude *vomer, vomis. Vomer* ex Virgilio confirmatum vide p Eidem *vomis* probatur lib. 1. Georg: *Vomis, & infle mum grave robur aratri.* Huc ſpectant Adjectiva fini & IS: ut, *eqveſter, eqveſtris, ſaluber ſalubris* &c. de qvib ſiùs p. 174. 175, 176. Porrò nonnulla hujus declinatio mina, terminationes I & IS amant: ut, *gummi, gummi* pag. 194, 195. *ſinapi ſinapis* ibidem. Alia ſunt hujus de tionis nomina OR & OS finita: ut, *arbor, arbos.* Virg. E *Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos.* Et lib. 2. G *Nam, qvæ ſeminibus jactis ſe ſuſtulit arbos.* Hinc Feſtu *boſem pro arbore antiqvi dicebant, & roboſem pro robo* alibi apud eundem. *Arbor* ſuô uſu & luce radiat. *Hon nos.* Curtius lib 5. *Fœminarum convivia ineuntium in cipio modeſtus eſt habitus: paulatim pudorem profana ultimum opus (honos auribus habitus ſit) ima corporu lamenta projiciunt.* *Lepor, lepos.* Cic. 1. de Orat:

Digitized by Google

o *libero digna.* Idem de Clariſ
*itatis oratorius, non ſcurrilis le-*
ent: ut, *Ligur, Ligus.* Lucanus
*ondam per colla decora Crinibus*
Virgil. 11. Æneid: *Vane Ligus,*
. Qvædam IS & E: ut, *Præſepe,*
t. *Scurra vagus: non qvi certum*
*Præſepis* vid. ſupr. p. 75. Abun-
nt, *Compago, compages.* Ovid.
*compagine ceræ Inter ſe junctis,*
us lib. 3: *Muri compages.* & li. 22
*ana compages. Propago, pro-*
*Romana potens Italâ virtute pro-*
*emina mea propages ſangvinis.*
5. c. 5: *Unum tamen huic conſi-*
*jecit, ut ſemina ita deponantur,*
*compleatur, ſed dimidia ferè*
*latim adæqvetur.* Vide pag. 152.
*aritandæ cauſa ſcrobis vivi radi-*
*rum,* &c. Ibidem c. 10: *Sed ſcro-*
*lebs, plebes:* qvæ vide pag. 291.
nunc in U exeunt, olim etiam in
bant: ut, *Cornus, Cornu.* Vide
In *diverſis* verò *Declinationi-*
*rimâ & ſecundâ* hæc ſeqventia:
lib. 8. c. 28: *Aranei cum telis pri-*
*em percuſſi à phalangio, qvod eſt*
*ſibi medentur.* Virgil. 4. Georg:
*ea caſſes. Aulæum, aulæa.*
*o eſt jam exitus, non fabulæ: in*
*tur, fugit aliqvis è manibus, de-*
*rum tollitur.* Curtius lib. 7: *Nec*
*jactata erant, rex ignorabat:*
*obduxerat, ſtaret. Buccina,*
eg. 11: *Nunc intra muros paſtoris*

*buccina lenti Cantat.* Juven. Sat.7: *Surda nihil gemer*
*ve buccina* — Ovidius 1. Metam: — *cava buccina ſumi*
*Tortilis in latum, qva turbine creſcit ab imo Buccina,*
*medio concepit ubi aëra ponto, Litora voce replet ſub u*
*jacentia Phœbo.* Plinius lib.11.c.10: *Donec unà omnes*
*gemino aut triplici bombo, ut buccino aliqvo.* Idem lib.
*Ad ſimilitudinem ejus buccini qvô ſonus editur.*
*ſia, colocaſium.* Plinius lib.21.c.15: *In Ægypto nobiliſſ*
*colocaſia, qvam cyamum vocant aliqvi.* Virgilius in Po
*Miſtáq; ridenti colocaſia fundet acantho.* *Cavilla*
*lum.* Plaut. Aulul.4.4: *Pone hoc ſis: aufer cavillam:*
*nunc nugas ago.* Feſtus: *Cavillum, cavillatio eſt irriſi*
*Cruſta, cruſtum.* Varro lib. 4. de Ling. Lat. *Cruſ*
*cruſta pultis, eò qvòd ea ut corium exuritur, cruſta dict*
7. Æneid: *Et violare manu, maliſq; audacibus orbes.*
*cruſti.* *Idem* — *patulis me parcere qvadris Fatalis cr*
*Delicia, delicium.* Plaut. Trucul. *At ego ad te ibam.*
*delicia?* Martialis lib.1.epigr.36: *Stella delicium me i*
*ba.* Idem lib.7.49: *Gloria conſpicua, deliciumq; dom*
plurale *deliciæ* uſitatius eſt. *Eſſeda, eſſedum.* Sene
67: *In iis, qvæ me ſine avocatione circumſtrepunt, eſſed*
*ſcurrentes pono.* Cicero in Antonium, Philip.2: *Vehe*
*eſſedo Tribunus plebis: lictores laureati antecedeban*
*qvos aperta lectica mima portabatur: ſeqvebatur rhe*
*lenonibus, comites neqviſſimi.* *Ganea, ganeum.* Pl
Paneg: *Ægréq; perpeſſus ſuperbam illam convictus ſim*
*nem, curſus te ad clandeſtinam ganeam occultumq; lu*
*fers.* Livius 6. bell.Pun: *Et cum in ganea, luſtriſq;, ub*
*tam egerit, ſenectutem acturus.* *Lixivia, lixivium*
mella lib. 12. de re Ruſt. c. 16: *Deinde aheno, vel in o*
*fictili ampla, præparatam lixiviam cineris ſarmenti*
*convenit, qvæ cum fervebit exiguum olei qvàm optim*
*& ita permiſceri,* &c. Et Infra: *Sunt qvi culmos f*
*rant, & ex eo, qvod cremaverint, cinere lixiviam facia*
*inde in lixiviæ ſextarios decem ſalis tres cyathos, &*

Digitized by Google

s Marcellus: *Lix cinis dicitur,*
*n etiam nunc id genus lixivium*
*n.* Ovidius 1. Amor.eleg. 5: *In*
*fuit.* Cic.4. Verr: *Qvæſo codi-*
*ſne totum, hoc nomen, coram ubi*
*qvid fuit iſtic antea ſcriptum?*
*rexit?* *Poſtica, poſticum.*
*inferioris partis domus poſtica*
. Plautus Sticho: —*ſed qvùm*
*im veniam, eſt etiam hic oſtium,*
*rum harunce ædium: Eà ibo ob-*
*nium Per hortum: utrôqve com-*
*, ſtragulum.* Cic.4. Verr: *Dico*
*rgenti, eboris, purpuræ, pluri-*
*imam ſtragulam, multam De-*
*vaſa Corinthia, magnum nume-*
*imam Syracuſis exportaſſe.* Cic.
*inem in aureo lecto ſtrato pul-*
*nificis operibus picto,* &c. Ad-
is diverſa ſignificatio jus abun-
ex Plauti Curculione & Teren-
*ſymbolum* neutro genere pro
n communi ſumptu cœnabant:
lib. de abuſu ling. Græc. pag.3.
ſe, & qvidem in Curculione le-
*tores apud forum piſcatorium,*
n lectionem Taubmannus in
n Lex. Plaut. probant. & in Te-
*? qvid? Symbolam dedit, cœ-*
Plautus in Epid. 1. 2: *Sine meo*
*is ſymbolæ,* uſurpat pro plagis
, inqvit Henricus Steph. dictô
*e pecuniæ alludit poëta, jocoſa*
συμβολὰς vocat τὰς συμ-
*qvam videlicet verbero ille non*
 *unius*

Digitized by Google

*unius ſed plurium manibus verbera eſſet accepturus*
συμβολαὶ *non ab uno ſed à pluribus penduntur.* Iſaac
ſabonus Animadverſ. in Athen. lib. 3. c. 11. differenti
συμβολὰς & σύμβολα oſtendens, συμβολὴ inqvi
*latio eraniſtæ ad convivium: qviſqve enim qvod ad m*
*rat, conferebat. Eæ partes dictæ* συμβολαὶ, *& co*
*hujuſmodi* ἔρανος, *vel* δεῖπνον ἀπὸ συμβολῶν.
*verò genere,* σύμβολον *vocabant annulum vel qvid*
*arræ loco ſolitum dari ei ſodalium, qvi jubebatur cœ*
*rare.* Terent. 3. 4: *Heri aliqvot adoleſcentuli co*
*Piræeo, In hunc diem ut de ſymbolis eſſemus: Chærea*
*Præfecimus; dati annuli: locu' tempus conſtitutum e*
hoc annuli uſu loqvitur Plin. libr. 32: *Celebratior*
*ſus* &c. *Non ſolùm autem annuli continentur app*
συμβόλου, *ſed generaliter qvicqvid arræ locô datur.*
*teſſeræ illæ, qvarum olim in contractibus uſus, locô*
*pecuniæ,* σύμβολα *dicebantur. Sic apud Theophr*
*ract. ab eo, qvi lucar, (id eſt* θεωρικὸν χρῆμα, *q*
*& hiſtrionibus impendebatur) pendere debuit, pro pec*
*hibetur* σύμβολον. Plautus imaginem ceræ imp
in ſimilem uſum relictam vocat ſymbolum, Bacc
Pſeud. 2.2. &, 4.6.7. Turnebus l.3. Adv. c. 6. no
pecuniariam collationem interpretatur *ſymbolam*,
nuariam. Librò, inqvit, de Oratore ſecundo, apud
nem *Collecta eſſe videtur pecunia qvæ exigitur*, cum i
tur: *Ego verò*, inqvit Cic. *qvoniam Collectam à conv*
*ſe, exigis.* Poſſet & eo nomine etiam cenſeri *ſymbola*,
latio qvæ à convivis in cœnam aut prandium confe
pecuniaria, ſive penuaria ſit, &c. Confer Taubm.
ſc. 2. Epid. De ſignificatione verò *ſymboli* idem d
l. 2. Adv. c. 30. *Syngrapha, Syngraphus.* Plautus
act. 1. ſc. 3: *Poſtremo, ut noles nos eſſe, Syngrapham fa*
*ras.* Cicero pro Muræna; *Pergitiſne vos tanqvam e*
*pha agere cum populo?* Plaut. Aſin. act. 4. ſc. 1: *Agedu*

Digitized by Google

*phum* &c. & Capt. 3, 2: *Tan-*
*reqviebi : rogo ſyngraphum: da-*
*extrinum.* Cic. 6. Verr: *Nulla*
*ubi iſte non textrinam inſtitue-*
*en iſti textrinum per trienniam*
*dam fuit.* 2. In prima & ter-
*ura, buris.* Varro lib. 4. de ling.
*urvo curvum appellant. ſub jugo*
*ma appellatur, vocatur covum à*
*uò in ſylvis magnâ vi flexa do-*
*nam accipit ulmus aratri.*
*Aureus ex humeris ſonat arcus,*
Servius; *Caſſida pro caſſis; nam*
*tivo*, hoc eſt, ex accuſativo
atinum. Plaut. Trinum. 3. 2:
*arcum mihi, & pharetram, &*
*caput, dormibo placidè in tab er-*
*ſeca, fœniſex.* Colum. lib. 2. c. 19:
*rtet inducere, & deſectam her-*
Plin. lib. 18. c. 28: *Igitur cornu*
*æniſex incedebat.* *Juven-*
*Tum mihi prima genas veſtibat*
rg: *Et patiens operum parvóq;*
*, ſenectus.* Virg. Æneid: — *ſed*
*Sangvis hebet, frigéntq; effœta*
rte: *Ventura memores jam nunc*
: *Prima fugit, ſubeunt morbi,*
*dura rapit inclementia mortis.*
loga & conſveta declinatio eſt
uſitata eſt prima, licèt nomina-
t; *glaucoma glaucomatis* & anti-
am formam ex Plauto probatam
*is*, & *dogma dogma*: *diadema*
*ma: ſchema, ſchematis*, & *ſchema*
n imitanda, qvàm obſervanda
*yma*, & *cyma cymatis.* Plin. lib.

 19, c. 8:

Digitized by Google

*unius ſed plurium manibus verbera eſſet accepturus* : συμβολαὶ *non ab uno ſed à pluribus penduntur.* Iſaacus Caſabonus Animadverſ. in Athen. lib. 3. c. 31. differentiam συμβολὰς & σύμβολα oſtendens, συμβολὴ inqvit, *e… latio eraniſtæ ad convivium: qviſqve enim qvod ad man… rat, conferebat. Eæ partes dictæ* συμβολαὶ, *& conv… hujuſmodi* ἔρανος, *vel* δεῖπνον ἀπὸ συμβόλων. *M… verò genere,* σύμβολον *vocabant annulum vel qvidvis … arræ loco ſolitum dari ei ſodalium, qvi jubebatur cœna… rare.* Terent. 3. 4: *Heri aliqvot adoleſcentuli coiim… Piræeo, In hunc diem ut de ſymbolis eſſemus: Chæream … Præfecimus; dati annuli: locu' tempus conſtitutum eſt.* … hoc annuli uſu loqvitur Plin. libr. 32: *Celebratior ann… ſus* &c. *Non ſolùm autem annuli continentur appella…* συμβόλου, *ſed generaliter qvicqvid arræ locô datur. Q… teſſeræ illæ, qvarum olim in contractibus uſus, locô præ… pecuniæ,* σύμβολα *dicebantur. Sic apud Theophr. in … ract. ab eo, qvi lucar, (id eſt* θεωρικὸν χρῆμα, *qvod … & hiſtrionibus impendebatur) pendere debuit, pro pecun… hibetur* σύμβολον. Plautus imaginem ceræ impreſſ… in ſimilem uſum relictam vocat ſymbolum, Bacchid… Pſeud. 2. 2. &, 4. 6. 7. Turnebus l. 3. Adv. c. 6. non ta… pecuniariam collationem interpretatur *ſymbolam*, ſed … nuariam. Librô, inqvit, de Oratore ſecundo, apud Ci… nem *Collecta eſſe videtur pecunia qvæ exigitur*, cum ita ſ… tur: *Ego verò*, inqvit Cic. *qvoniam Collectam à conviva … ſe, exigis.* Poſſet & eo nomine etiam cenſeri *ſymbola*, eſſe … latio qvæ à convivis in cœnam aut prandium confertur … pecuniaria, ſive penuaria ſit, &c. Confer Taubm. in … ſc. 2. Epid. De ſignificatione verò *ſymboli* idem doct… l. 2. Adv. c. 30. *Syngrapha, Syngraphus.* Plautus A… act. 1. ſc. 3: *Poſtremo, ut voles nos eſſe, Syngrapham facite … ras.* Cicero pro Muræna: *Pergitiſne vos tanqvam ex ſy… pha agere cum populo?* Plaut. Aſin. act. 4. ſc. 1: *Agedum,* …

Digitized by Google

*de, qvem conſcripſti ſyngraphum* &c. & Capt. 3, 2: *Tan- alii ad prætorem : ibi vix reqviēvi : rogo ſyngraphum: da- mihi* &c. *Textrina, textrinum.* Cic. 6. Verr: *Nulla us in Sicilia locuples fuit, ubi iſte non textrinam inſtitue-* Idem 6. Verr: *Qvod tamen iſti textrinum per triennium muliebrem veſtem conficiendam fuit.* 2. In prima & ter- Declinatione abundant: *Bura, buris.* Varro lib. 4. de ling. *Bura à bobus. Alii hoc à curvo curvum appellant. ſub jugo io Covum, qvod bura extrema appellatur, vocatur covum à* Virg. 1. Georg: *Continuò in ſylvis magnâ vi flexa do- ur In burim & curvi formam accipit ulmus aratri.* *da, caſſis.* Virg. 11. Æneid: *Aureus ex humeris ſonat arcus, rea vati Caſſida* —. Ubi Servius: *Caſſida pro caſſis; nam ſativum ponit pro nominativo*, hoc eſt, ex accuſativo co facit Nominativum Latinum. Plaut. Trinum. 3. 2: *met autem qvum extemplò arcum mihi, & pharetram, & ttas ſumpſero Caſſidem in caput, dormibo placidè in tab er- ulo.* Confer pag. 57. *Fæniſeca, fæniſex.* Colum. lib. 2. c. 19: *fæniſecam meſſorem oportet inducere, & deſectam her- religare & exportare.* Plin. lib. 18. c. 28: *Igitur cornu ter oleum ad crus ligatô fæniſex incedebat.* *Juven- juventus.* Virg. 8. Æneid: *Tum mihi prima genas veſtibat juventa.* Idem 2. Georg: *Et patiens operum parvóq; ta juventus.* *Senecta, ſenectus.* Virg. Æneid: — *ſed gelidus tardante ſenecta Sangvis hebet, frigéntq; effœtæ rpore vires.* Ovid. 3. de Arte: *Ventura memores jam nunc e ſenectæ.* Virg. 3. Georg: *Prima fugit, ſubeunt morbi, isq; ſenectus: Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.* referunt ea, qvibus analoga & conſveta declinatio eſt ia, antiqva verò & minùs uſitata eſt prima, licèt nomina- terminatio non variet: ut, *glaucoma glaucomatis* & anti- *glaucoma, glaucomæ*, qvam formam ex Plauto probatam pag. 44. *dogma dogmatis*, & *dogma dogmæ* : *diadema lematis*, & *diadema diademæ*: *ſchema, ſchematis*, & *ſchema mæ* ibid. Sed hæc non tam imitanda, qvàm obſervanda . Dicimus tamen *cyma cymæ*, & *cyma cymatis.* Plin. lib.

 19, c. 8.

Digitized by Google

19. c. 8: *Braſſica cymas à prima ſectione præſtat proximo vere, &c. Poſt cymam ex eadem braſſica contingunt æſtivi, autumnaléſq; cauliculi, mox hyberni, iterúmq; cyma nullo æquè genere multifero, donec ſua fertilitate conſumatur.* Colum. lib. 10. de cultu hortorum: *Frigoribus caules, & veri cymata mittit.* Horum etiam claſſi adſcribunt ea, quorum nominativum ex accuſativo Græco conſtituit Grammaticorum vulgus: ut, *Attagen,* Acc. Gr. hunc *attagena*; unde Nom. Lat. *attagena.* utriuſque formæ autoritas peti poteſt è pag. 116, 117. & vide etiam notas infrà ad voces, *pavus, pavo.* de Græco Accuſ. confer p. ſup. 77. *Æther,* Acc. Gr. *æthera*; unde Lat. Syncopatus Nominativus *æthra:* cujus certitudo pag. 284. oſtenditur. *Crater,* Acc. Gr. *cratera,* unde Lat. Nom. *Cratera.* Virg. 9. Æn: *Cratera antiquum quem dat Sidonia Dido.* Idem 7. Æneid: *Crateras magnos ſtatuunt & vina coronant.* Idem in Bucol: *Crateréſq; duos ſtatuam tibi pinguis olivi.* Et Georg. lib. 2: *Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.* *Panther* Acc. Gr. *Panthera,* unde Nom. Lat. maximè uſitatus *panthera.* Plin. lib. 8, c. 17: *Panthera & tigris macularum varietate propè ſolæ beſtiarum ſpectantur, cæteris unus ac ſuus cujuſq; generis color eſt,* &c. Ovid. de Philom: *Tigrides indomitæ rancant, rugiúntq; Leones, Panther caurit amans, Pardus blando felit.* *Salamis,* Gr. ac. *Salamina,* unde Nom. Lat. *Salamina.* Cic. 1. Offic: *Citetúrq; Salamis clariſſima teſtis victoriæ.* Idem 1. Tuſcul: *Ante enim Salaminam ipſam Neptunus obruet, quàm* &c. Confer pag. 16. *Hebdomas,* Acc. Gr. *hebdomada,* unde Nom. Lat. *hebdomada.* Licèt Henricus Stephanus lib. de abuſu Ling. Gr. cap. 2. p. 20. aſſerat peccare eos qui *hebdomadam* dicant, quum, ut ait, *hebdomàdem* vocare deberent; cùm Græcis ſit ἑϐδομὰς ἑϐδομάδ☉ꝰ, unde Lat. *hebdomas, hebdomadis,* non *hebdomada, hebdomadæ*: à Latinorum tamen optimo refutatur, & criminis ipſus arguitur ac præcipitati judicii; ita enim Cicero lib. 16. epiſt. fam. 9. Tironi ſuo ſcribit; *Symphoniam Lyſonis velim vitaſſes, ne in quartam hebdomadam incideres. Sed quando pudori tuo maluiſti obſequi, quàm valetudini, reliqua cura.* Ita legit Edit.

optima

[illegible] ſa. Cic. [illegible]

[illegible] *Materia,* [illegible] *cum primum in-* [illegible] *gaudens recepit.* [illegible] *eſt;* [illegible] *munditiei.* Catull. [illegible] *adde mundiorem,* [illegible] *ria, muries.* Cato c. [illegible] *vel in lentiſco con-* [illegible] *erit, quod de [illegible]* [illegible] *Neqvitia, neqvities.* [illegible] *aut neqvitijs, aut* [illegible] *certè vivacior heres.* Ne- [illegible] *gnities.* Terent. Andr: E- [illegible] *neqvè ſecordia.* Plautus [illegible] *ejuſmodi negotio Diem ſer-* [illegible] *poſſunt.* [illegible]

 *longè*

4. In ſecunda & Tertia declinatione
ſeqventia abundare traduntur: *Architectus*, *archite*
Plautus Pœn. ſub finem 5. 2: *Me qvoqve dolis jam ſupera*
*chitectonem.* Et Moſtell. 3. 2: *Nam ſibi laudaſſe haſce ai*
*chitectonem Neſcio qvem, eſſe ædificatas has benè ſanè.*
*chitectus* verò extat Plaut. Mil. 3. 3. & 4. 4. alibiq; paſſi
Latinorum monumentis. *Capus*, *capo.* Varro 3. de re
c. 9: *Gallinæ, mares galli, capi ſemimares, qvod ſunt caſt*
*Gallos caſtrant, ut ſiat capi, candenti ferrô, inurentes ad in*
*crura, uſqvedum rumpatur: at qvod extat ulcus, oblinunt*
*na creta.* Martialis epig. 63. lib 13. inſcribitur, *capo;*
ἐπιγραφὴ Nominativo tertiæ declinationis teſtatur.
*Ne nimis exhauſto macreſceret ingvine gallus, Amiſit t*
*nunc mihi gallus erit.* *Exemplum, exemplar.* Aut
Herennium lib. 4: *Siquis purpuram aut aliud qvippiam*
*dens, dicat, Sume à me: ſed hujus exemplum aliùnde rog*
*tibi qvod oſtendam. Si merces ipſi qvi venditant, aliund*
*emplum qværitent aliud mercis, acervos ſe dicant tritici h*
*re, & eorum exemplum pugno non habeant, qvod oſtend*
Valla lib. 6. c. 33. poſterius confirmat ex Cicerone pro M
na, cujus hæc ſunt verba: *Domeſticum te habere dixiſt*
*emplum ad imitandum. Eſt illud qvidem exemplum*
*propoſitum domi, ſed tamen natura ſimilitudine illud à te*
*gis, qvi ab illo ortus es, qvàm ad unumqvemqve noſtrum p*
*nere potuit. Ad imitandum verò, tam mihi propoſitum*
*emplar illud eſt, qvàm tibi.* *Itaqve*, inqvit Valla, *unum*
*eodem penè exemplum, & exemplar poſuit, & qvidem eo*
*locô.* Idem Valla ex Plinii lib. 6. docet extare *exemplari*
pro, *exemplar*: *Juba hæc*, inqvit Plinius, *omiſit in hoc tra*
*tu, niſi exemplarium vitioſum eſt.* Neutrum verò *exemp*
habet Lucretius lib. 2. de rerum natura, pag. 40: *Dunt*
*rerum magnarum parva poteſt res Exemplare dare, & veſt*
*notitiai.* *Exemplare* hîc idem notat, qvod *exemplum*:
Vallæ ſententia confirmatur. In hunc verò Lucretii ve
Giſanius in collectaneis ita commentatur: *Videntur e*
*liſſe veteres in AR nomina etiam in ARE, hinc pugillar,*
g

[illegible] eodem. An[illegible]

[illegible] Alii autem

[illegible] herba

[illegible] acumine

[illegible] similiter hic & Scor[illegible]

[illegible] pariunt, &c.

[illegible] eo ne ignoremus [illegible]

[illegible] quiddam

[illegible] omnis humana con-

[illegible] quę terreſtria appella-

[illegible] degentia, indicata ad-

[illegible] exemplari [illegible]

[illegible] contagia. Virg. 3. Georg.

[illegible] fulgur. Plin. epiſt. 76. pro

[illegible]

cretius pro conjunctione accepit lib. 3: *Ex ineunte æv*
*corporis, atqve animaï Mutua vitalis diſcunt contagia mo*
Ubi Giſanius notat: *Contagium vox media eſt, & nihil al*
*qvàm conjunctionem, connubium ſignificat, atq; ita Cic*
*aliiq; boni ſcriptores utuntur ſæpe, & noſter ſæpiſſimè: dege*
*ravit tamen poſtea, ut venenum &c. verbum poëticum eſſe*
*Feſtus.* Cicero 7. in Verr: *Deliberatum autem eſt, ſi res*
*nionem meam, qvam de vobis habeo, fefellerit, non modò*
*perſeqvi ad qvos maximè culpa corrumpendi judicio, ſed et*
*illos, ad qvos conſcientia contagio pertinebit.* Lucretio et
placet *contages.* lib. 4 p. 118: *Multáq; ſunt oculis in eorum*
*niqve mixta, Qva contage ſuâ palloribus omnia pingunt.* &
p. 96: *Et mala multa animus contage fungitur ejus.* Lambi
legit, *contagi.* *Sabulum, ſabulo.* Plin. l. 17. c. 4: *Invic*
*ſabulum album in Ticinenſi, mulisq; in locis nigrum, itémq;*
*brum, etiam pingvi terra permiſtum, infœcundum eſt.* Co
mel. l. 4. c. 33: *Pullam terram & reſolutam deſiderat, ſabu*
*nem humidum* &c. Addunt *glomus glomi*, & *glomus glo*
*ris*: de qvibus qvænam ſit mens noſtra, ſuprà expoſuim
p. 213. *Glutinum, gluten*, vide p. 303. *Algor, algus*; ab h
algo & algu. Plautus Rud. 1. 3: *Algor, error, pavor, mem*
*omnia tenent.* Lucret. lib. 3: *Dicere ſuppeditat, neqve er*
*ſine corpore cum ſint, Sollicitæ volitant morbis, algóq;, fam*
ubi animarum ſit mentio. Plaut. Rud. 2. 7: *Tu vel ſuda, vel*
*algu, vel tu ægrota, vel vale.* *Palumbes, palumbus.* Pl
Bacchid. 1. 1: *Duæ unum expetitis palumbem.* Nonius c
Pomponium de vite: *Qvo palumbem unum ex ore tollit.* Pl
tus Pœnul. 3. 3: *Nos tibi palumbem ad aream uſq; adduxim*
Plinius lib. 10. cap. 35: *Vivere palumbes ad triceſimum ann*
*aliqvos ad qvadrageſimum, Ariſtoteles autor eſt.* Virg. 1. Ec
— *rauca, tua cura, palumbes.* Martialis lib. 13: *Ingvina*
*qvati tardant hebetántq; palumbi.* Vide ſuprà 102. *Can*
*bis, cannabum.* Plinius lib. 19. c. 9: *Utiliſſima cannabis,*
*nabis ſeritur à Favonio.* Hæc forma magis uſitata eſt,
nùs autem uſitata forma à Palladio affertur: *Hoc tem*
*re cannabum ſeris.* *Pulvinus, pulvinar.* Cicer. 7. V

Digitized by Google

[illegible]

[illegible] pag. 13. [illegible]

[illegible], [illegible]

[illegible] ſuprà [illegible]

[illegible] undere compo[illegible]

[illegible]. Varro lib. 4. de L[illegible]

[illegible], ab augendo & p[illegible]

[illegible] nihil in [illegible]

[illegible] hos [illegible]

[illegible], [illegible] vide

ſuprà [illegible]

[illegible] Trom

[illegible]

[illegible]

*gna Moloſſum Mollia ricta premunt duros nudantia dentes.* Giſanius ad Lucretium hoc Ciceronis 6. in Verr. citat: *Uſqve eo judices, ut rictum ejus ac mentum paulo ſit attritius. Loqvitur*, inqvit Giſanius, *orator de Herculis ſimulacro qvodam. Sic autem in veteri codice perſcriptum inveni, & Nonius atteſtatur: ita ergo ibi lego: vulgò, rictus.* *Nexum, nexus.* Feſtus: *Nexum eſt, ut ait Gallus Ælius, qvodcumq; per as & libram geritur, idq; necti dicitur. qvo in genere ſunt hæc: teſtamenti factio, nexi datio, nexi liberatio. Nexum as apud antiqvos dicebatur pecunia, qvæ per nexum obligatur.* Cicero pro A. Cæcin: *Deinde qvod Sylla ipſe ita tulit de civitate, ut non ſuſtulerit horum nexa atqve hæreditates.* *Textum, textus.* Qvintil. lib.9,c.4: *Neqve illud in Lyſia dicendi textum tenue atqve raſum lætioribus numeris erat corrumpendum.* Plin. lib.18, c 7: *Grana in ſtipula crinitò textu ſpicantur.* *Sinum, ſinus*, vide pag.310. *Vultum* antiqvè, & *vultus.* Nonius Marcellus teſtatur in Lucret. lib. 4. neutrum genus extare: *Ut patribus patri, ſed qvod utrimq; figura Eſſe vides juxtim miſcentes vulta parentum.* Sed Giſanius hoc diſtichon ita legit: *Ut patribus patrio, ſed qvos utrinſq; figuræ Eſſe vides juxtim miſcentes volta parentum.* Ennius: *Adverſabantur ſemper vivos, noſtráq; vulta.* *Teſtum, teſtus.* Plinius lib.32, c. 7: *Sub æreo teſto.* Hoc Græci vocant clibanum, unde panis teſtaceus dicitur, qvem Græci clibanitin. Cato: *In foco calido ſub teſtu coqvito leviter.* 6. In *tertia* & *qvarta* declinatione abundant: *hoc penus penoris*, & *hæc penus, penûs.* Vide pag.147.& 314. *Acus aceris* & *acus, acûs*, pro palea. vid. pag.138 & 63. *Hoc ſpecus*, & *hæc ſpecus.* vide pag.147. Horum claſſi etiam adſcribunt Verbalia in IO & US tertiæ & qvartæ declinationis: ut, *accubatio* & *accubitus.* Cic. de Senect: *Accubatio epularis amicorum.* Plin.lib.18. c.2: *Pleriſqve hominum triclinijs, accubitu iére per lectos.* *Incubatio, incubatus & incubitus.* Plin.lib.10,c.56: *Rana incubatio ovis noxia.* Idem lib. 10, c. 54: *Si incubatu tonuerit, ova pereunt.* Idem lib.28,c.3: *Idem gallinarum incubitus*, pecorum fœtus abortu vitiant. *Conſenſio, conſenſus.* Cic.1 Tuſc: *Omnium gen-*

*tium conſenſio in omni re, lex naturæ putanda eſt.* Cic. 3. Orat: *Omnia hæc, qvæ ſuprà & ſubter, unum eſſe, & una vi*
*be una conſenſione naturæ conſtricta eſſe veteres dixerunt.*
m 2 de Divinat: *Unô conſenſu juncta & continens natura.*
*urſio, incurſus.* Cic. pro Cœcin: *Incurſio atqve impetus*
*norum.* Idem pro eodem: *Impetum armati Antbiochi, cæ*
*rúmq; tela & incurſus refugit.* *Stipulatio, ſtipulatus.*
eca de benef. lib. 3, c. 85: *Utinam nulla ſtipulatio empto-*
*venditori obligaret: nec pacta conventáq; impreſſis ſignis*
*odirentur, fides potius illa ſervaret, & æqvum colens ani-*
*.* Qvintil. Declam. 12: *Stipulatu legati noſtri perimus.*
*natio, venatus.* Liv. 5. bell. Pûn: *Convenerat autem, ut Phi-*
*edes portula aſſveta venationem inferens, armatos induce-*
Ovid. 2. Metam: *Qvum dea venatu fraternis langvida*
*mmis.* *Dominatio, dominatus.* Cic. 2 de Invent: *Tem-*
*antia eſt rationis in libidinem, atqve in alios non rectos im-*
*us animi firma & moderata dominatio.* Idem 4 de Finib.
*ùum autem aſſumpta ratio eſt, tanto in dominatu locatur, ut*
*nia illa prima naturæ bujùs tutelæ ſubjiciantur.* *Con-*
*tio, conjectus.* Cic. pro Cecinna: *Neqve ictu cominus, neq;*
*jectione telorum.* Idem Attico l. 4: *Lapidum conjectu*
*cta domus.* *Cultio, cultus.* Cic. 5. Verr: *Qvid eſt enim*
*ilia, ſi agri cultionem ſuſtuleris.* Idem 1. Tuſcul: *Regiones*
*ni cultu propter vim frigoris & caloris vacantes.* *Ab-*
*io, abortus.* Plaut. Trucul. ſub finem act. 1. ſc. 2: *Celabatis*
*tuebátq; te illa, ne ſibi perſuaderes Ut abortioni operam da-*
*, púerúmq; ut enecaret.* Plin. l. 8. c. 47. *Tonitrus ſolita-*
*ovibus abortus inferunt.* *Lapſio, lapſus.* Cic. 4. Tuſcul:
*malis proclivitas, ut ſignificet lapſionem* &c. Poſterius pa-
. *Partio, partus.* Plaut. Trucul. act. 1. ſc. 2: *Horreſco*
*era, mentio qvoties fit partionis.* Sic Aſin. 2, 2. *Raptio,*
*tus.* Terent. in Adelph. ſub initium act. 3. ſc. 3: *Diſperii:*
*ſiphonem audivi filium Unà affuiſſe in raptione cum Æſchi.*
Hujùs generis qvàm plurima alia ſunt, ut: *Apparatio,*
*aratus: Appetitio, appetitus: Conceptio, us: Ejulatio, us:*
*itio, us: Reditio, us: Conflictio, us: Convictio, us: Congreſſio, us:*
*Digreſ-*

Digitized by Google

*Digreſſio,us: Ingreſſio,us*: & conſimilia, qvorum autoritas paſſim obvia in Latinorum monumentis. 7. Deniqve *tertiæ* & *qvintæ* Declinat. Abundantia ſunt: *Satias, ſaties*: vid. pag. 255, 256. *Alluvio, alluvies*. Cic. lib. 1. de Orat. *Alluvionum, & circumluvionum* &c. Livius 1. ab Urbe: *In proximâ alluvie* &c. *Colluvio, colluvies*. Cic. de Senect. *O præclarum diem, cum ad illud divinum animorum concilium, cœtúmq; proficiſcar, cúmqve ex hâc turbâ & colluvione diſcedam?* Idem Att. l. 9: *Et te in certamine vinci cum illo faciliùs patiaris, qvàm cum hoc in ea, qva perſpicitur futura colluvie regnare.* *Eluvio, eluvies*. Cic. in Somn. Scip. *Propter eluviones, exuſtionésq; terrarum, qvas accidere certo tempore neceſſe eſt.* Idem pro domo ſua: *Tu ad illam labem, atqve eluviem civitatis ſine ſummâ vi pervenire potuiſti.* Sed nota, qvod *diluvium*, & *diluvies* dicatur. Virgil. 7. Æneid: *Diluvio ex illo tot vaſta per æqvora vecti*, &c. Horat. l. 4. Carm. Od. 14: — *horrendámq; cultis Diluviem minitatur agris.* Et hactenus de ABUNDANTIBUS egimus, idqve pro inſtitutæ methodi & præceptionis Grammaticæ ratione. tanta autem eſt Abundantium copia, ut omnia & ſingula cancellis Grammaticis fruſtrà incluſeris. Qvare lectione meliorum Latinorum autorum opus eſt, & uſu: ad qvem nos viam hic ſtravimus.

## *DE SPECIE NOMINUM.*

NOmina alia ſunt *Primitiva*: ut, *eqvus*: alia *Derivata*: ut *eqvuleus*.

Derivantur autem pleraqve Nomina à Nominibus aut Verbis: ut, à *concors, concordia*: à *lego, lectio*. Pauca qvædam ab Adverbiis: ut, ab *beri, heſternus*: vel Præpoſitionibus: ut, ab *extra, extraneus*.

Curioſam heîc derivandi rationem non tradimus, qvâ nulli

ion voculæ origo & derivatio vulgò affingitur. cujus
ſtitioſæ derivationis reum olim poſtulavit L. Lælium
,docente Gelliô lib.1,c.18: *Non*,inqvit, *Varro, leporem*
*ius, ut Lælius,qvòd eſt levipes*,&c. & mox idem præpo-
n derivandi ſtudium in Varrone reprehendit Gellius,
Varro in Lælio. *In poſteriore libri parte*, inqvit Gellius,
*ione vocabulorum dicit Varro : Furem ex eo dictum,*
*veteres Romani furvum, atrum appellaverint, & fures*
*ctem,qva atra ſit,faciliùs furentur. Nonne ſic videtur*
*de fure erraſſe,tanqvam Lælius de lepore? Nam qvod*
*is nunc* κλέπτης *dicitur,antiqviore Græcâ lingvâ* φῶρ
*ctum. Hinc per affinitatem literarum,qva* φῶρ *Græcè*
*atinè fur. Sed ea res fugeritne tunc Varronis memori-*
*n contrà aptiùs & cohærentiùs putârit furem à furvo, id*
*igro, appellari, in hac re de viro tam excellentis doctrinæ*
*ieum judicium eſt.* Hæc Gellius : cujus certe etyma
majoris pretii nonnunqvam ſunt, qvàm eorum , qvibus
ò dicam ſcripſit. Etenim qvâ qvæſo derivandi certitu-
*inducias* ab *inde uti jam* deducere licet? Gellius tamen
probat lib.1,c.25 inqviens: *Sed ex multis,qva jam audi-*
*,vel legimus, probabilius id qvod dicam videtur : indu-*
*c dictas arbitramur,qvaſi tu dicas inde,uti,jam.* Confer
46,347. Vanô itaqve hôc derivandi ſtudiô miſſô,eam
mis derivationem heic venamur, qvæ plana ac manife-
.

## Derivata itaqve ſunt inprimis *ſextuplicia.*

### *Patronymica, Gentilia, Poſſeſſiva, Demi-va, Denominativa, Verbalia.*

Variant Grammatici in conſtituendo *Derivatorum* nu-
. Alii enim pauciores , alii plures ſpecies numerant.
ores qvi recenſent, *qvintuplicia* conſtituunt *Derivata,*
&

Digitized by Google

& *Gentilia* ad *Poſſeſſiva* referunt. Nos verò habitâ inprimis diverſæ ſignificationis ratione, qvæ in utráqve ſpecie conſpicua eſt, diſtincta diſtinctè tradere maluimus in juniorum gratiam, qvibus in univerſo opere Grammatico ſeritur & metitur. Plures qvi conſtituunt, addunt *Adverbialia* & *Præpoſitionalia*, qvorum qvia non magna eſt copia, eorum repetitione ſuperſedemus. ſuffecerit enim ea attigiſſe in ipſo diviſionis fundamento, qvod ſuperiùs præmiſimus. Sunt itaqve inprimis Derivata *ſextuplicia*, *uſum* & *ſignificationem* ſi ſpectare voles.

## DE PATRONYMICIS.

*Patronymica* ſunt ſubſtantiva, qvæ à nominibus patrum vel matrum, aut majorum derivata, filium aut filiam, nepotem aut neptem, cognationem aut familiam, aliósve poſteros ſignificant: ut *Priamides*, id eſt, filius Priami: *Æneades*, filius Æneæ; *Æneadæ*, ſocii Æneæ: *Dardanidæ*, Trojani orti à Dardano.

1. De *Etymo* vocis hæc nota. Qvamvis vox *Patronymicorum* ipſô *etymô* ad ſolos patres videatur reſtringi, eóqve ſubinnui ea *Patronymica* eſſe, qvæ à *patribus* denominentur: qvippe cum *Patronymica* nomen ducant à πατὴρ pater, & ὄνομα nomen: obſervandum tamen eſt, à potiore & præſtantiore ſuo uſu ita appellari *Patronymica*, non verò ut excludantur ſive à *matribus*, ſive à *remotioribus gradibus* ductæ Patronymicæ appellationes. Etenim non tantùm è *patribus* denominationes fieri, ſed etiam à *matribus*, *avis maternis*, *fratribus*, *majoribus*, *avis*, *proavis*, *abavis*, *atavis*, *tritavis*, *regibus*, *principibus* & *conditoribus*, Poëtarum inprimis ſcripta

evidan-

ſtrati ſunt argumento. Sic *Iliadæ*, id eſt, filii Iliæ, à matre dicuntur. Ovidius lib. 3. Faſt: *Omnibus agricolis, armentorumq́ magiſtris Iliadæ fratres jum petita dabant. Philyrides*, id eſt, filius Phillyræ matris. Virgil. ſub fin. 3 Georg: — *ceſſere magiſtri Phillyrides Chiron, Amythaoniúſq́ Melampus*. *Latois*, id eſt, filia Latonæ. Ovid. lib 7 Metam: *Inde Calauream Latoidos aſpicit arva. Atlantiades*, id eſt, Mercurius, dictus ab Atlante, avo materno. Ovid. 8 Metam: *Jupiter ſpecie mortalis, cúmq́ parente Venit Atlantiades poſitis caducifer alis*. Licèt autem non rarò occurrant nomina à matribus deducta in ſcriptis Latinorum Poëtarum: tamen Heraclitus Ponticus, lib. de Alleg. Homericis, obſervat Patronymica à matre deducta nulla inveniri apud Homerum. *Phoronis*, id eſt, Phoronei ſoror, ſcilicet Io. Ovid. 1 Metam: *Nec ſuperum rector mala tanta Phoronidos ultra Ferre poteſt*. *Phaethontias*, id eſt, ſoror Phaëthontis. Virgil. ſub fin. Eclog. 6: *Tum Phaëthontiadas muſco circundat amaræ Corticis, atq́ue ſolo proceras erigit alnos. Romulidæ*, id eſt, Romani, ſic dicti à Romulo rege ſive conditore urbis Romanæ. Perſius Sat. 1: — *ecce inter pocula quærunt Romulidæ ſaturi quid dia poëmata narrent. Dardanidæ*, id eſt, Trojani, à Dardano rege. Virg. lib. 2. Æneid: *Ecce, manus juvenem interea poſt terga revinctum Paſtores magno ad regem clamore trahebant Dardanidæ* —. *Cecropidæ*, id eſt, Athenienſes, à Cecrope rege & conditore Athenarum. Virg. 6 Æneid: — *tum pendere pœnas Cecropidæ juſſi* —. *Æneadæ*, id eſt, ſocij vel ſubditi Æneæ. Virg. 1 Æneid: *Defeſſi Æneadæ, quæ proxima littora, curſu Contendunt petere, & Libyæ vertuntur ad oras*. Peculiariter autem obſervandum venit, quòd non tantùm poſterorum ſit denominari à majoribus, ſed etiam è contrario nonnunquam contingit, ut majores à poſterorum aliquo illuſtri ejuſdem generis vel familiæ, patrem denominationem accipiant, quomodo Majores *Timodemi Timodemidæ* denominantur à Pindaro Nem. 2. & *Ægei* majores ab eodē Pindaro *Ægeidæ* appellantur, Pyth. 5. *Emmenidæ* pro majoribus *Emmenidæ* leguntur Pyth. 5.

Qvæ certe non tam *Patronymica*, qvam [illegible] (ceret *ὀνοματοποιεῖν*) dici merentur. 2. De forma terminatione *Patronymicorum* hæc nota. Non pauca d tur Nomina derivata, qvæ licèt formam Patronymico habeant: ipſâ tamen naturâ & ſignificatione aut *Gen* ſunt, aut *Poſſeſſiva*, aut *Denominativa*: qvippe cùm non à perſonis denominationem ſortiantur, qvàm ab aliis re inanimatis, utpote, regionibus, urbibus, montibus, fontibus, fluviis &c. & nonnulla eorum Patronymicorum formationem examuſſim non ſeqvantur, imò qvædam qvaſi Adjectiva ponantur: ut, *Mæonidæ*, id eſt, oriundi ex Mæonia. Virg. lib. 11. Æneid: —ducis exemplum eventúmqve ſecuti *Mæonia incurrunt*—. *Mæonis*, id eſt, oriunda ex Mæonia. Virg. 10. Æneid: —*illa volans clypei transverberat æra Mæonis, & thoraca ſimul cum pectore rumpit*. *Troas* vel *Troias*, fœmina Trojana vel Trojæ nata. Vide ſuprà pag. 171. Hujus generis ſunt pleraqve Muſarum nomina: ut *Pierides*, à Pieria regione. Virg. Eccl. 3: *Pierides vitulam lectori paſcite veſtro*. *Sicelides* à Sicelia Inſula. Idem 3 Eclog: *Sicelides Muſæ paulò majora canamus*. *Pimpleis*, à Pimpla monte Thraciæ. Martialis lib. 11. epigr. 4: *Non urbana mea tantùm Pimpleide gaudent Otia, nec vacuis auribus iſta damus*. *Aonides*, ab Aone monte. Juvenalis Sat. 7: — *cupidus ſylvarum aptúsq; bibendis Fontibus Aonidum* —. Sic *Caſtalides*, *Aganippides*, à *Caſtalia* & *Aganippe* fontibus. Martialis: *Sili Caſtalidum decus ſororum*. Ovid. 5 Faſt: *Dicite qvæ fontes Aganippidos Hippocrenes, Grata Meduſæi ſigna teneris eqvi*. Conſimili planè ratione poëmata ab objecto ſeu materia, qvam tractant, denominationem ſortiuntur: ut, *Ilias* ab *Ilio*: *Æneis* ab *Ænea*: *Thebais* à *Thebis*: *Achilleis* ab *Achille*: qvorum autoritas paſſim obvia. Ejuſdem generis ſunt: *Auſonis*, *Colchis*, *Erymanthis*, *Ilias* ab *Ilium*, pro fœmina Trojana: *Italis*, *Libyſtis*, *Mænalis*, *Parrhaſis*, *Pegaſis*, *Phœbais*, *Sarmatis*, *Sidonis*, *Sithonis*, *Theſſalis*, *Tritonis*, &c. 3. De ortu & vero uſu *Patronymicorum* obſervandum eſt, qvòd Græci *Patronymica* primi invenerint; qvorum poſteà veſtigia ſecuti ſunt

Lati-

iorum poëtæ, qvare præcipuus eorum uſus in carmine
atur,& præcipuè Dactylico, iiſqve magna cum licentia
tur poëtæ: veluti hoc patebit è formatione, de qva mox
. Qvum itaqve *Patronymica* adhibeantur à Poëtis or-
s cauſâ & metri neceſſitate, magiſqve congruant Græ-
m,(illi enim inventores) dictionibus qvàm Latinis, in
us rarus eorum uſus, pauculis exceptis, ut *Romulides*,
*ades*, *Æneades*, &c: planum eſt, eos verum *Patronymi-*
*a* uſum ignorare, qvi vulgò dictitant & ſcripturiunt *Pe-*
*s*, *Martinides*, *Joannides*, *Olaides* &c. qvæ nihil aliud
affectatam qvandam novitatem ſpirant, iiſqve utentes,
nferunt *Patronymicis*, aliorſum ea trahentes, qvàm uſus
rum natura patiatur. qvippe qvum non tàm proſæ,
pedeſtri orationi deſervire ſoleant.

## Patronymica ſunt *duplicia*: *Maſculina* vel *Fœminina*.

*Maſculina* ſignificantia mares, termi-
atur in DES vel ION: ut, *Anchiſiades*, *Ja-*
*on*.

Formatio Maſculinorum *Patronymicorum* deſinenti-
n DES ita habet. Initiò Primæ declinationis *Patronymi-*
DES formantur, mutatô A purô Nominativi, vel termi-
ne AS, in ADES: ut, *Honoria*, *Honoriades*: *Æneas*, *Æ-*
*es*. Claudianus in Epithal. 69: — *ſic natus in oſtro Par-*
*Honoriades genibus conſidat avitis*. A impurum, item
E mutantur in IDES vel IADES. ut *Phillyra*, *Phillyri-*
vide ſuprà: *Anchiſes*, *Anchiſiades*. Virg. 5 Æneid:
*nanimusq; Anchiſiades*, *& pondus & ipſa Huc illuc vin-*
*m immenſa volumina verſat*. *Acriſione*, *Acriſioniades*.
. 4 Metam: *Vertit in hunc Harpen madefactam cæde*
*ſa Acriſioniades*, *adigitq; in pectus* —. Deinde ſecundæ
tiæ declinationis *Patronymica* formantur, mutatô IUS



Digitized by Google

in IADES: ut, *Menœtius, Menœtiades.* Ovid. in Epist. [...]
*Sive Menœtiaden falſis cecidiſſe ſub armis, Flebam ſucceſſu [...] ſe carere dolos.* In cæteris caſui in I adde DES, penulti[...] brevi: ut, *Priamus, Priami, Priamides.* Virg. 3 Æneid: *cum ſeſe à mœnibus heros Priamides multis Helenus comit[i]tibus offert.* Nota. 1. Poëtæ, ut vel Dactylum conſtitua[nt], A & I breve Ionicè inſerunt: ut *Amyntas, Amyntiades: Amphitryon, Amphitryoniades.* Virg. Æneid. 8: *Amphitryoniades armenta, abitúmq; pararet.* Vel ut ſpondeum habeant, I producunt: ut *Belīdes.* Virgil. l. 2. Æneid: *Fando aliqvid ſi forte tuas pervenit ad aures Belīdæ nomen Palamedis, [...] inclyta fama* &c. 2. Deſinentia in EUS contrahunt & [...] I longum, ut fiat ſpondeus: ut *Peleus, Peleides, Pelīdes.* Vir[g.] Æneid: —*Referes ergo hæc, & nuntius ibis Pelidæ genit[o]ri* —. Nota. Patronymicorum deſinentium in ION exiguus eſt numerus. Formantur autem à nominibus in US, addendo Genitivo ON: ut, *Japetus, Japeti, Japetion.* Et hæc ipſa rurſus de ſe formant *Patronymica:* ut, *Japetion, Japetionīdes.* Ovidius 4 Metamorph: *Hic hominum cunctis ingenti corpore præſtans Japetionīdes Atlas fuit*—.

***Fœminina*** **ſignificantia fœminas terminantur in AS, IS, NE: ut, *Ilias, Priamis, Adraſtine.***

Formantur autem Patronymica Fœminina in AS & IS à maſculinis Patronymicis deſinentibus in DES: Patronymica quidem in AS, à deſinentibus in ADES: Patronymica verò in IS, à deſinentibus in IDES: *Iliades Ilias.* Virg. 3 Æneid: *Et circum Iliades crinem de more ſolutæ.* *Atlantides, Atlantis.* Virg. 8 Æneid: *Electra (ut Graji perhibent) Atlantide cretus.* Excipiuntur 1. illa in IS, qvorum maſculina à Propriis in EUS veniunt. Ea enim I longum ſive Diphthongum in EI reſolvunt, penultimâ communi: ut, *Theſeus, Theſīdes, Theseïdes, Theseïs.* Juvenal. Sat. 1: —*rauci Theſeide Codri.* 2. Quæ deſcendunt à nominibus Primæ in ES, I ante S inſerunt: ut, *Perſes, Perseïs.* Ovid. 4 de Ponto: *Trinacriuſq; ſuæ Perſeidos*

...tor & actor. Fœminina verò Patronymica in NE fiunt, ... Primitivis in US & EUS, mutatis his terminationibus in ... ut, *Neptunus*, *Neptunine*. Catullus Argon. Epigr. 59: *Tethys genuit pulcherrima Neptunine?* vel à Primitivis ... S mutato IUS in IONE: ut, *Acriſius*, *Acriſione*.

## DE GENTILIBUS.

*Gentilia* ſunt nomina, qvæ gentem vel ...riam ſignificant, ſeu qvæ aliqvem deno...ant à gente vel patria: ut, *Danus*, *Ger*...*nus*, *Haunienſis*, *Roëskildenſis*.

Huc pertinent *caſtrenſis*, *hortenſis*, *pra*...*alpinus*, *ruſticanus*, *oppidanus*, *urbanus*, ...*anus*. nam ea etiam à loco denomi...tur.

...otandum eſt 1. qvòd Gentilia nunc Subſtantivè nunc ...ctivè ſumi poſſint: ut, *Romanus*, en Romere / ubi in...naturam Subſtantivi. &, *Romana lingva*, det Latinſke ...og/ ubi Adjectivi munere fungitur. 2, Terminatio... ...entilium ratione hujus diverſæ ſignificationis vel ſunt ...antivis & Adjectivis communes; vel Subſtantivis pro... Subſtantivis & Adjectivis communes ſunt inprimis ...ndecim ſeqventes: ENSIS, ANUS, ENUS, INUS, IA... ...CUS, IUS, ER, AS, IVUS, ÆUS, OUS, LUS, RUS, ...ut, *Athenæ*, *Athenienſis*, *Haunia Haunienſis*, *Roma Ro*...*nus*, *Africa Africanus*, *Pergamum Pergamenus*, *Latium* ...*nus*, *Corinthus Corinthiacus*, *Syria Syriacus*, *Germania* ...*manicus*, *Græcia Græcus*, *Ægyptus Ægyptius*, *Africa Afer*, ...*num Arpinas*, *Argos Argivus*, *Judæa Judæus*, *Eos Eous*, ...*Italus*, *Syria Syrus*, *Picenum Picens*. Cic. pro Sylla: ...*tur doceat Picentes ſolos non eſſe peregrinos, aut gaudeat* ...*meum non anteponere*. Reliqva extra dubita-

tionis aleam poſita ſunt. Subſtantivis propriæ ſunt ſeqventes A,O,ON,AN,IR,UR, S præcedente conſonâ, AS, ES, TES, TA & Fœmininum TIS, IS, YS, X: ut, *Perſia Perſa, Saxonia Saxo, Laconia Lacon*, *Acarnania Acarnan*, *Trevíri Trevir, Liguria Ligur, Arabia Arabs, Æthiopia Æthiops, Tibur Tiburs, Arcadia Arcas, Scythia Scythes:* vid. ſupr. p. 168. *Scythia, Scythis* ibid. *Libya Libys, Libyſſa, Allobrox.* Dubiis ſic obviam imus. Claud. 1. in Eutrop. — *domitô qvod Saxone Tethys Mitior.* Virgil. *Hinc Salius ſimul, & Patron: qvorum alter Acarnan,* &c. Cic. pro Balbo. *L. Coſſinius Tiburs, pater hujus eqvitis Romani.* Ovid. 5 Faſt. *Arcadis Evandri nomen tibi ſæpe refertur.* 3. Sic diſtingvunt qvandoqve ſcriptores, inter qvos Calepinus, inter illa in ENSIS & US : ut US dicant de loco originis, ENSIS de loco habitationis, aut venditionis: ut, *Romanus* qvi Romæ natus, aut civitate donatus: *Romanenſis* qvi Romæ degit. Sic Catoni *Romanenſis ſal,* non qvi Romæ factus, ſed qvi iſtic venit. Item *Græcus* & *Græcienſis, Siculus & Sicilienſis:* qvomodo & Thucydides diſtingvit inter Σικελοὺς, & Σικελιώτας. Sed huic diſtinctioni ſe opponit Auguſtinus Saturnius in Mercurio majore Gram: Inſtitut. lib. 5, c.18: *Sunt*, inqvit Saturnius, *inter qvos vel primus autor erroris (niſi fallor) Ambroſius Calepinus, qvi obſtinatiſſimè tenent, non unum eſſe Corinthios & Corinthienſes, nimirum ut Corinthius is ſit, qvi ex Corintho natus, ibidem habitat: Corinthienſis verò, qvi aliunde natus, Corinthi verſatur. Pariq; ratione affirmant, alios eſſe Brixianos, alios Brixienſes, alios Hiſpanos, alios Hiſpanienſes. Circumſpicienti autem mihi, unde iſtis tam ſuperſtitioſa vocum diſtinctio in mentem venerit, locus Ciceronis ad M. Cælium ſtatim occurrit, ita ſcribentis: Itaqve ego neqve hunc Hiſpanienſem caſum expecto. Ubi luculentiſſimus autor intelligit bellum civile geſtum à Cæſare adverſus Petrejum & Afranium apud Herdam. Suſpicatiq; ſunt, Ciceronem idcirco bellum illud Hiſpanienſe nuncupaſſe, qvod à Romanis, non ab Hiſpanis in Hiſpania geſtum ſit. Sed enim iſti ipſi Ciceronem de eodem bello in Hiſpania geſto alibi ſcribentem, ſi diligentiùs obſervaſſent, utiqve reperiſſent*

*illud*

Digitized by Google

*... exercitum Pompejum habere conſtat. Qvid eſt de Hiſpanus niſi de bello in Hiſpania à Romanis geſto?* Sed hic Saturnius videtur luctari cum umbra ſua, Calepino ejúſqve ſeqvacibus illud affingens & in illis damnans; qvod ad hanc diſtinctionem ſtabiliendam nunqvam & nuſqvam adhibuerunt; ſed Feſtum Pompejum inprimis more ſuô hîc ſeqvitur Calepinus, aliiqve ſecuti ſunt hujus diſtinctionis patroni. Feſti autem hæc ſunt verba: *Corinthienſes ex eo dici cœperunt, ex qvô coloni Corinthum ſunt deducti, qvi antea Corinthii ſunt dicti. qvam conſvetudinem ſervamus etiam, cum Romanenſes & Hiſpanienſes, & Sicilienſes negotiatores dicimus, qvi in alienis civitatibus negotiantur.* Licèt verò huic diſtinctioni ſua non deſit autoritas, perpetuam tamen non eſſe hiſce exemplis evincere conatur dictus Saturnius. *Nam*, inqvit, *Plautus Aulul: Pyrenem fontem ſub vertice Acrocorinthi ſcatentem, non Corinthium, ſed Corinthienſem appellat. M. autem Cato, & A. Gellius lib. 7 dictitant Rhodienſes, qvos Salluſtius & Qvintilianus Rhodios nuncupant. Qvid, qvòd Cicero in Epiſtolis ad Trebatium, cives à Velia nominat Velienſes, qvos Virgilius fortaſſe dixiſſet Velinos? Qvid, qvod ager Latinus de Aruſp. reſp. apud eundem Latinienſis nuncupatur? Age cives ab Alexandria qvis neſcit Alexandrinos vocitari. Bellum tamen, autore Cæſare geſtum non ab Alexandrinis, ſed à Romanis apud Alexandriam. idem ipſe Cicero ad C. Caſſium ſcribens, non Alexandrienſe, ſed Alexandrinum appellavit.*

# DE POSSESSIVIS.

*Poſſeſſiva* ſunt, qvæ poſſeſſionem aut proprietatem aliqvam ſignificant: ut, *paternus, patrius*, à pater: *regalis, regius* † à rege.

Notandum venit 1. in genere, qvòd *Poſſeſſiva* uſurpentur pro Genitivo Primitivi ſui, per qvem etiam exponi poſ-

ſunt: ut, *paternus affectus*, id eſt, patris: *regium munus*, id eſt, regis, vel qvod ad regem pertinet: *aër vernus*, id eſt, veris, qvalis vere eſſe ſolet: *berilis filius*, id eſt, heri, &c. 2. Terminationes *Poſſeſſivorum* ſunt novem: ut, ARIS, BRIS, EUS, duabus ſyllabis brevibus, ⏑⏑. EUS, duabus ſyllabis, qvarum una longa, una brevis, ex Græcis in ειος, ICUS, IUS, LIS, NUS, præcedente A vel I productâ, vel R, VUS; ut, *pupillaris*, *funebris*, *Herculĕus*, *Pythagorēus*, *Pythagoricus*, *Martius*, *herilis*, *Ciceronianus*, *ſerpentinus*, *paternus*, *diurnus*, *æſtivus*. Singularia ſunt: *ædilitius*, *paſtoritius*, *tribunitius*, *aprugnus* & *aprinus*. † Obſervat Schmidius in hypomn: Gramm. cap. 26. n. 2. qvòd vocula *Regius* exponi poſſit qvi regis eſt, vel ad regem pertinet. *Unde*, inqvit, *regius Propheta Nathan rectè vocatur, id eſt, regis Davidis Propheta*. David autem non tam regius Propheta dicendus, [ſecus qvàm communis loqvendi conſvetudo vult] qvàm rex & Propheta. Cornelius Fronto de differentiis vocum notat, ita differre *regius* & *regalis*, ut *regius* ſit regis, *regalis* verò rege dignus. Sed Cicero utrinqve dictioni eundem uſum & ſignificationem aſſignat. etenim, qvod uno in loco de Sylla dicat, qvòd *habuerit regalem poteſtatem*, alibi eidem *regiam* attribuit.

## DE DEMINUTIVIS.

*Deminutiva* ſignificant deminutionem Primitivi ſui: ut, *lapillus*, id eſt, *parvus lapis*.

Malumus *Deminutiva* appellare, qvàm *Diminutiva*. Nôrunt enim, qvi vel primoribus labris Latinitatem deguſtârunt, qvòd *deminuo* & *diminuo* differant. Nam Præpoſitio *De* ablationis nota eſt: *Dis* verò vel *Di* diverſas partes ſubinnuit. Plaut. Truc. 2. 7: *Nam jam de hoc obſonio, de mina una deminui Modò qvinqve nummos: mihi detraxi partem Herculaneam*. Sic: *Deminuere amorem*, *deminuere alicui honorem aut famam*, pro *detrahere aliqvid* & *minorem illam*

*rem*

Digitized by Google

...faccre, rectè dicitur: non autem, *diminuere amorem aut* ...orem. Eôdem modô benè dicitur: *diminuere & diffrin-* ... *alicui caput*; non verò *deminuere aut defringere* Qvem-...modum aliud eſt, cervo cutem *deripere*, id eſt, *detrahere*, ...liud, dare cervum aut pellem detractam canibus *diripi-* ...am, id eſt, in alias atqve alias partes lacerandam. Hinc ...et rectiùs dici *Deminutiva*, qvàm *Diminutiva*. Confera-... Rhen. Gram. p. 95, 96.

## Nota

... 1. *Deminutiva* plerumqve † retinent ... Primitivorum.

... *Deminutiva* adhibentur vel veritatis ...ſtiâ, ut *lapillus*: vel urbanitatis, ut, *frater-* ...*us*; vel modeſtiæ, ut, *libellus*; vel adulatio-... ut, *corculum*: vel deniqve vilitatis & con-...mptûs: ut, *Græculus*. *

† Non enim ſemper retinent Genus Primitivorum. ... nonnunqvam Maſculina veniunt à Fœmininis: ut, ... ab *hæc acus*, *capreolus* à *caprea*, *ranunculus* à *rana*, ...llio à *matella*. Virg. Eclog. 2: *Præterea duo, nec tutâ mi-* ...*lle reperti Capreoli*—. Cicero Trebat. 7: *Nam Ulubri-* ...*s mei cauſa vim maximam ranunculorum ſe commôſſe* ...*abat*. Plaut. Amph: *Nec tu poſtules matellam unam ti-* ...*i infundi in caput*. Cicero Paradox: *Mummius ali-* ... *iſtorum videret matellionem Corinthium cupidiſſimè* ...*ientem*, &c. Interdum Fœminina à Maſculinis veniunt: ...*gvilla* ab *hic angvis*. Interdum Neutra veniunt à Ma-...nis vel Fœmininis: ut, *conventiculum* ab *hic conventus*, ...*ellum* ab *hæc epiſtola*. Cic. pro Seſtio: *Conventicula ho-* ...*um, qvæ poſtea civitates nominatæ ſunt*. Idem pro domo ... *Nullum eſt in hac urbe collegium, nulli pagani aut monta-* ...*omiam plebi qvoqve urbanæ majores noſtri conventicula* ...*aſi conſilia qvadam eſſe voluerunt*) *qvi non ampliſſimè* ...*modò de ſalute mea, ſed etiam de dignitate decreverint*.



Digitized by Google

Catullus: *Conſcriptum hoc lacrymis mittis epiſtolium.* Nota 1. In Deminutivis formandis videndum qvid uſus probet. Non enim ſtatim, qvod regulariter fit, etiam in uſu eſt: ut, *aſinus aſellus*, rectè; non autem *Dominus, Domellus*. Virgil. 1. Georg: *Demitto auriculas, ut iniqvæ mentis aſellus, Qvum gravius dorſo ſubiit onus.* 2. Ab uno Primitivo poſſunt mediatè plura deſcendere Deminutiva: ut *canis canicula, Catulus, catellus: porcus, porculus* & *porcellus*, Cic. 3 de Nat. Deor: *At illud non modò non arrogantiæ, ſed potiùs prudentiæ, intelligere ſe habere ſenſum & rationem: hæc eadem & caniculam non habere.* Virg. 1. Eclog: *Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hædos*, &c. Plautus Sticho: *Tantillum loci, ubi catellus cubet, id mihi ſat eſt loci.* Plinius lib. 9, c. 15: *Et in Danubio mario extrahitur, porculo marino ſimillimus*, &c. Varro 2. de re Ruſt: *Subulcus facilè deſpicere poſſit, neqvis porcellus à matre opprimatur.* 3. Qvædam deminutiva à Recto caſu formantur: ut, à *cor, corculum*: à *pauper, pauperculus*: à *mulier, muliercula.* Plautus Caſin: *Eho corculum adſudaſſit jam ex metu maſtigia?* Terent. Heaut: *Eſt è Corintho hic advena anus paupercula.* Cicero de Amicit: *Et eo fieri, ut mulierculæ magis amicitiarum præſidia qværant, qvàm viri: & inopes, qvàm opulenti: & calamitoſi, qvàm ii qvi putantur beati.* Qvædam ab Obliqvis deſcendunt: ut, à *teges tegetis, tegeticula*: & à *codex codicis*, plurale Deminutivum, *codicilli.* Juvenalis Sat. 9: *Qvando ego figam aliqvid, qvo ſit mihi tuta ſenectus A tegete & baculo?* Columella lib. 8, c. 9: *Tegeticulæq; mundentur, ne ſtercus urat pedes, qvod tamen & id ipſum diligenter reponi debet ad cultus agrorum*, &c. Qvædam peculiarem ſeqvuntur formationem: ut, à *palus, paxillus.* Plinius lib. 17, c. 21: *Nec minus, qvàm duos integi oportet, & proximam attingi terram, & eôdem paxillô deprimi & ſpiſſari.* 4. Qvaſi Deminutiva putantur hæc ſeqventia cùm tamen non ſint: *Ariolus, ridiculus, edentulus, capillus, fritillus, novacula, nitedula, mentula, fiſtula, argilla, ſpectaculum, habitaculum, crepuſculum, diluculum, anniculum, macellum.* Confer Vallam lib. 1, c. 5. 5. Qvædam Deminutiva à Primitivorum ſignifica-



Digitized by Google

... nihil recedunt: ut *acus*, instrumentum ſutori... *aculeus*, inſectorum ſtimulus: *angvis* ſerpentis genus, ... piſcis: *velum*, linteum qvô ventis diſtentô agitur & ... navis, *vexillum*, ſignum militare. 6. Terminatio... diminutivorum ſunt inprimis duodecim. 1. CIO: ut, *homuncio*. Juvenalis Sat. 5: *Qvadringenta tibi, ſi qvis ... aut ſimilis dis Et melior fatis donaret homuncio, qvan...* 2. SIO: ut, ab antiqvo *puſus*, *puſio*. Idem Sat. 6: *...putas meliùs qvod tecum puſio dormit.* 3. ASTER: *...aſter*. Terent. Adelph: *Eſt alius qvidam paraſita...* &c. Deſinentia in ASTER ſignificant ferè ... cum deminutione. Hinc *paraſitaſter* Vallæ ex... qvi paraſitorum eſt imitator. 4. ULEUS: ut, *eqvus* ... Cicero 3. Tuſcul: *ut injectô eqvulei Freno repente ... agitantur nova.* 5. ELLUS, A, UM: ut, *culter*, *cul...* Varro 1. de re Ruſt: *Ille flens narrat, ab neſcio qvo per... cultello conçidiſſe.* *Feneſtra feneſtella*. Colum. lib. 1. *...ria modicis feneſtellis aqvilonibus inſpirentur.* *Ce... cerebellum*, Plin. lib. 29, c. 5: *Cerebello gallinaceo oc...* ILLUS, ILLUM. *Tantus, tantillus*. Cicero de ſe... *Omitto enim vim ipſam omnium qvæ generantur è ter... ex fici tantillo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex ca... frugum, aut ſtirpium minutiſſimis ſeminibus tantos ... ramosq. procreat.* *Signum ſigillum*. Cicero Attic: *...typos tibi mando, qvos in tectorio atrioli poſſim inclu... & putealia ſigilla duo.* 7. OLUS, OLA, OLUM: ut, ..., *araneolus*. Virgil. in Culice: *Atqve ut araneoli te... formavimus orſum.* *Bractea, bracteola*. Juven. Sat. 3. *...bracteolam de Caſtore ducat.* *Negotium, negotio...* Cicero ad Qv. fratrem lib. 3: *Erit neſcio qvid negotioli.* ... ULUS, ULA, ULUM. ut, *columbus, columbulus*. Catull: *Et ... ſuperbus & ſuperfluens Perambulabit omnium cubi... albulus columbulus Dionæus.* *Capſa, capſula*. Idem ...63: *Huc una è multis capſula me ſeqvitur.* *Caput* ... Ter. Eun: *ô capitulum lepidiſſimum.* 9. CU... CULA, CULUM. ut, *lepus, lepuſculus*. Cicero 6. Ferr:

Si

*Si minus ejuſmodi qvippiam venari potuerant, illa qvidem certè pro lepuſculis capiebantur, patellæ, pateræ, thuribula*, &c. *Nubes, nubecula.* Plin. lib. 18, c. 35: *Nubecula, qvamvis parva, ventum procelloſum dabit. Mel, melliculum.* Plaut. Caſin: *Meum corculum, melliculum, verculum.* 10. INULUS, ut, *Pulvinulus.* Columella de arboribus cap. 10: *Sed qvæcunqve in clivis erunt poſita, ita ablaqveanda ſunt, ut à ſuperiore parte ſecundum codicem lacuſculi fiant, ab inferiore autem pulvinuli altiores excitentur.* 11. UNCULUS, ut, *homo homunculus.* Cic. 1 Tuſc: *Sed ut homunculus unus è multis probabilia conjectura ſeqvens.* 12. ISCUS, ut, *Calathus, calathiſcus.* Catullus: *Ante pedes autem candentis mollia lanæ Vellera virgati cuſtodibant calathiſci.* * Hic Deminutivorum uſus Latinorum teſtimoniis confirmandus eſt. *Lapillus*] Plinius lib. 10, c. 23: *Grues excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede ſuſtinentes, qvi laxatus ſomno & decidens, indiligentiam coarguat. Fraterculus*] Juven. Sat. 4: *Unde fit ut malim fraterculus eſſe gigantum. Libellus*] Catulli. Epigr. 1: *Cui dono lepidum novum libellum. Corculum*] Vide *Mel, melliculum*, nec non tertiam Notam: de qvibus modò dictum. *Græculus*] Cicero lib. 1 Tuſc. qvæſt: *Pompejo noſtro familiari, cùm graviter ægrotaret Neapoli, melius eſt factum, coronati Neapolitani fuerunt. nimirum etiam Puteolani vulgò ex oppidis publicè gratulabantur. ineptum ſanè negotium, & græculum; ſed tamen fortunatum.*

## DE DENOMINATIVIS.

*Denominativa* dicuntur qvæcunqve ab alio nomine derivantur, ita ut ad ſuperiores claſſes non pertineant: ut, *ferreus*, à *ferrum*: *pietas* à *pius*.

Denominativa ſunt vel *Subſtantiva*, vel *Adjectiva*.

Sub

Digitized by Google

**Subſtantiva ratione generis ſunt tripli- Maſculina, ut, *magiſtratus*: *Fœminina*, ut, ...: *Neutra*, ut, *teſtimonium*.**

Terminationes Subſtantivorum Maſculinorum ſunt ...entes: 1. A: ut, *paleſtra, paleſtrita*. Cicero 6. Verr. ...*hereditate, quam paleſtritis conceſſiſſet, multò* ...*partem ipſum abſtuliſſe*. 2. O purum: ut, *Sanna,* ... Cic. lib. 2 de Orat: *Quid enim poteſt eſſe tam ridicu-* ...*ſannio eſt? ſed ore, vultu, imitandis moribus, voce,* ...*corpore ridetur ipſo*. 3. O cum conſonante Primi-...*cicer, Cicero*. Vide ſupra pag. 235. 4. OL: ut, *ſolus,* ... pag. 284. 5. OR cum conſonante Primitivi: ut, ... *amator*. Virgil. 2 Georg: *Triſtia tentandum ſenſit* ...*amator*. 6. TUR, præcedente A longâ, vel I bre-...: *alea, aleator*. Cicero in Catilin: *In his gregibus omnes* ... *omnes adulteri, omnes impuri, impudiciq; verſantur*. ...*præſtigiator*. Plaut. Pœnul: *Præſtigiator hic qui-* ...*probus eſt, Perduxit omnes ad ſuam ſententiam*. ...: ut, *Optimus, optimas*. Vide ſuprà pag. 332. 8. ES: ...*eques*. Martial. lib. 8: *Veſcitur omnis eques tecum* ...*patréſq;*. 8. LIS: ut, *curia, curialis*. Plaut. Aulul. — ...*quiſquam curialium Venit, neque magiſter quem* ...*argentum oportuit*. 9. RIS: ut, *mola, molaris*. ... 3. Metam: *Aut comes, inquit, ero, dixit, dextráq;* ...*ſuſtulit*. 10. ARIUS: ut, *lectica, lecticarius*. Cicero Epiſt: *Coactus ſum in eadem illa lectica, qua ipſe delatus* ...*lecticariis in urbem eum referre*. 11. UUS: ut, ...*ituus*. Horat. 2 Epiſt. lib. 1: *Sed tamen eſt operæ pre-* ...*cognoſcere, quales Æditus habeat, belli ſpectata domiq;*. ...US: ut, *villa, villicus*. Horat. 1 Epiſt. 14: *Non urbem, &* ...*balnea villicus optas*. 13. NUS: ut *publicus, publi-*... Cicero Q. frat: *Nomen autem publicani aſpernari non* ...*qui pondere ipſi vectigal ſine publicano non potuerunt*. ...TUS: ut, *reus reatus*. Martial. lib. 2. Epigr. 24: *Si det ini-*

*qva tibi triſtem fortuna reatum Sqvallidus barebo, pallidiorq; reo.* Terminationes Subſtantivorum Fœmininorum hæ ſunt: 1. A purum cum conſonante Primitivi: ut *vinum, vinea.* 2. TIA. præcedente I brevi: ut, *Juſtus, juſtitia.* Et qvæ C ante *US* habent: ut, *pudicus pudicitia.* 3. MONIA: ut, *acer acrimonia.* 4. CA: ut, *lectus lectica.* 5. LA: ut, *cliens clienta.* 6. NA: ut, *caupo, caupona.* 7. RA præcedente *U* longâ vel E brevi: ut, *Prætor, prætura; mater matertera.* 8. TA: ut, *juvenis, Juventa.* 9. IO. ut, *talis, talio.* 10. EDO ut, *dulcis dulcedo.* 11. T *U* D O præcedente I brevi, *neceſſe, neceſſitudo.* 12. GO, præcedente ſyllabâ longâ: ut, *vir virgo, æs ærugo.* 13. T A *S*, præcedente E vel I breve: ut, *pius pietas, integer, Integritas.* 14. *S* T A *S*: ut, *honor honeſtas.* 15. I T I E *S*: ut, *mollis molities.* 16. T I *S*: ut, *ſemen ſementis.* 17 *TUS*: ut, *juvenis juventus.* Hæc ſuâ luce radiant; aſcititia ergo non opus eſt. Terminationes Subſtantivorum Neutrorum hæ ſunt. 1. E: ut, *haſta, haſtile.* 2. ARE: ut, *altum, altare.* 3 AL: ut, *anima, animal.* 4. I *UM* præcedente conſonâ Primitivi: ut, *homicida, homicidium.* 5 T *U* M, præcedente I brevi: ut, *calvus calvitium.* 6. M O N I *U M*: ut, *pater, patrimonium.* 7. A R I *U* M: ut, *columba, columbarium.* 8. O R I *U* M: ut, *terra, territorium.* 9. B *U* L *U* M: ut, *thus, thuribulum.* 10. C *U* L *U* M: ut, *taberna, tabernaculum.* 11 N *U* M: ut, *Sal, ſalinum.* 12. B R *U* M: ut, *candela, candelabrum.* 13. E T *U* M: ut, *Roſa, roſetum.* Sic *qvercus, qvercetum: carex, carectum: Salix, ſalictum.* Talia dicuntur περιεκτικὰ id eſt, comprehenſiva, qvòd locum continentem ſignificent. 14. STRUM: ut, *menta, mentaſtrum.* 15. T *U* M: ut, *fur, furtum.* 16. M E N T *U* M: ut, *puls, pulmentum.* 17. MEN: ut, *pes, pedamen.* 18. AR: ut, *exemplum, exemplar.* Adjectivorum verò terminationes hæ ſunt: 1. BER: ut, *ſalus, ſaluber.* 2. STER: ut, *eqves, eqveſter.* 3. LIS, præcedente A, E, vel I longâ: ut, *vita, vitalis: fides, fidelis: vir, virilis.* 4. A N E *U* S: ut, *momentum, momentaneus.* 4. ARIS: ut, *peculium, peculiaris.* 5. STIS: ut, *ager, agreſtis.* 6. IUS: ut, *noxa, noxius.* 7. A R I U *S*: ut, *neceſſe, neceſſarius.* 8 ICIUS:

ut,

*lla,billatiens.* 9. DUS, præcedente I breve: ut, *gra-*
*ravidus.* 10. LUS: ut, *nubes, nubilus.* 11. TIMUS: ut,
*finitimus.* 12. NUS, præcedente longâ: ut, *terra, ter-*
*s: vicus, vicinus.* 13. ORUS: ut, *odor, odorus.* 14. ORI-
ut, *ſoror, ſororius.* 15. TRUUS: ut, *menſis, menſtruus.*
TUS, præcedente A, I, vel U longâ, qvæ ſpeciem ha-
Participiorum; ut, *laurea, laureatus: mel, mellitus: cor-*
*ornatus.* 17. STUS: ut, *honor, honeſtus.* 18. IVUS: ut,
*m, feſtivus.* Nota 1. Deſinentia in LENTUS & O-
S copiam jam qvantitatis, jam qvalitatis aliarúmqve re-
conſignificant, ac pleraqve habitum, & conſvetudinem
nt: ut, *Succoſus.* Columel. l. 2. c. 17: *Melius habetur fæ-*
, *qvod naturâ ſuccoſo gignitur cælo, qvàm qvod irrigatum*
*s elicitur. Lapidoſus, piſcoſus, piſculentus.* Ovid. 3 Faſt:
*qvoqve piſcoſos lapidoſi Crathidis amnes.* Cato: *fluvius pi-*
*ntus. Vinoſus, vinolentus.* Ovid. 3. Faſt: — *vinoſior ætas*
*erat & gravidæ munera vitis amans.* Cic. de Fato: *Vitio-*
*naturam ſic ab eo edomitam & compreſſam eſſe doctrinâ,*
*rmo unqvam vinolentum illum, nemo in eo libidinis veſti-*
*viderit.* Nonnunqvam laudem ſignificant: ut, *genus,*
*roſus.* Cic. 3. offic: *De imperio certamen fuit cum rege*
*roſo & potente. Sic, pretioſus, formoſus, officioſus, ingenio-*
*minoſus* &c. Nonnunqvam notant vituperationem:
*eſidia, deſidioſus.* Ovid: *Qværitur Ægyſtus qvare ſit factus*
*lter:* *In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.* Interdum
ad laudem, qvàm ignominiam ſignificandam adhiben-
ut, *fama, famoſus.* Tacitus lib. 21: *Sed qvia famoſa urbis*
*imum diem traditurî ſumus, congruens videtur primor-*
*ejus aperire. famoſa* id eſt, celebris. Saluſt: *Largitio fa-*
*& impudens.* id eſt, infamis, infamiam afferens. Ali-
ndo morbum notant: ut *podagra, podagroſus.* Plautus
c: *Sed tandem ſi podagroſis pedibus eſſet Eutycus, Jam à*
*redîſſe potuit.* Nonnunqvam activè ſignificant: ut,
*umelia, contumelioſus: injuria, injurioſus; plaga, plago-*
*oblivio, obliviosus.* Item *vis, violentus: fraus, fraudulentus.*
rdum Paſſivam ſignificationem habent: ut *invidia, in-*
*vidio-*

Digitized by Google

vidioſus:odium,odioſus. Item,eſca,eſculentus:poculum,poculentus. Aliqvando & activè & paſſivè uſurpantur:ut,gloria gloriosus:ſuſpicio,ſuſpicioſus: religio, religioſus: formido, formidoloſus:litigium, litigioſus. 2. Denominativa materialia,hoc eſt, qvæ materiam aut aliqvid ex materia ſignificant, habent qvatuor terminationes,ſc. EUS vv, ACEUS, ITIUS & INUS. 1. EUS vv cum conſona Primitivi:ut, buxum, buxeus,pix piceus. Martial. lib.2.41: Et tres ſunt tibi Maximina dentes,ſed planè pixeiq buxeiq. Sic ſpiceus, laneus, vitreus, luteus, oſſeus,æreus, aneus, ſiligineus, triticeus, aureus, ferreus,&c. 2. ACEUS: ut,herba herbaceus. Plin. lib.12. cap.13: Herbaceum amomum pejus. Sic, cretaceus, argillaceus,hordeaceus,roſaceus &c. 3. ITIUS: ut,later lateritius. Plin.lib.35: Græci præterqvam ubi è ſilice fieri poterat ſtructura,parietes lateritios prætulere. Sarmentum, ſarmentitius. Colum. lib.6.cap.26: Verùm vulnera ejus ſarmentitio cinere cum argenti ſpuma linenda ſunt. 4. INUS: ut, amygdala amygdalinus. Plinius lib. 23, c. 4: Oleum amygdalinum purgat,mollit corpora,cutem erugat, nitorem commendat, varos cum melle tollit è facie. Singularia ſunt: acer,acernus. Virg. 2 Æneid: Præcipuè cum jam hic trabibus contextus acernis ſtaret eqvus — Abies,abiegnus: Columella lib. 12, cap. 43: Qvidam eâdem ratione aridâ populneâ,vel abiegnâ ſcobe virides uvas cuſtodiunt. Horum qvædam interdum colorem ſignificant: ut,purpureus,roſeus, cæruleus, luteus, cinereus & cineraceus. Colum.lib.2: Qvi modò pigrum contineat humorem, non eundem vel nigri vel cinerei coloris. Plinius lib.33: Terra eſt alia ruffa,alia cineracea. Sic coccinus coccineus:croceus crocinus,&c. 3. Variè efferuntur hæc ſeqventia: ut, arundo,arundineus arundinaceus. Virg. lib. 4. Georg: Melláq arundineis inferre canalibus, ultro Hortantem —. Plinius lib.18.cap.7: Frumentis folium arundinaceum, faba rotundum,& magnæ leguminum parti. Ebur, ebuneus, eburneus & eboreus. Virg. 11 Æneid: — atqve enſem collo ſuſpendit eburnum. Plin. lib.36. c.5: Jovem fecit eburneum in Metelli æde. Idem lib.7.c.53: Ante Apollinem eboreum,qvi eſt in foro

Au-

ſti.. *Ficus, ficulnus, ficulneus.* Horat. lib. 1. Serm. Sat. 8: *truncus eram ficulnus inutile lignum.* Columella lib. 5. *: Ad crus arboris ficulnea religa. Populus, populnus, po*-*us.* Plaut. Caſin: *Nam iſta aut populna ſors, aut abiegna a.* Columella lib. 6, cap. 3: *Probaturq; maximè ulmea, raxinea, & ab hac populnea frons.*

## DE NUMERALIBUS.

*Iumeralia* ſunt nomina numeros ſigni-ntia. Ad Denominativa pertinent *Nu*-*alia*, qvæ maximam partem † ſunt De-ninativa.

† Non omnia, nam Cardinalia nonnulla ſunt Primiti-*;, unus, duo,* &c ad *decem* incluſivè. Nonnulla compo-ut, *undecim, duodecim,* &c. Sic temporalia, *biennis, tri*-*, qvadriennis, qvinqvennis* vel *qvinqvennalis , ſexennis, nnis, octennis, novennis, decennis.* Sic qvoqve, *bimeſtris, ſtris, qvadrimeſtris, ſemeſtris.*

### Numeralia ſunt ſeptuplicia.

*Cardinalia, Ordinalia, Diſtributiva, Multi*-*ativa, Proportionalia, Ponderalia & Tem*-*lia.*

*Cardinalia* ſunt qvæ numerum abſolu-gnificant, de qvibus qværitur per QVOT: *us, duo, tres, qvatuor, qvinqve, ſex, ſeptem, octo, novem, de*-*undecim, duodecim, tredecim, qvatuordecim, qvindecim, im, ſeptendecim, octodecim, novendecim, viginti, viginti viginti duo,* &c. *triginta, qvadraginta, qvinqvaginta, inta, ſeptuaginta, octoginta, nonaginta, centum, ducenti, nti, qvadringenti, qvingenti, ſexcenti, ſeptingenti, Octin*-



Digitized by Google

*genti, Nongenti, mille; duo millia,* & *bis mille; tria millia,* & *ter mille,* &c. Huc refertur & *ſeſqvi.*

Nota 1. *Cardinalia* nomen ducunt à *cardine*, & tantundem valent ac *principalia*. ab iis enim cætera numeralia dependent; velut januæ à cardinibus. 2. Nonnunqvam Latini pro *octodecim* dicunt *duodeviginti*. Plaut. Pœn: *duodeviginti minis de prædone Siculo emit.* Qvam loqvendi conſvetudinem à Græcis traxiſſe Latinos aſſerit Feſtus, cùm Græci enuncient δυοεξείκοσι. Eôdem modô *duodetriginta* pro *viginti octo* in Varrone legitur lib. 1 de re Ruſt. c. 1: *Qvòd res diſperſas comprehendit libris duodetriginta.* Sic Cicero 5. Tuſc. dixit: *duodeqvadraginta.* Plin. lib. 3, c. 5: *duodeoctoginta.* & li. 5, c. 6. *duodenonaginta.* Idem & in aliis nonnullis Numeralium ſpeciebus obſervare licet. 3. Notandum eſt, qvòd *mille* ſit vel *Subſtantivum* vel *Adjectivum*. *Subſtantivè* ſumptum, neutrum eſt, & in ſingulari indeclinabile; in plurali verò declinatur: *millia, millium, millibus*. Vide pag. ſuprà 193, 194. Augetur autem numeris Cardinalibus vel Diſtributivis: ut, *centum*, vel *centena millia*. Deinde numerus qvi ſummam decies centum millium excedit, augetur adverbiis: ut, *tricies centum*, vel *centena millia*. Peculiaris autem ellipſis in nomine *ſeſtertium* conſpicitur, qvando numerus centenorum millium ferè omittitur; ut *decies ſeſtertium*, id eſt, decies centena millia ſeſtertiorum: veluti rectè monet Jerſinus ſub finem Syntaxeos pag. 93. Adjectivè verò uſurpatum mille, eſt plurale tantùm & invariabile. Virg. 2 Eclog: *Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.* Sic: *mille viri, mille fæminæ, mille poma.* Augetur autem adverbiis; ut, *bis mille, ter mille*. Nonnunqvam etiam Cardinalibus compoſitis cum adverbio. Horat. lib. 2 Serm. Sat. 3: *Si poſitis intus Chii, veteriſq; Falerni Mille cadis, nihil eſt, tercentum millibus, acre Potet acetum*—. 4. Deniqve tradunt, qvòd in Cardinalibus major numerus præcedat minorem ſine copula, & ſeqvatur cum copula: ut, *decem novem*: vel *novem & decem*. Cæſar dixit lib. 1. bell. Gall: *Qvi fines Seqvanorum ab Helvetiis dividit millia paſſuum decem novem.* Sic 1. bell. Civ:

*Naves*

s *longas expediunt numerô decem ſeptem.* Plautus ta- dixit in Trinum:—*qvia rure dum ſum Ego unos ſex dies, bſente atqve inſciente, inconſulto meo, Ædes venales haſce ibit literis.* At verò poſt *centum* monent, minorem erum ſeqvi cum copula: ut, *centum & decem.*

I. *Ordinalia*, qvæ ordinem ſignificant, qvibus qværitur per QVOTUS: ut, *primus, ſe- us, tertius, qvartus, qvintus, ſextus, ſeptimus, octavus, no- ecimus, undecimus, duodecimus, decimus tertius, deci- vartus, decimus qvintus, &c. Vigeſimus, vel viceſimus, imus vel triceſimus, qvadrageſimus, qvinqvageſimus, ſexa- us, ſeptuageſimus, octogeſimus, nonageſimus, centeſimus, teſimus, trecenteſimus, qvadringenteſimus, &c. milleſi- bis milleſimus, ter milleſimus,* &c.

Nota 1. Ad *Ordinalia* referri poſſe Numeralia in A- : ut, *primanus, ſecundanus, tertianus, qvartanus, qvinta- extanus, ſeptimanus, decimanus vel decumanus, triceſi- us,* &c. id eſt, qvi eſt primi, ſecundi, tertij &c, ordinis, rtis, vel diei. Tacit. Anal. lib. 1: *Primani ſtratis, una & manorum principibus, aqvilam abſtulêre.* Plin. lib. 3. c. 4: *diterraneo colonia Arelate ſextanorum, Blitera ſeptu- rum, Arauſio ſecundanorum.* Cicero 4. Verr: *Decuma- c eſt, principes & qvaſi ſenatores publicanorum, removen- nſuerunt.* Plinius lib. 26. c. 11: *Qvinqvefolii folia qvi- terna tertianis dedêre, qvaterna qvaternis, plura cæteris. enaca qvidem & jumentorum febribus in vino medetur: tertianis à tertio geniculo inciſa, qvartanis à qvarto.* identur etiam huc pertinere hæc adjectivè ſumpta: *tilis, ſextilis, ſeptember, october, november, december.* qvam hæc ſuô modô etiam ad *Temporalia* referri poſ- 3. Valla notat lib. 3. cap. 5. qvòd *Ordinalia* interdum am ordinem ſignificent, qvàm concluſionem in certo ero: ut, *octavus* ſelff ottende. *Tertius ut venias*, ſelff *e/nato* ſcilicet *filiolo.* Ita enim Sidonius Carm. 20. ad icium: *Natalis noſter Nonas inſtare Novembres Admo-*



Digitized by Google

*net. Accurras non rogo ſed jubeo. Sit tecum conjux. Duo nunc properate. Sed illud, Poſt annum optamus, tertius ut venias.* Qvod loqvendi genus eleganter confirmatur è Græcanico novi fœderis textu 2 Pet. 2. v. 5: Καὶ ἀρχαίου κόσμου οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ᾽ ὄγδοον Νῶε δικαιοσύνης κήρυκα ἐφύλαξε. Ὄγδοον id eſt, *octavum* ſelff ottende.

*III. Diſtributiva* ſunt qvæ eundem numerum ſingulis multorum diſtribuunt; de qvibus qværitur per Qvoteni: ut, *ſinguli, bini, terni ſeu trini, qvaterni, qvini, ſeni, ſepteni, octoni, noveni, deni, undeni vel undeceni, duodeni, deniterni* vel *ternideni, qvaternideni, qvindeni, qvinideni, deniqvini, ſedeni, deniſeni, viceni ſinguli, vel ſinguli & viceni, viceni bini* &c. *triceni, qvadrageni, qvinqvageni, ſexageni, ſeptuageni, octogeni, nonageni, centeni, ducenteni, trecenteni, qvadringenteni, qvingenteni,* &c. vel per Syncopen, *duceni, triceni, qvadringeni, qvingeni,* &c. *milleni, bis milleni.*

1. Revocanda hîc ſunt in memoriam, qvæ de uſu Diſtributivorum pro Cardinalibus dicta ſunt, pag. 314, 315. Et conferendus Valla lib. 3, c. 5. 2. Licèt Alvarus obſervet in inſtitutionibus Gramm: pag. 119, qvòd vocabula *qvoteni, qvotuplus, qvotuplex, qvotennis* inuſitata ſint, adeóqve ſilentio involvenda: nos tamen docendi cauſâ ea retinuimus, ipſius Alvari exemplum ſeqvuti. Non interim diſſimulandum, qvòd *qvoteni* legatur apud Ciceronem lib. 12 ad Attic: *Is*, inqvit Cicero, *opinor, ita partes fecit in ripa neſcio qvotenorum jugerum, ut certa pretia conſtitueret, qva mihi nota non ſunt.* Sed ibi *qvotenorum* per *qvòt* ab Alvaro exponitur. 3. Ex allata definitione Diſtributivorum conſtat, qvòd hæ duæ locutiones differant: *dedit duobus duos nummos*, &, *dedit binos nummos.* Qvi dedit duos, unum ſingulis dedit: qvi binos dedit, ſingulis dedit duos. Nec tamen id diſcrimen obſervant poëtæ. Nam Virgilii eſt: *Per duodena regit mundi ſol aureus aſtra:* hoc eſt, *duodecim.* Oratores verò idem facere coguntur,

tur,

on modò in iis qvæ ſingulari carent, ſed etiam in iis ve-
,qvibûs res plures deſignantur. Vid. pag. 315.

V. *Multiplicativa* ſunt, qvæ partium aut
cierum rei multiplicationem & varieta-
 ſummatim exprimunt, de qvibus qvæ-
ır per QVOTUPLEX: ut, *ſimplex*, *duplex*, *triplex*,
*ruplex*, *qvintuplex* & *qvincuplex*, *ſextuplex*, & *ſeſcuplex*,
*plex* & *ſeptemplex*, *octuplex*, *noncuplex*, *decuplex* & *de-*
*lex*, *vigecuplex*, *trigecuplex*, &c. *Centuplex*, *millecuplex*,
*iplex*.

Ad *Multiplicativorum* claſſem referunt Grammatici
ſeqventia; *bipartitus*, *tripartitus*, *qvadripartitus*, *qvin-*
*rtitus*, &c. Cicero ad Qvirites poſt reditum: *Cujus om-*
*it*, *qvemadmodum accepi*, *tripartita*, &c.

V. *Proportionalia* ſunt, qvæ proportio-
n ſeu habitudinem rei ad rem, numerò
rimunt, de qvibus qværitur per Qvo-
PLUS; ut, *duplus*, *triplus*, *qvadruplus*, *qvintuplus*, *ſextu-*
*ſeptuplus*, *octuplus*, *decuplus*, *centuplus*, *millecuplus*.

Plautus Capt. 4, 2 — *qvi concinnant liberis orbas oves*,
*locant cædundos agnos*, & *duplam agninam danunt*. Ubi
erius: *Duplam agninam vocabant veteres*, *ſi grandiores*
*agni & ablactati eſſent*, *nam ſubrumorum carnes delica-*
*s ſunt*, &c.

VI. *Ponderalia* & *Temporalia* ſunt qvæ
merum certi pondo vel temporis aut a-
um rerũ exprimunt, de qvibus qvęritur,
OT ANNORUM EST? QVOT PONDO EST?
*imus*, *trimus*, *qvadrimus*, *qvimus*. Item, *bimulus*, *trimu-*
*qvadrimulus*, &, *tricenarius*, *qvadragenarius*, *ſexagena-*
*ſeptuagenarius*, *centenarius* *, *millenarius*.

E. g. *Lapis Centenarius*, qvi eſt centum librarum, non



Digitized by Google

*centuplus. Homo centenarius*, qvi eſt centum annorum; non *centumgeminus. Cohors qvadragenaria*, qvæ eſt qvadraginta militum. *Grex centenarius*, qvi centum capita continet.

Nota. 1. Temporalibus annumerant hæc compoſita: *Biennis, triennis, qvadriennis, qvinqvennis* vel *qvinqvennalis, ſexennis, ſeptennis* vel *ſeptuennis, octennis, novennis, decennis*. 2. Menſtruos qvoqve numeros Temporalibus affines eſſe tradunt: ut, *bimeſtris, trimeſtris, qvadrimeſtris, ſemeſtris*. 3. In genere de Numeralibus obſervandum, qvòd dentur nonnulla Subſtantiva Numeralia: ut, *unitas, binarius* (abſolutè poſitum: aliàs enim *adjectivum* eſt, & ſic de cœteris,) vel Græcum *Dyas, ternio, ternarius*, vel Græcum *trias*, & ſic in cæteris: *qvaternio, qvaternarius, qvinarius; Senio, ſenarius: Septenarius, Octonarius, novenarius: Denio & denarius*. Item: *biennium, triennium, qvadriennium*, &c. *biduum, triduum, qvatriduum*, &c. *binoctium, trinoctium, qvadrinoctium*. Sic *mille* ſubſtantivum.

## DE VERBALIBUS.

*Verbalia* ſunt nomina à verbis aut eorum Participiis vel ſupinis derivata, & tempus non ſignificantia: ut, *cubile à cubo*: à *vigilans, vigilantia*: à *lectum, lectio*.

Incredibile dictu eſt, qvantopere diſſideant Grammatici in conſtituendis non modò *Verbalibus*, ſed etiam aliorum Derivativorum ſpeciebus, Denominativis, Gentilibus, &c. etenim non paucis Primitivorum jus conceditur à nonnullis; qvod alii ratum non habentes ea potius Derivativorum cenſui accenſenda exiſtimant, & vice verſâ. Exempli cauſâ. Diſputant Grammatici an *ſaturo* à *ſatur*, an *ſatur* à *ſaturo*? *duxne, lex, vox, arx*, à *duco, lego, voco, arceo*; an *duco, lego, voco, arceo*, à *dux, lex, vox, arx*? *ſedeóne* à *ſedes*? an *ſedes* à *ſedeo*,

,&c. *Arábſve ab Arabia?* an *Arabia* ab *Arabs? Thrax* à
*cia?* an *Thracia* à *Thrax?* an *vinculum* à præſente *vin-*
n à Supino *vinctum?* &c. de qvibus verè uſurpaveris
Horatii, de Arte Poëtica : *Grammatici certant & adhuc*
*dice lis eſt.* Qvare in hiſce & conſimilibus ſuperſti-
ùs & ſcrupuloſiùs velle ἀκριβολογεῖν, nihil aliud eſſet,
a tricari & nugas agere in iis qvæ, ut cum Martiali lib. 14.
qvar, *ſunt apinæ, tricæq;, & ſi qvid vilius iſtis.*

**Verbalia ſunt vel Subſtantiva: ut *regula* *go*; vel Adjectiva: ut, *commendatitius* à *mendo.***

**Formantur autem inprimis vel à Præ- te,† vel à ſupino.***

† Qvæ à præſente formantur Verbalia, ſiunt vel à *præ-* *Thematis* ſivè *verbi*, vel à *præſenti Participio.* Termi- ones Subſtantivorum Verbalium à Præſente *Thematis* atorum ſunt hæ præcipuæ: 1. A purum : ut, *luxurio, lu-* *a*: 2. A cum conſonante Primitivi ; ut, *fugio* à *fuga.* MONIA : ut, *alo, is, alimonia.* 4. LA : ut, *Svadeo ſua-* . 5. NA : ut, *rapio, rapina.* 6. RA : ut, *pateo patera.* RA : ut, *lateo latebra.* 8. XA : ut, *noceo, noxa* & *noxia.* E : ut, *ſedeo ſedile.* 10. IO : ut, *Oblíviſcor oblivio.* 11. O conſonante Primitivi ; ut, *comedo, is, comedo, onis.* DO : ut, *torpeo torpedo.* 13. GO:ut, *voro vorago.* 14. SO: *go, agaſo.* 15. IL : ut, *pugno pugil.* 16. UL : ut, *conſulo,* *ul.* 17. IUM: ut, *ſtudeo ſtudium.* 18. UM cum conſo- e Primitivi ; ut, *freno, frenum.* 19. LUM: ut, *cingo cingu-* . 20. BULUM ; ut, *lateo latibulum.* 21. CULUM; ut, *vebo* *culum.* 22. RUM cum conſonante Primitivi ; ut, *ſcal-* *alprum.* 23. TUM:ut, *aceo acetum.* 24. MENTUM cedente I vel U:ut, *experior experimentum, tego tegumen-* . 25. EN: ut, *pecto pecten.* 26. MEN præcedente I vel ; *farcio farcimen; fluo flumen.* 27. AR; ut, *calco calcar.*

 28. ER:

Digitized by Google

28. ER: ut, *cado, cadaver*. 29. OR cum conſonante Primitivi: ut, *ſudo, ſudor*. 30. TAS: ut, *egeo egeſtas*. 31. ES purum: ut, *rabio rabies*. 32. ES cum conſonante Primitivi: ut, *ſedeo ſedes*. 33. US purum: ut, *ludo, ludius*. 34. US cum conſonante Primitivi: ut, *arceo, arcus*. 35 CUS: ut, *medicor, medicus*. 36. LUS: ut, *gero, gerulus*. 37. NUS: ut, *colo, colonus*. 38. EX. ut, *rego, rex*. 39. IX: ut, *nutrio nutrix*. 40. OX: ut, *Voco, vox*. 41. UX: ut, *Luceo, Lux*. 42. RX: ut, *arceo, arx*. Qvæ verò formantur à Participio præſenti deſinunt in TIA, præcedente N: ut, *vigilans, vigilantia, audiens, audientia*. Cic. 1 Verr: *Qvantam auditorum multitudinem C. Verris infamia concitatura: qvandam deniqve audientiam orationi meæ improbitas illius factura ſit. Negans negantia.* Licèt rarum ſit hoc verbale, Latinorum tamen princeps Cicero, uſus eſt in Topicis: *Deinde addunt conjunctionum negantiam, ſic, non & hoc eſt, & illud.* * Terminationes Subſtantivorum Verbalium, qvæ ab altero Supinorum fiunt, hæ ſunt. 1. ORIA: ut, *vinco, victum, victoria*. 2. MONIA: ut *parco, parſum, parſimonia*. 3. LA, præcedente E longa, vel U brevi: ut, *caveo, cautum, cautela: Claudo clauſum, clauſula*. 4. BULA: ut, *tero, tritum, tribula*. 5. TRINA: ut, *doceo, doctum, doctrina*. 6. URA: ut, *gigno, genitum, genitura*. 7. BRA: ut, *dolo, dolatum, dolabra*. 8. SA: ut, *fodio, foſſum, foſſa*. 9. IO cum conſonante Supini: ut, *explico, explicatum, explicatio*. 10. TRU: ut, *tono, tonitu, tonitru*. 11. IUM cum conſonante Supini: ut, *Ineo, initum, initium*. 12. ARIUM: ut, *augeo, auctum, auctuarium*. 13. ORIUM: ut, *adjuvo, adjutum, adjutorium*. 14. UM cum conſonante Supini: ut, *facio, factu, factum*. 15. BULUM: ut, *voco, vocatum, vocabulum*. 16. CULUM: ut, *Cœno, cœnatum, cœnaculum*. 17. TRINUM: ut, *texto, textum, textrinum*. 18. BRUM: ut, *voluto, volutatum, volutabrum*. 19. CRUM: ut, *lavo, lavatum, lavacrum*. 20. TRUM: ut, *rado, raſu, raſtrum*. 21. MENTUM, MEN ante TUM interpoſitô, & qvantitate penultimæ Supini retentâ: ut, *purgo, purgatum, purgamentum*. Sic ubi C ante M in G tranſit: ut, *augeo, auctum, augmentum*. 22. MEN: ut, *flo, flatum, flamen*.

23. O

Digitized by Google

O; ut, *cado,caſum,caſo.* 24. AR: ut, *cado, caſum, caſar.* OR, cum conſonante Supini T vel S: ut, *oro oratum, ora-* *fodio, foſſum, foſſor.* Horum Fœminina qvædam in X exeunt: ut, *Senator Senatrix.* Et T aſſumtô; ut, *ton-* *onſtrix.* 26. ES: ut, *foveo, fotum, fomes.* 27. IS: ut, *me-* *eſſum, meſſis.* 28. A R I *U* S: ut, *comminiſcor, commen-* *ommentarius.* 29. T R *U* S: ut, *tono, tonitum, tonitrus.* *U S* Qvartæ cum conſonante Supini: ut, *latro, latratum,* *tus.* Terminationes Verbalium Adjectivorum qvæ ab Præſente fiunt, hæ ſunt: 1. B R cum Conſonante Primi- ut, *celebro, celeber.* 2. CER: ut, *volo, volucer.* 3. *UR*: ut, *ro, ſatur.* 4. E S: ut, *ſuperſto, ſuperſtes.* 5. IS: ut, *rebello* *lis.* 6. ALIS: ut, *Eſurio, eſurialis.* 7. BRIS: ut, *lugeo lu-* *is.* 8. DIS: ut, *vireo viridis.* 9. I L I S, cum conſonante itivi: ut, *doceo, docilis.* 10. *U L IS*: ut, *edo edulis.* 11. BI- ut, *labo, labilis.* 12. *U S* purum, præcedente E, I, vel *U*, *beo, rubeus: ſancio, ſancius: aſſideo, aſſiduus.* 13. *U S* cum onante Primitivi: ut, *fido, fidus.* 14. *CUS*: ut, *cado, cadu-* 15. I D *U S*: ut, *timeo, timidus.* 16. *U L C U S*: ut, *peto,* *lcus.* 17. *UNDUS*: ut, *orior oriundus.* 18. *B U N D U S*, edente A, E, I: ut, *ploro plorabundus: gemo, gemebundus:* *, ridibundus.* 19. *C U N D U S*: ut, *iraſcor iracundus.* *ULUS*, cum conſonante Primitivi: ut, *ſtrideo ſtridulus.* *CULUS*: ut, *rideo ridiculus.* 22. *M U S*: ut, *alo, almus.* *NUS*: ut, *egeo, egenus.* 24. *RUS*: ut, *aveo, avarus.* 25. *I-* : ut, *recido. recidivus.* 26. *ULANS*: ut, *peto, petulans.* AX cum conſonante Primitivi: ut, *dico dicax.* Verba- djectiva qvæ à Participio præſenti oriuntur in N S, & cidunt terminatione cum Participiis in Nomina degene- bus: ut, *amo, amans: doceo, docens.* Qvot verò modis cipia in Nomina degenerent, è doctrina Participiorum manifeſtum evadet. Terminationes Verbalium Ad- vorum qvæ à Supinis fiunt, ſunt hæ: 1. BILIS; ut, *placo,* *tum, placabilis.* 2. I L I S: *UU*, cum conſonante *Su-* : ut, *rado, raſum, raſilis.* 3. O R I *U S*, cum conſonante ni T vel S; ut, *tego, tectum, tectorius.* 4. I T I *U S* cum



Digitized by Google

consonante Supini: ut, *commendo, commendatum, commendatitius*. 5. ICUS: ut, *volo, volatum, volaticus*: 6. CUNDUS: ut, *fari, fatum, facundus*. 7. IVUS: ut, *auferre, ablatum, ablativus*. 8. TUS: ut, *vieo, vietum, vietus*. 9. XUS: ut, *fluo, fluxum, fluxus*. 10. X: ut, *reſeco, reſex*. Nota, 1. Nonnunqvam à Præterito formantur: ut, *tundo, tutudi, tudes; rumpo, rupi, rupes*. 2. Verbalia Adjectiva non deſcendunt à Præterito Participii, niſi qvatenus ipſa Participia in Nomina degenerant: ut Horatius de Arte Poët: *Ludere qvi neſcit, campeſtribus abſtinet armis Indoctúsq; pilæ, diſcive, trochive qvieſcit*. 3. Verbalia in BILIS & ILIS orta à Præſenti Participio paſſivè ſignificant plerunqve: ut, *amabilis*, qvi amari poteſt aut debet; aliqvando tamen etiam activè: ut *horreo, horribilis, vinco, vincibilis cauſa*, qvæ facile vincit, Terent: Phorm. 1.4. *fero fertilis*: aliqvando Neutraliter: ut, *futio futilis: utor utilis*, antiqvè *utibilis*. apud Plautum. Sic, *conduco conducibilis*. aliqvando ſignificat utrôqve modô: *ago agilis*. 4. Licet Verbalia in BILIS orta à Supinis paſſivè ſignificent, veluti de iis modò dictum eſt, qvæ oriuntur à præſenti: multa tamen etiam activam ſignificationem habent: ut, *ſal generabilis: penetrabile telum vel frigus: penetrabilis hæſit arundo*. Sil. l. 7. *Dubitabile pectus*. Prudent. apoth. v. 649: *Spirabilia viſcera*. Plin. 9, 7: *Orator impetrabilis*, qvi facile qvod vult impetrat. Plaut. Moſtell. Sic *immemorabilis*, qvi nihil meminit. *Incogitabilis*, qvi nihil cogitat. Idem. Non rectè igitur Boëthium nonnulli reprehenderunt, qvod *riſibile* dixit, pro *riſivo*: qvum ſimilia exempla paſſim reperiantur. 5. Verbalia Subſtantivè pariter & Adjectivè ſumpta nulla fiunt à Præterito Participii: niſi qvatenus Participia fiunt nomina; ut, *ſcribimus indocti doctiq; poëmata paſſim*. Ubi abſolutè inſtar Subſtantivi ſumuntur. Ovidius 2 Amor. Eleg. 6: *Ora fuere mihi plus ave docta loqvi*. ubi Adjectivè uſurpatur. Et hactenus de SPECIE, DERIVATIS, eorúmqve terminationibus præcipuis actum eſt. Tot autem ſunt *Derivatorum* rivuli & canaliculi, támq; varii, ut ſeptis Grammaticis omnes & ſinguli claudi & ſiſti

vix

Digitized by Google

t poſſint. Qvare & heîc uſus & lectio autorum Gramma-
o auxiliatrices manus porriget. Sed verò, anteqvam ad
guram nominis tradendam nos contulerimus; appendi-
m haud inutilem de aliis Nominum diſtinctionibus ſub-
ngemus. Etenim Grammatici præter recenſitas Nomi-
m diſtinctiones inſuper & alias adhibent, qvibus Nomina
ſtribuunt in *Collectiva* & *Diſtributiva: Abſoluta* & *reſpecti-*
*: Interrogativa* & *Redditiva: Synonyma* & *hymonyma:*
*mbigua: Nova* & *fictitia.* 1. *Collectiva*, qvæ numero ſingu-
i ſignificant multitudinem; ut, *turba, populus, gens, plebs,*
*rs: Diſtributiva* ſeu *Partitiva*, qvæ ſignificant vel multa
illatim; ut Univerſalia; *omnis, qviſqve, nemo, nullus*, vel u-
m è multis, ut particularia; *aliqvis, qvidam, ullus, alter, a-*
*us*, qvæ etiam infinita vocantur. 2. *Abſoluta*, qvæ per
intelliguntur: ut, *homo. Reſpectiva*, qvæ ad aliud referun-
r: ut, *pater, filius, amicus, vicinus.* 3. *Interrogativa*, qvæ
l de Subſtantia qværunt: ut *qvis*, vel de accidente: ut, *qva-*
*, qvantus, qvot, qvotus, cujuſmodi, qvotuplex,* & *qvotuplus,*
*oteni, qvotennis*, qvæ etiam *Relativa* ſunt alicubi, eaqve vel
*bſtantiæ*, vel *accidentis*; qvando nempe ad præcedentia
feruntur. *Redditiva*, qvæ relativum vel præcedunt, vel ſe-
vuntur: ut, *talis, tantus, tot, totus, totidem, ejuſmodi*: ut, *ta-*
*erat Hermolaus, qvalis erat Theodorus.* Terent. Phorm. 2.
; *Qvot homines, tot ſententiæ.* Plin. lib. II. c. 37: *Murum je-*
*ſculis fibræ, ad numerum lunæ dierum in menſe congruere*
*icuntur, totidemq; inveniri qvotum lumen ejus ſit.* Cæterùm
*edditiva*, qvoties indicantes qvippiam his utimur, *demon-*
*rativa* ſunt: veluti ſi qvempiam digitô demonſtrans, dicam;
*lis erat Theodorus*; aut, *non tanti æſtimo*, indicans capillum.
epe etiam admirantes his utimur, in illo Virgil. lib. 1. Æneid:
*anta molis erat Romanam condere gentem.* 4. *Synonyma*
ectiùs *Polyonyma*) ſunt diverſæ dictiones, qvæ rem eandem
gnificant; ut, *terra, tellus, humus. Homonyma*, qvæ eodem
omine res diverſas ſignificant: ut, *populus* pro turba & ar-
ore. 5. *Ambigua*, qvæ modò Subſtantivi, modò Adjecti-
i naturam obtinent; ut, *res, conſul, princeps, comes, dives,*

*ſenex,*

Digitized by Google

*ſenex, artifex, familiaris, natalis, amicus, ſocius, vicinus, affinis, cognatus*, & Verbalia in OR, TRIX: ut, *ſcriptor, victrix*. 6. *Nova*, qvæ à recentioribus inventa ſunt, qvòd res ipſa non fuerit veteribus nota: ut, *typographus, bombarda*. 7. *Fictitia*, qvæ à rei ſono facta ſunt: ut, *murmur, turtur, glocitare, binnire, grunnire*. Confer Gieſſ. cap. 14 de Nomine, pag. 145.

# *DE FIGURA.*

F*igura* Nominum duplex eſt: Simplex: ut, *aptus*. Compoſita: ut, *ineptus*.

De *Figura*, prout eſt communis affectio partium orationis, fusè actum eſt pag. 19, 20, 21, déq; vocalium, diphthongorum & conſonantium mutatione. Nunc verò de ea tractatio eatenus ſuſcipitur, qvatenus Nomen tanqvam unam & certam partem afficit. Et qvidem ut de *compoſita* Figura nonnihil moneamus, ſciendum eſt, qvòd Nomina componantur 1. Ex ſeipſis: ut, *paterfamiliâs, magnanimus, unoculus, uniuſmodi*. Sic ex Nomine & particula numerali: ut, Annus, *biennium, triennium, qvadriennium, qvinqvennium, ſexennium*. Dies, *biduum, triduum, qvatriduum*. Menſis, *bimeſtris, trimeſtris, qvadrimeſtris, qvinqvemeſtris, ſemeſtris*. Pes, *bipes, tripes, qvadrupes, ſeſqvipes, ſemipes*. Caput, *biceps, triceps*. Remus, *biremis, triremis, qvadriremis, qvinqveremis*. Via, *bivium, trivium, qvadrivium*. Hora, *ſemihora, ſeſqvihora*. Homo, *ſemihomo*. Vir, *ſemivir*. Arma, *ſemiermis*. Circulus, *ſemicirculus*. Somnus, *ſemiſomnus*. Vivus, *ſemivivus*. Libra, *ſelibra*. Uncia, *ſemuncia*. Pedalis, *ſeſqvipedalis*. Modius, *ſemodius, ſeſqvimodius*. Centum, *ſeſqvicentum*, &c. 2. Ex Nomine & Pronomine: ut, *cujuſmodi, iſtiuſmodi, unuſqviſqve, qvotuſqviſqve*. 3. Ex Nomine & Verbo: ut, *Agripeta*. Cic. 1 de Nat. Deor. *Ibi enim adoleſcens habitabat cum patre & fratribus, qvod in eam pater ejus Neocles Agripeta venerat*. *Lucifer, armiger, fœdifragus, grandiloqvus, morigerus*. 4. Ex Nomi-

Digitized by Google

ine & Participio: ut, *breviloqvens*, *ſenatusconſultum*, *ſcitum*. 5. Ex Nomine & Adverbio: ut, *maleſanus*, *ma-us*, *benedictio*, *negotium*. 6. Ex Nomine & Præpoſitio-e, ut, *internuncius*, *deformis*, *informis*, *indoctus*, *concors*, *di-ſecors* vel *ſocors*. Corn. Tacit. lib. 13 Anal. ſub init. ſect. 138 *enus Nero flagitiis & ſceleribus velamenta qvæſivit. Su-abat maximè Cornelium Syllam ſecors ingenium ejus*, *in ſarium trabens*. De compoſitione ita Feſtus: *Secordiam em pro ignavia poſuerunt. Cato pro ſtultitia poſuit. com-um autem videtur, qvod eſt ſine, & corde. Vecors.* 7. Ex ine & Syllabica adjectione: ut, *uterqve*, *pleriqve*, *tan-em*, *totidem*, *utervis*, *qvantumvis*, *uterlibet*, *qvantuslibet*, *unqve*, *qvantuſcunqve*, *qvantuluſcunqve*, *qvaliſcunqve*, *uſcunqve*, *qvotcunqve*, *cujuſmodicunqve*.

## DE NUMERO.

*Umeri* Nominum *duo* ſunt: Singularis: ut, *cibus*. Pluralis: ut, *cibi*.

## DE PERSONA.

*Erſonæ* Nominum conſtructorum † ſunt, *tres*: ut,

*Johannes* ſcribo.
*Johannes* ſcribis.
*Johannes* ſcribit.

† Etenim extra conſtructionem ſunt *indiſcretæ per-* præterqvam in Vocativo, ubi ſunt Secundæ. Vide pag. 3. HACTENUS DE NOMINE.

DE

# DE PRONOMINE.

**PRONOMEN eſt pars Orationis variabilis, qvæ vice Nominis ponitur, & certam, finitámqve adſignificat perſonam.**

Obſervandum eſt I. de ordine, qvòd Nomini è veſtigio ſubjungamus *Pronomen* 1. qvia *Pronominis* cognitio à Nominis cognitione dependet. teſte enim Scaligerô de C. LL. cap. 151. faciliùs cognoſci poteſt *Pronomen* cum Nomine, qvàm ſi magno intervallô ab eodem disjungatur & differatur. 2. qvia eſt vicarium Nomen, & locô Nominis in oratione ponitur. qvare meritò ei, cujus vicem obit, ſubnectitur. 3. qvia ſi utriuſqve indolem excuſſeris idem penè eſt, qvod Nomen. nam à Nomine non differt ſignificatione, ſed tantùm modô ſignificandi. & fuerunt qvidam inter Grammaticos qvi *Pronomina* ſub Nominibus cõprehenderunt, eadémqve *Adjectiva Pronomina* appellârunt, & ad Heteroclita retulerunt. Sed, inqvis, idémne Participio accidit, ut cum Nomine in non paucis conveniat; adeóqve Nomini ſubnecti debeat? Reſp. Non tantùm Nominis rationem, ſed & Verbi rationem participat; Participium Ergo utriqve ſuccedit. Scaliger v. de C. LL. Verbum Nomini anteponendum cenſet: qvem vide C. 110. Nos verò magis ordinem doctrinæ ſecuti, qvàm dignitatis, conſvetam methodum turbare nolumus: qvæ ita comparata eſt, ut diſcentibus qvàm maximè deſerviat. II. Notandum eſt de Etymo, qvòd *Pronomen* ita dicatur, qvòd pro Nomine uſurpetur, vicémqve Nominis aliàs tædioſè repetendi obeat, eóqve ſit qvaſi vicarium Nomen.

## Pronomina ſunt novendecim:

*Ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, is, qvis, qvi, meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras, cujus & cujas.*

Nume-

Numerum *Pronominum* Scaliger auget de C. L L. l. 6.
r. Nam *alter*, *neuter*, *uter*, *alius*, *omnis* Pronomina qvoq;
contendit, & qvidem hiſce rationibus. 1. Qvicqvid eſt
um Nominis & per Nomen exponitur, illud Pronomen
At prædictæ voces ſunt ſigna Nominum & per Nomina
icantur. *Si* enim qværas, *qvis homo diſputat*, & reſpon-
*mnis*: hoc ſignificat, ac ſi ſingulos homines nominatim
leres uſqve ad unum. *Sic uter* non differt à *Qvi*, niſi per
lum; qvoniam duobus tantùm apponitur *uter*; *qvi* verò
ibus. Sic *alius* qvoqve Pronomen erit. Differt enim ab
r, ſicut *qvi* ab *uter*, & exponuntur per Nomina. Sic: *uter*
? *Cæſar*. Non. *alter fecit*. *Qvis ille alter eſt? Cato*. De
r & *neuter*, cùm deriventur à *non uter*, & *alius uter*, idem
jus judicium. qvocirca hæc qvoqve Pronomina eſſe con-
lit. Sed verior ac communior ſententia eſt: hæc eſſe
iina partitiva & diſtributiva. Qvocirca ad Scaligeri ar-
entum reſponderi poteſt, Majorem ejus falſam eſſe. Nam
pactô plura adhùc fieri poſſent Pronomina, qvæ tamen
râ Nomina ſunt, & qvædam viciſſim conſtituerentur
iomina, qvæ reverà ſunt Nomina: qvod qvantâ cum
fuſione conjunctum foret, qvivis de facili intelligit. Sic
*us* etiam eſt nota Nominis, ut cum dico, *qvis homo diſpu-*
? *Nullus*. *Nullus* autem Nomen eſt non Pronomen, ut in
feſſo eſt. Sic ſi qværas, *qvis fecit?* & reſpondeas, *Ego*. ibi
m Pronomen eſt ſignum Pronominis *Ego*: qvocirca illud
iomen qvod denotatur, juxta Scaligeri opinionem, No-
qvoqve eſſet, qvod abſurdum. Nihil igitur ex ſignan-
a ratione certi concludi poteſt. Nota. Ex Pronomi-
s, *Ego*, *tu*, *ſui* & *qvid* ſunt Subſtantiva: cætera Adjectiva.
ſdem *Finita* dicuntur, qvæ definiunt certam perſonam:
*go*, *tu*, *ſui*, *ille*, &c. *Infinita*, qvæ non definiunt certam
ſonam: ut ſunt tria: *qvis*, *cujus* & *cujas*; qvæ pleriqve in-
iomina referunt.

De

Digitized by Google

## De Pronomine *octo* ſunt conſideranda:

*Species, Significatio, Genus, Numerus, Perſona, Figura, Caſus* & *Declinatio.*

Sunt Grammatici, qvi *Declinationem* è numero Accidentium Pronominis exulare jubent: ſed qvô jure, vix conjicere licet. Etenim cum Pronomini *caſûs* competant, eidem & *Declinationem* parì jure attribueris: cùm *caſûs* ſint propter *Declinationem*, & eorùm uſus nullus eſt, niſi in *Declinationibus.* Deinde, qvoniam *Declinatio* propria & individua affectio eſt Nominum regularium, non poteſt non afficere Pronomen, qvod vices Nominis ſupplere debet: & ſi, in præcipua & facilè principe Nominis affectione repræſentanda ſuam Nomini denegârit operam, Pronomen, non juſtâ ſatis cum perfectione & fide vicarium obiret munus. Meritò itaqve locus *Declinationi* inter recenſitas Nominis affectiones aſſignatur.

## DE SPECIE.

Pronomina ſunt *duplicia: Primitiva* & *Derivativa.*

*Primitiva* ſunt *decem: ego, tu, ſui, hic, is, ille, ipſe, iſte, qvis, qvi.* †

*Derivativa* ſunt *novem: meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras, cujus* & *cujas.*

† Scaliger de cauſ. L. Lat. affirmat qvoſdam fuiſſe ex veteribus, qvi denegaverint *Qvi* eſſe Pronomen; verùm qvibûs inducti rationibûs hoc egerint, non addit. qvocirca contrarium aſſerere non dubitamus; hâc inprimis mot ratione, qvòd *definitio Pronominis ei competat, unde & definitum eidem competere debet.* Et qvia hæc ratio ſatis ſolida eſt, nec ſunt

qvi hôc ævô actiùs nobis litem hic moveant, pluribu
ſedemus.

# DE SIGNIFICATIONE. †

Pronomina *ſignificatione* ſunt *ſextupli*-
*Demonſtrativa, Relativa, Reciproca, Inter*-
*tiva, Poſſeſſiva, Gentilia.*

1. *Demonſtrativa* perſonam aut rem
entem ſenſibus aut intellectui demon-
it: ut, *ego, tu, hic, iſte, ille,* **illic, iſtic.*

Significatio inprimis eſt tradenda junioribus, qvum
rò heic peccetur. Nam, ut inqvit Priſcianus lib. 13,
cationis vis diſcernit partes orationis inter ſe. * No-
heic obiter venit differentia inter tria hæc Demon-
a *hic*, *iſte & ille*, allata à Friſchlino in Paralipom.
nat. p. 329. *Hic* & *ille* non differunt ſignificatu in refe-
, ſed in demonſtrando. nam *hic* primam reſpicit per-
: *iſte* ſecundam: *ille* tertiam. nbi *ille* eſt, qvi tamen
onſtratur, neqve in ſenſum, ſed tantùm in intellectum
ut, de me & meis dico: *hoc caput, hæc manus, hæc ci*-
de te & tuis: *iſtud caput, iſta manus, iſta civitas*; de
verò perſona: *illud caput, illa civitas, illa manus.* hinc
: Perſonam notat *Hic* primam, notat *Iſte* ſecundam,
cat ternam, ſic inde Adverbia diſtant. Exempla ſunt
Sic enim Virgilius: *Per caput hoc juro, per qvod pater*
*lebat.* Cic. *Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſtâ gla*-
*iſtâ totius corporis firmitate, tantum vini exhauſeras,* &c.
ius de Aſtyanacte jam pridem occiſo: *Sic oculos, ſic il*-
*nus, ſic ora gerebat.* Nec prætereunda venit peculiaris
m proprietas horum Pronominum. Qvemadmodum
*ille* & *ipſe* aliqvando dignitatem & eminentiam ſignifi-
um qvadam emphaſi: ut, *Alexander ille Macedo. Plato*
*: ipſe dixit.* Sic *iſte* interdum contemptum & indi-
nem ſignificat: ut, *Qvod iſte profert, facilè ſolvitur: iſte*

*Et* *furci*-

Digitized by Google

*furcifer: iſte neqvam.* Confer Vall. lib. 2. c. 4. Qvando verò *Hic* & *ille* conjunguntur in contextu, ita diſtingvi ſolent. Reſpicit *Hic* propius, ſed reſpicit *ille* remotum: ut, *herus & ſervus defatigati: hic vapulando, ille verberando.* Id tamen non ſemper obſervatur: ut, Liv. lib. 30: *Melior eſt certa pax, qvàm ſperata victoria. Hæc* (pax) *in tua: illa* (victoria) *in Deorum manu.*

*II.* *Relativa* dictionem aut orationem antecedentem in memoriam reducunt: ut, *ille, ipſe, qui, is,* & ex eo compoſitum, *idem.*

Nota 1. *Ego & tu* ſolùm ſunt Demonſtrativa: *qvi* tantùm Relativum: Sed *ille, ipſe, iſte, hic, is,* nunc ſunt Demonſtrativa, nunc Relativa. 2. Ipſe cum ego, tu, ille etiam Demonſtrativum fit: Egoipſe, tuipſe, illeipſe. Sic illeego, iſipſus. Ovidius: *Ille ego qvi qvondam qvi ſum ſubmotus ad Iſtrum.* 3. *Idem* Maſc. componitur ex *IS* & *dem,* & contractè *idem,* ſicut in Neutro *Idem,* pro *iddem.* Et componitur *dem* ſimiliter cum *tantum* & *tanti:* ut *tantundem* & *tantidem.*

*III.* *Reciproca* ſunt qvæ ad eandem tertiam † perſonam qvæ proximè præceſsit, redeunt: ut, *ſui* & *ſuus.*

† Hinc eſt, qvod *Reciproca* nunqvam Verbi Primæ aut ſecundæ perſonæ jungantur, & nunqvam ordiri poſſint ſententiam. Qvis enim ita loqventem ferret? *Suus pater mihi dixit,* pro, *ipſius pater? Tu feciſti ſecum,* pro, *cum ipſo.* Qvare *tertiæ perſonæ* meritò ſunt, qvòd *tranſitum à Tertia perſona,* in ipſam rurſus reflectant. Nam intereſt inter hæc: *Pater jubet ut ad ſe venias,* &, *Pater jubet ut ad eum vel ipſum venias.* qvia cùm Relativo *eum* vel *ipſum* utor; ſignifico alium qvendam, non patrem. qvando verò Reciproco *ſe* utor; ſignifico patrem ipſum, hoc eſt, perſonam eam tantùm, qvæ proximè Verbum Tertiæ perſonæ anteceſſit. Scaliger *Reciproca* comprehendit ſub *Relativis:* ſed Alvarus pag. 125 diſtingvit: *Sui & ſuus,* inqvit, *non ſunt propriè Relativa; nam qva*

*ſva verè Relativa ſunt*, *ſemper* egent Verbo diverſo à præcedenti, & niſi ſenſus aliqvis præcedat, locum non habent. Reciproca verò ſæpenumero unô verbô ſunt contenta, nullô præcedente ſenſu: ut, *Pompejus ſe defendit. Cæſar hortatur ſuos milites.*

IV. *Interrogativa* dicuntur, qvibus interrogamus: ut, *qvis*, *qvi*, *cujus*, *cujas.*

Nota 1. *Qvi* interdum pro *Qvis* ponitur. Cicero pro Domo ſua: *Qvi tantus fuit labor? qvæ ſimultas:* Idem pro Planc: *Neqve enim, qvi illi nummi fuerint, nec qvæ tribus, nec qvi diviſor oſtenderis.* Terent. Phor: *Nam qvi erit rumor populi, inqvit, ſi id feceris?* Idem And: *Neſcio qvi ſenex modò venit.* Cui apud priſcos etiam fuit Genitivus, unde *cui qviſqvis*, in Genit. habet, *cuicui.* Cicero pro Sexto Roſc: *Vereor enim cuicuimodo eſt Roſci, ne ita hunc videar ſervare, ut tibi omnino non pepercerim.* Idem ad Attic. lib. 3: *Tu, velim ad me omnia qvidem diligentiſſime, cuicuimodo ſint, ſcribas.* Et in extremo lib. 5 Tuſc: *Eqvidem me etiam conſcripturum arbitror, ubi enim melius uti poſſumus hoc, cuicuimodi eſt, otio?* pro cujus cujuſmodi eſt. Vide Priſc. 13. & ſuprà p. 199. 2. *Qvis* interdum amittit vim interrogandi, & fit infinitum: ut, *Neſcio qvis teneros oculus mihi faſcinat agnos*, id eſt, qvinam. 3. *Qvid* & *Qvod* Interrogativa differunt. *Qvid* uſurpatur Subſtantivè adhibitô Genitivô: *Qvod* Adjectivè. Sic dicimus: *qvid tibi*, non *Qvod tibi: qvid mali feci*, non, *qvod mali.* Rurſus: *qvod malum dicimus*, non, *qvid malum.* Itaq *qvid feci*, non *qvod feci.* Pari modô *aliqvid* & *aliqvod* differunt. 4. Ad *Cujas* reſpondetur per nomina patriæ vel Gentilia, aut ſectæ: ut, *cujas es? Romanus, Italus, Stoicus.*

V. *Poſſeſſiva* qvæ poſſeſſionem ſignificant: ut, *meus*, *tuus*, *ſuus*, *noſter*, *veſter.*

Conſiderandum eſt, qvod *Suus* interdum idem ſit, qvod *ſui juris. Non ſit is alterius, qvi ſuus eſſe poteſt.* Nonnunqvam idem notat, qvod *Proprius, addictus. Suus Cæſaris: Suis coloribus depingere.* Item *Suus* uſurpatur pro eo qvo dicimus



Digitized by Google

*Non alienis utens*. Sic: *Suus in diſputando* [Cic. 4. Fin.] i: eſt, non utens inventis alienis argumentorum, Budæus. In terdum *Suus Relativè* pro Ejus ponitur. Plaut. prol. Mænæch: *ita forma ſimili, uti mater ſua non internôſſe poſſet*. E Rud. 2. 3: *Nam extemplo, ſi verbis ſuis peterem, daturos dix*: Scal. de c. L.L. cap. 129. carpit eos, qvi hunc loqvendi modum ut inuſitatum carpunt. *Meus* & *Tuus*, ſimiliter uſurpa: poſſunt pro *mei juris, tui juris*.

*VI. Gentilia*, qvæ non ſolùm gentem ve patriam, ſed etiam partes, ſectamve adſignificant: ut, *noſtrâs, veſtrâs*.

*Noſtrâs, veſtrâs*, qvæ nunc Syncopen patiuntur, priſcis temporibus plena fuerunt, *Noſtratis*, *Veſtratis*: ſicut & ipſa Gentilia *Arpinâs*, *Capenâs*, *Privernâs*, plenè dicta ſunt *Arpinatis*, *Capenatis*, *Privernatis*. Eruditius vero ſeculum maluit imminutis qvàm plenis uti. Plena fuiſſe demonſtrat Priſcianus lib. 12 pag. 454: ubi ab ipſo citatur Caſſius Hemina in 3. *Anal*: *Hos libros ſi qvis noſtratis ſapiens*. M. Cato in legis Meviæ ſvaſione: *Rex Saleucus arma noſtratia facit*. Plaut: Sticho: *Ergo oratores populi ſummates viri ſummi accumbent, ego infimatis*: pro *infimâs*. Cato in 1 Orig. ab eodem lib. 7. in hæc verba citatur: *Si qvis mortuus eſt Arpinatis, ejus hæredes ſacra non ſeqvuntur*. Idem in eodem: *Sed lucus Capenatis*. Et licèt Grammatici tradant Neutrum in E deſinere, nullò tamen, qvod ſciamus idoneô teſtimoniô id confirmant. Contractum verò Neutrum ſuâ non deſtituitur autoritate. ita enim ſcribit Columella lib. 5, cap. 5: *Ulmorum duo genera eſſe convenit, Gallicum & vernaculum: illud aliena, hoc noſtrâs dicitur*. Sic & in aliis generibus & caſibus contractæ formæ eſſe, è Latinorum monimentis manifeſtum eſt. Cicero ad Attic. lib. 16: *Veni ad pontem Tiretium, in qvo flexus eſt ad iter Arpinâs*. Liv. 5 ab Urbe: *Cornelius Faliſcum bellum, Valerio ac Servilio Capenâs forte evenit*. & 8: eodem anno *Privernâs bellum initum eſt*. Ablativus caſus ſæpe in E deſinit. Cicero pro Cluent: C. & L. *Fabritii fra-*



Digitized by Google

*gemini ex municipio Alatrinate.* Idem pro Vareno a-
Priſc. lib. 7. C: *Ancharius Rufus fuit à municipio Ful-
te.* Liv. lib. 5 ab Urbe: *In Capenate agro.* Valer. Max.
: *Ex illo Mario tam humili Arpinate.*

## DE GENERE.

*Genera* Pronominum ſunt *qvatuor:*
*ſculinum, Fœmininum, Neutrum & Omne.*
*Maſculinum* eſt, qvod vel marem demon-
t: ut, *ego*, cum vir loqvitur; vel Maſculi-
jungi ſolet: ut, *meus.*
*œmininum,* qvod fœminam demonſtrat:
*go*, cum fœmina loqvitur: vel cum fœ-
nis jungi ſolet: ut, *mea.*
*Neutrum* eſt, qvod neutrum aliqvod de-
nſtrat, & nominibus neutris jungi ſo-
ut, *illud.*
*Omne:* ut, *noſtras, veſtras.*

Nota 1. *Ego* & *Tu* Pronomina ſunt *Subſtantiva*, & gene-
ommunis; adjunguntur autem neutris, qvemadmodum
, *autor*, & alia id genus, de qvibus in Generibus Nomi-
. Horat. 4 Carm: *Teſtis Metaurum flumen.* 2. Pro *Ille*
um eſt antiqvis terminatione Maſculinâ *ollus, ollius, olli.*
ro *Ipſe* fuit *ipſus*: Ex qvo adhuc Neutrum eſt *ipſum*, non
*.* Virg. 6 Æneid: *Igneus eſt ollis vigor, & cæleſtis origo
inibus* —. 3. Ex Priſciano obſerva, qvòd veteres affir-
erint, qvòd *Qvis* communis eſſet Generis, ſicut apud
cos ὅστις. Terent. Eun: *Hunc oculis noſtrarum qviſqvam
vidit*, Phædria, *noſtrarum qviſqvam* dixit, pro, *qvæqvam.*
tus in Aulul: *Dic mihi, ſi audes, qvis ea eſt, qvam vis duce-
orem?* & obliqvos ejus caſûs tam ſecundum Tertiam,



Digitized by Google

qvàm Secundam declinationem terminabant: unde nunc qvoqve Accuſativus Maſculini in EM ſecundùm Tertiæ proportionem profertur; qvamvis Fœmininum in AM: ut *qvenqvam*. Ablativus non ſolùm in O, ſed etiam in I, *à qvo, vel à qvi, & à qvâ, vel à qvi*. Virg. 11 Æneid: *Tum ſic expirans Accam ex æqvalibus unam. Alloqvitur (fida ante alias qvæ ſola Camilla, Qvi cum partiri curas) atqve hæc ita fatur.* pro *qvâ cum*. Inprimis verò *qva* in compoſitis Fœmininorum Pluralium & Neutrorum Pluralium reperitur: ut, *ſiqvis, ſiqva, ſiqvod, vel ſiqvid*: ſic *aliqvis, neqvis, nunqvis*: in *aliis* eſt *qvæ*: ut, *qvidam, qvædam, qvoddam vel qviddam*, &c. *qviſnam, qvænam*, & apud Virgilium lib. 3 Æneid. *ecqvænam, qvodnam vel qvidnam*: pluraliter, *qvinam, qvænam* &c. Aliàs pro *qvo cum*, Comici aliiqve *qvi cum* uſurpant. Terent. Eun: *Qvi cum? cum Parmenone.* Nominativum qvoqve pluralem non ſolùm in I & Æ, ſed etiam in ES: *qvi, qva* vel *qves*, Accuſativum etiam, *qvos, qvas* vel *qves*: ut, Pacuvius in Medo: *Qves ſunt iſti?* Cato, *qvecunqve Romæ regnaviſſent.* Accius in Neoptolemo, ſed *qveſdam.* Nam Dativum & Ablativum, nunc qvoqve tam per IS, qvàm per BUS proferimus, *qvis* vel *qvibus*. Confer Schol. Gram: Rami lib. 10, p. 147.

## DE NUMERO.

*Numeri* Pronominum ſunt *duo: Singularis*: ut, *ego*: *Pluralis*: ut, *nos*.

## DE PERSONA.

*Perſonæ* Pronominum ſunt *tres*.

Prima: *ego*.

Secunda: *tu*.

Tertia: *ille*.

Cætera omnia *ferè* † ſunt *Tertiæ* perſonæ, præter *ipſe* & *idem* * qvæ ſunt *trium*

per-

ſonarum. Nam dicimus: *idem ego, idem* *dem ille*: *Ego ipſe, tuipſe, illeipſe.*

† 1. *Ferè* additur: nam nonnunqvam à probatis autò- nonnulla alia Pronomina præter ego, tu, idem & ipſe is Primæ & Secundæ perſonæ tribuuntur. Ovidius: *go qvi qvondam qvi ſum ſubmotus ad Iſtrum.* Virg: *Exo- aliqvis noſtris ex oſſibus ultor.* Terent: *Aperite actu- aliqvis oſtium.* In qvibus exemplis *aliqvis Secunda* eſt næ, veluti in primo *Prima*. Cicero: *ò nox illa qva te- attuliſti.* Tibullus: *Tu mihi libertas illa paterna va-* In his etiam Secunda perſona eſt maniteſtiſſima.* 2. De *idem* qvin tribus perſonis accommodari poſſint noli tare. *Prima*, ut in illo Virgilii lib. 2 Æneid: *Qvæq; ipſe rima vidi.* *Secunda.* Ovid. in epiſt. Penelop: *Nil mihi ibus, attamen ipſe veni.* *Tertia.* Terent. And. 3. 2: *Ipſus lit haud ego.* Hoc Græci *epitagmaticon* vocant, ut tradit ianus lib. 17 ex Apoll. Donatus ſubjectivum appellat, reliqvis omnibus Pronominibus ſubjici poſſit, ſupérq; inibus, tum propriis, tum appellativis, ut jam patebit. *ronominibus* qvidem; ut Virgilius Eclog. 2: *Ipſe ego cana tenerà lanugine mala.* Cicero in Tuſcul. lib. 1: *Tibi ipſi erit maxima corona cauſa dicenda.* Idem lib. 2: *Sed profitentur ipſi illi, qvi eos ſcribunt, ſe neqve diſtinctè, ne- diſtributivè, neqve eleganter, neqve ornatè ſcribere, lectio- ſine ulla delectatione negligo.* Terent. And. 2. 2: *Atqve c ipſum nihil pericli eſt.* *Nominibus* verò; ut Virgilius g. 1: *Ipſi te fontes ipſa hæc arbuſta vocabant.* Cicero in lib. 1: *At idipſum odioſum eſt, ſine ſenſu eſſe.* Idem lib. 2: *Ex tuo ipſius animo conjecturam feceris.* Idem Tuſc. li. 1: *verò perſpicuum ſit, nihil poſſe in eo eſſe, qvi ipſe non ſit, poteſt eſſe in eo odioſum, qvi nec careat nec ſentiat? Pro-* autem & *appellativis*, ut idem lib. 2. Tuſc: *Sed videamus ulem ipſum, qvi tum dolore frangebatur, cum immorta- em ipſam morte qværebat.* Omnibus perſonis jungi po- & compoſitum, *Idem*: *Prima*, ut Cicero pro Archia:



Digitized by Google

*Atqve idem contendo cum ad naturam eximiam &c.* *Secundæ*, ut Terentius And. 3.2: *Tu tamen idem has nuptias perge facere, ita ut facis.* *Tertiæ*, ut Virgil. Eclog. 3: *Atqve idem jungat vulpes, & mulgeat hircos.* 3. *Perſona* Pronominum à Perſonis Verborum ita differunt. Nomina & Verba *ſignificant* certas *res*: *conſignificant* autem *perſonas*. At Pronomina *ſignificant Perſonas*, & qvidem qvaslibet qvæ nominari, eſſe, aut agere pative poſſunt; ſed *unam* tantùm certámqve *conſignificant*: ut, ego, de qvalibet perſona, de ſeipſa loqvente, poteſt poni. Nam ego de me poſſum dicere: *Ego ſum homo.* Hoc idem tu potes de te dicere. Hoc idem de ſe poteſt dicere Cicero, aut ille, aut iſte, aut alius qvicunqve. Qvatenus verò Pronomen eſt *Ego*: & *unam* tantùm, certámq; perſonam *conſignificat*, non ſignificat niſi *primam*. Significat igitur *tu* perſonam: & *conſignificat ſecundam*. Deinde *modus ipſe* perſonarum in Pronominibus, differt à modo in Nominibus. Nam perſona in Nominibus variantur propter caſus, ſicut etiam in verbis propter conjugationem. Itaqve in qvinqve caſibus omnes perſonæ continentur. Poteſt enim Nominativus Cicero eſſe omnium perſonarum: ut, *Cicero vigilo, Cicero vigilas, Cicero vigilat*. In Vocativo autem ſolummodo *ſecunda*. At in Pronominibus non variantur perſonæ propter caſûs, ſed una perſona continetur in omnibus caſibus; ut *prima* perſona in omnibus caſibus, à Nominativo, *ego*, venientibus: & *ſecunda* in omnibus à *tu* productis: & *tertia* in omnibus, qvæ à *ſui* deſcendunt.

## DE FIGURA.

***Figuræ*** **Pronominum ſunt** ***duæ***; **Simplex: ut,** ***ego***; **Compoſita: ut,** ***egomet***.

1. De *ordine* dubitet aliqvis, doctrinam de *Figura* & *Specie*, poſtremò debuiſſe locô tradi, uti factum in Nomine, & poſtea fiet in verbo. Sed diſpar hìc ratio eſt, qvia certus eſt Pronominum numerus, qvi initio erat attendendus; is autem optimè proponitur factô initiô à ſpecie, cui Significatio,

Ge-

Genus, Numerus, Perſona, Figura, reliqvæqve affectiones ſuperſtruuntur. 2. Pronomina componuntur *ſeptem* modis. 1. Ex *ſeipſis*, hoc eſt, duobus Pronominibus: ut, *iſthic, illic, qviſqvis, egoipſe, tuipſe, ſuiipſius, isipſe, meme, tutu, tete, ſeſe.* De qvibus nota: Primò, *Qviſqvis* nonnullis potiùs ſecum componi dicitur, quàm ut dici poſſit ex duobus Pronominibus conflatum, cùm utrobiqve ſit idem Pronomen. Niſi dicere velim, ex duobus eſſe Pronominibus, at non diverſis. Sic Adverbium identidem eſt ex item & item: q d. ſubinde, freqventer, ubi T in D tranſiit. Secundò: In nonnullis horum, qvæ ex duobus Pronominibus conſtant, potiùs aliqvi volunt ſubeſſe *Appoſitionem* qvàm *Compoſitionem*. Tertiò: Veluti ſuprà dictum, qvòd *Ipſus* pro *ipſe* legatur, inprimis in Comediis apud veteres qvi Pronomina longè aliter protulerunt, qvàm nos hodie efferimus: ita *Ips, qvips* pro *is, qvis,* in lege 12 Tabul. NEI JOUDICIUM FAXIT AUT QUIPS ENDO EO IM JOURE VINDICIT. & *Ipſiptus* & *Ipſipte* vel *ipſipti* pro *Iſipſus*, & *illiipſi.* Plaut. Ciſtellaria: *Ipſipſus eſt. Abo tu qvam vos igitur fidem.* Feſtus: *Ipſipti ipſi, neqve alii.* Gloſſarium: *Ipſipti*, αὐτοί. Sed hæc & conſimilia Archaiſmũ ſpirant, & obſervationi potiùs adultiorum, qvàm juniorum imitationi relinqvenda. Confer Popmam lib. 1, cap. 10. 2. Componuntur ex *Nomine & Pronomine*: ut, *aliqvis, unusqviſqve, cujuſmodi, ejuſmodi, hujuſmodi.* Vide ſupra p. 194, 198, 199, 200. Eadem pene eſt ratio compoſitionis in Ablativo *reapſe*, qvod pro *re ipſa* legitur apud Ciceronem in Lælio; niſi qvod unius caſûs formam habeat. De *Aliqvis* nota: qvòd à *qvidam* ita differre nonnulli tradant. *Qvidam*, rem nobis aliqvomodo certam incertò ſignificat. Sed *Aliqvis*, ut & Synonyma, *qviſqvam, qviſpiam, ullus*, rem nobis incertam ſignificat. *Qvidam vicini mei mecum ſunt*, q.d. qvos ego novi, licet nõ neminem noverim. *Da aliqvid ſaltem*, q.d. qvicqvid ſit. *Exoriare aliqvis noſtris ex oſſibus ultor.* q. d. qvicunqve ſis. Sed hoc diſcrimen non eſt perpetuum. 3. Ex Pronomine & Verbo: ut, *qvivis*, ex qvi & vis, *qvilibet* ex qvi & libet, qvaſi dicas, qvem vel qvod velis, ſive qvemcunqve

vel qvodcunqve libeat deſignate. Referunt huc aliqvi *Qviſputas?* Verùm hîc potiùs duæ dictiones ſeorſim ſunt accipiendæ, qvàm una compoſita, qvum τὸ putas, verbi ὡς ἐν παρενθέσει poſiti ſignificationem retineat integram, in qvocunqve caſu: qvod *vis* & *libet*, in *qvivis*, *qvilibet*, non faciunt, ſed vim ſuam amittunt. 4. Ex *Pronomine* & *Adverbio*: ut, *Eccum*, *eccam*, *eccos*, *eccas*: *ellum*, *ellam*, *ellos*, *ellas*, pro, *ecce eum*, *ecce illum* &c. Sic, *nunqvis*, *neqvis*. Priſcianus lib. 12 de Figura. pag. 461. ita reſolvit: *Qvid eſt*, inqvit, *aliud eccum*, *niſi ecce eum? ellum*, *niſi ecce illum? eccam*, niſi *ecce eam?* Neutrum deficit, nec præter Accuſativos hoſce alii caſûs inveniuntur. Confer Voſſium, pag 87. Valla autem li. 2, cap. 15 Pronomina fracta illa per Adverbia interpretari mavult: *Pace Priſciani*, inqvit Valla *Sergiiq; & aliorum per Pronomen & Adverbium non rectè reſolvuntur. nam inter ecce eum, & ecce illum, qvid intereſt? potiùs dicendum erat: eccum, ecce hunc: eccos, ecce hos, de qvibus agimus. Talis erat convenientior interpretatio, ſed qvæ nec vera foret. Reſolvuntur enim hæc per Adverbia non per Pronomina: eccum, ecce hic, ſubintellige virum, de qvo agebamus: eccam ecce hic, ſubintellige fœminam de qva mentio erat. Ellum, ellam, ecce illic, virum, fœminámve ſubintellige, de qvo, de qváve agebatur. Nam ut de homine, qvi ante conſpectum noſtrum adeſt, rectè dicas, ecce ille, vel ecce ego, ſive ecce illum, vel ecce me: ita malè loqvaris, ellum hominem, vel ellum me: & rurſum de longè poſito, eccum. Terent: Eccum Parmenonem, & eccum me. Nempe non ecce eum Parmenonem, qvaſi aliqvis alius ſit præter hunc Parmenonem: Et ecce eum me, qvem me, & qvem eum qvaris. Plaut. in Menæch: Atqve eccam. Et in Mercat: Ecce illum videto. Eccum ergo Parmenonem, id eſt, ecce hic Parmenonem & eccum me, id eſt, ecce hic me. Et ellum Parmenonem dicentes, non ſic loqvimur qvaſi de parum noto, ut ſolemus, qvum dicimus, ecce ille Parmeno, qvaſi ille tibi incognitus, ſed auditus. Ellum igitur Parmenonem ſignificat, ecce illic Parmeno, ſive Parmenonem.* Sed nimis ſcrupuloſa videtur hæc Vallæ reſolutio, & Priſciani tanqvam ſimpliciter & compoſi-

poſi-

Digitized by Google

... ad ſtructuram magis referens ma- ... è Latinorum mo- ... poſitionem poſtulare poſt ſe non ... ſed etiam Accuſativum, qvidni in ... ſtructuram ſeqveretur; veluti enim ... legem, dico; ita mecum in com- ... ſubit, cur Valla tanqvam ſibi ab ... dubitet an extat aliqvod in Latinis ... qvò tutò probare liceat *ecce* exigere ... cùm ipſe Valla ſolidum ſatis teſtimo- ... in Eclog. 5: — *en qvatuor aras, Ecce ... altaria Phœbo*. Qvod verò addit: *de* ... : qvæſo dubitare deſinat; inpri- ... ita loqvatur: *Ecce miſerum ho-* ... act. 2. ſub init. ſc. 3: — *ecce au-* ... *de amore loqvitur*. Plaut. Menæch. ... *ſum egreſſus: te conveni, ecce rem*. ... qvòd Plauti exemplar Taubmania- ... Ablativo de cujus vocis ratione, lectio- ... controvertunt Critici. 2. Ut Vallæ ulcus ... qvandò Valla exponit *ellum, ecce illic* ... priſcæ Latinitatis decus Plautum habet ... *eccillum* non uno in loco retinuit & ex- ... act. 4. ſc. 3. fin. liqvet: *Abi*, inqvit Plautus, ... Vel ex hoc loco Plautino liqvet, qvàm ... Valla; ſi *eccillum* perperam exponere ... cùm domi qvi ſit, *hic* eſſe non poſſit, ... in omnibus exemplis, qvæ exponit, urget. ... Trin. 2. 4. Rud. 4. 4. Sic *Eccilla* Stich. ... Milit. 3. 1. *Eccilla*, Curcul. 5. 2. Qvæ omnia ... favent. Nos itaqve potiùs accedimus ... Sergii, Donati, aliorúmqve exponentium ... ambagioſa ellipſi, per *Pronominum* ... & *Adverbium ecce*. 5. Ex *Pronomine* ... per Anaſtrophen: ut, *mecum, tecum, ſe-* ... *nobiſcum, vobiſcum*. Qvæ inter Ad-

verbia

Digitized by Google

verbia aliqvi referre ſolent. 6. Ex *Pronomine* & *Conjunctione:* ut, *qviſqve, qviſve, qviſnam, ecqvis, ecqviſnam, qviſqvam, ſiqvis.* 7. Ex *Pronomine* & *ſyllabicis adjectionibus,* qvales ſunt præcipuè *decem:* ut, TE, MET, CE, CINE, PTE, PSE, DAM, DEM, CUNQUE, PIAM. Hæ nihil aliud ſunt, qvàm extenſiones qvædam finales, extra Compoſitionem nihil prorſus ſignificantes. Cum his autem componuntur Pronomina, majoris emphaſeos gratiâ. *a.* TE componitur, cum *tu* & *te*: ut, *tute, tete.* Virgilius Eclog. 3: *Verum id qvod multo tute ipſe fatebere majus.* Nonnunqvàm eſt *tutemet.* Lucret. lib. 1: *Tutemet à nobis jam qvovis tempore vatum Terriloqvis victus dictis deſciſcere qværes.* Plaut. Epid. 1. 1: *Illic hinc abiit, ſolus nunc es: qvo in loco hæc res ſit, vides, Epidice: niſi qvid tibi in tete auxilii eſt, abſumptus es.* Te eſt à Græcis: qvibus itidem ſyllabicæ adjectiones ſunt τὲ, & κέ. Ac *te* etiam habes in *iſte*, ab *is.* *β* MET componitur cum *Ego, tu, ſui*, per omnes caſûs: ut, *egomet, meimet, mihimet, memet, noſmet,* &c. *tutemet,* (non enim *tumet* dicitur) *tuimet, tibimet, temet, ſuimet, ſibimet, voſmet,* &c. Interdum & componitur MET cum *ſuus.* Livius lib. 9: *A ſuiſmet ipſis præſidiis.* Diximus componi MET cum *ego, tu, ſui,* per omnes caſus: ſed excipiunt aliqvi Genitivum pluralem ab *ego:* qvi eſſet *noſtrimet,* vel *noſtrummet.* *γ* CE componitur cum *Pronomine hic,* & Genitivus *ejus* & *cujus:* ut, *hicce, hæcce, hocce, hujuſce, hiſce, hoſce,* &c. *ejuſce:* unde *ejuſcemodi, cujuſce* à qvo *cujuſcemodi* : qvando non interrogativè ſed relativè accipiuntur. Idem accidit in compoſitis: ut, *iſthicce, illicce.* Antiqva ſunt *horunce, harunce,* & per Apocopen *horunc, harunc.* *δ* CINE componitur cum *Pronominibus* in C deſinentibus: ut, *hiccine, hæccine, hoccine, hunccine, illiccine,* &c. *Illiccine* eſt ab antiqvo *illic* pro *ille,* ut apud Terent: *Ubi illic eſt?* Item: *Mirúmne de illoc homine, qvoqvo pacto opus eſt.* *ε* PTE componitur cum *Ablativis meô, tuô, ſuô, noſtrô, veſtrô,* in omni genere: ut, *meôpte, tuôpte, ſuopte, noſtropte, veſtropte, meapte, tuapte, ſuapte, noſtrapte, veſtrapte.* Popma lib. 1. c. 10 Antiqv. locut. obſervat *mepte* extare in

Plauto

... qvidem verè: itaut in optimis edi- ... legitur ... certiſſimum. ſi- ... qvam te unqvam emiſſam manu. ... reapſe & eapſe, ſicut reapſe: qvaſi ... legitur in Plauto Truc. 1. 2. Au- ... 1. 2. Eapſe verò Ciſt. 1. 2. & 1. 3. ... Curc. 1. 3. ... DAM cum ... & genera: ut, qvidam. Notaz ... ſemper præcedit: ut, qvidam, qvibus ... ſeqvitur: ut, aliqvis, ecqvis. ... qve locum tenet: ut, qviſqvam. ...: ut, idem, & geminatum idem ... Sicut tantundem, totidem. Nam ... pro Iſdem: idem neutrum pro id- ... ſimiliter cum tantum, & totis ... Uti & in pridem cum antiqvo pri ... priſcus, priſtinus, privignus, &c. ... legas in MSSis. Virgilius 2 Æneid. ... & ſedibus hæret in iſdem, qvam ... fuiſſe teſtatur Chariſius lib. 1. Is bo- ... facit, niſi qvia Cæſar lib. 2 ſingu- ... iidem dicendum exiſtimat; ſed ... 4. CUNQVE cum qvis ... numeros & genera componitur: ut, qvi- ... PIAM cum qvis: ut, qviſpiam: ... poſterior pars ſciri negat Feſtus in

## DE CASU.

... Pronominum ſunt ſex, uti & ...

... caret Vocativo, qvò caſu & cæ- ... uſurpantur, præter tu, meus,* noſter,

Digitized by Google

*noſter* & *noſtras*. *Sui* verò non tantùm Vocativo, ſed etiam Nominativo utriuſqve numeri caret.

1. Veterum qvidam certa cum conditione admiſerunt Vocativum Pronominis *Ego*. Palæmo inqvit: *cum forte contingat ut dicamus: ô ego, ô nos, non tam Pronominis ratione qvàm Interjectionis, id eſt dolendi gratiâ contingit, qvàm vocandi*. Diomedes ait: *Ego Vocativum habere non poteſt, niſi exclamatio ſit; ut apud Horatium, ô qviſqvis volet inopiam. Nec pluralis Vocativum habet, niſi exclamatio ſit, ut cum dicimus: ô nos felices*. Qvibus Ramus occurrens libr. 10. Schol. Gramm. pag. 146 ita infit: *At* inqvam, *ô magiſtri* (*exclamare enim libet*) *exclamando nonne vos hic appello & vocandi caſu utor? Itaqve ſive exclamando, ſive dolendo Vocativum habeat Ego, nonne ſatis eſſet ut Vocativum haberet? cum ipſa exclamatio, vocatio per ſe ſit? At ô ego commentum eſt Palæmonis, non obſervatum ex autore idoneo exemplum: & ô nos fœlices, Accuſativi caſus eſſe poteſt*. 2. Controverſia etiam de *Tu*, veteribus fuit. Tripho enim Vocativum tantùm eſſe cenſuit, & ei tantùm Apoſtrophen dedit: Apollonius contrà diſſeruit etiam Nominativi caſus eſſe, ut Priſcianus autor eſt lib. 17. ubi & docet Vocativos *tue* & *ſue*, figuratè uſurpari poſſe, nec id ratione carere, qvamvis in uſu non ſint. Vid. Ram. ibid. 3. † Etenim Pronomina qvæ verbis ſecundæ perſonæ præponi, aut cùm particulis vocandi jungi poſſunt, Vocativum non reſpuunt. Terent: *Aperite aliqvis actutum oſtium*. Virgil: *Exoriare aliqvis noſtris ex oſſibus ultor*. Ovid: *Ipſe meas æther ſuſcipe ſumme preces*. Tibull: *Tu mihi liberta illa paterna vale*. Cicero: *ô nox illa, qvæ tenebras attuliſti*. 4. * Vocativus ô *Mi* non tantùm Maſculino, ſed etiam Fœminino tradunt inveniri. Tibull: 1, 7: *Vive diu mi dulcis anus*. Et ita ſæpe Apulejus. Etiam in plurali Maſculino. Petron. in Satyrico: *ô mi hoſpites*.

# DE DECLINATIONE.

*Declinatio* Pronominum ſimplicium eſt *triplex:*

I. Qvædam planè ſeqvuntur Declinaonem Nominum: ut, *meus*, *tuus*, *ſuus*, *noſter*, *veſter*, & *cujus*, *cuja*, *cujum* Secundæ & rimæ: *noſtras*, *veſtras*, & *cujas* Tertiæ.

II. Qvædam nulla ex parte ſeqvuntur eclinationem Nominum: ut hæc tria, *o*, *tu*, *ſui*.

III. Qvædam habent Declinationem ixtam: ut, *ille*, *ipſe*, *iſte*, *hic*, *is*, *qvis*, *qvi*.

Immane dictu eſt, qvantùm abierit veterum ratio deuandi Pronomina à moderna eâqve qvam optima ætas ſecuta eſt: adeo ut ſi uſpiam alibi, certè in Pronominum Denatione locum videatur habere illud Horatii in arte Poëtica: —*mortalia facta peribunt. Necdum ſermonum ſtat hos, & gratia vivax Multa renaſcentur qvæ nunc cecidere, cantq; Qvæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus, Qvem nes arbitrium eſt, & jus & norma loqvendi.* Ab *Ego* enim *Tu* Genitivos formârunt *Mis* & *Tis*, ut apud Plautum in caulo: *Jupiter da diem hunc ſoſpitem qvaſo, rebus mis agundu.* Ennius: *Ingeris cura mis cum concordibus aqvipara-*. Terent. Heaut: 4. 3: *At enim iſthoc nihil magis, Syre, mis ptiis adverſum.* Sic Plaut. Pſeud: *Mei te rogandi, & tis rendendi mihi.* Item in Milite, 4. 2: *Qvia tis egeat, qvia tis reat.* *Mi* pro *mihi* non ſolùm Poëtis uſitatiſſimum eſt, ſed am Varro de re Ruſt. lib. 2. eo utitur: *Qvam mi eſſet di-*. Item: *Veni mi advocatus.* *Mehe* pro *me* apud antiqvos gœdiarum ſcriptores in veteribus libris inveniri teſtatur ſcianus. *Mepte*, *ipſus* pro *ipſe*, *Ips* pro *is*, *qvips* pro *qvia*

*ipſiptum*,

Digitized by Google

*ipſiptus*, *ipſipte* vel *ipſipti* pro *iuſipſius*, & *illiipſi*, *ollis* pro *illis*, &c. vide ſuprà. *Em* & *im* pro *eum* notant Feſtus & Macrobius, legúmqve fragmenta retinent. Ennius: *Omnes corde patrem præbent animóq; parentum Circumfuſi im.* Terent. Phorm: *Im ſaxo tali immiſſum ut hic nunc eſt infortunia.* Cato in M. Cœlium: *Si em percuſſi.* Ulpianus lib. 79 ad edictum: *Nullâ ratione id em conſeqvi poſſe.* *Hiſce* Nominativus pluralis pro *Hi*. Terent. Eunucho — *hiſce hoc munere arbitrantur.* Plautus Milite: *Non poſſunt mihi nunciis talis hiſce oculi fodiri.* Ibidem: *Non hercle hiſce homines.* Licinius Macer pro Tuſcis: *Qvos oportuit amiſſa conſtituere, hiſce etiam reliqvias everterunt.* *Hic*, *hæc*, *iſtæc*, pro *hi*, *hæ*, *iſtæ*. Plaut. Menæch: *Me hic homines inſanire prædicant.* Idem Rudente: *Sed hæc pauperes ſunt inopéſq; puellæ.* Perſa: *Qvid iſtæc narrant.* Terent. Adria: *Hæc nuptiæ non apparabantur mihi.* Eunucho: *Continuò hæc adornant.* Hecyra: — *nihil jam mi iſtæc res voluptatis ferunt.* *Ea*, *illa*, *iſta* Genitivi & Dativi fœminini, ut nominum *alia*, *alteræ*, *neutræ*, *unæ*, *ullæ*. Terent. Eunucho: *Hoc ipſa in itinere altera Dum narrat.* Cato de re ruſt: *Simillimum genus terræ ea.* ibidem: *illæ rei habeto*; & alibi: *Qvi tantiſper nullæ rei ſies dum nil agrias.* Plautus Milite: — *rei nullæ aliæ eſt improbus.* *Sis*, *Sos* & *Sas* pro *ſuis*, *ſuos* & *ſuas*. Ennius apud Feſtum, & ab illo mutuatus Lucretius lib. 3: *Lumina ſis oculis etiam bonus Ancus reliqvit.* Ennius lib. [illegible] *Conſtitit inde loci propter ſos dea dearum.* & lib. 3: *Circum ſ[illegible]ſunt magna gentes opulentæ.* lib. 7: *Dum cenſent terrere nimis, hortantur ve ſos.* lib. 11: *Contendunt Graios & Græcos memorare ſolent ſos.* Ennius lib. 1: *Virgines nam ſibi qviſqve domi Romanus habet ſas.* Et libro 7. dicit *ſam* pro *eam*: *net qviſqvam Philoſophia inſomnis vidit prius, qvam ſam diſcere cœpit.* Idem ait *ſapſam* pro *ipſa*: *Qvo res ſapſa loco ſeſe oſtentátq; jubétq;.* Et Pacuvius in Teucro: *Nam Teucrum regi ſapſa res reſtibilis.* Antiqvi pro *cui* dixere *qvoi*. Plautus in Curculione 4. 2: *Qvoi homini Di ſunt propitii lucrum ei profectò objiciunt.* Sic *qvoipiam* pro *cuipiam*. Et hæc de antiqvâ declinandi ratione: qvam non tam imitari, qvàm obſervare decet.

De

## De Declinatione Pronominum compoſitorum, nota:

1. Compoſita *aliqvis, ecqvis, neqvis, num-rvis, ſiqvis* pro Æ habent A in Nominativo ſœminino ſingulari, & in Neutris pluralious: ut, *aliqva, neqva*, &c. Dicitur tamen & *cqvæ, ſiqvæ* pro *ecqva, ſiqva*.

2. In Compoſitis integra tantùm declinantur & moventur: adjectæ verò particuæ indeclinabiles manent; ut, *qvidam, cuuſdam*, &c. Formulas Declinationum reularium vide in Paradigmat. Pronominū.

De compoſitis Pronominibus *ecqvis, neqvis, numqvis, ſiqvis* hæc nota. Neutrum plurale *ſiqva* Plinius uſurpat, epiſt. lib. 3: *Nec vitia, ſiqva ſunt, celant.* Ovid: *Siqva voles aptè ubere, nube pari.* Maſculinum ſingularem profert Svetoius in Claudio: *Siqvem alium, & ſe liberum eſſe*, &c. *Siqvid* rebrum eſt. Cicero ad Attic. lib. 16: *Itaqve non mihi videor raſſe, qvod ad Balbum ſcripſi apertius: ut ſiqvid tale acciiſſet, ut non concurrerent nomina, ſubveniret: méq; tibi etiam andaſſe, ut ſiqvid ejuſmodi accidiſſet, cum eo communicares,* blativus ſing. eſt Ciceronis, ad Attic. lib. 1. 7: *Et nebulom illum, ſiqvo pacto potes, ex iſtis locis amove.* Livius lib. 10. elli Maced: *Imperatum, ut claſſem primo qvoqve tempore uceret in Ligurum oram, ſiqvo uſui eſſe L. Æmylio, atq; ejus cercitui poſſet.* *Ecqvis* ita uſurpatur. Plautus in Capt: *Perntabor ecqvis adoleſcentum noverit.* Cælius Ciceroni, lib. 9: *cqvem autem*, &c. Cicero 4 Verr: *Ecqvam exiſtimatis unam.* Livius de Bell. Pun: *Ecqvos legatos ad Annibalem Roani miſerint de pace.* Cicero Verr: *Ut videant & inveſtiant ecqva virgo ſit, an mulier*, &c. Mirum itaqve eſt, qvòd



Digitized by Google

Orlandus Peſcettius in Reprehenſionibus Immanuelis Alva-ri affirmet *Ecqva* neqve apud Ciceronem, neqve apud qvem-qvam reperiri, cum hic locus ſatis ſit manifeſtus, qvem legunt Robertus Stephanus, & Sebaſtianus Gryphius: Sic Ci-cero in Locul: *Ecqva poterit in agnoſcendo eſſe diſtinctio?* ita legunt MSS. Mureti, qvæ contra Peſcettium citat Marianus Benedictus. Terent. Heaut. 13. 3: *Qvid tu, ecqvid de te qvod dudum tecum egi.* Sic: *ecqviſnam, ecqvænam, ecqvid-nam, ecqvodnam* in Latinorum monumentis leguntur. *Ne-qvid* legitur apud Terent. Heaut. 2. 3: *Hoc primum, ut neqvid hujus rerum ignores.* *Neqva*] Virg: *Hic tibi neqva moræ fu-rint diſpendia tanti.* Cicero 1. Verr: *Tamen neqva deductio fieret, magna ex parte tua poteſtas erat.* *Nunqvis & nunqvid* item *nunqvidnam* crebra ſunt. *Nunqva*] Horat: *Conce-nunqva tibi vitiorum inſederit ordo.* Reliqvis verò Generi-bus & Caſibus utere, cùm idonea autoritatis copia tibi facta fuerit. Qvod nonnunqvam *ecqvæ* pro *ecqva* dicatur, teſtis eſt Cicero ad Attic. lib. 7: *Qvod qværis ecqvæ ſpes pacificatio-nis ſit,* &c. Ita legit Aldus & Alvarus, licèt Lambini Editio legat *ecqva* pro *ecqvæ*, referente Jacobô à Foſſa, & Mariano Benedicto à S. vita contra Orlandum Peſcettium. Confer qvæ de Compoſitis indeclinabilibus dicta ſunt, pag. 19, & 194, 198, 199.

## DE ANOMALIS PRONOMINUM.

*Anomala* Pronominum *illic, iſtic, hiccine, cujus, qviſqvis* ita declinantur.

### ILLIC

Singularis.

| | M. | F. | N. |
|---|---|---|---|
| Nom. | *illic,* | *illac,* | *illuc.* |
| Gen. & Dat. caret. | | Acc. — | *illuc.* |
| Ablat. | *illoc,* | *illac,* | *illoc.* |

In

In hac Anomalorum caligine & archaiſmo opus eſt Latinorum teſtimoniorum luce. *Illic*] Plaut. Amphit. 1. 1: *Illic homo ſuperſtitioſus eſt. Geſtiunt pugni mihi.* Et poſt ex. *Illic homo à me ſibi malam rem arceſſit jumento ſuo.* Sic Aſin. 2. 1. & 2. 2. & 3. 3. Aulul. 2. 2. & 4. 2. Capt. 1. 2. & paſſim apud eundem. *Illæc*] Plaut. Amphit. 3. 2: *Faciundum eſt mihi illud, fieri qvod illæc poſtulat.* Capt. 4. 2: *Dentilegos omnes mortales faciam, qvemqve offendero. Qvæ illæc eminatio eſt? nam neqveo mirari ſatis.* Sic Caſin. 4. 3. Ciſt. 2. 2. & 4. 1. Epid. 4. 1. alibiqve apud eundem. *Illuc*] Idem Aſin. 2. 1: *Sed qvid illuc, qvod exanimatus currit huc Leonida?* Sic *illuc ætatis* veluti Græci τοῦτο τῆς ἡλικίας. Idem Milite 3. 1: *At qvidem illuc ætatis qvi ſit, non invenies alterum lepidiorem ad omnes res,* &c. Accuſativus *illuc*] Plaut. Pœn. 3. 5: *Mementote illuc, advocati.* *Illôc*] Terent. *Mirum ni illôc homine, qvoqvo pacto opus eſt.* *Illâc*] Plaut. Amphit. 2. 2: *Tun' mecum fueris? qvid illâc impudente audacius?*

## ISTHIC.

### Singularis.

| | M. | F. | N. |
|---|---|---|---|
| Nom. | *Iſtic,* | *Iſtæc,* | *Iſtuc* |
| Gen. & Dat. caret. | | | |
| Acc. | *iſtunc,* | *iſtanc,* | *iſtuc* |
| Abl. | *iſtôc,* | *iſtâc,* | *iſtôc.* |

Initiò, ne ignores qvòd autores nunc cum aſpiratione ſcribant *iſthic*, nunc ſine aſpiratione, *iſtic*: qvibus accedit Priſcianus lib. 12 de Figura, dùm ait: *Qvidam hæc magis per Metaplaſmum finis, qvàm per compoſitionem proferri confirmant, unde nec aſpirationem ſervant, qvemodo nec illic, illæc.* Deinde dubios caſus ſic confirmamus. *Iſtic*] Plaut. Capt. 3. 4: *Ne tu, qvod iſtic fabuletur, aures immittas tuas.* *Iſtæc*] Plaut. Mercat. *Item iſtæc hercle res eſt, qvin tibi ecce illam*

*dabo.* *Iſtuc* ] Terent. Heaut. 3.3: *Qvid iſtuc qvæſo? qvi iſtic mos eſt Clitipho, itane fieri oportet.* Dativus antiqvus *Iſta* pro *iſti* eſt in Trucul. 4.3: *Capita rerum mihi expedite. Iſta dedi.* *Iſtunc* ] Terent. Eunuch: — *illumne obſecro Inhoneſtum hominem, qvem mercatus eſt here, ſenem, mulierem? Iſtunc ipſum.* *Iſtanc* ] Terent: *Suſpicionem iſtanc ex illis qvære.* *Iſtuc* ] Plaut. Pœnul: *Nec tibi nos obnoxii ſumus iſtuc qvid tu amas aut oderis.* *Iſtôc*] Plaut. Trucul: *ô Aſtaphium, haud iſtôc modô ſolita es me antè appellare, Sed blandè.* *Iſtâc*] Idem Rud: *Nullum iſtâc facie, ut prædicas, veniſſe huc ſcimus.* Cato dixit *Iſtace*, cap. 132: *Macte iſtâce dape pollucenda eſto.* Ablativus Neut. eſt in Terent. Heaut: *At enim ſpem iſtôc pacto rurſum nuptiarum omnem eripit.*

# HICCINE.

## Singularis.

| | M. | F. | N. |
|---|---|---|---|
| Nom. | *Hiccine,* | *hæccine,* | *hoccine.* |
| Genit. & Dat. caret. | | | |
| Acc. | *Hunccine,* | *hanccine,* | *hoccine.* |

## Pluralis.

Gen. *Horunc* & *harunce.*

*Hiccine*] Cicero 3 Tuſc: *Hiccine eſt Telamon ille, modò qvem gloria ad cælum extulit?* *Hæccine*] Propert. lib. 1. eleg. 16: *Hæccine parva meum funus arena teget?* *Hoccine*] Plaut. Curcul: *Hoccine fieri ut immodeſtis hic te moderere moribus?* qvô Accuſativus confirmatur. Nominativus eſt in Propertio lib. 1. eleg. 17: *Hoccine credibile eſt aut memorabile, Tanta vecordia innata cuipiam ut fiet, Ut malis gaudeant, atqve ex incommodis Alterius ſua comparent ut commoda?* *Hunccine hanccine* ] Cic. Verr: *Hunccine hominem, hanccine impudentiam judices? hanccine audaciam?* Ablativis *hæccine, hoccine* utere, ibi idonea acceſſerit autoritas. *Horunc*] Plaut.

Digitized by Google

Plaut. Pœn. 3. 18 *Horunc hic nunc cauſa hæc agitur ſpectatorum Fabula.* Ciſtel. 1. 1: *Sine opera tua nihil Di horunc facere poſſunt.* Harunce. Idem Moſtell. 2. 1: —*clavem mihi harunce ædium Laconicam Jam jube efferri intus* —.

# CUJUS.

## Singularis.

| | M. | F. | N. |
|---|---|---|---|
| Nom. | — | *cuja,* | *cujum.* |
| Gen. | & Dativo caret. | | |
| Acc. | *Cujum,* | *cujam,* | *cujum.* |
| Abl. | — | *cujâ,* | —. |

## Pluralis. *Cujæ.*

Nominativus ſingularis Maſculinus freqvens qvidem in ore eſt Grammaticis, ſed ſi ad autoritatem ventum fuerit, eam non tam facilè habituri ſunt. *Cuja* Latinis inprimis verò Comicis uſitatiſſimum eſt. Plaut. Curcul. 1. 2: *Amabo, cuja vox ſonat procul?* Cic. 5. Verr: *Apronius certiorem facit iſtum, cuja res erat, qvid rei eſſet.* Et *qvoja* in Plauto Epid. 2. 2. —*qvoja'ſt fidicina.* Et cum particula aſſcititia *nam* Bacchid. 4. 2: *Cujanam vox prope me ſonat?* Cujum] Virg. Ecl. 3: *Dic mihi Damæta, cujum pecus, an Melibœi?* Cic. 3. Verr: *Ut optimâ conditione ſit, is, cuja rei ſit, cujum periculum.* *Cujum*] Terent. Andr: *Cedo, cujum puerum hîc appoſuiſti?* *Cujam*] Plaut. Ciſtel. act. 3: *Seqvere me, mea ſilenium. Ut eorum, cujam eſſe oportet te, ſis potiùs qvàm mea.* Sic Pſeud. 4. 4: *Cujam eſſe te vis maximè, ad eum duco te.* Et ſecundum aliam lectionem Curcul. 2. 1: *qvojam vocem audio?* Accuſativum Neut. *Cujum* ex analogia Nominativi Neut. venamur. *Cujâ*] Plaut. Bacchid. 4. 9: *Is Helenam abduxit, cujâ cauſâ nunc facio obſidium Ilio.* Singularis planè ſtructura, qvam Priſcianus lib. 12 citat ex Cicerone pro Muræn: *Ea cædes ſi potiſſimum crimini datur, detur ei, cui interfuit, non ei, cuja*



Digitized by Google

*nihil interfuit.* Idem ex Plauti Pœnul. adfert *cujatis: Unde ſit, cujatis, captàne an ſurrupta ſit.* Et hæc ſub finem *Prolog. Pœn.* Eadem forma legitur *Pœn.* 5,2. Menæch. 2, 2. nec non Curcul. Sed de hac forma in IS pro AS, ſuprà. *Cujæ*] Idem Rud. 3. 4: *Argentum ego pro iſtiſce ambabus, cujæ erant, domino dedi.*

# QVISQVIS.

## Singularis.

Nom. *Qviſqvis — qvicqvid*
Acc. *Qvemqvem — qvicqvid.*
Abl. *Qvoqvo — qvoqvo.*

## Pluralis.

Nom. *Qviqvi — —*
Dat. *Qvibusqvibus.*

Laurentius Valla lib. 3, cap. 16 ait, qvòd Sergius in Donatum plures caſûs addiderit, qvàm hic additos vides. *Utrâqve*, inqvit ibi Sergius, *parte declinatur hoc Pronomen qviſqvis, cujuscujus, cuicui, qvemqvem, qviſqvis, à qvoqvo: qviqvi qvorumqvorum, qvibusqvibus, qvoſqvos, qviqvi, à qvibusqvibus.* Sed *cujuscujus* Genit. & *cuicui* Dat. item *qvorumqvorum* & deniqve *qvoſqvos* extare apud probatos autores non probat. Nos verò iſtos qvos ſignavimus caſûs, ita ſtatuminamus.

*Qviſqvis*] Cicero de Clar. Orat: *Plus enim attulit, qviſqvis eſt ille, ſi modò eſt aliqvis, qvi* &c. *Qvicqvid*] Qvintil. lib. 1 cap. de Orthographia: *Frigidiora his alia: ut qvicqvid qvartam haberet, ne interrogare bis videremur. Et qvotidie, non cotidie: ut ſit, qvot diebus. Verùm hæc jam inter ipſas ineptias evanuerunt.* Compoſitus antiqvus Genitivus *cuicuimodi* citatur à Priſciano lib. 13, pag. 471, pro *cujuſcujuſmodi*, qvod non omittendum. Cicero pro Sext. Roſcio: *Vereor enim cuicuimodi eſt Roſci, ne ita ut hunc videar ſervare, ut tibi omnino non pepercerim:* Et nos eundẽ Genitivum obſoletum

addu-

Digitized by Google

ximus ſupra ex Tuſcul. Quæſt. pag. 199. *Qvemqvem*]
nt. Hecyra: *Qvin ſpolies, mutiles, laceres, qvemqvem na-*
*s.* Plaut. Menæch. 5. 1: *Qvia idem faciebat Hecuba,*
*tu nunc facis, Omnia mala ingerebat, qvemqvem aſpexe-*
*Qvicqvid* ] Horat: *Qvicqvid delirant reges plectuntur*
*vi.* *Qvoqvô* ] Plaut. Menæch. 5. 2: *Qvid feci ego tibi,*
*deo iſti, qva mihi moleſta eſt qvoqvô modô.* Cic. ad Qv.
*: Tu qvoqvô modô, qvoniam Epheſi eſt, hominem inveſti-*
*lim.* Idem pro Rabirio: *Qvoqvô conſiliô fecit, fecit cer-*
*Qviqvi*] Idem ad Attic. lib. 16: *Qviqvi Caſſilini &*
*ia ſunt, perduxit ad ſuam ſententiam.* *Qvibusqvibus*]
s lib. 5, Dec. 1: *Nam & ne ſtirpem domi relinqverent, li-*
*ſuos qvibusqvibus in eam conditionem ut manumitteren-*
*mancipio dabant.* Addunt aliqvi qvod *tute* tantùm in
inativo ſing. extet, & *tete* tantùm in Accuſ. ſing. Item
Accuſativo & Ablativo utriuſqve numeri tantùm in-
i. Deniqve nota qvòd nulla Comparativa aut Super-
dentur Pronomina, præter Superlativum *ipſiſſimus* ab
ormatum, Græcâ imitatione. Dicunt enim Græci
τατος ab αὐτός. Confer pag. 181. Et hactenus de *Pro-*
ne, ejuſqve tum analogis, tum anomalis: qvorum ano-
rum ſi alii alios plures ex autoribus inveſtigare poſſint
noſtris addant.

# DE VERBO.

*Erbum* eſt pars orationis, qvæ agere, pati
vel eſſe ſignificat: ut, *amo, amor: curro:*
*or, naſcor: ſum: decet.*

Partes orationis facilè principes & præcipuæ cenſen-
ô meritò *Nomen* & *Verbum*. Ex his enim omnis ora-
rfecta conſtat. In *Verbis* enim velut motus & vis qvæ-
neſt, ut loqvitur Fabius lib. 1. c. 6: in *Nominibus* verò



Digitized by Google

materia. qvia alterum eſt, qvod loqvimur: alterum eſt de qvo loqvimur. Qvæ cauſa nonnullos permovit, ut *Nomen* & *Verbum* ſolas Orationis partes conſtituerent, & *Categoremata* vocarent tanqvam plenam enunciantia orationem; cæteras verò omnes *Syncategoremata*, hoc eſt, conſignificantia appellarent. Qvam διχοτομίαν ex Dialecticorum ſchola hauſerunt, qvò de eleganter diſſerit Priſcianus lib. 2 de Orat. pag. 44, 45: *Partes igitur*, inqvit Priſcianus, *orationis ſecundum Dialecticos duæ: Nomen & Verbum, qvia hæ ſolæ etiam per ſe conjuncta plenam faciunt orationem, aliàs autem partes ſyncategoremata, hoc eſt, conſignificantia, appellabant. Secundum Stoicos verò, qvinqve ſunt ejus partes: Nomen, Appellatio, Verbum, Pronomen ſive Articulus, Conjunctio. Nam Participium, connumerantes verbis Participiale Verbum vocabant, vel Caſuale: nec non etiam Adverbia Nominibus vel Verbis connumerabant, & qvaſi Adjectiva Verborum ea nominabant: Articulis autem Pronomina connumerantes, finitos ea Articulos appellabant: ipſos autem articulos, qvibus nos caremus, infinitos Articulos dicebant: vel ut alii dicunt, Articulos connumerabant Pronominibus, & Articularia eos Pronomina vocabant, in qvo illos adhuc ſeqvimur Latini, qvamvis integros in noſtra non invenimus Articulos, lingva. Nam cum dicimus idem, id eſt, ὁ αὐτὸς, non ſolum articulum Præpoſitivum, ſed etiam Pronomen in eadem dictione ſignificamus, Similiter qvi, id eſt ὅστις articulus Subjunctivus intelligitur unà cum Pronomine, ſecundum qvoſdam infinito, ſive magis cum Nomine, ut Apollonius oſtendit firmiſſimâ ratione. Præpoſitionem qvoqve Stoici Conjunctioni copulantes, Præpoſitivam Conjunctionem vocabant.* Sed hæc & alia de partibus Orationis, item qvæ ſeqvuntur de proprietatibus partium, de qvibus eleganter diſſerit *Priſcianus*, ſpectant ad pag. 17, ubi agitur de numero partium Orationis. Deinde de *uſu* & *varia ſignificatione* hujus vocis notandum 1. qvod *Verbum* nonnunqvam adhibeatur ad ſignificandum non tam unum verbum qvàm *integram orationem*. Qvintil. lib. 6, ca. 3:

*Qvum*

Digitized by Google

verba illa gravißima ex intimo artificio deprompſiſſet, Virg. 3 Georg: Non ſum animi dubius verbis ea vincere, ...m Qvàm ſit, & anguſtis hunc addere rebus honorem. ...rbum aliqvando deſignat proverbium. Terent. And. 2. 5: ...n illud verbum eſt vulgò qvod dici ſolet: Omnes ſibi me... ...alle eſſe, qvàm alteri. Idem Adelp. 5, 3: vetus verbum ...idem eſt: Communia eſſe amicorum inter ſe omnia. ... Mercat: Nunc ego verum illud verbum eſſe experior ve... ...liqvid mali eſſe propter vicinum malum. 3. nonnun... ...dictiones ipſas verbum ſignificat. Cic. pro A. Cæcin: ...reperta ſunt, non qvæ impedirent, ſed indicarent volun... ... 4. deniqve verbum accipitur pro tertia orationis ... Qvintil. lib. 9, c. 4: Verbo ſenſum claudere, ſi compo... ...tiatur, optimum eſt. Confer Lancilotum pag. 81, c. 1.

## De Verbo octo ſunt conſideranda.

*...enus, Perſona, Numerus, Tempus, Modus, ...ugatio, Species, Figura.*

## *DE GENERE.*†

### *Genus* Verborum eſt *qvadruplex.*

*...ctivum, Paſsivum, Neutrum & Deponens.*

† Notandum eſt 1. qvòd aliud ſit *Verborum Genus*, ...*Verborum Significatio*; veluti accidens aliud eſt qvàm ...ntia, & vice verſâ. nam ſignificare actionem vel paſſio... ...roprium verbi eſt: *Genus* verò per vocum diſcrimina ...atur. *Genus* Græcis dicitur διάθεσις, ut *Priſcianus* ...; Latinis fortè rectiùs diceretur *Forma*, & minùs certè ...uè. Sed qvia jam obtinuit *Generis* vox, ſanè cum vul... ...vamur. In *Genere* autem attenditur terminatio: qvæ ...el OR, &c. 2. Qvamvis omnia *Verba*, teſte Scaligero, ...ificatione, qvæ gemina tantùm eſt, *Activa* & *Paſſiva*, ...ui poſſent in *Activa* & *Paſſiva*; qvia tamen Gramma... non tantùm ſignificationem, ſed etiam terminatio-



Digitized by Google

nem reſpicere, ut rectè monet Friſchlinus, diſtributio ita erit inſtituenda, ut *Neutrum* qvoqve & *Deponens* ſuam diſtinctam claſſem obtineant. id verò optimè hôc modô fit, ſi ex *Forma*, id eſt terminatione diſtributio arceſſatur, & ſignificatio *Activa* atqve *Paſſiva* per omnia vagari dicatur. Atqve hinc eſt, qvòd Deſpauterius diſcernit inter *Verbum Activum*, & *Verbum Activi Generis. Verbum Activi generis* appellat, qvod in O deſinens facit ex ſe Paſſivum in OR. *Verbum Activum* qvod agere vel qvaſi agere ſignificat, ſive in O, ſive in OR terminetur. hoc ſcilicet vult, *Verbum Activum*, dici ex ſignificatione tantùm; *Verbum Activi generis* verò ex ſignificatione & terminatione ſimul, aut ſaltem ex terminatione potiſſimùm. Hinc ita concludunt Gieſſenſes: *non malè noſtro judicio duo diſtincta accidentia conſtituerentur in Verbo; Significatio & Forma. Ex ſignificatione Verbum eſſet vel Activi vel Paſſivi generis. Ex Forma eſſet vel Activum, vel Paſſivum, vel Neutrum, vel Deponens.* Videatur porrò Ramus, qvi de diviſione Generum Verbalium operoſè recenſet veterum Grammaticorum Priſciani, Phocæ, Palæmonis ſententias, in Schol. Gram. pag. 214, 215.

Verbum *Activum*, eſt qvod in O deſinit, & acceptô R, fit *Paſſivum*: ut, *amo*.

Verbum *Paſſivum*, eſt qvod in OR deſinit, & abjectô R, fit rurſus *Activum*: ut, *amor*.

Varro lib. 3. de Anal. *Activum Verbum* appellat *ſpeciem ſignificandi*: ut, *uro*, *ungo*. *Paſſivum ſpeciem patiendi*: ut, *uror*, *ungor*. Gellius lib. 18, cap. 12. *Activum vocat Verbum agens*; Paſſivum verò *habens patiendi figuram*: *Id qvoqve habitum eſt*, inqvit Gellius, *in oratione facienda elegantia genus, ut pro Verbis habentibus patiendi figuram agentia ponerent, ac deinde hæc vice inter ſe mutuâ verterent.* Et pòſt: *Verba autem patiendi pro agentibus in omnibus fermè veterum ſcriptis reperiuntur, &c.*

Neu-

*Neutrum* eſt qvod in O deſinit, nec for- ex ſe Paſsivum in OR: ut, *ſto, ſervio.*

Neutris ſubjiciuntur 1. Neutropaſsiva. 2. Neu- apaſsiva. 3. Verba Subſtantiva.

*Neutro-paſſiva*, qvæ cùm in O deſinant, Præ- um tamen formant more Paſsivorum: ut, *au- auſus ſum* [*a*]; *Fido, fiſus ſum* [*b*]: *Gaudeo, gavi- um: Soleo, ſolitus ſum* [*c*].

Veterum de hiſce hæc fuit ſententia. *Donatus*. 2. Edit. t: *Neutra ſunt, qvæ O literà terminantur, & acceptâ R , Latina non ſunt: ut, Sto, Curro. Sunt etiam Neutra literà terminantur: ut, Odi, Novi, Cœpi, Memini. Item U-M ſyllabam deſinunt: ut, Sum, Proſum. Sunt etiam T literam exeunt, & Impersonalia dicuntur: ut, Pudet, t, Pænitet, Libet, Oportet: ſed hæc, & ſimilia defectiva xiſtimanda. Sunt præterea Neutro-paſſiva: ut, Gaudeo, s ſum: Soleo, ſolitus ſum: Audeo, auſus ſum: Fio, factus Fido, fiſus ſum.* Hactenus Donatus. Diomedes Neutra, ra finita doctè & acutè in tria genera diſtribuit, *qvorum gentis ſignificationem habent, ſive* (ut Phocas nobilis, & vus Grammaticus inqvit) *qvæ actum ſignificant, & acti- abent ſignificationem: ut, facio, ambulo, curro: alia, qvæ tis habent ſignificationem: ut, vaneo, vapulo: alia poſtre- ut, in qvibus nec agentis, nec patientis ſignificatio digno- , hoc eſt, qvæ nec actionem, nec paſſionem ſignificant: ut, jaceo, ſto. neſcis enim agat ne qvis, an patiatur. Hæc ul- qvidam Supina dixerunt*, inqvit Diomedes, *alii Abſolu-* Hinc apertiſſimè intelligitur, veteres verba omnia, teram R aſſumere non poſſunt, qvantumvis cum Accu- conjungerentur (ut, Facio, calefacio, odi, novi) in Neu- meraſſe. Neutra autem *Supina* ex nonnullorum ve- opinione vocat, Diomedes, qvòd videlicet veluti

ocio-

Digitized by Google

ocioſa, reſupináqve ſtertant, utriuſqve actionis expertia. Linacer Neutra ita diſtingvit, ut *alia vocet cum Diomede, Abſoluta, vel Abſolutiva, qvòd per ſe ſenſum abſolvant, veterésq́, Supina vocarunt.* Græci verò αὐτοτελῆ (alii αὐτοενεργητικὰ, ſive, ut Theodorus, ὁλοενεργητικὰ) appellant. *Talia,* inqvit, *ſunt duplicia: alia qvibus actio ipſo verbo completa ſignificatur: ut, curro, ambulo. Qva ratione, qvæcunqve verba ad qvæſtiones factas per ago, vel facio redduntur, cujuſcunqve aliàs ſint generis, hujuſmodi verborum naturæ ſunt. Qvod ſic videlicet ſolà Verbi actione ſatisfactum qvæſtioni videtur: ut, qvid agis vel facis? Amo, ſcribo, loqvor, diſco. Alia, qvibus paſſio in ipſo Verbo completa ſignificatur, qvæ ἰδιοπαθῆ (alii αὐτοπαθητικὰ) Græci vocant: ut, palleo, rubeo. Talia ſunt & pleraqve eorum, qvæ veterès Incboativa vocarunt. Laurentius Valla lib. 1. cap. 24. Continuativa: ut, palleſco, nigreſco.* a *Vetuſtiſſimi,* inqvit Priſcianus lib. 9 de 2. Conjugat. pag. 371, *& auſi, pro auſus ſum, & gaviſi pro gaviſus ſum protulerunt.* Cato Cenſorius in Oratione pro L. Antonio: *Beneficii poſtridie juſſiſti adeſſe in diem ex die non auſi recuſare.* Liv. in Odyſſ: *Qvoniam audivi paucis gaviſi. L. Caſſius Hemina in 2. Annalium: Idq́ admiratum eſſe gaviſi.* b Valla lib. 5: adducit compoſitum Præteritum regulare *confidi.* Livius lib. 4. Decad. 5: *Nec tum mœnia modò, ſed agros etiam confiderunt ſe à populationibus tueri poſſe.* c Præterito analogo *ſolui,* uſus eſt Salluſtius lib. 2. hiſtor: *Neqve ſubſidiis uti ſoluerat compoſitis.* Referunt huc nonnulli ea qvæ utròqve modô Præteritum faciunt: *juro, juravi, juratus ſum: Prandeo, prandi, pranſus ſum: cœno, cœnavi, cœnatus ſum.* Sed de iis ſuîs infrà locîs agetur.

*II. Neutralia paſſiva* qvæ in O deſinentia prorſus ſignificationem & caſum Paſſivōrum habent: ut, *fio, veneo, vapulo.*

Linacer lib. 1. de Verbo Neutralia paſſiva ratione ſignificatio-

vocant *αὐτοπαθητικὰ*
, *liceo*, *nubo*. Et ut ab ul-
tivum eſt, qvàm vel Neu-
l reliqva verò duo, *exulo*
timus, qvòd nondum ea
erimus. Vide Saturnium
a de conſtructione Verbi.
m *Facio* cum compoſitis,
*io*, *factus ſum*: ut, *Calefa-*
*refactus ſum*, &c. Reliqva
nt, eſſe analoga, & Paſſiva
n E mutare; ut, *Efficio*, *ef-*
*infectus ſum*: *Reficio*, *refi-*

## , qvæ eſſentiam rei
## à actione & paſſio-

ua. ſeveriore cenſurâ ex-
antivi, conqveſtus *peſſimè*
*ctum*, *qvum tam accidens*,
*albus Caſar*, *qvi heri albe-*
*carbo canis*, *qvi his diebus*
etineri poſſe terminum
t vulgarem nemo nega-
ocis ſibi cognitum habue-
*ntivum*, qvòd *Subſtanti-*
deo, inqvit Saturnius li. I.
*antivum* eſt appellatum,
*ſubſtet*, *atqve ſubſtantia*
*accidentia nullò modò eſſe*
*oc eſt*, *rei per ſe exiſtenti*
*ategorematica*, *nos ſigni-*
*eſſe qveunt*, *niſi qvatenus*
*m illam copulandi ſuppoſi-*
*tum*

Digitized by Google

*tum cum appoſito, includant. Nam eô excluſô, nil prorſus remanet, niſi ſola nominis ſignificatio. Itaqve nullum eſt eorum, qvod per ſum, & Participium, vel Nomen non reſolvatur: ut, amo, amans ſum: doceo, docens ſum. Idq́ per totam Verbi conjugationem. Etenim carentia Participiis, neceſſariò reſolvuntur per Nomen: ut, memini, memor ſum, utile eſt, neceſſe eſt. Ergo nullum eſt Verbum Significativum, in qvo Verbum Subſtantivum non includatur: atqve eâ parte tantùm ſit verbum, qvâ parte & cum tempore adſignificat, & vim habet copulandi ſuppoſitum cum appoſito*, &c. Qvibûs præmiſsis, concludit *Sum* eſſe ſui juris, nec certo Verborum generi aut familiæ adſcriptum. *In calce*, inqvit Saturnius, *illud obſervandum, cùm Verbum Subſtantivum ſit fons & caput omnium aliorum Verborum, nullo in genère determinato eſſe conſtituendum. Qvando, autore Senecâ, nuſqvam eſt, qvod ubiqve eſt. Verùm Pontificiâ qvâdam, ut ita dixerim, eminentiâ ac dignitate precellens, liberum, ac ſui juris eſſe cenſendum eſt.* Nos verò, inferiùs ad Anomala, conjugationem variantia id referemus. Confer ea qvæ idem Saturnius attulit de Verbo Subſtantivo, lib. 1, Mercur. Maj. cap. 7. *Subſtantiva* Græcis dicuntur ὑπαρκτικά, qvòd nec actionem, nec paſſionem ſignificent, ſed de ὑπάρξει id eſt, de ſubſiſtentia, eſſentia, & ſubſtantia rei dicantur. Ubi Subſtantia latiùs intelligitur pro qvacunqve eſſentia ſeu οὐσίᾳ rei, non qvæ accidenti opponitur, ſed qvæ accidens includit. & vel hinc liqvet, qvàm iniqva dica nomenclationi Verbi Subſtantivi ſcripta ſit à Scaligero, qvi ad ſolas ſubſtantias reſtringit.

## *Deponens* eſt qvod in OR deſinit, nec format Activum, abjectô R: ut, *loqvor*.

*Deponentia* modò Activam tantùm admittunt ſignificationem: ut: *precor*; modò Paſſivam: ut, *naſcor*; modò Neutralem: ut, *mentior*; modò promiſcuam: ut, *fruſtror*, qvæ Verba promiſcuè ſignificantia *Communia* vulgò nominantur & qvidem Gellii ætate ſic nominata ſunt. Apud

veteres

autem admodum rara mi-
*ia* vocantur , qvòd paſſi-
. Nonnulla tamen tem-
inorum monumentis vi-
n admittentia. De qvi-
ipſe Priſcianus egit, lib. 8,
mnia, qvæ potuit, colle-
ibris, & qvidem ordine.
*e auxiliatus ſi eſt. Adu-*
*amicis & adhortati.* Cic.
*ri. Adminiculor.* Var-
*i.* Gellius lib. 2: *Id au-*
*omericis verſibus admini-*
*Auguror.* Lucius. *Caſar:*
*iſcor.* Fab. Max: *Amit-*
rinum: *Non ætate, verùm*
*hominor.* Verrius: *Sævi-*
*ius.* Plin. lib. 10, cap. 22:
*tus, publicis præcipuè au-*
Petron: *Animam noſtro*
*amplexetur qvi velit, ego*
. Aurelius: *Ab his Gal-*
*etos. Abutor.* Horten-
Varr: *Utile utamur po-*
*irer.* Canut: *Turpe eſt*
*admirari, & propter tur-*
*gredior.* Cic. ad Nepot:
*grederer donis. Aſpernor.*
*appetitur, qvi eſt pauper,*
co: *Cujus Virgilius poſt-*
*aſpernari, ſe proconſulè*
*Edis Martis eſt in circo*
*loro Salaminio. Aſ-*
*mes cupiunt. Arbi-*
*m qvi veri arbitrantur.*
*utranqve partem à pruden-*

*tibus*

*tibus arbitrata eſt.* *Blandior.* Verrius: *Blanditiisq; labor molli curabitur arte.* *Conſolor.* Aſinius Pollio: *Sed cum ob ea quæ ſperaveram, dolebam, conſolabar ob ea quæ timui.* *Confiteor.* Cic. 5. Verr: *Rem confeſſam, manifeſtam redimere pecunia.* Qvintil. lib. 5, cap. 4: *Eſt & aſſumptio interim confeſſa, ut omnes autem volunt beatam vitam vivere.* In XII tabulis ſcriptum eſt: *Æris confeſſi, rebusq; judicatis XXX dies juſti ſunto.* *Conſpicor.* Varro: *Paupertas enim hæc tum non ita nutricata, ut nunc conſpicatur.* *Comminiſcor.* Ap. Cœcus: *Amicum cum vides, obliviſcere miſerias, inimicus ſi es commentus.* *Conſeqvor.* Orbilius: *Quæ vix ab hominibus conſeqvi poſſunt.* Varro: *Veſtales inceſti compertas anſa petuntur incognita, conſeqvuta negliguntur.* *Conſector.* Laverius: *Uxorem tuam & meam novercam à populo lapidibus conſectari video.* *Conteſtor.* P. Aufidius: *Si qvis aliò vocitatur nomine, tum cum his conteſtatur atqve olim vocitabatur.* *Calumnior.* Staverius de propoſitione: *Non eſſe propoſitiones regulæ, à qvibus interdum analogia calumniatur.* *Carnificor.* Siſenna: *Vitam cum dolore & inſigni cruciatu carnificatus amiſit.* *Cauſor.* Ovid. de Nuce: — *Domini patienda qverela eſt.* *Cauſabor, qvare ſit lapidoſus ager,* i. e. *Culpabor, ero in cauſa.* *Dignor.* Cicero in Oeconomico: *Homo ex eo numero hominum, qvi apud nos hoc nomine dignantur.* *Deteſtor.* Horat. 1 Carm: *Belláq; matribus deteſtata.* *Demolior.* Curio Pater: *Nuſqvam demolitur, nuſqvam exoneratur pecunia.* *Dominor.* Nigidius: *Omne pecus indomitum habet qviddam in ſe ferum, ſed tamen ea natura eſt, ut curari & dominari poſſit.* Cic. lib. 1. de Offic: *O domus antiqva, qvàm diſpari domino dominaris.* Lactant. lib. 7: *Dei populus ab his dominatur.* *Depeculor.* Lucius Cælius: *Ubi ſenatus intellexit populum depeculari.* *Dilargior.* Salluſtius: *Dilargitus proſcriptorum bonis.* *Dimetior.* Cicero in Catone: *Mirari ſe non modò diligentiam, ſed etiam ſolertiam ejus, à qvo eſſent illa dimenſa atqve deſcripta: & ei Cyrum reſpondiſſe: Atqvi ego dimenſus ſum.* *Depopulor.* Livius lib. 37: *Omnis ora mari-*

*tima*

Digitized by Google

Et lib.5: *Ab his ager eſt de-*
nius: *Qvàm ſtultè conficta,*
o in Antonium lib.2: *Qvem*
*cerat.* *Exordior.* Viſel-
*o exorſa, in te ad ſummum*
us: *Experienda ratio.* Aſi-
*rmania traducto ad cuſto-*
*ta inventa expertáq; ex hoc*
n Catone: *L. Flaminius ex-*
*iqvem.* *Execror.* Cato in
*à execrati.* *Fruſtror.* Fe-
*devictus in caſtra ſe recepit.*
. A. Gellius lib.5: *Ab adu-*
*tus fuit.* *Hortor.* Varro:
, 12: *Mommium Pollionem*
*omiſſis inducunt ſententiam*
*m Octaviam deſpondere De-*
p. 11: *Aut ſi conditio largita*
: *Meditata mihi ſunt omnia*
t, 2 Carm: *Nulla decempe-*
*s excipiebat arcton.* *Ma-*
*llum regis cura machinata*
*or.* Virg. in Bucol: *Nunc*
*qve Mœrim Jam fugit ipſa*
*ratione, qvà apud populum*
*Jam ut aliis plerunqve obve-*
*a polliceantur.* Cæſar li. 2.
*ublicum Varroni à civibus*
Alvarus pag. 132. ita legen-
*t in publicum Varroni cives*
enim Priſcianus qvàm plu-
ne decipiaris. *Sector.* Var-
*ne ſectari.* *Teſtor.* Cic. 4.
*atqve teſtata eſſe poſſet.*
*à Carthaginenſibus tueba-*
monet legendum eſſe, *tem-*
*batur.*
G g

Digitized by Google

-*batur.* Seneca Epiſt. 90: *Infirmiores à validioribus tuebantur.* *Veſcor.* Plin. lib. 8: *Caprinum jecur, ſi veſcatur, reſtituit veſpertinam aciem.* Dalecampius legit: *Si caprinum jecur veſcantur.* *Veliſicor.* Juven. 4: *Veliſicatus athos.* *Veneror.* Virg. 3 Æneid: —— *curſuſq; dabit venerata ſacerdos.* *Vereor.* Afranius in conſobrinis: *Hem iſte parentum eſt vitabilis liberis, Ubi malunt metui, qvàm vereri ſe à ſuis.* *Utor.* Nonius in Ligararta Licinaria: *Qvia ſuppellex multa, qvæ non utitur, emitur tamen,* id eſt, qvæ uſui non eſt. De his, nota: 1. Qvod ſi verò in Priſcianum incideris, aliáqve heic qvàm apud eum exempla addita inveneris, memineris nos Priſcianum novis teſtimoniis locupletâſſe ex Gell. l. 15. c. 13. nec non ex Saturnii Merc. Maj. l. 1. c. 35: & deniqve ex Alvari Rudim. Gram. p. 131. qvi Grammaticorum facilè principes cenſentur. 2. Ex Gell. l. 15, c. 13, obſerva, qvòd verba hæc, (qvæ Gellius *inopinata* appellat, qvæ, ut ait, *utroqve verſum dicuntur, & à Grammaticis Communia dicuntur*) omnia ex altera parte ſint inuſitata. Caveant igitur ſibi novitatis & affectatæ dictionis ſtudioſi, ne iis abutantur. *Nemo ferè eſt,* inqvit Alvarus, p. 132. *qvi auſit vel ea uſurpare, aut præſenti aut imperfecto tempore, qvibus Cicero uſus eſt.* Sed *Participia,* inqvit, *præteriti temporis & tempora, qvæ inde naſcuntur, uſitatiora ſunt, videlicet, præteritum perfectum, plusqvam perfectum, futurum perfectum.*

## DE PERSONA.

*Perſonæ* Verborum ſunt *tres:*

*Prima:* ut, *moneo, monemus.*

*Secunda:* ut, *mones, monetis.*

*Tertia:* ut, *monet, monent.*

### Hinc

### Verbũ aliud eſt *Perſonale*, aliud *Imperſonale.*

Omnis *Perſonalitas* atqve *imperſonalitas*, ut ita loqvamur, ipſis verbis extrinſecus adnaſcitur. Qvoniam verba

*ſecun-*

, neqve *imperſonalia*; ſed
finientibus magnâ autori-
*dalis individua ſubſtantia*;
ria: ut *individua*, ut *per ſe*
no qvia inter loqventes at-
verſatur, neceſſariò ſit, ut
*audiens*, & *remota*. Qvæ
n viciſſitudine, Gramma-
qvam perſonam dictitant,
effinxerunt. Ut ſit notio
e *loqventis*, vel *audientis*,
ne ab illa triplici ſubſtantia
Qvæ omnia, ſi vera ſunt, ut
, qvam numerus, tanqvam
qvitur, qvæ in Verbo trifa-
Verbo (magno Servii erro-
ponentis) gigni, ſed à *ſup-*
ino ſubminiſtrari? Nam
aturâ ſibi ſubjiciet, cùm a-
nec virium qvicqvam per
mnis ipſis verbis altrinſe-
iòd ſi perſonalitas, aliun-
cul imperſonalitas. Qvia
erba numeros habent, &
dem, & numeris careant,
unum accipiunt contra-
m? Ergo itaqve Verba ad
exuendáſqve perinde ſeſe
icem & tenebras. Qvan-
e, neqve tenebroſum eſt,
*ſe* neqve *Perſonalia* ſunt;
, ita, ut eatenus *Perſona-*
*um* habent: *Imperſonalia*
Vide Saturn. Mercur. Maj.

*Perſonale* eſt qvod conjugatur per tres perſonas: ut, *amo*, *doceo*, &c.

*Imperſonale*, qvod tantùm conjugatur in tertia perſona ſingulari: ut, *oportet*, *ſtatur*, &c.

*Verba* qvæ modò recentiores vocant *Perſonalia*, ea vocat Varro *Verba qvæ Perſonas habent*. Qvæ verò à recentioribus vocantur *Imperſonalia*, ab eo appellantur qvæ habent *Tempora ſine perſonis*. Probus *Imperſonalia* appellavit *Verba conjugationis Infinitæ*, qvòd *tertias* tantùm perſonas habeant, qvas Apollonius *Infinitas* vocat. Phocas *Defectiva* appellat, propterea qvòd *primâ* & *ſecundâ* deficiant. Habent itaqve *Imperſonalia* perſonam *tertiam*, qvâ ſi deſtituta eſſent, qvi fieri poſſet, ut caſum ante ſe haberent? Verùm enimvero, cum ante ſe caſum recipiunt (Gieſſenſes ajunt, qvòd tunc tranſeant vel potiùs redeant ad naturam Perſonalium; ut, Forma viros neglecta decet; qvod tamen in his: *Pœnitet*, *tædet*, *miſeret*, *oportet*, *piget*, non rectè fit:) *Finita* dicenda ſunt; tunc enim & Numerus, & Perſona aperiſſimè definiuntur: ut, *Vita hæc*, *qvæ vivitur*, *potiùs mors*, *qvàm vita dicenda eſt*. Item: *Curritur campus: mare navigatur: tertia vivitur ætas: tota mihi dormitur hyems*. Cato apud Gellium lib. 10, c. 14: *Contumelia mihi factum itur*. Ter. Adelph: *Facite qvod vobis lubet*. Idem ibi: *Non te hæc pudent?* Plaut. Stich: *Et me qvidem hæc conditio nunc non pœnitet*, &c. Tacit. lib. 17: *Nec enim hic, ut cæteris gentibus, qvæ regnantur, certa dominorum domus*. Idem de Germanis: *Trans Lygios, Gothones regnantur, pauló jam addictiùs, qvàm cætera Germanorum gentes*. Plin. lib. 6. c. 20: *Ab iis gens Pandæ ſola Indorum regnata fœminis*. Sunt itaqve hæc & alia ejuſdem generis, qvando primâ & ſecundâ Perſona, qvæ propriè Perſonalem ſpeciem efficiunt, deſtituuntur, *Imperſonalia* qvidem, ſed *Finita*. Haut tamen inficias iveris, nonnunqvam *primam* & *ſecundam Perſonam* & *pluralem* legi, ſed rariùs.

Nam

Digitized by Google

*nunc pudeo.* Et in Menæchm:
*mihi nomen, niſi piges.* Ter.
1.c.2: *Qvum omnes verbis ejus*
ec non tam imitatione, qvàm
verò præcedens caſus ita de-
, tunc *Infinita* licebit appel-
ſona, aut contra communem
difficillimè definiantur. Liv.
*beratum eſt.* Ibid: *Ad Jani-*
nt. Adelp: *Ceſſatum uſqve ad-*
*e ventum eſt.* Idem ad Attic.
*poteſt.* Ad eundem lib.2. *Item*
*tri maximè debuit.* In qvibus
us, qvi hæc & ſimilia poſſunt
menta, pag.127, 128, 129.

MERO.

n ſunt *duo:*

*go.*

*mus.*

MPORE.

tia Verbi, ſecundùm
um & futurum.

rum ſunt *tria:*

*rum & Futurum:*

entis temporis actionem
at, *amo, amor; amem, a-*

nem, paſsionémve præte-
, *amatus ſum, fui: amave-*



Google

*Futurum*, qvô velle nos agere pative, vel in futuro tempore acturos, paſſurόſve eſſe ſignificamus; ut, *amabo, amabor, amaturū eſſe, fuiſſe, amaturum iri.*

*Præteritum* rurſus *triplex* eſt:

*Imperfectum, Perfectum, & Pluſqvamperfectū.*

*Imperfectum* eſt, qvod actionem paſsionémve cœptam, ſed incompletam ſignificat; ut, *amabam, amabar: amarem, amarer.*

*Perfectum*, qvod actionem vel paſsionem completam ſignificat: ut, *amavi, amatus ſum, fui: amaverim, amatus ſim, fuerim: amaviſſe, amatum eſſe, fuiſſe.*

*Pluſqvamperfectum* eſt, qvod actionem, paſsionémve, tempore jam olim præteritô, ſive ante aliam, completam ſignificat: ut, *amaveram, amatus eram, fueram: amaviſſem, amatus eſſem, fuiſſem. Commodùm diſceſſeras heri, cùm Trebatius venit.* Cicero.

*Tempora* qvidem ſunt *tria:* Verùm qvoniam ſæpe fit, ut qvæ agere deſivimus, partim inchoata, partim perfecta relinqvamus, opus fuit duobus temporibus, ut alterô inchoatam, alterô verò perfectam actionem ſignificaremus. Qvare illud *Præteritum Imperfectum*, hoc *Perfectum* meritò appellatum eſt: ut, *ſcribebam, ſcripſi.* Sunt præterea nonnulla jam qvidem abſoluta & perfecta, non ſimpliciter tamen, ſed reſpectu Præteriti perfecti, aut Imperfecti: qvæ etiam ſuo tempore indigebant, qvod *Pluſqvamperfectum* ſive *Ulterius Perfectum* vocatur: ut, *jam ſcripſeram, cum tu ſcripſiſti: qvo tempore tu ſcribebas, jam ego ſcripſeram.* Cœlius Ciceroni lib. 8: *Hoc non fecerat, cum priorem epiſtolam partem ſcripſi.* Seneca lib. 3. Declam: *Servabit me, qvem ſæpe ſervaveram.* Cic. Attic. lib. 8: *Cum hæc ſcribebam, Pompejus jam Brunduſium poterat veniſſe.* Hoc Præteritum ab Ultrajectino dici-

tur,

Digitized by Google

d aliqvod aliud tempus refe-
ndum autem de *præſenti tem-*
lùm accommodetur τῷ νῦν,
tur, ſed ad qvamcunqve rei
e non ſolùm dicimus, de in-
: *Lego Virgilium:* ſed *ſcribe*
*odie in Novo, eras in Veteri*
*s alios mores poſtulat.* *Qvon-*
*dia virtus*, Virgil,

# ODO.

## rationes inflectendi,
## onē animi diverſam.

d licèt etiam inanimatis Ver-
Grammatico qvaſi animata
*s deſiderat pluviam.* *Exorere*
i aliter Modum definiant, Al-
*liud eſt, qvàm voluntas vel a-*
*cata.* Saturnius lib. 8. cap. 17
*s qvadam Verbi tantùm, aut*
æ definitiones Phyſicum po-
n redolent. etiam Modus à
t accidens Verbi. 2. ut eſt
tribuere liceat Modo Gram-
non militabunt: nam velu-
ſunt accidentia Verbi, ſed
*ivitas* & *paſſivitas* notiones
Qvare qvi Modum definien-
ctendi rationem, id qvod ve-
is ſeqvuntur.

## unt *qvatuor* †:
## *vus, Conjunctivus,*
## *vus.*

*verſà inflectendi ratione Mo-*

 *dos*

Google

*dos* diſcernendos putant, tantùm *qvatuor* numerant; qvi verò *ſignificationem* attenderunt, tot *modos* ſtatuendos judicarunt, qvot dantur animi affectiones, qvibûs ad loqvendum impellimur. Hinc alii *qvinqve Modos* fecerunt; alii *ſex*; alii *ſeptem*; alii *octo*; alii *novem*; alii *decem*, teſtibûs Qvintil. & Diomed: lib. 1. Atqve hinc enati ſunt varii modi: utpote *Modus Hortativus, Precativus, Optativus, Potentialis, Permiſſivus*, &c. & ita numerus Modorum auctus, rem intricatam fecit. *Optativum* autem hic ſecurè omittimus & ad *Subjunctivum* referimus. Fundamentum ponimus ipſam definitionem *Modi*, qvâ definitur *diverſa inflectendi ratio*. At verò in *Optativo* & *Subjunctivo eadem* eſt inflectendi ratio. Qvoniam igitur diverſitas terminationis, qvæ Modos conſtituit nulla deprehenditur in *Optativo*, vix opus erit tædioſâ repetitione ejus inflectionis. Neqve vel *varietate ſignificationis*, vel *imitatione Græcorum Modorum* metiri poſſumus numerum Latinorum *Modorum*. Non primum; qvippe ſic numerus *Modorum* præter neceſſitatem multiplicabitur, & multiplicatus paradigmata Conjugationum incipientibus intricatiora reddet: dum alius ob ſignificationem dicendus ſit *hortativus*, *alius precativus*, *alius potentialis*, alius deniqve *permiſſivus*. Neqve ſecundum. Qvia 1. *diverſa* terminatio *Subjunctivi* & *Optativi* apud Græcos, *diverſos* facit Modos: qvâ qvia carent Latini, *Optativo* non indigent. 2. Si meliores Græci in conſtituendo *numero Modorum* Latinorum imitandi forent, idem etiam in *numero temporum* fieret, cùm eadem cauſa ſit in illis, qvæ aliàs in *Modis* multiplicandis prætexitur, ſcilicet *ſignificationis diverſitas*. Nos itaqve miſſô *Optativô*, *qvatuor* tantùm Modos pueris ad ediſcendum propoſitos cupimus: in ſcholiis tamen nihil eorum prætermiſſuri, qvæ ad accuratiorem Modorum conſiderationem facere videbuntur.

## DE INDICATIVO.

***Indicativus* eſt, quô directè & ſimpliciter aliqvid indicamus, aut interrogamus.**

De-

...ue qvaliſcunqve *Modi* petita eſt ab ejus ...vidam, ſed *potiori* ſaltem & *freqventiori*. ...appellationem *Indicativi*, contra eos qvi ...appellant, retinuimus. Noſtra enim appel... ...odus *Indicativus* vocatur, uſu jam facilè ...eſt, minúſqve ambigua. Non tamen diffite... ...s officia *Modi Indicativi*, qvàm indicare, ...per *rogamus*, *reſpondemus*, *fatemur*, *pro*...*mus*. Unde à Varrone 3 de Analog. non ...*ſpondendi* ſpecies appellatur: à Qvin... Modus *fatendi*: à Probo & Donato 2 E... ...: à Diomede *Finitivus*: à Priſciano li. 10 ...etiam Diomedes, Probus, Donatus, Pri... ...nominant. Friſchlinus in Paralip. ...*oſitivum* vocare: qvia prima vox Indicati... qvòd ſtatuat & ponat rem certam de qva ...ò potiùs illam appellationem probamus, ... à qva non ſine gravi cauſa docentibus eſt ...ate Grammaticâ donavit. Primò autem ...nſtituitur, eò qvòd jure huic Modo reli... ...rimas concedere cogantur. eſt enim *nobi*... ...ger inqvit, cap. 116. lib. 5: *ſolus aptus ſcien*...*itatis*. Qvod & agnoverunt Logici, qvi ...*ba* propriè *Verba* dici volunt, &c.

...habet omnia tempora: Præſens ut, ...um; ut, *amabam*: Perfectum † ut, ...nperfectum ut, *amaveram*: Futurum

...r. Licèt *Syncope* ſuam alibi ſedem habitu... ...bs re & uſu fuerit de *Præteritorum ſynco*... ...ſſe, inprimis cùm ſit longè uſitatiſſima. ...ir *perſonam Præteriti perfecti* utrinſqve ...*n pluralem* ſæpiſſimè autores *imminutam* ...erone loqvamur, qvàm *plenam* uſurpent: ...*audiſti*, *audiſtis*, *audièrunt*: *decreâſti*, *de*...



Digitized by Google

*creârunt.* & idem de iis, qvæ à Præterito fiunt, judicium e
ut, *amâram, audîeram, audîero: amâſſem, audiſſem.* Pr
& *tertia* ſingularis Conjugationis tertiæ & qvartæ etiam
minuuntur: ut, *petii, petiit: perii, periit:* ſed hic optimus
giſter uſus in conſilium adhibendus erit. Sunt enim q
dam, qvibus plenis libentiùs, qvàm imminutis utuntur C
tores: ut, *munivi, audivi.* De hac imminutione lege C
ronis Oratorem. *Qvid, qvòd,* inqvit, *ſic loqvi, Nôſſe, Judic*
*vetant, Noviſſe jubent & Judicaviſſe? qvaſi verò neſciam*
*hoc genere & plenum verbum rectè dici, & imminutum u*
*tè.* Vide de eadem re Fabium lib. 1. cap. 6. Imminutione
læ: *dixti, miſti, amiſti, promiſti, terſti, evaſti, proſpexti, lu*
*vixet, extinxem, ſurrexe, promiſſe, diviſſe,* pro *dixiſti, mi*
*amiſiſti, promiſiſti, terſiſti, evaſiſti, proſpexiſti, luxiſti, vixi*
*extinxiſſem, ſurrexiſſe, promiſiſſe, diviſiſſe,* Poëtarum
propriæ. Priſcianus lib. 10 admonet hanc Verborum *im*
*nutionem* locum non habere in Verbis, qvibus ineſt V lit
ut, *lavo, faveo, moveo, ſolvo, volvo*: nec enim *laſti, faſti,*
*ſti, ſolſti* patitur Latini ſermonis munditia pro *laviſti*; *f*
*ſti,* &c. Reperies tamen interdum in Modo Conjunctiv
liqvid hujus generis, ſiqvidem Horatius 1. Serm. *Submo*
dixit, pro *ſubmoviſſes,* & 2. *commôrit,* pro *commoverit.* C
Verr: *Glebam commôſſet in agro decumano Siciliæ nemo*
*Metellus hanc epiſtolam non miſiſſet.* Idem pro Planc.:
*omnium patricidarum tela commôſſem?* Cælius ad Cic
nem lib. 8: *Ecqvando tu hominem ineptiorem, qvàm tu*
*Pompejum vidiſti, qvi tantas turbas tam nugax eſſet, com*
*vit?* 2. Obſervandum, qvòd qvidam olim *amavere, doc*
& id genus alia ad *dualem* numerum ſpectare putaver
hoc eſt, utendum eſſe his vocibus, cùm de *duobus* tantùm
ſet ſermo; qvorum errorem Fabius refellit. Cicero in C
tore, utriuſqve vocis meminit hîs verbîs: *Nec verò repre*
*derim Scripsêre alii rem, etſi ſcripſerunt eſſe, veriùs ſentio*
*conſvetudini auribus indulgenti libenter obſeqvor.* Hac
*minutione* interdum idem ipſe Cicero utitur 3 Verr: *Q*
*numero è vobis complures fuere.* Ibid: *Socii verò, natio*

Digitized by Google

*extera ſpem omnium tum primum abjecere rerum ac fortunarum ſuarum.* 3. Futurum Indicativi qvidam *Promiſſivum modum* ( Diomedes freqventer utitur hâc appellatione) appellant, qvòd aliqvando non tam planè futurum aliqvod nunciet, qvàm aliqvid promittat, ſeu velle qvid facere oſtendat. Virg. Eclog. 10: *Ibo & Chalcidico qvæ ſunt mihi condita verſu Carmina paſtoris Siculi modulabor avena.* Et Ovidius Epiſt. Saph: *Ibimus ô Nymphæ, monſtrataq́ʒ ſaxa petemus.* 4. *Futurum Indicativi* freqventer & eleganter uſurpatur pro *futuro Conjunctivi.* Cic. Corioni lib. 2: *Nunqvam labere, ſi te audies,* id eſt, audiveris. Terent. Andr: *Si te æqvo animo ferre accipiet, negligentem feceris;* accipiet, id eſt, acceperit. Idem Adelph: — *omnia hæc ſi voles* In *animo verè cogitare Demea: Et mihi & tibi, & illis dempſeris moleſtiam;* voles, id eſt, volueris. Salluſt. bell. Jugurth: *Eqvidem ego regnum vobis trado, firmum, ſi boni eritis: ſin mali, imbecillum;* trado, id eſt, tradidero. 5. Et è contrario Donatus notat *Futurum Conjunctivi* nonnunqvam pro *Indicativo* poni. Terent. And. 2, 3: *Dictum & factum invenerit aliqvam cauſam, qvam ob rem ejiciat oppidò;* invenerit, id eſt, inveniet. Et alibi Adelph. 1. 2: *At ſi pergis, abiero ego;* abiero, id eſt, abibo. Hoc genus Græci non habent, ſed utuntur pro eo Participio Præterito cum futuro Verbi, *ſum.* Γεγραφὼς ἔσομαι, id eſt, ſcripſero, ἐγνωκὼς ἔσομαι. id eſt, cognovero. Ariſt. Topic. lib. 2. δείξαντες ὅτι παντὶ ὑπάρχει, καὶ ὅτι τινὶ ὑπάρχειν δεδειχότες ἐσόμεθα. qvod Latinè ut ſaltem huc qvadret, ſic interpretere; *Qvi aliqvid omni ineſſe monſtrabit, etiam alicui ineſſe monſtraverit.* Demoſthenes Olinth. 3: θεάσεσθε ὃν τρόπον ἡμεῖς ἐστρατηγηκότες πάντα ἔσεσθαι ὑπὲρ Φιλίππου. *Videtur hoc Futurum,* inqvit Linacer, *ex Præterito & Futuro mixtum eſſe, ut interpretatio indicat, & diverſorum modorum commune. Indicativi,* ut Virg. lib. 10 Æneid: *Suggere tela manu, non ullum dextera fruſtra, Torſerit in Rutulos.* Terent. And. 2, 3: *Sed ſi te æqvo*

*animo*

*animo ferre accipiet, negligentem feceris.* Et *interrogat* ut Virg. 9: *Unus homo, & veſtris ò cives undiqve ſeptus A- ribus, tantas ſtrages impune per urbem Ediderit? juve- primus tot miſerit Orco? Subjunctivi*, ut Ovid lib. 1. de A *Sic ne perdiderit, non ceſſat perdere luſor.* Cæcil. Plin. ad ſum, lib. 6, epiſt. 4: *Ero enim ſecurior dum legam, ſtatim mebo cùm legero.* Significat enim planè, ὅτε ἀνεγνω- ἔσομαι. De *optativo* non ſuccurrit exemplum, eóqve nus, qvòd nec ſimplicis in hoc modo futuri facilè inve Id evenit propter Iſidynamon potentialis cum Promi modo, ſive futuro tempore, qvorum utroqve ſignificatu luntas, vel debitum &c. Varro lib. 2 & 3 de Analog: *F rum in Infectum* (ſic enim ſolet ille *Imperfectum* appell & *Perfectum* diſtribuit; ſiqvidem docet *tria* eſſe *tem Infecta*: ut, *pungebam, pungo, pungam: diſcebam, diſco ſcam*, & *totidem perfecta*: ut, *pupugeram, pupugi, pupuger diceram, didici, didicero*: cujus ſententiæ qvidam acce tes, Futurum hoc *EXACTUM* appellârunt, inter qvo Pomponius, notante Linacrô. Sed nemo planiùs de h git, qvàm ipſe D. Jerſinus Paralip. pag. 27, 28: *Perfectum* qvit, vocatur aliàs *exactum: & habet ſignificationem qvi futuri, ſed ita, ut præteriti ſignificationem ſimul inferat.* I *enim futurum qvidem eſſe, ſed tamen in collatione cum præteritum conſignificat. E. g. Cic. ad Attic. lib. 9: Cu hæc leges, ego fortaſſe illum convenero*, Naar du faar det/da vil jeg vel hafve tald med hannom. *Conferi tici lectionem cum ſua conventione: Utrumqve eſt futu Sed cùm conventio Ciceronis confertur cum lectione A dicit ſe qvidem conventurum eſſe; at verò tum idipſum p viſſe cum Atticus leget. Sic Act. 4 in Verrem: Da mihi jam tibi maximam defenſionis partem præcideris*, da ſtal hafve miſt meget / &c. *Præcideris enim non eſt idem præcides, ſed, qvod nondum factum eſt, feciſti nunc, id eſt, cidiſti nunc ſi hoc dederis. Nec idem qvod præcidiſti. M ra ergo hic ſit futuri & præteriti. Nec referri ad Conju ſum poteſt, nec ad potentialem vel permiſſivum. Habet*

Digitized by Google

*…ſimilaris ſignificationis & elegantiæ*, …terum de emendata ſtructura Latina … 28. Alvarum pag. 37. 6. *Futurum* … tertia Perſona ſæpe habet ſignifica… *imperandi*, ut, Æneid. 2: *Referes ergo … genitori*, &c. pro *Refer*, & l. Negat … Alvari his verbis qvicqvam à Pyr… … veritate & ſenſu Carminis Virgi… …ſententia elatior ac ſpiritus acerbi ju… …tóqve ſuperbientis victoriæ major, ho… …mortem petentis, eiqve amara cum irri… … inferos mandata dantis; tantò vehe… …e verba continent. Et: Cic. ad Tre… *…curabis & amabis*, pro cura, ama.

# …MPERATIVO.

## …s eſt qvô imperamus aut ro…

… etymo. Qvamvis hôc Modô jubea… …andata legéſqve demus, deprecemur, …eniqve & miſericordiam imploremus, …riſum eſt, ut ab *imperando* potiſſimùm …à communiore & digniore uſu. 2. De … Imperativi in genere illud occurrit, … Latinis & Ebræis Grammaticis diverſi… …videm Græci *præſens*, & *præteritum* & … tribuerunt. Veteres Latini *præſens* & …unt. Qvorum qvidam in *Imperativum* …erunt. alii *primam perſonam pluralem* … *tandem* ſubtraxerunt. Fuerunt qvi …ſic Modo minimè convenire affirmâ… …præſentibus propriè imperemus, & pl… …ecentioribus qvidam, *Futurô ſublatô*, …dit, alii *ſublatô Præſenti*, *Futurum* tan… … alii deniqve *unicum tempus* ei tribu… unt,

Digitized by Google

ſunt, qvod tamen non nominant. Qvare Ebræi iis i
modis occurrentes, nullâ factâ temporis *Præſentis*, *Pr*
*ti*, aut *Futuri* mentione, duas voces *Imperativo Maſ*
tribuunt; alteram, qvâ ſecundam perſonam ſingulare
teram, qvâ eandem pluralem explicant: totidémqve,
*nino* attribuunt. Verba enim apud ipſos *genus maſcu*
& *fœmininum* more Nominum admittunt. Tertiam
*Futuro* Indicativi mutuantur. Id autem inprimis obſer
in illis Grammaticis, qvæ purò Ebræo idiomate ſunt co
ptæ à Rabbinis. E qvibus unum ſaltem hic nominat
legabimus, Râbbi Moſche Kimhi, frater Rabbi Davidis
hi, autoris libri Michlol, in ſuo דקדוק (ita enim Gra
ticam inſcribit) ita flectit Imperativum: ר׳ פְּקוֹד או
פִּקְדוּ פִּקְדִי פְּקוֹדְנָה פְּקֹד id eſt, Imperativus: *Viſit*
*tate*: (de Maſculino) *viſita, viſitate*, (de Fœminino.) Ub
omni *temporum* mentione Conjugationem Imperativ
dit. Diffiteri autem non poſſumus, qvin modò ſint int
bræos, qvi *Imperativum Futurum primum* vocent, & qv
liàs Latinis *Futurum* eſt, illi *Futurum ſecundum* appe
Sed communiſſima & veteribus recepta eſt ſententia, I
rativi Latinorum vera tempora eſſe *duo: Præſens* & *Futu*
In eadem opinione eſt Probus, alter Latinorum Ariſtar
qvem in Grammaticorum illuſtrium numerum Svet
Tranqvillus refert: nec non Diomedes, Servius, Priſcia
qvorum ultimus ante mille aliqvot annos vixit; qvi in co
tuendis duobus Imper. *temporibus* mirificè conſentiun
qve M. Varronem, cujus libros Cicero, ſi qvando de r
qva paulò acuratiùs eſſet diſputaturus, ſolitus erat dilig
evolvere, in alia fuiſſe ſententia conſtat. Hæc etſi con
fuerit Antiqvitatis opinio, rationibus tamen qvibuſdam
nimè deſtitutos ſe putant, qvi non modò Præſens ſed &
turum ei derogant. *Præſens* verum in *Imperativo* no
probare nituntur hâc ratione, qvòd præſens Imper
actionem præſentis temporis non ſemper denotet. E
enim voce imperare poteris, ut res ſtatim fiat, vel ut poſt

Digitized by Google

la mandetur, ut in eo *præſens* à
a. Qvando enim dicis : *Ama,*
ore poſt centum annos futuro,
llum verum *Præſens* eſt in impe-
Scaliger l.5.c.115 de C. L. L. me-
ibuendum cenſet; *qvoniam*, inq
*io, nihil inſtantius imperanti;*
cèt res illa, qvæ Imperativo Mo-
*pore*, non continuò qvandoqve
*andi actus* qvô imperamus ; eſt
*Ama*, in *præſenti* jubeo, ut amet ;
tatim ſeqvatur, tamen hoc eſſen-
perii derogare nihil poteſt. Ad
um contrariô procedunt modô;
verbis, de Cauſis L. L. c. 115: *Ne-*
*rium attribui poſſe Imperativo, ap-*
*em. Imperatio, ajunt, ſemper præ-*
Sed eruditè reſpondet Scaliger
*eſſe perfectum, aliud de qvo loqva-*
*bi niſi una perſona Prima. Igitur*
*ſens eſt : ut res imperata non præ-*
*fieri poſſit : ut Græci, qvos iſti ni-*
*lentia Latinorum hîc ſint ſuperati,*
s conſtituit ; alterum, TO ſyllaba
oceto; alterum qvod cum Futuro
ngruit, ſed cùm imperium manda-
procul dubiô ſpectare aſſerit : ut
d Attio, at *Tu hac ſilebis*. Qvintil.
leqvens: *Hæ primum audiet puer,*
*bitur*. Ibidem: *Qvapropter opti-*
*& habitus & nomina docebuntur.*
rus paradigma Futuri Imperativi
*l potius Modus Mandativus, ſive le-*
*ud mandata, præcepta, legéſq; dan-*
*amato ille, vel amabit. Plur. ama-*
*vel amabunt.* Ubi vides formam
Futu-

Futuri Indicativi jungi formæ Futuri Imperativi. Se
vam hanc conjugandi rationem ſeqvatur qvi volet;nob
tem ſtat ſententia à ſimplici,vera & antiqva conjugand
ſvetudine non recedere ſine gravi & momentoſa cauſa.
ad allata teſtimonia qvod attinet , qvibus Alvarus nup
& novum hoc conjugationis artificium ſuperſtruit, ea
minus , qvàm novæ huic Conjugandi formæ patrocin
Etenim,qvòd ſi contingat,ut Futurum Indicativi cum i
rio & mandato conjunctum eſſe qveat , dicimus id no
*propriè*,ſed per *Enallagen Modi*,ubi *Indicativus* pro *Im
tivo* ponitur. non enim ſeqvitur : Futurum Indicativi
tur pro Futuro Imperativi. Ergo eſt Futurum Impe
nam per eandem figuram videre licet apud autores Im
tivum poſitum pro Indicativo, ut apud Virgilium : Si f
gregem ſuppleverit aureus eſto , pro eris. Id qvod e
obſervatum eſt ab experientiſſimo Dn. D. Vormio,
manuſcriptæ Controverſiæ Grammaticæ non parum
menti in litigioſo hoc Grammaticorum foro nobis aff
4. Futurum in TO ſyllabâ finitum ; ut,amato,tradit
rus reciprocari cum ſecunda perſona præſentis, uſqve
in eadem periodo, atqve adeo eodem verſu ſimul locu
beant. Qvare Alvarus ita conjugat : *Imperativi Mod
pus præſens, Ama,vel amato,amet, Plur. Amemus, amat
amatote, ament.* Qvam conjugandi rationem his exe
confirmat. *Q. Cicero*,inqvit, *in eo commentariolo* ,
*Marco fratri præcepta petendi conſulatus tradit, freqve
mè utrumqve miſcet. Cura, inqvit, Cicero, ut tui cupid
elaborato,appetito, allegato, ſummô beneficiô te afficere
dito.* Virg. Eclog. 9: *Tityre,dum redeo ( brevis eſt via)
capellas : Et potum paſtas age Tityre : & inter agendum
curſare capro ( cornu ferit ille ) caveto. Plaut. Pœn.
Mi patrue ſalve. POEN: & tu ſalveto Agoraſtocles.* Hui
ſervationi ſe opponit Orlandus Peſchettius dicens no
ciprocari has voces :ama,amato ; ſed qvia non ſatis
cere , ſed dicta probare , à Jacobo à Foſſa exſibi

Digitized by Google

…ſie aliqvid tribuendum foret, di-
…ativi è veſtigio ſubnecti Præſenti
…e eſſe. etenim exempla allata ſi
…ſubeſſe in Futuris his partim vehe-
…, & fervidum expediundi cona-
… primo exemplo intelligi poteſt;
…non ſine metri neceſſitate, uti
…colligitur; partim deniqve reſalutan-
…de qvo ultima autoritas petita ex Poë-
…ve ſenſum, ſive terminationem re-
… : Ama, amato, &c. Qvod niſi
…ferendis Futuris iſtis, tanqvam
…impetatæ obſervantiæ erga leges
…Romani. Qvod prævidens Alvarus,
…ipſe victus veritate, & fatetur, qvòd li-
…reciprocentur, mutuáſqve tradant
…nulla tamen ſint teſtimonia, in qvibus
…cum, ut Præſens excludat. Cicero ad
…*il erit, qvod ſcribas, idipſum ſcribito.* I-
…: *Tu velim ſæpe ad nos ſcribas, ſi nullam*
…*buccam venerit ſcribito.* Idem ad Tiro-
…*tudinis rationem, ut ſpero, habueris, ha-*
…*nis.* Idem 4. Verr: *Cum hæc confeſſus e-*
…*Syracuſis in ore atqve oculis provinciæ*
…*ſi voles pecuniam accepiſſe.* Idem in
…*to ad ea, qvæ de te ipſe rogâro.* Q. Cicero
… librò : *Etiam ſi qvid ſcribas non habebis,*
…ens. Hecy: *Sed cum ſatura atqve ebria e-*
… *facito.* Ibid: *Senex ſi qværet me, modò iſ-*
…*percontatum adventum Pamphili. Au-*
…*e? ſi qværet me, uti Tum dicas: ſi non qvæ-*
…Ovid. 9. Metam: *Cùmq; loqvi poterit, ma-*
…. Et vice verſâ ita adhibetur Præſens
…ri ſignificationem non admittat: Cicero
…*ormis, expergiſcere; ſi ſtas, ingredere: ſi in-*
…*rris, advola.* Plaut. Mercat: *Qvieſce, in-*



Digitized by Google

*qvam, iſthanc rem ego rectè videro.* Virg. 4 Æneid: *Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.* Idem 9 *citi ferrum, date tela, & ſcandite muros.* Idem 10: *Nu ctamanus validis incumbite remis.* Et hæc teſtimon Alvarus ſuppeditavit, qvæ mille aliis locupletari poſ demonſtrandam certitudinem & neceſſitatem tem horum Imperativi longè diſparrimorum, ſive uſum & ficationem, ſive diverſam inflexionem, qvæ primas hic ſpectaveris. Qvare mirari ſubit, cur non potiùs iis, ta numerò longè plurimis, luce clariſſimis, & pondere g mis fidem habuerit Alvarus, qvàm nova & conful digmata è dubiis & figuratis exemplis nata ſcholis ol rit. Qvod ſi verò qvis fuerit, qvi novam hanc conjug formam in gratiam Alvari pertinaciùs φυλάττειν rit: eum amandatum cupimus ad expendendam obſe nem Alvari, pag. 49 deſcriptam. ubi tradit eſſe & aliu dum, qvô non rarò probati autores utuntur pro Impe Q. Cic. de petit. Conſul: *Hos internoſcas, & videto n aliqvo majore poſita, præſidii parum comparetur. Per etiam, & inveſtiges, homines ex omni regione, eóſqve ſcas, appetas, confirmes.* Cic. ad Attic. lib. 6. *Atticæ, niam qvod optimum in pueris eſt, hilarula eſt, meis ve lutem des.* Terent. Hecy: *—puerum accipias: nam In culpa non eſt.* Idem Eunuch: *—ſi certum eſt facer cias.* Idem Andr: *D. Faciam hercle ſedulò. S. potes dum animus iratus eſt. D. qvieſcas.* Idem Hecyr: *Tu nihil refert, percontari deſinas.* Plaut. Trucul: *—qv tium Tibi ſit, me reviſas. D. valebis. P. vale.* Idem Ciſt *cipias claves, ſi qvid tibi opus erit promptu, promitto.* inqvit Alvarus, *& ſimilibus, ponitur Conjunctivus pro rativo*, &c. Qvod ſi igitur reciprocatio ſive alterius pro altero uſurpatio, exempli causâ, *Indicativi* pro *Im tivo* poſſit conſtituere novum conjugationis genus, placet Alvaro pag. 41, 42, 44: qvidni & *Conjunctivi M ſus pro Imperativo* conſimile novum paradigma mere inprimis cùm hic eadem ſit ratio novandi paradigma

pendis formis planè diverſis *Futuri, In-*
ſcilicet *unius modi pro altero uſurpa-*
conjugare liceret, (ut primum tan-
ſubſidium vocemus,) *cognoſcito cogno-*
*confirmato, confirmes*: qvò jure conju-
*cognoſces: appetito, appetes: confirmato,*
Alvarus conjugat pag. 44. *amato, amabis.*
enda ſunt conjugationum formæ, qvot
& *Modorum* Enallagæ , ſive mavis cum
cationes, & *Modorum* & Temporum ſi-
ſurpationes, de qvibus fuſè agit Linacer
480. innumeræ propè opinione cele-
jugandi rationes , & diſcentium ſtudia
commoda ut evitemus , malumus ſim-
jugandi formam ex uſu juventutis ſeqvi,
varietatem cum ingeniorum perturba-
memoria. Condonandum interim Alva-
præclarè & eruditè tradita nobis reliqvit
*Modorum* doctrina; idqve vel eò inpri-
ipſe Alvarus conqveratur ſe multis & va-
n opinionibus hìc penè obrutum fuiſſe
Qvid verò de Lithocomi *unico tempore*
dum ſit , ex diverſo inflectendi modo &
oniis, qvibus non modò præſens , ſed et-
evincitur, de facili conſtare poteſt. Et
poris unitatem ipſi Alvaro non proba-
bis ipſe demonſtrat, pag. 421 *Neqve, ſi al-*
*itur , & utrunqve eôdem ſenſu in eadem*
*tinuò exiſtimandum eſt, unicum dunta-*
*bent ſanè Græci ſuum Præſens, habent pri-*
*Aoriſtum , qvibus non ſolùm utuntur pro*
*præſens ipſum , & Aoriſtum in eadem pa-*
*eodem verſu eâdem prorſus ſignificatione*
*mo tamen ad hunc diem ex duobus Aori-*
*tempus unum facere eſt auſus. Præterea*
*utores interdum præſens Conjunctivi pro*

 *Futuro*

Digitized by Google

*Futuro ejuſmodi uſurpantes, neqve tamen ob eam cauſſam qvi utrumqve unum eſſe tempus dixerit.* Sed qvoniam Alvarus proſpexit non deeſſe vel olim defuturos, qvi unicum tantùm Modo Imperativo tempus aſſignarent, tacitas eorum objectiones antevertit: *At*, inqvit, Alvarus, *Sunto, Agunto, interpretantur Grammatici Sint, Agant, & à præſenti Indicativi fiunt additâ O literâ.* Verùm Alvarus reſpondendo primo ad primam objectionis partem, ait: *Hoc eôdem argumento docuerint illi qvi Futurum tempus Imperativo ſubtrahunt, Futura Indicativi valebis, curabis, expectabis & ſexcenta alia præſentis eſſe temporis. nam cùm Cicero ad Trebat. lib. 7. ſcribat: Sed valebis, meáq; negotia curabis, méq; diis juvantibus ante brumam expectabis: hæc iidem ipſi pro vale, cura, expecta poſita eſſe credulis facile perſvadebunt.* Ego verò, inqvit Alvarus pa. 43, malim cũ Cicerone tanqvam futuris uti, qvæ mandatis dandis maximè ſunt accõmodata. Mox ad formationem deſcendens tanqvam alterũ objectionis membrum, ait: *Neq; ratio formandi tempora ad rem facit, cùm Futurũ Indicativi à Præſente, & Futurum Subjunctivi à Præterito formetur.* Et pergit præoccupando: *Nec Servius cum illis facit, ut qvi in Donati artem diſertiſſimis verbis docet, Agant Præſentis eſſe temporis, Agunto Futuri. Imperativus, inqvit Servius, duo tantum habet tempora, Præſens & Futurum &c. & paulò pòſt: In tempore Futuro, tam in numero ſingulari, qvàm in plurali prima perſona deficit: ſecunda verò & tertia in numero ſingulari unô modô proferuntur*, ut, legito tu, legito ille, ut eſt apud Virgilium: *Tertius Agricola hâc galeâ contentus abito. Nam ſi dicam legito, legat, legito qvidem eſt tempus futurum, legat verò præſens. Item tertia perſona pluralis his regulis continetur. Indicativo modo, tempore præſenti, tertia plurali, numero plurali O accipit & facit hanc perſonam Imperativi modi per omnes conjugationes, amant, amanto: docent, docento: legunt, legunto: nutriunt, nutriunto: qvod ſervavere majores, ut Horat: Et qvocunqve volent animum auditoris agunto. Nam ſi diceret Agant, tempus præſens oſtenderet, non futurum.* Hæc Servius ad Verbum. Hæc

pro

Digitized by Google

dicta ſint, qvâ duo Imperativi
eos, qvi unum tantùm, novô ex-
put dicti Modi. 5. Obſervandum
ere primâ perſona ſingulari: α qvia
Omne enim imperiū propriè loqven-
ſecundam & tertiā tanqvam alias pro-
ratio à Scaligero de Cauſ. L.L. eleva-
*illam in nobis ipſis aliqvando expri-*
*in ſecundam & tertiam perſonam.*
*vis aut eſt recta, qvum alia à ſeipſa*
*qvum ſeipſam contemplatur. Itaqve &*
*& optamus de nobis*, *qvod in noſtra ſi-*
*ſtitiam efficerem me bonùm.* Nec alia
Melibæus ſeipſum alloqvitur: *Inſere*
*pone ordine vites*: & Terent. Adelph.
*ſti molliter, Lautéqve munus admini-*
ed attendendum eſt, qvod illi qvi allo-
*ratè per Proſopopœiam* compellantium
fingendo exeqvuntur, eóqve geminæ
oqventis pariter & auſcultantis ſibi ad-
citróqve habere ſermones ſolet. Meli-
perſona & à ſeipſâ diverſa, (*per Proſopo-*
tanqvam ſecundam perſonam alloqvitur.
noſtra ratio, qvâ diximus propriè lo-
à prima perſona tanqvam diverſa in ter-
oficiſci. ε. Vel ideo inprimis caret
*primâ*, qvia deſtituitur *formâ & termi-*
*nda*, qvâ illam exprimat. Notum e-
natici Latini tam in perſonis, qvàm in
is *diverſitatem terminationis* cumprimis
em de cauſa *primam perſonam pluralem*
nemo enim per *primam pluralem* impe-
ſum qvoqve conjungat. Eſt igitur *hac*
*Modi* potiùs qvam *Imperativi modi*,
erativi utuntur autores per Enallagen.
vidum eſt. α. Cùm conjunctivus

 habeat

habeat vim imperandi & rogandi in prima ſingulari, cur non eandem obtinebit in prima plurali? Nam veluti de uno dico: Sim bone Chriſte tuus: ita de pluribus: *Simus bone Chriſte tui.* 6 Sic: veluti in *ſecunda ſingulari Conjunctivi* dicô, *caveas, ne dixeris:* ita in *plurali, caveamus, ne dixerimus.*

γ Accedit, qvod Conjunctivis hiſce primæ perſonæ pluralis ſecunda Imperativi haud raró addatur. Virgil: — *nunc conjugis eſto Qviſqve ſuæ tectiq; memor, ultro occurramus ad undam.* Statius: *Confer gemitûs, pariterq; fleamus.* Item: *Abrumpe moras, pariterq; fleamus.* 7. Qvod ſi verò prima *pluralis præſenti* ſit detrahenda, multo magis *Futuro*, idqve non modò ob rationes jam allatas, ſed vel inprimis qvòd illa à *prima præſentis Imperativi* nec *terminatione*, nec *ſignificatione* differt. Diomedes tamen & Donatus *primam* etiam habere affirmant, ſed Servius Grammaticus in ſecundam editionem Donati à noſtris eſt partibus, ubi inqvit: *In tempore vero futuro, tam in numero ſingulari, qvàm in numero plurali primâ perſonâ deficit.* 8. Conſiderandum venit, qvòd *Futuri Mandativi Modi ſecundâ perſonâ* mirum in modum delectentur rei ruſticæ ſcriptores. Cato de re Ruſt. cap. 33: *Salictum ſuô tempore cædito, glubito, arctéq; ligato. Librum conſervato, cùm opus erit in vinea ex eo in aqvam conjicito, alligato. Vimina unde corbulæ fiant, conſervato.* Columel. lib. 12. cap. 55: *Semen ſinapis diligenter purgato, & cribrato, deinde aqvâ frigidâ eluito, & cum fuerit benè lotum, duabûs horis in aqva eſſe ſinito, poſtea tollito, & manibûs expreſſum in mortarium novum, aut benè emundatum conjicito, & piſtillis conterito* &c. Idem eôdem librô cap. 36, alterô futurô utitur totô capite: *Id miſtum conjicies in amphoram novam, & implebis ad ſummum, tum adjicies ramos roris marini,* &c. 9. Secunda perſona futuri freqventiùs mandat de Futuro: ut Cic. ad Tir. l. 16: *Qvum valetudinis rationem habueris, habeto etiam navigationis.* Hinc Diomedes lib. 1. de Futuro Imperativi ait: *Præſens, dixerunt Imperativum, Futurum Mandativum.* 10. Nec ſilentio involvendum eſt, qvòd Futurum nonnunqvam etiam conceſſionem conſignificet.

-cet. Terent. in Eunuch: *Ubi nos laverimus, ſi voles, lavato*, a moot du oc bade dig. ibid. *Si placuerit, facitote*. In horm. *Sexcentas mihi ſcribito dicas, nihil do*, lád ham ſkriffwe mig ſaa tit ſom hand vil. D. D. Jerſ. paral p. 30.

. *Tertia perſona ſingularis*, pariter & *pluralis Futuri* rarò pud eos invenitur, qvi ſolutâ oratione ſcripſerunt, exceptis egislatoribus, ut leges duodecim tabellarum docent, & ex vas Cato de re Ruſt. ſcripſit, nimirum; *Oleæ pendentis lenda, faciundæ, vini pendentis*, &c. Sic Cicero 3 de legibus ertiam perſonam freqventat: *Juſta imperia ſunto, iiſqve cies modeſtè ac ſine recuſatione parento*. Ibidem: *Regio imperio duo ſunto, iiq; præeundo, judicando, conſulendo, Prætores, udices, conſules appellantor, militiæ ſummum jus habento, nemini parento: ollis ſalus populi ſuprema lex eſto*. Eadem tertia perſona poëtæ in legibus ferendis utuntur Virgilius ut & Horatius. Virgil. 5. ubi leges præmiorum ab Ænea indicuntur, ſic ait: *Omnibus hic erit unus honos, tres præmia primi Accipient, flavâq; caput nectentur olivâ. Primus eqvum phaleris inſignem victor habeto, Tertius agricola hac galeâ contentus abito*. Horatius cùm poëtis leges dat, eadem tertia perſona ūtitur; *Non ſatis eſt pulchra eſſe poemata, dulcia ſunto, Et qvocunqve volent animum auditoris agunto*. Aliàs rariſſimè invenias has voces. Qvare diligenter monendi ſunt pueri, ne promiſcuè & ſine autoritate tertia perſona Imperativi Futuri utantur. Et rei ruſticæ ſcriptores, etiam priſci, iis ferè abſtinent, cum præcepta de eadem re tradunt, niſi fortè leges ſcribant, ut paulò antè diximus. Columella tamen ait lib. 5. cap. 2: Eſto area rotunda, cujus diametros habeat pedes ſeptuaginta. Aliàs aliis temporibus utuntur alii. Cato cap. 5. de officio villici: *Diſciplinâ bonâ utatur, feriæ ſerventur. Alienô manum abſtineat. Villicus ne ſit ambulator. Sobrius ſiet ſemper. Ad cœnam ne qvò eat. Paraſitum ne qvem habeat. Primus cubitu ſurgat. Poſtremus cubitum eat*. Non utitur, ut vides, perſonâ tertiâ, TO ſyllabâ finitâ. Poëtæ tamen interdum eâ utuntur. Virg. 10 Æneid. — *nunc conjugis eſto Qviſqve ſuæ, tectiqve memor: nunc ma-*



Digitized by Google

*gna refertè Facta patrum, laudes: ultrò occurramus ad eandam.* Idem 12: *Neqva meis eſto dictis mora: Jupiter hâc ſtat. Neu qvis ob inceptum ſubitum mihi ſegnior ito.* Terent. Phorm: *Age nunc age, Phormionem qvi volet laceſſito.* 11. *Præteritum perfectum* Imperativus nullum agnoſcit; qvia *Præteritum* naturam Imperativi evertit. etenim qvod jam *Præteritum* eſt, nullô eget imperiô, qvô commendetur, ut vel jam fiat, vel non fiat, id qvod ex Varrone confirmatur, lib. 8, pag. 136: *Cum & præſenti* inquit Varro, *& abſenti imperamus, ſiunt terna tempora: ut, lego, legito, legat. Perfectum enim imperat nemo.* Priſcianus verò aſſerit, *activa* qvidem & *neutralia* verba penitus carere *Præterito Imperativi: paſſiva* verò & *omnia qvæ habent Participia Præteriti temporis*, affirmat per circumlocutionem admittere *Præteritum*: ut, *Ornatus es vel eſto*, vel *ornatus ſit vel eſto.* Sed negare interim non poteſt, qvin hæc ipſâ cum Futuri ſignificatione ſint conjuncta, dum addit: *ſed hanc vim habent, ut imperemus, ut in futurum ſint tranſacta*, exempli cauſâ, qvando dico: *clauſa ſit mox feneſtra*, impero ut ſtatim claudatur, *& mox ſit clauſa*, &c. At verò qvod fieri jubetur, non tam factum, qvàm futurum eſt. Qvare iſta periphraſtica Præterita Priſciani, neutiqvàm à *futuro* ſunt libera, adeoqve nec ſatis idonea ad conſtituenda vera *Imperativi perfecta.* Sed inſtant, qvòd probati autores uſi ſint *Præteritis Imperativi.* Martial. li. 14: *Dic qvotus es, qvanti cupias cœnare, nec ullum Addideris verbum, cœna parata tibi eſt.* Idem lib. 7: *Vive velut rapto, fugitivaqve gaudia carpe. Perdiderit nullum vita reverſa diem.* Cicero ad Attic: *Sed amabo te, nihil incommode valetudinis tuæ feceris.* Verùm hæ voces, *addideris, perdiderit, feceris* neqvaqvam ſunt Præteriti ſed futuri temporis Conjunctivi, veluti multa alia teſtimonia idem evincunt. Cicero ad Q. Fratrem lib. 1: *Si qvis eſt in qvo jam offenderis, de qvo aliqvid ſenſeris, huic nihil credideris, nullam partem exiſtimationis tuæ commiſeris.* Idem ad Attic. lib. 5: *Tu nihil ei dixeris.* Plaut. Mercat: *Cave iſtuc dixeris.* Martialis in epitaph. Erotii infantis lib. 5: *Mollia nec rigidus ceſpes tegat oſſa; nec*

illi

… fuit ille tibi. Qivs, qvæſo, exiſti… ica: Tu nihil ei dixeris, cave iſtuc di… deris &c. prohibent enim aliqvid qvod … qvod fieri poteſt. 13. Licèt *Impera*… nihilominus tamen *Futurum Perfectum* … Conjunctivi *Memineris, meminerit*. Plural. … *meminerint*: etiam jubentes im… … Nam cùm conjunctivus, unde mu… *præſenti* careat, *Præteritô* pro *præſenti* … Indicativo & cæteris Modis hujus verbi … monet Alvarus, cui pro Futuro Im… … videtur, ſit ita ſanè: modò intelli… … qvod de Verbo *Oderis*, *oderit* dictum … *… ſenitorem*, & *gloriam pro copia Qvi* … *eſſe, unde oriundi ſunt*. Vide infrà Ver… *… ini, odi, cœpi, novi*, &c.

## … CONJUNCTIVO.

… eſt, qvi plerunqve cum con… aut infinitis particulis jun…

… omnia *tempora* habet: Præ… *…m*. Imperfectum: ut, *amarem*. … t, *amaverim*. Pluſqvamperfe… *…iſſem*. Futurum: ut, *amavero*. … verò mixtam ex Præterito & … cationem obtinet: unde Fu… *…um* ſeu *exactum* vocatur, qvò

… & Etymo hujus Modi nota 1. Nonnulli *Conjunctivum* vocant, propterea qvòd ſen… … minimè efficere credatur, niſi ſibi aliam

 vocem

Digitized by Google

vocem conjunxerit. alii verò *Subjunctivum* appellant, qvòd Conjunctionibus aut Infinitis particulis plerúnqve ſubjungatur. A Probo etiam & Diomede vocatur *Adjunctivus*, qvia ſibi alia verba adjungit, idqve ferè beneficiô particularum, e. g. *cum, qvòd, ſi*, &c. Id verò in appellatione hujus Modi peculiare occurrit, qvòd cum reliqvi Modi nomen ducant à *ſignificatione*, hic ſuum nomen ſortitus ſit à *conſtructione*. De hiſce tribus memoratis modò appellationibus eſt ſermo: nam qvando *Potentialis, Permiſſivus, Optativus, Hortativus* dicitur à *ſignificatione*, ut ingenuè fatemur, ſit denominatio.

2. Particula *Cum* nec *perpetua* nec *propria*, nec *unica* eſt Conjunctivi Modi nota: licèt conjugaturi vulgò præponant eam Conjunctivis, eáqve deſcerni putent *Conjunctivum* à reliqvis Modis. *Perpetuam* non eſſe vel inde liqvet, qvia in Latinorum monumentis non modò hæc particula *Cùm*, ſed etiam aliæ particulæ in verbis Conjunctivi Modi omittuntur: ut, *Tua qvod nihil intereſt, percontari deſinas*. Juvenalis Sat. 3: *Græculus eſuriens in cœlum juſſeris, ibit*. Horat. 1. Serm. Sat. 3: — *decies centena dediſſes Huic parco paucis contento, qvinqve diebus Nil erat in loculis* —. Cic. Philip. 13: *Neqve iſtinc ſi cupias poſſis te explicare: receſſeris, omnes inſeqventur: manſeris, hærebis*. Qvare in deſcriptione Conjunctivi dicitur, non *ſemper* & *ſimpliciter*, ſed Conjunctivum *plerunq.* jungi conjunctivis particulis &c. Qvòd ſi verò qvis heic ad *Ellipſin* confugere velit: dicimus non ſolùm hanc particulam *cùm* non eſſe notam *perpetuam* Conjunctivi, ſed etiam non eſſe *propriam* hujus ſolius Modi: Inprimis cùm etiam *communis* ſit *Indicativo*, id qvod teſtimonia Latinorum clarè docent. Cicero: *Multi enim anni ſunt, cùm ille in ære meo eſt*. Idem pro Cluent: *Dies nondùm decem interceſſerunt, cùm ille alter filius necatur*. Idem pro Planc: *Nunqvam obliviſcar noctis illius, cùm tibi vigilanti pollicebar*. Cicero in Saluſt: *Non te tui piget homo leviſſime, cum ea culpas qvæ in hiſtoriis, gloria mihi ducis?* Et deniqve qvod princeps & palmarium eſt, non Conjunctivi *unica* & *ſola* nota eſt hæc particula, cùm plures ſint particulæ, qvæ Conjunctivo attribuan-

...Si, Ni, Niſi, Qvamvis, Licet,
...modo, & Modò pro Dummodo,
...ſed, & infinitæ particulæ ſive par-
... Neſcio qvid dixerit, cur venerit,
... lib. 16: Satis te maturè videro, ſi
... Idem ad Attic. lib. 9: Admiratus
...ſcripſiſſes. Idem 4 Verr: Ei qvem
... reddes? Cùm itaqve nec per-
... nota ſit Modi Conjunctivi, in
... ſeduci pueri, ut illa ſola Verba
..., qvibus conjunctionem Cùm
... Verba Conjunctivi, qvibus non
... addintur, à Conjunctivo exu-
... Qvare D. D. Jeſuitus in prima E-
... Conjunctivi non modò particulam
... plures modò allatas prudenter
... Id qvòd & Alvarus obſer-
... inqvit, ut pueri inter con-
... locum provenèrint, non ſolùm
... præponant, ut, qvamvis, ſi, niſi:
... materna lingva Latinas voces
...temporibus Conjunctivi nota, qvòd Pro-
...plex futurum Subjunctivo tribuat; alte-
...nino cum futuro Indicativi congruit.
...: Cùm tu hæc leges, ego fortaſſis illum con-
...ni lib. 16: Si ſtatim naviges, Leucade nos
...qvod RO ſyllabâ finitur. Poſterius fu-
...onjunctivi futurum concedunt omnes;
...egatur, qvòd ſit Conjunctivi, nam licèt
...las Cùm & Si habeat ſibi præpoſitas, illæ
...nt perpetuæ & infallibiles Conjunctivi
... ſæpenumerò deſint, ſed etiam commu-
...icativo. Alvarus pag. 59 aliud adhuc
...no addit, qvod Tertium Futurum vocat
...modo potentiali. Plaut. Pſeud: BAL.
... facere officium me meum. C. Qvod
is eſt.

*is eſt.* B. *Si tu argentum attuleris, cum illo perdiderim fidem.* Ibid: *Qvis igitur drachmam reddet, ſi dederim tibi.* Sed verò genuinum Futurum hoc non eſſe ipſa *terminatio*, qvæ Præteriti propria eſt, indicat. Qvare & ipſe Alvarus fatetur, qvod voce prorſus cum Præterito perfecto conſentiat. pag. 59. Cum itaqve omnia Verborum tempora ejuſdem formæ ab invicem deſtingvantur inprimis *terminationibus*, neceſſum eſt ut Futurum Conjunctivi *diſtinctam* à reliqvis *terminationem* obtineat. Nec obſtat ſignificatio, qvæ futura eſt. Præterito enim Futuri ſignificatio attribui rectè poteſt per *Enallagen temporis*, id qvod & in aliis Conjunctivi temporibus fieri animadvertere licet. *Præſens* enim pro *Imperfecto* ponitur. Plaut. Aulul. *Sexcenta ſunt qvæ memorem, ſi ſit otium*, pro, *memorarem, ſi eſſet.* Terent. And. *Tu ſi hic ſis, aliter ſentias*, pro, *tu ſi hic eſſes, aliter ſentires. Præteritum Imperfectum* pro *plusqvamperfecto* videtur poſitum in illo Terent. Adelph. —*tu nunc tibi Id laudi ducis, qvod tum feciſti inopia. Injurium eſt: nam ſi eſſet unde id fieret, Faceremus*, pro, *fuiſſet, feciſſemus. Præſens* pro *Futuro*. Plaut. Mercat: —*L. qvid eſt? D. Dicam, ſi videam tibi operam eſſe, aut otium.* Qvid igitur abſurdi erit, ſi dicamus *Præteritum* in ſuperioribus exemplis poſitum eſſe pro *Futuro?* nec enim tempora citra neceſſitatem ſunt multiplicanda, iiſqve fatiganda diſcentium ingenia. Qvænam verò ſit ſententia Alvari non modò de *Futuro Potentialis Modi*, ſed etiam aliorum temporum, infrà docebitur. 4. *Qvartum* demum *Futurum* qvidem addunt, qvod veteribus in uſu potiſſimum fuit: *Primæ* qvidem *conjugationis* ASSO ſyllabis finitum; ut, *Amaſſo, amaſſis, amaſſit.* Sic, *judicaſſo, irritaſſo, commonſtraſſo, dicaſſo.* Plaut. Amphit: *Si me iritaſſis, hodie lumbifragium hinc auferes.* Idem in Epid: *Adoleſcens ſi iſtunc hominem, qvem qværitas, Tibi commonſtraſſo, aqvam abs te inibo gratiam.* Plaut. Curcul: *Haud in malò medicantem malè dicaſſis. Secunda* Conjugationis Futurum finitur ESSO: ut, *prohibeſſo, prohibeſſis, prohibeſſit*, &c. Pſeud. 1.1: *Ite, Jupiter prohibeſſit.* Sic Lucret. lib. 3 Rer. Nat: *Corpore qvi noſtro*

Tertiæ futurum deſinit in IM: ut, *duim*, qvæ interdum etiam pro ...ntur. 5. Obiter notetur de ...ſyllabæ in Præterito & Futuro *ama-* ...qvòd Diomedes lib. 1. *Præteritum* ...verò ſemper *produci* ſtatuat. Sed ...utramqve penultimam & in *Præ-* ... exiſtimat, ſuámqve opinionem ... Tempora qvæ habent IS breve in MUS & ITIS breve in plurali: ut, *legi*, Contrà, qvæ IS longum in ſingulari, ea S longum in Plurali: ut, *audis*, *audimus*, ... *legeris*, habet IS breve, ergo in plu- ... brevia erunt. Huc accedunt teſtimo- ... utroqve tempore hanc ſyllabam corri- ... *correpti* exempla ſunt apud Ovid. 2 Me- ... *nisi nox ubi fecerit orbem*. Item 4 ... *ubi dixeritis*, *ſervat ſua dona rogata*. ... ſæpiſſimè occurrit, ut apud Virg. 6 ... *ſupremam falſa inter gaudia noctem Ega-* ... Joannes Rhenius *penultimam Futuri Sub-* ... ITIS extra metrum ſemper *corripi*, in ... etiam *produci* ait. *Perfectum* verò ... *Correpti* exempla ſuperius vidimus, ... jam adducemus. Catul. Epigr. 5: ... *fecerimus*. Ovid. 6 Metam: *Accepiſ-* ... *in undis*. Idem 4. de Ponto: *Cum ge-* ... *opacum nubibus Hæmum, Et maris Ionii* ... mox: *Conſulis ut limen contigeritis e-* ... ii qvi Diomedem ſeqvuntur exiſti- ... futurum correptum reperiatur, non à *Futu-* ... *ro*, juxta illos, *tertio*, ſeu ab illo *futuro* ... terminatur, deduci: tamen cum incertum ... reperiantur probatorum autorum, in qvi- ... *correptum*, qvàm *productum* reperiatur: ... ſtatuamus, *penultimam Futuri* in metro

*commu-*

Digitized by Google

*communem* eſſe, *Præteriti* verò *brevem*. Qvamvis hæ
ſervatio ad Proſodiam & Poëticam potiùs qvàm huc ſp
re videatur, tamen qvoniam diſcrimen *Præteriti & F*
ſubjunctivi nos docet, prætermittenda hôc locô non
6. De *aliis Conjunctivi diviſionibus & novis ſpeciebus* n
dum, qvod nemo veterum Grammaticorum de *Mod*
*Potentiali*, ſive *Permiſſivo* aliqvid poſteritati ſcriptum
qverit, & ne qvidem horum nominum aliqvis antiqv
meminerit, eóſve *Modos* à *Conjunctivo* ſeparaverit, i
fortaſſe ea de cauſa, qvia hi Modi ferè cum aliis vocibus
guntur. *Optativum* tamen veteres diſtinctum à *Conjun*
eſſe voluerunt. Et certè ſi *terminationem* reſpexeris, q
ſuprà diximus veram eſſe notam diſtinctorum Modo
ſeparari *Optativus*, *Potentialis* & *Conceſſivus* à ſubjunc
non debet. Sin verò *ſignificationem* conſideraveris, vari
vidi poteſt: nam non ſolùm eô *imperamus*, *probibem*
*optamus*, ſed etiam *concedimus* & *potentiam* eleganter ſ
ficamus. Et hàc de cauſa permotos qvoſdam fuiſſe, præ
tim Alvarum pag. 60. ſeqq. exiſtimamus; ut, *hoſce M*
*Potentialem* ſc. & *Conceſſivum* diſtinctè à Conjunctivo
diderint; etſi à *Conjunctivo terminatione* nihil planè
rant, niſi qvòd ſummus horum Modorum patronus Alv
pag. 59 dicat *tertium Futurum*, hoc eſt, Modi Potentiali
turum, voce cum Præterito perfecto prorſus conſen
Qvamvis autem nos, qvi *terminatione* diſcerni Modos
tuimus, *hos Modos Potentialem* ſc. & *Permiſſivum* diſtin
eſſe à *Subjunctivo* non profiteamur: non incommodè ta
monuerint Præceptores *unum* eſſe *Modum* qvi tot ſigni
tiones admittit. Hic *Modus* vocetur *Subjunctivus* ſive
*junctivus* ſi particula qvæpiam præcedat. *Optativus*, ſi
cedat *Adverbium Optandi*. *Potentialis* ſi abſolutè pona
& per *Poſſum*, *Debeo*, *Volo* exprimi poſſit. *Permiſſivus*, ſ
Verbum *licet* exponi poſſit. Ut autem qvales ſint *hi M*
faciliùs intelligatur: nos de utroqve *Potentiali* ut &
*miſſivo* agemus. Initiò igitur, ut ab ipſo *nomine* ordiar
*Potentialis* olim non eſt dictus. *Poſſibilitatis* qvidem m

Digitized by Google

... Conjunctivo ſic diſſerit: *Iſte modus,* ... *apud Latinos eſt, qvando dubita-* ... *qvando poſſibilitatē ſignificat* &c. ... *mus* p. 61, *poſſibilitatem* appellat, ... *rioribus* vocat, unde *Potentialem* ... qvòd *potentiam* ſive *facultatem* ... Solet enim verbô *Poſſum* explicari. ... qvi primus *Potentialem* vocare cœ- ... autem, ut ſuam cuiqve tribuamus ... *Britannus*, inſignis Medicus & ... meritus. Et ne verba tibi dare ... de re ingenuam confeſſionem affe- ... d. Struct. Lat. Serm. pag. 42. deſum- ... it Linacer, *hic Modus fuit innomina-* ... *tialem vocabimus*. Sed à nomine ad ... *Modi* deſcendimus. *Potentia-* ... qvi *potentiam* ſeu *facultatem, debi-* ... ſignificat, & per verba *Poſſum, Volo*, ... Naar der i Danſken ſanedis fal ... : Jeg vilde vel: Jeg ſkulde vel ... giort/ 2c.. Sed ſingula hujus Modi ... ſeqvuti ductum R. D. D. Jerſi- ... & Alvari pag. 61. ſeq. Præmonemus ... modus conjunctus ſit plerunqve cum ... vid Futuri ſapit: kand jeg/ ſkal jeg/ ... Præſens *prima* perſonæ. Amem ... perdiderunt: kand jeg/ ſkal jeg/ ved ... 3. de Orat: *Ego te Conſulem putem,* ... *ntorem?* Plaut. Amphit: *Vir ego tuus* ... *qvi ego nunc agam?* Ibidem: *Hei mi-* ... *gam? qvid clamem? aut qvid qverar?* ... ore/ huad kand jeg klage. Cic. pro ... *qverar? aut unde potiſſimum* ... *a qvibus auxilium petam?* Huc et- ... tiones illæ; *ut ita dicam, ut ſic dicam*, ... tur, *Secunda* Perſonæ, Terent. Andr.

*Tum*

*Túne impunè hoc facias?* Cicero 1 Catil: *Tu ut unqvam te corrigas?* Et ſine interrogatione. Plin. lib. 1 Epiſt. de Euphrate Philoſopho: *Nullus horror in vultu, nulla triſtitia, multa ſeveritas, revereaaris occurſum, non reformides.* Qvintil. li. 6. cap. 5: *Videas enim pleróſqve irâ percitos.* Et lib. 1. cap. 9: *Franges citiùs, qvàm corrigas, qvæ in pravum induruerunt.* Virg. 4 Æneid: *Migrantes cernas totâqve ex urbe ruentes.* *Tertia perſonæ.* Virg. 2 Æneid: *Qvis cladem illius noctis, qvis funera fando Explicet, aut poſſit lacrymis æqvare dolores.* In qvo exemplo ponitur & ipſe Modus, & ejus interpretatio: *Explicet* enim tantundem valet ac *poſſit explicare*: & vice verſâ *poſſit æqvare* idem eſt atqve *æqvet.* Ne mireris tot cumulari à nobis teſtimonia, iiſqve noſtrâs idioma interſpergi. Etenim exemplorum varietate natura hujus Modi clariùs illuſtratur, qvem, ut ait Alvarus & Verepæus, jure optimô Romanæ lingvæ lumen & ornamentum appellare poſſis. Idem præſtat vernaculum idioma, qvô tanqvam magis notô certiores reddimur de hujus Modi verô ſenſu & uſu, monemúrqve plures voces Danicas reſpondere uni Latinæ. *Imperfectum*, & qvidem *prima* perſonæ. Cic. Trebo. lib. 15: *Ferreus eſſem, niſi te amarem*: Jeg maatte vel være saa haard som jern / dersom jeg ey elſte dig. Idem ad Attic. 8: *Plura ſcriberem, ſi ipſe potuiſſem*: Jeg vilde vel gierne ſchriffve mere / om jeg hafde kundt kommet til der med. Idem Epiſt. ad Brutum: *Scriberem ad te plura, niſi ad te hæc ipſa nimium multa eſſent.* *Amarem amicos, qvi toties me nudarunt?* ſkulde jeg / kunde jeg / ſkuld jeg kunde komme til med 2c. Cicero 3 Verr: *Qvæ ego non commemorarem, niſi vos illud vellem recordari*: cujus Græcam interpretationem hanc affert Priſcianus, ἐν ἂν ἐμνη-μόνευον. Cum hoc tempore junguntur Adverbia tam Præſentis qvàm futuri temporis. Virg. lib. 8: *Non ego nunc dulci amplexu divellerer usqvam Gnate tuo.* Cic: *Scriberem ad te, ſi eſſet tabellarius.* *Secunda.* Cic. pro Rab. perd: *Tu denique Labiene qvid faceres tali in re ac tempore?* Salluſt. in Catil: *Sed confectô præliô, tum verè cerneres, qvanta audacia*

qvan-

*in exercitu Catilinæ:* Terent. A-
*infortunium.* Virg. 8: — *At tu*
*Teruia.* Terent. Andr. —*rideo in-*
*Nec ſatis ad objurgandum cauſa:*
Tuſcul: *Nunqvam id diceret, ſi ipſe*
*ſocium exanimum vates, qvod cur-*
—. Priſcianus exponit: λέγει ἄρα.
ſone. Det jeg mon haffve giort/ det
Saa jeg haffve giort det/monne
giort det. Plaut. Amph: *Audiſtin' tu*
? *So. ubi ego audiverim?* Cic. in Brut:
*amplius centum qvinqvaginta, qvas*
*rim, & legerim & rebus, & verbis illu-*
c: *Præcidi caput juſſit M. Antonij omni-*
*s qvi viderim.* Idem in Brut: *Sed omni-*
*bularum, qvi & planè indocti, aut inur-*
*fuerunt, qvos qvidem ego cognoverim,*
*do & acutiſſimum judico noſtri ordinis*
. Lib. c. 2. *Sunt & alii multi diſerti,*
*eſt: eorum qvos ego viderim, Domitius*
*longè peritiſſimi.* Idem tamen l. 12.
hunc modum explicat, dicens: *Qvos*
*rit:* qvod ſuperiùs unâ vocepotentiali
*rim.* Diligenter autem obſervandum,
i, extra interrogationem, dubitatio-
& particulas infinitas, vix unqvam u-
ed potius circuitione aliqva, qvali mo-
ns. E. g. Cicero in Bruto ita —
*m Rhetoricè & Tragicè ornare potue-*
*Sed intelligere potuiſti priore actione*
*ſta plurimos &c. pro teſtimonio dicere.*
il. 2. Æneid: *Non priùs aſpicies, ubi feſ-*
*iqveris Anchiſen? ſuperet conjunxne*
*? qvos omnes undiq; Grajæ Circumer-*
*ris reſiſtat Jam flammæ tulerint, ini-*

*micus & hauſerit enſis.* Ubi & *tertia perſona* autoritas
tur. Peſchettius Reprehenſ. 34. exponit, *flamma tul*
*hauſerit enſis*, ſimpliciter per pluſqvamperfectũ, *flamm*
*liſſent, hauſiſſet enſis* contra mentem Alvari. Sed ab ipſ
ſciano Alvariana expoſitio robur acqvirit, qvi l. 18 de I
ſonalium conſtructione p. 680 explicat, *poterant tuliſſ*
*terant hauſiſſe*: id qvod etiam rectè obſervavit Jaco
Foſſa. Horatius in Epod. *Impune ut urbem nominè im*
*meo.* *Tertia perſona.* Virgil. lib. 9 *Unus homo & veſ*
*cives undiqve ſeptus Aggeribus, tantas ſtrages impunè*
*bem Ediderit? juvenum primos tot miſerit orco.* Hic
mat Orlandus Peſcettius: *Hic neqve præteritum eſt*
*nec modus potentialis, ſed ſimplex Futurum Conjuncti*
occurrit Marianus, rectè regerens: Ergò nullos Tur
terfecit. Sed verò, Virgilius tradit nominatim multos
no eſſe interfectos. Qvòd, ſi itaqve ſimplex futurum h
telligeretur ut putat Orlandus, non tam interfecti, q
terficiendi à Poëta memorarentur. Qvare potius hi
tiendũ Alvaro ejúſq; propugnatoribus Mariano, Ben
& Jacobo à Foſſa, qvàm Peſcettio. Qvintil. l. 10. c. 1
moſthene & Cicerone agens ait: *Et fortaſſe epilogos*
*Civitatis abſtulerit*: ſed & nobis illa qvæ Attici mi
diverſa Latini ſermonis ratio minùs permiſerit. Huc
inqvit Alvarus, videntur illa, & qvæ ſunt ejuſdem g
ſpectare: *Te, ut unqvam ulla res fregerit? Neſcio an*
*unqvam in mentem venerit*, pro frangere potuerit &
etiam contra Alvarum ſtrepit Peſcettius velut anſ
olores: ſed qvia tantùm ſtrepit, de rebus nihili long
texemus λόγους. Id qvod & de pluſqvamperfecti ex
dictũ ſit; qvæ Peſcettius omnia unâ liturâ inducit, ſim
ea negans, & negationis rationes nullas afferens. *Plu*
*perfectum prima perſona.* Cic. Cornificio l. 12. *Plu*
*ſiſſem, niſi tui feſtinarent.* Idem pro Planc. *An ſi*
*in me vita cupiditas fuiſſet, ego menſe Decembri mei C*
*tus omnium parricidarum tela commôſſem?* Idem

...*ſ itanarrâſſem?* Terent. Eunuch.
... *Domi non offendiſſem.* Se-
... Verr, *Si tibi antea diſplicuiſſes, idem*
... *Piſo.* Terent. Eunuch. — *Cæte-*
... *quanto inveniſſes Thraſo?* Sveton.
... *alluiſſes allium.* Cic. 3 Verrem: *Si*
... *cauſâ dixiſſes, cautiùs compoſuiſ-*

... *tertiæ perſonæ.* Cic. Bruto. *Si Corpo-*
... *us eſſet diſertus.* Ibid: *Is proceſſiſſet*
... *ſemper infirmâ atqve etiam ægrâ vale-*
... *Neqve enim jam Troicis temporibus tan-*
... *Ulyſſi tribuiſſet Homerus, & Neſtori,*
... *voluerit, alterum ſvavitatem, niſi*
... *ſapientiæ.* Idem 4. Verr. *Neqve enim*
... *tanta concidiſſent, niſi illud ei rei*
... *& receptaculum Claſſibus noſtris pa-*
...n. 6: *Si potuiſſet redimere oculos matris,*
... *ſuos dediſſet.* Qvorſum, inqvies
... tam multa exempla? qvia ſunt qvi pu-
...emporis teſtimonia, uſitatioremqve eſſe
... ita ſit, pervolutandis ſcriptoribus ex-
...arò uti velim. Nota. Ponitur interdum
...*ndicativi* locô hujus *pluſqvamperfecti.*
... *truncus illapſus cerebro ſuſtulerat, niſi*
...*ra levâſſet. Suſtulerat*, pro, *ſuſtuliſſet*
...nus, propter metrum. Sed Qvintil. nul-
...ulſus dixit Declam. 6: *Qvantum inter*
...*ecidit oculos ſuos: ſi perſeverâſſem, duos*
...*excæcaviſſem.* Veluti autem in perfecto
...i ſunt; ita qvoqve in pluſqvamperfecto.
...*l cùm hæc ſcribebam, 5 Calend. Pompejus*
...*erat veniſſe.* Virgil. 10. *Debueram patriæ*
... *Omnes per mortes animam ſontem*
...m. Jeg vilde giøre/ jeg maatte giøre/
...dett. Cic. 3. de Orat. *Syrtim patrimo-*
...*ùs dixerim* &c. Idem in Orat. *Pompeji-*

 *dianas*

Digitized by Google

dianas qvadrigas, qvam poſtmeridianas libentiùs di...
Ibid. Nec verò reprehenderim &c. Idem 5 Tuſcul: ...
me Hercule, malo cum Platone, qvàm cum iſtis vera ſ...
M. Macte virtute, ego ipſe cum eodem ipſo, non invitus ...
rim. Idem in Brut: Tum Brutus, iſta vero, inqvit, qvàm ...
ſaria fuerint, non facilè dixerim, jucunda certè mihi f...
Qvint. l. 11. c. 3: Et qvidem hæc ad qvadam prodeſſe no...
verim. Idem l. 1. c. 1: In parentibus verò qvamplurim...
eruditionis optaverim. & l. 10. c. 1: Oratores verò vel p...
Latinam eloqventiam parem facere Græcæ poſſunt. N...
ceronem, cuicúnqve eorum facilè oppoſuerim. Idē l. 11. c. ...
dem vel mediocrem orationem commendatam viribu...
nis, affirmaverim plus habituram momenti, qvàm op...
eàdem deſtitutam. Idem in Procem. l. 1: Ac veterum ...
ſapientiæ Profeſſorum multos & honeſta præcepiſſe, & ...
ceperunt, vixiſſe facilè conceſſerim. Colum. l. 6. c. 1: ...
emendis bubus ſeqvenda, qvæqve vitanda ſunt, non ...
dixerim. Huc referuntur ab Alvaro illa, qvibus veni...
cémqve præfamur. Cic. 5. Tuſc: At Hercule Bruto m...
tur, cujus ego judicium, pace tuâ dixerim, longè antep...
Idem de fato: Qvædam etiam Poſſidenius, pace Mag...
xerim, comminiſci videtur. Hoc alii προφράζο...
l. 34. c. 1: Atqve hæc omnia Medici, qvod pace eorum ...
ſe liceat, ignorant. Qvint. l. 1. c. 6: Sed pace dicere ho...
ruditiſſimi liceat. Ovid. 3. de Ponto: Pace tuâ dixiſſ...
Sed nec Poëtæ ab hoc dicendi genere abſtinuere. Vir...
Non ego te Ligurum ductor fortiſſime bello Tranſie...
Idem 11: Nec vos arguerim Teucri, nec fœdera, nec qv...
ximus hoſpitio dextras. Terent. Hec: — deniqve he...
fugerim potius qvàm redeam, ſi eò mihi redeundum...
Idem Heaut: Hoc vide in meâ vitâ tu mihi laudem ...
tum ſcelus: ut ſi paululum modò qvid te fugerit, ego pe...
Idem And: Ubivis faciliùs paſſus ſim, qvàm in hâc re m...
dier. Idem Hecyr: Et moneo, & hortor, ne cujus qva...
reare Qvin ſpolies, mutiles, laceres, qvemqvem naſta ſi...
ſciamus illud Virgil. 2 Georg: Non alios primâ creſce...

Digitized by Google

... habuiſſe tenorem Credide-
... pleat, πιςεύσαιμι ἄν. Linacer l. 6.
... exemplis ſubeſſe Enallagen præteriti
... futuro ejuſdem modi. Et hactenus
... Linacer vocavit *Potentialem*. Super-
... *ſitivus*. *Permiſſivus* ſive *conceſſivus*
... ſive *concedendo* nomenclationem ſor-
... permiſſionem ſive conceſſionem adſignifi-
... tum cernitur in ſecundis & tertiis per-
... primas enim non facilè invenias. Nec
... pla nobis qvidem modò occurrunt; id
... cognitur: ſiqva verò aliunde habere
... mox aſſignabimus, adijciantur. *Præ-*
... det/ Lad ſaa verre at jeg giør det.
... *qvid iſtuc? tibi ſi iſtuc placet; Profun-*
... *nihil ad me attinet*. Cic. 3 Verr: *His ego*
... *C. Verrem contra leges pecuniam cepiſ-*
... *viri tot Senatoribus, tot eqvitibus Roma-*
... *? tantæ Po. Ro. voluntati reſtitiſſe? Su-*
... *vibus probemus*, &c. Ibid: *Confringat*
... *ſenatoriâ, qvæſtiones omnium perrum-*
... *veritate, mibi credite* &c. Idem 2. Acad.
... *mus, ſint falſa ſanè, invidioſa ſanè non*
... *vit Ennius ſanè, ut eſt, certè perfectior*
... *ſacrilegus, ſit fur, ſit flagitiorum omni-*
... *ceps: at eſt bonus Imperator*. *Præteri-*
... d mig haffve giort det da/ Lad ſaa
... ort det. Cic. 3 Verr: *Erunt etiam for-*
... *ejus peculatum vel acerrimè vindican-*
... *erit ex peculatus etiam judicio*, &c. Et
... *c qvoqve evaſerit: proficiſcar eò qvò me*
... Ro. ibid. *Malus civis, improbus conſul,*
... *arbo fuit: fuerit aliis tibi qvando eſſe*
... *ctum*. Da motte jeg haffve giort
... d: *Non potui abreptum divellere corpus,*
... *ſociis, non ipſum abſumere ferro Aſca-*

 *nium?*

Digitized by Google

*nium? patriſqve epulandum apponere menſis? Verùm*
*pugnæ fuerat fortuna: fuiſſet.* Hic fuerat, pro, fuiſſe
tum eſt; veluti Qvintilianus ſuperiùs dixit, *Excæca*
pro, *Excæcaviſſem.* *Futurum.* **Lad ſaa værre at je**
**de ſaa giort det/ jeg kunde giøre det.** Cic. 2. Aca
*reſtitero Peripateticis, qvi ſibi cum Oratoribus cogna*
*eſſe, qvi claros viros à ſe inſtructos, dicunt rempub. ſæpe*
*ſe. Suſtinuero Epicureos* &c. Salluſt. in Ciceronem:
*oro te Cicero, perfeceris qvod libet, ſatis eſt perpeſſos eſſ*
Hoc præteritum ſi eſſet, inqvit Alvarus, non adjunxiſſe
te. Item Cic. in Salluſt. *Vixeris ut libet Salluſti, ege*
*volueris, ſatis ſit unum te tuorum ſcelerum conſcium eſſ*
terdum mitiùs & leniùs iiſdem vocibus utimur, qvibu
ficamus nos alicujus rei curam penitùs abjicere, eám
liorum arbitrio & judicio committere. Cic. 5. Tuſc.
*ſibi conveniat, ipſe viderit.* Idem de amicit. *Qvàm id re*
*ciam, viderint ſapientes.* Idem de Natura Deor. *Qvàn*
*le iſtud ſit, tu videris.* Liv. 1. ab Urb. *Vos, inqvam, vi*
*qvid illi debeatur: ego me & ſi peccato abſolvo, ſuppli*
*libero.* Idem pro Roſc. Am. *Sed de Capitone pòſt v*
*mus, ſi qvemadmodum paratum eſſe audio, teſtis prodie*
*viderimus* pro *videbimus* videtur poni. Sic Gell. l. 19,
qvitur: *Videbimus autem pòſt de inimicitiis & qvadri*
*fortaſſe de qvadrigis veterum autoritati conceſſero.* Sic
*ro*, pro *diligenter videbo, etiam atqve etiam conſiderabo*
qvens eſt. Idem pro Cœlio: *Videro hoc poſterius.* I
Verr. *Alio loco de aratorum animo & injuriis videro.*
Græci, illud *Tu videris,* ſolent Futuro Indicativi e
Matth. 27, v. 4: οἱ δὲ εἶπον, τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει
eſt, *Illi autem dixerunt: Qvid ad nos, tu videris?* Et h
*Modo Permiſſivo.*

## DE INFINITIVO.

*Infinitivus* eſt, qvi neqve perſonam
tam, neqve numerum definit.

Digitized by Google

… *tria* habet tempora: Præ-
…itum: ut, *amaviſſe*. Futurum
…per Participium in RUS, & ver-
…m FORE: ut, *ſcribis te ad me fore*
… quàm FORE uſitatius eſt.
…ſivus itidem *tria* tempora habet:
… Reliqva *duo* circumſcribimus:
…idem per Participium Præteri-
…SSE aut FUISSE: ut, *amatum eſſe*
…m verò per Supinum prius & IRI:

…: qvòd à Qvintil. hic Modus dictus ſit
…rò l. 1. c. 7. *Indefinitus*. Nonnulli, ut
…*ignificatibum, ac Imperſonatibum* nomi-
…e perſonas, neqve numeros ſignificet.
…ocârunt qvidam, qvia, qvod finem non
…nſetur. Qvidam, ut ait Priſcianus li. 3.
…*um* ipſum appellârunt, ac ſi *finita Verba*,
…ppellanda, *infinita* verò ipſorum *Nomi-*
…o pro *Nominibus* ponantur. Stoici verò
…uic Modo, ut ſolum *Infinitibum Verbum*
…era autem καἰηγορήματα, id eſt, appel-
…ίμματα, id eſt, accidentia. Sed Scaliger
…4. Paulò ſeveriùs Infinitivum excipit,
…Modorum eximit, ſic diſſerens: *Infiniti-*
…*nullam enim animi inclinationem oſten-*
…*cipitur Modos, atqve cum ipſis coaleſcit*
…*æ fuit cauſa ejus nominis: non, ut dixêre,*
…*e perſonas, neqve numeros finiat. Itaqve*
…*έμφατον appellârunt, qvippe qvòd nihil*
…*qvòd perſonas numerbſqve nullos definit,*
…*cum Verbo Imperſonali, qvæ tamen non*

 *ſunt*

Digitized by Google

*ſunt* ἀπαρέμφατα. Verùm Scaliger nihil aliud p
qvàm qvòd *Infinitivus* non ſit *Modus tam perfectus* a
qvi, qvod largimur; nec tamen inde ſeqvitur, *Modum*
no non eſſe. Nam & *Imperativus* non tam perfectu
Indicativus & Conjunctivus, qvoniam neqve tot ter
neqve tot perſonas habet, nec tamen ſeqvitur *eum M*
non eſſe. Itaqve cùm à pleriſqve in numerum & or
*Modorum* receptus ſit hactenus, temerè eum non el
bimus. Ita tamen eum retinebimus, ut *Modum* eum
deo *perfectum* eſſe ac reliqvi ſunt, fateamur; penitus
*eum Modum* non eſſe, negemus. 2. Fuit priſcô Lati
ævô *Futurum* antiqvum ab antiqvo *Futuro Conjunct*
ductum. nam priſci (ut ſuprà in Futuro Conjunctiv
mus) *amâſſo* pro *amavero* dicebant; unde *Futurum In*
*vi amâſſere, expugnâſſere, impetrâſſere*, formabant
Græci à ſuo τύψω *verberabo*, τύψειν *verberaturum e*
eunt. Plaut. Amph: *Eos legat Teleboïs, jubent ſentent*
*dicant ſuam*: *Si ſine vi, & ſine bello velint rapta & r*
*tradere, Si qvæ aſportaſſent, redderent, ſe exercitum ex*
*domum Reducturum*: *abituros Argos Argivos*: *pacem*
*otium Dare illis*: *ſin aliter ſint animati, neqve dent, qvæ*
*Seſe igitur ſummâ vi, viriſqve eorum oppidum expugn*
pro expugnaturum eſſe. Idem Milit. — *hercle credo*
*lè impetraſſere*. Aulul. 4. 7: *Et iſtuc confido à fratre*
*petraſſere*. Caſin. 2. 3: *Atqve me hoc credo impetr*
Stich: *Gratiam à patre ſi petimus, ſpero ab eo impetr*
3. Sunt haud pauci ex modernis, inter qvos Donatus
vulgaris; qvi aliam ad huc *Futuri* formam Infinitivo
attribuunt; ut, *amatum ire, datum ire*; qvæ præcepe
mè nihili eſt. Etenim *a*. nullô ſatis idoneô probati a
teſtimoniô illud Futurum probari poteſt. nam, qvòd
locum Plauti in Milite, act. 4 ſc. 3: *Credo te facile im*
*tum ire*, pro *impetraturum eſſe*: mendum eſt typograph
omnes enim correcti libri, ut & Grammatici nobilio
ſtantur legendum eſſe non *impetratum ire*, ſed *impetr*
qvod eſt *futurum priſcum Infinitivi Modi* à *Futuro C*

Digitized by Google

*tibi impetraſſo*, de qvo modò dictum eſt. ε. Qvia hæc locutio *amatum ire* non tam *Futurum*, qvàm *Præſens* tempus adſignificat. Sicut enim in Indicativo dicimus: *eo emptum: cur te is perditum?* Ita in Infinitivo præſenti per circuitionem: *ire emptum* dicitur: at gaa hen at kiøbe/ habétqve ſignificationem ſe ad actionem præparandi, ut: *iturus eſt ſe perditum*. Hanc circuitionem Præſentis Infinitivi complurima comprobant claſſicorum exempla. Plautus in Pœn: *Siccine oportet ire amicos homini amanti operam datum?* Idem in Ciſt: *Qvi magis potueris mihi honorem ire habitum, Neſcio* —. In Bacchid: — *ut iſtud delictum Deſiſtas tantopere ire oppugnatum.* Liv. lib. 9. bell. Maced: *Vitricus ergo,* inqvit, *tuus pudicitiam, famam, ſpem, vitámqve tuam perditum ire hôc factô properat.* Gellius lib. 14. cap. 6: *Homo nobis familiaris, Adjutum, inqvit, ornatúmqve volo ire in Noctes tuas.* Qvid qvæſo aliud *ire datum operam, ire habitum honorem, ire oppugnatum: perditum ire: ornatum ire,* qvàm *operam dare, habere honorem, oppugnare, perdere, ornare* ſignificant? γ. Qvod ſi *Amatum ire, doctum ire* &c. vera *Futura Infinitivi* Activi eſſent; tum in omnibus *Activis, Neutris & Deponentibus*, qvæ *Supinum* habent, hæc forma uſurpari poſſet. Atqvi non in *omnibus Infinitivis* uſurpatur, ſed in iis tantùm, qvorum *Indicativi eandem phraſin admittunt*. non enim dicimus: *eo itum: eo ſurrectum: eo ſtatum: eo neglectum*, &c. Curtius tamen lib. 10 Deponenti uſus eſt: *Poſtremò die indigna res Macedonibus videbatur, Perdiccam ad mortis periculum adductum, & Meleagri temeritatem armis ultum ire decreverant.* 4. *Imperfectum Infinitivi* coincidit cum *Præſente*, *Plusqvamperfectum* cum *Perfecto*. Qvò verò facilius rudes lingvæ Latinæ hæc percipiant, ſingula tempora exemplis illuſtranda ſunt: *Scio te amare literas*, Præſens eſt. *Sciebam te amare literas*, Imperfectum eſt. *Scio avum tuum vehementer amaſſe literas*, Præteritum perfectum eſt. *Sciebam avum tuum vehementer amaſſe* literas, Plusqvamperfectum eſt. 5. *Futurum Activum Infinitivi* priſcis temporibus fuit ſyllaba RUM finitum, qvod omnibus Generibus



Digitized by Google

bus & utriqve Numero non ſecus ac *Fore* accommoda-
tur. C. Gracch: *Credo ego inimicos meos dicturum.* Val
Ant: *Aruſpices dixerunt omnia ex ſententia proceſſurum.*
ber: *Non putavi hoc eam facturum.* Verr. 5: *Hanc ſibi*
*ſperant præſidio futurum.* Hæc Gellio debemus & Dn D. J
par. p. 30. Verùm nunc locô ejus utimur *Participio R*
cum ESSE vel FORE, qvod jungitur cum omnibus Gen
bus & utroqve numero. Cic. Attic. lib. 5: *Addis te ad*
*fore venturum.* Idem ad Lentul: *Vehementer confido bi*
*teris, ſe apud te gratioſum fore.* Idem Attic: *Nihil arbit*
*fore, qvod reprehendas.* Idem ad eundem: *Dionyſio, a*
*exiſtimabam vagos nos fore nolui moleſtus eſſe.* Qvando v
pro ESSE, annectitur FORE, vel FUTURUM ESSE;
*ſimplex Futurum* inde fit, ſed *Futurum Perfectum*, qvod q
dam Perfectum de Futuro ſignificet: ut, *Spero tibi eos b*
*tempore, ſocietate victoria copulatos fore.* Cic. Brut. lib
ep. 8: *Exiſtimes me tibi obligatum fore.* Cic. 13 ep. 18. Si v
Verbum caret *Supinô*, & proinde *Futurum Infinitivi Ac*
habere neqveat, fit circuitio per FORE, vel FUTURU
ESSE. E. g. qvia Diſco caret *Supinô*, caret etiam *Fut*
*Activi Participii*, & exinde nato *Futuro Infinitivi Activi*,
cendum erit: *Spero fore ut diſcat:* vel *ſpero futurum ut*
*ſcat*, Jeg haabes hand ſtal wel lære det. Saturnius lib
cap. 14 notat FORE etiam Præſentis temporis ſignificat
nem admittere. Cic. in Valerium: *Marius cum à Senat*
*urbe repulſus eſſet, ea qva in eum falsò conflata fuerant, di*
*re voluit. Qvid ita? Qvia ſe ſine ſcelere fore intellige*
Rurſus: *Qvanto robore animi is ſemper extiterit, qvi vi*
*ſibi integram fore intelligit, difficile dictu eſt.* Idem lib
de Invent. *Altera eſt, in qva rerum expoſitio ponitur di*
*buta, ex qvâ conficitur, ut certas animo res teneat auditor, q*
*bus dictis, peroratum fore intelligat.* Hic mihi qvis negave
inqvit Saturnius, *fore*, hiſce omnibus locis eſſe præſentis te
poris, idémq; valere, qvod *eſſe?* Hæc ille. 6. *Futurum Infini*
*Paſſivi* eſt immobile per omnia genera omnésqve numer
ut, *Spero illum, illam, illud, illos, illas, illa* inventum iri. C

Digitized by Google

*...endi non eſſe*, &c. *addit etiam ſuprius ... ebelatum iri.* Idem de Divinat. *... iri minus triginta diebus Græciæ...* ...emprol. Hecyr. — *interea rumor ve-...* Qvintil. *Reus parricidii damna-...* ...unt: Rud. *Mihi iſtæc videtur prædatum ...em tu locum Græciæ non direptum iri.* ...ibi *Qvod ſcribis te ipſum putare me at-...* *...Philoſophi ambulant, has tibi red-...* Et hæc de *Infinitivo*: ad qvem ... *Gerundium & Supinum*.

# GERUNDIO.

...eſt dictio verbalis, declina-...inationes vi, vo, vum, & in-...endi & patiendi ſignificatio-...t, *amandi, amando, amandum*.

...tu eſt, qvantopere torſerit Grammatico-...*liorum* doctrina, controverſa cumprimis ... ſectis variis & factionibus variè diſtra-... ...er veteres de ipſo *nomine & appellatione* ...ra recentiores magnopere diſſentiunt in ...*indole & ſede* conſtituendâ. Et ut à ...ur: tradit Diomedes reliqvis *qvinqve* ...*ctum* qvoqve *Modum* additum fuiſſe ex ...t ait, *Participialem* vocârunt. is autem ..., qvæ modò *Gerundia & Supina* dicimus. ...t idem ait, Probus *Supina* nominavit, alii ...omedes nunc *Gerundia*, nunc *Supina*, ... vocat, qvem ſecutus Priſcianus, iiſdem ...i p. 320, 307, &c. Servius in Virgilium, ...gemino I appellat; eſt enim Genitivus Ca-...*undium*. Idem Servius in Donatum, *Mo-...* ...vocat, Phocas *Participialia*. Donatus

(ſi

(ſi tamen Conjugationum exempla ejus ſunt) *Gerundia*, ſive *Participialia* vocat, qvæ hodie *Gerundia* pleriqve dicunt. *Supina* idem appellat, qvæ eôdem nomine vulgò appellantur. Ita primis temporibûs nullum certum nomen habuit; nunc verò communî recentiorum conſenſu uſus obtinuit ut qvæ in DI, DO, DUM exeunt, propriô vocabulô ab iis, qvæ in UM & U finiunt, diſtingvantur. & illa qvidē *Gerundia*, hæc verò *Supina* nominentur. Unde verò *Gerundia* nomen habeant, fatetur ſe Alvarus p. 354 nōdùm legiſſe apud veteres. Sed verò p. 358 ait qvoſdā ſuſpicari dicta eſſe, qvòd geminā ſignificationem, activam ſc. & paſſivā *gerant* &c. Suſenbrotus p. 123 itidem â *Gerendo* deducit: nam duo, inqvit, *gerunt*, caſum ſc. Nominis in voce tantùm, & verbi ſignificationem in ſenſu. Qvæ alluſiva etyma videntur eſſe. Alii verò opinantur ita dicta, qvòd *rei gerendæ* & *adminiſtrandæ* ſignificationem habeant: ut, *ſurgere ad dicendum*, Gloſ. p. 179 Ulrai. p. 187. Voſs. p. 95. 2. *Originem* verò *Gerundiorum* qvod ſpectat, eam non putamus cum Orlando Peſcettio *cæco caſui* adſcribendam eſſe; qvin potiùs *ſolertiæ* & *ingenio* eorum, qvi excolendæ orationis ſtudium ſuſceperunt, ſua Romanos debere Gerundia. Veluti enim uſu venit in iis idiomatibus (ut rem veluti à capite arceſſamus) qvæ ab inopi & rudi infantia ſtudio benè loqventium, proceſſu temporis ad cultum, & copiam ſenſim progrediuntur: ita in Romanorum lingva contigit. hæc enim à rudi illa & inculta Sabinorum, Aboriginum, veterúmqve Latinorum loqvendi duritie, cum imperio, vitæ cultu & civitate aucta, curâ ingenioſorum hominum, ad hanc, qvam nunc admiramur, & imitamur lenitatem, & florentem copiam, pervenit. Id qvod & in conſtituendis Gerundiis uſu veniſſe, minimè dubitandum eſt. Cùm enim eruditi & diſerti Romanorum viderent ſe *articulis* carere, nec ſine illis *infinitivos Modos ſuos* tam facilè jungi poſſe *Præpoſitionibus*, qvàm *Infinitivos Græcorum*, illiſve illum ſenſum exprimi poſſe, qvi *Græcorum Infinitivis* exprimitur: Sua verò Participia in DUM, haud difficulter accommodari poſſe non modò ad eum, qvem diximus, exprimendum ſenſum,

ſtructuram; ab iis voces dedu- quibus *articuli Infinitis* adhibiti exprimerent ſenſum illum locutionis τῦ λέγειν, vocem deflexerunt à Genitivo loco articuli τῦ, & di- *vendi*. Sic: τῦ ζῆν ἕνεκα, *vivendi* exprimerent, qvod Græci dicunt: ὀφελοῦμαι: vocem formârunt *Ab- legendo proficio*. Sic: ἐν τῷ ἀνα- ἡδονὴν ἀπέλαβον: *legendo voluptatem*. Ac, ne ſimus longiores, *illam vocem* addiderunt ſimilem Ac- *appoſitione*: πρὸς τὸ λέγειν: μεταξὺ *ad dicendum, inter dicendum*. Non ita Gerundia in Latinum ſermonem, ſed ... virorum, qvi Romanam lingvam ... decurſu à priſco veterum horrore ad ..., cultúmqve gradatim ac ſenſim perdu- ... *Benedictum* pag. 366. & *Lina-* De *genuina Gerundiorum ſede* nec con- ... aticos. *Scaliger* de C.L.Lat: c.143. li:7. : *Patet*, inqvit Scaliger, *eſſe Participia, non abſimili, atqve etiam formâ: Habent ... vescendum, apud M. Tullium: &, ob ta- ... Neqve Tempus, ut aiunt, amiſere; ... eritis ponuntur, ſic: Ibi ad pugnandum: ... fuit, qvæ tondum eſſet: alioqvi neqvoas ... erat legiones, facturos hoſtibus pugnan- ... autem paulò liberius, elapſum eſt: Pu- ... dum pugno: ac potiùs cauſam præcedit, ... endi enim cauſa pugnamus. Significatio- ... ut caſus ſuos expetant: Studio vivendi* ... Nomina Subſtantiva refert, eò qvòd ... minis Subſtantivi ſeqvantur: ut, *tempus ... videndi* &c. qvæ referunt ſtructuram

ſub-

ſubſtantivi cum ſubſtantivo rei diverſæ, &c. *Auguſtin*
*turnius* lib. 7. cap. 4. *Gerundium* tanqvam *partem ora*
*peculiarem* conſtituit, uti & *Supinum*: unde is decem
tionis partes numerat. *Alvarus* pag. 353 ad Verba Inf
Modi *Gerundium* referendum putat: *Ego*, inqvit, *dicam*
*ſentio. Suſpicor Gerundia & Supina Verba eſſe Infiniti*
*di: nihil enim aliud, verbi causâ, dicendi, dicendo, dice*
*dictum, dictu, qvàm dicere vel dici ſignificant. Varius*
*harum vocum eſt uſus, qva varietas & ubertas ſolis R*
*contigit. nam Ebræi, Arabes, Græci, cæteræq; nation*
*nudóqve Infinitò fuerunt contenta. Qvod ſi verò qvand*
*Romanorum copiam imitari geſtiunt, ad articulos, P*
*tionéſqve confugiunt, qvarum beneficio ſua inopia med*
*præfigentes nimirum, vel articulos, vel Præpoſitiones, vel*
*qve ſimul ipſis Infinitis. Romani, ut hanc jejunitatem*
*rent, ( neqve enim ferre poterant tam crebrum Infiniti*
*vel potius faſtidium) exempli causâ: tempus eſt cauſam*
*re: Philoſophia neceſſaria eſt ad bene dicere: Conſu*
*tres horas in dicere cauſam: hæc cauſa difficilis eſt dic*
*hanc, inqvam, jejunitatem fugerent, Participialia excog*
*runt, qvibus Infiniti locô uterentur.* Sic: *Tempus eſt c*
*dicendi: Philoſophia neceſſaria eſt ad benè dicendum:*
*ſumſiſti tres horas in dicendo: Hæc cauſa difficilis eſt*
*cendum, difficilis eſt cognitu.* Nonnunqvam etiam
exterarum gentium Infinitô utuntur. Liv. lib. 10. De
*Tempus eſſe, aut pacem componi, aut bellum naviter geri*
Sylv. 4: *Forſitan Auſonias ibis frenare cohortes.* Exc
*runt itaqve Romani Participialia Verba, ad leniendam*
*liendámqve orationem. Qvæ Nomina non ideo ce*
*ſunt, qvòd aliqvando Præpoſitiones admittant, qvemadm*
*neqve Ebræorum, Græcorúmqve Infinita Verba,* &c.
probat Alvarus fuſiùs, qvòd *Gerundia* non ſint *Nomin*
jus rationes ſtrictim afferemus. *Primam* ab *autorita*
xit. Qvod ſi, inqvit, Qvintilianus *Supina* in U. e.g. *dict*
*&c. verba Participialia* vocare non dubitaverit, qvæ
caſus *Verborum* non poſtulant: nemo jure *Gerundiis*

...; qvæ caſus ſuorum *Verborum* ad-
...*participiorum* declinantur. Nam *aman-*
...; *ambjexitus* *Verborum* ſunt, non *No-*
... ducit à *Verborum qvantitate*. Nam ul-
... O anceps, non ſecus ac verba ultimam
... Idqve ex Servio probare licet: qvi
... Terentianus: *Ut vitæ dubius varios*
... Et Virg. — *Cantando rumpitur angvis*.
... et *Linacro* l.1.p.48. & *Mariano Benedi-*
...*turnulum* l.7. ſub finem c.3, qvem juve-
... ſæpe parùm modeſtus vocat. *Tertiam*
... eſumit Alvarus à *convenientiâ ſignifica-*
... cum *Gerundiis*. Veluti enim Infinitivus
... *Perſonas* habet; ita *Gerundium*: ut, *pe-*
..., habent vim *ſingularis numeri* & *pri-*
... nim valent, ac: *ſcio, qvomodo navigem*.
... *avigandi*, δύναμιν *numeri pl.* & *primæ*
... & idem ſibi volunt, qvod: *Scimus qvo-*
... ide ſunt illæ locutiones: *veni causâ ad-*
... *t vos adhorter*. *Venerunt cauſâ purgan-*
... *rent*. Sed de his alibi. Superioribus &
... *m defeſſus docendo te, vos*, &c. id eſt, *dum*
... t, inqvit Alvarus, *hæc verba Infinita, qvo-*
... *erſonâ definitur à Verbis vel Nominibus*
... *vartam* cauſam petit ab *autoritate Var-*
... nal. *à ſcribendo, à legendo, ab amando, à*
... *ſo*, *Verba* appellat. Tandem ad *etymon*
... greditur, & ideò *Participialia, Modumq;*
... utumat, qvòd *Participiis* vocis Paſſivæ,
... temporis ſimilia ſint, cum in Caſûs in-
... *di, amando, amandum, amatum*. Sed
... parùm hic ſibi conſtet Alvarus. etenim
... qvòd *Gerundia more Participiorum non*
... dicebat, *amandi, amando, amandum* exi-
... non *caſus*. Hîc autem concedit *declina-*
... s hic habebit, cùm ſub initium hujus do-
ctrinæ

Digitized by Google

ctrinæ aſſerat ſe tantùm *ſuſpicari* Gerundia eſſe Ver
*Suſpicio* autem non eſt certa & indubitata *præceptio.*
verò medium atqve regiam inſiſtentes viam, certis p
ciatorum cancellis noſtram ſententiam includemus.
*mum pronunciatum. Gerundia mera Nomina non ſun*
tio eſt in proclivi. Qvia tranſitivæ ſtructuræ capacia
verborum à tergo admittunt: id qvòd innumeris pro
emplis doceri poteſt. Cic. de Senect: *Efferor ſtudiò*
*veſtros, qvos colui & dilexi, videndi.* Idem de Orat: *Sua*
*dus te audiendi.* Qvòd verò Saturnius affirmat lib.7
Mercur. Maj. qvòd *Gerundia* etiam *à fronte* caſum
tant, ut in illo Virg. 2 Æneid: *Fando aliqvid, ſi fortè tu*
*venit ad aures Belidæ nomen Palamedis:* rectè ei reſp
Alvarus pag. 355, qvod, *Aliqvid*, in hoc Hexametro Vi
no non tam *Nominandi* qvam *Accuſandi* ſit caſus, ve
illo ejuſdem Virgil. ſub initium ejuſdem lib. — *qv*
*fando Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulyſſe*
*peret à lacrymis? Secundum pronunciatum. Gerund*
*ſunt pura verba.* Qvia declinantur per caſûs, ut No
Id qvod ex ipſa inflectendi ratione, ejúſqve teſtimonii
nis mox clarum evadet. *Tertium pronunciatum.* G
*dia mera Participia non ſunt.* Qvoniam contra comm
*Participiorum* naturam, in *paſſiva* forma *Activè* ſigni
Deinde longè expreſſior temporis differentia in Part
cernitur, qvàm Gerundiis. *Qvartum pronunciatum.*
*rundia habent aliqvid cum his omnibus commune.* ha
bent aliqvid *Nominis*, aliqvid *Verbi*, aliqvid *Participii.*
*mò* namqve ad inſtar *Nominum pentaptotorum qvinq*
*ſûs* habent, eorúmqve nonnunqvam conſtructionem a
tunt. Veluti enim Cicero in Piſonem dicit: *Vir fort*
*primis, belli & rei militaris peritus:* Ita idem Cicero
pro Fronteio: *peritiſſimus homo belligerandi.* Sic lib.
ſic: *Homo peritus definiendi. Secundò: Significationem*
*bi Infinitivi* obtinent, & nonnunqvam etiam *conſtructi*
nam eô Grammatices jure qvô Virgilius dixit, Eclog. 1
*Soli cantare periti Arcades* —. Et Tacitus in Vita agri

Digitized by Google

...dixeris Grammaticè, *peritus* ... *Terent.* Veluti *Neutra Futura paſ-* ... Participiorum declinationes termi- ... *Gerundia* declinata ejuſdem Generis ... participant. At verò hæc per ſe ... *Gerundia* ſint *mera Nomina*, aut *mera* ... *Participia*, tam diverſîs naturîs ſe invicem ... genuinâ autem eorum ſede & loco ne- ... litem movebimus, eiqve inprimis, ... Grammatices ſtabulari permiſerit. *Inſi-* ... *Gerundia* appendimus, non modò complu- ... autoritate freti, verùm etiam ſtru- ... ſimilitudine, qvæ intercedit *Gerun-* ... permoti.

## ...*dium* ita declinatur.

...tivus, *Amandum.*
...s, *Amandi.*
... *Amando.*
...vus, *Amandum.*
...s, *Amando.*

...gnamus *Gerundiorum caſus*: licèt ſint, ...ſcant. *Scaliger* de Cauſ. L. Lat. lib. 7. ...*dia appellavere, tribus præſcripta caſi-* ...*do, pugnandum*, &c. *Qvinarius* autem ...*ndiorum* à nobis aſſignatus, Latinorum ...ſt qvidem ad *Nominativum* qvod ſpe- ...tem, partes, officiúmqve ſubinnuere: ...s, tum præcipuè ex illo Livii 8. ab Ur- ...*ſe*, inqvit Livius, *in eam neceſſitatem* ...*ublica mibi, aut mei meorúmqve, obli-* ...ixerit fortè qviſpiam, hæc non tam *Neutra Futura* Participiorum Paſſivo- ...s, omnia Participia per *tria* genera va-

 riari

riari ut, *amandus, amanda, amandum.* Sed nuſpiam l
*Surgendus, ſurgenda, ſurgendum.* *Participia* igitur eſ
videntur, cùm hæc fiant à Verbis omnibus maximè *a*
ſeu neutris: ut, *Aſſurgendum eſt majoribus natu, ſud*
*eſt tibi*, &c. *Standum eſt tibi promiſſis;* qvis hæc dic
*Participia?* niſi verò *aſſurgendus, ſudandus, ſtandus*, al
do in uſu fuerint. Neqve rectè per Participium dici
*utendus ætate.* Multò minus videntur eſſe *Nomina*, cù
ter Dativum, omnium Verborum communem Geni
Dativum, Accuſativum, Ablativum, ut Caſûs propr
mittant; ut, *Obliviſcendum eſt tibi injuriæ acceptæ: S*
*dum eſt nobis Deo: Petendum eſt tibi pacem: Utendum*
*bis ratione.* Hæc itáqve & conſimilia, nec *participia*,
*mina* ſunt, ſed *Gerundia nominativi caſus.* Nam caſu
ſe nullum poſtulant, poſt ſe caſum ſuorum verborum
tamen à *Nominibus* differunt, qvòd dativum comm
omni verborum generi habeant, & ſubſtantivo verbo
tur ſive apertè ſive occultè, ac præpoſitiones omnino
ant, & qvando accuſativum petunt; paſſivô potiùs e
tur, qvàm activô. *Genitivi* teſtimonia paſſim obv
Cic. 3. Off: *Hoc quidem ſanè luculenter, ut ab homin*
*definiendi.* Idem: *Inſcii faciendi.* Cæſ. 5. belli Gall
*tim, qvòd inſvetus navigandi mare timeret.* *Dativi* e
rariora ſunt. Sed hæc habe. Pli. l. 13. c. 2. Ubi de C
rum generibus agit, *Emporetica inutilis ſcribendo.*
l. 21. c. 16. Elliptico dativo utitur, *Scolymus carduorum*
*ris ab iis diſtat, qvod radix ejus veſcendo eſt decocta:* q
*dix ejus decocta veſcendo eſt utilis ſive apta*, vel ſimil
Idem l. 15. c. 18. de variis ficorum generibus loqvens
*Alexandrinæ vix ſunt veſcendo:* Ubi ſimilis eſt Ellipſis
lib 23. c. 13: *Rubens ferrum non eſt habile tundendo.*
qvidem exempla *paſſivam* ſignificationem admittunt
hoc caſu longè freqventior eſſe traditur à nonnulli
activa. E. g. *Ferrum habile tundendo, id eſt, in qvo tu*
Et ſic de reliqvis. *Activæ* verò ſignificationis *Dativi*
diorum rariores eſſe perhibentur, qvorum nonnull

Digitized by Google

ſurgemus. Plaut. Epid. ult. Scen. act. 4: *Ego relictis rebus Epidicum quærendo operam dabo. Si invenero, exitialem ego illi faciam hunc ut ſciat diem.* Idem Pœnul. ſcen. 2. act. 1. — *ea* (ancillæ) *nos lavando & eluendo operam Dederunt. Accuſativum* ſic confirmaveris. Cic. ad Seſtium lib. 5: *Ego & memoria noſtra veteris amicitiæ, & virtute atque obſervantia filii tui monitus, nullo loco deero; neque ad conſulendum neque ad levandam fortunam tuam.* Plin. lib. 7. c. 40: *Una mortalitas & ad circumſcribendum ſe ipſam ingenioſa. Ablativo* ſic teſtantur Latini. Cic. Curioni: *Etenim quis eſt tam in ſcribendo impiger quam ego?* Idem. Attic: *Plorando defeſſus ſunt.* Nota. Exempla Genitivi, Dativi, & Ablativi nonnulla, & *activam* & *paſſivam* expoſitionem admittunt: Ut, *Filius Athenas erudiendi gratia miſſus*, id eſt, *ut erudiatur*, vel, *ut quis eum erudiat.* *Ferrum habile tundendo*, id eſt, *ut tundatur*, vel, *quod quis tundat.* Hic tamen *activa* videtur magis coacta, quam paſſiva. *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis*, id eſt, *dum incantatur*, vel, *dum quis eum incantat.* *Res ad judicandum difficilis*, id eſt, *judicatu*, vel, *qua judicetur*, ſive *quam quis judicet.* Obſervandum eſt, quod in Gerundiis tertiæ & quartæ conjugationis E non raro mutetur in U: ut, *Perficiundi, Experiundi; Experiundum*: pro *perficiendi experiendi, experiendum* dicitur. Cic. in Orat. 2: *Quod quoniam me ſæpius rogas aggrediar; non tam perficiundi ſpe, quam experiundi voluntate.* Idem. Attic. l. 9: *Nunc ſi ſine periculo experiundum erit, experiar certe, ut hinc avolem.* Hæc forma perpetua eſt Gerundiis verbi, EO. Hactenus de *Gerundio*: Sequitur *Supinum*.

## *DE SUPINO.*

S*upinum* eſt dictio verbalis, indeclinabilis, duas terminationes UM & U; & ſignificationem Infinitivi habens, ut, amatum, amatu.



Digitized by Google

Notandum 1. de *etymo*, qvòd Probus dicat Supina in-
nomen ducere, qvòd nec certum habeant numerum, ne
perſonam, nec ſignificationem: nam & ad qvamvis perſo-
nam referuntur, & utriuſqve numeri ſunt, & tam agenti
qvàm patientis ſignificationem habent. Itaqve qvemadmo-
dum *ſupinos* homines vocamus negligentes, ac diſſolutos, ni-
hil penſi, nihil certi habentes: Ita *ſupina* dicta ſunt, qvòd
omnia permiſta confuſáqve habeant. Sed alii aliter hic
ἐθυμολογοῦνται. Scaliger verò de C.L.L. l.7. c.144. fa-
tetur non conſtare unde dictum ſit *Supinum*. Alvarus pag.
220 fatetur ſe vocem ſupini nondum inveniſſe apud Varro-
nem, Qvintilianum, & reliqvos hujus claſſis. Sed à Probo,
Phoca, Diomede, Donato, uſurpata legitur. 2. Veluti de
genuina *Gerundiorum* ſede & indole ingens ſententiarum
divortium ſupra vidimus: ita plurimùm diſſentiunt Gram-
matici, ecqva tandem in orationis parte locaturi ſint *Supina*,
utpote dictiones diverſarum orationis partium æmulas.
Priſcianus *Nomina* eſſe contendit l. 8. p. 320. Valla l. 1. c. 29.
*Verba* eſſe cenſet, & Priſcianum refutat. Et Mindanus, no-
vitius Grammaticus ad *Participia* refert p. 141. Voſſius p. 95
*Supina* in UM *Nomina* vel *Participia* eſſe cenſet: *Supina* ve-
rò in U *Nomina* aut *Participia* monoptota ablativi Caſus.
Nos paucîs aſſertionibûs, ſalvô aliorum judiciô, rem univer-
ſam expediemus. *Prima aſſertio. Supina pura nomina non*
*ſunt.* α. *Qvia ſtructuram nominum non habent.* nulli
qvippe *Supinorum* præpoſitiones rectè præpoſueris, qvas ta-
men nominum ſtructura freqventiſſimè admittit. Non e-
nim dicimus congruenter indoli latinæ lingvæ, *Vado ad ſalu-*
*tatum amicos, ad qvæſitum oracula, ad ereptum bona aliena,*
*Venio ad ſpectatum, redeo de venatu,* ſicut dicere licet, *Vado ad*
*amicos, ad oracula*; & Horatius in arte: *Spectatum admiſſi*
*riſum teneatis amici?* & Statius Achill. *Qvem tum venati*
*rediturum in limine primo Opperiens* — β. Urgere uſqve a-
deò hic nolumus, qvod Valla l. 1. c. 29. contra Priſcianum in
medium adducit: qvòd ſcilicet ſi *Nomina* forent *Supina*
græci per *Nomen* potiùs qvàm *Verbum Supina* expoſuiſſent

qvi

Digitized by Google

*m infinitivi modi* exponere malunt
. Nec magnoperè movemur illâ Val-
*mina* ſi forent ablativi caſus, certè alii
nam eôdem argumentô negare licebit,
n eſſe *Nomina. Secunda aſſertio. Supi-
n ſunt.* Qvia Conjugationis legi non
tiones verborum propriæ utpote *Mo-*
iis exprimuntur. *Tertia aſſertio. Su-
non ſunt.* Qvia non modò eorum Ca-
us expreſsè non definitur. *Qvarta aſ-
t aliqvid cum his omnibus commune.*
id Nominis, aliqvid *Verbi*, aliqvid *Par-
inis.* E. g. venatu, qvòd *Supinum* po-
ivum qvartæ declinationis *Nominum.*
nius, poſt acrem verborum conflictum,
nunc Vallam inſectatur, & continuat
tandem c. 18 l. 8 fatetur, *Supina* in U
. Scilicet impetus ingenii fervidi ſiſti
ipſum facit. Si autem noſtræ opinio-
rint docti, dixerimus; qvòd *Supina in
ectivis*, faciliùs induant Nominis natu-
verbis de loco junguntur, non item.
ertens Priſcianus l. 8. p. 306. 307, *No-
erbis uſus: Seqvens forma, qva in U
mihi videtur ipſius Nominis, qvô res ipſa
iliter præpoſitione. Qvid enim eſt mi-
e? Viſio enim tam ex actione, qvàm ex*
æc ille. Hæc Priſciani opinio Vallæ
Sed qvicqvid dixerit Valla, negari non
*nina* ſint, qvando *adjectivum* additum
: ut, Qvint. l. 8: *Rebus atrocibus verba
ba magis conveniunt.* & hæc etiam paſ-
àm audiuntur, vel qvæ audiantur. Plin.
*actu ipsô caligini medentur.* Gel. l. 12:
*eratu dignos puto.* & l. 17. *Voces neqve
nſvaves. Deinde* conſtructio per con-



Digitized by Google

junctionem copulativam ſimiles caſus arguere videtur
l.31: *Id dictu, qvàm re facilius.* Tacitus l.1: *viſu*
*moriâ deformes.* Et *tertiò deniqve* præpoſitio nonnul
ditur. Qvint.l.11: *Ipſa vox non ſubſurda, nec in percep*
*ficilis.* Hic vides adjectiva Supinis ſolis in U addi ſoli
*lativis qvartæ* adjungi, ſed ita, ut iſti *ablativi Nominis* ja
mittant *adjectiva*, jam *copulativarum ſtructuram* ſeqv
in qva ſimilitudo caſuum ſpectatur, jam deniqve *præp*
*nem* adſciſcant. qvæ omnia *Nominis* naturam ſpirant.
prævidens Valla ait C.29. l 1: Qvando ſunt *Nomina*,
cant ſenſus corporis, & conjunguntur cū *adjectivis*, ac
*caſus*, reguntur à *verbo* & *Participio*, ſubſerviente q
*Præpoſitione*: ut, *careo toto viſu oculorum: antea priva*
*auditu aurium: nonnihil ex odoratu.* Sic ſunt Nomina
dem ſpectant, qvæ ſub finem habet ibidem. Porrò,
*rum* etiam indolem participant *Supina*, eorum ſtruc
admittendo. Veluti enim dico, *accuſat me*; Ita T
Phorm; *Me ultro accuſatum advenit.* Præterea, vim
habent, ut Priſcianus loqvitur l. 18. p.664, nempe, *I*
*vi*, cujus vicem ſupplent; Id qvod Priſcianus indicat
nem l.8. p.320. Qvare nonnunqvam autores ipſis *In*
utuntur locô *prioris Supini* in Um motum ad locum
cantis. Plaut: in Curcul: *Nam paraſitum miſi nudiu*
*tus in cariam petere argentum.* Idem in Bacch: *Paraſ*
*nerat modò aurum petere.* Rurſus. *Senex in Epheſ*
*ſibi aurum accerſere.* Et Cic.l.13 ad Atticum: *Miſi e*
*ei nunciari.* Et hôc *Infinitivi* uſu contenti Græci
agnoſcunt *Supina*: ut, ἦλθεν ὁρᾶσαι, *venit ſpe*
Δεινὸς ἰδέσθαι *viſu difficilis.* Deniqve exteriorem f
& faciem *Participiorum* referunt Supina. Ut enim n
Perfectum Participiorum eſt *Amatum*: Ita Supinis
forma competit. Hinc Priſcianus ait l.8.p.306: *Præ*
*forma Participiorum Præteriti temporis duæ termin*
*inveniuntur, qvarum prior in UM, altera in U finitur,*
*tum, venatu.* Nec non *ortu* & *origine* conveniunt *Sup*
*Participiis.* Veluti enim *Participia* à Verbo ortum

Digitized by Google

Supina.) Utraqve igitur ſunt *Verbalia.* ...ſente Vallâ l.1. c.29. Qvintilianus vocet ... ſicut *Gerundia* à nonnullis dicuntur ... Nam Supina ipſô *ortu*, & *ſignificatu* ... verò partim *Participia*, partim *No-* ... qvod ſpectat; nos non modò *Su-* ... *Infinitivi* velut *appendices* conſti- ... plurium in hoc conſentientium Gram- ...dinem ſecuti, ſed etiam ſignificationem ...tendentes, qvam ferè communem ha-...*pina* cum *Infinitivis*. Nemini autem hic ... falcem ei, qvi Supina extra fines Gram- ...it reſtrictiùs loqvamur, extra fines Ety- ... eliminaverit.

...*upinum* eſt *duplex*:

...eſinit in UM, & *Verbi* * ſigni-...inet; ut, *eo cœnatum*, id eſt, ...*œnandum*: *diſcedo cubitum*, id ...*d cubandum*.

...S * deſinit in U, & plerunq; ...at: ut, turpe dictu, id eſt, dici, ...

...*ine* & *ordine*. *Prius* Supinum non ideo ...legantiâ aut dignitate *Poſteriori* Supino ...nè naturæ præcedat. Cedendum præte-...emo enim non Grammaticorum dicit, ...*um doctu*. Qvare qvem ordinem natura ...radendis, eum ſeqvimur. 2. De *origine* ... *Supina* ab *activis Verbis*, *qvibuſdam* ...*ibus*. De *Activis* nullus dubitat. *Neutra* ...x qvibus *Supina* fiunt; ut, *Frigeſco*, *vi-* ...lla *Supina* agnoſcunt. Qvæ verò fiunt, ſi



Digitized by Google

totidem literis & ſyllabis è latinorum monumentis e-
pta mox ex voto depromi non poſſint, ſolâ *analogiâ P*
*piorum* exinde deductorum contenti eſſe ſolent etiam
maticorum coryphæi. e. g. ſit ita, qvòd à Caleo *Supin*
*litum* extemporali autoritate latinorum firmare non
rint grammaticarum rerum periti, mox neutiqvam
dant aut haſtam abijciunt, ſed *futurum Participii* ad
vocant: qvod extat l. 13 Metamorph. Ovid. — *diésq*
*mihi ſacrificos, caliturâſqve ignibus aras.* A *Depone*
verò ortorum *Supinorum* aliqva etiam eſt raritas, niſi
Participia teſtata fuerint. Cic. de Amic. dixit: *Venit*
*catum.* Gell. l. 12. *Si de vetere, inqvam, jure dicendun*
*ſet, iſſem planè ſciſcitatum ad iſtos, qvos dicis.* Liv. l. 3
*incæptum conatu, qvàm effectu gravius fuit.* Plin. l. 29:
*providit Cato parva ſunt opinatu.* Cic. l. 2. Tuſc: *Mult*
*peſſu aſpera.* Gel. l. 1: *Sunt qvædam difficilia ſcrutatu.*
tus l. 15: *Cæſar rarus egreſſu.* 3. *Prius Supinum* ſimpl
retinet ſignificationem verbi ſui. Veluti enim dico,
*admoneo:* Ita Plautus in Aul. dicit: *Qvod in rem tuam*
*mum arbitror, te id admonitum advento.* Et Cic. l. 3. de
*Imúſne ſeſſum? etſi admonitum venimus te, non flagit.*
Nota. Junguntur *Supina* nonnunqvam cum *Paſſivis*, in
rum nonnullis, teſte Alvarô, occultè additur Verbu
*tus.* Plaut. in Aul: *Coctum ego non vapulatum dudum c*
*ctus* fui. h. e. *Conductus fui non ut huc veniens vapulem*
*ut coqvam.* Horat. in Art: *Spectatum admiſſi riſum te*
*amici?* Item illa: *Do nuptum ſervos, Do nuptum filiam,*
qve cætera in qvibus ineſt *latens motus.* Qvi enim *adm*
*tur ſpectatum, conducitur coctum,* movetur: & ſic de
ris. Id qvod ex Linacri l. 4. p. 304 habet Alvarus. 4.
*ſterius* verò *Supinum* plerumqve *paſſivam* ſignificati
habet. Plaut. in Pſeud: *Herbas congerunt formidoloſas*
*non eſu modò.* Cic. pro Planc: *O rem tum auditu crud*
*tum viſu nefariam.* Tacit. l. 3: *Brunduſium fidiſſimum*
*pulſu erat.* Plin. l. 16: *Abies hilarior intuitu.* Qvæ o
*paſſivæ* ſignificationis expoſitionem de facili admit

Digitized by Google

bres ri potuiſſent. Id qvod non
luti ſubjectîs exemplîs velut ad
Val. Max. l. 4: *Ardua imitatu*,
Idem. l. 5: *Dignoſci arduum eſt*.
*ferè ſolus legi dignus*. Plin. l. 19:
Mela. l. 1: *Oeſtros fluvius navi-*
*potari pulcherrimus*. Aul. Gell.
Qvia in his omnibus locis *Su-*
perſpicuum eſt hujuſmodi *Supina*,
*paſſivam* inprimis habere ſignifi-
nonnunqvam *Neutralem*
ut, Livius l. 1: *Illud eſt ſalubre, do-*
*tibi qvod imitere, capias: unde fædum*
*vites*, id eſt, *fædum qvando exit*
l. 8 c. 14 dicit hujuſmodi Supina è Neu-
ſignificationem; Sed is, dubio pro-
*immanentem*, qvæ *abſoluta* ſive *Neu-*
Idem Plinius eodem l: *Eo tempore in regia*
*mirabile fuit*. & l. 35: *Conſilia au-*
*lata ſunt, tractatu dura, eventu triſtia*.
*celeres proventu, vendibiles aſpectu*,
Alter Plin. in Paneg: *Occurſu terribilis*. &
*pitu viſuqve jucunda*. Hæc *neutralem* ex-
tunt. *Eventu mirabile triſte*, id eſt, *qvando*
*oventu*, id eſt, *qvando proveniunt*. *Occurſu*
*occurrit*. *Strepitu jucunda*, id eſt, *dum*
autem *activè poſterius Supinum* exponi po-
*Non facilè eſt inventu, qvi deſcendat*. Et in
Tacit. l. 15: *Cæſar rarùs egreſſu*. Val. Max.
Atqve hinc eſt, qvòd Alvarus p. 366
Grammaticos, præcipuè Diomedem l. 1. &
re, *Supina* in U etiam ſignificare *actionem*:
ciunt nonnulli juniorum adducentes illud
*Obſonatu redeo*. Item Catonis de Re ru-
*bitu ſurgat, poſtremus cubitum eat*. & Sta-
*tunc venatu rediturum in limine primo*.

Ex junioribus autem intel:`git, ſine dubio, *Linacrum*, l. 8. p. 304: cujus induſtriæ ut hæc exempla ita complures alias obſervationes debet. *Mihi verò*, pergit Alvarus, *veterum ſententia non diſplicet, maximè cum eâ ætate qvàmplurimi extiterint ſcriptores, in qvibus fortaſſe multa teſtimonia erant, qvorum ſcriptorum, noſtrâ memoriâ, ne nomina qvidem extant*. Sed hactenus de *Modis*, déqve gemina *Modi Infinitivi* appendice *Gerundio* & *Supino*: ſeqvitur nunc *Conjugatio*.

# DE CONJUGATIONE.

**C**Onjugatio eſt variatio Verbi ſecundum Modos, Tempora & Perſonas.

Sub initium *Conjugationis* haud abs re erit tradere Qvintiliani monitionem apprimè utilem & oppidò neceſſariam, qvæ deſcripta extat l. 1. Orat. Inſtitut. c. 7. his verbis. *Nomina declinare*, inqvit Qvintilianus, *& verba in primis pueri ſciant: neqve enim aliter pervenire ad intellectum ſeqventium poſſunt, qvod admonere ſupervacuum erat, niſi ambitioſâ feſtinatione pleriqve à poſterioribus inciperent: & dum oſtentare diſcipulos circa ſpecioſiora malunt, compendiò morarentur*. Ne mireris, qvòd Qvintilianus dicat etiam *Verba declinari*, cùm alias in trivio notum ſit *Nomina* propriè *declinari*. Sed veteres ita locuti ſunt, vocémqve *declinationis* latiùs extenderunt. Hinc Priſcianus ita definit Conjugationem l. 8. p. 335: *Conjugatio eſt conſeqvens verborum declinatio* &c. Et hôc ſenſu intelligenda ſunt verba communis Diviſionis, qvâ ſuperiùs p. 17 diximus, *qvatuor priores partes orationis eſſe declinabiles, & qvatuor poſteriores Indeclinabiles*. Deinde de *etymo Conjugationis* notandum, qvòd de eo Priſcianus l. 8. p. 335. ſub initium doctrinæ de conjugatione hòc inprimis tradat: *Conjugatio*, inqvit, nominatur, *qvòd una eadémqve ratione plurima conjugantur verba*. Etenim ad formam Amo, omnia Conjugationis 1. Verba conjugantur, &c. Alii verò; qvòd complures perſonæ, tempora, modi

&

Digitized by Google

… unô velut conjugationis jugô
… Qvando verò Sambucus in E-
… præfixa legitur Strigili Grammaticæ
… vulgares *conjugationis, declinationis,*
… tos cupit, non audiendus eſt. Sunt
… endæ didacticæ & technicæ voces,
… Rodolphus Agricola l. 2. de Inventione
… tione 307 ſect. 20. & Exercit. 359 ſect.
*… rudibus ingeniis acerba, delicatis*
*… ſunt.*

*…ones* ſunt *qvatuor*:

…abet A longum ante RE in
*…re,*

…A habet E longum ante
…; ut, *monēre.*

habet E breve ante RE in
*…gĕre.*

…A habet I longum ante RE
…t, *audīre,*

…rò. Donatus *três* tantum *Conjugatio-*
… cum *qvarta* confundit. Qvia verò
characteriſtica in *tertia conjugatione*
characteré *qvartæ conjugationis*: ma-
*…am* à *tertia* jure diſtingvi, & tanqvam
…is genus rectè proponi. *Qvatuor* igi-
…unt *conjugationes*. 2. De *ordine*. Qvi-
…ordinem ſeqvuntur, ut omnibus qva-
…paradigmatibus præponant Verbum
…ſit fons & caput omnium aliorum ver-
… 462; ſed etiam qvòd maximus ipſius
…ingulis Paſſivorum Verborum formis.
…nis Alvarum patronum nacta eſt. Id
…p. 30, qvæ ſubjiciemus clarè elucebit.

*Cum*

Digitized by Google

*Cùm Præteritum perfectum*,inqvit Alvarus,*& ulterius,in*
*tiendi verbis neceſſariò ex ſubſtantivo verbo ſupplenda ſi*
*prudenter mihi videntur feciſſe,qvi ipſum in qvatuor conju*
*tionum tanqvam veſtibulo collocârunt : qvorum me ſenten*
*haud pœnitet eſſe , etiam ſi aliud veteribus placuiſſe mini*
*ignorem*. 3. Hoc ipſum Verbum SUM *Conjugationi Pe*
*phraſticæ* ſervit. Fit enim *Conjugatio periphraſtica* ex *P*
*ticipii præterito* & *utroqve futuro* cum Verbo SUM, per
mnes ipſius modos & tempora : ut, *amatus ſum , es, eſt*,&
*amatus eram, eras , erat*. Et ſic per reliqva tempora & m
dos. *Amaturus ſum,es*, &c. *amaturus eram,eras, erat*. S
*amaturus fui,fueram, ſim, eſſem*, &c. *Amandus ſum, ara*
*fui*,&c. 4. Immanuelis Alvari conſilium eſt,ut pueri c
*jugaturi* unâ eâdémqve operâ nonnullas latinè loqvendi f
mas imbibant, eáſqve per omnia tempora flectere diſca
Verba ejus ſunt p.38: *Amo moleſtiam tuam. Amo te prop*
*ſingularem tuam virtutem. Has & his ſimiles locutiones*
*cent pueri per omnia tempora, ut, Amabam modeſtiam tua*
*Amavi modeſtiam tuam &c. neqve primas aut ſecundas p*
*nominum perſonas exprimant : doceantúrqve nunc dunta*
*latinos id rarò facere : nam ſuô tempore qvomodo ſint exp*
*menda,docebuntur. Neqve ſit magiſter ſolicitus de nomi*
*tivi & verbi conſenſu : priúſqve ſi fieri poterit,diſcipulos doc*
*benè latinè loqvi , qvàm cauſas benè loqvendi*. Sed de his
derint prudenter præceptores, qvid cuiqve ingenio, æt
loco & ludo conveniat. In privatis enim ludis optima qv
qve compendia pueris velut præmanſos cibos faciliùs ing
ſeris : In publicis verò, ob multitudinem , non item d
4. deniqve obſervandum, qvòd DO cum 4 Compoſitis
cipiatur. Illa enim in Infinitivo A breve habent:ut,*dăre*,
*nundăre,peſſundăre,Circundăre,ſatisdăre*. Cætera com
ſita ſunt *tertiæ Conjugationis* : ut, *abdo abdere*, *addo adde*
*condo condere*.Cavendum autem hìc, ne hæc verba, *abun*
*exundo, redundo, inundo* pro Compoſitis à DO habeant
Sunt enim à nomine *unda*, & retinent A longum in Infin
vo : ut,*abundăre,redundăre* &c.

Digitized by Google

## Obſervationes generales.

I. Verbum carens præterito caret etiam ſupino [b.] ut, *gliſco*, *renideo*. Præter *cieo*, *citum* [c.]

a 1. Sedulâ induſtriâ & circumſpectione verſari oportet in inqvirendis & proponendis genuinis *Præteritis* & *Supinis*: inprimis cùm à *Præſenti* & *his duobus* reliqva tempora omnia formentur. A *præterito* enim Indicativi, formantur *præterita* reliqvorum modorum & *futurum perfectum* conjunctivi, juxta vulgatum verſum: *Præteritum primum de ſedat tempora qvinqve: Ram, Rim, Sem, Ro, Se, formabit cætera præſens.* A *Supino* verò *Futurum* Infinitivi, activæ formæ; nec non *Præterita* verbi & Participii, ut & *Futurum* Conjunctivi paſſivæ diatheſeos. Reliqva à *Præſente* deducuntur. b. 2. Obſervandum, qvòd verbum *Supino* carens, careat etiam *Futuro* Infinitivi & *Præterito paſſivo*: ut, *Palleo*, *ſtudeo*, *poſco*. c. 3. Nonnulli aſſignant verbo Cieo *Præteritum Civi*; ſed nullâ Latinorum autoritate id confirmant.

II. Verbum carens Præterito, uſurpat nonnunqvam præteritum verbi ejuſdem ſignificationis: ut, *ferio*, *percuſſi*: *medeor*, *medicatus ſum*.

III. Si Præterita ſimplicium geminant [a] primam ſyllabam, id in compoſitis non obſervatur: ut, *Cado*, *cecidi*, *occido*, *occidi*: *cædo*, *cecidi* [b,] *occido*, *occidi*.

a 1. Numerantur à nonnullis Verba *Præteriti* primam ſyllabam geminantia *viginti qvatuor*. & qvidem Conjugationi *Primæ* aſſignantur *duo*: ut, *Sto* & *do*. *Secundæ* verò

verò qvatuor: ut, *pendeo, ſpondeo, tondeo, mordeo. Tertiæ* deniqve *octodecim*: ut, *diſco, parco, poſco, cado, cædo, pedo, pendo, tendo, tundo, pango, tango, pungo, fallo, pello, cello* (inuſitatum) *cano, curro, pario*. Aulus Gellius l. 7. c. 9 obſervat, qvòd priſci pro *momordi, popoſci, pupugi, cucurri, ſpoſpondi* dixerint *memordi, pepoſci, cecurri, ſpeſpondi*. *Memordi*. Q. Ennius in Satyris: *Meum non eſt, at ſi me canis memorderit*. Laberius in Gallis: *De integro patrimonio meo centum millia nummûm memordi*. Idem in Coloratore: *Itaqve levi prima percoctus: ſimul ſub dente mulieris veni, bis ter memordit*. Publ. Nigidius de animalibus l. 2: *Serpens ſi memordit, gallina deligitur, & opponitur*. Accius in Conciliatrice: *Urſum ſe memordiſſe autumat*. Et Compoſitum. Plaut. Aul: *Ut admemordi Hominem*. Idem Plaut. in Trigeminis dixit *præmorſiſſe* pro *præmordiſſe*: *Ni fugiſſem, medium credo præmorſiſſet*. *Pepoſci*. Valerius Antias l. Annalium 45 ſcriptum reliqvit: *Deniqve Licinius Tribunus plebis perduellionem ei dum dixit & comitiis diem à Q. Martio prætore pepoſcit*. *Pepugi*. Accius in Ædilitia: *Sed ſi pepugero, metuet*. *Cecurri*. Probus annotavit Helium Tuberonem ad C. Oppium ſcripto dixiſſe: *Si generalis ſpecies occecurrit*. *Speſpondi*. Idem Probus Valerium Andiatem l. Hiſt. 12. citat: *Gracchus, qvi qvæſtor C. Mancino in Hiſpania fuerat, & cæteri, qvi pacem ſpeſponderant*. Sed hæc non tam imitanda, qvàm obſervanda. *Ratio autem*, inqvit Gellius, *iſtarum dictionum hæc videri poteſt. Qvoniam Græci qvâdam ſpecie præteriti temporis, qvod παρακείμενον appellant, ſecundam verbi literam in E plerumqve vertunt*: γράφω γέγραφα, ποιῶ πεποίηκα, λαλῶ λελάληκα, κρατῶ κεκράτηκα, λύω λέλυκα. *Sic ergo Mordeo memordi, Poſco pepoſci, Tendo tetendi, Tango tetigi, Pungo pepugi, Spondeo ſpepondi, Curro cecurri, Tollo tetuli facit. Sic & M. T. & C. Cæſar, Mordeo memordi, Pungo pepugi, Spondeo ſpepondi dixerunt*. *b* Sunt qvi ſcribunt *cæcidi* per æ; ſed perperam. Omnis enim Reduplicatio brevi-

tatem

Digitized by Google

...Præteriti brevis eſt geminati...

...xcipe.

...à Do, Sto, Diſco & Poſco, qvæ ge-
...licium in præteritis retinent: ut,
...adſto adſtiti. Sic: à Memini com-

...oſita qvædam à curro, qvalia ſunt,
...ercurro, præcurro, procurro, modò
...iſtunt geminationem.

...nius in Nerone c. 11. dixit: Notiſſimus
...ento ſuperſedens per catadromum decu-
...b. Quum plures igni, qvàm ferrô ar-
...ade, incendióqve cuncta complent. Svet.
...e exterritus luce primâ ad expiandum
...vi tem divinam appararent, Tuſculum
...undis, præter tepidam in ara favillam.
...riſcianum l. 10: Etſi ferocius procu-
..., ut placet Capro, apud Priſcianum eô-
...at Vicissim pungere, facit repupugi: cùm
...ertur, repunxi: Neutrum tamen vix le-

...a pleraqve retinent vocalem
...reduplicationem perfecti, ſi
...ciunt: ut, ago, egi, actum: cado,

...a interdum variant: ut, Capio, cepi,
...ncepi inceptum.

...oſita I. retinent conjugatio-

nem

nem ſimplicium: ut, *amo, amare, deamo, deamare*.

† Excipe 1. Compoſita à *Cubo*, qvæ qvando M aſſumunt in Tertiam migrant, & UI ITUM, tantùm faciunt. Aſſumunt autem M ſemper *Diſcumbo*, & *Succumbo*: Sæpius *Decumbo, Procumbo, Concumbo*: Nunqvam *Excubo*, *Secubo*, *Supercubo*. Aſſumunt verò & omittunt promiſcuè cætera: ut, *Accubo* & *Accumbo*, *Incubo* & *Incumbo*, *Recubo* & *Recumbo*. Confer Alv. p. 224. 2. Compoſita à Do itidem ex prima in tertiam migrant: præter *peſſundo*, *venundo*, *Circumdo*, *Satisdo*, qvæ in prima manent. 3. Compoſita à *Facio*, ſi in *Fico* vel *Ficor* deſinunt, primæ Conjugationis charactere ſignantur; ut, *Lætifico*, *ſanctifico*, *ſacrifico*, *ludificor*, *gratificor*, *velificor*. 4. Compoſita qvædam à *Fero*, *gero*, *ſedeo*, *ſpecio*, *ſperno* & *ſterno*, etiam in primam migrant: ut, *vociferari*, *belligerare*, *Inſidiari*, *Conſpicari*, *aſpernari*, *conſternari*.

## DE PRÆTERITIS ET SUPINIS PRIMÆ CONJUGATIONIS.

VErba *Primæ Conjugationis* regulariter habent AVI in *Præterito*, In *Supino* ATUM: ut, *amo, amavi, amatum, amare*.

### EXCIPE.

1. Decem verba ferè dant ui [*a*] in *Præterito* & ITUM vel CTUM in *Supino*: ut, *Crepo*, *crepui*, *crepitum*. [*b*]

Cubo, *cubui*, *cubitum*.
Domo, *domui*, *domitum*.
Frico, *fricui*, *frictum*.

Neco,

Neco, [c] *necavi, necatum.*
Seco, *Secui, ſectum.*
Sono, *ſonui, ſonitum.*
Tono, *tonui, tonitum.*
Veto, *vetui, vetitum.*
Plico, [d] *plicui, plicitum.*
*plicatum.*

Sed mico vulgô facit *micui.* [e]

*a* Nota. 1. Pleraqve *præterita*, qvæ nunc habent UI, ITUM, vel CTUM, Latini etiam per AVI, ATUM formâſſe comperiuntur: cui rei fidem faciunt non modò Participia, ſed & alia derivata. Sic *cubavi, cubatum*, in uſu aliqvo fuiſſe, è Latinorùm monumentis conſtat. Etenim Qvintilianus l. 8. c. 2. dixit *Cubâſſe: fingitur in ſcholis ſupra ſe cubâſſe.* Et Plinius l. 11. c. 16: *Nam niſi incubavere, favos lividos faciunt.* Nec non apud Plinium tradunt legi, *incubata ova.* Eôdem modô & participia alia leguntur: *Defricatus, perfricatus, infricatus, intonatus*, Plin. l. 28, c. 11 dixit: *defricatis priùs muſculis.* & l. 8 c. 27: *Pantheras perfricatâ carne aconito barbari venantur.* & l. 26. c. 8: *Infricata Polemonia.* Horat. Epod. *Hyems intonata Eois fluctibus.* Hæc loca certo argumento ſunt, nonnulla ex iis, qvorum præteritum eſt UI, nonnunqvam etiam AVI habuiſſe; item, qvorûm ſupinum eſt ITUM, aliqvando etiam ATUM feciſſe. Conſimili ratione Participii futurum in RUS, teſte Laurentiô Valla, formatur in nonnullis verbis primæ Conjugationis tanqvàm à ſupino in ATUM; ut, *Cubaturus, domaturus, crepaturus, vetaturus, tonaturus, ſonaturus, fricaturus, ſecaturus.* Horat. 1. Sat. 4. *Magna ſonaturum des nominis hujus honorem.* Cic. ad Att. l. 12 *Qua res forſitan ſit refricatura vulnus meum.* Col. l. 5. c. 9: *Supra qvam ramum ſecaturus es.* Idem evincunt nomina verbalia: *cubatus* Plin. l. 10 c. 57: *Medicina in fame, & cubatus in fumo. accubatio, incubatio*, vid. pag. 396. *tonatio.* Seneca Nat. Qvæſt. *Qvæſtio illa, ut ita dicam, comminatio eſt,*



Digitized by Google

*& qvaſi ſine ictu tonatio. fricatio* Colum. l. 6. c. 12: *ſed ſi ſangvis ad huc ſupra ungulas in cruribus eſt, fricatione aſſidua diſcutitur.* Addit Valla, *cubatio, edomatio, crepatio, vetatio, ſonatio, fricatio*, ſed ſuâ tantùm, non Latinorum autoritate fulcit. *b.* 2 Compoſita à *crepo* dant Præteritum non modò in UI ſed etiam nonnunqvam in AVI, & Supinum non tantùm in ITUM ſed & in ATUM, ut, *Diſcrepo, diſcrepui, avi, atum. Increpo, increpui, avi, increpitum, increpatum.* Cic. 2 de Orat. *Nihil ſane ad rem pertinet, ſi qvà in re diſcrepavit ab Antonii diviſione noſtra partitio.* Horatius de arte, *diſcrepuit* dixit. Plin. ep. 53: *Summè me die Salvius Liberalis reliqvos legatos graviter increpuit.* Sveton. in Veſpaſ. *Voce etiam graviſſimâ increpavit.* Livius 2. de bell. Maced. *Prætorem multis probris increpitum provinciâ decedere, atqve abire Romam juſſit.* *d.* 3. De verbo *neco* nota. Priſco Latinitatis ævo & ſimplex *neco* fecit *necui*, ut probat Priſcianus l. 9 ex Ennio: *Hos peſtis necuit pars occidit illa duellis.* Unde & Supinum *nectum* in nonnullis compoſitis ad huc eſt reliqvum. Sed *necavi, necatum* verbi ſimplicis uſu magis nunc probantur. Priſcianus l. 9 & Diomedes, hoc diſcrimen harum formarum afferunt: qvòd ſcilicet *necui, nectum* in compoſitis dicatur de *ſuffocatione, fame, peſte, frigore* &c. *Necavi* verò & *necatum* de ſolo *ferro* intelligatur. Sed verò, hoc perpetuum non eſſe, exempla oſtendunt. Apul. 8: *Necatus fame.* Cic. l. 3. de Nat. Deorum: *Tormentis necatus Zeno.* Valla diſtingvit ita: *Necavi* & *necatum* habere generalem ſignificationem: ſed *necui, nectum* ſpecialem, ſi addatur ſpecies mortis. Sed nec hanc Vallæ diſtingvendi ſubtilitatem militare, exempla jam allata oſtendunt. Ejus compoſita ſic ſe habent: *interneco, internecui, internectum. Eneco, enecui, enectum* & *enecatum*. Cic. Phil. 14: *Internecti nota teſtamenta credo ſubjiciunt.* Plaut. Amphit. *Duellô extinctô maximo, atqve internectis hoſtibus. Internecatum* non tam facilè invenies. Cic. 1 Tuſc. *Mentô ſummô aqvam attingens ſiti enectus Tantalus.* Et ad Att. l. 6: *Enecta fame & ſiti, provincia.* Plin. l. 18: c. 13. *Et homini non minor rapaciorum, ſub hor-*

gra

*ratiâ, qvàm Cymarum: flacciſdorum qvoqve, & in horreis necatorum, vel major, qvàm virentium.* Sveton. in illuſt. Grammat. *In podagræ morbum incidit, cujus impatiens, veneno ſibi perunxit pedes; & enecuit ita, ut parte eâ corporis qvaſi præmortui viveret.* d 4. De *plico*, ejúſqve compoſitis Alvari ſententiam ſubjiciemus: *Plico*, ut Phocas & Diomedes, veteres & illuſtres Grammatici docent, *plicui* tantùm facit, qvod tamen nondùm inveni. Videtur etiam *plicavi* aliqvando feciſſe, qvantum ex Compoſitis poſſumus conjicere. nam *applico, complico, explico, implico utrumqve præteritum & ſupinum* habent: qvorum *applico*, cum ad navigationem ſpectat, ferè *applicavi* facit. Ferè dicit. Nam Cic. de Clar. Orat. dixit; *Ad hanc potiſſimùm philoſophiam me applicavi.* Et pro Cluent. *Oppianicus ſe ad Staleni familiaritatem applicavit. Explico* verò cum explanare ſignificat, *explicavi. Replico* fermè replicatum habet, unde ſuſpicor præteritum *replicavi* uſitatius eſſe. *Participia* in RUS, fermè à Supinis deſinentibus in ATUM deducuntur, à ceteris rariùs. Ovid. 5 Faſt. *Impliciturus* dixit. Lucanus l. 3. *Impliciturus magno Cæſar torpore cohortes.* Cic. in Piſonem *criminibus infinitis implicita eſt.* Idem ibid. *Familiaritate implicatus.* Saluſt. 4. hiſt. *Implicata res, miniſteria prohibebant. Participia præteriti* temporis in ATUS & ITUS exeunt: *applicatus* tamen & *complicatus* freqventiora ſunt, qvàm *applicitus* & *complicitus. Supplico*, & qvæ ex nomine componuntur, *præterito* AVI & Supino ATUM contenta ſunt, ut; *Duplico, triplico, qvadruplico, multiplico.* Plin. 34. c. 8: *Primus hic multiplicaſſe varietatem videtur.* Cæſar 3. bell. Gal. *Itaqve æs alienum provinciæ eo biennio multiplicatum eſt.* Plin. l. 7. c. 48. *Cornici novem noſtras attribuit ætates Heſiodus, qvadruplum ejus cervis, id triplicatum corvis.* Plaut. Stich. —*Juriſqve qvadruplicavit rem meam.* Confer Priſc. l. 9. & Ramum l. 16. p. 225, 226. e 5. Licèt *mico* vulgò *micui* in *præterito* faciat: Solinus tamen c. 66. *micavi* dixit: *Si repente*, inqvit Solinus, *micaverit coruſcatio.* Sed autoritatem hujus autoris non pauci elevant. De reliqvis verò à *mico* Compoſitis



Digitized by Google

poſitis hæc nota. *Dimicui* ſemel atqve iterum legitur apu[d] Ovidium. Eleg. 2. *Hæc tibi ſit pugna dimicuiſſe ſatis.* Cæſar v.2 bell. civ. *Non minore animô qvàm ante dimicaverant naves conſcendunt.* *Emico emicui* facit, ut ſimplex. Plin. l. 11 c.37, & 65: *Cecinnæ Volaterrano dracones emicuiſſe de extis latô prodigiô traditur.* Seneca de benef. l. 2. c. 27: *Multóqve concitatior avaritia in majorum opum congeſtu collocata, ut flammæ infinita acrior vis, qvo ex majore incendio emicuit.* Qvintilianus reprehendit qvoſdam, qvi *emicavit* potiùs qvàm *emicuit* dicebant. Seneca, teſte Alv. *emicaturum* habet: *Terrena, inqvit, ſunt pondera, qva non poteſt amare ſyncerus animus, ac natura ſua memor levis ipſe expers, & qvandocúnqve emiſſus fuerit ad ſumma emicaturus.* Nonnulli hæc præterita verſibus comprehenderunt: *Dic crepui, cubui, domui, ſonui, tonuíqve. Et vetui, fricui, ſecui, necui, micuíqve. Plicui* — Sed horum præteritorum difficultatem verbis Henrici Stephani concludemus, qvi in appendice ad Varron. c 21 ita loqvitur: *Vix aliud eſt in totâ latinitate, ex iis qva ad Conjugationem Verborum pertinent magis controverſum, qvàm utrô debeant modô præterita nonnullorum in prima Conjug. verborum efferri. Nonnulla enim ſunt, ſi UI non AVI dicas, ridearis; nonnulla ſi vice versâ AVI, non UI auſis dicere, riſum haut effugeris.*

II. Qvatuor *Do ſto, juvo* & *Lavo* cum Compoſitis Præteritum ac Supinum hôc modô formant.

1. Do, *dedi, datum.*
   Circundo, *circundedi, circundatum.*
   Peſſundo, *peſſundedi, peſſundatum.*
   Venundo *venundedi, venundatum.*
   Satiſdo *ſatiſdedi, ſatiſdatum.*

Cætera verò compoſita à ſto, ſunt tertiæ Conjugationis.

2. Sto, *ſteti, ſtatum.*
   Aſto, *aſtiti, aſtatum, aſtitum.*
   Conſto, *conſtiti, conſtitum, conſtatum.*

Exto

Exto, *extiti, extitum, extatum.*
Inſto, *inſtiti, inſtitum, inſtatum.*
Obſto, *obſtiti, obſtitum, obſtatum.*
Perſto, *perſtiti, perſtitum, perſtatum.*
Præſto, *præſtiti, præſtitum, præſtatum.*
Reſto, *reſtiti, reſtitum, reſtatum.*
Superſto, *ſuperſtiti, ſuperſtitum, ſuperſtatum.*

Sed Circunſto habet *circunſteti*, non *circunſtiti.*

3. Juvo, *Juvi.*
Adjuvo, *adjuvi, adjutum.*

4. Lavo, *lavi, lautum.*
*lotum.*
*lavatum.*

Monent nonnulli, qvòd Compoſita à *ſto* crebriùs ATUM in Supino habeant, qvam ITUM. *Aſtitis* eſt apud Ovid. Ep. 14. *Aſtitit in ripa liqvidi nova vacca parentis.* Æmilius Porcina in Oratione; *ut lex Æmylia abrogetur, tempore aſtiturum atqve petiturum me abeſſe.* Lucanus l. 2. *Ergo ubi concipiunt, qvantis ſit cladibus urbi Conſtatura fides Superum.* Mart. l. 12. *Conſtatura fuit Megalenſis purpura centum.* Hinc Saturn. p. 62. l. 1. c. 26 tantùm Supinum *conſtatum* agnoſcit. Plinius l. 12. c. 22. *Extatura etiamnum duabus gemmis.* Cic. 5. Verr. *Inſtitit, oppreſſit, non remiſit.* Addunt Grammatici *inſtitum* & *inſtatum, reſtitum, reſtatum*, ſed autoritatem in dubio relinqvunt. Qvintil. l. 2. c. 12. *Video qvoſdam in ipſo ſtatim limine obſtaturos mihi.* Cic. l. 2. famil. *Utrumqve me præſtaturum ſpero.* Brutus in Epiſt. *Occiſo C. Cæſare poſtqvam mare tranſierat, præſtatum eſt.* Idem ad Cecin. l. 6. *Eodem die tamen ad me reverterunt, mihiqve hoc dederunt, ut eſſes in Sicilia, qvoad velles: ſe præſtituros, nihil ex eo te offenſionis habiturum.* Idem Att. l. 1. *Ut me circunſteterint, ut apertè jugula pro meo capite P. Clodio oſtentârint.* Liv. 7. ab urbe. *Propuliſtis à caſtris, ſupinà valle præcipites egiſtis, ſtra-*



Digitized by Google

*pis corporibus hoſtium ſuperſtatis: complete eâdem ſtrage c-*
*pos, qvâ montes replêſtis.* 2. *Supinum jutum à juvo vi-*
uſitatum: ejus loco Latini *adjutum* dicunt. Et pro *jut-*
Saluſtius dixit *juvaturus*, tanqvam à *juvatum*. In Jugurt.
*tus id qvod res monebat, freqventiam negotiorum & com-*
*tum juvaturum exercitum.* 3. Qvòd ſi in genuinam diver-
ſitatis ſupinorũ à *Lavo* diligentiùs inqviſiveris cauſam: mani-
feſtum evadet, Supinũ *lavatum* eſſe à præteritò *lavavi*, qvod
jam exolevit; *lautum*, & (*au* mutatô in *o*) *lotum* deſcendere
à *lavo, lavis* tertiæ Conjugationis. Hinc Probus tradit *lavo, la-*
*vas*, facere *lavavi*; ſed *lavo, lavis, lavi*. In tertiâ verò uſurpa-
tum eſſe *lavo* ab autoribus, docent exempla. Virgil. 3 Æneid.
*Luminis effoſſi fluidum lavit inde cruorem.* Horat. 1. Serm.
ſat. 5. *Ora manuſqve tua lavimus Feronia lympha.* Nam ſi
*præteritum* à *lavo* eſſet produceretur *prima*. Lucret. lib. 5.
— *qvibus exibant humore fluenta Lubrica, proluvie larga la-*
*vere humida ſaxa.* Hæc & conſimilia leges apud Non. Marcell.
de mutatis Conjugationibus: ubi etiam *ſonit* & *reſonit* pro
*ſonat* & *reſonat* leges. Priſcianus l. 10 ait, omnia *primæ* Con-
jugationis, qvorum præterita exeunt in UI diviſis ſyllabis
fuiſſe apud vetuſtiſſimos *tertiæ* Conjugationis. Si de Supi-
no *lavatum* dubites: his te teſtimoniis ſecurum reddimus.
Terent. Eunuch. *Abeunt lavatum.* Ovid. 3 Faſt: *Sacra lava-*
*turus mane petebat aqvas.* Horat. 1. Serm. ſat. 6: *Aſt ubi me*
*feſſum ſol acrior ire lavatum Admonuit,* —.

III. *Juro* geminum præteritum habet: ut, Juro, juravi & juratus ſum vel fui, † juratum. Et *poto*, geminum ſupinum: *potum* & *potatum*.

† Plautus in Curcul. *Qvod fui juratus, feci.* Idem Rud. — *num tu juratus mihi es? L. Juratus, & nunc jurabo.* Nota. Non pauci huic addunt, *cœnavi, cœnatus; potavi, potus ſum*; & ex ſecundâ Conjugatione, *prandi, pranſus ſum.* Hi aſſerunt gemina eſſe præterita eundem uſum habentia & ab uno eodémqve verbo orta. Suæ autem ſententiæ in primis A. Gell. l. 2, c. 25 autoritatem conciliant, cujus hæc ſunt verba, qvæ ſe deſumpſiſſe ait ex Varronis l. 8 de Lingva Latina.

Qvum

*Qvibusqve à cœno & prandeo, & poto, & cœnatus ſum, & pranſus ſum, & potus ſum dicamus* &c. Qvæ certè verba non tam probant *cœnatus ſum, pranſus ſum, potus ſum*, eundem planè uſum habere, qvàm hæc ab activa formâ rectè dici atqve duci poſſe. Et ut ab ultimo, primùm ordiamur: *potus ſum*, certè neutiqvam idem eſt, qvod *potavi*, qvod activè ſignificat. Plaut. Rud. — *ut edormiſcam hanc crapulam Qvam potavi, præter animi, qvam libuit, ſententiam.* Hic vix dixeris latinè: *crapulam potus ſum.* Nihil igitur eſt aliud *potus ſum*, qvàm periphraſticum præteritum paſſivum, veluti à *Lavo*, dicimus *lotus ſum.* Ovid. 1 Faſt: *Qvò plus ſunt potæ plus ſitiuntur aqvæ.* Sic Horat. l. 1. Serm. ſat. 6. ſub finem dixit: *Pranſus non avidè — otior* — Et Alvarus inqvit p. 217: *Pranſus ſum, cœnatus ſum, potus ſum apud te, pro, prandi, cœnavi, potavi, nondùm qvod meminerim, legi apud veteres. Nam ſeqventia, qvibus niti poſſe videntur, teſtimonia, pro ipſis non faciunt.* Ovid. dixit 3. Faſt. — *ſenem potum pota trahebat anus.* Et Cic. ad Trebat. l. 7: *Itaqve & ſi domum bene potus, ſeròqve redieram* &c. Idem pro Milon. *Adde inſcitiam pranſi, poti, oſcitantis ducis.* Idem Att. l. 2. *Cœnato mihi, & jam dormitanti prid. Cal. Majas epiſtola eſt illa reddita.* & 1. de divin. *Qvi cùm cœnati qvieſcerent.* & pro Deiot: *Qvum illa munera inſpexiſſet cœnatus.* Horat. 1. Serm. ſat. 10 — *amet ſcripſiſſe ducentos Ante cibum verſus, totidem cœnatus.* Hic, inqvit Alvarus, *pranſus, cœnatus, potus* nihil aliud ſignificant, qvàm *confectô prandiô, cœnâ, potatione*, ſive, *à prandio, cœna, potatione.* Et Nonius Marcellus idem confirmat, dicens: *Cœnatus, ut pranſus, ut potus, ut lotus*, id eſt, *confectâ cœnâ.* Si qvi verò fuerint, qvi teſtimoniis Latinorum docere poſſint, hæc præterita eundem uſum & vim habere cum præteritis activæ formæ, ne qvæſo rei literariæ hæc invideant. Geminum verò Supinum *potatum* & *potum*, ita confirmaveris. Plin l. 2. c. 103: *potata aqva.* Colum. l. 12 ſub finem cap. 51: *Id ſi non exhauſeris medicamentum, dabitur potatum imbecillis bubus, & cætero pecori.* Terent. Phorm. *Nam apud me potaturus eſt.* Virg. 7. Eccl. *Huc ipſi potum venient per prata juvenci.*



Digitized by Google

*IV. Labo* & *nexo** carent præterito & Supino.

* *Nexo, nexas* tanqvam priſcum & obſoletum Alvarus prætermiſit; *cujus*, inqvit, *nec Phocas nec Diomedes mentionem fecerunt. Nec Priſcianus docere poteſt nexui, nexum, à nexo eſſe, ex his locis Virg. Æn. 5. Et paribus palmas amborũ innexuit armis. Ibid. Qvi primus nodos, & vincula linea rupit, Qveis innexa pedem malo pendebat ab alto. Hæc enim à verbo innecto, is, ſunt.* Qvamvis autem hæc teſtimonia Priſciani tanqvam minus valida rectè improbentur ab Alvaro, vix tamen huic verbo jus civitatis latinæ omne ademeris: inprimis cùm citetur à duobus Poëtis Lucret. l. 2. de rerum nat. *Pars etiam brevibus ſpatiis nexantur ab ictu.* Virgil. l. 5. Æneid. *Nexantem nodis ſéqve in ſua membra plicantem.*

# *DE DEPONENTIBUS PRIMÆ CONJUGATIONIS.*

*Deponentia Primæ* Conjugationis ſunt:

*Adminiculor, adverſor, adulor, æmulor, altercor, amplexor, ancillor, apricor, arbitror, architector, argumentor, argutor, ariolor, aſpernor, aſſentor, auctionor, aucupor, averſor, auguror, auſpicor, auxilior. Bacchor, Cachinnor, calumnior, cavillor, cauſor, comeſſor, comitor, commentor, concionor, conflictor, conor, conſpicor, contemplor, convicior, convivor, criminor, cunctor. Depeculor, deſpicor, digladior, dignor, diverſor, dominor, Elucubror, epulor, execror.* F*abricor, fabulor, famulor, fruſtror, fruticor, furor. Geſticulor, glorior, graſſor, gratificor, grator, gratulor, gravor. Hallucinor, Helvor, hortor, hoſpitor. Jaculor, imaginor, imitor, indignor, inficior inſidior. Lacrimor, lætor, lamentor, latrocinor, lenocinor, libidinor, licitor,*

Digitized by Google

*tor, lucror, luctor, ludificor, lurcor, luxurior. Machinor, medicor, meditor, mercor, metor, minor, miſeror, moderor, modulor, mæchor, morigeror, moror, muneror, mutuor. Negotior, nictor, nidulor, nixor, nugor, nundinor, nutricor. Obſonor, odoror, ominor, operor, opitulor, oſculor. Pabulor, palpor, pandiculor, paraſitor, patrocinor, percontor, vel percunctor, peregrinor, periclitor, philoſophor, pigror, piſcor, pollicitor, populor, prædor, prælior, præſtolor, prævaricor, precor. Qvadruplor, qveritor. Ratiocinor, rimor, rixor, ructor, ruminor, ruſticor. Sciſcitor, ſcitor, ſcortor, ſcrutor, ſector, ſermocinor, ſolor, ſpacior, ſpeculor, ſtabulor, ſtipulor, ſtomachor, ſvavior, ſubſidior, ſuſpicor. Tergiverſor, teſtor, teſtificor, tricor, tumultuor, tutor. Vagor, vaticinor, velificor, velitor, veneror, venor, verecundor, verſor, unde converſor, villicor, vitulor, vociferor, vulpinor.*

Hæc ſunt præcipua, licèt non omnia primæ conjugationis *Deponentia*. Et qvia de iis nemo dubitare poteſt, qvi latinitatem vel primoribus labris deguſtârit, exempla non cumulabimus. Horum verò cenſui accenſent alii hæc ſeqventia, qvæ cum animum Φιλομαθῶν dubium & ſolicitum habere poſſint, confirmanda veniunt. *Ampullor.* hoc eſt, tumidum genus dicendi inſtar turgidæ ampullæ oſtento. Horat. 1. Epiſt. 3: *An tragica deſævit & ampullatur in arte.* *Aqvor.* Virgil. 4. Georg; *Sed circum tuta ſub mœnibus urbis aqvantur*, ubi Servius commentatur: *aqvantur*, id eſt, *aqvam hauriunt*. *Baubor*, id eſt, Latro, factitium verbum à voce canum, qvum latrant. Lucret. l. 5 *Et qvum deſerti baubantur in ædibus, aut cum.* &c. *Bubulcitor*, id eſt, bubulci officium facio. Plautus in Moſtel. *Decet me amare & te bubulcitarier.* *Caprificor*, hoc ficuum proprium eſt, cum culices ex



Digitized by Google

caprifici fructu (qvas groſſos appellant) ad ipſas advolantes, lacteum humorem in eis contentum abſumunt, eáſqve ad maturitatem producunt. Plin, lib. 16. c. 27: *In Cea Inſula Caprifici trifera ſunt. Primo fœtu ſeqvens evocatur, ſeqventi tertius: hoc fici caprificantur.* *Cauſificor*, id eſt, excuſationem affero. Plaut. in Aulul: *Haud cauſificor, qvin eam ego habeam potiſſimum.* *Contechnor*, id eſt, machinor & fallaciam aliqvam compono, Id. Pſeu. 19: *Vide modò ne illic ſit contechnatus qvippiam.* *Copior.* id eſt, copias cogo, Gell. l. 12. c. 2. *Et Romani multis armis & magnô commeatu prædâqve ingenti copiantur.* Qvod verbum haud facilè reperies apud civilium cauſarum oratores, & ex eô verborum genere eſt, qvô ſunt *lignantur*, & *pabulantur*, & *aqvantur*. *Cornicor.* Perſ. Sat. 5. *Neſcio qvid tecum grave cornicaris ineptè.* *Fluctuor.* Liv. 3. bell. Maced. *Fluctuantur incerti animi.* Sed pro hoc freqventius *fluctuo* uſurpatur. *Frumentor*, id eſt, frumentum colligo. Cic. ad Attic. l. 8. *Neqve ſolus cum iſtâ copiâ tantam multitudinem ſuſtinere poteris ut frumentatum eas.* *Græcor*, id eſt, conviviis & compotationibus operam dô, ab eo qvod græci plurimùm iis indulgerent, & intemperatius in conviviis ſeſe gererent. Horat. 2. l. ſerm. ſat. 3. — *vel ſi Romana fatiget Militia aſſvetum græcari.* *Inimicor.* Cicero de pet. conſul: *Sin autem id neges, ſtatim alienant ſeſe & inimicantur.* *Juvenor.* Horat in arte: *Aut nimium teneris juvenentur verſibus.* *Lignor.* id eſt, ligna congero. Verbum caſtrenſe eſt. Proprie enim milites lignari dicuntur, cum in ſylvam profecti ligna cædunt, qvæ in caſtra convehant. Liv. l. 1. ab Urb: *reſpondentibúſqve lignatum ſe ire: an tandem, inqvit, nunc caſtra vallata habetis?* *Luſtror*, id eſt, in luſtris & lupanaribus verſor: Plaut, Pſeud. — *Nam qvi liberos eſſe illicò ſe arbitrantur, ex conſpectu heri ſui ſi ſeſe abdiderunt, luxuriantur, luſtrantur, comedunt.* *Manticulor.* id eſt, autore Feſto, furandi gratia manticulas attrecto. Inde pro doloſè aliqvid agere uſi ſunt qvidam eo verbo. Pacuvius: *ad manticulandum aſtu aggreditur.* *Materior* idem ſignificat, qvod lignari, teſte Sipontino, Cæſ. 7. bel. Gal: *Erat eo tem-*

*pore*

Digitized by Google

[illegible]tari, & tantas munitiones ſent [illegible]bum meridianum capio. Plaut. [illegible]ſſando, pergræcando vitam duc[illegible] [illegible] ſomnum meridianum capio. Corn. [illegible] ſolebat meridiari, potius ante cibum uti[illegible] [illegible]: per hyemem totis noctibus conqui[illegible] [illegible] hoc verbum ſatis notum ſit; qvia ta[illegible] [illegible],aſcripſimus. Plaut. in Captiv. Poſt [illegible] eſt qvod metuam mali; Etſi pervivo [illegible] ætatem, tamen breve ſpacium eſt perferundi [illegible] Muginor. Cic. Attic. l. 16. de Ocella: [illegible], nec mihi qvicqvam reſcribis, cæpi conſilium [illegible] verbum Nonius interpretatur, murmuro: [illegible] muſſito, tardè conor. l. 1. p. 104. Navi[illegible] [illegible]ioſus naviculâ vehor. Martial. l. 3. Piger Lu[illegible] [illegible] in ſtagno. Oſcitor. Heren. Cum etiam [illegible]tes impendere videantur, ſedetis & oſcita[illegible] eſt, paſſim vagor. Liv. l. 5. ab urbe; jam obſi[illegible] [illegible] diſcedunt, vagiqve per agros palantur, cibis [illegible]auſtô repleti. Poëtor. Ennius. Nunqvam [illegible]r, Scurror. id eſt, ſcurram ago. Horat. l. 1. [illegible]go ipſe mihi, populo tu. Sideror. Plaut: Side[illegible] non poteſt. Suppetior. Apul. l. 8. A vobis ſa[illegible] [illegible] miſerrimo ſeni. Sycophantor. Plaut. in [illegible] hoc me ætatis ſycophantari pudet. Tu[illegible] [illegible]aptim comedo. Plaut. in Perſ. Tuburcinari [illegible] domi. Vador. Cic. pro Qvint. Debere tibi [illegible] procurator negat, vadari vis, promittit &c. [illegible] viaticum qværo. Plaut. Mænech. 7. — Qvum [illegible]um, viaticati hercle admodum æſtivè ſumus. [illegible]: Eadem eſt cauſa, qvare ſub aqvâ diu rana & [illegible]. id eſt, natent. Dicimus etiam urino. Colum. [illegible]cus piſcinaqve manu fiant, ut ſint in qvibus u[illegible] poſſint. id eſt, natare, mergere vel emergere.

DE

Digitized by Google

# *DE PRÆTERITIS ET SUPINIS SECUNDÆ CONJUGATIONIS.*

VErba *ſecundæ conjugationis* regulariter habent in Præterito UI duabus ſyllabis, in ſupino ITUM: ut, *Moneo, monui, monitum, monere.*

Nota. Ad *Conjugationem ſecundam* pertinere tradunt ea qvæ in EO & EOR deſinunt. *Qvia*, ut inqvit Priſcianus l. 9. p. 367. *ea terminatio propria eſt ſecundæ Conjugationis.* Excipiunt tamen nonnulla primæ: ut, *Balneo, beo, creo, calceo, cuneo, collineo, delineo, enucleo, illaqveo, meo, nauſeo, ſcreo,* Et qvædam etiam qvartæ; ut Eo cum compoſitis *ineo, adeo, redeo, veneo,* id eſt, venum eo, interprete Priſciano, *qveo, neqveo.*

## EXCIPE.

I. Neutra pleraqve carent Supinis, exceptis nonnullis, qvæ regularia ſunt: videlicet, *caleo* [*a*,] *careo* [*b*,] *coaleo* [*c*,] *doleo* [*d*,] *jaceo* [*e*,] *mereo* [*f*,] *noceo* [*g*,] *pareo* [*h*,] *placeo* [*i*], *valeo* [*k*.] Dicimus enim:

Caleo, *calui, calitum.*
Careo, *carui, caritum.*
Coaleo, *coalui coalitum* &c.
*coalitus ſum.*

Nota. Etiam Activum *Timeo*, caret Supino.

Hæc neutrorum Supina probationis egent. In qvâ afferendâ vicariâ Participiorum operâ utemur. *a* *Calitum*] Ovid. 13 Met. —*diiſqve Dos mihi ſacrificos, caliturâſqve ignibus aras,* *b* *Caritum*] Seneca l. 1. de Benef. *Qvô facile cariturus*

[...]ſunus l. 9. & 11. *caſsum* etiam à cu[...]
[...] eodem 11. libro, ubi de partici[...]
[...]*bum tamen, caſsus magis nomen eſſe*
[...] eodem ubi de temporibus agit, *aſ-*
[...]jus ſunt: *Adducto,* inqvit, *qvidem*
[...]*eſſet, deberet & caſſurus facere ſu-*
[...]*uvenal. in 2. ſat. protulit, —— tol-*
[...]*, cariturus turture magno. Ergo*
[...] *laſſus, & maximè, cum verum*
[...]*rat.* Hæc ille. *c* *Coalitum*]
[...]*ertate irreverentiam eò prorupiſſe*
[...] *Alpes præſidiis firmentur coalita*
[...]*, qvem virium ſuarum terminum*
[...] 9. Bel. Mac. *Ignominiâ ne ſuâ*
[...]*ret?* Idem 228. Aulus Gellius l. 9.
[...]*dam Tito Manlio. e* *Jacitum*]
[...]*i populis promiſſa voluptas Elyſiis,*
[...]*s Imperia, haud vetitè nudus jaci-*
[...]*um*] Plin. l. 7. c. 30: *Salve primus*
[...]*llate, primus in toga triumphum,*
[...] *& facundiæ Latiarumqve litera-*
[...]*ator Cæſar, hoſtis qvondam tuus,*
[...]*umphorum lauream adepte majo-*
[...] *Romani terminos in tantum pro-*
[...] Ciceronem hic commendat Pli-
[...]t. Mil: *Jura te non nociturum eſ-*
[...]*sem.* Cæſar. 3 Bel. Civil. *Jureju-*
[...]*turos, ſe Octacilio dediderunt.* Se-
[...]*em nocitura impetrantibus, qvæ*
[...]*um eſt.* Et paulò inferius. *Sic eam*
*Paritum*] Apud Scævolam &
[...] petitur *paritum eſſe conditioni,*
[...] Virg: *Nunciius hac Idmon Phry-*
[...]*d placitura refer.* Plin. ad Spar-
[...]*qvam placiturum & fortaſſe pla-*
[...]*um*] Ovid. *Multáqve in adverſo*
*effudit*

*effudit verba penates Pro deplorato non valitura viro.* Addunt alii *lateo*: ſed Priſcianus l. 11. p. 430. negat habere Supinum; qvod ſi verò id confirmatum videris, reliqvis adjunge. Diffiteri interim non poſſumus, qvin nonnulla participia, inprimis perfecta extent, qvorum tamen Supina vix leges. Sic *ſenectus* legere licet, qvanvis *ſenectum* nullibi ſit. Salluſtius, (citante Priſciano, p. 572) in 4. Hiſtor: *Omnes qvibus ſenectô corpore, animus militaris erat.* Catullus: *Sed hac fuere non recondita ſenectâ qviete.* De Supinô *arſum*, & conſimilibus ſuis infrà locis dicetur. Omnia enim unô locô coacervari non poſſunt, nec debent.

## Excipe.

II. Variantia Præteritum & Supinum, qvæ ſingula ſub ſua terminatione jam reperies.

## BEO.

Jubeo, *juſſi*, *juſſum*.
Sorbeo, *ſorbui*, † *ſorbitum*. *

† Hoc præteritum *Sorbui* claſſicis autoribus magis probatur. Plin. l. 22. c. 18. *His qvi coagulum lactis ſorbuerint.* Cic. in Brut. *Sed hunc qvoqve abſorbuit æſtus qvidam non inſolita adoleſcentibus gloriæ.* Idem. Phil. 2. *Guſtâras civilem ſangvinem, vel potius exorbueras.* Idem pro L. Murræn. *Multorum ſtultitiam perpeſſus eſt, arrogantiam pertulit, difficultates exorbuit.* * Præteritum verò *Sorpſi* & Supinum *ſorptum* tradunt fieri à *Sorbo, is*, verbo tertiæ conjugationis, ut: *à ſcribo, ſcripſi, ſcriptum.* Cæterum, Chriſtianus Becmannus in Schediaſmate Philologico contra Bechererum & Rhenium etiam præteritum *ſorpſi* defendit. *Sorpſi*, inqvit, *etiam rectiſſimè dicitur. Non enim omnia verba ſecundi ordinis in EO faciunt UI. Video facit vidi: Sedeo ſedi: Ardeo, arſi: rideo riſi: jubeo juſſi: luceo luxi: augeo auxi: mulgeo mulſi & antiqvitus mulxi. Et qvare non ſorbeo, ſorbui, ſorbi, ac poſtea ſorpſi. Ut ſcripſi ſcriptum; ut nupſi nuptum:*

Sorbeo

[illegible] *ſorbeo, ſorbeo & ſorbo, cubeo & cu-* [illegible] *quia totum id verbum, ſicuti Græ-* [illegible] *…ευμένον & factum à ſorben-* [illegible] *acccedentibus magis intenditur.* Mox [illegible] auctoritate confirmat. Lucanus l. 4: [illegible] *& tecta ferarum.* Deinde Priſcianum [illegible] verba l. 9: *A ſorbui ſorbitum, à ſorpſi* [illegible] *ſupinum: ut, ab habeo habitum, &* [illegible] *ſcripſi ſcriptum, à nupſi nuptum: quo-* [illegible] *inveni, id eſt, nec ſorbitum, nec* [illegible]*le.* Idem mox probat Lambini & Lipſii au- [illegible] *ſorptum* ſunt à *ſorbo ſorbis*, verbo tertiæ [illegible]*rbui* verò proprium eſt hujus Conjugatio- [illegible]ſimus.

## [illegible]GEO.

[illegible] ſine Supino. At *exerceo* & *coërceo* [illegible]m.

*docui, doctum.*

*luxi,* —

*(a) perluxi,* —

*(b) polluxi, polluctum.*

*miſcui, Miſtum. (c)*

*Mixtum.*

*mulſi, mulſum.*

[illegible]co, *permulſi, (d) permulſum. (e)*

*permulctum. (f)*

*raucui raucum. (g)*

[illegible], *conticui* —

*reticui.* —

*tacui, tacitum.*

[illegible]) Haud raro euphoniæ gratiâ, r abjecto, [illegible] *pelluceo.* Plaut. Aulul. [illegible] *pellu-*

*cet*

*cet, qvaſi laterna Punica.* Unde etiam eſt *pellucidus.* *b*
*luceo)* Sacrificantium verbum eſt, idem ſignificans, qv
vovere & conſecrare. Nomen autem habet à *lucend*
*pollucturi* incenſis candelis uſi ſint. A ſupino *polluctum*
verbale *polluctum* apud Macrobium. l. 3. Saturn. c. 16.
nem: *Propriè autem Catillones dicebantur, qvi ad pol*
*Herculis ultimi cum venirent, catillos liguribant.* *c*
*ſtum* ] Orthographi nonnulli malunt *miſtum*, qvam *m*
ſcribere. Qvam orthographiam ſeqvitur Priſcianus
dolphus Agricola & Aldus Manutius, aliiqve. Sanè ip
mati reſpondet. In veteribus tamen libris, inqvit
Virgilio Campenſi, & antiqvis lapidibus, *mixtus* cum
tur. Et Romæ extra portam Flaminiam in vinea qv
Fortè dixêre *mixtum*, ſicut *Ulyxes* pro *Ulyſſes.* *d* *P*
*ſi* ) Ovid. 4. Faſt: *Térqve manu permulſit eum.* *e* *P*
*ſum.* Cic. *Permulſa & recreata.* Varro in Satyris;
*permulsô.* *f* *Permulctum* ) Saluſt. l. 4. hiſt. *Deind*
*tâ jam irâ, poſterâ die liberalibûs verbîs permulcti ſunt.*
l. 1. c. 11: *Nihil adeo in congredientis hoſtibus, atqve in p*
*piis præliorum ad ſalutem virtutémqve aptius rati, q*
*permulcti ſonis mitioribus non immodicè ferocirent.* *g*
*Rauceo* hæc nota. *A Rauceo* eſt præteritum *raucui.* Pr
nus verò *Raucio*, in qvarta conjugatione format, cujus
neqve Phocas neqve Diomedes meminerunt. Citat
Priſcianus Ciceronem 1. de orat: *At Æſopum ſi paulu*
*rauſerit explodi.* Sed hic Ciceronis locus, teſte Lambi
omnibus libris nunc ita legitur: *Itaqve nos raucos ſa*
*tentiſſimè audiri video, tenet enim res ipſa atqve cauſa: Æ*
*ſopum, ſi paulum irraucuerit, explodi.* Eſt itaqve primum
ma non *irraucio* conjug. 4. ſed *irrauceo* 2. conjug. Id
etiam Nizolius probat. Lambinus tamen ex Priſcian
tentiâ locum mutavit in ſua Editione. Supinum *rauſum*
firmat participium *rauſurus* inde deductum Lucul. l. 19
*ſuro Tragicus qvi carmina prodit Oreſte.*

DEO.

**Ardeo** *arſi* *arſum*

**Au**

Digitized by Google

ſum (a) —

ſum —

di, morſum

pondi —

andi, (b) pranſum

riſum.

ſvaſum.

ſeſſum.

—

pondi, (d) ſponſum.

eſpondi, reſponſum:

etera compoſita.

tondi, (e) tonſum.

di, viſum.

l. 14. Metam: *Luridáqve arſuro por-* Idem 4. Faſt: *Portat & arſuris arida* *auſi* & *gaviſi* vide ſupra, qvæ annota-,& Priſc. l. 9. p. 371. *b.* De *pranſus* Conjug. prima in voce *juro*. Et ipſe *pranſus*, *cœnatus*, &c. eſſe participia *randi* autem uſitatiſſimum eſt. Plaut. *t.* vide ſupra p. 443. Idem Pœn: *Ca-iſti*. Cic. ad Attic. l. 5: *Sed prandimus* *leo* ] Qvidam huic verbo præteritum abſqve idoneo autore. Simplex ejus ſt in uſu. *d.* *Spopondi* ] In præte-; omittitur ob εὐφωνίαν; aliàs ana-*ſpoſpondi*, veluti dicimus *reſpondi*, Et notum eſt, qvòd præterita gemi-æſentis bis ponant: ut, *pendeo pepen-ſpondeo ſpoſpondi*. Priſcianus tamen l. 9.

 p. 370

Digitized by Google

p 370 probat ſpopondi, dicens; *Spondeo ſpopondi. A* ... *iam* S: *in ſecunda demitur ſyllaba, euphoniæ causâ*. ita l... ditio Brylingiana 1568. Licèt Becmannus ibi legat, *ſpo*... Et Gellius l. 7. c. 9. *Spepondi* antiqvis dictum fuiſſe... pro *ſpopondi*: ubi aſſignatam à nobis præteriti forma... *pondi* magis videtur probare; aliàs enim dixiſſet *ſpe*... Ita legit Editio Baſil. Henrici Petri 1565. licèt Popma... Ant. Loc. l. 1. c. 1. p. 12. legat *ſpeſpondi*. ubi Popma con... dus, eáqve qvæ habet peculiaria de vocalium inter ſ... mutatione cum illis conjungenda, qvæ de *ſpepondi, m*... &c. nos ſuprà ex Gellio attulimus. Sed Becmannus i... diaſmate philologico contra Bechererum & Rheni... fendit analogicam formam *ſpoſpondi*. Qvi tamen Phi... p. 239: Fabrum, ibid. Henrichmannum p. 32 alióſq... paucos ſibi contrarios habent. *e. Detotondi*) ... nus l. 9: annotat à ſimplici *tondeo* eſſe præteritum co... tum *detotondi*. Et hæc teſtimonia veterum citat p. 3... nius in Annal: *Et detotondit agros lætos & oppida cepi*... ro in magno talento: *detotonderat forcipibûs viti car*... Nota. Qvidam huic ordini adjiciunt etiam *frendeo*... *dui, freſſum*. Sed *frendo* verbum eſt priſcum & *tert*... *jugationis*, qvod frangere ſignificat. Vide infra nota... cem *frendo*.

## GEO.

| | | |
|---|---|---|
| Algeo | *alſi*, | — (*a*) |
| Augeo, | *auxi*, | *auctum* |
| Frigeo, | *frixi* (*b*) | — |
| Fulgeo, | *fulſi* | —(*a*) |
| Indulgeo, | *indulſi*, (*c*) | *indultum*. (*d*) |
| Lugeo, | *luxi* (*e*) | *luctum*. (*f*) |
| Mulgeo, (*g*) | *mulſi*, | *mulſum*, |
| Tergeo, | *terſi*, | *terſum* |
| Turgeo, | *turſi*, (*h*) | — |
| Urgeo, | *urſi*, (*i*) | — |

Digitized by Google

[illegible] *Supina* invenies apud Pri-
[illegible] *Alſum* tamen videtur
[illegible] Cicero *alſius* dixit. Attic. l. 4:
[illegible] *nihil amœnius*; & ad Q. Fr. lib. 3:
[illegible] *nihil muſcoſius*. *b. Frixi*) Ex
[illegible] præterito *refrixi* facilè intelligi poſ-
[illegible] admittendum eſſe. Cic. Dola-
[illegible] *æquo fero, unum vereor, ne ha-*
[illegible] Idem ſentit Priſcianus l. 9. *c. In-*
[illegible] *indulſit*. *d. Indultum*) Hoc
[illegible] robur acqvirit. Ulpianus dixit: *Qui*
[illegible] *Indulſum* verò non facilè in-
[illegible] *e. Luxi*) Ovid. 11 Metamorph:
[illegible] *Tonſa comas luxit* —— *f. Lu-*
verò *luctum* poſtulat ratio præteriti, ſed au-
[illegible]ſcianus, deficit. Verbale autem *luctus* huic
[illegible] habet idem Præteritum & Supi-
[illegible]o; id qvod inprimis Phocæ probatur, Virg.
*ſurgente die mulſere horiſqve diurnis Nocte*
[illegible]b. 10. c. 40: *Capriſqve tacitas, qvas ita mul-*
[illegible]rro lib. 2. de re Ruſt: *A mulgendo atqve or-*
[illegible], *qvod neqve emunctum longè abeſt à mulſo.*
[illegible]anus inqvit lib. 9, differentiæ cauſâ *mulxi* à
[illegible] ſed nullum citant teſtem illi, nec ille. Ve-
[illegible], *mulctum* aliqvando etiam fuiſſe: qvia
[illegible]*ale* exinde ducta ſunt. Diomedes etiam
[illegible]*geo* attribuit. Sunt & qvi *Mulcta* id eſt, pœ-
[illegible]*ulgeo* deducant. Sed Feſto Pompejo eſt
[illegible] Varroni verò Sabinum, apud Gell. 11. 1.
[illegible]onfirmat Priſcianus priſcorum teſtimoniis
[illegible] Annal: *Cyclopis venter velut olim turſerat*
[illegible]*anis diſtentus*. *i. Urſi*) Cic. ad Q. Frat.
[illegible]a: *Illum*, inqvit, *neqve urſi, neqve levavi, to-*
[illegible] Et Annius Pollio ad Cicer. l. 10: *Nec ve-*
[illegible]*urſit me, & ſuis & Antonii literis, ut legio-*
[illegible]*itterem ſibi.*

## LEO.

| | | |
|---|---|---|
| Deleo, | *delevi,* | *deletum,(a)* |
| Fleo, | *flevi,* | *fletum,* |
| Oleo, | *olui, (b)* | — |
| Oboleo, | *obolui, (c)* *obolevi.* | — |
| Peroleo, | *perolevi,(d)* | — |
| Redoleo, | *redolui, (e)* *redolevi,* | — |
| Suboleo, | *ſubolui,(f)* | — |
| Exoleo | *exolevi,(g)* | *exoletum (h)* |
| Inoleo | *inolevi (i)* | — |
| Obſoleo | *obſolevi (k)* | *obſoletum. (l)* |

Pro his tamen tribus magis in uſu ſunt, *exoleſco,(l) inoleſco,(m) obſoleſco. (n)*

| | | |
|---|---|---|
| Aboleo, | *abolevi,(o)* | *abolitum,(p)* |
| Adoleo, | *adolevi,(q)* *adolui,* | } i.e. crevi, *adultũ.(r)* |
| Adoleo, | *adolui*, ideſt, cremavi ſacrificia | *(adultum,(t)* |

## Compoſita ab inuſitato PLEO.

| | | |
|---|---|---|
| Compleo, | *complevi,* | *completum,* |
| Expleo, | *explevi,* | *expletum,* |
| Impleo, | *implevi,* | *impletum,* |
| Repleo, | *replevi,* | *repletum,* |
| Suppleo, | *ſupplevi,* | *ſuppletum.* |

*a.* Hujus verbi præteritum ſimplex eſt apud Horat. 1. Carm. ode. 20: *Quod ego ipſe teſta conditum levi.* [illegible] Horat. *Vina fere dulces oluerunt mane Camœna.* Tradunt Græ-

Grammatici (Priſcianus l.9.p.375.) etiam antiqvos dixiſſe in præterito *olevi*, ſed nullum exemplum afferunt. De Supino *olitum* dubitat Alvarus, p. 231: & Voſſius p 106: an uſpiam inveniatur. Sanè dubitandi cauſam habent, cùm, ut ſuprà tradidimus, neutra pleraqve careant ſupinis. Qvare Suſenbrotus & Valerius Ultrajectinus hoc *Supinum* non ſignant. Qvòd ſi qvis apud claſſicos legerit, adjiciat. Nonnulli nihilominus antiqvum ſupinum *oletum* ei tribuunt, illúdqve probant è Perſii Satyra 1. In qva verbale ſimilis formæ extat: *Hoc juvat, hic (inqvis) vetò qviſqvam faxit oletum.* *c. Oboluit & obolevi.* Svet. in Calig. c. 23: *Illa antidotum oboluiſſet, qvaſi ad præcavenda venena ſua ſumptum.* Plaut. Moſtel: — *at te Juppiter Diqve omnes perdant, oboluiſti allium Germana illuvies.* Idem Caſ: *Di hercle me cupiunt ſervatum, jam obolevit Caſina procul.* *c Obolitum)* Hoc ſupinum κατ' ἀναλογίαν addit Philippus & alii, ſed nullô id teſtimoniô ſatis firmô confirmant. Suſenbrotus itáqve prorſus expunxit. *d. Perolevi)* Hoc placet Priſciano, l.9, p.375: Ramo l.17, p. 228: Philippo. p. 242: & probant è Lucilio in 30: *Qvis totum ſcis corpus jam perolèſſe biſulcis*: pro *perolevíſſe*. *Supinum* verò non addunt. *e. Redolui & redolevi)* Similiter, inqvit Priſcianus, l.9. p. 375: *redoleo*, & *redolevi*, & *redolui* habet, qvia non mutant ſignificationem. *Supinum* non addit. Et Philippus ac Valerius illud expungunt. *f. Subolui)* Hoc præteritum plurimi recentiorum Grammaticorum probant, Alv. p.231, Suſenbrotus p.97, Nigidius p.120, Mindanus p. 116, Valerius p.170, Schmid p.158, Rhen. p.177, Voſſ. 107, Giſenſes p.188: ſolus tamen Philippus eiúſqve commentator Faber tribuunt ei præteritum *ſubolevi* ſine Supino. Sed horum nemo ullum citat teſtem. Plurimorum itaqve conſentientia ſuffragia ſeqvimur, donec è Latinorum monumentis aliud fuerit demonſtratum. *Subolitum* Supinum nonnulli admittunt, alii verò omittunt, evidentia Latinæ autoritatis deſtituti: qvibus accedimus, qvicqvid indignabundus in ſua Strigili dixerit Friſchlinus, conqveſtus abſqve cauſa *ſuboleo* privari *ſupino*; cùm is ne qvidem unô apice

illud probet. *g. Exolevi*) De hoc nemo dubitaverit. Cic. in Saluſt: *Ætas tua jam ad ea patienda, qvæ alteri facere collibuiſſet, exoleverat.* & paſſim alibi. *h. Exoletum*) Hinc adjectivum *exoletus, a, um*. Plautus in Medicô, citante Priſcianô p. 376: *Domi reliqvi exoletam virginem* id eſt, grandem, qvæ exoleverat. *i. Inolevi*) Gell. l. 12. c. 5: *Natura omnium rerum, qvæ nos genuit, induit nobis, inolevitqve, in ipſis ſtatim principiis, qvibus nati ſumus.* Qvod Budæus activè exponit pro *inoleſecit, confirmavit*. *Supinum* nonnulli aſſignant, non autem probant. *k. Obſolevi*) Cic. de Imperio Cn. Pompeji: *Obſolevit jam iſta ratio, re multò magis, qvàm verbis refutata.* Idem 1 Rhetor: *Hoc verò à pleriſqve eorum deſertum obſoleviſſe.* & alibi paſſim. *l. Obſoletum*) Hinc Part. *obſoletus, a, um*. Cic. de prætura Urbana, citante Priſcianô p. 276: *Vereor ne hæc cuipiam nimis antiqva, obſoleta videantur.* *l. Exoleſco*) Uſitatior eſt forma Derivatorum in SCO in hiſce tribus, qvàm ſimplex. Stat. 1 Sylv: *Qvos ibit procul hic dies per annos? Qvàm nullô ſacer exoleſcit ævô?* *m Inoleſco*) Virgil. 2 Georg: —*huc aliena ex arbore germen Includunt, udôqve docent inoleſcere ramo.*

*n. Obſoleſco*) Seneca de benef. l. 3. c. 1: *Nam qvæ recentia apud illos viguerunt, ea interjectô ſpatiô obſoleſcunt.* *o. Abolevi*) Liv. in 8: *Etſi omnis divini humaniqve memoria aboleverit.* Priſcianus addit l. 9. p. 376: *abolui*, ſed nullum teſtem citat. *p. Abolitum* verò Supinum arguit Participium inde deductum. Tacit. l. 16: *Corpus non igni abolitum, ut Romanus mos, &c.* Hinc etiam *abolitio criminis* apud Qvint. l. 0: & Tacit. 15. *q. Adolevit* & *adoluit* pro crevit. Virgil. 12. Æneid: — *mox cùm matura adoleverit ætas.* Varro *adoluit* protulit in 3 Rhetoricorum: *Poſtqvam adoluerit hæc juventus.* *r. Adultum*) Cic: *Mulieres adultâ ætate.* Sed hoc in trivio ſatis notum eſt. *ſ. Adolus*) id eſt, incendi, cremavi inprimis ſacrificia: Caſſius ad Tiber. 2: *At contra Ægyptios ubi integrum anſerem adoluerunt.* *t.* Paſſivi qvoqve participium, inqvit Priſcianus, *adultus* pro *adoletus* prolatum eſt. Antias in 74: *Eo omnes boſtiæ vitu-*

26 con-

Digitized by Google

*ia adulta ſunt.* Tradunt nonnulli ea
) ſignificationem retinent, præteri-
Supinum per ITUM: ea verò, qvæ à
recedunt, in præterito habere EVI, in
d hoc diſcrimen perpetuum non eſſe,
eriùs allegata. Etenim *perolevi* dici-
ificatione ſimplicis. *Obolitum* verò,
ici, probandum eſt. Sic; Licèt in *abo-*
eprehendatur ſignificatio, *adolui* ta-
*olitum* & *adultum* pro auctum, ma-
ent, licèt eorum ſignificatio deflectat
De *Soleo, ſolitus ſum* p. 459. 460.

## NEO.

*vi, (a)*
*nſi, manſum, (b)*
ita, qvæ A retinent: ut,
*manſi, remanſum.*
*rmanſi, permanſum.*
ræſentis in I vertunt, per
faciunt: ut,

*eminui* —
*imminui,* —
*prominui,* —
*tenui, (c)* —
*abſtinui, abſtentum. (d)*
*continui, contentum.*
*detinui, detentum.*
*retinui, retentum.*
*attinui,* —
*pertinui,* —

 a Ovid.

Digitized by Google

*a.* Ovid. 4. Faſt; *ſtamina nevit.* Et 1. de Ponto eleg. contractum extat: *Nêrunt fatales fortia fila Deæ.* *Netu* ſupinum addunt, ſed autoritate opus erit. Dicitur & *Neneis*, in tertia conjugatione. Tibullus: *Aut ſi fata negant reditum, triſtéſqve ſorores ſtamina, quæ ducunt, qvæqꝫ futura neunt.* *b.* *Manſum*) Ovid. l. 3. amor. eleg. 13: *Imbelles elegi, genialis Muſa, valete, Poſt mea manſurum fata ſuperſtes opus.* *c.*) Supinum à teneo in compoſitis magis uſurpatur. *d.* *Abſtentum*) Hoc *ſupino* utuntur juriſconſulti. Ulpianus: *Et interea pupillus adoleverit, aut mortem obierit, aut etiam abſtentus ſit hæreditate.* Africanus: *Et cum paterna hæreditate abſtinere vellet, mandato uxoris defuncti, qvæ mater pupilli eſſet: abſtentô pupillô, ſolam ſe hæreditati immiſcuiſſet.* Cyprianus hac voce uſus eſt pro *excommunicato*, in expoſitione orationis Dominicæ: *Hunc autem panem dari nobis qvotidiè poſtulamus, ne qvi in Chriſto ſumus, & eucharistiam qvotidiè ad cibum ſalutis accipimus, intercedente aliqvô graviore delictô, dum Abſtenti & non communicantes à cœleſti pane probibemur, à Chriſti corpore ſeparemur.* Ibidem: *Ita contrà timendum eſt & orandum, ne dum qvis abſtentus, ſeparetur à Chriſti corpore, procul remaneat à ſalute.*

## QUEO.

| | | |
|---|---|---|
| Liqveo | —(*a*) | — |
| Deliqveo | *delicui* (*b*) | — |
| Torqveo | *torſi* | *tortum.* |

Sic compoſita cætera: Contorqveo, Retorqveo, Detorqveo (*c*), Diſtorqveo.

*a.* Præteritum *Licui* affert Priſcianus l. 9. p. 377: Sed neminem teſtem citat. *b.* *Delicui*) Hoc autem præteritum compoſitum idem probat ex Ovid: 4. Metamorph: *Protinus imbutum cœleſti nectare corpus Delicuit, terrámqve ſuô madefecit odore.* Sic idem 7. Metam: *Delicuit, ſtagnúmqve ſuo de nomine fecit.* *c.* Notat Priſcianus l. 9. p. 374: qvod

qvod etiam *detorſum* inveniatur apud veteres citatqve Catonem in 2. Orig: *Marſus hoſtem occidit priusqvam Pelignus, propterea Marrucini vocantur de Marſo detorſum nomen.*

## REO.

Hæreo, *haſi, haſum,(a)*
Adhæreo, *adhaſi, adhaſum,(b)*
Torreo, *torrui, toſtum.(c)*

*a.* *Haſum*) Ovid. 3. Triſt. eleg. 4: *Qva pro te ut voveam miti pietate mereris, Haſuraqve mihi tempus in omne fide.* *b.* *Adhaſum*) Hinc verbale *adhaſus*. Lucret. l. 5: *Muta ſine ore etiam, ſine vultu cæca reperta, Vinctaqve membrorum per totum corpus adhaſu.* Et lib. 3: *Nam neqve pulveris interdum ſentimus adhaſum Corpore.* Et apud Ciceron. 1. de Finib. eſt *adhaſio. Et copulationes & adhaſiones atomorum inter ſe, ex qvo efficeretur mundus.* *c.* *Toſtum*) Cic. 3. Tuſcul: *Fana flamma deflagrata, toſti alii ſtant parietes,* &c. Colum. l. 12. c. 5: *Qvidam hordei toſti ſextarios qvatuor* &c. Nonnulli hiſce addunt *mæreo*, mœſtus ſum. Sed *mæſtus*, potiùs nomen videtur junctum verbo ſum: veluti dicimus, *triſtis ſum.* Unde & ſignificationem potiùs præſentis habet qvàm præteriti, inprimis cum jungitur verbo ſum: ut, *mæſtus ſum*, **Jeg er bedrøffuit.** Qvando autem dico, *mæſtus fui*, præteriti ſignificationem adſciſcit mœſtus non à ſe ipſo, ſed à ſubſtantivo verbo Fui. Sed *mereo* ſine diphthongo, & prima brevi pro *milito*, regulare eſt, & præteritum *merui* ſupinum *meritum* facit. Cic. pro Muræna: *Muræna adoleſcens, patre ſuo imperatore meruit*, id eſt, militavit, ſeu miles fuit. Liv. 3. decade. l. 1: *cum hac indole virtutum ac vitiorum triennio ſub Haſtrubale imperatore meruit.* Terent. Phorm: *Ego Nauſiſtrata eſſe in hac re culpam meritum non nego, Sed eam qva ſit ignoſcenda.*

## SEO.

Cenſeo, † *cenſui, cenſum.*

Recenſeo *recenſui*, *recenſum*.
Denſeo — —

† *Cenſio*, *cenſis*, *cenſire* veteres etiam dixiſſe in qvarta tradunt autores. Ex qva forma verbalia adhuc reſidua ſunt, *Cenſio* & *cenſitor*. Plaut. in Rud: *Aſſume qvidem*, *ne Cenſionem ſemper facias*. Feſtus: *Cenſionem facere dicebatur cenſor, qvum multam eqviti irrogabat*. Ulp: *Illam æqvitatem debet admittere cenſitor, ut officio ejus congruat*. A *Cenſio* verò eſt compoſitum *recenſio*, docente Georgiô Vallâ: unde Participium *recenſitus* penultimâ longâ. Sveton. in Jul. Cæſ. c.41: *Ac ne qvi novi cœtus recenſionis cauſa moveri poſſent, inſtituit qvotannis in demortuorum locum ex his qvi recenſiti non eſſent, ſubſortitio à prætore fieret*. Claud. in Eutrop. L.2: *Priſca recenſitis evolvite ſecula faſtis*.

# TEO.

Pateo *patui* —
Lateo *latui* —

Qvamvis Priſc. l. 9 tribuat huic verbo Supinum *paſſum*, illúdqve confirmet Virgilianis carm. l.3. Æneid: *Et pater Anchiſes paſſis de littore palmis*. & 2. Æneid: —*paſſis Priameia virgo Crinibus*— unde etiam l.11. participium *paſſus* à *pateo* deducit p.443: Tenendum tamen eſt, qvòd ſupino careat. Nam, *paſſum*, eſt à *pandor*, Conjug. tertiæ. Id qvod rectè obſervavit Gellius l. 15. c. 15: *Ab eo qvod eſt pando, paſſum veteres dixere, non panſum*, & *cum præpoſitione expaſſum, non expanſum*. *Cæcilius in Synariſtuſis: Heri verò proſpexiſſe eum ſe ex tegulis, Hæc nunciaſſe*, & *flammeum expaſſum domi*. *Capillô qvoqve eſſe paſſô mulier dicitur, qva porrectô & expanſô*. *Et paſſis manibus & velis paſſis dicimus, qvod ſignificat diductis atqve diſtentis*. *Itaqve Plautus in Mil. a literâ in e mutatâ, diſpeſſis dicit pro diſpaſſis: Credo ego iſthoc exemplò tibi, eſſe eundum extra Portam, diſpeſſis manibus, patibulum cùm habebis*. Hæc ille. *Latui*) Ovid lib.3

lib. 3 Triſt. Eleg. 4: *Crede mihi, benè qvi latuit, benè vixit: & intra fortunam debet qviſqve manere ſuam.*

## VEO.

| | | |
|---|---|---|
| Aveo, | — | — |
| Caveo, | *cavi,* | *cautum.* (*a*) |
| Ceveo, | — | — |
| Conniveo, (*b*) | *connivi & connixi* | — (*c*) |
| Faveo, | *favi,* | *fautum.* (*d*) |
| Foveo, | *fovi* | *fotum.* |
| Ferveo, (*e*) | *fervi* | — |
| Deferveo, | *deferbui* | |
| Conferveo | *conferbui* | |
| Flaveo, (*f*) | — | — |
| Langveo, (*g*) | — | — |
| Relangveo, | *relangui* | — (*h*) |
| Liveo, (*f*) | — | — |
| Moveo, | *movi,* | *motum.* |
| Paveo, | *pavi,* | — |

A Sveo (*i*) antiqvo eſt ſveſco, *ſvevi,* (*k*) *ſvetũ.* (*l*)

| | | |
|---|---|---|
| Voveo, | *vovi,* | *votum.* |

*a* Friſclinus monet etiam *catum* ſupinum eſſe à *caveo*: ex qvo nomen *catus* ortum traxit, qvod pro *cauto* uſurpant veteres: qvo de ſuprà. *b* Simplex *Niveo* eſt inuſitatum: Ex eo tamen ſupereſt verbale *nictus*, & freqventativum *nicto*. *c* De præteritis, *Connixi* & *Connivi* ita loqvitur Priſcianus l. 9 ferè ſub initium p. 368: *Conniveo,* qvod etiam *connivo,* ſecundum tertiam protulerunt veteres, tam in VI qvàm in XI habuit. Nimius Caſſius in 23 Iliad: *Nam non connivi oculos ego deinde ſopore.* Turpilius verò in Paracerusa: *Dum ego connixi ſomno, hic ſibi proſpexit vigilans virginem.* Calvus *connivĕre* infinitivum ſecundum tertiam Conjugationem

nem correptâ penultimâ protulit; *Cum gravis ingenti c*
*vere pupula ſomno.* Hæc ille *d Fautum*) Cic. pro
Plancio: *Qvum autem audirem meos partim inimicos,*
*tim invidos, huic accuſationi eſſe fauturos,* &c. *e Fe*
etiam in tertia invenitur, cujus meminit Priſc. l. 9. p.
Virgil. 1. Æneid: *Fervet opus redolentqve thymo fragr*
*mella.* Idem: *Fervěre Leucaten auroqve effulgere fluctus.*
cil: *Fervit aqva & fervet, fervit nunc fervet ad annum.*
rent. in Adelph: *Cum maximè fervit, tam placidum q.*
*reddo.* Dicitur tamen etiam per *b Deferbui* Cato
*Ubi lupinus deferbuerit.* Horat 1 Serm: *Velatumqve*
*mea cum conferbuit ira.* *f Flavi & Livi* ab aliis aſſig
tur, ſed nondum occurrit idonei ſcriptoris autoritas.
*Langui*) habet Priſcianus l. 9 p. 867. ſed neminem all
*h* Compoſitum verò *relangui* probat ex Ovid. l. 6.
*Impoſito fratri moribunda relanguit ore.* *i Sveo*) Lu
l. 1. — *& ſemina rerum Appellare ſvemus* — Ibid. —
*gora qvimus Uſurpare oculis, nec voces cernere ſvemus*
*Svevi*) Idem: *Concidere ut pronos, qvi morbus mittere ſ*
Cic. Marcel. l. 15. *A te id qvod ſveſti, peto majorem in*
*dum, ut me abſentem diligas ac defendas.* *l Svetum*)
gil. 5. Æneid: —*geminos immani pondere caſtus Proj*
*qvibus acer Eryx in prælia ſvetus Ferre manum* — Liv.
Urb: *Non ſecus qvàm divinô ſpiritu tactus qvum ſe in*
*am concionem intuliſſet, abſtinere ſvetus antea à talibus*
*ſiliis.*

## EO purum.

| | | |
|---|---|---|
| Cieo [*a*] | — | *citum.* |
| Concieo | — | *concitum* |
| Clueo [*b*] | — | — |
| Vieo, | *vievi,* | *vietum* |

*a. Cieo* ſecundæ Conjug. præterito caret. Virgil
*la cient, primâqve vetant conſiſtere terrâ.* Idem. *Ære cie*
*ros, Martémqve accendere cantu.* Præteritum autem

...um autem *Citum* extat penul-
...*itus*. Virgil. Æneid. 12: *Altior*
...*eres*. Ovid. de Invidia: *Nec frui-*
... *curis*. *Citum* verò à *Cio* quar-
...cit, unde *concitus*, *excitus* penul-
...*unt totô concita pericula mun-*
...*populis ſtratiſq; excita juventus.*
...57. b. Qvidam verbum *Cluo* refe-
... Conjugationis, monente Alv. cum re-
...ug. at veluti è Latinorum teſtimoniis
... Epid. l. 5. 6: *Senati qui columen cluent,*
...tur columnæ ſenatus. Lucret. l. 1.
...*aut his conjuncta duabus Rebus ea in-*
...*nta videbis*. Qvidam illud Cic. in Bruto,
... *Cœpiones multum cluentes conſiliô &*
...*te tamen & gratiâ ſubleuabant:* ſed hæc
...egendum enim eſt pro *cluentes*, *clien-*
...ea hujus Conjug. verba, olim tertiæ
... inferiùs dicendum in *Abundantibus*

## ...ONENTIBUS SE-
### CONJUGATIONIS.

| | |
|---|---|
| ... | *faſſus ſum.* [a] |
| ...eor, | *confeſſus ſum.* |
| ...or, | *profeſſus ſum.* |
| ... | *licitus ſum.* [b] |
| ...or, | *pollicitus ſum.* |
| ... | *meritus ſum.* |
| ...or, [c] | *miſertus ſum.* [d] |
| ... | *ratus ſum.* |
| ... | *tuitus ſum.* [e] |
| ... | *veritus ſum.* |

*a* Cic. 7.

Digitized by Google

*a* Cic. 7. Verr: *Cùm tute faſſus eſſes te id crimen tanto ante metuiſſe, ſi eum diceres mortuum, qvis te audiret?* Ovid. l. 1. de Ponto: *Da veniam faſſo, tu mihi Cæſar eris.* *b* Cic. in Verr: *Herbitenſes liciti ſunt uſqve eò, qvoad ſe efficere poſſe arbitrantur.* De *Medeor, meditatus ſum,* ſuprà diximus p. 525. *c* Antiqvi *misereo* dicebant pro *miſereor.* Ennius in Hecuba: *Miſerete manus, date ferrum, ut me anima privem.* *d* *Miſertus*) Plautus Trinum: *Nam nunc eum vidi miſerum, & me ejus miſertum eſt.* Terentius tamen, in Phorm: act. 3. ſc. 2. dixit, *miſeritum eſt: Do. Adeóne te eſſe incogitantem atqve impudentem Phædria, ut phaleratis dictis ducas me & meam ductes gratiis? A. Miſeritum eſt.* Et act. 1. ſc. 2: *Qviſqvam aderat, qvi adjutaret funus: miſeritum eſt.* *e* *Tuitus ſum*] Qvintil. in declam. pro cœco, *Tuitus ſum adoleſcentis miſeri cauſam.* Plin. lib. 6 ep: *Tuitus ſum Julium Baſſum.* Sed de paſſivo uſu verbi *tueor* conſule paginam 465, 466. Ab hoc verbo eſt etiam verbale *Tuitio.* Cic. in Top: *Natura habet partes duas, tuitionem ſui & ulciſcendi jus.* Sed *Tutus* & *Tutor* ſunt à verbo *Tuor* tertiæ conjugationis antiqvis in uſu

# *DE PRÆTERITIS ET SUPINIS TERTIÆ CONJUGATIONIS.*

**In *Tertia conjugatione* non eſt unus aliqvis character Præteritorum & Supinorum.** †

† Qvæ etiam cauſa eſt, ut ſingulæ prope terminationes ſingulares formas & variantes *characteres præteritorum & ſupinorum* admittant. Nos verò inſtitutæ methodi memores, ſingulas terminationes, ac *præteritorum & ſupinorum* varietates mox ordine proponemus, ut ex crebra repetitione juventuti familiares reddantur. Deinde ſub initium hujus doctrinæ obſervandum venit, qvòd veteres qvàm ſimpliciſſimè formaverint nonnulla *præterita*, o finali in i mutatô; ut *diſcedo diſcedi, decedo decedi, accedo accedi, calefco*

*ſco caleſci, neglego neglegi, nexo nexi, premo premi, ſino ſini, tollo tolli*: Qvæ tanqvam à meliori Latinitatis cultu abhorrentia ita cõfirmaveris. Varro de re ruſt. 1. *Diſcedimus omnes.* Pomponius li. 1. ſenatus conſultor: *Qvæ ad hæreditatem patris accederat.* Paulus lib. 2. Decretor: *Si ſine liberis decederit.* Cato in oratione de bello Carthaginienſi: *Aures nobis caleſcerunt ad injurias.* Æmilius Macer, Annal. 16: *Omnium noſtrum neglegerit autoritatem.* Cicero Philip. 13. ex epiſtola Antonii: *Confugere Alexandriam neglegiſtis.* Propertius lib. 1: *At tibi qvæ noſtro nexiſti retia lecto.* Cato de re Ruſt: *Ubi factores vectibus premuerint.* Terent. Andr: *Dum tempus ad eam rem tulit ſini animum ut expleret ſuum.* Ulpianus li. 1. ad Sabinum. *Acceptilationem aliqvid egiſſe, tolliſſeqve totam obligationem*: Sic Plaut. Rud. dixit: *Aulas abſtulas.* Addunt *confundo confundi, relinqvo relinqvi, reſcindo reſcindi, rumpo rumpi, & corrumpo corrumpi.* Vid. Auſoni Popmam de uſu ant. locut. lib. 1. c. 12. Sed hæc prorſus archaiſmum ſpirant. & ea propter à terſæ & mundæ orationis ſtudioſis non tam uſurpanda, qvàm velut periculoſa Latinitatis vada prætentanda, & cautiùs declinanda.

## BO.

### Compoſita à *Cubo*, qvæ aſſumunt M mutant O in UI & ITUM: ut;

Accumbo, *accubui,* [a] *accubitum.* [b]
Decumbo, *decubui,* [c] *decubitum.*
Sic cætera Compoſita: *Incumbo,* [d] *diſcumbo,* [e] *ſuccumbo,* [f] *procumbo.* [g]
Bibo, *bibi,* *bibitum.*
Lambo, *lambi* [h] —
Nubo, *nupſi,* [i] *nuptum.*
Scabo, *ſcabi* [k] —
Scribo, *ſcripſi,* [l] *ſcriptum.*

*a Accu-*

*a* *Accubui*] Cic. l. 9 ep. Pæto ita ſcribit: *Ac*
*ram horâ nonâ, cum id literarum exemplum in codicill*
*ravi*. Idem Att. l. 13: *Unctus eſt, accubuit*. *b* *Accub*
Cœlius Rhodiginus antiq. lect. l. 14. c. 58. affirmat, La
dium in Heliogabalo dixiſſe *accubita* neutrô plurali.
tamen alios ibi legere, *accubitâ*. *c* *Decubui*] S
2 Theb: *Tertiâ falce decubuit Ceres*. Cic. 2 Tuſ: *Q*
*modò ſtetit, verùm etiam decubuit turpiter? qvis cum*
*buiſſet, ferrum recipere juſſus, collum contraxit*. *d*
*buit*] Virgil. l. 2. Georg: *Præſertim ſi tempeſtas à verti*
*vis Incubuit, glomerátqve ferens incendia ventus*. *e*
*ſcubui*] Cic. Att. l. 5: *Diſcubuimus omnes præter illam*
lius: *Apud cœnam Favorini Philoſophi qvum diſcubitu*
*rat, cœptúſqve apponi cibus, ſervus aſſiſtens menſæ leg*
*cœptabat*. Plaut. Mercat: *Diſcubitum noctu ut imus*, &
*Succubui*] Cic. pro Domo S: *Succubuiſſem enim potiu*
&c. Ovid. 1. Met: *Talia dicturus, vidit Cyllenius omn*
*cubuiſſe oculos, adopertáqve lumina ſomnô*. *g* *Proc*
Liv. 5. bell. Pun: *Flens ad pedes Imperatoris procubui*
*ſtariq; cœpit*, &c. Supina verò *decubitum*, *incu*
*ſuccubitum*, *procubitum* per alia extemporali auc
firmare non licuit; tuæ fuerit induſtriæ & amoris er
liores literas, noſtra locupletare nonnunqvam nov
plorum acceſſione: qvæ inventu difficilia non ra
ipſius fatebere, indiéſqve experiere. *b* *Lambi*]
ſat. 23: *Jucundáſqve puer, qvi lamberat ore placentas*.
nius in Gram. p. 182 obſervat pro *nupſi* nonnunqva
*nupta ſum*, & qvidem additâ præpoſitione *cum*. Cic. l.
famil: *Qvô cum eſſet nupta Regis Armeniorum ſoror*.
in Aſin: *Ego iſtuc ſcio, ita fore illi dum qvidem cum ill*
*eris*. & alibi apud eundem. Calepinus ponit *nuptus ſ*
vulgo de ſolis fœminis accipitur, qvæ ſolæ *nubere*, b
capita, cum viro traderentur, velare ſolitæ fuerant. V
*arſuráſqve comas obnubit amictu*. Id qvod notat Fl.
dicens: *Vir ducit, mulier nubit*. Et Joſ. Scal. l. 3. poët.
*Inde adornabatur atqve comebatur virgo, cujus coma*



Digitized by Google

...*verò operiebatur virgini caput &*
... *Nuptiæ dictæ ſunt. Id velum à*
... *à Latinis flammeum propte-*
... Attamen non deſunt, qvi
... *nubere* viris tribui; Ut Alberi-
... Et exemplum de viris extat
... *Chalinum qvid agat ſcire ne-*
... ſcripſit veteres dixiſſe, non ſolùm
... viros. Nec non Politianus He-
... reddidit *novum nuptum, k Scabi*]
... *contritis arbore coſtis. l Scri-*
... *ſcribſi* & *ſcribtum*: ſed perperam.
... apud Græcos: ut, λείβω, λείψω,
...

... CO.

... *crevi, cretum.* [*a*]
... *compeſcui* —
... *diſpeſcui.* —
... *conqvexi,* [*b*] —
... *dixi, dictum.*
... *didici,* — [*c*]
... *duxi, ductum.*
... — —
... *ici,* [*d*] *ictum.*
... *novi, notum.*
..., ignoſco, prænoſco.
... *agnovi, agnitum.*
... *cognovi, cognitum.*
... *parſi* [*f*] *parſum* [*g*]
... *peperci parcitum.* [*h*]
... *comparſi,* [*i*] *comparſum.*

Nn Paſco,

Paſco, *pavi*, *paſtum.*
Poſco, *popoſci*, —
Sic Depoſco, repoſco.
Qvieſco, *qvievi*, *qvietum.*
Vinco, *vici*, *victum.*
Convinco, *convici*, *convictum.*

*a* A Supino *cretum* legitur inprimis *cretus*, ideſt procreatus, & comp. *concretus.* Virg 2. Æneid: — *horta-mur fari, qvô ſangvine cretus.* Ovid. 4 Metam: — *ab origine cretus eadem Acriſius* — Cic. 2. de Nat. Deor. *Etenim licet videre acutiora ingenia & ad intelligendum aptiora eorum, qvi terras incolant eas, in qvibus aër ſit purus ac tenuis, qvam illorum, qvi utantur craſſô cœlô atqve concretô.* *b* *Con-[v]exi*] De hoc Præterito ita Priſcianus lib. 10: *Unum invenitur in [ſco] deſinens verbum apud vetuſtiſſimos, cujus præteritum perfectum in Xi protulerunt, teſte Caprô, conqviniſco, conqvexi. Eſt autem conqviniſco caput inclino. Pomponius in Vacca vel marſupio ait: Simul intrò veni, acceſſi ad matrem, prendi manum, in terra ut cubabat &c. ad eam ut conqvexi, interim mulieres conſpiciunt.* Non. Marcell. ait. *Conqviniſcere & ocqviniſcere inclinari ſignificat.* Scaliger ad Feſtum: *Conqviniſcere eſt cernuum ſe inflectere vel inclinare, u[t] faciunt exoneraturi ventrem.* Hinc Plaut. Ciſtel. act. 4. ſc. 1 *Faciundum eſt puerile officium: conqviniſcam ad ciſtulam.* Et Pſeud. act. 3. ſc. 2: *Si iſte ibit, ito; ſtabit, aſtato ſimul. Si conqviniſcet iſtic, conqviniſcito ſimul. Item his diſcipuli privos cuſtodes dabo.* Lambinus exiſtimat hoc verbum *tra-ctum eſſe à Græco προσκυνεῖν, qvod ſignificat, inflexô corpore venerari: vel ἀπὸ κοινεῖν, unde inqvinare.* Sed *κυνέ[ιν]* potiùs eſt honoris, amoris cauſâ manus, genua, caput &c. oſculor, idem ſc. qvod *κύω*, qvo freqventer utitur Homerus. Odyſſ: Φ. Καὶ κύνεον ἀγαπαζόμενοι, κεφαλ[ὴν] τε καὶ ὤμους. Et mox: Ὥς δ' αὔτως Ὀδυσεὺς κεφαλ[ὴν]

κα

χεῖρας ἔκυσσε. Qvidam (in qvibus Auratus & Bo-us.) hoc verbum corruptum putant apud Plautum & Nonium, & ſcribendum, conclinisçam, à verbo conclinisco. Alii à ſimplici conqviniere, id eſt, decubare, deducunt. Hoc, teſte Taubmanno, etiam cernuare dicebant. qvanqvam & hoc ἀντὶ τοῦ ἀσκωλιάζειν accipiebant. Omnium autem honeſtiſſimum etymon afferunt, qvi à genu deducentes, conqviniſco q. congeniſco dictum volunt. Notum enim eſt, qvòd c, g, q literæ ſint facilè inter ſe permutabiles. Sic apud Feſtum idem ſunt gerrones & cerrones. Et qvod vulgo Cajus dicitur, id in Pandectis Florentinis eſt Gajus. Item Caſpar, Gaſpar. Eôdem modô nonnulli ſcribunt arcus, alii verò arqvus: nec non Qvum, cùm: qvoi, cui. Nonnunqvam etiam additur litera: ut tingvo, pro, tingo; Ningvo, pro, ningo. Virgil. Georg. 3: Interea totô nonſecius aqvore ningvit. Æneid. 5: Qvid tamen Oceano properent ſe tingvere ſoles. Qvid itaqve prohiberet, qvò minùs conſimilis aliqva fieret literarum in hiſce vocibus permutatio & additio? inprimis, cùm ſignificatio non abludat, &c. *c* Diſco Supino caret, Priſcianus tamen l. 10: Supina diſcitum, poſcitum, compeſcitum, diſpeſcitum admittit. At verò, l. 11. ubi de Participiis in RUS agit, ſe revocat, traditqve verba, unde hæc Participia fiunt, Supinis carere. Apulejus in Phœdone diſciturus dixit: De anima, inqvit, ſic auditurum, ſic diſciturum, qvi meliùs ſcit hæc omnia & ſingula ſic agere & pati. Sed hujus autoris dictio ab omnibus omne non tulit punctum. *d* Ici] Lucret. l. 3: Percuſſit corpus extra, propellit & icit. Ibid: Nec radicitus ex vita ſe tollit, & icit. Et de gliſco notandum, qvòd veteres etiam dixerint gliſcor. Sempronius Aſello apud Nonium: ut major invidia Lepido gliſceretur. *e* Noſco] Etiam gnoſco pro noſco uſus eſt Varro: Adeſte, adeſte, qvæ fer ámqve, gnoſcite. Gnoſco verò ſeqvitur græcanicam formam, γινώσκω. In ignoſco & cognoſco perit n, in agnoſco verò perit d. Vetuſtiſſimi etiam ignoſciturus & ignoturus dicebant. Piſo Frugi 2 Annal. apud Priſc. L. 10: Qvodcunqve deliqviſſet, ignoſci-

Nn 2 turum

Digitized by Google

*turum affirmabat.* Cic. in Catone: *Ignoturum alte[...] patrem; alteri, qvòd tutorem ſeqvutus eſſet.* Cat.l. [...] *Qvod eorum nemo mihi ignoturus eſſet.* Sic *agnoturu[...]* in 2.Hiſt: *Neqve inermes ex prælio vires qvenqve agn[...]*

*f* *Parſi*] Plaut. Trin.2,2: *Neu tibi ægritudine[...] parerem, parſi ſedulò.* Idem Trucul: *Utinam à prin[...] parſiſſem mea.* Et Curcul: *Qvi homo maturè qvæſivi[...] am, niſi eam maturè parſit, maturè eſurit.* Donatu[...] hoc intereſſe inter præterita *parſi* & *peperci*: ut *pa[...]* ſit, qvod *abſtinui*: peperci idem qvod *ignovi.* [...] tamen negat duo hæc præterita ex ſignificationis di[...] venire, ſed potiùs ex mutatione uſus. Qvod enim [...] *parſi* dixere, id alij poſtea *perperci.* Et hanc Servii [...] verſionem veram eſſe infrà docebit ſcholion verbo [...] aſcriptum: ubi etiam *peperci* confirmatur. Veter[...] *parcivi* dixerunt. Nævius in Qvadrigeminis cita[...] niô: *Suo labori nullus parcivit.* *g* *Parſum*] Va[...] Priſc: *Parſurus pecuniis benè partis.* Liv. l.25. ab Ur[...] *Nedum eas Capua parſuras credam.* *h* *Parcitum*] [...] c. 4: *Italia parcitum eſt vetere interdictô patrum,* [...] *mus; alioqvin nulla fœcundior metallorum qvoqve [...] lus.* Ita legit Dalecampius; licèt Alvarus notet p. 23[...] nonnulli legant: *Italia parci, vetere interdictô patr[...] mus.* Ab eodem eſt verbale *parcitas.* Seneca 1. de C[...] *Civitatis mores magis corrigit animadverſionum* [...]

*i* *Comparſi*] Videtur *comperco, comperſi, comper[...]* debuiſſe. Sed Terentii eſt: *Qvod ille de dimenſo ſuô [...] fraudans genium comparſit miſer.* Ubi, ut Feſtus ait, [...] *ſit* Terentius poſuit pro *comperſit.* Vulgò apud Feſ[...] peram legitur *compeſcuit* pro *comperſit.*

## SCO.

**Nota I. Inchoativa *Verbalia* in Sco h[...] Primitivorum *Præterita:* ut,**

Ab aceo, *aceſco* *acui* †
A rubeo, *erubeſco, erubui, &c.*

Digitized by Google

...venditum acuerit, vel
..., acorem contraxerit. Hu-
... Sic à Crebeo, crebreſco. Ta-
... cladis crebreſcentem neqva-
... Et ab eo increbreſco, incre-
... : ut, Plaut. Trucul: Si raras ne-
... increbruit, ipſus Gaudet, res perit.
... crebreſceret, rumor bellum in Sici-
... ſæpius ultimum Relidit. Cic. 4.
... noſtram diſciplinam illam veterem, non
... imperatorem appellaret Senatus. Sic
... Cic. Att. l. 11: Ipſi enim illi putavi fe-
... hoc tantum ſcelus percrebuiſſet. Ab ado,
... adultum: qvo de ſuprà Ab augeo, auge-
... concupiſco, concupivi, concupitum. A taceo,
... — A tremo, contremiſco, contremui. A
... convalui, convalitum: vide ſuprà ſcholia ad
... deliteſco, delitui. A dormio, adormiſco, e-
... Ab ardeo, exardeſco, exarſi, exarſum:
... inuſitato, exoleſco, exolevi, exoletum:
...veo, expaveſco, expavi — A ferveo, ferveſco,
...ſco, deſervi & deferbui. A candeo, excande-
... palleo, expalleſco, expallui. A timeo, extime-
... pertimeſco, pertimui. A Gelo, gelaſco, ge-
...: Si gelent frigora, qvartò die premendam.
...ſermo. Idem lib. 14. c. 21: Vini natura non ge-
...dem lib. c. 3: In Thurinis collibus non ante de-
...gelaverit. de uvis loqvitur. Sic congelo, con-
...: iſtud habet Pl. l. 18, c. 28: illud Gell. l. 17, c. 8:
...lio, l. 2: Gaudebam ſanè & congelâſſe noſtrum
... otiô. Ab hebeo, hebeſco, hebeteſco. Plin. l. 28,
...alia certum eſt, aciem in cultris tonſorum he-
..., hiſco & hiaſco. Virgil. 3. Æneid: — vix pau-
...io, & raris turbatus vocibus hiſco, id eſt, velut
... motans labella loqvor, prout illis evenit,
... metu, vel inſperata admiratione, vox fauci-

 bus

Digitized by Google

bus hæſit. Aliàs pro aperiri vel patere cum hiatu q
eſt apud Plaut. in Pſeud. ubi dicit : *ædes hiſcunt.* &
epiſt.6: *Hiſcere nánqve tibi terra neganda foret.* Ca
de re Ruſt. *hiaſco* tribuit nucibus : *Ut primùm in*
*hiaſcere, tum legi oportet.* Sic *dehiſco.* *Ab horreo,*
*ſco, horrui.* — A *doleo, indoleſco, indolui, indolitum.*
c.3: *Sed tanta intentione oculorum opus eſt , ut indo*
Ovid. 2. Metam: *ſucceſſorúmqve Minerva Indoluit.* vi
*dolitum, perdolitum* &c. A *gemo, ingemiſco, ingemui.*
*integro, integraſco.* Terent. And. 4. 2: *Hoc malum in*
*eit.* Ab *invetero, inveteraſco, inveteravi, inveteratum,*
*reo, irrauceſco, irraucui* —. A *labo, labaſco* —. A *langv*
*gveſco, langvi* —. A *liqveo, liqveſco,* —. A *madeo, made*
*dui* —. A *marceo, marceſco, marcui* — & *emarceſco,*
*cui* — Addunt à *nigreo, nigreſco* : ſed illud potius eſt
*nigreo* enim non tam facilè inveneris. A *dormio, ob*
*ſco, obdormivi, obdormitum.* Ab *obſoleo,* inuſitato, *ob*
*obſolevi, obſoletum.* A *pingveo, pingveſco.* A *putreo, p*
*putrui.* Plaut. Moſt: —*hæc ligna humida putrent.* S
*putreſco, computrui.* A *frigeo, refrigeſco, refrixi.* A *r*
*renideſco* —. A *ſapio, reſipiſco, reſipui,* & *reſipivi.* Cic.
ſtio: *An qvod, cum eſſet ablatus, primúmqve reſipuiſſet*
*referri juſſit ?* Idem ad Attic: *vix aliqvando, te autore,*
*vi.* Vide infr. *Sapio.* A *vivo, reviviſco, revixi, revictum.* A
*ſeneſco, ſenui.* Catul. epigram. 4. de phaſelo: *Sed hæ*
*fuère, nunc recondita Senet qviete,* — Sic, *conſeneſco, co*
A *ſveo ſveſco, ſvevi, ſvetum.* Sic, *aſveſco, aſvevi, aſvetum*
*ſveſco, conſvevi, conſvetum.* A *ſcio, ſciſco, ſcivi, ſcitum*
*ſco, reſcivi, reſcitum.* Sic, *Aſciſco, conſciſco, deſciſco, pr*
A *ſtupeo, ſtupeſco, ſtupui.* — Sic, *obſtupeſco , obſtupui,*
*tabeo, tabui* — Virgil. lib. 1. Æneid. *Et ſale tabentes a*
*littore ponunt.* Ovid. 7. Metam: *Corpora tabent.* Gel
c.8: *Delphinus amans deſyderiô tabuit exanimatúsqve*
conſimilia alia.

II. Inchoativa *Nominalia*, qvæ ta
e

Digitized by Google

...verbis deduci poſſe vi-
...habent, ſed *Supino* ca-

...*eva neſco*, *evanui*, —
...*innoteſco*, *innotui*, —
...os *matureſco*, *maturui* † — &c.
...in ep. ad Tryphonem *Libros nondum*
...Ovid. *Puella maturuit*. Sic, A *ſa*...
...*ſanui*, — Cic. Sulpit. l. 4: *Nunc autem*
...*etiam illa quæ conſanuiſſe videbantur*,
...*manſuetus manſueſco, manſuevi*, — Luca-
...*manſuevere*. A *durus, obdureſco, obdurui*, —
...lib. 2: *Obdurnit animus ad dolorem novum*.
...*muteſco, obmutui*, — à *ſurdus*, *obſurdeſco*,
...denique à *crudus*, *recrudeſco*, *recrudui*, —
...*Ibi interventu Gellii, cohortiumque Sabella-*
...*cruduit pugna*.
...e verò *expreſsè Nominalia* ſunt &
...*Supino* carent: ut,
...r, *ægreſco*, — —
...lis, *grandeſco*, — —
... *graveſco*, — —
...*herbeſco*, ut Ciceroni placet; vel *herbaſco*,
...de ſeneƈt. *Terra ſemen tepefactum complexu*
...*elicit herbeſcentem ex eo viriditatem*. Plin.
...*& ovillo fimo nominatim uti, quoniam illud*
...ſimili ratione A *tener* eſt *tenereſco* vel *tene-*
...7. c. 22: *In tantum tenereſcere acinos, ut rum-*
... lib. 3: *Scilicet in tenero teneraſcere corpore*
...*x, noƈteſco*. Furius apud Nonium: *Omnia*
...*bris caliginis atræ*. Nec non à *puer*, *repuera-*
...*o*, à *ſterilis ſterileſco*, à *veſpera veſperaſcit*, &
...in. Vide ſis infrà *Speciem Verborum*.



Digitized by Google

## DO.

Accendo, *accendi*, *accenſum*.
Sic incendo, *ſuccendo*.
Cado, *cecidi*, *caſum*.
Incido *incidi*, *incaſum*. [
Sic *occido* [*b*], *recido* [*c*.] Cætera comp
*accido*, *excido*, *decido*, *concido*, carent ſup
Cædo, *cecidi*, [*d*] *cæſum*.
Incido, *incidi*, *inciſum*.
*Sic occido*, *recido*. [*e*]
Cedo, *ceſſi*, *ceſſum*.
Claudo, [*f*] *clauſi*, *clauſum*.
Concludo, *concluſi*, *concluſum*.
Sic cætera compoſita, *excludo*, *includo*,
*eludo*, *occludo*, *præcludo*, *recludo*, *ſecludo*, &
Credo, *credidi*, *creditum*.
*Sic concredo*. [*g*]
Condo, *condidi*, *conditum*.
Abſcondo, *abſcondi*, *abſconſum*.
*abſcondidi*, [*h*] *abſconditu*
Recondo, *recondidi*, *reconditum*
Cudo, *cudi*, [*i*] *cuſum*.
Excudo, *excudi*, [*k*] *excuſum*.
*Sic percudo*, [*l*]
Defendo, *defendi*, *defenſum*.
*Sic offendo*.
Divido, *diviſi*, *diviſum*.
Addo, *addidi*, *additum*.

Digitized by Google

...ut, Abdo, dedo, edo, edi-
...ndo, ſubdo, trado, vendo &c.
edi, [m] eſum.
... ambedo, [n] adedo, [o] exe-
... ſubedo, [r] comedo. [s]
fidi, fiſſum.
frendi, [u] freſſum.
fudi, fuſum.
laſi, laſum.
alliſi, alliſum.
poſita, Collido, elido, illido.
luſi, luſum.
mandi, [x] manſum. [y]
pandi, paſſum. [z]
diſpandi, diſpanſum.
expandi, expanſum.
pepedi, (α) —
oppedi, —
pependi, penſum.
appendi, appenſum.
(β) prebendi, prebenſum.
plauſi, plauſum.
applauſi, applauſum.
...oſita dant, odo, oſi, oſum: ut,
... complosi, comploſum. (γ)
exploſi, (δ) exploſum. (ε)
ſupploſi, (ζ) ſupploſum.
raſi, raſum.
corraſi, corraſum.



Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Rodo, | *roſi,* | *roſum.* |
| Erodo, | *eroſi,* | *eroſum.* |
| Rudo, | *rudi,* | — |
| Scando, | *ſcandi,* | *ſcanſum.* |
| Aſcendo, | *aſcendi,*(η) | *aſcenſum.* |
| Deſcendo, | *deſcendi,*(ϑ) | *deſcenſum,* & |
| Scindo, | *ſcidi,*(ι) | *ſciſſum.* |
| Sido, | *ſidi* (κ) | — |
| Conſido, | *conſedi,*(λ) | — |
| Strido, | *ſtridi,* (μ) | — |
| Tendo, | *tetendi,*(ν) | *tenſum.* |
| | | *tentum.*(ξ) |
| Attendo, | *attendi,* | *attentum.* |
| Contendo, | *contendi,* | *contentum.* |
| Diſtendo, | *diſtendi,* | *diſtentum.* |
| Extendo, | *extendi,* | *extenſum.* |
| | | *extentum.*(ο) |
| Intendo, | *intendi,* | *intenſum.* |
| | | *intentum.*( |
| Obtendo, | *obtendi,* | *obtentum.*( |
| Oſtendo, | *oſtendi,* | *oſtenſum.* |
| | | *oſtentum.*( |
| Prætendo, | *prætendi,* | *prætentum.*( |
| Protendo, | *protendi,* | *protentum.* |
| Trudo, | — | — |
| Detrudo, | *detruſi,*(φ) | *detruſum.*( |
| Tundo, | *tutudi,* (ψ) | *tunſum.* |
| | | *tuſum.*(ω) |
| Contundo, | *contudi*†, | *contuſum.* |

Digitized by Google

...pervondo, retundor.

... dubios ac ſuſpenſos fort... a Incaſum] Plin.l.2.c.27: ... erant illa. b Occa-... obſecro, judices, ut veſtra benefi-... in hujus ſalute augeatis, aut in ... jubeatis. c Recaſum] Idem ad ... eiſdem, ad nihilum recaſu-... 96: Conſtituit (Auguſtus) inter ... & adverſa ſacrificanti denunciata ... qvi exta haberent, neqve aliter evenit. ... ſuprà monuimus p. 526, 527, perperam ... nunc teſtimoniis luculentiùs aſtrue-... orph: Cum ſubit illa nemus, qvod nulla ... l.4: Terga fuga, donec vetuerunt ca-... Sat.3: — petulans, qvi nullum forte ce-... nam vocis excuſſeris, neutiqvam pri-... diphthongum, cùm tantùm ſit argumen-... um, qvale cernitur in fefelli, tetuli, & ... habeat. Sed a, qvæ eſt thematis diph... velut à lædo, allido, vide p.20. e Re-... nc. Conſul: Nationes eas, qvæ numerô ... ine ipsâ poterant in provincias noſtras ... eſſe partim reciſas, partim repreſ-... m. Sat. 3: — qvum dicas eſſe pares res ... magnis parva, minoris Falce reciſurum ... udo] Pro Claudo dixerunt qvondam ... leor: Ipſum autem mare ſic terram ap-... Varro 3.de re Ruſt.c.3: Qvæ maceria ... ansâ, cluduntur. Colum.l.12.c 44: ... arborem cludunt. Mart.l.11: Sed mors ... udere blandè, & alibi. g Pro con-... act.3. ſc.6: Concreduo. — cave ſis tibi ... men, ſi hoc concreduo. Et concredui

Caſin.

Caſin. 2. 8: — *ei ego amorem omnem meum* Concre
*h* *Abſcondi & abſcondidi.* Non pauci Grammatici
num præteritum aſſignant *abſcondi* & *abſcondidi*. Ph
verò, Gieſenſes, & Becmannus in Philol. Sched. *abſc*
præferunt: ſententiámqve ſuam & ratione & autorita
cire ſtudent. Omnia enim ut Becmannus argumentat
ſyllabâ finita in præterito augentur: ut, *perdo, perdidi*,
*tradidi: vendo, vendidi: condo, condidi*: *recondo*, *rec*
apud Ciceronem & Ovidium. Qvid igitur cauſæ eri
non etiam ex *abſcondo, abſcondidi* fluat? maximè aſſe
terum concurrente. Plaut. in Carbon: *Secundum ip*
*vam aurum abſcondidit.* Sil. l. 8: — *vitréisqve abſcondi*
*tris.* Accedit Priſciani autoritas, qvi lib. 10 aſſerit, *a*
in præterito habere *abſcondidi*, velut *condo, condidi* &
verò, neqve iis ſua deſunt arma, qvi *abſcondi* propugna
enim non modò veteres, ſed & vetuſtiſſimi uſi ſunt.
Marcellus de inhoneſtis & novè veterum dictis, citat
tuſtiſſimis primò Cæcil. in Exule; cujus hæc ſunt
*Nam hic in tenebris intùs ſeſe abſcondit.* Deinde Pomp
in Maximis geminis: *Perii, non puella eſt*, *nunqvid ab*
*ſti* &c. Ex veteribus autem, afferri poteſt illud Sen
Benef: *Bellô Civili proſcriptum dominum ſervus abſ*
Idem de Conſol. ad Albin: *uterum abſcondiſti.* Luca
*Laqveataqve tecta ferebant Divitias*, *craſſúmqve tra*
*ſconderat aurum.* Gel. l. 12, c. 9: *Epiſtolam ſcripſit ſup*
*arcanis hôc modô abſcondiſſe.* Qvare cum utriúsqve
riti apud probatos autores tàm veteres qvàm vetuſt
inveniantur exempla, neutrum improbaverimus. *i.*
Veteres Grammatici Priſcianus, Diomedes & Phoc
præteritum inprimis probant. *k* *Excudi* eſt apu
ronem l. 3, de re Ruſt. c. 9: *Excuſſos pullos ſubducendum*
*gulis nidis & ſubjiciendum ei, qvæ habet paucos. Ab*
*reliqva ſint ova pauciora, tollenda & ſubjicienda ali*
*nondum excuderunt*, ubi Alvarus in utraqve editio
lingenſi pariter & Venetiana legit, *excuſos*. Virgil. 1.
*At primum ſilicis ſcintillam excudit Achates*, *ſuſ*

Digitized by Google

... l. 2. c. 31 *Die undevigesimo*
... Supina *excusum*
... *excludo, incudo:* at *excus*
... *excluso, incusio.*
... ] *Ambedi*] Idem
... *esse, oppido mihi illud videri*
... Virgil. Aeneid: *Quem vos dira fa-*
... *Ambesas subigat malis consumere*
... *ambessum.* o *Adedi*] Virg.
... *ignibus adedit Stellio:* — Liv.
... Cic. 2. Tusc: *adesum jecur.* p *Exe-*
... *te Exedit labor, & miseria*
... op: *Si aedes exesa corruerint,* sis
... ibus *obedo, obedi* dicere placet, Latino
... necesse est. q *Peredi*] Vir-
... *amor crudeli tabe peredit.* Liv.
... r *Subedi*] Ovid. 11. Metam.
... *&c.* s *Comesum*] Cic. pro
... *comesum, quam ... in ventre pen-*
... legit *comessum*. Unde nonnulli ea ge-
... sed *comesum*, usitatius est. Quod
... p. 178. Cic. in Sallust: *Patrimonio*
... t *Frendo*] Verbum proprium hujus
... pertinacitat Pacuv. in Antiopa: *Fruges fren-*
... sed Scaliger ad Varronem ibi legit
... *est frangere*, unde & *faba fres-*
... *loco, fresa datur in Hispa-*
... Rust. c. 4: *Amissa nomine lacten-*
... *quod nondum fabam frendere*
... Scaliger in Conject. ad Varronem:
... *puer vel senex, ... qui dentibus*
... Frendere *duo* significat, τὸ ἐμπρίειν
... βρύχειν. Pacuvius Antiopa: — *perdi-*
... *Frendere noctes misera, quas perpessa*
... Scaliger, *conjunge haec duo exempla:*
... *quorum*

*qvorum primum adducitur à Chariſio, alterum à Nonio.* Deinde ſignificat *frangere*: unde *nefrendus, qvi per ætatem adhuc frangere dentibus non poteſt*: *vel ſenex qvi dentes amiſit.* Livius Andronicus: *Qvem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opem. Inde nefrendes porculi*: *indéqve frendere fruges*, τὸ ἐρείκειν. Attius Troadibus: *ſaxô fruges frendam*: σιτοποιήσω. *Tranſtulit enim ex Euripide, in qvo hæc vox extat.* Serenus: *Copia farris uti frendentibus eruta ſaxis.* Plaut. Capt. 4, 4: *Qvaſi lupus eſuriens* &c. *ita frendebat dentibus.* Et tertiæ Conjug. eſſe, evidenter evincit illud Plauti Trucul. 2, 7: —*hoc vide, dentibus Frendit* &c. Ex hoc loco præteritum *u Frendi*] robur acqvirit. Nam præcedit præteritum: *traxit ex intimo pectore ſuſpirium.* Et ſeqvitur aliud præteritum: *icit fœmur.* *x Mandi*] Liv. in Odyſſea: *Cum ſocios noſtros mandiſſet impius Cyclops.* Notat Priſcian. lib. 8. de cognatione temporum p. 314. qvòd qvidam formaverint præteritum *mandui*, alii *mandidi*; ſed teſtimonia non citat. *y Manſum*] Cic. 2. de Orat: *Atqve omnia minima manſa, ut ajunt, nutrices infantibus in os inſerant*: & Qvint. lib. 10. c. 1: *cibos manſos* dixit: nec non Plin. lib. 26. c. 12: *imponatur trita* vel *manſa.* *z Paſſum*] De hoc *Supino* ſupra actum eſt ex Bellio in Scholiis ad *pateo* p. 554: Ubi etiam *diſpeſſum* leges pro *diſpanſum.* lib. 15. c. 15: *α Pepedi*) Horat. 1. Serm: *Nam diſploſa ſonat qvantum veſica, pepedi.* Ultrajectinus p. 174: ait ſupinum *peditum* extare apud Catullum. Carmen qvidem Catulli ita habet Epigram. 55: *Othonis caput oppidò eſt puſillum, Heri ruſticè ſemilauta crura, Subtile, & leve peditum Liboni eſt.* Ubi Ramus Schol. Gram. l. 18. p. 239. legit *Lyconi* pro *Liboni.* Alvarus tamen p. 236: exiſtimat non ſatis ſolidè ſupinum *peditum* probari poſſe ex hoc epigrammate. Id enim variè legi ait, ita ut ignores, ſitne *nomen* an *verbum.* *ϛ Prehendo*) Pro *prehendo* nonnunqvam contractè leges *prendo.* Cato: *Arundinem prende tibi viridem* &c. Cic. 1. Acad: *Sed qvum acceptum jam & approbatum eſſet, comprehenſionem appellabat, ſimilem iis rebus, qvæ manu prenderentur*: *Ex qvo etiam no-*

… rtaticum & ſupinum nonnulli
… in Silio tradunt extare *pren-*
… *prenſus* fit apud Virgil. 3. Æn:
… *prenſurus* apud Ovid. epiſt. 10: *In-*
… *ſola, meri Theſea prenſurus ſo-*
… verò verbo ſyncopato extat
… *prenſo*. Virgil. 2. Æneid: *Pren-*
… atibi. γ *Comploſum* ) Se.
… *manus.* δ *Exploſi*) Cic. 2.
… *divinationis vita jam com-*
… ) Idem pro Cluent: *Te verò il-*
… *& ejectum eſt, nunc retuliſſe de-*
… *Multa dixi in ignobilem regem*
… *Supploſi* ) Cic. 1. de Orat:
… *ſupploſit, credône ſtoicis renuntia-*
… uſurpatur verbale *ſupploſio*, de
… *congruens, manus, humeri, latera,*
… *ſus* &c. η *Aſcendi*) Pro *aſcendi*
*…ſcendi*. Plaut. Trin. act. 4. ſc. 2: *Ellò, an*
… Hinc verbale *aſcenſus*. Tacit. l. 3.
*…lenta, omnesqve puberes trucidati*. De
…ſitione ex eſt apud Liv. 2. bel. Pun: *Itaqve*
*…profecti, exſcenſu è navibus in terram fa-*
*…ſſent, capiamqve diripuiſſent, Carthagi-*
… ) *Deſcendi*) Gellius l. 7. c. 9 obſervat,
… dixiſſe *deſcendidi*. Ab eo citatur prin…
… Hiſt. 75, cujus hæc ſunt verba: *Dein…*
*… deſcendidit*. Laberius qvoqve in Catu-
*… mirabar, qvomodo mamma mihi deſcen-*
*…i*) Priſcianus notat l. 10, qvod vetuſtiſſi-
*…ſcidi*. Afranius more antiqvò dixit in
*… paulò veſtras ſciſcidiſtis colus*. Accius
*… ergo aqvila ita, ut prædicant ſciſciderat*
… iculária: *Imo qvo ſciſcidimus conſcindam*
… ius in Menalippa: *cum fetum ſciſciderit*.
… dicendo. Martialis in 3. Epigr: *Unguen-*
*tum*

*tum fateor bonum dediſti Convivis here , ſed nihil ſcidiſti.* Nonnulli tradunt in Pſeud. Plauti 3. 2: extare præteritum *ſcindidi*, qvomodo legit Edit. Camerarii & Brix. Sed, ut doctè obſervat Taubmannus, Paſſeratius è Cod. Vaticano, Lambinus & Lipſius, nec non Edit. Argent. Pariſ. & Veneta, ita legunt: *Nam ego citilendrum qvando in patinis indidi*; qvam lectionem & ipſe Taubmannus probat. Giſanius verò in Collectaneis ad Lucretium, ſecutus autoritatem Priſciani, qvam nos jam adduximus, legit *ſciſcidi*. Qvod autem dicat Giſanius nuſqvam lectum eſſe *ſcindidi*, oſtendit ipſum præcipitare ſuam Criſin. etenim in Camerarii & Brixienſi Editione Pyladæ Buccardi, ut Taubmannus memorat, ita legitur. Gellius l. 7. c. 8 memorat etiam *ſecidi* qvondam dictum eſſe. L. Accius in ſotadicorum lib. 1: *Non ergo aqvila ita, ut hi prædicant, ſciderat pectus*: licèt Priſcianus l. 10, ut ſuprà dictum, ibi legat, *ſciſciderat.* Ita enim eſt in Edit. cùm Baſil: Bryllingii, tum recentiore Putſchii Hanoviæ Vechelianîs typis edita. *u. Sidi*) Proprium præteritum Columellæ li. 12. c. 24: *unde patiemur picem conſidere, & qvum ſiderit, aqvam eliqvabimus.* Priſcianus l. 10, ait hoc præteritum in uſu non eſſe, ſed nos ejus locô uti præteritô verbi *ſedeo*, id eſt, *ſedi*. Verum id qvidem eſt de compoſitis: de ſimplici non item. Seneca 2. de Benef. c. 8: Cum *ſubſedit cupiditas*, &c. Hoc enim eſt à *ſubſido*: de qvô Virgil. 5 Æneid: *Subſidunt undæ, tumidúmqve ſub axe tonanti Sternitur. Conſido*, λ. *Conſedi*. Virgil. 9. Æneid. —*viderunt mœnia Trojæ Neptuni fabricata manu conſidere in ignes.* Ovid. 13 Met: *Ilion ardebat, neqve adhuc conſederat ignis.* Sic *conſedit animi ardor, cura, furor* Ciceronis ſunt. vid. Vallam l. 5. c. 6: μ. *Stridi*) Accius in Alceſtide: *cum ſtriderat retracta rurſus inferà.* Statius in 4: — *Hujus inaſpecta luco ſtridere ſagittæ.* ν *Tetendi*) Virgil. 5. Æneid: — *Oculos pariter telúmqve tetendit.* ξ. *Tenſum tentum*) Statius 9 Thebaidi *Poplite tenſo.* Statius 3. ſilvo. *Arcus tenſus.* Horat. 2. Serm. ſat. 5: — *ſeu pingvi tentus omaſo Furius.* Idem epod. 16: *Ubera tenta.* ε, *Extenſum & extentum.*) Cic. 4. Acad: *Qvum extenſis digitis*

adver-

...oſtenderat &c. Idem de Orat: *Extento,*
...m etiam de geſtu addidit. π *Intenſum*
de Orat: *Principia verecunda, non elatis in-*
...cuta ſententiis &c. Idem de provin. Con-
...ia tela undiqve, eſſe intenta in patriam vide-*
...tum) Valer. 3. Argon: *Ibat & obtenta mulce-*
... σ *Oſtenſum, oſtentum*) Lucan. in 2: *Ut*
*cædéſqve oſtenſa placeret, agnoſcendus erat.*
*ſalute oſtenta.* Cato pro L. Cæſare ad popu-
*...e ſpero oſtenturum;* magis autem nunc in uſu
... *Prætentum*) Ovid. 3. Metam: — *Inſtan-*
*dat Cuſpide prætenta.* υ *Protentum*) Ta-
*...qves protentis haſtis perfringit, qvod obvium*
... Qvibus *obtenſum, prætenſum, protenſum*
...fferant exempla. *Truſi, truſum* qvidem aſ-
...atici; ſed compoſita magis ſunt in uſu. φ
... 1. Offic: *Sit aliqvando neceſſitas nos ad ea*
*...oſtri ingenii non erunt.* Vatinius Ciceroni
*loco detruſerunt eum nives, frigora, imbres.*
Cic. pro Cecinna: *Deceſſi, unius hominis te-*
*...jectus, detruſúſqve ſum.* ψ *Tutudi*) Sola
...oritas obtenditur, qvi lib. 10: hoc præteri-
...nqve plerique grammaticorum ſeqvuntur.
...t duplex habere præteritum: *tunſi* & *tutudi*:
...pinum. ω *Tunſum & tuſum*) Virgil. 4.
*...erit & tunſum galla admiſcere ſaporem.* Idem
*...iciter triſtes & tunſæ pectora palmis.* Et 3.
*...s gemit area frugibus* — Plinius lib. 31: *Hac*
*... vino* &c. *Tunſum* tamen uſitatius eſt. In
...ò *tuſum* magis adhibetur: ut, *contuſum, per-*
*...retuſum.* † *Contudi*) Horat. 4. Carm:
*...umidas contuderit minas* &c. * *Vado*)
...lli grammatici præteritum & ſupinum huic
...ſcribere non dubitent, ut Priſcianus, Suſen-
...men verſatiſſimus grammaticus Alvarus præ-
... *Vado*, inqvit, p. 221: non habet *vaſi*, qvan-



Digitized by Google

vis habeant compoſita ; & in carmine ſuo eidem qvoqve *Supinum* detraxit. Idem qvoqve ſentit ingenioſiſſimus grammaticus Saturnius Merc. Maj. lib. 2.c.6 p.117: Nec non Ultrajectinus p.174: Gieſſenſes c.19.p.193: Qvibus nos qvoqve accedimus , donec adverſæ partis patroni aliter probatum iverint. Nam qvod nonnulli ex Martial. lib. 12. c. 5: putant rem ſalvam fore,nihili probatio eſt : qvum aliqvot editiones oſtendere liceat,in qvibus legatur : *Arctatus labor eſt , & breve raſit opus*,non autem *vaſit*. In Compoſitis tamen in uſu eſt:*Invado,invaſi,invaſum* : Sic,*evado,pervado*.

## GO & GUO.

| | | |
|---|---|---|
| Ago, | *egi,* | *actum.* |
| Abigo, | *abegi,* | *abactum.* |
| Adigo, | *adegi,* | *adactum.* |
| Ambigo, | —(*b*) | — |
| Cogo, | *coëgi,* | *coactum.* |
| Dego, | *degi,* | — |
| Exigo, | *exegi,* | *exactum.* |
| Prodigo, | *prodegi,*(*a*) | — |
| Redigo , | *redegi,* | *redactum.* |
| Satago, | —(*b*) | — |
| Ango, | *anxi,*(*c*) | — |
| Cingo, | *cinxi ,* | *cinctum.* |
| Clango, | *clanxi,* (*d*) | — |
| Figo , | *fixi,* | *fixum.* |
| Affigo, | *affixi,* | *affixum,* &c. |
| Fingo, | *finxi,* | *fictum.* |

### Ab inuſitato Fligo ſunt

| | | |
|---|---|---|
| Affligo, | *afflixi,* | *afflictum.* |
| Confligo, | *conflixi,* | *conflictum.* |

Infligo,

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| *inflixi,* | *inflictum.* |
| *fregi,* | *fractum.* |
| *confregi,* | *confractum.* |
| *frixi,* | *frixum & frictũ* |
| *junxi,* | *junctum.* |
| *adjunxi,* | *adjunctum* &c. |
| *legi,* | *lectum.* |
| *perlegi,* | *perlectum.* |
| *relegi,* | *relectum.* |
| *ſublegi,* | *ſublectum.* |
| *collegi,* | *collectum.* |
| *delegi,* | *delectum.* |
| *elegi,* | *electum.* |
| *dilexi,* | *dilectum.* |
| *intellexi,* | *intellectum.* |
| *neglexi,* | *neglectum.* |
| *linxi,* | *linctum.* (*f*) |
| *pollinxi,* | *pollinctum.* |
| *merſi,* | *merſum.* |

&Mejo,(*i*)*minxi*(*h*)*mictum*.(*k*)

| | |
|---|---|
| *perminxi,*(*l*) | *permictum.* |
| — | — |
| *emunxi,*(*m*) | *emunctum.*(*n*) |
| *ninxi,*(*o*) | — |

...ngo, (*p*) *pepigi* (de fœdere) & *panxi* (de plantis) *pactum.*

| | |
|---|---|
| *compegi,* | *compactum.* |
| *impegi,*(*q*) | *impactum* |
| *oppegi,*(*r*) | *oppactum.* |

| | | |
|---|---|---|
| Pingo, | *pinxi,* | *pictum.* |
| Plango, | *planxi,* | *planctum.* |
| Pungo, | *pupugi,(s)* | *punctum.* |
| Repungo, | —(*t*) | — |
| Compungo, | *compunxi,* | *compunctum.* |
| Diſpungo, | *diſpunxi,* | *diſpunctum.* |
| Expungo, | *expunxi,* | *expunctum.* |
| Rego, | *rexi,* | *rectum.* |
| Arrigo, | *arrexi,* | *arrectum.* |

Sic, Corrigo, Erigo, Porrigo, Dirigo.

| | | |
|---|---|---|
| Subrigo, | *ſubrexi,* | *ſubrectum.* |
| Pergo, | *perrexi,* | *perrectum.* |
| Surgo, (*u*) | *ſurrexi,* | *ſurrectum.* |
| Spargo, | *ſparſi,* | *ſparſum.* |
| Aſpergo, | *aſperſi,* | *aſperſum* &c |

Ab inuſitato ſtingvo (*x*) ſunt

| | | |
|---|---|---|
| Diſtingvo, | *diſtinxi,* | *diſtinctum.* |
| Extingvo, | *extinxi,* | *extinctum.* |
| Reſtingvo, | *reſtinxi,* | *reſtinctum.* |
| Stringo, | *ſtrinxi,* | *ſtrictum.* |
| Perſtringo, | *perſtrinxi,* | *perſtrictum.* |
| Sugo, | *ſuxi,* | *ſuctum.*(*y*) |
| Exugo, | *exuxi,* | *exuctum.* |
| Tango, | *tetigi,* | *tactum.* |
| Attingo, | *attigi,* | *attactum.* |
| Contingo, | *contigi,* | *contactum.* |
| Tego, | *texi,* | *tectum,* |
| Protego, | *protexi,* | *protectum* & |
| Tergo, | *terſi,* | *terſum.* |

Abſt

| | | |
|---|---|---|
| ). | *abſterſi,* | *abſterſum.* |
| ) | *tinxi,* | *tinctum.* |
| , | *intinxi,* | *intinctum.* |
| | — | — |
| ) | *unxi,* | *unctum.* |

*degi* ) Qvanvis nonnulli aſſerant hoc *præteri-* ſe uſitatum; Plautus tamen in Aul. act. 2. ſc. 8 eo *ô die ſi qvid prodegeris, profeſtô egere liceat, niſi* Qvi locus Plautinus luculenter indicat, Dona- ari, dum diſtingvit inter *parſi* & *peperci*, aitqve *arſi* adhiberi ad ſignificandam *abſtinentiam*, gnificare *ignoſcere*. Nam *peperceris* in hoc lo- ix aliter exponi poteſt, qvàm, *parſimoniæ ſtu-* ę itaqve hoc Donati diſcrimen, à Servio eſt ex- ide ſis ſuprà vocem *parco*. Porrò, Plautus in *egi* confirmat: *Et per nos qvidem hercle egebit,* *legerit.* *b* *Sategi* & *ambegi* utare licet, ubi s legeris. Saturnius tamen, aliiqve *ſategi* ha- nti qvidem uſus eſt Terentius in Heaut: *Is qvo-* *rum ſatagit.* Eôdem reſolutô per freqventati- Plautus in Bacch: *Nunc agitas ſat tute rerum* nnunqvam etiam extra compoſitionis legem oſitionem de Gel. l. 0: *Inſtruebatur acies à con-* *multitudine hoſtium ſat agentibus.* *c* *An-* *Ea res animum ejus anxit.* *d* *Clanxi* ) Ita nmaticorum, ſecus qvàm habet vulgatus inter- tices haud rarò immemor, Nu. 10. v. 4: *Si ſemel* *ient ad te principes* &c. qvod alii parùm eliùs *e* *Frixi, frixum & frictum* ) Præteritum *frixi* nocam, de qvarta conjugatione: & apud Dio- de ſpeciebus perfecti temporis. Supinum verò Celſum lib. 2. c. 18. *Tùm res eadem magis alit* *m aſſa, magis aſſa qvàm frixa.* Ex *frictum* apud id. act. 4. ſc. 5: *Tam frictum ego illum reddam,* *i aſt cicer.* Ubi Calepinus, & Forum Romanum



Digitized by Google

mendoſè legunt, *frictus cicer.* Horat. in arte: *Nec ſi qvid fricti ciceris probat & nucis emptor.* Sic, *frictum triticum* Varroni, *frictum ſal* Columellæ dicere placuit. *f Linctum)* Nihil cauſæ eſt cur *linctum* excipiatur, cùm Plinius lib. 35. c. 15: de *ſulphure* differens dicat: *Prodeſt & ſuſpirioſis linctum.* *g Pollingo)* Hoc verbum inqvit Martinius hactenus non legi, niſi in præterito: Idqve in prologo Pœnuli apud Plautum: *Mihi pollinctor dixit, qvi eum pollinxerat.* Hoc autem thema videtur deſumptum, ex Veteri Vocabulario, in qvo ita legitur: *Pollingo cadavera ſepelire vel cremare* &c. Aliis *pollincio* thema eſt, idem ſignificans. Unde pro varietate thematis variat etiam etymon. Vet. Vocab. deducit à *polluo* & *ungo* qvaſi *pollingo* idem eſſet ac *pollutos ungere*, mortui enim *polluti* habebantur. Fr. Jun. à *polio* & *ungo* qvaſi *poliens ungo.* Turnebus lib 28. c. 31. Adv. à *pelle ungenda* dictum vult. *Pollinctor*, inqvit, *is vocatur qvi corpus mortui lavat & ungit curátqve; à pelle, ut opinor, ungenda, ficto vocabulô, qvaſi pellis unctor. Vel potiùs tanqvam perungere, id eſt, perundare, qvòd eò audacius & fortaſſe conſideratiùs affirmo, qvòd in mixtis vetuſtis monumentis pellinctor reperitur.* Eſt autem *pollingo* vel *pollincio* cadavera ungo & paro ad ſepulturam: & qvi hoc præſtat *pollinctor* dictus eſt. Martial: *Jam ſcrobe, jam lecto, jam pollinctore parato.* Virgil. — *corpúſqve lavant frigentis & ungunt.* Enn: *Tarqvinii corpus bona fœmina lavit & unxit.* Perſ. Sat. 3: *Hinc tuba, candela, tandémqve beatulus alto Compoſitus lecto, craſſiſq; litatus amomis.* Judæi ſolebant id facere *ungendo*, & aromata exteriùs corpori applicando, deinde & faſciis involvendo, ſicut legimus de ſervatoris noſtri corpore Marc. 16. verſ. 1. Johan. 19. v. 39 40: Hinc Arnob lib. 1. adv. gentes de Chriſto ita loqvitur: *Poſt diem funeris tertium pollinctorum voluminibus expediri* &c. *h Minxi)* Diomedes, Phocas, Priſcianus ajunt *mingo* facere præteritum *minxi*: *Mejo* verò ait Diomedes facere *meji* & *minxi.* Priſcianus nullum ei præteritum tribuit. Qvidam putant *mingo* eſſe barbarum, qvia in libris qvi modò extant non reperitur: veriſimile tamen putatur

Alvaro

Digitized by Google

iomedem id legiſſe apud veteres. *i*
*—ſacer eſt, pueri, locus, extra Mejite—*
*ditior aut forma melioris mejat eodem.*
*s ad effigiem non tantum mejere fas eſt.*
Mart: *Minxiſti, currente ſemel, Pauline*
*rum, jam Palinurus eris.* *k* Sup num
Horat. l. 1. Serm: *— in me veniat mi-*
*Julius* *l* *Perminxi* eſt apud eundem.
*calones atqve caballi.* Hinc *micturio.*
*a Pudicitiæ veterem cum præterit aram,*
*ecticas, micturiunt hic.* *m* *Emunxi*)
*ne pugnaſti, homo es, Qvi me emunxiſti*
*tii.* Terent. Phormion: *Emunxi argen-*
*ctum*) Plaut. Bacchid: *Emunctus ſum*
n. de Lucilio: *emunctæ naris, durus com-*
*Ninxi*) Actius in Andromeda: *cum*
*olem mihi.* Olim etiam *ningvo* dice-
g: *Interea totô non ſecius æqvore ningvit.*
ucit à *ningve*: cujus nominativus anti-
*nix.* Apulejus in 1. Hermag. *— aſpe-*
*ningve canebant.* Lucret. lib. 6: *Creſcat,*
*ecedere ningves Tabificus ſubigit radiis*
c in eodem libro inferiùs, *— & altis*
*ctas ningves radiis tabeſcere cogit.* Con-
*Pango,* olim *pago*) Conjunximus hæc
gnificatu & ſenſu conveniunt. Utrúmq;
ionis uſu, *figere & firmare* ſignificat.
*e, figere, unde plantæ pangi dicuntur, cùm*
*ur; inde etiam verſus pangi vel figi in*
qve hic uſus vocis à Feſto aſſignatus au-
lum. l. 3. c. 3: *Nos vicena millia malleolo-*
*m inter ordines pangimus.* & alibi ſæpe
3. c. 19: *Si verſum pangis* &c. vid. pag. 95.
s uſu ad *fœdera, pacta, inducias* &c.
mqve. Liv. 7. bell. Pun: *Ne antea qvidem*
*e, aut inducias pepigiſſe dixit.* De *fœde-*



Digitized by Google

*ribus* mox ex Virgilio. Ad Herennium l. 2: *Ex pacti*
*ſiqvid inter ſe pepigerunt, ſi qvid inter qvos convenit.*
*ſunt, qvæ legibus obſervanda ſunt, hôc modô: Rem ubi p*
*oratione pagunt,* &c. *Sunt item pacta, qvæ ſine legibu*
*vantur ex cōſenſu, qvæ juri præſtare dicuntur.* Tralati
eſt uſus verbi pago: proprius verò deſiit. Olim aut
mum thema ſive poſitionem præteriti *pepigi* fuiſſe *pag*
ganter ediſſerit Qvintilianus. *Pepigi*, inqvit Qvint
l. 1. c. 9. p. 61: *fit à verbo priſco pago, qvod paciſcor ſignific*
*ma qvoqve aliqvando poſitio, ex obliqvis invenitur, ut*
*rtâ repeto convictos à me, qvi reprehenderant, qvòd b*
*uſus eſſem pepigi. Nam id qvidem dixiſſe ſummos*
*confitebantur, rationem tamen negabant permittere: q*
*ma poſitio paciſcor, cum haberet naturam patiendi,*
*tempore præteritô pactus ſum. Nos præter autoritate*
*torum atqve hiſtoricorum analogiâ qvoqve dictum tue*
*Nam cum in 12 tabulis legeremus: Ni ita pagunt, inv*
*mus ſimile huic cadunt, inde prima poſitio, etiamſi ve*
*exoleverat, apparebat pago, ut cado: unde non erat dub*
*pepigi nos dicere, ut cecidi.* Hactenus ille. Huic pr
favet etiam Virgil. 11. Æneid: *Bis ſenos pepigere dies:*—
8. Æneid: —*neqve prima per artem Tentamenta tu*
—& 10: *Nec tecum meus hæc pepigit mihi fœdera Lau*
Liv. 4. bell Pun. dixit: *pacem pepigit* & l. 4. bel. Mac
*cietatem pepigit cum aliqvo.* Plin. de viris illuſtr: de
ptione *Captivorum cum hoſtibus pepigit.* Sveton. d
Rhet: *bolum pepigerunt, qvanti emerent* &c. Hoc aute
teritum pactis, conventis, fœderibus &c. ſemper jun
madvertes, nunqvam verò *panxi*, de qvo mox. Dicun
tem fœdera *pagi*, ſive ut nunc loqvimur, *pangi*, eò q
*rata, fixa* & *firma* eſſe conveniat. Veluti enim *depac*
mi malleolus, vel novellus palmes altìs in terram defi
dicibûs, ſolo tenaciùs hæret, nec qvôvis impetu conv
ita fœdera firmiter *pacta*, inviolabilia eſſe convenit.
ideo *pangi* dicuntur, qvòd in iis pangendis fuerit
percutiendi motus: unde Livius dixit *clavum pangere*

Digitized by Google

ǫ, ſed & percuti, ici, *feriri* dicebantur qvon-
vo de infrà in ſcholiis ad *Ferio*. Præteritum
od ſpectat ad plantis in primis convenit. Ita
a l. 11. cap. 2. loqvitur: *Noviſſima poſitio eſt o-*
*qvæ oportet, cum panxeris, fimo & cinere mi-*
*ſuperponere muſcum, ne ſola findatur.* Sed
*pango* formâ differunt: qvomodo igitur idem
*igi* poſſunt participare. Sed reſponſio eſt
fuit apud veteres literam de medio dictionis
re *tago* pro *tango*, *attigo* pro *attingo*, *contigo*
*ſo* pro *pinſo*, *geno* pro *gigno*, *fros* pro *frons* &c.
*ango*. Feſtus: *Tagit Pacuvius in Teucro: Ut*
*me tagit, & tagam.* *Idem in Hermiona: Aut*
*tagam. ſine dubio antiqva conſvetudine uſur-*
*ea ſine præpoſitione non dicuntur: ut, contigit,*
e. Plaut. in Bacchid: *Ne attigas puerum iſtâ*
*facit ſtrenuè.* Apuleius Metamorph. lib. 9:
*um extremis labiis contigebat adoleſcens.* Var-
lib. 1: *Ut in piſtrino piſetur ac torreatur.* I-
Lat. lib. 4: *Pilum qvod eo far piſunt.* Idem: *Sed*
*iqvid genunt.* Lucretius l. 4: *Totum poſſe extra*
*enique.* Varro lib. 1. de re Ruſtic: *Unde fros*
*ſes.* Additur à Popma c. 5. l. 1 locus Virgilii 2.
*ros tenera imprudensq́; laborum:* ſed Taub-
ræus, aliiqve nunc ibi legunt: *Præcipuè dum*
*mprudensq́; laborum.* Hæc autem nunc caſſa
orem lingvæ Latinæ obſcurant. Interſerunt
ni εὐφωνίας ἕνεκα literam N, dicúntqve
, vel G, mutatô e in i, *gigno*. At verò qvia
nſimilia jam exoleverunt, à *tango* latini *tetigi*,
formant; idem eſto judicium de *pago*, *pango*,
non diffiteamur analogiæ magis reſpondere
nem, qvæ ab inuſitatis petitur. Nec mirum
re debet, qvòd præteritum *panxi* acceſſerit,
unt *velli* & *vulſi*; à *connivo*, *connivi* & *con-*
à *mejo*, *minxi*: à *necto*, *nexui*, *nexi*: ab *amicio*,
*amixi*,

Digitized by Google

*amixi*, *amicui*: *à parco*, *parſi*, *peperci* &c. Huic præ
ſuum calculum addit Priſcianus lib. 10. dicens: *Simp*
*go etiam pepigi facit*, *ſecundum Chariſium*, & *panxi*,
*qvi qvoqve pago dicebant*, pro *paciſcor*, &c. nec non
ſca lib. 1. c. 19. p. 196. Ramus lib. 18. p. 240. Philipp
Mindanus p. 122. Nigidius p. 123. Mart. in Etymol.
um elegantiſſimè Becmannus in Schediaſmate Phi
ſtingvunt tamen nonnulli *pago* & *pango* ex ſignificat
*pago* ſignificet *paciſcor*, *pango* verò *figo*. q *Comp*
*pegi)* Notat Priſcianus lib. 10: qvòd *pango* etiam c
fecerit. Pacuvius in Medo: *tonſilla pegi lævo in litt*
Compoſita *compegi*, *impegi*. Cic. ad Attic. l. 8: *Pi*
*miſerat culpa*, *in Apuliam ſe compegerat* &c. Luc
*Sufficit ad factum belli faber iſte laborqve Fortuna*,
*noſtris impegit harenis*. r Sic *oppegi*. Plaut. in Cu
*Ubi ſavium oppegit*, *fugit*. ſ *Pupugi)* *Pupugi* freq
mum eſt: at *punxi*, qvod Priſcianus addit, non tam
veneris. t De *repupugi* & *repunxi* vide pagin
u *Surgo)* Non dubium eſt, notante Cl. Voſsiò,
*rego*. Nam etſi more neutrorum ſumatur, tamen
notat *ſurrego* me. Itaqve *ſurgo* & *ſurrigo* idem hab
teritum ac ſupinum: unde *ſurrecta cornua* apud C
lam. Et *ſurrectò mucrone* apud Livium. x *Stin*
cèt hoc verbum parùm uſitatum ſit: Cicero tamen
Priſcianô l. 10: in Arato uſus eſt participio inde de
*Qvem neqve tempeſtas perimet*, *neqve longa vetuſt*
*met ſtingvens præclara inſignia cæli*. Idem paſſi
verbi in Prognoſticis protulit: *Ut cum luna means*
*nis officit orbi Stingvuntur radii cæcâ caligine tecti*.
*ctum)* Plin. l. 8. c. 36 de urſis loqvens: *Aliis diebus*
*ac priorum pedum ſuctu vivunt*. z *Tingo*, *ungo*)
pro his dixerunt, *tingvo*, *ungvo*. Priſc. l. 10: *Tingvo* ſi
*tinxi*: Sic *ungvo* vel *ungo*. Apud Horatium, inqvit
in Collectaneis ad Lucretium, in veteri Cod. vidi
*Pontificum ſecurim cervice tingvet*. Prudentius de
*Tingvant magiſtri* &c, & de Romano: *Scalpella tin*

Digitized by Google

...ingvere juſtorum &c. & de Petro & Paulo A-
...é tingvet undas,&c. Lucret. l. 6: Hôc etiam
...à lumine tingvunt Nubes — Virgil. Æn. 1:
...eanô properent ſe tingvere ſoles. Sic Ungvo.
...ſtisqve ſuperbos Ungvit amaricino & foribus
...t. De Ningvo ſuprà. Item, urgveo pro Urgeo.
...Lat. 7: Et alia urgvent. Idem l. 8: cum alia
...Vet. Cod. apud Horat. Gifanius ait ſe legiſ-
...rgves flebilibus modis. & apud Virgil. l. 5.
...tit & ſummis adniſus viribus urgvet. & lib. 5.
...es urgvet —. Sed recentiores & emendatio-
...gularem vocis formam nunc probant. Hiſce
... ringo — rictum; idqve propter verba-
...ùm non ringo extat, ſed ringor.

## HO.

...HO deſinunt habent XI in Præ-
...TUM in Supino: ut,

| | | |
|---|---|---|
| | *vexi,* | *vectum.* |
| | *advexi,* | *advectum.* |
| | *traxi,* | *tractum.* |
| | *attraxi,* | *attractum.* |

## CIO.

| | | |
|---|---|---|
| | *feci,* | *factum.* |
| | *affeci,* | *affectum.* |

... compoſita, Efficio, calefacio, be-

| | | |
|---|---|---|
| | *jeci,* | *jactum.* |
| | *conjeci,* | *conjectum.* |

Et cætera compoſita.

...io (*a*) inuſitato ſunt

| | | |
|---|---|---|
| | *allexi,* (*b*) | *allectum.* |

Illicio

| | | |
|---|---|---|
| Illicio, | *illexi,* | *illectum.* |
| Pellicio, | *pellexi,(c)* | *pellectum.* |

At

| | | |
|---|---|---|
| Elicio, | *elicui,(d)* | *elicitum.(e)* |

A Specio (*f*) inuſitato ſunt

| | | |
|---|---|---|
| Aſpicio | *aſpexi* | *aſpectum.* |
| Inſpicio | *inſpexi* | *inſpectum.* |

Sic Conſpicio, Circumſpicio, Deſpicio, Perſpicio, Reſpicio, Introſpicio, Tranſpicio.

*a* *Lacio*) Feſtus: *Lacit, decipiendo inducit. Lax enim fraus eſt: Lacit, in fraudem inducit. inde eſt allicere, & laceſſere. inde lactat, illectat, delectat, oblectat.* *b* *Allexi*) Veteres etiam pro allexi dixerunt *allicui.* Piſo Hiſtoriarum I: *Cujus unius præmiô multorum allicuit animos.* *c* *Pellexi*) Terent. Phorm: IS *cœnam per epiſtolas pellexit, modò non montes auri pollicens.* Eſt etiam apud veteres pro hoc præterito *pellicuit.* Liv. in Laodamia: *Aut nunc quapiam alia te illô Aſiaticô ornatu affluens, aut Sarctianô ac Lydiô fulgens decôre & gloriâ pellicuit.* P. Varro belli Sequanici lib. II: *Deinde ubi pellicuit dulcis levis unda saporis.* *d* *Elicui*) Livius ab Urbe cond, lib. 5: *Ad colloquium vatem elicuit.* *e* *Elicitum*) Lucanus in 9: *Virus & elicitum juſtumque exire repugnat.* Et Statius in 4: *Theb. dura quam mortis limite manes elicitos.* *f* *Specio, ſpexi, ſpectum.*) De hoc obſoleto verbo ita differit Varro lib. 5. de lingv. lat. p. 6: *Spectare dictum eſt à ſpecio antiquo: quo etiam Ennius uſus vos epulo poſtquam ſpexit. Et quod in auſpiciis diſtributum eſt: qui habeant ſpectionem, qui non habeant; & quod in auguriis augures dicunt, avem ſpecere. Conſuetudo autem communis, quæ cum præverbiis conjuncta ſunt, etiam nunc ſervant Aſpicio, Conſpicio, Reſpicio, Suſpicio, Deſpicio: ſic alia. In quo etiam expecto; quod ſpectare volo. Hinc ſpecula: hinc ſpeculum: quod in eo ſpecimus imaginem. Specula, de quo proſpici-*

ſcr

Digitized by Google

*...ſiſtimus ante, ut reſpiciat qvæ volumus. Hinc,*
*...imus, qvibus ſpecimus, ſpecillum.* *Spicit* legi-
...m in Mil. act. 3. ſc. 1: *Flagitium eſt, ſi nihil*
*...ercilio* ſpicit. Plaut. in Bacchid: *Ore qvid ſe-*
... in Aſin: *Nunc ſpecimen ſpecitur*, &c. *Spexi*)
...etiam Ennius l. 10: *qvod ubi rex paulo ſpexit*
*...s.* *Spectum*) Eôdem modô antiqvum hoc
...odò à verbali *ſpectio*, de qvo jam diximus ex
...am ex ablativo *ſpectu* probari poteſt. de qvo
*...u ſine præpoſitione Pacuvius in Duloreſtè u-*
*...amplus, rubicundò colore, & ſpectu protervò*
...obſoleto verbo non modò nata ſunt verba
... *aſpicio*, *inſpicio* &c: ſed etiam nonnulla
*...næ conjugationis:* ut, *auſpicor, conſpicor, ſu-*

# ...DIO.

*fodi,* *foſſum.*
*effodi,* *effoſſum.*

# GIO.

*fugi,* *fugitum.*
*confugi,* *confugitum.*
*refugi,* *refugitum.*

...m] Ovid. epiſt. 2: *Remigiumve dedi qvo me*
...

# ...PIO.

*cepi,* *captum.*
*accepi,* *acceptum.*

...compoſita, concipio, Decipio, Exci-
... Intercipio, Occipio, Percipio, Præci-
... Suſcipio, &c.

Cœpio,

| | | |
|---|---|---|
| Cœpio, (a) | *cœpi,* | *cœptum.* |
| | *cœptus ſum,* (b) | |
| Cupio, | *cupivi,* | *cupitum.* |
| Rapio, | *rapui,* | *raptum.* |
| Arripio, | *arripui,* | *arreptun* |
| Surripio, | *ſurripui*, (c) | *ſurreptur* |

**Sic cætera compoſita.**

| | | |
|---|---|---|
| Sapio, | *ſapui,* (d) | — |
| Deſipio, | *deſipui,* | — |
| Reſipio, | *reſipui,* | — |

*a Cœpio*) Plaut. Perſ. act. 1. ſc. 3: *Lubido e* *cœpere eſt convivium, Tuburcinari de ſuo ſi qvid d* Idem Menæchmi act. 5, ſc. 5: *Neqve ego pugnas neqve l* *pio.* Et in Trucul: — *ubi nihil habeat, Alium qvæſ* *piat.* Terent. in Adelph: *Olfeciſſem prius, qvàm il* *qvam cœperet.* Cato: *Cœpiam ſeditioſa verba loqvi.* S à præſenti formata tempora nunc exolevêre. Præt verò *cœpi* indéqve orta tempora tantùm jam in uſu ſu *Cœptus ſum*) Pro *cœpi* nonnunqvam eſt *cœptus ſum.* Clar. Orat: *Hortenſius igitur, cùm admodum adoleſce* *eſſet in foro dicere, celeriter ad majores cauſas adhiberi* *eſt.* Ibidem de eodem Hortenſio: *Is cum ſatis floruiſ* *leſcens, minor haberi cœptus eſt poſtea.* Hinc etiam pa um *cœpturus.* Qvintil. l. 10. c. 1: *Nos ritè cœpturi ab* *videmur.* *c Surripui*) *Surpui*, inqvit Priſcianus, p copam protulerunt qvidam poëtarum, ut Horat. 4. *Qvæ me ſurpuerat mihi Felix poſt Cinaram.* *d* Hoc præteritum uſitatius eſt, unde *deſipui, reſipui.* P Rudent: *Pol magis ſapuiſſet, ſi dormiviſſet domi.* *Sa* men Nævius dixit in virgine prægnante: *Qvando ego* *pivi* &c. Sed *ſapivi* ferè ab autoribus imminuitur, & dicitur *ſapii*, unde *ſapiſti* Mart. lib. 9: *Nubere vis Priſc* *mirer Paula, ſapiſti.* Sic Terent. Heauton. in compo

open dicens; *qvum te intelligo reſipiſſe.* Ci-
*vi* pleno verbo uſus eſt, ad Attic. lib. 4: *Vix*
*re reſipivi*; ſic enim in correctis legitur, ubi
gunt.

RIO.

*peperi, partum.* †

*alè parta, malè dilabuntur.* Qvamvis autem
upino *partum*, extat tamen participium *pa-*
id. 5 Metamorph: — *illa potentem Lucinam*
*itura vocavit.*

TIO.

— *qvaſſum**

oſita autem à Qvatio mutant Q

*concuſsi, concuſſum.*

io, Excutio, Incutio, Recutio &c.
præterito caret, ut Chariſius apud Priſcia-
*Qvaſſum*) Curtius lib. 7: *Hac qvaſſà ad-*
*iens vix proximis exaudientibus dixerat.* Ho-
*rum Tyndaridæ ſydus ab infimis Qvaſſas e-*
*s rates.* Hinc etiam freqventativum *qvaſſare.*

LO.

*alui, altum.(a)*
*conſului, conſultum.*
*occului,(b) occultum.*
*molui, molitum.*
*colui, cultum.*
(c) *antecellui,* —
, Præcello.
*fefelli, falſum.*

Refello,

| | | |
|---|---|---|
| Refello, | *refelli,* | , — |
| Pello, | *pepuli,* | *pulſum.* |

Compoſita Appello, *appuli*; Item Compello, Depello, Diſpello, Expello, Impello, Propello, Refello, proſtheſin nonretinent.

| | | |
|---|---|---|
| Percello, | *perculi,* (*d*) | *perculſum.* |
| Pſallo, | *pſalli,* (*e*) | — |
| Sallo,(*f*) | — | *ſalſum.* (*g*) |
| Tollo,(*h*) | *ſuſtuli,* | *ſublatum.* |
| Vello, | *velli,* (*i*) | |
| | *vulſi,* (*k*) | *vulſum.* |

Sic Avello,(*l*) Revello(*m.*) Sed Evello & Convello formant præteritum tantùm in ELLI.

*a Altum*) Supinum eſt ſyncopatum pro *alitum*, Val. Max. lib. 5. c. 4: *Qvid tam inuſitatum, tam inauditum, qvàm matrem uberibus nata alitam eſſe?* Integrum tamen hoc participium rarius eſt, contractum verò *altus* ſæpe numero invenitur. Qvam formam etiam ſeqvuntur reliqva verbalia, *altilis, altor, altrix*. *b Occului*) Statius 3. Sylv: *Culpam parentum occuluit*. Seneca Hippol: *Mæſta ſecretum occuluit*. Valerius Flaccus tamen *occulerat* dixit. *c Antecello*) Hoc eſt ab obſoleto *cello*. cujus compoſita carent ſupinis. *d Perculi.*) Addunt etiam *perculſi*, idqve probant ex Terent. Andr. act. 1. ſc. 1: *Perculſit illico animum*. Verùm Rivius & alii legunt *percuſſit*. Neqve illius præteriti *perculſi*, Grammaticorum veterum ullus meminit. *e Pſalli*) Baſſus in 2 Lyricorum: *Calliope princeps ſapienti pſallerat ore*. *f Sallo*) Lucilius lib. 4. Sat: *Sallere muranas mercem in frigidariaferre*. Saluſt. 3. Hiſtor: *Parte conſumpta, reliqva cadaverum ad diuturnitatem uſos ſallerent*. *g Salſum*) Mummius apud Priſcianum: *Iſtac ſum multô ſale ſalſurus*. Di *ſallio* qvartæ conjug. infra. *h Tollo*) pro *tollo* olim vete

re

o *ſuſtuli tetuli* teſte Priſcian. lib. 10. In-
egitur etiam *abſtulo* & apud alios *extu-*
Taubm. ad Plaut. Moſtel. act. 1. ſc. 2.
in Bucol: *Cum canerem ſylvas & præ-*
*Vellit & admonuit* — k *Vulſi*] Lu-
*m ſiccas de ceſpite vulſerat herbas*. Idem
*viſcera membris Vulſit* — Idem in eo-
*em primævo corpore vulſit.* l *Avello*]
*lſitq; manum, teliumqve affixit arenæ.* m
liciis. *Revelliſtis atqve in profundum ab-*
*ea Phryxea, terga revulſit ovis.* Gellius
*tem veſtigio pedis ejus in hærentem re-*

# MO.

| | |
|---|---|
| *compſi*, [a] | *comptum.* |
| *dempſi,* | *demptum.* |
| *ademi,* | *ademptum.* |
| *emi,* | *emptum.* |
| *fremui,* | *fremitum.* |
| *gemui,* | *gemitum.* |
| *preſſi,* | *preſſum.* |
| *repreſſi,* | *repreſſum.* |
| *prompſi,* | *promptum.* |
| *ſumpſi,* | *ſumptum.* |
| *tremui* | — |
| *vomui,* | *vomitum.* |

Tibullus lib. 1. eleg. 8: *Nec nitidum tardâ*
*t.* Nonnulli non modò præteritum, ſed
p ſcribunt, *comſi comtum.* Sic, *emtum,*
*tum, promſi, promtum, contemſi, contem-*
æ in primis favet Marius Victorinus li. 1.
orthographia: *Sumſit*, inqvit, *& inſumſit,*
R *demſit*

*demſit, ſine dubio per ms ſcribetis. Et qvando in haru mentionem incidimus, nec conſumptum, nec emptum demptum, nec temptat, attemptat, & ſimilia iſtis per tis vitioſè, ſed ut ego ſcripſi juxta mt, ponetis, & luc literam, qva detracta nihil de ſignificatu vocis demi ſcribitur expeditiùs.* In eandem qvoqve ſententiam dit Lambinus in prologo Horatiano, & Franciſcus in paradoxis. In contraria verò ſententia eſt Priſc 10: tradens m, ante t, ſine p, propter euphoniam ſ ſolere. Cum eo ſentit Probus in Catholicis, qvi promptus, demptus, in ptus terminat. Et Lipſius ſc *qvidem, qvòd minùs Victorino adſentiar, vehementer marmora omnia antiqva: in qvorum uno duntaxat ſine p, repperi, reliqvis omnibus repugnantibus.* Qv rò ſit noſtra ſententia, ſalvô aliorum judiciô, aperuit

## NO.

| | | |
|---|---|---|
| Cano, | *cecini,* | *cantum* |
| Accino, | *accinui,* | *accentu* |
| Occino, | *occinui,* [a] | *occentu* |

Sic cætera Compoſita.

| | | |
|---|---|---|
| Cerno, | *crevi,* [b] | *cretum* |
| Decerno, | *decrevi,* | *decretu* |
| Gigno, | *genui,* | *genitum* |
| Progigno, | *progenui,* | *progeni* |
| Lino, | *levi,* [c] *vel livi,* | *litum.* |
| Oblino, | *oblevi,* | *oblitum* |
| Relino, | *relevi,* [f] | *relitum.* |

Sic cætera Compoſita: *Allino, collino, illino, interlino, Perlino, ſublino.*

| | | |
|---|---|---|
| Pono, | *poſui,* [g] | *poſitum* |
| Appono, | *appoſui,* | *appoſitu* |

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| *ſivi*, [b] | *ſitum*. [i] |
| *deſii*, [k] | *deſitum*. [l] |
| *ſprevi*, | *ſpretum*. |
| *ſtravi*, | *ſtratum*. |
| *tempſi*, | *temptum*. |
| *contempſi*, | *contemptum*. |

uerunt etiam ni, more ſimplicis, teſte *ni, occini*. Apud Saluſtium eſt *occa- Metelli cornicines, occanuere* &c. *b* tus Ciſtellaria act 1. ſc. 1: *Cum ego an- micam eſſe crevi*. Et pro *vidi*: Titin- *l ut pueras hac nocte ſuſpicare crevi.* e extat præteritum apud Ciceronem, *tuas accepi pridie Non. Feb. eóqve ipſo hæreditatem. c Levi*] Columella: &c. Idem tamen Columella lib. 12. *qvum ſemel nova dolia, vel ſerias craſ- à in perpetuum gummitione contenti n qvis plura livit victuro dolia muſtô?* in declamat. Cæci eſt *lini*: *Et ne qvid riti tui cruore parietem liniſti. d* re Ruſt: c. 76: *Qvi ita decipiuntur* . Colum. lib. 5: c. 10: *Ita cacumina is. e Oblitum*] Tibul. li. 2 eleg. 6: *pede ruſticus uvas. f Relevi*] Te- *vi dolia omnia, omnes ſerias*. Plaut. *go nos pro ſummo bibere. Nulli relevi- mus*, id eſt, interprete Taubmannô, do epoto, alium relinere atqve è ſel- qvippe cum hunc habeamus donum à formâ, qvâ dicitur, *nullus venit:* vit. Cic. ad Attic. lib. 1. c. 8: *Qvotus piſtolam paulò graviorem ferre poſſet, elleverit. g Poſui*] Veteres etiam

 notan-

Digitized by Google

notante Priſcianô *poſivi* dixerunt. Plautus in V
*Nunc ut apud ſeqveſtrum vidulum poſivimus.* Sic c
Apulejus in primo Hermag: *Et cibatum, qvem juc*
*ſe nobis animadverterant, cum apposiverunt.* Plau
act.3.ſc.2: *Qvin pol ſi reposivi remum,* &c. Idem Cur
ſc. 3: *Qvas ego apud te deposivi, vitam propera poner*
*ἀρχαικῶς.* *b* *Sivi* ] Cic.pro A. Cæcinna: *No*
*accedere.* Terent: *Dum tempus ad eam rem tulit,*
*mum ut expleret ſuum.* Idem: *non ſivit egeſtas n*
*i* *Situm* ] Cic. pro ſextio: Hic, *qvi ſe tutatus eſt,*
*eum moderatè, à qvo ipſe nefariè accuſatur, per ſen*
*vitatem non eſt ſitus.* *k* *Deſii* ] Præteritum ſyn
eſt pro *deſivi.* Gell. l.15: *Cum natu grandis artem*
*cam deſiſſet.* *l* *Deſitum* ] Ibid. Gell: *Omnium t*
*nienſium conſenſu diſciplina tibiis canendi deſita eſ*

## P O.

| | | |
|---|---|---|
| Carpo, | *carpſi,* | *carptu* |
| Repo, | *repſi,* | *reptum* |
| Scalpo, | *ſcalpſi,* | *ſcalptu* |
| Sculpo, | *ſculpſi,* | *ſculptu* |
| Serpo, | *ſerpſi,* | *ſerptum* |
| Rumpo, | *rupi,* | *ruptum* |
| Strepo, | *ſtrepui,* | *ſtrepitu* |

*a* Heic interſerunt *clepo, clepſi, cleptum,* a
tum confirmant exemplô petitô è l.2.Cic.de legibu
*clepſit* eo in loco non eſt præteritum indicativi, ſed
exoletum Conjunctivi pro *clepſerit.* Vide infrà
tionem Exoletam.

## QVO.

| | | |
|---|---|---|
| Coqvo, | *coxi,* | *coctum* |
| Concoqvo, | *concoxi,* | *concoct* |
| Linqvo, | *liqvi,* | — |

Digitized by Google

ita: *Delinqvo, deliqvi, delictum:*
*lictum.*

RO.

| | |
|---|---|
| *cucurri,* | *curſum.* |
| *decucurri,*[a] | |
| *decurri,*[b] | *decurſum.* |
| *excucurri,*[c] | |
| *excurri,*[d] | *excurſum.* |
| *percucurri,*[e] | |
| *percurri,*(f] | *percurſum.* |
| *præcucurri,*[g] | |
| *præcurri,*[h] | *præcurſum.* |
| *procucurri,*[i] | |
| *procurri,*[k] | *procurſum.* |

At

| | |
|---|---|
| *accurri,* | *accurſum.* |
| *concurri,* | *concurſum.* |
| *diſcurri,* | *diſcurſum.* |
| *incurri,* | *incurſum.* |
| *occurri,* | *occurſum.* |
| *recurri,* | *recurſum.* |
| *ſuccurri,* | *ſuccurſum.* |
| *tranſcurri,* | *tranſcurſum.* |
| *tuli,* | *latum.* |
| *attuli,* | *allatum.* |
| *contuli,* | *collatum.* |
| *abſtuli,* | *ablatum.* |
| *diſtuli,* | *dilatum.* |
| *extuli,* | *elatum.* |



Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Offero, | *obtuli,* | *oblatum.* |
| Infero, | *intuli,* | *illatum.* |
| Suffero, | *ſuſtuli,* | *ſublatum.* |
| Transfero, | *tranſtuli,* | *translatum.* |
| Gero, | *geſsi,* | *geſtum.* |
| Qværo, | *qvæſivi,* | *qvæſitum.* |
| Acqviro, | *acqviſivi,* | *acqviſitum.* |

Sic cætera Compoſita: *Conqviro, diſqviro, exqviro, inqviro, perqviro, reqviro.*

| | | |
|---|---|---|
| Sero, (*n*) i. e. ſemino, planto, | *ſevi,* | *ſatum.* |
| Conſero, | *conſevi,* | *conſitum.* |

Sic *inſero, obſero* &c. Sed *reſero, reſevi, reſatum.*

| | | |
|---|---|---|
| Sero, (*n*) i. e. ordino, texo, | *ſerui,* | *ſertum.* |

Sic cætera Compoſita: *Aſſero, aſſerui, aſſertum: Conſero, deſero, diſſero, exero, inſero.*

| | | |
|---|---|---|
| Tero, | *trivi,* | *tritum.* |
| Attero, | *attrivi,* [*o*] | *attritum.* [*p*] |
| Verro, | *verri,* [*q*] | *verſum.* [*r*] |
| Uro, | *uſsi,* | *uſtum.* |

*a* *Decucurri* ] Sveton. in Nerone c. 11: *Nobiliſſimus eqves Romanus elephanto ſuperſedens per catadromum decucurrit.* *b* *Decurri* ] Plin. Jun: *Ad tacita ſuffragia qvæ ad remedium decurrerunt.* *c* *Excucurri* ] Liv. 2. ab Urbe: *Qvam plures igni, qvàm ferrô armati excucurriſſent.* *d* *Excurri* ] Liv. 1. de Urbe: *In fines Romanos excurrerùnt populabundi* &c. *e* *Percucurri* ] Cic. 3 de Orat: *Faciles enim Antoni partes eæ fuerunt, duæ qvas modò percucurri, vel potiùs benè præterii, latinè loqvendi planéqve dicendi.* *f* *Percurri* ] Cœlius Cic. l. 10: *Nam niſi ita faceret ego priùs qvàm ad urbem accederem, ubicunqve tu eſſes, ad te percurriſſem.* *g* *Præcucurri* ] Terent. Hecyra: *Una illarum interii*

*propri*

Plaut. Sticho: *Præcucurri ut nuncia-*
*lem.* *b Præcurri* ] Plaut. Amph:
*ab navi clanculum aliâ viâ præcurriſti.*
*r.* l.20 ab Urb: *Etſi ferociùs procucur-*
i ] Cæſar 5 bell. Gall: *Quoties qvæqve*
*ea parte magnus hoſtium numerus ca-*
ab antiqvo *tulo:* vide ſcholia ad *Tol-*
] Cic. 1. Verr: *Accuſandi voluntas ad*
*e homines translata eſt.* Legitur etiam
o l.3: *Hoc verò ex qvo ſuſpicio nata eſt*
*in qvo te offenderem, tralatitium eſt.*
*um caput eſſe tralatitium de impunita-*
nt heic *Furo:* qvod hodiè tamen in pri-
Tradit Priſcianus lib. 8 Varronem
ſum eſſe. Aliàs leges *furit* , *furebat*,
æterito propriô caret. Sedulius tamen
*minus. & Dari furuerunt juſſa tyranni.*
,in 1. Conjugat, Horat: — *matres fu-*
ticip. *furiatus.* Virgil. 2. Æneid: *Non*
*atâ mente Chorabus.* *n Sero*] Ve-
Priſcianus l.10, in ſimplici *ſerui* pro-
*ordinavi texui.* Ennius in præceptis:
*m creſcere. Inter triticum ſelegit, ſecer-*
*beram addidit, qvam tantô ſtudiô ſe-*
*um* aliqvando fuiſſe teſtatur Participi-
10: *Accipiunt ſertas nardô florente co-*
*iente rosâ* —. Unde etiam natum eſt
At verò in *ſeminandi* & *plantandi* ſi-
eſt *ſevi, ſatum.* Hinc Compoſita qvæ
nent, habent in Præterito *evi*, & Supi-
*evi inſitum* : unde *inſitiones* dicuntur.
mplicis ſignificatione recedunt, *erui*,
*ſero* (id eſt, immitto) *inſerui, inſertum:*
*conſero* id eſt, miſceo; unde *conſérere*
*num: aſſero* id eſt, affirmo; *exero* id eſt
dereliqvo. *Attrivi* ] Tibullus
 habet
Digitized by Google

habet *atterui* l.1. eleg. 4: *Aut operi inſvetas atteruiſſe* Et apud Tacitum eſt Participium *atteritus*, lib. 2. hiſt *teritis opibus ſtatu lubricô.* *q Verri*] Verro inq ſcianus lib.20.ſecundum Servium *verſi* facit, ſecundu riſium autem *verri*, qvod & uſus comprobat. Licin cer pro Tuſcis: *qvos oportuit amiſſa reſtituere, hiſce e liqvias äverrerunt.* Publius in Muto Mutone; *Cell rum converri.* *r Verſum*] Seneca in dialog. de ſ *Verſa templa.* Plaut. in Pſeud. act. 1. ſc. 2: *Hæc c foro revertor facit, ut offendam parata, vorſa, præſter ta, lautáqve coctáqve omnia ut ſint.* Ubi *vorſa* eſt ſà pro *verſa*, notante Taubmannô. In eadem porrò cione compoſitum & apud Ciceronem reperies. Ve *tenim qvam tu domum, qvam urbem adiiſti, qvod fan qve qvod non everſum atq; exterſum reliqveris?* Et Ca *Villam converſam mundámqve habeat.*

## SO.

Deſinentia nonnulla in SO formant P tum & Supinum more verborum qvartæ ( jugationis: ut,

| | | |
|---|---|---|
| Accerſo, (*b*) | *accerſivi*, (*c*) | *accerſit* |
| Arceſſo, | *arceſſivi*, (*d*) | *arceſſit* |
| Capeſſo, | *capeſſivi* (*e*) & *capeſſi*, (*f*) | *cape* |
| Laceſſo, | *laceſſivi*, (*g*) & *laceſſi*, (*h*) | *laceſ* |
| Sed faceſſo, dat | *faceſſi*, (*i*) | *faceſſitum*. (*k* |
| Inceſſo, | *inceſſi*, (*l*) | — |
| Depſo, | *depſui*, (*m*) | — |
| Pinſo, | *pinſui*, (*n*) | *pinſitum* |
| | | *pinſum.* |
| | | *piſtum.* |
| Viſo, | *viſi*, (*r*) | — ( |
| Inviſo, | *inviſi*, | — |

Digitized by Google

qvarta leges Infinitivum *accerſiri* lati-
iv. 1. dec. lib.3: *Placere itaqve patrem*
*emò ſcyllam accerſiri jubet.* Et *laceſ-*
3: *Solent cœli novitate laceßiri.* Ibid.
*nit aſtu mediò exaſperatas apes laceſ-*
tingvunt latini inter *accerſo* & *arceſ-*
*re* uſurpant, & ab *accio, accire*, deri-
*re* autem *accuſare* ſignificare docent,
Hanc tamen differentiam perpetuam
ncunt latinorum teſtimonia. Etenim
o *accuſare*, ſed etiam *arceſſere* pro *evo-*
es. Cic. 4. in Verr: *Qvòd tum magis*
*a verò accerſeretur.* Idem pro Cælio.
*bitus crimine accerſeret* &c. & 2. de
*ſtatis.* Plautus in Captiv: *Eamus in-*
Cic. pro Roſcio: *Cum ab aratro ar-*
*s fierent.* Sunt tamen, qvi hujus con-
bant librariorum incuriæ. c *Ac-*
ttic: *Accerſivit ad ſe, promiſit, inter-*
*Artes accerſiviſti ex ea urbe, qva domus*
*ina* &c. & contractè Cic. dixit *accer-*
*am capitis accerſierunt.* d *Arceſ-*
*Domitium proconſulem ex citeriore Hi-*
*iis, qvas paraverat, arceſſivit.* Idem l. 2.
*n arceſſivit.* Ita legit Priſcianus. e
ſt: *Diverſa, uti ſolet rebus perditis, ca-*
Tacitus lib. 13: *Julius qvidem Monta-*
*d qvi nondum honorem capeſſiſſet, con-*
*s cum principe, qvia vim tentantem*
*de agnitum oraverat, qvaſi exprobraſ-*
*Capeſſitum*) Tacitus lib. 12: *Conſu-*
*ueritiam robore circumdaret, ſic apud*
*m nepotibus ſubnixum, viguiſſe privi-*
*propriam ſtirpem Germanicorum aſ-*
*ingeret, juvene partem curarum capeſ-*
) Cic. pro domo ſua: *Nos te Antoni*

 *nullà*

*nullâ laceſſivimus injuriâ.* Idem in Piſonem: *Reſponſioni me inimicâ homo promptiſſimus laceſſivit.* b *Laceſſi*] Idem Philip. 2: *Tu ne verbo qvidem violatus ultrò maledictis me laceſſiſti.* Sic Terent. prolog. Phormion. *Vetus ſi poëta non laceſſiſſet prior.* Et *Laceſſii* apud Livium lib. 10. ab U b: *Per biduum laceſſiere hoſtem.* i *Faceſſi*] Cic. 1. in Verr: *Ipſe profectò metuere incipies, ne innocenti periculum faceſſeris.* k *Faceſſitum*] Cic. 6. in Verr: *Antea cum audiſſent ei negotium faceſſitum* &c. l *Inceſſi*] Cæſ. 3. bell. Gal: *Exercitui qvidem omni tantus inceſſit ex incommodo dolor,* &c. Liv. lib. 4. bel. Pun: *Ingens ipſum cupido inceſſerat Tarenti potiundi.* Idem 3. ab Urb: *Ingens metus inceſſerat patres.* Tac. lib. 3: *Qvoties valetudo adverſa Flaminem Dialem inceſſiſſet.* Columel. lib. 12. cap. 17: *Pluviæ inceſſerunt.* m *Depſui*] Cato: *Ubi depſueris aliam aqvam infundito.* Ab hoc eſt *panis depſiticus* apud Catonem. c. 74: Eſt autem à græco δεψέω, id eſt, coqvo vel mollio, teſte Nonio. n *Pinſui*] Priſcianus l. 10: aſtructurus hoc præteritum, citat ex Probo Pomponium, qvi ita loqvitur: *Neqve molis molui, neqve pilis pinſui.* Ita legit non modò Bryllingiana, ſed & Putſchiana Editio. Diomedes vero l. de ſpeciebus præteriti perfecti eundem Pomponium ita citat: *Cum interim neqve molis molui, neqve palatis pinſui.* Et Robertus Stephanus legit: *palmis pinſui.* Sed utraqve lectio & Diomedis, & Stephani jure cedere debet lectioni Priſciani. Ratio eſt non modò in promptu, ſed & in tuto. Etenim ex meliore antiqvitate notum eſt, *pilam* fuiſſe vaſis ſeu inſtrumenti genus frumentis pinſendis & comminuendis deſtinatum. Cato de re ruſt. c. 14: *Paululum latam pilam, ubi triticum pinſant,* &c. Plin. lib. 18. c. 1: *Tunditur granum ejus in pila ligneâ.* o *Pinſitum*] Col. lib. 12. cap. 27: *Muſtum lixivum tollito, cùm deferbuerit in ſextarios qvinqvaginta irim benè pinſitam nec plus uncis pondere addito,* &c. Idem lib. 9. cap. 13: *Vel uvæ paſſæ cum rore Syriaco pari menſurâ pinſita, & auſterô vinô inſuccata*

ſere. p *Pinſum.*) Vitruv. lib. 7. cap. 10
*ſum abſolutum craſſitudine ſit dodrantis.*
*abſolutum ne minùs pede ſit craſſum.* q
.18. cap. 10: *Si piſta ſerantur.* r *Viſi*),
ue grammatici qvamplurimi. Exponi-
o, Alcuino, Papia, cupio, deſidero videre.
nus illud Virgil. lib. 8. Æneid: *Nam me-*
*ntem regna ſororis Laomedontiadem Pria-*
dixit, pro *cupientem videre*, qvod Græci
. Qvæ tamen expoſitio à Valla exſibila-
& Saturnio lib. 4. cap. 18. *Qvare*, inqvit
, *cur magis Priamus cupiebat videre ſoro-*
*ebat, qvàm qvum erat in Troja? aut cur*
*àm cæteri? aut cur ſolus? poſtremò qvis*
*ejus? qvid agat video: qvid velit non vi-*
*ſignificat viſere? nimirum id qvod agit*
*videndam ſororem, qvod freqventativum*
*ito. Itáqve actum corporis hæc ſignificant*
*m mentis. Viſo, vado ad videndum, non*
*re.* Hæc ille. Cæterùm nec Valla, nec Pa-
cis vim & uſum expreſſit. Nam veluti il-
Attic: *Cupio eqvidem, & jam pridem cupio*
*iqvámqve Ægyptum viſere*, ex mente Pri-
exponi ſine tautologiæ vitio, *cupere videre*:
Heaut: act. 1. ſc. 1: *Ibo ut viſam, ſi domi eſt*,
æ vix expoſueris, *ut eam videre*, niſi te eo-
crimine aſtrinxeris. Qvare ut certi ali-
tu aliàs controverſo decernatur, notan-
*ſo* nonnunqvam ſignificet, *ſummo cum ſtu-*
*ntione videre, defixis oculis tueri*, ſive ut
arm. od. 2: *irretortô oculô ſpectare.* Cu-
patronum omni exceptione majorem alle-
m, pro Pompejo ita dicentem: *Eam rem po-*
*non modò vidit, ſed etiam ſtudiò omni vi-*
Et in Tuſcul. Qvæſtion: *Qvi nec plauſum,*
*nec*

Digitized by Google

*nec lucrum qværerent, ſed viſendi causâ venirent; ſtu*
*perſpicere, qvid ageretur & qvomodo.* In Catil: *Cup*
*propter qvem Theſpiæ viſuntur*, id eſt, ſtudioſè luſtrant
cedit, qvòd τὸ *viſo* freqventativo *ſpecto* non rarò ju
Idem Tuſc. Qvæſt: *Cùm laxati curis ſumus, ſpectare*
*volumus & viſere.* Plaut. Moſt. 3.2: — *viſe, ſpecta tuâ*
*tu.* Deinde idem ſignificat, qvod *viſitare, inviſere* mo
noris vel amoris causâ. Etenim Cic. qvi dixit 5 Fin
*arderet podagra doloribus, viſitaſſetqve hominem* &c.
eôdem ſenſu dicere non dubitavit: *Sed cùm audiſ*
*graviter eſſe ægrum, voluit tamen nobiliſſimum Philo*
*viſere* &c. Plaut. Ciſt. 2. 1: *Neqve licitum interea eſt*
*amicam viſere.* Sic Ciſt. 2.1. Mil. 3.1. & 2.3. Rud. 2. 7
3. 3. Bacch. 4.10. & paſſim apud alios. Nonnunqvan
tur præpoſitio *ad.* Gel. l.6. cap. 9: *Cn. Flavius Annii fi*
*citur ad collegam veniſſe viſere ægrotum.* Plaut. Bacch.
*ibo, & viſam huc ad eum, ſi fortè eſt domi.* Sic Capt. 1.2.
Epid. 2,2. Mil. 2.6. Trucul. 2. 6: Et hæc de uſu verb

Supinum *viſum* proprium eſt verbi *video*. *Viſo*
Sup no caret.

## TO.

| | | |
|---|---|---|
| Flecto, | *flexi,* | *flexum.* |
| Meto, | *meſſui,* | *meſſum.* |
| Mitto, | *miſi,* | *miſſum.* |
| Necto, | *nexui, (a)* *nexi, (b)* | *nexum. (* |
| Pecto, | *pexi, (d)* | *pexum. (* *pectitum.* |
| Peto, | *petivi,* | *petitum.* |
| Plecto, | *plexi, (g)* | *plexum.* |
| Siſto, | *ſtiti, (h)* | *ſtatum. (* |
| Abſiſto, | *abſtiti,* | — |

E

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| *extiti,* | *extitum.*(*k*) |
| *reſtiti,* | — |
| *ſubſtiti,* | — |
| *ſtertui,* | — |
| *deſtertui,*(*l*) | — |
| *verti,* | *verſum.* |

ſt. lib.1. Hiſt: *Nexnit catena modo.* vi-
*Nexi*) Lucillius in V. *Hic ſolus vigila-*
*nibi viſus eſt facere, tum retia nexit.*
*ſtro nexiſti retia lecto.* e *Nexum*)
: *Sæpè ſub hac Dryades feſtas duxère*
*anibus nexis ex ordine trunci Circumit-*
*i*) Mæcenas in Octavia: *Pexiſti capil-*
*s gratum.* e *Pexum*) Martial. lib. 7-
*s, elegóſque ſonantes Mittere; pauperi-*
. f *Pectitum*) Colum, lib. 10: *Ve-*
*rimine pectita tellus.* Idem lib. 12: *Præ-*
*lanæ* &c. g *Plexi*) Liv. in 6. Eroto-
*ha perdudum manu laſcivulâ ac tenel-*
*lans, libens inſolitô plexit munere.* h
to ita Gellius lib. 2, c. 14: *In libro vetere*
*r contra Tiberium exulem, ſcriptum*
*ſi vadimonium capite obvoluto ſtitiſſes?*
*ſit. Sed falſi & audaces emendatores,*
*tiſſes fecerunt, tanqvam ſtitiſſes vanum*
: *qvia potius, ipſi neqvam, & nibili ſunt,*
*dictum à Catone, qvoniam ſiſteretur va-*
*r.* i *Statum*) Ulp: *Qvum qvis ju-*
*neqve adjecerit pœnam ſi ſtatum non eſ-*
*r Jupiter.* Cic. 3. de Finib: *Jovem qvum*
*n dicimus, qvúmqve eundem ſalutarem,*
*licimus, hoc intelligi volumus ſalutem*
*tela.* Inde etiam *ſtati dies* & *ſtata ſa-*
uic valet τεταγμένος, ut vetus ono-
maſti-

maſticon exponit. *k Extitum)* Ulpianus: *Si diu incertum, hæres extiturus, nec ne, ſit.* *l Deſtertui)* Perſius: *Cor jubet hoc Enni, poſtqvam deſtertuit eſſe Mæonides Qvintus pavone ex Pythagoræo.*

## VO & UO.

| | | |
|---|---|---|
| Solvo, | *ſolvi,* | *ſolutum.* |
| Arguo, | *argui,* | *argutum. (a)* |
| Fluo, | *fluxi,* | *fluxum.* |
| Luo, | *lui, (b)* | *luitum. (c)* |
| Abluo, | *ablui,* | *ablutum.* |

Sic cætera Compoſita: *Colluo, diluo, eluo, perluo, polluo, proluo, reluo,* &c.

| | | |
|---|---|---|
| Nuo, | *nui,* | *nutum.* |
| Abnuo, | *abnui,* | — |
| Annuo, | *annui,* | — |
| Pluo, | *plui, (d)* | — |
| Ruo, | *rui,* | *ruitum.* |

Compoſita, *Diruo, (f) eruo, (g) obruo, (h) proruo (i) ſubruo, (k)* dant Supinum in UTUM: ut *diruo, dirutum,* &c.

| | | |
|---|---|---|
| Struo, | *ſtruxi,* | *ſtructum.* |
| Deſtruo, | *deſtruxi,* | *deſtructum.* |

Nota. *Batuo, (l) cluo, ingruo, congruo, metuo, (m) reſpuo,* carent Supino.

## XO.

| | | |
|---|---|---|
| Texo, | *texui,* | *textum. (n)* |
| Retexo, | *retexui, (o)* | *retextum.* |

*a* Nota. Interſerunt hic alii *Calvo* id eſt, decipio ſeu fruſtror. Ejus qvidem paſſivo utitur Plaut. in Caſina: *Nam ubi domi ſola ſum, ſopor manus calvitur.* Saluſt. 3. Hiſtor: *Contra ille calv*

*-aſſiratus*, id eſt, decipi. Sed hoc verbum tanqvam priſcum & obſoletum in textu ſiccô pede præterimus. *b Lui*) Juſtinus lib. 1: *Qvicunqve capi potuerunt, ſupplicia crucibus luerunt.* *c Luitum*) Claud. 4. Paneg: *Luitura pœnas puppis.* *d Plui*) Livius lib. 14: *Nunciabatur Romæ in foro Boario ſangvinem pluiſſe.* Ibidem librô ultimô: *Sangvinem per biduum pluiſſe in area Concordiæ ſatis credebant.* Idem lib 11: *In area Vulcani, & Concordiæ ſangvinem pluit.* Sic Plin. li. 2. c. 56. & Valer. Max. libr. 1. de Prodigiis. Priſcianus etiam *pluvi* habet: ſed in caſtigatis libris Latinorum, ex qvibus hoc probat, *plui* nunc invenies. *e Ruitum*) Lucanus li. 4: ——*ruituráqve ſemper ſtat mirum moles.* *f Dirutum*) Cic. Q. Fratri l. 1: *Multas abs te eſſe liberatas urbes, complures dirutas ac penè deſertas.* *g Erutum*) Ovid. 4. Faſt: *Tempora cum cauſis annalibus eruta priſcis.* *h Obrutum*) Cic. 4. de fin: *Obrutum eruere.* *i Prorutum.*) Liv. 4. ab Urbe: *Dictator prorutô vallô, jam in caſtra prælium intulerat.* *k Subrutum*) Stat. 9. Theb. —*veſtigia ſubruta limô.* *l Batuo*) Antiqvum verbum pro *percutio*. Plaut. in Caſin. 2. 8: *Qvi qvæſo potius qvàm ſculponeas, qvibus batuatur tibi os ſenex neqviſſime?* Vide Comment. Manut. ad Epiſt. 21. Cic. fam. l. 9. Et P. Victorium Varr. lib. 11. cap 1: Svetonius in Caligula abſolutè uſurpat: *Mirmillonem è ludo rudibus ſecum batuentem.* Nævius: *Sculponeis batuenda ſunt huic latera probè.* *m Metuo*) Lucret. lib. 5. facit *metutus* participium à *metuo*. *Nam cupidè conculcatur nimis ante metutum.* *n Textum*) Virgil. libr. 8. Æneid: — *& clypei non enarrabile textum.* *o Retexui*) Ovid. lib. 4. Metamorph: *Luna qvater plenum tenuata retexuit orbem.* Cic. 2. de Orat: *Sic omnia qvæ ſunt, qvæq́; aguntur, levioribus principiis natura ipſa retexuit.* Priſcianus *nexo, is, ui, nexum* addit l. 10. ex Accio. Sed in uſu eſſe deſiit, próqve eo uſurpatur *necto, nectis*, de qvo ſupra.

DE

Digitized by Google

# DE DEPONENTIBUS TERTIÆ Conjugationis.

| | |
|---|---|
| Apiſcor, (*a*) | *aptus ſum.* (*b*) |
| Adipiſcor, (*c*) | *adeptus ſum.* |
| Indipiſcor, (*d*) | *indeptus ſum.* |
| Amplector, | *amplexus ſum.* |
| Complector, | *complexus ſum.* |
| Comminiſcor, | *commentus.* (*e*) |
| Defetiſcor, (*f*) | — |
| Expergiſcor, (*g*) | *experrectus.* (*h*) |
| Fruor, | { *fruitus.* (*i*) *fructus.* (*k*) |
| Perfruor, | { *perfruitus.* *perfructus.* |
| Fungor, | *functus.* |
| Perfungor, | *perfunctus,* |
| Gradior, | *greſſus.* |
| Aggredior, | *aggreſſus.* |
| Invehor, | *invectus.* |
| Iraſcor, | *iratus.* (*l*) |
| Labor, | *lapſus.* |
| Elabor, | *elapſus.* |
| Liqvor, (*m*) | — |
| Loqvor, | *loquutus.* |
| Morior, | *mortuus.* (*l*) |
| Nanciſcor, (*n*) | *nactus.* |
| Naſcor, | *natus.* (*o*) |
| Nitor, | { *nixus.* (*p*) *niſus.* |

Enitor

| | |
|---|---|
| Enitor, | *enixus.* |
| | *eniſus.* (q) |
| Annitor, | *anniſus.* (r) |
| | *annixus.* (s) |
| Connitor, | *connixus.* |
| | *conniſus.* (t) |
| Innitor, | *innixus.* |

Sic obnitor, ſubnitor.

| | |
|---|---|
| Obliviſcor, | *oblitus.* |
| Paciſcor, | *pactus.* (u) |
| Depaciſcor, | *depactus.* (x) |
| Paſcor, | *paſtus.* |
| Depaſcor, | *depaſtus.* |
| Patior, | *paſſus.* |
| Proficiſcor, | *profectus.* |
| Qveror, | *queſtus.* |
| Reminiſcor, (y) | — |
| Ringor, | — |
| Seqvor, | *ſeqvutus.* |
| Tuor, (z) | — |

Sic contuor, intuor & obtuor. *

| | |
|---|---|
| Veſcor, | — |
| Divertor, | *diverti.* |
| Revertor, | *reverti.* |
| | *reverſus.* † |
| Ulciſcor, | *ultus.* |
| Utor, | *uſus.* |
| Abutor, | *abuſus.* |

a *Apiſcor*) Tacitus l. 5: *Nihil abnuentium dum domi-*

 *natio-*

*nationis apiſceretur.* Ibid: *Junius Gallo cenſuerat, ut præ- riani actis ſtipendiis jus apiſcerentur in qvatuordecim ordinibus ſedendi.* b *Aptus ſum*) Varro: *Ea omnibus oſtendi qvæ bello aptus eſt.* Pacuv. Herm: *Qvod ego in acie cele- objectans vitam, bellando aptus ſum.* c *Adipiſcor*) Plautus etiam *adipiſcor* paſſivè uſurpavit: *Non ætate, inqvit, veri- ingenio adipiſcitur ſapientia.* d *Indipiſcor*) Plautus ἀρχαϊκῶς etiam formâ activâ utitur. Aſin. 2. 2: *Nam ſi pari occaſioni tempus ſeſe ſubterduxerit, Nunqvam edepol qvadrigis albis indipiſcet poſtea.* e *Commentus*) Non tædioſe hic repetimus, *ſum*: ex ſuperioribus enim exemplis ut & è natura præteritorum vel ipſis tironibus conſtare confidimus, illud in reliqvis ſeqventibus præteritis ſubaudiendum eſſe. Id qvod ipſi præceptores monuerint. f *Defetiſcor*) Pro hoc leges apud Terentium *Defatiſcor*: *Neqve defatiſcar unqvam ego, Donec tibi id, qvod pollicitus ſum, effecero.* g Priſcianus aſſerit lib. 10. *Defetiſcor* habere præteritum *defeſſus ſum*, & Supinum *Defeſſum*. Sed *defeſſus* potiùs nomen erit, veluti ſimplex *feſſus*, qvàm verbi præteritum: adeòqve præteritum genuinum nullum agnoſcit. h *Experrectus*) Vetuſtiſſimi etiam dixere *expergitus*. Lucil. l. 3: *Ego è ſomno pueros qvum manè expergitus clamo.* Obſervant autem qvidam, qvòd is propriè *expergitus* dicatur, qvi ſponte evigilat, *experrectus* verò aliunde excitatus. i *Fruitus*) Cic. 3. Tuſc: *Zeno ſtoicorum acutiſſimus contendere magnâ voce ſolebat, eum eſſe beatum, qvi præſentibus voluptatibus frueretur, confideretq́ ſe fruiturum.* Ulp. l. 7. Pandect. Titul. Qvibus modis uſus fructus, vel uſus amittitur. *Licèt proprietarius mihi penſionem ſolverit, tamen uſum fructum amitti, qvia non meô nomine, ſed ſuô fruitus eſt emptor.* Nævius apud Gellium l. 17. c. 2: *Qvi non parſit apud ſe fruitus eſt.* k *Fructus*) Cicero in Hortenſio: *Summâ amœnitate fructus eſt*, dixit, teſte Priſcianô l. 10: Valla addit *fretus ſum* & Perottus *fretus* & *frutus* ſum, à qvo eſt *defrutum*, ſpecies vini, aliàs ſapa. Sed *fretus*, ſignificationi thematis *fruor*, minimè reſpondet. Idem enim ſignificat, qvod *confiſus*. *Frutus* verò auto-

ritati

*fruor* eſt *fruiſcor*. Qvintus Metellus
ell. l.17: *Summâ gloriâ fruiſcor.* Inibi
*ubet, & ſua bona fruiſci.* l *Iratus*
*atus, mortuus* nomina eſſe putent, ſi-
tc. Communi tamen loqvendi uſu re-
m præteritorum ſuppleant. Cic. ad
*mici noſtri negant me ei iratum fore,*
*enerit.* Et hinc etiam eſt *iraturus* a-
lra: *Fugere itáqve omnes debebit, qvos*
, m *Liqvor*) Lucret. lib. 2: — &
*& in partem pejorem liqvitur ætas.*
*uic atro liqvuntur ſangvine guttæ,* id
*Naciſcor*) Hoc verbum eſt à *nancio,*
n uſu fuit vetuſtiſſimis. Gracchus
*uli deſiderium, comprobabo reip. com-*
lujus formam non ſeqvitur partici-
*ræſenti reſpondet.* Portius Latro: *Fa-*
*majoribus noſtris, ſæpenumerò accepi-*
*m naſcituram eſſe, neqve temerè oc-*
hoc participium leges. p *Nixus,*
ſſimum eſt, *niſus* rarius. In Vitru-
, 2: *ut architectus his literis imbutus,*
q *Enixus, eniſus*) *Enixa* dici vo-
*eniſus* de qvovis qvi allaboravit. Cic.
*unus Milo, ſed velim finem afferat*
*r non minùs qvàm ſum eniſus in no-*
*Brutus celeritate navis eniſus eſt, ut*
*ret.* Sed qvamvis hoc diſcrimen ſæ-
a tamen non eſt. Salluſt. in Jugurth:
*nixum, ut ab optimo qvoqve probare-*
*adniſus*) Hoc freqvens eſt. Liv. 5. ab
*ntercesſores legis anniſi ſunt.* Ibid. l. 4:
*ſunt.* Sic ibid. lib. 8: *Anniſurus.* 2. ab
*areat exiliô ſibi iratos, non fractos a-*
dec. 5: *Illud affirmare pro certo habeo,*
*dniſurum, ne fruſtra vos hanc ſpem de*

*me conceperitis.* ſ *Annixus*) Liv. 1. ab Urb: *Qvod an-xurus pro ſe qviſq; ſit* &c. t *Conniſus*) Hoc legitur ap. Tacitum, teſte Alvarô; *Connixus* verò, *Annixus*, *innixus*, *e-nixus*, *ſubnixus*, nunc per x literam ſcribuntur. Obſerva tamen Diomedes lib. 1. & Servius in illud Virgilii, *Cymothoe ſimul & Triton adnixus acuto Detrudunt naves ſcopulô* — apud veteres non per x, ſed per s, ſuâ ætate fuiſſe ſcripta. u *Pactus*) Svetonius de clar. Grammat. 7: *Nec unqvam de mercibus pactus, eóqve plura ex liberalitate diſcentium conſe-cutus.* x *Depactus*) Cic. pro Sext. Roſc: *Ipſe ſibi tria prædia depactus eſt.* Idem 3. in Verr: *Nec ante demiſſus qvàm conditiones depactus eſt.* y *Reminiſcor*) Qvi olim non ſi-ne craſſo errore *reminiſco* dixit taxatur ab Auſon. epigr. 49: *Qvi reminiſco putat ſe dicere poſſe Latinè Hic ubi CO ſcri-ptum eſt, legeret COR, ſi cor haberet.* Idem Epigr. 48 in Ru-fum: *Reminiſco Rufus dixit in verſu ſuo Cor ergo verſus, im-mo Rufus non habet.* z *Tuor*) Hoc non rarò uſus eſt Lu-cretius l. 1: *Nec calidos æſtus tuimur, nec frigora qvimus Uſur-pare oculis, nec voces cernere ſvemus.* & l. 4: — *dilutáqve con-trà Cùm tuimur miſceri abſinthia, tangit amaror.* Eundem verſum totidem verbis repetit l. 6. Idem l. 4: *Fit, qvaſi ad tor-num ſaxorum ſtructa tuantur.* Et l. 5: *Deniqve jam tuere hoc circum, ſupráqve; qvod omnem Continet amplexu terram* — Hæc eò operoſiùs adſcripſimus, ut palam tantùm fieret, eos non rectè præcipere, qvi tradunt verbum tuor tantùm in Compoſitis uſurpari, ſimplex autem planè non legi. Nos ve-rò qvanvis rarum eſſe & antiqvum fateamur, omnem tamen ei autoritatem non adimendam cenſemus. * *Contuor, intuor, & obtuor*) De his tribus ita Plaut. Moſtell. 3. 2. TH: *Profectò nullam eqvidem illic cornicem intuor.* TR: *At tu iſtò ad vos obtuere, qvoniam cornicem neqvis Conſpicari, ſi vulturios fortè poſſis contui.* Confer Aſin. 1. 1. & 3. 1. nec non 2, 3. † *Reverti*) *Reverti* dicere amant Tullius, & veterum alii; pro qvo recentiores ferè ajunt, *reverſus ſum.* Cic. Att: *Ipſe ne qvo indicerem, reverti Formias.* Idem pro S. Roſc: *Le-gati Ameriam re inoratâ reverterunt.* Et de Divinat: *Itaqve perſæpe revertit ex itinere* &c.

DI

## ERITIS ET SUPI-
## ARTÆ CONJU-
## *gationis.*

*Conjugationis* habent in I, in Supino ITUM: ut,
*audivi,* *auditum.*

Excipe I.

ſitis, qvæ ſyncopen pati-

| | |
|---|---|
| *ivi vel ij,*(a) | *itum.* |
| *abii,*(b) | *abitum.* |
| *adii,* (c) | *aditum.* |
| *ambii,*(d) | *ambitum.* |
| *interii,*(e) | *interitum.* |
| *perii,*(f) | *peritum.* |
| *præterii,*(g) | *præteritum.* |

anvis *ivit,* legatur in Epiſt. Cicero *gaſtula ſolvit :* Syncopatum tamen entius eſt. Id qvod non modò Laioniîs, ſed & Grammaticorum veteimus. Cic. 2. Phil: *Celeriter iſti &* *liramur ad arma contra iſtum homi-* Ovid. 2. Epiſt: *Si tam certus eras hinc* n 6. Faſt: *Dixit & in litem ſtudiô* de arte: *Belláqve per turpes longiùs* e art: *Reſpice Phyllaciden, & qva co-* – Lucan. l. 8: *O utinam in thalamos* em l. 9: *Oderat & Magnum, qvanvis* ccedit autoritas veterum Gramma- I. p. 356. Ed. Putſch. Ita conjugat Pluraliter, *iimus, iiſtis, ierunt* vel

*iere.* Pluſqvamperfectum: *Ieram,ieras,ierat,&c*
Perfectum: utinam *ierim.* Pluſqvamperfectun
*iiſſem.* Fut. Subj. *iero.* Eôdem plane modô infl
riſius l.3,p.231,232. Ed. dictæ: *Ii,ieram,ierim,iſſen*
Tanti autem faciunt Diomedes & Chariſius form
patam hujus perfecti, ut ne qvidem integræ memi
nobis non niſi unicum teſtimonium perfecti inte
licuit, complura autem ſyncopati. Priſcianus, t
Latinitatis jure dicendum judicat, *ivi* & *ii*, idqve l.
tamen exemplîs ſuum pronunciatum confirmat.
velut Grammaticorum anteſignanum denſum lit
recentiorum agmen è veſtigio jam ſeqvitur. *b.*
rent. Heaut. 1.1: *In Aſiam ad regem militatum a*
Trebat: *Non longè abieris* &c. & paſſim alibi. *c*
rent. 2.2: *Adii te heri de filia.* Cic. pro Roſc: *De c*
*ad arbitrum adiſti* &c. *Adivit* ſemel leges, ap
Sylv. 6: *Hac cernens, alias adivit* urbes. Verſus
caſyllabus. *d Ambii)* Statius 2 Sylv: *Callim*
*nex, Umbróqve Propertius antro Ambiſſent laudar*
*e Interii)* Terent. Hecyra: *Interii, cur mihi ia*
*f Perii)* Ovid. 2. Triſt: *Ingeniô perii, qvi miſer*
*g Præterii)* Cic. Att. l.6: *Et, qvod penè præter*
*tui cauſâ feci omnia.* Et pro *præterii* eſt *præteri a*
1. Faſt. 9: *At Numa nec Janum, nec avitas præter*
*Menſibus antiqvis præpoſuitqve duos. Præterit* id
termiſit.

## Excipe II. hæc ſeqventia.

| | | |
|---|---|---|
| Amicio, | *amixi,(a)* | *amict* |
| | *amicui, (b)* | |
| Cambio,(d) | — | — |
| Qveo, | *qvivi, (e)* | *qvitu* |
| Neqveo, | *neqvivi,(g)* | *neqvit* |
| Confercio, | *conferſi, (i)* | *confer* |
| Refercio, | *referſi (k)* | *refert.* |

D

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| | — | *diſſertum.* (l) |
| | — | — |
| | — | — |
| | *ferocivi,* | — |
| | *fulſi,* (n) | *fultum.* |
| | *ſuffulſi,* | *ſuffultum.* |
| | *geſtivi,* | — |
| | *glocivi,* | — |
| | *hauſi,* (o) | *hauſtum* (p) |
| | *aperui,* | *apertum.* |
| , | *comperi,* | *compertum.* |
| | *operui,* | *opertum.* |
| | *reperi,* | *repertum.* |
| | *ſalii,* (p) | *ſaltum.* |
| | *aſsilui* (q) | *aſſultum.* |
| | *deſilui* (r) | *deſultum.* |
| | *deſilii,* (ſ) | |
| | *exilui* (t) | *exultum.* |
| | *exilii,* | |
| | *inſilui,* (u) | *inſultum.* |
| | *reſilii,* (x) | *reſultum.* |
| | *proſilui,* (y) | — |
| | *tranſilivi,* (z) | — |
| | *tranſilui,* (α) | |
| ...e, exulto | — | *ſalitum.* |
| | *ſancii,* (γ) | *ſancitum.* |
| | *ſanxi,* (δ) | *ſanctum.* |
| | *ſarſi,* | *ſartum.* |
| , | *reſarſi,* | *reſartum.* |

| | | |
|---|---|---|
| Scio, | *ſcivi,* | *ſcitum,* |
| Sentio, | *ſenſi,* | *ſenſum.* |
| Conſentio, | *conſenſi,* | *conſenſ* |
| Sepelio, | *ſepelivi,* | *ſepultu* |
| Sepio, | *ſepſi,* | *ſeptum.* |
| Singultio, | *ſingultivi,* | *ſingultu* |
| Venio, | *veni,* | *ventum* |
| Invenio, | *inveni,* | *inventu* |
| Veneo, | *venii,* | *venum.* |
| Vincio, | *vinxi,* | *vinctun* |

*a* *Amixi*) Varro in Cinorhetore: *Celeriùs m*
*xit.* & hæc forma magis arridet, qvàm *amicui.* Ve
*ſancio, vincio* xi faciunt: ita *amicio.* *b* *Amicui* ta
bat Diomedes lib. 1. ex Bruto in laudatione Appii
*Qvi te togâ prætextâ amicuit.* Mirari autem ſubit,
medes dictô locô referat *amicio* ad tertiam conjug
cùm Horatius aliiqve luculenter ſatis doceant verb
conjugationis eſſe annumerandum. Horat. lib. 2. e
*ferar in vicum vendentis thus, & odores Et piper, &*
*chartis amicitur ineptis.* Ovid. lib. 3. de Ponto el
*amicitur vitibûs ulmus.* Sveton. in Veſp. c 20: *Dum*
*tur & calceabat ipſe ſeſe & amiciebat.* Hinc eſt, q
Plautum in Perſ. legatur *amicibor* pro *amiciar,* a
*Subnixis alis me inferam, atq; amicibor glorioſè.*
*ctum*) Horat. 1. Carminum. 6: — *tandem venias*
*Nube candentes humeros amictus Augur Apollo.* &
libi. *d* *Cambio*) Chariſius lib. 3. ponit præterit
*ſi,* & eôdem l. alibi ſcribit, *campſi;* ſed utrumqve ſi
tate. Priſcian. lib. 10. interpretatur *ἀμείβομαι,* &
*ἀπὸ τῦ κάμπτω ἔκαμψα.* Unde inqvit & *cam*
*pſas* ſolebant vetuſtiſſimi dicere. Ennius in 10:
*campſant.* *e* *Qvivi*) Salluſt: *ſed neqve pretiô,* 
*tiâ impelli qvivit.* Terent. in Andr: *Nec te qvivi*

Digitized by Google

*gere, illam ut doceres.* f *Qvitum*) Hoc ſupinum inde robur acqvirit qvòd in latinorum monumentis olim reperiatur uſurpatum *qvitus ſum* pro *qvivi*. Terent. in Hecyr: *Forma in tenebris noſci non qvita eſt*. Gell. lib. 20: *Sævitia conterrani non qvita eſt*. Accius: *Nam neqve precio, neqve amicitiâ, neqve vi impelli qvitus ſum.* g *Neqvivi*) Virgil. li. 6. Æneid: — *te amice neqvivi Conſpicere* — Contractum etiam præteritum *neqvii* extat. Horat. 2. Serm. ſat. 5: — *putaſne Perduci poterit, tam frugi, tamqve pudica, Qvam neqviere proci rectò depellere curſu.* h *Neqvitum*) Pacuvius: *ſed qvum contendi neqvitum, ut clam intendenda eſt plaga.* Plaut. in Satyr: *Retrahi neqvitur, qvoqvò progreſſa eſt ſemel.* Cato Originum lib. 1: *Fana in eo loco compluria fuere, ea exauguravit priùs, qvod Termino fanum fuit, id neqvitum exaugurari.* i *Conferci*) Lucret. lib. 6: *Ventus enim cum confercit, franguntur in artum Concreti montes nimborum, & grandine mixti.* Ita legit Giſanius. k *Referci*) Cic. lib. 2. de Nat. Deorum: *Poëtæ hominum vitam ſuperſtitione omni referſerunt.* l *Differtum*) Horat. lib. 1. Serm. ſat. 5: — *inde forum Appi Differtum nautis.* m *Ferio*) *Ferio* apud veteres proprioqve Præterito & Supino caret. Sed Varro lib. 8. de lingva Latina dicit *ferio, percuſſi*: qvòd præteritum eſt mutuatium, qvale ſuprà aſſignatum p. 525. ex ſententia Grammaticorum. Recentiores tamen *ferii, feritum* ſibi permiſerunt: ſed qvô jure ipſi viderint. Mantuanus: *Glans ignita manum feriit, mox altera tergum.* Turnebus l. 21. c. 20. Hor. l. 1. Od. 2: jaculatus arces, id Græci ἔβαλον, id eſt, *ferit*. Servius in 7. Æneid: dixit, *feriturum*. Petrarcha l. 8. Aphricæ: *Populis, ducibuſqve placet, fœduſqve feritum.* *Ferire* autem *fœdus* dicuntur eò qvòd veteres fœdus inituri pecudem *ferirent* ac percuterent majoris certitudinis ergò & divinæ vindictæ de violatoribus ſumendæ. Romani porcum *feriebant*, pacta, leges & fœdera ſtabilituri. Id qvod Livius eleganter deſcribit lib. 1: *Fœdera*, inqvit, *alia aliis legibus, cæterum omnia eôdem modô fiunt. Tum ita factum accepimus, nec ullius vetuſtior fœderis memoria eſt.* Sed nos ipſum ritum

ſilentiô prætereuntes ſaltem formulam fœderis icti afferemus ex Livio: *Audi*,(inqvit fecialis) *Jupiter,audi pater patrate populi Albani, audi tu populus Albanus; ut illa palàm prima,poſtrema ex illis tabulis cerâve recitata ſunt, ſine dolo malo,atqve ea hic hodie rectiſſimè intellecta ſunt: illis legibus populus Romanus prior non deficiet. ſi prior defecerit publicô conſiliô,dolô malô: Tu ille Dieſpiter populum Romanum ſic* FERITO, *ut ego hunc* PORCUM *hodiè* FERIAM, *tantóqve magis ferito,qvantò magis potes polléſqve. Id ubi dixit*,PORCUM *ſaxô ſilice percuſſit.* Hæc Livius. Virgilius Æneid. 8: *Armati Jovis ante aras, paterâsqve tenentes ſtabant & cæſa jungebant fœdera porcâ.* Ubi Servius: *Fœdera dicta ſunt à porcâ fœdè & crudeliter occiſa, cujus mors optabatur ei,qvi à pace reſiliiſſet falsò autem ait porca. Nam ad hoc genus ſacrificii porcus adhibebatur. Sed fortè uſurpavit genus pro genere: ut, — timidi veniunt ad pocula damæ*,&c. Hactenus Servius. Ebræi dicunt ſimili loqvendi ratione כָּרַת בְּרִית excîdit,ſecuit fœdus Gen. 15. Jer. 34. 18. &c. *n Fulſi*) Cic. pro L. Manilia: *Eum labentem excepit,corruere non ſinit,fulſit,ſuſtinuit,re,fortunâ,fide.* De Aruſpicum reſponſis idem dixit: *Horum conſulum ruinas, conſules veſtra virtute fulſiſtis. Ita legit Nizolius. o Hauſi*) Priſcianus libr. 10. notat, qvòd *hauriit* etiam legatur. Varro in 24 ad Ciceronem: *Cum inde haurierint. p Hauſtum*) Apud Apulejum aliqvoties *hauritum* reperitur. Et Virgil: Participio diverſæ formæ utitur libr. 4. Æneid: *Supplicia hauſurum ſcopulis & nomine Dido ſæpe vocaturum*— De *raucio*,qvod alii addunt conſule pag. 544: Nota obiter de præteritis Deſiderativorum: *Meditativa*,ut *dicturio,empturio* &c. ferè præterito carent. Duo *parturio, nupturio* videntur *parturivi,nupturivi* vel potiùs *parturii,nupturii* habuiſſe,ſed deſiderantur veterũ teſtimonia. Apulejus in Apol: *nupturiſſe dixit*: qvi licèt interdũ eleganter loqvatur,non tamen inter claſſicos à doctis numeratur. *Eſurio* etiã ſupinum habet, Ter. Heaut: *Modo liceat vivere eſt ſpes*. Cl *qvæ? nos eſurituros ſatis*. Confer Alv. p. 222. *p Salii*) Virg. 2. Georg.—

atqvi

*atqve inter pocula læti Mollibus in pratis unctos ſaliere per utres.* Priſc. l.10 obſervat ſuô ævô in qvibuſdam codicibus lectum fuiſſe, *Saluere.* & ſic legit Diomedes l. 1. & Cledonius. Sed Erythræi, Taubmanni, aliæqve recentiores Editiones priorem lectionem probant. De ritu veterum ſaliendi unicô pede per utres oleô vel lixiviâ obunctos ac ſpiritu vinóqve repletos, qvô prolapſi riſum excitârant in feſto Bacchi, qvod aliàs vocabant ἀσκωλιάζειν, & Scaliger ad Feſtum cernuare, conſulendi ſunt Jul. Cæſ. Bulengerus de Theatro l.1.c.32. Cæl. Rhod. l. 3.c.4. Turneb. l. 17. ſub finem cap.23. Henr. Steph. in verbo ἀσκωλιάζειν, Taubm. in Virgil. nec non pag. 563 ſuprà. Priſcianus porrò præteritum *Salui* probat ex Ovid. 4 Faſt: Sed inibi nunc ſic legitur: *Per flammas ſaliiſſe pecus: ſaliiſſe colonos: Qvod ſit natali nunc qvoqve, Roma, tuô.* Compoſitis tamen iſta forma Præteriti, qvam Priſcianus probat, non negatur. *q Aſſilui*) Ovid.11. Metam: *Cum ſæpe aſſiluit defenſæ mœnibus urbis.* Ita Priſcianus legit: alii *aſſiliit.* Seneca in Thyeſte 8. — *jámqve demiſſâ morâ Aſſiluit oris.* *r Deſilui*) Virgil. 11. Æneid: — *portisqve ab eqvo regina ſub ipſis Deſiluit* — *ſ Deſilii*) Plin: *Dum à templo Dianæ deſiliit, femur intorſit.* *t Exilui*) Freqvens hoc eſt. Ovid. 5 Faſt: *Et vos lunares exiluiſtis eqvi.* Ovid. 9 Metam. habet etiam *exilii. Exiliit, junctáſqve manus patefacta remiſit.* *u Inſilui*) Stat. 9 Theb: *Inſiluere vadis magnóqve fragore ſolutus Agger* —. *x Reſilii*) Qvadrigarius in 6 Annal: *Arterius Tauream dextrum humerum ſauciat atqve reſiliit,* *y Proſilui*) Virgil. 5 Æneid: *Haud mora proſiluere ſuis: ferit æthera clamor Nauticus* — *z Tranſilivi*) Plaut. Trucul: *Per ortum tranſilivit ad nos.* Plin. in Paneg: *Non tranſilivi P. C. principis noſtri conſulatum* &c. *α Tranſilui*] Liv. 1. ab Urb: *Vulgatior fama eſt: ludibriô fratris Remum novos tranſiluiſſe muros.* Hanc formam UI in hiſce compoſitis nonnulli perperam ſcriptam putant pro IVI, qvod eſt analogum. Sed plurima doctorum virorum edita exemplaria, qvibus UI probatur, prius obelô confodiant neceſſe eſt, qvàm huic ſuæ, opinioni



Digitized by Google

& conjecturæ publicum aſſenſum conciliaverint. ζ *Salio*) *Salio*, inqvit Priſcianus ſub finem l. 10, *ſalitum facit, ſallo ſalſum, qvomodo vello vulſum. Siſenna: Sic in eam paludem multi piſcium ſaliendorum causâ à navibus ſemionuſtis commeant. Nævius: Saliturus iſtac mittam ſalem. Cornel. Severus in 8 de ſtatu ſuo: Ad qvem ſaliti pumiliones afferebantur.* Priſcianus geminat L. Alii tamen malunt ſimplex l. ut Diomedes l. 10, qvi citat Severum, in qvo eſt: *Diſtractos atq; ſalitos.* Et Fabianum Cauſarum 3: *Cum Caro ſalita eſt diuturnior.* nec non Alvar. pag. 238. *Salio* ſimplici potiùs l, qvàm geminô ſcribendum tradit, cum prima corripiatur apud Ovidium. Ovidii autem diſtichon hoc eſt. Ovid. 4 Faſt: *Farra Deæ, micæq; licet ſalientis honorem Detis & in veteres thurea grana focos.* γ *Sancii*) Pomponius Secundus ad Thraſeam: *Sancierat jus utile civitati.* δ *Sanxi*) Cic. 6. Verr: *Sanxerûnt neqvis emeret mancipium, niſi in demortui locum.* ε *Sepultum*) *Antiqvi*, inqvit Priſcianus, *etiam ſepelitum dixere. Unde Cato in Thermum: Mortuus eſt, ſepelitus eſt.* ζ *Singultum*) Utrum Supinum ejus ſit *ſingultum*, an *ſingultitum*, non ſatis convenit. Singultum non pauci exprimunt propter Verbale *Singultus.* η *Venum*) Claud. in Eutr: *Omnes pœnituit pretii, venúmqve redibat, Dum vendi patuit* — Salluſt. in Jugurth: *Qvippe cui omnia venum ire in animo haſerat. Venum* etiam nomen eſt. Tacitus l. 13: *Militibus immunitas ſervaretur, niſi in iis, qvæ venû exercent.* & l. 14: *Poſita veno irritamenta gulæ.*

# DE DEPONENTIBUS QUARTÆ Conjugationis.

| | |
|---|---|
| Aſſentior, (*a*) | *aſſenſus ſum.* |
| Blandior, | *blanditus.* |
| Comperior, | |
| Experior, | *Expertus,* |
| Largior, | *largitus.* |

Mentior,

| | |
|---|---|
| Mentior, | *mentitus.* |
| Metior, | *menſus.* (b) |
| Molior, | *molitus.* |
| Morior, | *mortuus.* |
| Ordior, | *orſus.* |
| Exordior, | *exorſus.* |
| Orior, (c) | *ortus.* |
| Adorior, | *adortus.* (d) |
| Opperior, (e) | *opertus.* |
| Partior, | *partitus.* |
| Diſpertior, | *diſpertitus.* |
| Impertior, | *impertitus.* |
| Potior, | *potitus.* |
| Sortior, | *ſortitus.* |

a *Aſſentior*) Plaut. Rud. 4. 3: *aſſentio dixit. Aſſentio qui minùs hunc communem quaſo mihi eſſe oportet vitulûm?* b *Menſus*) Cic. de Nat. Deorum: *ſpatia menſa quia conficiunt curſus lunæ, menſes vocantur.* Hinc etiam *menſor* apud Columel. l. 6. c. 1. c *Orior*) *Orior* qvoqve propter Infinitivum *orīri*, & *orīris* ſecundam præſentis, ad qvartam pertinent, ſicut *adorior, exorior.* Refertur tamen ad tertiam propter *orĕris, oritur.* Virgil. 2. Æneid: —*telis Noſtrorum obruimur, oriturque miſerrima cædes.* Lucil. in 3: *Conturbare animam potis eſt quicunque adoritur.* Ejus Supinum *Ortum*: qvanvis *oriturus*, non *orturus* inveniatur Participium Futuri; ſed in Præterito *ortus* dicitur. Horat. ep. l. 2: *Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.* d *Adortus*) Pro *adortus ſum* invenitur etiam *adorſus ſum* apud Ovid. l. 1. de Pont. èleg. 2: *Nullum majus adorſa nefas* &c.

e *Opperior*) Geminô p ſcribi debet; producit enim primam ſyllabam, qvæ in paſſivo verbo operior id eſt, tegor, corripitur. Sil. l. 5: — *cedas Oramus ſuperis templisque ad* 

*præ-*

*prælia dextrum Opperiare* — Supinum facit *opper*
ſte Priſcianô ; unde *Oppertus* participium. Terent.
*Si non tum dedero , unam præterea horam ne oppe*
Legitur tamen participium *opperitus*. Plaut. Moſ
*non otium erat, id ſum opperitus*. *f Potior* ] *Po*
qve ob eandem cauſam, qvæ allata eſt ad vocem o
*Qvartam* potiùs pertinet. Sed refertur ad *Tertiam*
*potĭtur, potĕrer*, pro *potītur, potirer*. Catul. ep. 6
*ut innuptæ poteretur flore novercæ*. Virgil. 3. Æn
*omne abrumpit Polydorum obtruncat & auro Vi pot*
Lucillius verò penultimam produxit è natura Qvar
jugat: *Deficit alma Ceres, nec plebes pane potitur*.
Nævius in Iliad. 2: *Fœcundô penetrat penitus thalam*
*titur*. Nota. 1. Ad *qvartam Conjugationem* p
qvæ in IO vel IOR exeunt, exceptîs *Primæ* : *Am*
*ſio, calcio, centurio, crucio, decutio, Emacio, faſcio, gl*
*lanio, radio, ſatio, ſaucio, ſocio, ſomnio, ſpolio, vario,* 
*rior*. Et *tertiæ* : *Capio, cupio, facio, fodio, fugio, jac*
*pario, qvatio, rapio, ſapio, ſpecio cum compoſitis, gra*
*rior*. 2. De omnibus qvatuor Conjugationibus
ſervationes tene. I. Obſervatio. Interdum v
verſa idem habent præteritum : ut, compoſita à *ſto*,
*Conſto, conſtiti : Conſiſto conſtiti*. *Exto, extiti : Exi*
*ti*. *Inſto, inſtiti : Inſiſto, inſtiti*. Sic, *Aceo, acui : Ac*
*Creſco, crevi : Cerno crevi*. *Frigeo, frixi : Frigo, fri*
*ceo, luxi, Lugeo luxi*. *Mulſeo, mulſi : Mulgeo, mulſi*.
*pavi : Paueo, pavi*. *Pendeo, pependi : Pendo, pependi*.
*fulſi : Fulcio, fulſi*. II. Obſervatio. Similiter in
verba diverſa ſupino conveniunt : ut, *Creſco, cretum*
*cretum*. *Maneo, manſum : Mando, is, manſum*. *Pa*
*ſum : Patior, paſſum*. *Pango, pactum : Paciſcor* , 
*Sto, ſtatum : Siſto, ſtatum*. *Succenſeo, ſuccenſum : Su*
*ſuccenſum*. *Teneo, tentum : Tendo, tentum*. *Verto*,
*Verro, verſum*. *Vinco, victum : Vivo victum*. III.
vatio. Verba qvædam, qvorum vox planè eadem 
diverſa ſignificatione, vel primæ ſunt conjugation

Digitized by Google

*ro,as : aggero,is. Appello,as : appello,is. Cola*
*. Compello,as : compello,is. Deligo,as: De*
*: effero,effers. Fundo, as : Fundo,is. Man-*
*Nicto,as : nicto, is. Obſero, as : obſero, is.*
*,is.* Et qvæ Qvantitate & accentu qvoqve
*lbdĭco,as : abdīco,is. Allĕgo, as : allēgo, is.*
*Dico,as : Dico,is. Indĭco, as ; Indīco, is. Le-*
*rædĭco, as : Prædīco, is. Relĕgo, as : Re-*

## *ECIE VERBORUM.*

es Verborum *duæ* ſunt :

a : ut, *Ago, Fugio.*
va † : ut, *Agito, Fugito.*

cum *S*caligero recentiores Grammatici *De-*
malunt, qvàm *Derivativa* cum aliis, inpri-
n derivent, qvàm deriventur. Conſulatur
L. cap. 123.

ata ſunt *qvadruplicia.*

tiva, Freqventativa, Deſiderati-
tiva.

*ativa* verba ſunt, qvæ rem qvi-
atam, ſed ad finem perfectio-
ndentem * ſignificant: ut, *caleſco*
*fio: frigeſco, id eſt, frigidus fio.*

ndiu res in motu verſatur & ad finem perfe-
dit, perfecta dici non poteſt. qvare non
Inchoativa verba eſſe ; qvæ rem qvidem
erfectámqve ſignificant, licèt ad perfectio-
tendentem. Neqve enim, e.g. *Caleſco, incipio*
*calere.*

*calere* duntaxat ſignificat. Carent Latini verbis,qv
tium tantùm motus exprimatur. Significat ergo
aliqvem qvidem ita jam calere,ut à calore deinceps
munis ſit ; hoc eſt , calorem qvidem cœptum & inc
notat,ſed talem , qvi motu ipſô augeatur & invaleſ
ctuſqve tandem finem acqvirat. Etenim Cicero ſcr
Brutum : *Ingraveſcit indies inteſtinum malum* : ni
monet,qvàm qvòd inteſtinum malum jam ortum in
gulos fiat gravius. Et Plinius lib. 8: *Capræ pingve*
*vileſcunt* : id eſt,ſteriles magis magisqve fiunt, qvoru
litas à pingvedine jam dudum ortum habere cœpit.
mana igitur iſtorum verborum vis exprimitur, ſi e
verbum *fio* exponantur,neqve ſola incipiendi ſignifi
tendatur. Hinc permoti ſunt nonnulli recentiore
matici & partim hæc verba, *Augmentativa*,partim E
*tiva* appellârunt. A Veteribus autem *Inchoativa* ſun
lata,qvorum ductum nos hìc ſeqvimur, eò qvòd om
ſunt in motu,ea ſint *inchoata* & imperfecta. Et qvòd
*tus* hanc habeat ſignificationem , ex ipſo Cicerone
ſtum eſt ; cujus hæc ſunt ad Lentulum verba: *Apell*
*ris caput, & ſumma pectoris politiſſimâ arte perfeci*
*qvam partem corporis inchoatam reliqvit.* Qvæ etiam
latio Scaligero placuit l.5. de C. LL. c. 123: *Non inep*
qvit,*dicta ſunt à Veteribus Inchoativa , nondum eni*
*runt ultimum ſignificatum.* De his autem *Inchoativ*
dum eſt, 1. qvòd ſi res qvàm maximè ad finem & pe
nem properare deprehendatur , adjungi his verbis
norum,monumentis ſolent particulæ,*Magis, magis*
*ac magis : qvotidiè,indies,in dies ſingulos.* Cic. ad A
*Alter ardet furore & ſcelere,nec remittit aliqvid , ſ*
*ingraveſcit.* Idem in Epiſt. ad Brutum : *Obdureſcu*
*qvotidie boni viri ad vocem tributi.* Et pro Milon:
*ille plura miſcebat , tantò hic magis indies conva*
2. Verbum *incipiendi* etiàm cum Inchoativis nonn
junctum reperies. Plin. l. 11. c. 11: *Qvum mella*
*matureſcere, abigunt fucos.* Cæſar 6. bell. Gall:

Digitized by Google

*umenta inciperent, ad bellum Ambiorigis pro*
. bell.civil: *Jámqve maturescere frumenta in-*
rgil. 1. Æneid; —*incipiunt agitata tumeſcere*
— Columel: *Tum adoleſcere incipiet* &c. I-
*ſemen grandeſcere incipiet.* Plin: *Non eſt ba-*
*anteqvam albeſcere incipiat.* Idem: *Priorem*
*entem pubeſcere und peragit.* & de oliva; *inci-*
*greſſere* &c. 3. Diſtinctionem *Nominalium*
*nchoativorum* qvia p.564,565, 566, 567 tradi-
ıc tere, ſupervacaneum duximus. Unde etiam
*oativorum Nominalium* ab antiqvis verbis,
de *præteritis Inchoativorum*, &c peti poteſt.

*qventativa* ſignificant aſſiduita-
atum,& deſinunt in CO,TO,SO
t, *vellico, id eſt frequenter vello: le-*
*ſtudiosè & frequenter lego: pulſo, id*
*nter pello: nexo, id eſt, frequenter*

vam claſſem *Derivatorum* referenda ſint deſi-
*arceſſo, capeſſo, faceſſo, inceſſo, laceſſo, peteſſo,*
ticos non ſatis convenit. Nonnulli ad *Fre-*
erunt, ſuámqve ſententiam ex Feſto probant,
*antiqvi propetere dicebant, eâ qvidem formâ*
*aceſſere, & inceſſere: ſed ut mihi videtur, tùm*
*piùs petere, ut petiſſant, ſæpiùs petant.* Conſulo
rnius c.18 p.210,211 prædicta verba *Deſidera-*
æ aſcribit, inprimis eam ob cauſam, qvòd af-
em & effectum ſimul oſtendant. Cic.l.2. Tuſc:
*um peteſſunt, nullum fugiunt laborem. Peteſ-*
ſt, *ardenter petunt.* Sic Lucret. l.3: *Et ſimilis*
*cui dedita mens eſt, Corpore cum reliqvo pu-*
*peteſſat.* Virgil.4. Georg *Haud mora, conti-*
*cepta faceſſit*, &c. Nec repugnat, ſi qvando
ivorum uſurpata reperiuntur. Qvod expen-

 dentes

Digitized by Google

dentes Diomedes & Alvarus, hæc memorata verba in ESSO *paragoga* verba eſſe docent. De qvibus ita Alvarus p. 134 diſſerit: παραγωγα, ut Diomedes ait, vocantur, *qvæ à Primitivi verbi Conjugatione & mutationem & adjectionem literarum capiunt, & nihilominùs idem ſignificant. Interdum variantur, velut laceſſo, ex eo qvod eſt* lacero, qvod Concitare ſignificat. Idem eſto judicium de faceſſo, qvando diſcedendi ſignificationem induit. Paragoga etiam ſunt *arceſſo, capeſſo, expeteſſo:* iſtud enim ſignificat accuſare: illud capere: hoc expetere. Sed verò in hoc ſententiarum divortio velut bivio conſtituti qvid conſilii capeſſemus? Tutò & convenienter Latinorum monumentis dixeris hæc verba pro re nata & aliô atqve aliô uſu nunc *Derivatorum* ſignificationem admittere, nunc verò eorum verborum naturam imitari, qvæ *Paragoga* veteribus dicta ſunt. Id qvod paucis demonſtrandum. E. g. *Laceſſo* nonnunqvam ſimplici vocis uſu *excitare* ſignificat, ut, Cic. ad App. l. 3: *Hos ego ſermones, qvod & multi ſunt, & tuam exiſtimationem, ut ego ſentio, non offendunt, laceſſivi nunqvam,* &c. id eſt, interprete Budæô, *excitavi.* Qvæ Budæi expoſitio ſi firmô ſteterit talô, *laceſſo* hôc locô, verbum *Paragogon* erit. Sic Martial: *Inde lego, Phœbùmqve cio, Muſámqve laceſſo.* Sed Columella l. 2. c. 2: *Nunqvam* (agricola) *juvencum ſtimulô laceſſat, qvod detrectantem calcitroſumqve eum reddit.* *Laceſſat* id eſt, iteratîs & continuîs ictibûs oneret & irritet. ubi aſſiduitas & freqventatio actionis notatur, qvæ docet hoc verbum *freqventativorum* naturam nonnunqvam induere. Et tralaticiô uſu: *maledictîs laceſſere, jurgiis* &c. in qvibus etiam actio freqventatur. Non interim diſſimulandum, qvòd unà cum actione freqventiore ſubinnuatur ardens qvidam agendi affectus: qvô nomine ad *Deſiderativa* ab alijs refertur. Sed probè diſtingvendum inter ipſum deſiderium agendi, & actionem qvæ cum qvadam animi voluptate, libidine & fervidô ardore cupiditatéqve jam fit. Nam deſiderium agendi futuram actionem reſpicit. qvi enim eſurit, necdum edit, ſed edere deſiderat. At verò qvi bovem ſtimulô laceſſit, & ho-

mines

Digitized by Google

ctîs, cupiditatem ſuam ipſô opere freqventat, adeóqve ipſi laceſſendi affectui actio laceſſit. Id qvod de aliis etiam freqventativis dici Qvandò Cic. de Clar. Orat. memorat: *Lectim ſtudioſè, audiviſſe etiam Demoſthenes dici*-Demoſthene eôdem rectè dixeris, qvòd cum te & animi voluptate Platonem legerit, & auim cor, ibi oculus. Nihil ergò impedit, qvò tativa non modò cum actionis freqventatiota, ſed etiam cum ejuſdem actionis præſenti nti cupiditate, & qvæ freqventer fiunt cum fieri, ipſa rei natura dictat. Judicium itaqve etur Saturnius, qvandò in hoc & conſimilintem agendi affectum conſiderans, ea ad *De*-t. qvippe cum in Deſiderativis deſiderium ctionis ſpectatur, qvæ necdum in actum perc autem verbo ſtudium præſentis actionis ignificatur, id qvod & aliis Freqventativis n dictum eſt. Sed progredimur ad excutienn vocis *capeſſo*. Hoc autem inprimis *para*-ſſe, hoc eſt, pro ſimplici capio uſurpari, è Lamentis oſtendemus. Veluti enim Cic. 7. *ma capiunt, totum forum atqve inſulam, qvæ pars, complent:* & Cæſar, *hortatur ut commuſà arma capiant:* Ita eôdem ſignificatu di-Urbe: *Volſcis qvanqvam non publicô conſiliô ma &c.* & Virgil. 3 Æneid: — *Sociis, tunc Edico*; — Et veluti Cæſar ait, qvoſdam ad *m naturâ & virium imbecillitate impediri*: ab Urb. eâdem locutione utitur. Sic Cic. 3. *conſilium de tua ſententia capere poſſemus:* lautus in Rudente 1. 3: *Nunc qvam ſpem, aut i qvid capeſſam?* Eâdem ratione *faceſſo* non eſt. Qvintil. dixit 5. Cap. 12: *Negotium inno*-Cic: *Cum eſt ad nos allatum de temeritate negotium faceſſerent*. Plin. l. 10. c. 45: *Elephanti*

*juſſa faciunt.* Virgil. 4. Æneid: *juſſa faceſſunt.* Elegans ali
eſt vocis uſus pro *diſcedo.* Cic. *Faceſſant qvi docere nihil po
ſunt qvô melius, ſapientiúſqve vivamus.* Liv. 4. ab Urb: *N
faceſſerent propere urbe, finibúſqve* &c. & l. 1: *Faceſſe hi
Tarqvinios,* &c. Et in hoc verbo cum Diomede & Alvar
facimus. De *peteſſo* idem ſentire licet. Veluti Silius L. 16 di-
xit: *gloria major petitur*: & Cic: *honores petere*: Horat: *decu
petere*: ita idem Cic. 2 Tuſcul: *Qvi hanc gloriam peteſſunt,*
&c. In verbo *inceſſo* ſubeſt actio tranſiens & videtur non-
nunqvam imitari naturam freqventativorum. Ovid. dixit:
*jactu lapidum inceſſere aliqvem.* Livius: *hoſtes inceſſere ja-
culis & ſaxis* &c. ubi fervidus ardor & iterum iterúmqve re-
petitus inceſſendi impetus ſubinnuitur. Nonnunqvam verò
extat pro *invado.* Livius: *Perfectis patris mandatis, cupido
inceſſit animos juvenum ſciſcitandi* &c. Idem: *Qva ubi di-
xit, tanta ſimul admiratio miſeratióqve viri inceſſit homi-
nes* &c. Porrò de Formatione Freqventativorum notan-
dum: qvòd ea formentur à Supino; idqve bifariam. Alia
enim mutant um in O, alia in ito. In O, ut, *tracto* à *tractu*,
*verſo* à *verſu*, *adjuto* ab *adjutu*, *voluto* à *volutu*. Sed venientia
à verbis primæ conjugationis mutant a longum in i breve:
ut, *clamito*, à *clamatu*, *cœnito* à *cœnatu*. In ito verò, ut ab
*Actum actito*, ab *baſum baſito.* Qvædam autem utróqve
modô formant freqventativa, ut à *dictum, dicto & dictito*: à
*jactum jacto & jactito*: à *ſaltum ſalto & ſaltito*: à *geſtum ge-
ſto & geſtito.* Qvædam etiam veniunt à ſecunda Perſona
Indicativi præſentis: ut, *agito ab agis*; *fugito à fugis*; *fodico
à fodis*; *qværito à qværis.* Nonnulli exiſtimant *dicto*, *tracto*,
*dormito*, *advento*, *cogito* eſſe ſolùm *qvaſi — freqventativa*,
magiſqve formationem *freqventativorum* imitari, qvàm
ſignificationem.

Huc * pertinent 1. Verba in ISSO vel IZO de-
ſinentia & græcorum more formata: ut, *Patriſſo,
Græciſſo, Atticiſſo, judaizo.*

* Etenim hæc imitationem ſignificant, qvæ freqven-
tibus actionibus conſtat.

2. Hæ

2. Huc etiam pertinent deponentia qvædam in OR, qvæ partim ſtudium & exercitationem, partim imitationem atqve habitum ſignificant: ut, *Græcor, Poëtor, Bacchor, Cornicor, Vulpinor, Pabulor, Stabulor, Frumentor, Lignor, Philoſophor, Architector.*

*III. Deſiderativa* ſeu *Meditativa* † deſinunt in URIO,* & ſignificant deſiderium, ſtudium, & voluntatem: ut, *Eſurio, id eſt, cupio edere.*

† Hæc verba *Meditativa* vocantur Saturnio aliisq; nonnullis; ſed eô vocis uſu, qvô meditari uſurpatur pro parare, moliri. Liv. lib. 40: *Fugam ad Romanos Demetrius meditabatur.* Qvod exponens idem poſt paulò inqvit: *Demetrius accuſavit, fuga per Pæoniam præparatâ.* Tacitus lib. 4: *Neqve Sejanus ita Druſum fovebat, ut non in eum ſemina futuri exitii meditaretur, id eſt,* pararet, machinaretur. Qvô ſenſu verba in rio qvidni rectè *meditativa* ſint appellata, cùm conatum qvendam, molimenqve, propenſionemqve, apparatumqve ſignificent. Nigidius, *Nixurit*, qvi niti vult, & in conatu ſæpius aliqvâ re propellitur. Cic. pro L. Murena: *Ego togatus verbis adjutoribus, hoc qvod conceptum reſpublica periculum parturit, conſiliô diſcutiam, & comprimam.* parturit, id eſt, nititur, adornat, vel in proximo eſt ut pariat. Vide Saturn. lib. 4. c. 19: * *Deſiderativa* qvidem in urio deſinunt, qvæ tamen terminatio non evincit omnia in urio deſinentia eſſe deſiderativa, niſi ſignificatio accedat. e. g. *Scaturio, ligurio, abligurio, obligurio*, deſiderativorum cenſui accenſeri non poſſunt, idqve duplici nomine, primùm qvia ſignificatione *deſiderativorum* carent: neqve enim ſtudium vel deſiderium ſignificant. Deinde qvia u literam producunt qvam genuina *deſiderativa* corripiunt. Prudentius: *Petra Dei juſſu potum largita ſcaturit.* Horat. l. ſerm. ſat. 3:

*Tractavit calicem manibûs dum furta ligurit.* Huc referu[nt] Gieſſenſes pag. 229. verbum *ſcalpurio* : qvod extat ap[ud] Plaut. Aul. 3. 4: *Ubi erat hæc defoſſa, occœpit ibi ſcalpuri[re] ungulis — Circum circa.* Sic legit Non. Marcellus. ali[i] autem, notante Taubmannô, *ſcalpturrire.* Saturnius & Calepinus *ſcalpturire.* Porrò huc refert Schmidius Gram. pag. 132: *prurio, cucurio*, vel ut Voſſius ait, *cucurrio:* qvod verbum natum eſt à ſono Galli gallinacei, ut cognoſcere eſt ex autore Philomelæ, in qvo extat: *Cucurrire ſolet Gallus, gallina gracillat; Pupillat pavo, trinſat hirundo vaga.* 2. Nota, qvòd omnia *Meditativa* literam u corripiant, adeò ut *Meditativa* non ſint, qvæ eam productam habent, qvod optimè obſervavit Verrepæus. Qvare media corripienda erit, & dicendum, *esŭrio, esŭris, esŭrit.* Horat: *Suſtulit esŭriens minùs hoc jucundus amici.* Juvenal: *Esŭrit intactam Paridi niſi vendat Agaven.* Sic *Partŭris* apud Flaccum. *Cœnatŭris* apud Martial. lib. 11. Epigram. *Mictŭris* apud juvenal: *Noctibus hic ponunt lecticas mictŭriunt hic.* 3. Nota, qvòd nonnulla *Deſiderativa* autores à nominibus finxerint. Sic Cicero Syllaturio Romanâ civitate donavit. Ad Attic. libr. 9: *Sed medius fidius turpe nobis puto eſſe de fuga cogitare. Hoc turpe Cn. noſter biennio ante cogitavit, ita ſyllatŭrit animus ejus & proſcriptŭrit jam diu.* Saturnius exponit c. 19. p. 212. lib. 4: *Syllam deſiderat & proſcriptionem cupit.* Sed hanc expoſitionem carpit Lancilotus, lib. 6 c. 28. p. 145: *Aliqvi*, inqvit, *deſiderium heic ſignificari opinati ſunt, ſed vera intuenti ſecus eſt. Syllaturit*, id eſt, ad Syllæ mores animum exercet, & ſe in proſcribendo exercet more Syllæ, vel ut Sylla faciebat in Marium. Sylla dictus eſt Syllanus latinâ enunciatione: qvam etiam expreſſit Cicero ad Attic. 8. dum inqvit: *Genus illud Syllani regni appetitur.* Et libr. 10. ad eundem: *non fuiſſet & illa nox tam acerba Affricano ſapientiſſimo viro, non tam dirus ille dies Syllanus, callidiſſimo viro C. Mario, ſi nihil utrúmqve eorum fefelliſſet.* Ita Nizolius, Edit. Carol. Steph. aliiqve per y ſcribunt, licet non ignoremus Lancilotum per U ſignâſſe, *Sulla, ſullaturit* &c. Prior tamen Ortho-

graph;

tenet. Sic alii *adoleſcenturire effinxere*. La-
*adoleſcenturire, & neſcio qvid nugarum face-*
c.2: *Qvi jam ſunt in ſuprema parte pueritiæ*
*re incipiunt aut adulti.* 4. Nota: De præ-
ivorum egimus ſuô locô.

## *minutiva* (*a*) deſinunt in ILLO cant deminutionem Primitivi:

*s Diminuta* mavuſt appellare, qvàm *demi-*
cutus eſt Qvintil. lib. 1. c. 5: qvi etiam no-
, non autem *diminutivum* vocat. Nos au-
tam appellationem retinuimus, & appella-
è doctrina nominum *deminutivorum* ſupe-
. 408, 409, petendam eſſe præmonemus.
omnes ſine controverſia dicunt in ILLO
Unde Scaliger dicit, Deminutiva non eſſe
neminem dubitare in LO deſinentia eſſe *de-*
a, *Sorbillo, Conſcribillo*, &c. Et ne dubites de
cis autoritate, in lepidiſſimo Poëta Catullo
*e mollicellas inuſta turpiter tibi flagella con-*
(interprete Saturniô p. 214) parvis minutiſ-
anus inſigniant. *Sorbillo* autem idem inter-
latim ſorbeo & parva per intervalla minu-
ducit illud Terent. in Adelph: *Et cyathos*
*im hunc producam diem.* Obſerva 1. qvòd
ucantur à præſenti O vel EO in ILLO muta-
*ſorbeo.* 2. Deminutiva ſunt primæ conju-
*billo, ſorbillare.* 3. Pauca admodum ſunt
entuqve rariſſima. Nam *refocillo* formam
eminutivam, ſed à ſignificatione jam pridem
deſunt, qvi in hanc familiam aſcribunt qvæ-
deſinentia, obtendentes inprimis ſignifica-
eminutivorum ſignificatione non longè abi-
*Albico, Candico, Nigrico* interpretantur *pa-*
*candeo* &c. Alii verò thematis ſenſu hic



Digitized by Google

accipiunt, adeo ut *albico* idem eſſet qvod *albeo*. Nec omnin fallit hæc opinio. Etenim veluti Virgil. cecinit. lib. 12. Æn — *recalent noſtrô Tyberina fluenta ſangvine adhuc, campi ingentes oſſibus albent*. Ita Horat. lib. 1 Carm. Od. 4: *Ne prata canis albicant pruinis*. Ut nihil jam dicamus, qvòd *albico* deminutivi expreſſum ſenſum admittat, qvando cum *ſub* componatur, dicatúrqve *ſubalbico*, id eſt, aliqvantulum album eſſe. Varro 3. de re Ruſt. c. 9: *Palea rubra ſubalbicans* &c. Sed qvamvis largiri liceret, *albico, candico*, &c. imperfectiorem albedinem & candorem ſubinnuere aliqvando, ut Plin. lib 27. c. 58 *Mutat colorem ſed ex nigro albicare incipit & intumeſcit*. Idem lib. 12. c. 13: *Candicans è rufo amomum*: Hôc tamen non evincitur, ut prorſus *deminutivorum* vim exprimant, qvæ 1. hoc habent ſibi familiare, ut actionis tranſeuntis ſignificationem admittant. 2. ut talem deminutionem ſignificent, qvæ cum qvadam iteratione & freqventatione conjuncta ſit. E. g. qvando Terent. dicit: *cyathos ſorbillans, paulatim hunc producam diem*: 1. Structuram verbi tranſitivi tribuit τῷ *Sorbillo*. 2. Subinnuit ſorbillantem non modò pauxillùm liqvoris è cyathis ſorbuiſſe, ſed etiam eundem ſæpius & iteratîs vicibûs labra cyathis admoviſſe, ut ſic temporis tædium obrepens paulatim falleret & moram diei. Hæc duo, ut nihil jam de terminatione dicam, ubi in verbis *albito, candito, nigrico* repereris: tutò ad *deminutiva* eadem retuleris. Sunt autem nonnulli, qvi hæc verba *Apparitiva* dicere malint, qvòd tantùm apparentiam qvandam oſtendant. De *dormito* verò Saturnii. l. 4. c. 17. p. 210. hæc eſt ſententia, qvòd pro *deſiderativo* uſurpari dicat. Plaut. in Amph: qvid *poſtqvam cœnavimus? te dormitare ajebas, cubitum imus*. *Dormitare* pro *dormiturire*. Scaliger de cauſis ling. lat. lib. 5. c. 123: *ait*, *dormito non eſt freqventer dormio: cujus ſignificati cauſa eſt, qvod qvi leviter dormit, repetit ſomnum intereeptum aut interruptum*. ubi videtur dormito ex nonnullorum ſententia exponere pro leviter dormio, qvâ acceptâ expoſitione, velut albico, candico &c. referendum eſſet ad *deminutiva*. Qvòd ſi verò hæc ſit Scali-

geri

minùs,ei aut,Saturnio prorſus aſſentiri poſſi-
aur evidenti Ciceronis locô lib.1. de Divinat:
qvearctè & graviter dormitare cepiſſe. ubi
leviter dormitare ſine contradictionis vitio
Qvicqvid ſit,dormito propriè huc non ſpe-
n iſtud deminutivorum momentum attende-
injecta eſt mentio. Nec deſunt, ait Saturn.
*nic generi agglutinent* & *pitiſſo : qvod eſt,non
o, ſed qvaſi tentandi cauſâ paululum vini gu-*
Terent. in Heaut: *Pitiſſando modò mihi qvid*
Hæc ille. Porrò de *Satullo* à *ſaturo* judicent
uc pertineat. Eo,teſte Noniô Marcellô, u-
ἐπὶ αἰρέσεων : *Neqve in pulvere mythico co-
ibus ſatullem corpora,ac famem ventris.*

# *DE FIGURA.*

*a* verborum eſt duplex: †
,ut *Ambulo.*
ſita,ut *Deambulo.*

mmaticorum aliqvi triplicem eſſe malunt, &
n,*Decompoſitam figuram* addunt. Verùm hac
*s* non eſt; niſi qvis etiam à derivatis orta,ut à
ntito, vel cantillo &c. *dederivata* appellan-
luti itaqve orta à derivatis *derivatorum* no-
m ſeqvuntur: Pari ratione, qvæ compoſit.o-
, *Compoſita* dici & eſſe, rectè pronunciamus.
ba componuntur 1. Cum nominibus;ut,*Ædi-*
2. Cum aliis verbis; ut, *Patefacio, calefacio.*
biis. v. g. *Benè; benefacio,benedico. Male:ma-
co. Intro: introduco,introëo. Non: nolo, ex
s:malo,ex magis volo. Satis: ſatiudo, ſatisfa-
pio,&c.* 4. Cum præpoſitionibus: ut, *Ad-
contradico,percipio,abeo, defero, excello, di-
,&c.* 5. Et deniqve qvædam ex aliis etiam

orationis partibus conſtant: ut, *Pernocto*, à *per* & *n*...
tur Sch. Gr. p. 133, 134. II. Interdum autem mut...
poſita genus, aut compoſitionem ſimplicis. Genus
*cro, execror*; *ſentio, aſſentior*; *verto, divertor, revert*...
jugationem verò; *facere*, *magnificare*. Sic compo...
ut, *addo*, *reddo*, &c. De compoſitis à *cubo* dixim...
Sunt & qvæ genus & conjugationem ſimul mutant
*cio, gratificor, Ludificor, velificor*; *Fero, vociferor*; G...
*rigeror*; *Sedeo, inſidior*; *Specio, conſpicor*, *ſuſpicor*;
*aſpernor*; *Sterno, Conſternor, ari*. Aliàs compoſita
mùm retinent genus & conjugationem ſimplicium
*mo, deamo*; *Doceo*, *edoceo*; *Lego*, *perlego*; *Audio*, ...
*Curro, incurro*; *Sto, aſto*; *Seqvor, proſeqvor*; *Sector*, ...
III. Qvædam compoſitorum ſimplicia non extant
ſunt ſeqventia: *Cando*, à qvo *incendo, ſuccendo*. *Ce*...
*percello, antecello, excello*. *Duo*, à qvo *induo*. *Fligo*...
*affligo*, *infligo*, *profligo*. *Fragor*, à qvo *refragor*, ...
*Gruo* à qvo *congruo, ingruo*. *Lacio*, à qvo *allicio, el*...
*cio, pellicio*. *Leo*, à qvo *deleo*. *Pleo*, à qvo *impleo*...
*compleo, expleo*. *Specio*, à qvo *aſpicio*, *reſpicio*, *inſp*...
*ſpicio, deſpicio, ſuſpicio, perſpicio, proſpicio*, &c. IV. ...
tione vocalium non modò in verbis, ſed & in aliis
partibus, ſuprà actum, pag. 19, 20, 21. ubi conferen...
rus p. 217, qvi exemplîs illa illuſtrat.

# *DE VERBIS ANOMAL*...

ANomala ſunt qvæ à communi r...
conjugandi † deflectunt.

Suntqve vel *Variantia*, vel *Defectiv*...
*Abundantia*.

† *Qvatuor* conjugationum exempla ſunt ...
lex qvædam atqve norma, ad qvam aliorum verbo...
jugatio dirigenda eſt. Qvod ſi aliqva ab eorum reg...
raverint, *Anomala* cenſenda ſunt, hoc eſt, verba ...

Digitized by Google

gula, ſive legis, normæ, regulæqve expertia.
ant qvidam, qvod alii malunt *diſſimilia*, aut
lare. nam ipſa *anomalia* à Varrone *diſſimili-
itas* dicitur, & ipſa *anomala* ſæpenumerò
nat. Diomedes *corrupta* appellat. Donatus
*ia*: meminit etiam horum Qvintilian. libr. I.
vit, *qvod multa verba non totum declinatio-
nt? Qvadam etiam mutantur, ut, Fero in*
fer Alv. pag. 92.

# RBIS VARIANTIBUS.

## *Variantia* variant.

## I.

## Conjugationem:

## : *Sum*, [*a*] *Volo*, [*b*] *Nolo*, [*c*] *Malo*, *Eo*, [*f*] *Qveo*, [*g*] *Edo*, [*h*] *Fio*. [*i*]

Hoc verbum *anomalorum* primas meritò te-
rqvam, qvòd nulli qvatuor paradigmatum
oc habet peculiare, qvòd ſyllabâ um finiatur,
verba. Conjugandi autem ratio inprimis
on ex uno, ſed ex tribus Eſum, Fuo, & Fo-
am habet. Ex *primo* habet præſens, & qvæ
Priſci enim *Eſum* pro *ſum* dicebant, ut dó-
tempora, qvorum prima litera eſt E, ut, Es,
Ero, &c. Varro 2 de analogia, *Sum*, inqvit,
*Eſum, & in omnibus perſonis conſtabat, qvod
es, eſt, Eram, eras, erat, Ero, eris, erit.* Hinc
*nt* pro ſunt videntur dixiſſe, unde Cic. 3. de
*duellum gravius, diſcordia civium eſtunto ne
ſes, ſi ſenatus creverit.* Ex *ſecundo* accepit
& qvæ inde fiunt, & Participium *Futurus*:
die hujus verbi veſtigia. Plaut. Amph: *Nec
dax fuat homo, qvi obviam obſiſtat mihi.* Te-
*fuat.* Virgil. lib. II: *Tros Rutilúsve fuat, nul-
lo diſ-*

Digitized by Google

*lo diſcrimine habebo.* *Fore* eſt à *forem, fores, fore*
*eſſem* ſignificat. Sed ipſum *Fore* ferè idem qvod *f*
*ſe* valet, interdum tamen pro *eſſe*, ut *Forem* pro
tur. Cic. 1. de Invent: *Altera eſt, in qva rerum ea*
*bus erimus dicturi, breviter expoſitio ponitur diſ*
*qva conficitur, ut certas animo res teneat auditor*
*ctis intelligat fore peroratum.* Vide ſuprà al
nia, qvibus idem confirmatum animadvertes pag
Qvod ſi verò *Fore* participiis in Rus aut Dus a
Latina & pervenuſta erit dicendi figura, qvam pr
ptorum autoritas, confirmat. Cic. ad Attic. lib.
*addis, ſi qvid ſecus, te ad me fore venturum.* Id
*Qvaſi divinarem fore mihi aliqvando expetendu*
*tuum.* Qvid *fore expetendum*, nonne vel expet
vel expetitum iri, interpretandum eſt? ſed & Por
qvem Seneca & Plinius ſummum fuiſſe oratorem
actione declamatoriâ in Catilinam audiendus e
ait, *de domo Cornelia prodituram fore: & videba*
*tem nunqvam in eum locum perventuram fore:*
*vim univerſam flagitioſæ juventutis hodierno ſup*
*conficiendum fore.* Porrò de *compoſitis* verbi ſu
1. Compoſita verbi ſum non tantùm Gerundiis
carent, ſed & præſente participii, exceptîs duobu
*Adſum.* Inde enim ſunt *Abſens* & *præſens.* *Poſſ*
*Potis* & *ſum*, compóſitum eſt, T originale retin
vocali: ut, *Potes, poteſt, poteſtis, Poteram, Potui*
*Potero, Potuerim, Potuiſſem, Potuero.* Sed illud t
qvoties ſ ſeqvitur: ut, *Poſſum, poſſumus, poſſunt,*
*ſem, poſſe.* *Proſum*, ſeqvente vocali D interponit
*prodeſt, proderam, prodeſſe.* Sunt præterea nonn
næ, aut tempora parum uſitata: ut, *infui, infuiſt*
qvæ autoritate & uſu roboranda veniunt. 2 L
Priſcianus proprium præſens & futurum Impe
*Poſſum* tribuunt, neutrum tamen videtur uſitatu
qvis velit Imperativo uti, eâ ratione utatur liceb
tinus Pſeudolus uſus eſt in Pſeud. C. *Non poſſu*

Digitized by Google

*poſſis. C. qvónam pactó poſſim vincere animum? Fac poſſis*, dixit, pro *potes*, aut *poteſto*, qvæ nuſqvam videatur eſſe. Diomedes tamen non auſus eſt *Potes dicere*, ſed *poſſis*. Diximus ſuprà cùm de Imperativo ageremus, ſolere Latinos interdum *Præſenti conjunctivi, locó imperativi uti*: ut, *Facias, accipias, qvieſcas, ſis*, pro *fac, accipe, qvieſce, es*, vel *eſto*. vid. ſuprà p. 482: Interdum etiam adjungunt verbum *Fac*, aut *Rogo*, aut ſimilia: ut, *Fac ſis memor promiſſi, fac cogites, fac conſolere*, &c. Si qvando ergo verbum aliqvod Imperativi vocé propria deſtituatur, ad præſens conjunctivi confugiendum erit, cui nonnunqvam addemus aliud verbum: ut; *da operam, labora ut poſſis; rogo te ut poſſis*. Nam ſi qvis neget ſe poſſe aliqvid facere, atqvé imperes hôc modô, *Poſſis*, non tam apertè ſignificabis te jubere, qvàm ſi verbum *fac* vel *labora* addideris. *Poteſſe*, prò *poſſe* reperitur apud Plaut. Aul: *Cenſen' talentum magnum exorari poteſſe Ab iſto ſene?* 3. *Potens* participium eſſe putat Diomedes, ubi hoc verbum conjugat; ſed ſtatim ſubjicit, Participia qvidem dicunt ne inſtantis qvidem temporis habere: nam *potens* nomen eſt. Idem alibi affirmat *Poſſum* neqve Futuri, neqve Præſentis temporis Participium habere: *Potens*, inqvit, *appellatio*, non *Participium*; eſt enim qvod Græci dicunt δυνατὸς. Duo enim tantùm compoſita ſunt participia ex verbo ſum, de qvibus ſupra dictum eſt. 4. Priſci ſcriptores non ſolùm activa, ſed etiam paſſiva conjugatione uſu ſunt, *Poteſtur, poteratur, poſſetur, poſſitur*, pro, *poteſt, poterat, poteſt, poſſit*, uſurpantes. Lucret. libr. 3: *Qvod tamen expleri nullâ ratione poteſtur*: Qvadrig. Ann. 1: *Cum non poſſetur decerni utrius putaretur victoria*. Cælius Ann. 1: *Cum jure ſine periculo bellum geri poteratur*. Vide Nonium & Diomedem. Qvidam illud Virgil. lib. 8: *Qvod fieri ferrô, liqvidóve poteſt electro*. Legunt *poteſtur electrô*: qvam lectionem & ſuprà nos expreſſimus p. 272: Sed cum Electrum primam habeat longam naturâ ἤλεκτρον, non Poteſtur, ſed poteſt legendum putant: ut ſit ſpondaicus verſus. De hiſce monet Saturnius, qvod nón per omnia ſint approbanda & amplectenda, non qvód teſti-

monium

monium veterum deſtituantur, ut qvæ nobiliſſimo
ptorum autoritate probentur; ſed qvòd vetuſta
priſca, antiqvitati, ut prærancida, jam ſint renunci
vendum eſt enim, ſvadente Phavorinô Philoſophô,
præteritîs, loqvendum verbîs præſentibûs. *b*
hoc verbo ſeqventia obſerva. 1. *Volo* per ſyncope
*lis*, *volit*, *volitis*, habet *vis*, *vult*, *vultis*, vel, ut antiqvi
*voltis*. Ac ſimilis ſyncope eſt in pleriſqve aliis ten
Phocas monet, *volo* deficere Imperativô, Infiniti
gerundiîs, & Participiô in Rus. 2. Futuro Indi
*lam* utitur Cicero ad Attic. lib. 2. extremâ epiſt:
*qvem apud te laudare tuorum familiarium*, *volam i*
*ex te me id feciſſe*. Senec. lib. 5. Contr: *Qvoties vide*
*in domum veniam*: *qvoties volam*, *in domum adduc*
*lam* pro *velim*, ut docet Nonius, ſolet poni. Plaut.
*modo loqvar qva volam*, *qvoniam intus non licitum*
Alv. 97. Ramus ait, pro *volam*, *velim* autoritas non i
biliter tradidit dicere, ut *volim* tamen pro *velim*
bant antiqvi. Cic. libr. 2. de Nat. Deor: *Qvo facili*
*docere volimus intelligi poſſit*. 3. Diomedes jub
perativo ſic inflectere, *fac velis*, *fac velit*, &c. Sed
*lit* ſunt ſubjunctivi. In Donati libello reperias
ſed deficit claſſici ſcriptoris autoritas. C. 1: *Nol*
ex verbo *volo* compoſita ſunt, qvaſi *non volo*, *magis*
Cic. in Orat. docet; *Libenter etiam*, inqvit, *copula*
*jungebant*, *ut ſodes*, *pro ſi audes*, *ſis pro ſi vis*. *jam in*
*tria verba ſunt*; *ain' pro aiſne*: *neqvire pro non qvi*
*pro magis velle*: *nolle pro non velle*. 2. Ex *Nolo*, inqvi
des, *vulgo faciunt Imperativum*. *Noli*: *melius eſt d*
*lis*, *nolit*, *qvod ex principali ejus velis*, *velit*, *diſcimu*
*Velis tantummodo*: *qva tua virtus*, *Expugnabis*.
Mirum eſt id in mentem Diomedi veniſſe, cum *No*
crebra ſint etiam apud Ciceronem. De Clar: *Noli*
*Brute exiſtimare his diebus qvicqvam fuiſſe in noſtr*
*praſtantius*. Idem pro Sext. R. Am: *Nolite putare*
*modum in fabulis* &c. Hic pro *Nolimus*, malunt di

Digitized by Google

Marcus docet *Nolite* pro *Noli* poſitum eſſe:
*Nolito, tibi me maledicere poſſe, putare.* Et
*te* à Siſenna hiſt. lib. 3: *Nolitote mirari qvòd*
*te*, &c. Ubi apertè ſignificat præſens Impe-
ſdem differre. 3. Invenitur & *nollis*, a-
Diomed. lib. 1: *Vultis empta eſt, noltis non*
*Malam* prima perſona futuri Indicativi non
ceteræ etiam rarò reperiuntur: ſi qvis eas
uret adjungendas, maximè has, *Males, ma-*
, & non malet, Qvintilianus dixit: Cujus
*Ne qve enim jam Calypſonem dixerim, ut ju-*
*ſecutus antiqvos C. Cæſar utitur hac ra-*
*ſed autoritatem conſvetudo ſuperavit. In*
*at utrôqve modô non indecenter efferri, qvi*
*ſeqvi malit, non Latinè qvidem, ſed citra re-*
*itur.* Hæc ille. Plaut: *Mavolo, mavellem, ma-*
: Aſin: *Amari mavolo mi gnate abs te.* Idem
*ſtuc mavellem me, qvam mihi memorarier.*
*um ego me mavellem letbô malô:* qvàm non
insidias ſeni. *e Fero*] Hoc verbum
lis temporibus ſyncopen patitur; ut, *fers,*
*s, ferit, feritis.* Præteritum perfectum *Tu-*
ut Grammatici loqvuntur, *pluſqvamperfe-*
n à *Fero* ſed à *Tollo*, qvod olim *tetuli*, nunc
Tulo, ut putat Priſcianus lib. 10. deducitur.
d vocem Tollo p. 592, 593. *f Eo*] 1. Com-
ius qvidem in Futuro habent *ibo*: ut, *tran-*
andóqve tamen & per *iam* efferuntur: ut
contra Rullum: *Inietur ratio*, pro *inibitur.*
ἀναλόγως, ut *audio.* Niſi qvod Livius
pro *ambiebam. Circumeo* interdum amit-
us *circumis* vel *circuis*, *circumit*, vel *cir-*
*circuire.* 2. Compoſita ex *Eo*, qvæ acti-
icationem, formant ex ſe paſsiva in *OR*,
mplicis: ut, *adeor, ambior, ineor, obeor,*
on itim qvæ ſignificationem eam non ha-
bent:

Digitized by Google

bent: ut, *pereo, intereo*, & alia. Claudianus tamen di *teritis multis*, hoc eſt, *occiſis*. 3. Diximus contra ſimplicis: nam COR in paſsiva voce ſolâ tertiâ perſ jugatur. Indicat. Præſens, *itur*. Virg: *Itur in antiq ſam*. Imperf. *Ibatur*. Cic. ad Q. Fr. lib. 2: *Ibatu ſententiam*. Perfect. itum eſt vel fuit. Saluſt: *Tum audacia obviam itum eſt*. Futur. *Ibitur*. Plaut. in Subjunct. Præſens. *Eatur*. Senecâ in Med. Imperf. Seneca in Med. Imperf. *Iretur*. Papinium *judice priuſqvam ad eum iretur*. Perfect. *itum ſit vel fuerit* qvamperf. *Itum eſſet vel fuiſſet*. Futur. *Itum erit ve* Infinit. Præſ. *Iri*. Tacit. lib. 1: *Iri in caſtra placuit*. *Itum eſſe vel fuiſſe*. Cic. *Ante non eſſe itum obviam* *Qveo* & *Neqveo* inflectuntur, ut *Eo*, niſi qvòd ea cave perativo, Gerundiis & Participio præſenti. Horat. Satyr. 7: *Liber ſum, dic age, non qvis*. Id eſt, *neqvis, n* Lucret. libr. 3: *Mobilitate mali non qvit ſentire d* Salluſt. 1. Hiſt: *Neqve ſe recipere aut inſtruere praliô* Lucret. lib. 5: *Diſperiiſſe, neqve in fructum converte* Et Paſſivè uſurpatur apud Lucretium lib. 1: *Dum ve lia, ac ſuppleri ſumma qveatur*. Cic. de Amicit: *Cuj aures clauſæ veritati ſunt ut ab amico verum audir ant, hujus ſalus deſperanda eſt*. Idem ad Trebat: *Qvi ſapiens prodeſſe neqvit, ne qvicqvam ſapit*. Ubi tame teri codice legitur, *non qvit*. Liv: *Signum, omni vi ſignifero, neqvire convelli*. Plaut. Menæch: *Interi qvin ejus aliqvid indutus ſies*. Plaut. in Satyr: *Ret qvitur, qvo progreſſa eſt ſemel*. Nonnunqvam pro *ne* ſtinctîs vocibûs dicitur *non qveo*. Plaut. in Aſin: *N durare*. Cicero de amicit: *Sine lacrymis non qveo di* de ſuprà verba Qvartæ Conjugationis, qvorum ſc *qveo* & *neqveo* plura Latinorum teſtimonia aſcripta i ſed inprimis ea, qvibûs Præteritum & Supinum con tur. *b* *Edo*] *Es* pro *ede* dixit Plaut. in Milit: *Es, bi mo obſeqvere mecum*. Cato de re Ruſt. cap. 156: *Bra qvæ omnibus oleribus antiſtât: eam eſto vel coctam*,

Digitized by Google

ꝯte cœnam eſto crudam qvantùm voles ex ace-
—eſt mollis flamma medullas. Idem 1. Georg:
ſtis labor additus, ut mala culmos Eſſet rubigo.
4.c.3: Si Dionyſio adulari velles, iſta non eſ-
t, ſi tu iſta eſſe velles, Dionyſio non adulareris.
: Qvem cum Catulus nuper audiſſet, fœnum
oportere. Idem de Nat Deorum Mergi pul-
t, ut biberent, qvoniam eſſe nollent. Plin. lib. 20.
a loqvens, Et in Ægypto propter amaritudi-
bibitur. Idem Moſtel: Sine modo venire
comes abſentem. Idem, ibid: Tam faci-
m pyrum vulpes comeſt. Sic: Qvi ſemper
ſtq; mentem. Cato, de re Ruſt. c. 156: Ubi
ſto aliqva qvinqve folia. Cic. pro Seſt: Uſqve
ularis, ut bona ſua comeſſet. Idem pro Flac:
eſſe Romæ non liceret. Idem 3. Tuſc: Exeſt,
egritudine loqvens dixit: Lacerat, exeſt ani-
conficit. i Fio] Voces Imperativi pro-
ntur eſſe uſitatæ. Fite tamen affert Nonius
s. Caſſius lib. 16 Iliados: Socii nunc ſite viri.
te, Fito, Fitote conjugat: Sed potius Indicat.
t Fietis fient, uti licet. Nam hoc futurum et-
habet, ut ſuô locô diximus. Fiunto legislato-
accommodatum. Gerundia, Fiendi, Fiendo,
livinare licet, ubi Diomedes invenerit. Partici-
em adjungit, qvo tu licet utare, cum apud pro-
legeris. Fiendus, a, um, nec ipſe poſuit, nec
um. Qvod autem legitur apud Plin. lib. 29:
remari poſſit, minutim fienda eſt: locus corru-
ve ex codice antiqvo reſtituendum, findenda
a fio nullum habet Participium.

## II.

## nt genus Neutralia paſſiva.

libus paſſivis, qvæ Genus variant, diximus ſu-



Digitized by Google

## III.

## Variant Præteritum Neutro paſſiva.

Etiam de Neutro-paſsivis ſuperius actum eſt, pag 459,460

## IV.

Variant Imperativum *qvatuor* verba *Dico*, † *Duco*, *Facio*, *Fero*, qvæ habent in Imperativo, *Dic*, *Duc*, *Fac*, *Fer*, per Apocopen. Sic compoſita, *edic*, *educ*, *reduc*, *benefac*, *perfer*, &c. Sed illa compoſita verbi *Facio* * E retinent, qvæ in Præſenti A in I mutant: ut, *Efficio*, *Perficio*, *Reficio*, *Effice*, *Perfice*, *Refice*, &c.

† *Dice*, *Duce* apud Comicos reperiuntur. Plaut. Rud: *Tu ſi qvid opus eſt, dice.* Idem Moſtel: — *duce me amabo* Terent. Phorm: *Abi Phædria eum reqvirere, atqve adduce huc* Apud Virgilium antiqvitatis amantem, *Edice* pro *edic* legitur, lib. 11: *Tu Voluſe armari Volſcorum edice maniplis.* *Face* freqvens eſt apud Terent. And: — *me miſſum face*; In eadem — *tu face apud te ut ſis.* Idem apud Poëtas alios ſeqvente vocali. Ovid. 3. Faſt: *Jane face æternos pacem, pacisq; miniſtros.* Idem 2. de Ponto: *Verba face, ut vitâ, qvam dedit ipſe fruar.* * *Facio* apud priſcos habuit Præſens paſſivum, *Facior*, *faceris*, *facitur*. Nigidius apud Nonium commentatione gram. lib. 19: *Id qvod dico eſt ejuſmodi* ποιεῖ *facit*, ποιεῖται *facitur.* Titinnius lib. 5: *Qvanta ſtultitia cupidinis petunt conſilium, bona gratia, ut parvi faciatur.* Varro in Cynico apud Priſcianum lib. 8: *Si me herculi purgant, & Deorum cura non ſatisfacitur reip.* Sed *Facior* jam prorſus exolevit, in cujus locum ſucceſſit verbum *Fio*.

## *DE VERBIS DEFECTIVIS.*

Verba *Defectiva* ſunt, qvæ modis, tempo-

tribus,

Digitized by Google

ut Perſonis certis deſtituuntur:
, *odi*, *novi*, † *cœpi*, * *ajo*, *in-*
*,faxo,forem,cedo,deſit,qvæſo,da-*
*ge,ſalve,ave,vale,ovat.*

*memini*, [*a*] *novi*, *odi*, [*b*] *cœpi*, tan-
terito & temporibus à præterito
gantur; ſed *Præſentis* ſimul, &
gnificationem habent.

Etſi *Novi* à *noſco* ortum ducat: qvia tamen
riti, etiam præſentis ſignificationem admittit,
* *Cœpi*] Veteres & aliis temporibus uſi
næchi: *Neqve pugnas velitis cœpio.* Cato: *Cœ-*
*verba loqvi.* Plaut. Trucul. 5: —*ubi nihil ha-*
*lum cœpiat.* *a* *Memini*] Reliqva tantùm ha-
ra, qvæ à præſenti formantur, exceptis iiſtem-
odò ſunt notata: ſed *memini* habet ſecundã
rativi utriúſqve numeri, *memento, mementote.*
*eris, Noveris*, cum ponantur etiam pro præſen-
ſupplent præſens *imperativi.* Qvod ſi qvis ea
*nperativi* ſpectare dixerit, non ei repugnabi-
ra, pag. 489. *b* *Odi*] *Odi* participium ha-
*rus.* Gell. lib. 4. c. 8: *Oſusq́ eum morum cauſa*
1. c. 8: *Hæc, inqvit, fini ames, tanqvam fortè*
Utrúnqve tamen parum uſitatum eſt. Com-
*peroſus*, paſſim occurrunt. Virgil: —*Trojanos*
*n.* Stat: *Exoſus hoſtes.* Ovid: — *Rex arma*
in Tyber: *Populo Romano peroſi.* Liv: *Plebs no-*
*oſa.* Colum 9. c. 5: *Segnitiem peroſa.* Gell. li. 2.
*s exoſos*, pro *invïſos.*

O *Qvartæ* Conjugationis.
Indicativus Præſens.

Ss 2 S. *Ajo,*

Digitized by Google

S. *Ajo, ais, ait* [b]

P. *Ajunt.*

## Imperfectum. [c]

S. *Ajebam, ajebas, ajebat.*

P. *Ajebamus,* [d] *ajebatis,* [e] *ajeban*

## Imperativus præſens.

S. *Ai* antiqvè.

## Conjunctivus Præſens.

S. *Ajas,* [f] *ajat.* [g]

P. *Ajamus,* [h] *ajant.*

## Participium Præſens.

S. *Ajens.* [i]

*a* *Ajo*] Verbum ajo, cujus conjugatio in u
qventi non eſt, *qvartæ* conjugationis eſſe oſtenditur
perativo in i terminante. Sic enim Probus de dubio
cto tractans oſtendit Nævium protuliſſe, *An nata eſt*
*pregnans, vel ai, vel nega.* Id qvod & Priſcianus citat l
perfecto 4 Conjug. Accius in jone, *Qvibusnam te aib*
*tum locis, pro* ajebant, qvod in hac conjugatione fier
*b* *Ait*] Virgil. lib. 1. Æneid: *Sic ait & dicto citius*
*da aeqvora placat.* *c* Nota.] Phocas ait verbum aj
ſens & imperfectum habere. Probus etiam Præterit
aiſti, ait, ei tribuit. Cum qvo faciunt recentiores n
Grammatici, ſed Alvarus & Friſchlinus hoc tempus p
eunt, teſtimoniis veterum deſtituti. A qvibus etia
ſtamus, donec nova ex autoribus probatis acceſſerit
tas. Rhenius tamen pag. 244. affert ex Tertullian
*omnes ajerunt.* *d* *Ajebamus*] Hanc primam pe
pluralem Alvarus excludit claſſicâ autoritate deſt
*e* *Ajebatis.*] Plaut. in captiv. *ita vos ajebatis.* *f*
Gell. lib. 6: *Sive ajas, ſive neges, hærebis in captione.* *g*

Digitized by Google

Cic. de Finib: *Qvaſi ego id curem, qvod ille ajat, aut neget.* *b* *Ajamus*] Priſcianus *ajamus* probat libr. 1. de conſtructione. *i* *Ajens*] Cic. in Top. *Negantia ajentibus contraria.* Plura inveniet, qvi veterum ſcripta diligentere volverit.

## INQVAM Tertiæ Conjugationis.

### Indicativus Præſens.

S. *Inqvam,*[*a*] *inqvis, inqvit,*
P. *Inqvimus* [*b*] *inqviunt.*

### Imperfectum.

S. *Inqviebam, inqviebas, inqviebat,*
P. *Inqviebamus, inqviebatis, inqviebant.*[*c*]

### Perfectum.

S. *Inqviſti* (*d*) *inqvit.*

### Futurum.

S. *Inqvies, inqviet.*

### Imperativus Præſens.

S. *Inqve.*

### Futurum.

S. *Inqvito.*

*a* *Inqvam*] Phocas & Diomedes docent, *inqvam* primam eſſe poſitionem. Nam qvod affert Priſcianus ex 2 de Orat: *Aucupari verba oportebit, inqvio,* &c. videtur in librum depravatum incidiſſe, nam (*inqvo*) habent libri correcti. Adducunt & locum Catulli ad idem probandum: Sed hunc ſimiliter corruptum eſſe docet Voſſius, pag. 133. Friſchlinus non vult *inqvam* eſſe Præſens, ſed Imperfectum per ſyncopen pro *inqviebam*: ſed Alvarus, Gieſſ. Schm. Voſſ. Præſens eſſe ajunt: qvibus etiam nos ſuffragamur. *b* *Inqvimus*] Horat. 1. Serm. ſat. 3: *Communi ſenſu planè caret*

*inqvimus.* Mirum igitur eſt cur hanc primam
expungat Friſchlinus p.231. *c Inqviebant*] Ci
*Urſum inqviebant hujuſmodi eſſe.* *d Inqviſti*
perſonâ (*inqviſti*) utitur Cicero 2. de Orat: *Tu ve*
*moleſtus non eris.* *e Inqvies*] Cic. Attic. 6: *No*
*præfecimus Cœlium: puerum inqvies, & fortaſſe ſ*
*Inqviet*] Cic. 4. in Verr: *Ergo inqviet aliqvis.*
Terent. Heaut: *Eccum me, inqve.* Qvamvis Fri
alii adjungant (*inqviat*) in imperativo tertiæ pe
conjunctivo: Alvarus tamen pag. 106: utrobiqv
Nam, *inqviat*, ait, non eſt apud autorem ad He
*qviet.* Proœm. lib. 4: *Qvid enim tibi vis aliqvis in*
*Inqvito*] Plaut. Aulul: —*Ita Di faxint, inqvito.*

## AUSIM. (*a*)

### Conjunctivi Præſens.

S. *Auſim, auſis, auſit.*

*a Auſim*] *Auſim* id eſt, audeam vel *auſ*
lib. 1. ab urbe: *Nec ſi ſciam, dicere auſim.* Virgil
*Auſim vel tenui vitem committere ſulco.* Feſtus,
*audeas.* Catull. Epigr: —*Qvis huic Deo compar*
Neutiqvam tamen ita deficiunt *Auſim* & *faxim*
negemus ea eſſe reliqvias qvaſdam priſcæ Conjug
autem habitâ ratione uſus eorum freqventioris,
fectivorum aſcribenda duximus, & qvæ minùs
inferiùs ſcholio de Exoleta Conjugatione reſerva

## FAXO. (*a*)

### Futurum Indicativi.

S. *Faxo.* (*b*)

### Conjunctivi Præſens.

S. *Faxim,* (*c*) *faxis,* (*d*) *faxit.* (*e*)

P. *Faximus,* (*f*) *faxitis,* (*g*) *faxi*

*a* Faxo) id eſt faciam. Eſt futurum indi
Phocâ. Licet nonnunqvam etiam admittat ſigni

Digitized by Google

ctivi *fecero*, unde & ad Conjunctivum modum
Terent. in Adelph: — *cupide accipiat jam fa-*
*Haud ſibi cum Danais, rem faxo, & pube Pe-*
*ut.* Et Gieſſenſes p. 211. Alv. p. 105. Friſch.
primam perſonam agnoſcunt: reliqva enim
nt temporis à *faxim.* c *Faxim*) Plaut.
ſc. 3: *Ego faxim te Amphitruonem eſſe malis,*
Idem Aulul. act. 3. ſc. 2: *Neqve cui ego de in-*
*s male plus lubens faxim.* d *Faxis*) Plaut.
*t dicis. nam ſi faxis, te in caveam dabo.* e
Pſeud. act. 4. ſc. 1: *Ita ille faxit juppiter, ut*
*em aſſiet.* f *Faximus*) Trucul. act. 1. ſc. 1:
*mus, ſi faximus conſcios.* g *Faxitis*) Liv.
*oſtium ulciſcendorum copiam faxitis.* h *Fa-*
Heaut. act. 1. ſc. 1: *Utinam Dii ita faxint.* No-
feciſſem, eſt in Plauto Pſeud. act. 1. ſc. 5: *Piſtris*
*ſcibam, ſi id faxem, mihi.*

## FOREM.

### nperfectum Conjunctivi.

*em, (a) fores, foret.*

*nt.*

### Infinitivus.

### Præſens & Futurum.

*b*)

*n*, id eſt eſſem. Sic Compoſita, *Abforem, Af-*
*m, Deforem, Proforem* conjugantur. b De
nfinitivi *Fore* videſis ſuprà ſcholion p. 506.

## CEDO.

### Imperativi Præſens.

†

*lo* tantum uſurpatur pro *Dic*, aut *da*, vel *porri-*
da Imperativi: ut, *Cedo qvid velis.* *Cedo ma-*

 *num.*

Digitized by Google

*num.* Cic. in Catone. *Cedo, qui veſtram Remp. tan* *miſiſtis?* id eſt, *dic.* Terent. in Phorm: *Quin tu mihi* *tum cedo*, id eſt, *da.* Invenitur & *cette* pro *cedite* ſecun ṟali. Ennius in Medæa: *Salvete optima corpora, cętte* *veſtras, meáſqve accipite.*

## DEFIT.

### Indicativi Præſens.

*Defit.* (*a*)

### Conjunctivi Præſens.

*Defiat.* (*b*)

### Infinitivi Præſens.

*Defieri.* (*c*)

*a* *Defit*) Terent Eunuch: *Nihil cum eſt, nih* *tamen.* *b* *Defiat*) Plaut. Menæch *Neqve defiat, n* *perſit.* *c* *Defieri*) Terent. Eunuch: *Nihil apud* *defieri patiar.*

## INFIT.

### Indicativi Præſens.

*Infit.* †

† *Infit*, id eſt, incipit vel inqvit. *Infit*, ut Fe pro *incipit* ponitur: Et fere ubiqve id potius, qvàn videtur ſignificare. Plaut. Aulul: *Infit ibi poſtulare* &c. id eſt, *incipit.* Liv. 1. ab Urb: *Ibi infit annum ſe* *& nonageſimum agere*, id eſt, *inqvit.* Varro in Menſur dixit, teſte Priſcianô, lib 8.

## QUÆSO. †

### Indicativi Præſens.

S. *Quæſo.*

P. *Quæſumus.*

† Antiqvi conjugabant, *Quæſo, quæſis, quæſi,*

Digitized by Google

obum *qvæſivi, qvæſitum.* Lucret. l. 1. tertia præſentis uſus eſt: *N: Divûm pacem votis ſit.* Apud Saluſt. qvoqve lib. 1. Hiſtor: lecum *Qvæſivit:* Curionem (inqvit) *qvæſivit ,& à populo ſuffragiis integer, ætati concede-*

# DARI& FARI.

*For* [*b*] non ſunt in uſu. Uti nec vo *der*, aut *fer:* ſed in compoſi- uſitata ſunt *addor, condor, red-*

ecunda tamen perſona dicitur *daris, faris,* rſonis inde ortis. *b For*] Imo & *effor.* des.

# APAGE.

Imperat: Præſens.

*e.* *

*gete.*

Græca ſunt ἄπαγε, ἀπάγετε, ab ἀπά- de & jungitur Accuſativo, ut apud Plautum: *m.* Apulejus, *Apagete factorem extremæ* n. ad Cic. *Apagete eum noſtro S. Servilio.* n vero dixere *apage* & *apagete:* ita & *age* & articula dum, *agedum, agitedum.* Attamen interdum fiunt adverbia. Valerius Flaccus: *s ad littora volvite claſſes.* Cic. pro Sylla: *te nunc cum illius, vitam P. Syllæ.* Sed *agite* emper adſciſcunt pluralem.

# VE, [*a*] AVE, [*b*] VALE. [*c*]

Imperat. Præſens.



Digitized by Google

S. *Salve*[d] *Ave*, [d] *Vale*.

P. *Salvete*, *Avete*, [e] *Valete*.

Futurum [*f*] Indicativi.

S. *Salvebis*, *Valebis*.

Futurum Imperativi.

S. *Salveto*, [*g*] *Aveto*, [*b*] *Valeto*.

Infinit.

*Salvere*, *Avere*, *Valere*.

*a Salve.*] *Salveo* uſurpat Plautus in Trucul. 2 *non ſalveo.* Sed ridiculè & minus Latinè in ruſtici perſo ut obſervat Probus, eumq; ſeqvutus Parrhaſius Epiſt.29. luti Terentius dicit Eun. act. 3. 1. *emoriri riſu.* *b A* Qvando habet ſalutandi ſignificationem, Defectivum ſed *aveo* pro *cupio* plura habet tempora *e Vale*] E *Vale* ab integro verbo *valeo* ortum ducat: qvia tamen ( obſervat Schmidius Hyp. p. 263) ſalutandi ſignificatio in p ribus perſonis non datur, ad *Defectiva* refertur. *d Sa Ave*] *Salve* & *Ave* ſalutationes ſunt *venientis*: *Vale re dentis*, ex ſententiâ Vallæ lib. 6. c. 20. Nonnunqvam eti & *ſalve* & *vale* iis tributa leguntur, qvi à nobis aliqvô lo rum intervallo ſunt disjuncti. Cicero ait in calce Epiſt. Tyronem: *Vale, mi Tyro, vale, vale & ſalve.* Et iteru *Etiam atqve etiam noſter Tyro vale: Medico Curio Liſoni ſcripſi diligentiſſimè: Salve, vale.* Virg. 11. Æneid.—*Sa æternum mihi maxime Palla Æternumq; vale.*—Porro *lere* & *ſalvere* diſtingvit & Svetonius in Galba: *Exoletum vem, inqvit, tantùm in domo ſua hærentem, obſtinatiſſimè r nuit, ut liberti, ſervique bis freqventes adeſſent, ac manè vere, veſperi valere ſibi ſinguli dicerent.* *Salve* & *vale* conj gebant veteres diſcedentes ab iis, qvos nunqvam iterum ſuri eſſent. Et ſic Varrone teſte, *mortuos ſalvere* & *va* jubebant. Quà de re doctè diſserit Joh. Kirchmannus Funeribus Romanorum l. 3. c. 8. Rationem affert ic

Kir

Digitized by Google

uti & Lancilotus l. 5. c. 7. p. 110. ex Servio &
ius in illud Virgilii: — (*Salve æternum mihi
Palla, Æternumque vale*) ita commentatur.
*logiſtoricis dicit*, ideo mortuis *ſalve* & *vale* di-
od *valere aut ſalvi eſſe poſſint, ſed qvod ab his*
*qvam viſuri eos. Hinc ortum eſt, ut etiam ma-*
*tionem interdum vale obtineat, ut Terentius:*
*ter nos diſſidium volunt, hoc eſt, ita à nobis di-*
*nqvam ad noſtrum, revertantur aſpectum. Er-*
*dicitur vale, non etymologia conſideranda eſt,*
*qvod nullis vale dicimus, niſi à qvibus receda-*
rationem veriſsimam putem, ait Lancilotus.
*Romulus* ideo primus in fine Epiſtolarum
t, tanqvam ſermo recedere à legente videa-
n intellige Grammaticum. *e Avete*] Dio-
tiam numero multitudinis putat dici: Phocas
ri, *Ave*. Numero tamen multitudinis etiam
tores idonei. Sveton. in Claud. Cæſ. c. 21.
*mantibus naumachariis. Ave imperator, mo-*
*nt, reſpondiſſet, Avete vos*, &c. *f.* Hoc fu-
pud Ciceronem *ſalvebis, valebis*, Cic. l. 6. ad
*bis igitur, & valere Piliam, & Cæciliam no-*
*literis, & ſalvebis à meo Cicerone.* Niſi qvis
eronem hic, ut ſolet, jocatum fuiſſe. *g Sal-*
laut. in Poen. Ag. *Mi Patrue ſalve. Pæn. Et*
*raſtocles.* *h Aveto*] Saluſt. in extremâ epi-
: *Nunc Oreſtillam tibi commendo, tuaque fi-*
*n ab injuria defendas, per liberos tuos rogatus.*
m autem eſt *Ave* ex Ebr. חוה. Quod ut no-
gatur act. 5. ſc. 2. Pœnuli Plautini. *Ha. Havo*
*Ha. Donni Ag. Saluta hunc rurſus Punicè ver-*
*Avo donni*. &c. In qvam Plauti Punicam ſalu-
Samuel Peritus in Miſcell. l. 2. c. 2. *Havo ſive*
*dudum obſervarunt allii ſalutantis eſt, Doni*
*um eſt ex* אדני *Phœnicie igitur* חוה אדני
*mi*. Et Scaliger inqvit, (citante Taubmanno

Digitized by Google

ad act. 5 ſc. 2. Pœnul. *Havo eſt ſalutantis, unde Latini ſu-um fecerunt Have*, &c. *Id omninò Pœnicum eſt ex Hebr.* חוה *i. e. vive*, χαῖρε, ὑγίαινε, &c.

# OVAT.

## Indicat. Præſens: *Ovat.* [*a*]

## Participium: *Ovans.* [*b*]

*a* *Ovat*] Flaccus in 4. Argonaut. *Lætus ovat.* *b. Ovans*] *Aſcendit ovans in Capitolium M. Aqvileus.* Cic. 2. de Orat. Cœterorum temporum exempla deſiderantur. Rhenius habet *ovarent* p. 250. ſed ſine exemplo. Nota 1. Ad Defectiva pertinent etiam verba qvædam compoſita cum *ſi*, Comicis imprimis uſitata: ut *ſis*, i. e. ſi vis, *ſultis* i. e. ſi vultis: *ſodes* i. e. ſi audes. ſic, *cave ſis*, *videſis*, *apageſis*, *capſis*, id eſt cape ſi vis. Sunt verba leniter hortantis. Hæc latinorum autoritate non deſtituuntur. Cic. Attic. lib. 7. *Tarteſium iſtum tuum mihi exeunti jube ſodes nummos curare.* Horat. de Arte: *Qvintilio ſi qvid recitares, corrige ſodes.* Plaut. in Aſin 1. 1. *Hoc agite ſultis, ſpectatores, nunc jam.* Sic, Capt. 2. 3. & 3. 5. & 4. 4. Men 22. Pœn. 3. 6. Rud 3. 5. Stich. 1. 2. & 2. 1. Plaut. Amph. *Modò ſis veni huc, invenies infortunium.* Ibid. *jam ſeqvere ſis, herum qvi ludificas dictis delirantibus.* Rud. 4. 4. *Ergo abi bene ſis.* Moſtell. 3. 1. *Abi ſis bellua.* Junctim leges *apageſis.* Pœn. 1. 2. *Apageſis, negotii qvantum in muliere unâ eſt* Aſin. 3. 3. *Age ſis tu in partem nunc jam hunc delude*, &c. Trinum 3. 4. *Capeſſis virtutem animo, & corde expelle deſidiam tuo.* Perſ. 5. 2. *Cave ſis me attingas.* Rud. 5. 3. *Cedo ſis mihi talentum magnum argenti, perjuriſſime.* Pœn. 5. 2. *Facito ſis reddas, etſi hîc habitabit tamen.* Jungitur autem modo imperativis, veluti patet ex adductis modo exemplis, modo infinitivis. Plaut. Aſin. 2. 2. *Sis amanti ſubvenire familiari filio.* 2. Hic alii tempora qvædam *conjugationis exoleta* tradunt, qvæ nos qvoqve paucìs perſeqvemur. Priſci Romani voce qvadam I M ſyllabâ finita utebantur, qvæ modo futuro optativi modo

, vel futuro conjunctivi, aut certe potentialis
dere, eam conjugabant hôc modô. *Come-*
*omedit.* Pl. *Comedimus, comeditis, comi-*
*uim, Duim, Perduim, axim.* Plaut. in Bac-
*e comedim, congreget pater.* Cic. in ep. *Cura*
*aleas, ne ego te jacente bona tua comedim.* Hic
ſt. ad Petum, lib. 6. Nonius ait ad Varronem
osè ita dictum eſſe. *Edim* pro edam Cæcilus
*ne tibi eſſe qvod edim?* Nœvius in Buccul. :
*hil eſt*, pro *edatis*. Plautus in Pœn. *Eſt domi,*
*ne nos tam contemptim conteras*, *edimus* pro
ro *dederis*, ut Feſtus ait. *Duit* pro *det*. Plaut.
*ii ex inſidiis verba imprudenter duit.* Terent.
*dignum factis exitium duint.* Liv. 1 ab Urb.
*is hodie victoriam duis,* pro dederis. Plaut.
*uis*, pro perdas, Terent. Phorm. *Homo confi-*
*dii omnes perduint.* Idem Heaut. *Ut te qvi-*
*deæqve, qvantum eſt Syre, cum hoc inſtitu-*
*cæpto perduint*, hoc eſt, utinam perdant.
pro *egerim*. Pacuvius. *Ut qvæ egi, ago, vel*
*t benè.* Sic, *creduam, creduas, creduat,* pro
s, credat, & *creduis, creduit,* pro credideris,
laut. Pœn. act 3. ſc. 5. *Suſpendant omnes nunc*
*es. Qvid ego illis poſthac qvod loqvantur cre-*
acchid. 3. 3.—*ipſius nec amat : nec tu creduas.*
*ihi divini nunqvam qvisqvam creduat* Et 4. 8.
*ona mihi unqvam, neqve Mars creduat.* Amph.
*edepol tu mihi divini qvicqvam creduis poſt*
t. 3. 4. —*Neqve pol me inſanum Regio eſſe cre-*
.—*nunqvam edepol mihi. Qvisqvam homo mor-*
*uarum rerum creduit.* De *concreduo, concredui*
572. Eôdem modô, *ſiem, ſies, ſiet, ſient,* pro
t, &c. Plaut. Mercat. 1. 2. —*nimis nihili ti-*
en. 1. *Ubi diſſolutus tu ſies ego pendeam.* Aſin.
*n ſeſe non noviſſe hominem qvi ſiet.* Mercat. 2. 3.
*ndere etiam poſſum, ut triginta ſient.* Sic, *da-*
, Plaut. Perſ. act. 2. ſc. 3. *Danunt argenti mu-*

*tui,*

Digitized by Google

*tui, uti egenti opem afferam.* *Danam, dane, danit*
lippus Pareus aliique legunt in Plauto, pro *dabo, da,*
His adjunge nonnulla verba qvartæ conjugationis, qvo
præteritum imperfectum & futurum indicativi impı
apud Poëtas Comicos IBAM & IBO imitantur. Et
dem forma *ibam* non rarò apud Virgil. lib. 8. Æneid.
*mihi prima genas veſtibat flore juventus.* Idem 10. *Inful*
*ſacra redimibat tempora vitta.* Terent. Phorm. *Te mihi*
*lēm eſſe æqve, atqve ego ſum mihi ſcibam,* pro ſciebam. I
ibid. *Nemo ex me ſcibit,* pro ſciet. Idem Eunuch. *Ego ſcib*
*hoc qvid ſciet.* Plaut. Pœn. act. 1. ſc. 2. — *qvia nunqvam*
*dibus verba tot, tam ſvavia.* Idem Capt. 3. 4. *Ex me aud*
*vera, qvæ nunc falſa opinare.* Idem Caſ. act. 1. — *atqve*
*te ruri reddibo, i. e. reddam.* His etiam accedit antiqvum
turum conjunctivi, *amaſſo, is, it, imus, itis, int,* pro ama
ro. Sic *habeſſo* pro habuero, *expeteſſo*, pro expetiero, *pr*
*beſſo* pro prohibuero,, *capſo,* i. e. cepero. Plaut. Bacch.
*Si occaſionem capſit* &c. Et Rud. 2. 1. *Niſi qvid concharum*
*ſimus, incœnati ſumus profectò.* Sic *clepſit, rapſit* leges
Legib. *Sacrum,* inqvit Cicero, *ſacrove commendatum*
*clepſit rapſitq;, parricida eſto.* Turnebus in commentari
illum locum Ciceronis exponit, *cleperit, rapuerit,* & arc
iſmum vocat. Plaut. in Pſeud. utitur Præſenti Imperat
*Qvi hæc habent conſilia, uti data occaſio eſt, rape, clepe, t*
*harpaga, bibe, es, fuge; hoc eſt eorum opus.* Conſimilis p
archaiſmus cernitur in verbo *juſſit* 2. de Leg. *Si ſenatus*
*ſit* i. e. juſſerit. Sed de hâc Futuri antiqvâ formâ fuſiù
prà dictum eſt p. 491. 493. Conſimile eſt futurum ex
tum *infinitivi amaſſere, expugnaſſere* &c. de qvibus etian
pra actum eſt, p. 504. Nec non de *es* pro ede, *eſt* pro
*eſſet* pro ederet, &c. Item *poteſtur, poteratur, poſſetur, p*
*tur* &c. ſuperius traditum eſt in verbis variantibus.

## *DE VERBIS IMPERSO-*
## *NALIBUS.*

Digitized by Google

*ia* tantùm in tertia perſona ſin-
jugantur.

eſtivis ſubjiciuntur *Imperſonalia*, eò qvòd
gationis patiantur, in *prima* ſcilicet & *ſecun-*
eptâ unâ *tertiâ* ſingulari. Leges etiam in
*cent*, Cic. 1. Offic. *Qva contemplantes ex-*
*, qvid qvisqve habeat ſui, eaque moderari,*
*qvàm ſe aliena deceant.* Sic *pudent*. Terent.
*aec pudent?* Luc. lib. 8. — *ſemper metuit,*
*ent.*

*nalia* ſunt duplicia: *Activa &*

n T deſinunt, iisqve Danicè
teſt, Det.

atem Imperſonalia *activa* hæc
*cet, libet*, ( ſeu *lubet* ) *licet, liqvet,*
*tet, piget, pœnitet, pudet, tædet.*
ſonalia Paſsiva deſinunt in
Danicè iis præponi poteſt, der/
citur, der ſigis/ mand ſiger. Sic
oltur, ſtatur, & conſimilia, qvæ
nerum non habent.

tantùm ſunt, qvæ propriè & per ſe nomen
erentur: reliqua ex accidente Imperſona-
ammatici. Qvia etſi per ſe in primâ & ſe-
r non raro, adeoq; *Perſonalia* ſint: non-
ad modum *Imperſonalium* abſolutè inveni-
tertia perſonâ absqve Nominativo, ſeqven-
ô aut Conjunctivô cum particula UT vel
smodi è primâ Conjugatione ſunt, *conſtat,*
*dele-*

Digitized by Google

*delectat, juvat, præſtat, proſtat, reſtat, ſtat, vocat.*
cundâ ſunt: *apparet, attinet, debet, patet, placet,*
E Tertiâ: *accidit, cœpit, conducit, incipit, ſufficit.* E
tâ: *convenit, evenit, expedit.* Ex anomalis; *fit, eſt,*
*eſt, poteſt, prodeſt, refert.* Confer Voſs. Deinde, a
perſonalium etiam naturam qvodammodo accedunt
exemptæ actionis, ut vocant, hoc eſt, qvorum actio in
poteſtate non eſt, ut fiat, aut non fiat. Talia ſunt: *fulg*
*fulminat, gelat, grandinat, pluit, ningit ſerenat, tonat.*
*advesperaſcit, dieſcit, luceſcit,* &c. In nonnullis verò
nativus qvidam ſubintelligitur e. g. *Deus, aer, cœlu*
*Deus pluit* Gen. 19, v. 24. *Deus ningit, tonat*; qv
altitonans dicitur & ὑψικέραυνος. *Aer vel cœlum ſe*
Nec non in qvibusdam Nominativus cognatæ ſignifica
latet: ut, *luceſſit*, i. e. *lux oritur: dieſcit* i. e. *dies ingru*
Nec multùm ab hiſce diſsident Elliptica illa qvotidian
mone tuta & cognita: *Ajunt, dicunt, ferunt, perhibe*
qvæ tamen malunt *Indefinita* potiùs vocare, qvàm *I*
*ſonalia*, qvandoqvidem indefinitè ſubintelligitur Nom
vus, *homines, omnes, aliqvi, pleriqve* &c. Deniqve,
*ningitur, pluitur* leges in Apulejo, qvi 1. Florid. ait: *A*
*cùm ſe nubium tenus altiſſimè ſublevavit evecta alis,*
*iſtud ſpacium, qvâ pluitur, ningitur, & ultra qvod cac*
*nec fulguri, nec fulmini locus eſt.*

## NOTA.

1. Ab omnibus verbis *Activis* & qvibus
*Neutris* † fiunt *Imperſonalia paſſiva:* ut à *ſto*
*tur*, &c.

Horum præteritum Paſsivum fit ex Parti
præterito * & verbo Subſtantivo: ut, *amatu*
*ſeſſum eſt.*

2. Conjugantur *Imperſonalia* in omnibus
dis & temporibus, ut tertià ſingularis Perſonal

Digitized by Google

erativo careant & pro eo utantur
nctivi: ut *pœniteat*, *pugnetur*.
qvam etiam, ſed rarò à Deponentibus ſiunt
icero: *qvos non eſt veritum ponere*. Terent,
*odò perſunctum*. Hæc planè eodem modò
eponentia nonnunqvam & in aliis modis &
pantur. Ut *à me auxiliatus eſt*. Sic, perfun-
ed hæc rara ſunt, præſertim in modis fini-
atinitate abit Vulgatus interpres, dum ait:
*nſi fueritis, remetietur* &c. Latinitati con-
t: *eàdem alii remetientur vobis*. vid. p. 463.
untur *præterita paſſiva è ſupinis*. Etſi enim
extat; tamen ſicut ſæpe nec ipſum paſsivum
, & tamen in terminatione tertiæ perſonæ
e gignit: Ita & in Participio perfecto Neu-
: e. g. Non dicimus *curror*, *ſtor*, *ſedeor*, &
alia inde ſunt, *curritur*, *ſtatur*, *ſedetur*. Sic
camus: *curſus ſum*, *ſtatus ſum*, *ſeſſus ſum* di-
it imperſonaliter, *curſum eſt*, *ſtatum eſt*, *ſeſ-*
naliter igitur uſurpatur non ex Supino, qvod
e ſignificat, ſed ex Participio, qvod paſsivè.

## Excipe.

muni regula variant hæc ſeqventia:
*rtæſum eſt*. [*a*]
*niſertum eſt*. [*b*]
*et præterito*.
am Imperſonalia geminum præteri-
ervatâ utrâqve formâ, activâ & paſsi-

*it*, & *libitum eſt*. [*c*]
*llibuit*, [*d*] *collibitum eſt* [*e*] *vel col-*
*f*]



Digitized by Google

*Licet, licuit,* [*g*] *& licitum eſt.* [*b*]
*Piget piguit* [*i*] *& pigitum eſt.* [*k*]
*Placet placuit & placitum eſt.* [*l*]
*Pudet puduit & puditum eſt.* [*m*]

3. *Impersonalia* Gerundiis Supinis & Participii carent. Præter *libens, licitus & liciturus* [*n*]: *per tæſus,* [*o*] *pœnitendum,* [*p*] *pœnitendi* [*q*] *pœni tens* [*r*] *& pœnitendus*: [*s*] *Pudendum,* [*t*] *puden* [*u*] *puditurus,* [*x*] *pudendus,* [*y*] *pigendus.* [*z*]

*a Pertæſum eſt*] Corn. Nepos in vita Attici: *Nuſqvam ſuſcepti operis eum pertæſum eſt.* Virgil lib. 4. Æneid. *Si non pertæſum thalami, tedæqúe fuiſſet.* Liv. 3. ab Urb. *Nec no minis homines tum pertæſum eſſe.* Cic. ad Q. F. 1. *Pertæſum eſt enim levitatis. Tæduit* & *tæſum* vix occurrunt. *b Miſeri tum eſt*] *Miſeritum* apud Terent. in Phorm. Act. 3. ſc. 2. *Mi ſeritum eſt.* Plaut. Trin. *Nam nunc eum vidi miſerum &* *me ejus miſertum eſt.* Teren. Heaut. *Sic me Dii amabunt, u me tuarum miſertum eſt fortunarum. c Libitum eſt*] Te rent. Adelp. 5. 1. — *Sed poſtqvam intus ſum omnium rerum ſatur. Prodeambulare huc libitum eſt.* Cic. 2. de Orat. *D qvo genere libitum eſt mihi paulò plura qvàm oſtenderam, di cere.* Nota. Pro *libet* dicitur & *lubet.* Plaut. Aſin. 1. 3 *Deam ſibi invocet qvam lubebit propitiam.* &c. *d Collibuit* Terent. Eunuch. 5. 9. — *Si qvid collibuit, novi te.* Saluſt in Cic. 1. *An non ita à pueritia vixiſti, ut nihil flagitioſum corpori tuo putares, qvod alteri collibuiſſet.* Horat. 1. Sermo. ſa 3. —*Si collibuiſſet, ab ovo usqve ad mala citaret. e Collibi tum eſt*] Cic. ad Caſs. *Ut ſimul ac mihi collibitum ſit de te co gitare, illud occurrat.* Idem. 1. de Nat. Deor. *Qvid qvod ſi mul ac mihi collibitum eſt, præſto eſt imago? f Collubitum eſt*) Plaut. Amph. — *Utcunqve animo collubitum eſt me* Idem Moſtell. — *Potare tecum collubitum eſt mihi.* Ita le git Pareus. *g Licuit*) Cic. 1. Tuſc. *Licet enim eſſe otioſo Te miſtocli, licuit Epaminundæ. b Licitum eſt*) Virgil. 10. Ænei

*Qvan*

Digitized by Google

*Auſonios conjungi fœdere Teucris Haut lici-*
*nuit*) Cic. in ſaluſt. *Quærere non piguit, cur*
*m eſt*) Stat. l. 7. *Nec pigitum eſt, par ſosqve*
*bire Limina* — l *Placitum eſt* ] Cic. Att.
*itum eſt, ut coram Pompejo ageretur.* m *Pu-*
in Bacch. *Neqve mei, neqve tui intus pudi-*
*facis.* n *Liciturus* ] Cic. 2. Att *Qvod ni-*
*turum eſſe Plebejo Rempublicam perdere,*
*is me conſule, Patriciis, eſſe licitum.* o *Per-*
ſemper activè ſignificat. Virgil. 4. Æneid.
*i.* Svet. in Cæſ. *Pertæſus ignaviam ſuam.*
*ris qvædam lentitudinis eorum pertæſa, pri-*
*nixa eſt.* Svet. in Auguſt. *Cum hac divorti-*
*is morum perverſitatem ejus.* p *Pœniten-*
ug. *Num eorum pœnitendum ſit?* Tacit.
*tui adpœnitendum libertas erat.* Cic. Att.
*uâ ſententia deceſſerit, pœnitendum puto.*
c. Tuſc. *Tanta vis fuit pœnitendi.* Idem Ep.
*itendi.* r *Pœnitens*] Terent. Heaut. *Ani-*
*facti pœnitens.* Svet. in Vitell. *Non mul-*
*cti.* Cic. 12. Philip. *Portus optimus pœni-*
*ſilii.* s *Pœnitendus*] Col. l. 2. c. 2. *Itaqve*
*cetur, ſive ceſſat, colono eſt pœnitendus, &*
*ndus.* Raræ autem obſervationis eſt, qvod
*us* etiam *pœniturus* dixerit: *Qvod ſi* inqvit
*neqve te, neqve qvenqvem arbitror pœnitu-*
*ana ut ſerves vide*, Qvintilianus autem hoc
bat dicens lib. 9. c. 3: *Eò usqve proceſſum*
*rum, pro non acturum pœnitentiam, & viſu-*
*miſſos, dixerit Saluſtius.* t *Pudendum*) Cic.
*um pudendum ſit, honeſtiora eſſe legionum de-*
*itus.* Sic Ovid. *Lucra pudenda.* Qvintil. l.
*denda.* u *Pudens* ] Cic. ad Sulpit. l. 13. *Ho-*
*n & officioſum cognoſces, & dignum qvi à te*
*uditurus* ] Plin. l. 36. c. 15: *Qvùm puderet*
*uditurum eſſet extinctos.* y *Pudendus*] Ovid.



Digitized by Google

4. Pont. 3. *Pertulit & tanto multa pudenda viro.* z *Pigen-dus* ] Ovid. Ep. 7. — *Error nullà parte pigendus.* Non de-ſunt tamen, qvi putent *libens*, *pudens*, *pudendus*, *pigendus*, *pœnitendus*, Nomina potius, qvàm Participia eſse. Hacte-nus de Defectivis adeoq; de *Impersonalibus*.

# *DE VERBIS ABUNDANTIBUS.*

Verba *Abundantia* ſunt inprimis triplicia:

I. *Abundantia* ſunt, qvæ eâdem ſignifi-catione ſub utraqve terminatione O & OR uſurpantur: ſed ita, ut terminatio O in qvibusdam ſit uſitatior: in aliis verò uſita-tior terminatio OR.

In hiſce eſt forma O uſitatior:

*Bello*, [*a*] *communico*, [*b*] *comperio*, *depa-ſco*, *diſpertio*, *elucubro*, [*c*] *auctuo*, *fructico* [*d*] *impertio*, *luxurio*, *multo*, [*e*] *murmuro* *nicto*, [*f*] *nutrio*, [*g*] *oſcito*, [*h*] *paſco* [*i*] *præverto*, *punio*, [*k*] *ructo*, [*l*] *rumino*, [*m*] *ſuppedito*. [*n*]

Qvæ dubia videri poſsint, teſtimoniis Latinorum more noſtrô, ſtabilimus. *a Bellor*] Bello ſatis eſt uſitatum quòd autem etiam extet *bellor*, probationis indiget. Sic c[…] cœteris. Virgil. 11 Æneid. — *& pictis bellantur Amazon[es] armis.* *b Communicor* ] Liv. 4. ab urbe: *Nec adverſ[a]rum rerum qværeve ſocios, cum qvibus ſpem integram commu-nicati non ſint.* *c Elucubror* ] Cic. ad Attic. l. 7. *Nihil h[a]beo, qvod ad te ſcribam, qvin etiam eam Epiſtolam, qvam [ve]ram elucubratus, ad te non dedi.* *d Fruticor* ]. Cic. […]

At

enim arbor, non evulſa, itaqve qvidem fruticetur
or) Svet. in Aug. c. 21: Neqve aut crebrius
rebellantes, graviore unqvam multatus eſt pæ-
os. f Nictor) Plin. l. 11 37. Graviores alitum
onnivent. Eadem nictantur, ab angulis mem-
g Nutrior) Virgil. 2. Georg: Hoc pingvem
ci nutritor olivam: id eſt, nutrito, vel nutrias.
laut. Mæneçh. Ut pandiculans oſcita-
) Virgil. 3. Georg. Paſcuntur verò ſylvas &
Horrentésque rubos & amantes ardua dumos.
. Sæpè diem noctemque & totum ex ordine
r, idque pecus longa in deſerta ſine ullis Hoſpi-
r) Cic. pro Milone: Tu inimiciſſimum mul-
itus es, qvam erat humanitatis meæ poſtula-
Metamorph. Punita ſum funeſtum mearum
lonem. l Ructor) Varro. 3, de re Ruſt. c 2.
im, cujus aves hoſpitales etiam nunc ructor,
iſti paucis ante diebus. Horat. in art:: Hic
rſus ructatur & errat. m Rum:nor) Gel-
as habitusque verborum ruminabamur, id eſt,
ngitabamus, n Suppeditor) Cic. ad Attic.
lciano nomine qvod mihi ſuppeditatus es, gra-
imile tuorum omnium.

## e Forma OR eſt uſitatior:

*r, [a] altercor, [b] aqvor, [c] aſſenti-
[d] cachinnor, [e] conflictor, [f]
[g] dignor, [h] divertor. Fabricor.
Lacrimor, luctor, [k] ludificor. Me-
reor, muneror. Palpor, (m) parti-
ulor. (o) Qviritor. (p) Revertor.
hulor, (q) Velificor. (r)*

o) Gell. lib. 10. Cap. 23. In adulterio uxo-
liſſes, ſine judicio impunè necares: Illa te, ſi



Digitized by Google

*adulterares, non auderet digito contingere.*
Terent. in Andr. *Scio cum patre tuo altercaſti*
*Aqvo*) Svet. in Galba c. 7. *Ita decrevit ut ad lo*
*qvare ſolebat, jumentum duceretur capite invol*
*guro*) Virgil. lib 9. *Et ſi qvid veri mens augur.*
*Cachinno*) Svet. in Veſpaſ. Auguſto: *Qvare pat*
*ferunt auſpicio inſuper confirmatum, renuntiaſſe*
*tem ei Cæſarem genitum: nec illam qvicqvam*
*cachinaſſe, mirantem qvòd adhuc ſe mentis comp*
*jam filius ſuus.* f *Conflicto*) Terent. Phorm.
*jusmodi unqvam uſus erit, ut conflictares malo.*
*Plura perſcelera Rempublicam conflictaviſſet.*
*plo*) Plaut. in Aſin. *Hem meum caput contempla*
*re conſultas tua.* h *Digno*) Pacuvius: *Qvis I*
*qvibus cæleſtes, dignet decorare honoribus?* i
lib. 4. de Repub. *Si jurgat*, inqvit, *benevolorum*
*non niſi inimicorum, jurgium dicitur.* k *Luct*
Hecyra: *Dicitqve ſe illi annulum, dum lucta*
Inde etiam legitur compoſitum *Delucto*. Plaut.
*bus ærumnis deluctavi, filio dum divitias qværo.*
Plaut. in Moſtel. *Ego iſtum lepidè medicabo m*
*Semina vidi eqvidem multos medicare ſerentes.*
Juvenalis: —*qve munere palpat* Charus. n
Iuſt. in Jugurt. *Provincias inter ſe partiverant.*
Virgil. I. Georg. —*Populantq; ingentem farris*
*Qvirito*) Ovid. Phil. *Qviritat verres, pardus ru*
*ſellus.* q *Stabulor*) Varro l. 1. de re Ruſt. *Si p*
*in fundo neqve pecus Dominus habet, danda ope*
*vendito, alienum pecus in ſuo fundo paſcat &*
*Velifico*) Plin. lib. 9. c. 33. *Per ſumma aqvora v*
pert. lib. 4. Eleg. 10. *Nauta per urbanas veli*
Conſimilia plura leges apud Non. Marcellum
generibus Verborum, confirmata veterum teſ
*Aucupo, vago, refrago, auſpico, ſcruto, cuncto, a*
*ſortio, complecto, excero, minito, imito, omino,*

æ non tàm imitatione, qvàm obſervatione dig-

erba *Abundantia* ſunt, qvæ in ea-
a modò activè, modò neutraliter
t: ut, *coëo*, [*a*] *differo*, [*b*] *duro*, [*c*]
*incipio*, (*e*) *maneo*, (*f*) *moror*, (*g*)
*h*) *paſco*, (*i*) *ruo*, (*k*) *ſufficio*, (*l*)
) *ſuppedito*, (*n*) *tardo*, (*o*) *vario*,
(*q*)

Cic. pro Sexto Roſcio. *Nullamqve ſocietatem*
, *neqve premii cum homine ullo coieras.* Virgil.
*on aliter ſocium virtus coit omnis in unum.* *b*
pro Roſcio Ame. *Primò rem differre qvotidie*
*re iſti cœperunt.* Cic. Topic. 17. *Qvanqvam*
*prope idem valere videantur: tamen qvia res*
*omina rerum diſtare voluerunt* *c Duro*) Ovid.
*ixit, & iratus vota inſuſcepta reliqvit Durabit-*
&c. Plaut. Amph. 3. 2. *Durare neqveo in ædibus*
*Stupri, dedecoris à viro argutam meo! d Facio*)
rbe. *Itaqve ſicut priore anno per indigniſſimos*
*didatos omnium etiam dignorum tædium fece-*
. de Arte. *Ars noſtra facit ad hodos mores.* *e*
t. Caſin. *Soſpes iter incipe hoc, ut viro tuo ſemper*
Cic. 7. Verr. *Qvum roſam viderat, tunc inci-*
*rabatur. f Maneo*) Plaut. Menæch. 2. 2. *Hic me*
10. bell. Pun. *In eadem provincia & Cn. Servilio*
*mperium, ſi conſulem manere ad urbem ſenatui*
*Moror*) Plaut. Aulul. *Clamores, imperia, eburata*
*allas, purpuram nihil moror*, &c. Virgil. lib. 6.
*idiſſe ſemel ſatis eſt, juvat uſqve morari.* *h Of-*
d Q. Fratrem. *Aut in Pompejo defendendo ani-*
*offenderent.* Colum. lib. 2. c. 3. *Neve aut cor-*
*pitem offendat.* *i Paſco*) Virgil. ecl. 1. Tityr.



Digitized by Google

*Paſcite, ut ante, boves pueri, ſubmittite tauros.* Ovid. 4. Metamorph. *Mille greges illi, totidemqve armenta per herbas paſcebant &c.* k *Ruo*) Virgil. 1. Georg. *Qvid dicam, jacto qvi ſemine cominus arva inſeqvitur, cumulosqve ruit male pingvis arena.* Cic. pro lege Manil. *Ruere illa non poſſunt* &c l *Sufficio*) Virgil. l. 2. Georg. *Atqve aliam ex alia generando ſuffice prolem.* Idem 5. Æneid. *Nec nos obniti contra, nec tendere tantum Sufficimus,* &c. m *Supero*) Virgil 2. Æneid. *Aſcenſu ſupero faſtigia tecti.* Idem 1. Geor. *Si ſuperant fœtus, pariter frumenta ſeqventur.* n *Suppedito*) Cic. 2. de Leg. *Qvæ autem terra fruges ferre, & ut mater cibos ſuppeditare poſſit, eam ne qvis nobis minuat, neve vivus, neve mortuus.* o *Tardo*) Cæſar l. 1. *Multitudo tormentorum omnem adminiſtrationem tardabat.* Cic. ad Brut. *At ille retulit qvæſivitq; qvidnam mihi videretur, acceſſeremusne te, atq; id conducere putaremus, an tardare & commorari te melius eſſet tibi.* p *Vario,*) Ovid. 2. de Art. *Nam, qvoniam variant animi, variabimus artes.* q *Verto*) Liv. 10. ab urbe: *Id votum Diis cordi fuit, & auſpicia in bonum verterunt.* Idem 3. ab Urbe: *Aliqvando æqvatus inter omnes terror fuit, paulatim totus vertere in plebem cœpit.*

III. Verba *Abundantia* ſunt, qvæ in diverſis conjugationibus ſimul conjugantur, eaq; ſunt *triplicia:*

1. Qvædam uſitatè ſunt primæ Conjugationis, rarò tertiæ: ut, *Lavo, lavas, lavare,* & *lavo, lavis, lavere.*

a *Lavo, Lavis*) Rarò uſurpari in tertia, docet p. 434. Sic *Sono, is ſonere.* Accius Æneadis aut Decio. *Clamore & gemitu templum reſonit cœlitum.* Idem Phœniſſis: *Ac ubi curvô littore, latratu uvida ſub undis labunda ſonit.* Ennius Hectoris lytris: *Et ſonit, franguntur haſtæ, terra ſangvine ſudat.* Pacuvius doloreſte: *Hymenæum fremunt æqvales, aura reſonit crepitu muſicô.* Lucret. l. 1. *Caligare oculos, ſonere aureis, ſucci-*

Digitized by Google

s. Quædam e contrario uſitatè in tertia, raro
bantur, ut *pinſo, pinſas*, Varro lib. 1. de re Ruſt.
*do diem, ut in piſtrino pinſetur ac torreatur.*

## ædam uſitatè ſunt ſecundæ con-
## s, & rarò tertiæ: ut *Ferveo, es, &*

Ioc confirmatum, vide ſuprà pag. 556. Adde,
*at* apud veteres etiam *ferbat* in tertia extet:
ullone: *Facite ut ignis ferbat etc.* Accius A-
*cum ferbat, pectus iracundiâ.* Sic *neo, neis*, in
m invenies pag. 552. Item *fulgo, fulgis.* Luci-
7. *Primum fulgit ubi caldum & fornacem*
oonius Macco ſeqveſtre: *Simile eſt, qvaſi cum*
*ropter lunam lucifer.* Lucret. lib. 6. *Fulgit*
*is cum ſemina multa excuſsère. Fulgit item*
*qvoqve nubila cœli. Fulgère* correptè pro *ful-*
ibr. 5. *Multa videmus enim cœleſtibus inſita*
*e, cum cœli donavit plaga vagare: Nec non ſtri-*
rgil. lib. 8. Æneid. — *ſtriduntque cavernis*
*bium, fornacibus ignis anhelat.* Juvenal. in 4.
*gnes, jam follibus atqve caminis.* Nonnulla uſi-
*ertia* qvàm in *ſecunda*: ut, *excello* uſitatius
*xcelleo*, qvô uſus eſt Cicero, teſte Priſcianô, 2.
*Qvare effice & labora, ut excelleas.* Sic *clau-*
. Cæcilius in Epiclero. *An ubi vos ſitis, ibi con-*
? Sed eo in loco in ſignificatione *claudicandi*
re Priſcianô Item *exſugeo* pro *exſugo*, Plaut. in
*vertam in hirudinem atque eorum exugebo*

## Nota.

qve conjugatione freqventatur *tergo,*
*rgo, tergis*, ut compoſitum *detergeo &*

3. Qvædam *tertiæ* uſitatiùs, *qvartæ:* ut *Fodio, fodis, fodere,* & *F*
Colum. lib. 11. c. 2. *Runcari & adhuc fodiri*
de arboribus: *Sed omnibus annis ante cal. Mart.*
*terputari oportet.* Sic, *lino, linere, & linio, lin*
lib. 6. *Tepenti adipe vel vinô liniuntur.* Et c. 5.
*oſi eſt inurere, atqve ita liqvida pice cum oleo lin*
*cupio cupire.* Lucret. lib. 1. *Confringere ut arcta*
*mus portarum clauſtra cupiret.* Item *pario, pa*
Priſcianus lib. 10 citat Ennium: *Ova parire ſole*
*condecoratum.* Sic legitur in qvartâ, *adorîtur*, pe
gâ: vide pag. 621. Et *morîmur.* Ennius 14 Annal
*la dies cum gloria maxima ſeſe nobis oſtendat, ſ*
*ve morîmur.* Eâdem lege dicunt, *potîtur.* Lucil.
*veres nec plebes pane potîtur.* Nævius Iliad. 2. *F*
*trat penitus thalamoq; potîtur.* Apud Poetas ta
tertiâ leges. Catull. ep. 60. *Liber ut innupta p*
*noverca.* Virgil. 3. Æneid. *Fas omne abrumpit, P*
*truncat, & aurô Vi potîtur.*

# DE PARTICIPIO

**P***articipium* eſt dictio verbalis p
ac rem ſignificans cum tempor

De neceſsitate *Participii* fuſè diſſerit Sc
L. L. cap. 142. qvem vide. Et confer Vallam l.
Scaliger cap. 141. l. 7. eleganter demonſtrat Pa
diſtinctam Orationis partem. Nomen eſſe neq
habeat expreſſam temporis differentiam, & v
ram. Siqvem caſum aliqvandò regant more v
inqvit Scaliger, *evenit aut vi orationis, aut ver*
*merito:* ut, *potens lyra, poſſeſſionem qvandan*
*ſicut dominus lyræ.* Qvòd ſi qvis dicat:
*ria non ſignificare poſſeſſionem ( qvod enim*
*poſſidet) is intelliget eô modô dici, qvô avidus gl*

*poſſeſſionem. Alii autem caſus attribuuntur No-*
*ſfectum ſupplementi:ut,amicus illi:* Scilicet eſt,
*Superbus pecuniâ* ſcilicet, *factus à pecunia* &c.
*m* erit: qvia genûs & caſus admittit, ſeciùs ac
ſtat, qvòd dicant derivata eſſe ejuſdem cenſus
igenio. Nam derivatum ut pulchrè differit Scà-
*itur rationem primigenii, vel excedit aut exce-*
*tur, ejusdem ſpeciei ſive claſſis eſt : ut, rex regi-*
*men eſt. Si excedit, aut exceditur, neqvaqvam*
*m claſſe. E. g. Malus, malè. Malè adverbium*
*ceditur à primitivo, Numero, caſu, & genere,*
*ntrarius : ubi nomen adjectivum derivatum ex-*
*ium iisdem. Conſimili ratione, qvandò Partici-*
*Verbum Genere & Caſu, Verbum nullô modò*
dde: qvòd ſi derivatum eſſet locandum in ea-
s parte cum ſuo primitivo, non pauca Nomina
*ba* dicenda eſſent: e.g. *lectio,egeſtas,medicina*
erſâ fronte repugnat Grammaticorum placitis.
taqve, ut verbis Scaligeri concludamus, *ortum à*
*ſecum tempora & ſignificationem, adjunxit*
*ſibus: plus enim Verbi qvàm Nominis obtinet.*

## rticipio *octo* † ſunt conſideranda.
## *ſ, Caſus, Declinatio, Numerus, Com-*
## *igura, Tempus & ſignificatio.*

rticipio tribuimus *accidentia*, ut juniorum cap-
mmodemus. Ad horum enim qvodlibet tan-
ſsim, participiorum indoles excuti & expendi
vi Grammaticis præceptis juvenum ingenia for-
er ea, qvæ ſuprà diximus ad Nominis Acciden-
6.

## DE GENERE.

Omnia *Participia* ſunt generis
)

2. Qvæ

2. Qvæ in NS deſinunt, …
runtur terminatione; ut, *hic*, *ha*…
amans.

3. Cætera omnia *tribus*: ut, …
*hæc lecta*, *hoc lectum*.

*a Omnis*] Hoc eſt, Participia habent gen…
num, Fœmininum & Neutrum. Vocula enim …
hic accipitur. Licet non ignoremus ſtrictiore …
pro Participiis Generis omnis vulgò agnoſc…
finiunt.

## DE CASU.

*Caſus* in Participiis ita ſe hab…
Nominibus.

## DE DECLINATION…

Primæ *declinationis* ſunt P…
Fœminina in A deſinentia; ut, *doct*…
*ra*, *docenda*.

Secundæ *declinationis* ſunt M…
in US, & Neutra in UM: ut, *Doctus*…
*Docturus*, *docturum*: *Docendus*, *doce*…

Tertiæ *declinationis* ſunt Par…
NS: ut, *amans*, *docens*, *legens*, *audie*…

## DE NUMERO.

*Numerus* Participiorum du…
Singularis: ut, *legens*: Pluralis: ut…

## DE COMPARATION…

*Participia* omnia ſeqvuntur …

Digitized by Google

turam: ac eorum inſtar qvædam
etiam comparantur.

im qvædam *integra* ſunt: ut

*cognitior,*† *cognitiſsimus.**
*tus, commendatior,* [a] *commendatiſsimus.* [b]
*expectatior,* [c] *expectatiſsimus* [d]
*optatior,* [e] *optatiſsimus* [f]
*, pervagatior,* [g] *pervagatiſsimus* [h]

r) Ovid. 4. Triſt. el. 5. *Nec tam nota mihi, noſtra, fuerunt, Sed magis hæc, qvò ſunt cogni-* * *Cognitiſſimus*) Catull. epig. 4. *Tibi hæc nitiſſima Ait Phaſelus.* a *Commendatior*) rn. Balbo. *Qvis eſt enim noſtrum, cui non illa ſtudiô, curâ, diligentiâ commendatior?* b *nus*) Idem ad Brutum. *Qvum ipſi per ſe tibi ...i ſunt.* c *Expectatior*) Plaut Moſtel. *Nimiô ...pectatior veniret, qvi te nuntiaret mortuum.* *nus*) Cic. Planco. *Intellexi enim te laborare, ...pectatiſſimæ literæ perferrentur.* e *Optati-* de finib. *Qvid mihi poteſt eſſe optatius, ...one omnium virtutum autore, de virtutibus* *Optatiſſimus*) Idem, ad Philip. *Poſt hanc ha-...m duabus tribúsve horis optatiſſimi nuncii &* g *Pervagatior*) Cic. 2. de invent. *Pars au-...tior, & aut in omnes ejusdem generis, aut in ...s accomodata.* h *Pervagatiſſimus*) Idem in ...*em ſive pervagatiſſimus ille verſus, qvi vetat, ...rologvi, qvam factites, &c.*

am *Comparativo* carent: ut,

*Lau-*

*Laudatus* —— *laudatiſſimus*. (
*Perſvaſus* —— *perſuaſiſſimus*.

*a Laudatiſſimus*) Plin. lib. 36. c. 21. *Pun*
*tiſſimi ſunt in Melo*, &c. *b Perſvaſiſſimus*) Bru
ni lib. 11. *Sed qvod mihi perſvaſiſſimum eſt Lepid*
*ēturum nunqvam, ſi fortè vobis id de hoc dubi*
dunt *excluſiſſimus* & *occluſiſſimus*: Sed ea comic
tem & licentiam redolent. *Excluſiſſimus* extat
Menæch: 4. 3. *Abiit intrò, occluſit ædeis: num*
*cluſiſſimus*. Sed de ſuperlativo Comico *occluſi*
ſule pag. 181.

Qvædam deniqve *Superlativo* car

*Damnatus*, *dmnatior* (*a*) –
*Spoliatus*, *ſpoliatior*. (*b*) –
*Tectus*, *tectior*. (*c*) –

*a Damnatior*) Cic. in Piſonem: *Qvi*
*qvis te damnatior?* &c. *b Spoliatior*) Cic. Attic
*ita judico, nihil illò regnò ſpoliatius, nihil rege*
*Tectior*) Cicero pro Roſcio Amerino: *Hac*
*paulò tamen occultior, atq; tectior, veſtra cupidit*
ta. 1. Futura Participiorum planè ſunt *incompar*
NDUS, ſive in URUS exeant. Etenim vulgata il
*diſſimus, colendiſſimus, obſervandiſſimus*, &c. q
à recentioribus excogitata ſunt, nec ab iis uſurp
qvibus Romana lingva vernacula qvondam fuit
pia præſentia, qvandò *comparantur*, non man
*pia*, ſed migrant in Nomina: ut, *amans*, *amant*
*ſimus*. Non tamen omnia Participia *Comparatio*
na convertuntur. Nam illud tantùm verum e
piis in NS: ut, *amantior tui*. Si enim maneret
ſtructuram utiqve Participiorum ſeqveretur,
*amantior te*, ſicut dicitur *amans te*.

Digitized by Google

## DE FIGURA.

ra Participiorum *duplex* eſt:
mplex: ut, *Spirans*.
mpoſita: ut, *reſpirans*

## DE TEMPORE.

ium habet *tria* tempora: (*a*)
*ns*, *præteritum & futurum*.
*ns* deſinit in NS, & formatur ab
BAM vel BAR in NS mutatò: ut
, *amans*: à *loqvebar*, *loqvens*.
*ritum* deſinit in TUS, SUS, XUS,
r à *priori* (*b*) *ſupino* in UM, M in S
, ab *amatum*, *amatus*.
*um Activum* deſinit in RUS &
ſupino, M in S mutatò: ut, ab *a-*
*aturus*.
*um Paſſivum* deſinit in DUS, (*c*)
r à præſenti, S in DUS mutatò: ut
*nandus*.

oɛtor Sanct. ſuper Donat. qvò jure *Participió*
e liceat, ſiqvidem motus ei non accidat, qum
it menſura motus. Is autem reſpondet Tem-
*ſicè* & *realiter* accipi, ſed *Grammaticè*. Ve-
d Grammaticè ſumatur, ipſa tamen temporis
icipio tributa à Grammaticis ipſâ re & natu-
nim Participium, etiam teſte Varrone, rem
gnificat, non ſecus ac verbum, cur igitur ei
tus ſeu fluxus denegabitur? Ortum enim à
Verbo

Digitized by Google

verbo traxit ſecum temporis differentiam, & rei fluxum atqve ipſius fluxus menſuram connotat. Confer Gieſ. p. 234. *b.* Sunt qvi tradant Præterita in TUS, SUS, formari à poſteriori ſupino: verùm hoc in *Deponentibus* non habet locum: qvia illa *poſteriore Supinô* carent. *c* Nota. In verbis tertiæ & qvartæ Conjugationis ſæpe futurum in ENDUS per ἀντίςοιχον mutatur in UNDUS: ut *experiundus, faciundus, ejiciundus, herciſcundus.* Cic. pro Cæcinna. *Homines inermes qvi ad conſtitutum, experiundi juris gratia, veniſſent.* Terent. *Sic faciundum fuit* &c. Idem: *ejiciunda eſt animi molities* & Cic. pro Cæcinna: *In poſſeſſione bonorum qvùm eſſet, & qvum ipſe ſextulam ſuam nimiùm exaggeraret, idem herciſcunda familiæ cauſam agere non poſſit.* Alii ſine h ſcribũt *erciſcundus.* Qvamvis hæc forma propria ſit vocis *oriundus:* illa tamen non tam *futuri*, qvam *præteriti* ſignificationẽ habet. Eandem formam ſibi vendicant Gerundia: qvo de pag. 515. Nec non *repetunda* U pro E admittit, ut traditur pag. 253. Perpetua autem eſt in Eo, ejusq; compoſitis: ut, *eundum, abeundum, redeundum,* præterqvam in *ambiendus* ab *ambio.*

## DE SIGNIFICATIONE.

*Significatio* Participii *duplex* (*a*) eſt.

*Activa* & *Paſſiva.*

Ab omnibus Verbis *Perſonalibus* [*b*] veniunt *Participia.*

1. A verbis *activis* veniunt *duo* Participia, *Præſens* in NS, (*c*) & *Futurum* in RUS: ut, *amans, amaturus.*

2. A *Paſſivis* etiam *duo* Participia veniunt, *Præteritum* (*d*) in TUS, SUS, XUS, & *Fu*-

*turum*

IDUS: ut, *amatus*, *viſus*, *fixus*,

*eutris*(*e*)veniunt etiam *duo* ut ab
ens in NS, & Futurum in RUS:
*ſſurus*.

*eponentibus*, (*f*) qvæ Accuſati-
blativum regunt, *qvatuor* veni-
pia, *Præſens*, *Præteritum*, & *duo*
ut, *ſeqvens*, *ſeqvutus*, *ſeqvuturus*,
*utens*, *uſus*, *uſurus*, *utendus*. Sed ab
*ibus*, qvæ nec Accuſativum nec
regunt, *tria* tantùm veniunt
ut, *labens*, *lapſus*, *lapſurus*: *opi-*
*us*, *opinaturus*, &c.

ìm eſt ſignificatio Paticipiorum, *activa* ſc. &
im totidem ſignificationes erunt, qvotũ Ver-
qvod *qvadruplex* conſtituimus ſuprà p. 457.
cap. 6. l. 6. p. 282. *b* Ab *Impersonalibus*
Participia *pœnitens*, *pœnitendus*, *pertæſus* &c.
is. *c* Nota. 1. Qvædam *Activa* participia in
exponi poſſunt; ut, *vertens qvi vertitur*,
*tur*. Cic. in Arato. *Annua conficiens vertentia*
*ertentia* i. e. qvæ vertuntur. Et qvid ſit ma-
nus, idẽ eleganter exponit in ſõnio Scipionis,
*idem*, *unde ſemel profecta ſunt*, *cuncta aſtra*
*ngue totius cœli deſcriptionem longis inter-*
*tum ille verò vertens annus appellari poteſt*,
*audeo*, *qvam multa hominum ſecula tenean-*
Æneid. *Certè hinc Romanos olim volventi-*
vi volvuntur. Anni enim non *volvunt*, ſed
2. Georg. *Atqve in ſe ſua per veſtigia volvi-*

*tur amans*. Nota 2. de Participio præſente. Pa
addita verbis Præteriti aut Futuri temporis, 
cationem qvoad tempus induunt. Terent. in 
*di adveniens*, i. e. poſtqvam adveni. Cic. pro 
*Cæſare C. Panſa mihi nuncium perferente*, 
*laureatos tenui, qvoad tenendos putavi*: hoc e
ſa nuncium mihi pertuliſſet. Martial. lib. 7. *Te*
*Pyladen ut dicet Oreſtes, Theſea Pirithoi de*
i. e. ſi tu finxiſſet. Et lib. 10. *Vilior hæc nobis*
*fuiſſet*, i. e. ſi alius miſiſſet. Plura conſimilia e
pud Saturnium libr. 6. c. 11. p. 293, 294. *Futuri* q
nia ſtrictim afferemus, Plaut. in Bacchid. *Cred*
*ens nomen mutabit mihi*, id eſt, dum advene
bum. *Nec dubito qvin te legente has literas, c*
*futura ſit*, i. e. cum tu leges has literas. d No
pio præterito. Participia præteriti temporis
præſentis temporis, nonnunqvam naturam 
nem ejus ſeqvuntur: Plin. *Lacus neqve exhau*
*itur, neqve infuſis augetur*, i. e. ſi aqvæ exhauri
dantur. 4. Præterita qvædam in TUS, etſi fo
ſivæ, habent tamen ſignificationem activam: 
cavet, *tacitus*, qvi tacet. Sic: *argutus, circumſp*
*tus, diſertus, profuſus, ſvetus*, cum compoſitis
*ſvetus, inſvetus*. Sed ut hoc obiter moneamus
*ſus* non modò activè uſurpatur, ut Terent. 
*qvam cauſam fictam, falſam, ineptam ſaltem*
*qvi?* ſed etiam paſsivè, ut idem, *Carine falſu*
ceptus es. Et ſaluſt. *Nec ea res me falſum hab*
1, c. 30, Saturn. l. 6. c. 15. *p*. 5. De Neutrorum
nendum, qvod à qvibusdam Neutris etiam v
pia paſsiva, modò Præterita, modò Futura, 
qvoties res non deſunt, qvibus ea tribui poſſin
TA: *Aditus*, Cic. 1. offic. *Vix invenitur, qvi lab*
*periculisque aditis, non qvaſi mercedem rerum*
*deret gloriam*. *Aratus* Ovid. in fine 1. Faſtor.
*veniat, ſub terras ſemen, aratus*. *Caſus*. Virg. 2.

Digitized by Google

*eant.* *Ceſſatus*. Ovid. 4. Faſtor. *Largáque*
*eſſis in arvis.* *Decurſus*. Lucret. *Leonæ de-*
*oli.* Sic, idem lib. 3. *Decurſo lumine vitæ.*
. 3. *Aqua cibóque defecti, de faciendà de di-*
Mart. *Dulcia defecta modulatur carmina*
Ovid. 3. Faſtor. *Protinus erratu lati vejcum-*
*natus.* Qvintil. proem. lib. 6. *Maturitas*
Paneg. *Feſtinati honores.* *Juratus*. Ovid. in
*t tu lentus abes: nec te jurata reducunt Nu-*
*motus amore redis* *Laboratus*. Virgil. l. 1.
*rata veſtes.* *Obitus*. Virgil. *Morte obitâ, qva-*
*itare figuras.* *Occaſus*. Gell. lib. 3 *Poſt ſolem*
*ccaſo.* *Potatus*. Plin. lib. 2. c. 103. *In Faliſco*
*candidos boves facit.* *Potus*. Ovid. 1. Faſtor.
*a plus ſatiantur aqva.* *Præteritus*. Cic. pro
*præteritos ſcimus Conſ. eſſe factos.* *Propera-*
10. 3. *Stylus properatus.* *Regnatus*. Ovid. 4.
. *Qvam tua Tinacria eſt, regnatáq; terra*
*us* Seneca de Tranqvill. *Danda eſt remiſſio*
*s reqvieti ſurgunt.* *Status*. Plin. l. 9. c. 23.
*ve tempore parit, cum cæteri piſces ſtato*
. Cic. ad Tir. *Cùm omnia velles mihi ſue-*
Virgil. *Hic juvenis jam victor ovans veſtigia*
*it titubata ſolo — Triumphatus*. Virgil. 3.
*mphatas utroqve ab littore gentes.* *Vigila-*
*Hoc precium vitæ vigilatorumq; laborum.*
d Att. l. 6. *At qvàm honeſta, & qvàm ex-*
*? qvàm evigilata tuis cogitationibus? &c.*
*dendus*. Livius: *Nullâ re, qvæ agenda an-*
*ermiſſâ.* *Cœnandus*. Perſ. *Olla inſulſo cœ-*
*urandus*. Horat. *Jurandasq; tuum per no-*
*Obeundus*, Horat. lib. 1. Serm. Sat. 6. *De-*
*, non ſollicitus mihi qvòd cras ſurgendum ſit*
*Marſia. — Potandus* Ovid, 2. Faſt. *Dumq;*
*andaq; vina miniſtri.* *Regnandus*. Virgil. 6.
*qvam regnandam acceperit Albam.* Confer

Y y 2 Priſcl.

Digitized by Google

Priſcl. Paral. Gram. f. 6. De *Deponentium Participiis* notandum erit, qvòd qvædam Deponentia apud an *Communia* fuerint, activè ſimul & paſſivè ſignificanti nunc ſunt *Deponentia*. E qvibus reliqva adhuc ſunt n la Participia præterita non tantùm activam, ſed & pa ſignificationem admittentia. *Commentus*. Ovid. 1. *Aut eadem ante aras commentaq; ſacra coegit*, i. e. ficta *plexus*. Cic. pro Roſc. *Qvô unô maleficiô ſcelera omni plexa eſſe videantur*. *Conatus*. Cæſar 1. Gall *Perfaci eſſe probat conata perficere*, i. e. cogitata. *Exorſus*. Vi *Sua cuiqve exorſa laborem Fortunamq; ferunt* — vid. *Menſus*. Cic. de Nat. Deorum: *Spatia menſa, qvia co curſus Lunæ, menſes vocantur*. *Dimenſus*. Cic. de Sen *ſent illa dimenſa atqve deſcripta*, &c. *Remenſus*. Virgi neid. — *Phœbumq; remenſô hortatur Pater ire mari amq; precari*. *Mentitus*. Idem l. 2. Æneid. — *primi mentitaq; tela, Agnoſcunt* — *Pactus*. Plaut. *Pactam* beto. Cic. 1. Offic. *Pactæ cum hoſte induciæ*, i. e. init citæ. *Pollicitus*. Ovid. *Exige polliciti debita jura to* promiſſi Idem eſto judicium de *confeſſus*, *dignatus*, *tus*, *expertus*, *largitus*, *dilargitus*, *meditatus*, *teſtatus* conſimilibus, de qvibus fuſiùs egimus ſuprà pag. 46 465. 466. g. 7. Participia Futura paſſiva plurima ve Deponentibus, & ab omnibus qvidem, qvæ de ſe f Gerundia. *Adipiſcendus*. Cic. 2. de Leg. *Intelliget qva ſtrumenta habeat ad obtinendam adipiſcendamq; ſapie* *Fatendus*. Ovid. *Sunt tantum eventu dura fatenda me fitendus*. Cic. 1. de Nat. Deor. *Ad ſententiam profitend* *Modulandus*: Horat. — *fidibus modulanda Latinis*. *endus*. Cic. ad Heren. *Ad rem adoriendam*. *Precandu* 3. de pont. el. 1. *Cæſaris eſt conjux ore precanda tuô*. *dus*. Plin. *Coctas dyſenteriis veſcendas dedere*.

## NOTA.

*Participia* fiunt nomina:



Digitized by Google

miſſione *temporis:* ut *Sapiens*, *Ser-* ſubſtantivè ſumuntur. Item *do-* omine gnaro & doctrinâ prædi-*ndus*, pro eo, qvi dignus eſt reve-

mina fiunt amiſſione *Caſus*, oum regit: ut, *amans pecuniæ*, *pa-e*. Nam Verbum Accuſativum *mans pecuniam*, *patiens inediam*.

liqvi *tertium* & *qvartum* modum converſio-um in Nomina, ſcilicet, *Comparationem* & . Ad *Comparationem* qvod attinet, eâ mini-*icipia*, veluti ſuperiùs allatis latinorum teſti-cimus. Et ſi qvando contingat, ut *Partici-*rationem nominum ſeqvantur, illud non tàm qvàm caſus Participialis amiſſioni erit aſcri-Qvando Columella lib. 7. ait: *Qvis famulus ni?* Et Plin. Cæcil. lib. Epiſt. 4. *Eſt homo exi-m amatiſſimus*: non ideò *amantior*, & *aman-*inum naturam induerunt, qvia comparan-a *Participia* comparari comparata ſunt, nec-Sed ideo, qvia regularem *caſum* ſcilicet *Ac-*erunt. Non enim dicit Columella, *amantior lomini*: nec Plinius *amantiſſimus bona*, ſed dit, qvòd amans virtutis in Poſitivo, Nomen llò etiamnùm inde formatô comparativô vel vare Comparatio per ſe non efficit, ut Parti-ant. Deinde ad *Compoſitionem* qvod ſpectat, vòd non pauca *Participia compoſita* vulgò rectiùs *Nomina adjectiva Compoſita* dixeris. *nefandus*, *immerens*, *innocens*, *impexus*, *in-*, *inultus*, *inſperans*, *inauſus*, *illaudatus*, *inex-*

 *pertus*,

Digitized by Google

*pertus*, *imperterritus*, &c. Hæc & ſimilia *No*
*compoſita* meritò cenſentur, idq; non ob (
*guram*, cujus imperium & poteſtatem tam
vix licebit, ut ea ſuômet Marte poſſit naturam
*tionis* mutare & vocibus certas ſuas aſſignare
mis cum ipſa penè per omnes vagetur. Statu
eſt eô nomine hæc eſſe compoſita adjectiva,
*differentia* carent, qvam tamen genuina Part
dicant. Et qvô qvæſo jure dixeris (e. g.) *In*
cipio in Nomen tranſire, cum nunqvam fueri
Etenim Participium definitur dictio *verbalis*,
*rivata*, *ſignificans cum tempore* At verò *in*
pium ſi eſſet, à qvo qvæſo *verbo Compoſito* de
luti itaqve in aliis temporibus inflectere non
*indocui*, *indocens*, *indocendus*, *indocturus*: It
fecto Paſſivo Participii integrum tibi erit fle
Rara itaq; avis, nigròq; ſimillima cygno erit
um, cui *unicum* tantum uſus largitus ſit *tem*
*thema*. Dicendum igitur, veluti ſimplex *doct*
*poris differentia* caret, Nomen Adjectivum
ita compoſitum *indoctus*, qvia *nullam temp*
*nem* admittit, ideo neqve Participiorum le
ſtrictum, qvæ à verbo derivata, tempora ha
eſt & manet. Et qvia *Participium* non e
à ſcrupuloſâ mutatione è Participio in N
tuere habet. Non entis enim nullas eſſe affe
Peripatus. De ſimilibus aliis idem eſto judi
qvòd non pauca ſint talium *compoſitorum*, qv
tio divertit à ſignificatione ſimplicis. e. g.
non *activè*, ſed *paſſivè* ſignificant, licet *auſus*
ſuæ & thematis æmula *activè* ſignificent. ex
det manifeſtior. Qvamvis *activô* ſenſu dica
*Vaſtati agri, præda paſſim acta, non auſis a*
Tamen Virgil. *paſſivè* ait: *At furiis Caci men*
*inauſum, Aut intentatum ſcelerisve dolive fu*
cero in Catilinam ita calamum ſtringat: *Ul*

*tatem poſtea Sylla:* Tamen idem Cic. 2. Verr. *paſſivè* uſus eſt, dum ait: *Ut caeterorum qbo- it impunita & inulta.* Cùm itaqve ſignificati- ùs mutata intelligatur in non paucis hujusmo- qvam aliàs Participia à verbo ſecum trahunt; t, ea parum aut nihil commercii cum Partici- xteriorem elementorum formam ſi exceperis. ſtare licet. Nam non pauca Nomina reperies, n Participiorum habitum repræſentant, qvæ à verbo ducunt originem, adeóq; Participia nt. e. g. *Viridans, flammans, pragnans, comans, atus, ocreatus, criſtatus, turritus, cornutus, aſtu-* ma itaq; tantum ſubeſt ratio, ob qvam Partici- transeunt: Una princeps & primaria, ſcilicet *rio temporis.* Altera verò ſecundaria, *amiſſa ſus,* qvem Participium è præſcripto verbi rege- en inficias imus, qvin *Compoſitio*, qvaliscunqve m externum ſit, qvòd talia adjectiva compoſi- men themata non componuntur, Nomina ſint, ipia. Dicimus qvòd ſint Nomina: non enim piis Nomina, cùm Participia nunqvam fuerint. s comparationi. v. p. 670. Nota: *præſtaturus, cre- turus, vetaturus, tonaturus, ſonaturus*, &c. ſub gationis *primæ* ſunt tradita pag. 529. 530.

# DE ADVERBIO.

*ium* eſt pars Orationis invariabi- ) qvæ aliis dictionibus (*b*) addi- plicandam earum circumſtanti- *eleganter doctus, latinè loqvitur, ns, planè noſter, parum diligentèr.*

tenùs traditæ ſunt partes Orationis variabiles: ò ut dictiones invariabiles, pari fide & indu-



Digitized by Google

ſtriâ perſeqvamur: Súntq; *Adverbium*, *Præpoſ*
*tio* & *Interjectio*. b Qvamvis non infitias e
*bium* hâc nomenclatione gaudere, qvòd utplur
adjiciatur: tamen qvia Adverbia non ſolùm *V*
am *Nominibus*, *Pronominibus*, *Participiis*, & *ſ*
dita reperiuntur, nos inprimis uſum latinoru
tes, maluimus hic communiùs loqvi, dicereq;
bia *dictionibus* addantur qvàm affirmare, qvò
adjiciantur. In Definitione itaq; per *dictiones*
neraliorem vocem nihil aliud intellectum vo
modò enumeratas ſpecies vocum, ſcilicet, *N*
*men*, *Verbum*, *Participium*, *Adverbium*. Pari
nêre de omnibus Orationis partibus invariabil
tandum, qvòd judiciô, delectu & circumſpect
ut particulis conſignificativis, qvas exhibent, le
nentur ſedes. Nam veluti variat ſignificatio, i
rum ſedes alia atqve alia eſt. Jam enim diverſit
onis efficit, ut eadem Syncategoremata & parti
tur ad diverſas Orationis partes. Jam eader
diverſa, in cauſa eſt, ut in eâdem Orationis par
claſſes commodè reduci poſſint. Hujus generis
*ita*, *qvàm*, *qvare*, *qvamobrem*, *ſeu*, *ſic*, *ſive*, *tam*
*ut* & ſimilia. Et ut in rem præſentem propiù
*Cum*, jam eſt *Præpoſitio* ſignificans comitatum
eſt Conjunctio copulativa. ſeqvente *tum*, dani
tur, baade. *Ita*, *ſic*, ſaaledis/ i ſaa maad
*Qvalitatis* ſunt: At verò qvandò exponuntur,
verbia *Similitudinis* ſunt, & reſpondent plerumq
dentibus, *ut* vel *ſicut*. Cicero pro Cluent. *Sic*
*parum firmamenti*, & *parum virium veritas hab*
*loco falſa invidia imbecilla eſſe debet*. Freqv
cum ſimilitudo ſignificatur, uſurpatur ſimplex
ſeqvente *Item*, *Sic*, *Ita* &c. Cic. 2. Phil. *Ut in ſe*
*eſt arborum*, & *ſtirpium*: *Sic hujus luctuoſiſſim*
*tu fuiſti*, idem: *ut ſementem feceris*, *ita* & *mete*.
nunqvam Adverbia *affirmandi* ſunt, Ja. Tere

Digitized by Google

*d ſcire poſſes, aut ingenium noſcere, dum ætas,*
*ler probibebant? SO. ita eſt*. Idem Andr. 2.1.——
*hodie Pamphilo nuptum?* B. *Sic eſt*. Interdum
*eſt*. Cic. *Ita mihi Deos propitios velim*. Aliqvando
m habet. Virgil. eclog 9. *Sic tua Cyrnaas fugi-*
*taxos: Sic Cytiſo paſtæ diſtentent ubera vaccæ*.
*Optantis* eſt, **huor gierne/ huor ſaare**. Cic. 3.
*dem vellem te à Stoicis inclinâſſes*! Nunc *Compa-*
bium eſt, Plaut. Capt *Qvam tu filium tuum,*
*meus deſiderat*. *Tam* nonnunqvam præcedit:
*s eſt, qvàm qvi maximè*. Interdum abeſt *tàm*.
*elo, qvàm pauper*. *Qvare*, **Hui? huorfor?**
*Interrogandi* eſt. Cic. 1. de Orat. *Namqve illud*
*negaſti? Qvare*, **derfor**/ Conjunctio *conclu-*
l. 1. Æneid. *Qvare agite ò tectis juvenes ſuccedi-*
*ums* **naar/ der**/ Adverbium *temporis eſt*. Cic. l.
*lti anni ſunt, qvum ille in meo ære eſt*. Qvum,
**efftterdi**/ Conj. Cauſalis eſt. Cic. pro Dejot.
*ibus cauſis gravioribus initiò dicendi commove-*
*en in hâc multa me ita perturbant &c*. Sed plu-
us, & lectorem amandamus ad Horatium Tur-
anum, qvi diligenter collegit particulas Latini
Nec non ad Linacri l. 5. de ſtructurâ Lat.

Adverbio *qvatuor* ſunt con-
ſideranda:

*ātio, Species, Comparatio, Figura.*

E SIGNIFICATIONE.

ificatio Adverbiorum multiplex
cet

ci, qvæ ſunt *qvintuplicia*.



Digitized by Google

1. In loco: *ubi, ubinam, ibi, hic,* ...
*alicubi, ubique,* & cœtera compoſita ...
*intus, foris, utrinque, paſſim.*

2. Ad locum: [*b*] *Quò, eò,* ...
*iſtuc, intro, foras.*

3. De loco: *Unde, inde, hinc, illi*...
*foris,* [*c*] *utrinque,* & compoſita ...
Huc *etiam* pertinent *eminus, comin*...
ſinentia in ITUS: ut, *cœlitus* [*d*] ...

4. Per locum: [*e*] *quà, hàc, i*...

5. Locum verſus: *quorſum, h*...
*lorſum, iſtorſum, dextrorſum, ſini*...
*ſurſum, deorſum, ſusque, deque.* [*g*] ...

Sub initium hujus Affectionis Adverbi... mus, ea Adverbia gravi accentu ſuperiùs ſigna... externò elementorum habitu conveniunt cum ... partium dictionibus: à qvibus ut diſtingvantur ... tur. e.g. Ut puer ſtatim primò aſpectu ſciat *hic* no... men, ſed Adverbium: notâ ſuperimpoſitâ mon... aliis. Confer paginam 15. *a* Compoſita ab *Ubi* ... intuitu òculis ſubjecta pateant, hæc ſunt impri... *ubicunqve, ubinam, ubivis, ubiqve, ſicubi, neu*... De qvibus ſi fortè dubites, hìs te confirmatu... Plaut. Rud. *Ubiubi erit, tamen inveſtigabo.* Iden... *trobi habeam ſtabile ſtabulum.* Plin. l 11. c. 14. ... *favi cerâ ſpectabiles gignuntur, ut in Pelignis, S*... *mellis copia, ut in Creta, Cypro: alìubi magnit*... *Septentrionalibus.* Nec non plura alia huc refe... *diqve, usqveqvaqve, uſpiam, nuſpiam, usqva*... *nonnusqvam.* Plin. l. 14. c. 19. *Nonnusqvam vi*... *vina condiunt.* Huc etiam ſpectant, *Longè, per*...

*u*, Item *ſuprà, infrà, ſubtèr, antè, penè, pòſt*, *extrà, juxtà*, qvandò amiſſis caſibus Adverbi- induunt: Terent. Adelph. *Eſt ad hanc ma- ibi angiportum proptèr eſt*, i. e, propè. Eòdem *m*. Lucret. l. 4. *Cum ea qvæ fuerint juxtim ul ſint Viſa rotunda* — *b Ad locum* etiam leris hæc ſeqventia, qvæ ad vitandam nimiam molem de induſtria omiſimus: *Eòdem, iſtò, aliqvò, neutrò, utròqve, qvò qvò, quocunqve, u, uſqvam, nusqvam, peregrè, longè, ultro*. Plin. *ò enim, ſi tamen officii ratio permiſerit, excur- nt*. Andr. *Cum illò advenio* &c. Liv. *Audita ſpenſa omnia, neutrò inclinatis ſententiis*. Idem *s miſſi*, &c. Plaut. *Ménsq; mihi illam qværere, bducta eſt gentium*. Terent. Heaut. *Imò abeat ovus gentium* &c. Idem Eunuch. *Iturâne Tha-* Cic. 1. Phil. *Nec verò uſqvam diſcedebam. Cives Romani à me nusquam diſcedere* &c. Te- *imprudens villam, longè jam abieram* &c. Cic. ino: *Poſteà homines curſare ultro & citro non* e. huc atqve illuc. *c Foris*] Cic. 2. de Inv. *tur tunc dicitur, cùm ipſum ex ſe factum pro- , aliqvo autem foris adjunctô argumento defen-* de Orat. *Aſſumi foris argumenta*, &c. *d Cœ-* ris moderni non rarò utantur hâc voce, in lati- n freqvens eſt. Cui fidem facit ſuô exemplô , c. 1. Var. Lect. qvi ad hujus vocis autoritatem b ipſis Latinitatis principibus Cicerone, Cæſa- &c. nihilſe præſidii habere potuiſſe fatetur. Qva- citServium in verſum 168. Georg. Virgilii, *ſi te divini gloria ruris*, ita commentantem: *Si tibi cœlitus, ut gloriam ruris habeas*. Citat & La- , 5. Inſtitutionum: *Nemini dubium poteſt eſſe, r, qvi cœlitus mittitur, tam ſcientiâ ſit m, qvàm virtute perfectus*. *e* Nonnulli præcipi- Adverbiis PER LOCUM reſpiciatur ad nomen

*Via*

Digitized by Google

*Via*: ut, *hac, illac*, ſcilicet, *via*. *f* Ad Adverbia
*ſus* pertinent qvoq; ſeqventia: *Aliorſum, aliov*
*trorſus, dextrovorſum, lævorſum, qvoqvoverſum,*
*verſus*, & ſimilia, Plaut. Truc. 2. 4. *Qvoniam*
*menſis adventat prope, Aliam aliorſum ire* &c. Id
*Atqvi ego iſtuc, Anthrax, aliovorſum dixeram. No*
*tu inſimulas*. Liv. 6. bel. pun. *Nec deceptus ma*
*Tuſculum dextrorſus Gabios deſcendit*. Plaut. *R*
*dextrovorſum averſa it in malam crucem*. Feſtus:
*vum, & lævorſum i. e. ſiniſtrum & ſiniſtrorſum.*
*imperio claſſem qvoqvoverſum dimittunt*. Idem
*Patebat hæc qvoqvoverſus pedes XXX.* *g Su*
hâc loqvendi forma ita diſſerit Gellius lib. 16. c.
*fero, aut ſusq; deq; habeo (his enim modis dicitur)*
*ex hominum doctorum ſermonibus, in poëmatis q*
*epiſtolis veterum ſcriptum plurifariam. Sed facili*
*qvi id verbum, oſtentant, qvàm qvi intelligant. Si*
*rem ſusq; deq; ferre, æqvô animô eſſe, & qvod accid*
*ni pendere, atq; interdum negligere & contemnere*
*modum id valet, qvod dicitur* ἀδιαφορεῖν. *Laber*
*pitalibus: Nunc tu lentus es, nunc tu ſusq; deq; f*
*Varro in Siſenna: Qvòd ſi non horum omnium ſi*
*principia, ſusq; deq; eſſet*, &c. Hæc Gellius. Qvare v
biis *verſus locum* aſcribatur, ipſum etymon mon
propriè idem ſonat ac *ſurſum deorſumq;*, ac ſi dic
non curare, ſive ſurſum ſive deorſum res feratu
pactô ſignificationem *verſus locum* habet. Qvod
*qve* dicatur, non *ſursqve*, inde eſt, qvia pro *ſurſum*
cebant *ſuſum*, veluti pro *prorſum, proſum*. Unde a
eſt nomen *proſus* i. e. rectus. e. g. *Oratio proſa*, c
apud Feſtum legatur *prorſus*, i. e. rectus. Atqve
adhuc reliqva manet in Adverbio *protſum*. Nota
li ex antiqvis, inter qvos Donatus, inter Localia et
rant ea, qvæ *Nomina* rectiùs ſunt, qvàm Adverb
*loco: domi, ruri, humi, belli, militiæ*. Et propria

Digitized by Google

locum : *domum, rus, humum.* Et propria *A-*
*m &c.* De loco : *domo, rure, humo.* Et propria
*s.* Græcis qvidem hæc Adverbia ſunt : οἴκονδε
vel οἰκόνδε, *domum,* οἴκοθεν, *domo.* ἀγρό-
θεν *rure,* ἀγρόνδε, *rus :* ἔραζε, *humi, vel in*
ησι *Athenis, in loco,* Ἀθήναζε vel Ἀθήναζε
*cum,* Ἀθήνηθεν *Athenis, de loco.* Verum enim
ina *Adverbia* dicere, nihil aliud eſt, qvàm in
rum luce cœcutire. Et qvæſo, nonne dicimus,
*e, ſede?* &c. Non itaqve *Adverbia* ſunt, ſed
qvorum ſtructura infrà in Syntaxi σὺν θεῷ

emporis: *Quando, hodiè, nunc,*
*nudiustertius, nudiusqvartus, &c.* †
*ando.* Sic: *ſerò, ſemper, nunqvam,*
*itò, repente,* & ſimilia.

nt Grammatici Adverbia temporis, vel eſſe
*ndefiniti* temporis. *Definiti Temporis* Adver-
certum aliqvod tempus definiunt, ſuntq; vel
poris: ut, *hodie, jam, nunc, modò, adhuc.* Vel
poris: ut, *dudum, jamdudum, jamdum, pri-*
*diustertius* (qvaſi nunc dies tertius, nu paa
iden/qndendags gaar) *nudiusqvartus* (qvaſi
artus, nu paa fierdedag ſiden / trediedags
*aliqvando, qvondam.* Vel *futuri* temporis: ut
*e, poſtridie, mox, propediem, deinde, deinceps,*
*, poſtea, poſthac, olim, aliqvando, qvondam. In-*
oris Adverbia ſunt, qvæ nullam certam tempo-
terminum definiunt: ut, *aliqvando, interdum,*
*ad, unqvam, nunqvam, nondum, confeſtim, pro-*
*uò, extemplò, ſtatim, citò, actutum, repente, ſem-*
*rpetuò, æternùm, ætatem, diu, jamdiu, aliqvan-*
*iſper, pauliſper, modicùm, puſillùm, manè, ve-*
*ſperi,*

Digitized by Google

*ſperi, oportunè, tempeſtivè, tempori, commodùm,*
*do, ſiqvando, qvandóq; , tum, donec.* Huc etiam
*modò, nunc,* qvandò geminantur, ita tamen, u
vum ſenſum habeant: ut, *nunc huc, nunc illuc i*
*dò ait, módò negat.* † Et cœtera dicimus. Na
Moſtellaria plura addit, dicens: —*nam heri &*
*tiùs, qvartùs, qvintùs, ſextùs. usqve, poſtqvam*
*ejus pater abiit.* Et Cicero 5. Phillip. *nudius ter*
*habet: Recordabimini*, inqvit, *qvi dies nudiuster*
*fuerit, qvantus conſenſus veſtrum, qvanta virtus,*
*ſtantia.* Nota 1. Huc referunt aliqvi antiqva i
mentionem facit Gellius l. 10. c. 24. *Diepriſtini,*
*diequinti, diequarti, dienoni, dieperendini, die p*
die priore, ſive pridie, die craſtinô, qvinto, qvartô
ximô. Hæc etiam per e efferebantur: *dieqvarte, d*
*autem intererit*, inqvit Gellius, ut *dieqvarto qv*
*tertio dicamus, dieqvarti aut dieqvarte de futur*
modô dicebant veteres pro *peregrè, peregri*, pr
*præfiſcini*, & rurſum pro *heri, herè*. Plautus in Per
*rus peregri eſt. Præfiſcini* utitur Apulejus 3. Flor
rat. Serm. 2. *Nam mihi convivam qværenti herè*
Terent. Hec. *Herè nemo voluit.* Plaut. Amph. 1.
alibiq; Nota. 2. *Usqve & Hactenus* non modò
& *Loci* Adverbia ſunt: ut *ad flumen usq; perſecut*
*Ad horam usq; octavam.* Svet. in Ner. c. 40. *Ha*
*duit, ut malum iis minaretur*, i. e. non ulteriùs

III. Numeri: *Qvoties*, † *tot e*
*ties, aliqvoties, ſæpè, rarò, rurſus, ſ*
*ter, qvater, &c. iterùm, tertiùm, q*

† Antiqvi Grammatici, Priſcianus, Victori
cas de aſpiratione, nec non Pandectæ Florentin
per N in fine, *totiens, qvotiens*, olim ſcripta fuiſ
ſius adſtipulatur, & Bembus, qvi in qvodam V
antiqviſſimo vidiſſe ſe teſtatur, Caper tamen

Camerarius ſuffragatur, & Aldus Manutius
& euphoniam. Nonnulli ſuſpicantur ex erro-
ponent enim longas ſyllabas olim geminis vo-
*es* ſcripta eſſe, deinde unicâ tantum, ſed ſupra
*otiēs*, picta eſſe: qvi ſuper impoſitus apex er-
ræ occaſionem præbere potuit. * *Tertiùm*,
hiſce ita Gell. l. 10. c. 1. differit ex M. Varr. l.
um: *Aliud*, inqvit ex Var. Gellius, *eſt*, *qvartò*
*& aliud*, *qvartùm*: *qvòd qvartò locum adſig-*
*ante facto*: *qvartùm tempus adſignificat*, *&*
*m*. *Igitur Ennius rectè ſcripſit*: *Qvintus pater*
*ul.* *Græci qvoqve*, inqvit Gellius ſub finem
*andis hujuſmodi rerum numeris*, τρίτον καὶ
unt. Ovidius tamen pro *qvartùm* ſeu qvartâ vi-
, lib. 2. Faſt. *Ter conata loqvi*, *ter deſtitit*, *ac-*
*n oculos ideo ſuſtulit illa ſuos*.

vantitatis vel Copiæ: *Qvantùm*,
*ultùm*, *parùm*, *nimiùm*, *abundè*, *ſa-*
*m*, *longè*, *latè*, *profundè*, *altè*,

valitatis: *Qvando*, *qvaliter*, *utcun-*
*trcunqve*, *ita*, *ſic*, *aliter*, *ſecùs*, *bene*,
*tim*, *punctim*, *cæſim*, & pleraqve
vis orta: ut, *doctè*, *doctiùs*, *doctiſ-*

imilitudinis: *ita*, *ut*, *uti*, *ſicut*,
*t*, *veluti*, *tanqvam*, *perinde*, *ac ſi*,
*emadmodum*, *&c.*

unc, qvi Adverbiis ſimilitudinis aſcribunt
omen eſſe, nos ſuprà Latinorum teſtimoniis
ovis

evicimus p. 248, 249. † De *qvaſi* fortè dubit
huc ſpectet. Sed res ſalva eſt. Cic. de Seneɑ.
*eas ſic avidè arripui, qvaſi diurnam ſitim explere*
pro Qvint. *Qvaſi tua res aut honos agatur, ita l*
nunqvam etiam eſt *elevandi* particula. Cic
*Qvaſi me pudeat morum, aut non poſſim qvema*
*cantur, oſtendere*. Idem 3. Verr. *Qvaſi verò id c*
*fendendæ nobilitatis ac ſtudiô partium fecerit?*

## VII. Intendendi: *Qvàm, tam* *pere, valde, prorſus, omnino, vel,* † *qvam, efflictim,* * *impensè*.

† *Vel*] Terent. Eunuch. 3, 1. *Ille vel ſolus*
*teſt*. Idem Phor. *Vel oculum excludito: eſt ub*
*locus*. Hinc etiam Superlativis tàm Nominibu
verbiis adjungitur. Cic. l. 1. de Nat. Deor. *Sophi*
*bus illis vel maximis* &c. Idem 1. de Orat. *Hôc u*
*vel maximè feris*. * *Efflictim*] Plaut. Amph.
*amare perinde ut hic te efflictim deperit*. Nota.
bia *Intendendi* referunt etiam Grammatici A
PER compoſita: *perpulcrè, perqvam*, &c.

## VIII. Remittendi: *Senſim, p* *pedetentim, pene, prope, propemodu* *fere, qvaſi*.

*Qvaſi*, qvandò contrahitur numerus, ſp
aliud hujusmodi, freqventer utitur Cicero pro *f*
Cic. 2. Verr. *Ex his qvaſi decem fiſcos ad Senato*
*lictos eſſe*. Idem 2. Acad. *Qvantulus vobis videtu*
*dem qvaſi pedalis eſt*. Eôdem planè modô hic lo
ro, qvô alias ütitur ſancta lingva: in qvâ Ca
(ut vocant Ebræi) i. e. Caph conjecturæ, id
*fermè, qvaſi*. Ruth. 1. v. 4. *Et habitarunt*
[illegible] כְּעֶשֶׂר) *qvaſi decem annos*. Id qvod & in nov

et in particula ὡσεὶ. Math. 14. v. 21. *Erant au-*
*ri* ὡσεὶ πεντακισχίλιοι, *quaſi* 5000.

# Minuendi: *Saltem*; *minimùm*,

] Cic. 4. Phil. *Hoc inſperatum omnibus conſili-*
*m certè cœpit.* Ubi pro *ſaltem* ponitur. Inpri-
ſignificationem & uſum admittit, qvandò præ-
, *ſi non*, &c. Nimirum qvia id qvod ſubjicitur
o certum opponitur, ut ait Turſellinus. Cic.
*Res enim fortaſſe veræ, certè graves.* Idem in
*mus igitur, aut ſi vinci dignitas non poteſt, cer-*
*bjecti.*

# parandi: *magis, minùs, tàm, qvàm,*
*ntò, qvantò, ac, atqve, minùs, mi-*
uc refer omnia Adverbia, qvæ col-
tionum ſignificant, ſive Compa-
Superlativi formam habeant.

hâc particula diſſerit; Gellius l. 10. c. 29. *Hæc*
*ula*, inqvit, *à Grammaticis Conjunctio eſſe di-*
*ia: ſed interdum alias qvasdam poteſtates ha-*
*tas, niſi in veterum literarum tractatione &*
. *Nam & pro Adverbio valet, cum dicimus:*
*atq; tu. Significat enim aliter, qvàm tu, &c.*

# levandi: *Scilicet*, [a] *videlicet*,

] Terent. *Id populus curat ſcilicet.* Virgil. *Sci-*
*abor eſt—b Videlicet*] Cic. 2. Phil. *Tuus vi-*
*s conſulatus, perniciosus meus?* c De ſing.
im: qvod reſpectu originis pertineant ad Lo-



Digitized by Google

XII. Dubitandi: *Forſan, forſitan, for-taſse, utrum, an, num, nec ne.*

XIII. Interrogandi: *Qvamobrem, qva-re, cur,* † *cur non, qvidni, num, numqvid, an utrum?* *

† *Cur*] Antiqvis, qvos nonnulli recentiorum ſeqvun-tur, ſcriptum fuit QVUR per QV: eò qvòd illi *cur* a *qvar* contractum velint. Nunc conſvetudo pronunciandi τὸ QV per C fecit, ut recentiores per C ſcripſerint, *Cur* ſicut *cocus* pro coqvus, *cum* pro qvum. Notandum eſt, qvòd *Cur* non nunqvam uſurpetur ſine interrogatione. Cic. pro Roſc. Comœd. *Non fuit cauſa, cur tantum laborem caperes.*
* *Utrum*] *Utrum* qværit de duobus, ſive de altero è duob. Cic. *Utrum ea veſtra, an noſtra culpa eſt?* In genere autem de Adverbiis *Interrogandi* obſervandum venit, qvòd velut res variant, de qvibus qværitur, ita & *Interrogandi* particul. variè adhibentur. Qvædam enim qværunt de *cauſa*; ut *cur? qvare? qamobrem? qvapropter? qvid ita? qvidni qvin* i. e. cur non? Alia de *Loco*: ut, *ubi? qvò? undè? qvà qvorſum?* Alia de tempore: *Qvando? qvoad? qvomqve qvamdiu?* Alia de *Numero*: *qvoties?* Alia de Qvantitate *Qvantum? qvantulum?* Alia de Qvalitate: *Qvomodo, qv. qvaliter.* Alia de *Intentione*: *Qvàm? qvantopere?* Sin vero non *interrogant* hæc Adverbia, tunc ſunt aut *Infinita*: ut *Neſcio ubi frater ſit. Haut ſcio qvare fecerit. Qvò vadas igno-ro. Dic qvid ſit*: aut *Relativa*: Cic. ep. 4. l. 6: *Tempus e. hujusmodi ut ubi qvisqve ſit, ibi eſſe minimè velit.*

XIV. Affirmandi: *ita, etiam, certè, pro-fectò, ne,* † & *amen* * ſacris ſcriptoribus uſi-tatum.

† *Ne*] *Ne* vehementer affirmantis eſt, & qvaſi inten-dendi vim habet, ſed ferè Pronomen ſeqvitur. Cic. de N. tu

*e ego incautus, qui cum Academicè & eadem*
*ndi conatus ſum.* Idem. l. 7. ep. 1. *Ne tu hanc*
*Rationis habuiſti, quàm quibus noſtrum.* Idem,
*lli vehementer errant.* Monet Turſellinus,
Terentio etiam ſine pronomine uſurpetur, à
item. * *Amen*] Nihil hac voce notius, mi-
entius, ô ſi nihil devotius! Primò ortu & uſu
ut. 27. v. ult. *Et omnis populus dicat,* אמן
d Novi Teſtamenti ſcriptores ſeqvuti ſunt.
ἀμὴν λέγω ὑμῖν Amen dico vobis. &c.
*ndi* formulam contineri, nonnulli aſſerunt.
i: inter qvos Cl. Fullerus in Miſcell. Lodovi-
mment. in 4 Evang. Angelus Caninius in Jo-
x eo Guido Fabricius in Lexico Syro-Chald.
Otto Gualtperius in Sylloge vocum Exoti-
injuria negant. Eſt enim intimè aſſentientis
o. Qvæ etiam primitivæ Eccleſiæ Novi Teſta-
iliaris. 1. Cor. 14. v. 16. Et ut multa paucis
: Amen vox ortu Ebræa: Sed Græcâ & Lati-
ata, ſummam affirmandi vim habens. Adver-
ſubnectunt alii Adverbia *Jurandi:* ut, *Pol,*
*or, Mecaſtor, Mehercules, Medius fidius* &c.
thnica portenta etſi Chriſtianorum auribus
int, ac ſolis illis relinqvenda, qvi à Chriſto
le alieni ſunt: tamen ſi qvando in ſcriptis
torum occurrant, ſedulam & ſollicitam da-
æceptores, ut ita verſentur in iis explican-
buſtis teneliis animis inviſus reddatur, iisq;
antur. neutiqvam enim lingva diſcenda eſt,
æſus pietatem dediſcat. Et qvòd nonnulli
lagma parent, dicentes particulas haſce re-
qvòd illæ à Chriſtianis adhibitæ veterem na-
non tam *jurandi,* qvàm *affirmandi* voces.
ud certè ne qvidem titivillitiò redimendum
ſcriptis profanis luculenta ſatis ſuppetunt

 *Affir*

*affirmandi* particulæ, qvibus tutò uti licet, non opus erit ſu
ſpectas & idololatricas velut ex orco revocare, ubi aliqvi
Latinô ſermone affirmandum erit. Et qvæſo qvid aliud ſona
*Pol*, qvàm, per *Pollucem?* Sic *Æcaſtor*, per *Ædem Caſtoris*
*Mecaſtor*, *Mehercules*, inqvit Feſtus, qvaſi, *ita me Caſtor*, *ita*
*me Hercules juvet*,: *Mediusfidius* i. e. *per Deum Fidium*
qvem *Fidei* præeſſe crediderunt. Hæc itaqve & conſimilia
qvia meram Idololatricorum juramentorum impietatem
ſpirant, deteſtari oportet.

## XV. Negandi: *Haut*, *non*, *neqve*, *ne-* *qvaqvam*.

Non deſunt, qvi Adverbiis Negandi aſcribant qvoqv
*Nihil* & *Nullus*, idq; ob ſimilitudinem ſtructuræ cum Adver-
biis. Terent. Andr. *Nihil circuitione uſus es*. Cicero. *Nihil*
*dico*, *qvis fuerit Brutus*. Et in Parad. *Beneficiô iſtô legis nihil*
*utitur*. Idem ad Att. *Philotimus non modò nullus venit*, *ſed*
*ne per literas qvidem*, *aut per nuncium certiorem me fecit*
Verum enim vero hæc omninò *Nomina* ſunt & manent, nec
ullô jure Adverbiis accenſentur. De *Nihil* & *Nil* vide, ſu-
prà pag. 250.

## XVI. Demonſtrandi: *En*, † *ecce*, *hem*. *

† *En* ] Non tantum Demonſtrandi vim habet, ſed etiam
*Irridendi* & *Indignandi*. Cic. 3. Verr. *En cui tuos liberos*
*committas*. Idem pro Cluent. *En hoc illud eſt qvod ante*, *mu*
*lier abundat audaciâ*. Et pro Dejot. *En crimen*, *en cauſa*, *cu*
*rem fugitivus*, *dominum ſervus accuſet?* * *Hem* ] Ho
nonnunqvam etiam demonſtrat. Terent. *Hem Davum tibi*
i. e. ecce. Idem. *Obſecro te*, *qvamprimum hôc me libera miſe*
*rum metu*. D. *Hem*, *libero*.

## XVII. Hortandi: *Eja*, *age*, [*a*] *agite*, *agedum*, *qvin*, [*b*] *cedò*. [*c*]

*a* *Age*, *agedum* ſæpius ſingulari, interdum etiam plural
junguntur: *Agite*, *agitedum* tantùm plurali. Virgil. 4
Æneid

Digitized by Google

*rumpe moras*— Val. Flaccus: *Vos age ſu-*
*volvite ſylvas.* Plaut. *Age igitur, vos intro*
oſc. Amer. *Age nunc illa videamus, judices,*
*ſecuta ſunt.* Plaut. Moſt. *Agedum contempla*
ylla: *Agite conferte nunc cum illius vita vi-*
*s Populoq; R. notiſſimam. Age* qvando ſeqvi-
nqvam eſt *inſtantia.* Cic. 5. Verr. *Age porrò*
*igioſum exiſtimare voluiſti, cur Tauromita-*
*perâſti?* Interdum *geminatū*, vel ſeqvente
*concesſivò, concedendi* vim habet Cic. pro
*ctum, cur Romam properabat?* Idem 5. de
qvit, *ſatis enim ſcire me noſtri ſermonis prin-*
. Idem 2. de Finib: *Age ſane inqvam*, &c.
9.. *b Qvin*] *Hortantis eſt cum correctione*
*in compeſcitis iſtam vocem.* Idem pro Mil.
*e, judices, nempe, hæc eſt qvæſtio de interi-*
*dò*] Huic particulæ ſuprà inter Verba De-
um aſsignavimus; idq; 1. qvatenus anti-
*te* ex ſe gignit 2. qvatenus caſum verbi acti-
us per copulativam verbo Imperativo ad-
r. Cic. 7. Verr. *Unum cedo autorem tui fa-*
de Clar. Orat. *Cedo, qvæſo, orationes, &*
&c. Adverbiis *hortandi* annumeramus;
naturam *Singularis* Imperativi. *Plurali* jun-
nect. *Cedò qvi veſtram Remp. tantam amiſi-*
ota. *Hortandi* Adverbiis adjungunt non-
*cro, qvæſo,* qvæ rectius *Verba* ſunt *Hortan-*
vam *Adverbia.* Plaut. Amph. *Obſecro tu-*
nploro. Cic. Attic. *Atticam ſalvere jube,*
*ro diligenter*, i. e. rogo. Nonnunqvam ta-
*bium* eſſet abſolutè ponitur. Terent. Andr.
*Qvæſo* verò eſt in Ter. Eun. *Qvæſo hercle*
*od fiat tua.* Idem. *Bona verba qvæſo.* Idem
*æſo, ut iſthæc prohibeant.* Cic. pro Arch. *Qvæ-*
*ac cauſa mihi detis hanc veniam.* E qvibus
et, *Adverbia* non eſſe, *obſecro* & *qvæſo,* ſed

 *Ver-*

*Verba*, Sic *Amabo*, jam abſolutè ponitur, ac ſi *Inte*[r] blandientis eſſet. Terent. *Vide, amabo, num ſit domi.* Accuſativum adſciſcit. Cic. ep. Att. lib. 5. *Amabo te, in*[cum]*be in eam rem & ad me ſcribe.*

XVIII. Optandi: *Ut, utinam, ô*[p]*ô, ſic.*

Scaliger de cauſis Lingvæ Latinæ l. 9. c. 158. aſſeri[t tan]tum abeſſe ut aſſentiatur iis, qvi tradunt *O, Utinam*, eſſ[e Ad]*verbia Optandi*, ut potius cenſeat eſſe *Interjectiones*. N[on] enim, inqvit, modum ullum Verbo apponunt. Idem [est,] amarem, & utinam amarem, Et, *ô mihi præteritos r*[eferat] *ſi Jupiter annos*, idem eſt, *Heu qvare mihi non refert?* Scaliger. Cui Friſchlinus in ſtrigili aſtipulatur, illámq; Scaligerianam novô argumentô fulcit. *Si*, inqvit Friſc[hlinus, In]*terjectio eſt, qvâ metuimus, aut aliqvid deteſtamur: ut apage: cur non etiam ſit Interjectio, qvâ aliqvid opt*[amus,] ut: ô, utinam. Sed Scaligero & Friſchlino reſponderi illud ipſum, qvod nos ſub initium doctrinæ Adverbior[um] tulimus; ſcilicet, nihil impedire, qvò minus eadem[q;] cula pro diverſitate uſus & ſignificationis ad diverſas [orati]onis partes referri poſſit. Sic O pro *utinam*, quando ſ[...] *Optandi & deſiderandi* vim habet, *Adverbium Optandi* [...] notante Erythræô, gravem accentum habet, ac apud [Græ]cos ὦ ſcribitur, & tam apud illos, qvàm apud nos natur[...] ducitur, nec abiicitur in ſcanſione. Virgil. *O ubi cam*[pi] Ovid. *O utinam tunc* — & 2. Met. *O ego qvantum e*[...] Propert. l. 3. *Egerat à ſtabulis ô Erythea tuis.* Sed *Op*[...] Adverbium eſſe, ex ſubjectis teſtimoniis luculenter ad[...] ſum patebit. Virgil. 2. Eclog. 6. *O tantum libeat tibi ſo*[rdida] *rura. Atq; humiles habitare caſas* — i. e. utinam. Idem 8. id. *O mihi præteritos referat ſi Jupiter annos.* i. e. refer[at] ne qvidem hili eſt, qvòd *O* à Scaligero exponatur pe[r] Nam qvivis, qvi non cerebrum in calcaneo geſtat, fac[ile vi]det, qvòd Evandrus talem felicitatem & rerum proſp[erita]tem optet, & cum lacrimis etiam à Jove efflagitet ſib[i]

Digitized by Google

lem habuit præteritis annis, ne ſcilicet à dulci
avellatur, & ne urbs ipſa tot civibus viduetur.
Scaliger, qvòd addatur *ſi* in carmine, qvæ par-
cum *O* manifeſtam *optandi* vim importat, &
ſolvit ex Adverbiorum natura. Et *O optandi*
vel inde manifeſtum evadit, qvòd immediatè
ungatur. Ovid. 1. ep. 1. *O utinam tunc qvum*
*claſſe petebat, Obrutus inſanis eſſet adulter a-*
*Utinam* Adverbium ſit *Optandi*, minimè dubi-
vel è proximo exemplo id patet. Et Virgil.
*ex vobis unus veſtriq; fuiſſem.* In hac etiam ſen-
cianus; qvi ſub finem l. 15. pro diverſitate ſig-
am ad Adverbia, jam ad Interjectionem refert.
Eôdem plane modô, qvô ſcilicet *Hem* Gram-
ſt Adverbium *Demonſtrandi*, jam Interjectio
idq; pro aliô atqve aliô uſu. Sic Ejà nunc eſt
erbium, nunc Interjectio blandientis, ex Gram-
pinione. Alvarus, verſatiſſimus Grammaticus,
Adverbia locum aſſignat, *Optandi Adverbiis*
umerat. Et qvòd attinet ad *ò ſi*, & *utinam*: ipſa
rjectionis obſtat, qvò minus ſint Interjectio-
qvæ definitur, *Pars Orationis invariabilis, &c.*
*em perficiens.* At verò, *utinam* & *ò ſi* adduntur
gnificandum animi affectum; ſed non perfici-
entiam. Nam plena ſententia eſt: *Utinam vi-*
*veres.* Vide Cl. Voſſ. p. 166. Non igitur tam
ſunt, qvàm *Adverbia Optandi*. Nota. 1. Ad-
*di* ſubjungunt alii, *Adverbia* ut vocant, *Condi-*
*ſiſi, ſultis.* Alii ad *Hortandi* Adverbia referunt.
*nterjectiones*. Nos ſuprà p. 652. ad *Defectiva*
limus. Comica enim Verba ſunt, & contracta
cum *Si*: veluti citatô locô diximus, id qvod
biq; uſu venit; ut *nolo*, pro *non volo*, & *noltis* a-
prò *non vultis*, vid. p. 639.



Digitized by Google

## XIX. Concedendi: *Sanè, q*

*qvidem, ilicet.* *

*Ilicet*] Exponitur, ire licet. Donatu
Romanos de concilio dimiſsos fuiſſe, cum pr
aſſet, ILICET, i. e. ire licet. Sic: *ſcilicet*, ſci
*cet*, videre licet. Terent. Eun. *Actum eſt il*
qvam *Temporis* eſt, & ſignificat, ſtatim. Virgi
*cet obruimur numerô*—Sed de hac vocula po
num Parrhaſium epiſt.59. Huc alii referunt:
ſed hæc manifeſtè *Verba ſunt*.

## XX. Prohibendi: *Ne,* * *n*

*minime.*

* *Ne* abſolutè prohibet. Plaut. *Ne me n*
*ni ego officium meum*. Nota, Cicero libentiu
cò, *Noli*, vel *cave*. Ad Attic. *Noli putare me q*
*iſſe, qvàm* &c. Idem l. 10. ep. 2. *Cave enim p*
*unqvam gratiores, qvàm tuas eſſe in Senatu re*
ſeqvente, *qvidem*, negat, Cic. 1. de Nat. Deo
*dem auditum eſt* &c. Idem Att. *Ne ſi velim q*
*poſſem*. Sed ita conjungitur Ne cum qvidem
ctio aliqva interponatur.

## XXI. Reſtringendi: *Qvà,*

*qvoad.*

Scribitur & *qvatinus* per i. Sed Feſtus
ſtingvit: *Qvatenus* ſignificat qvâ fine, ut *h*
At *qvatinus*, qvoniam. Et pro qvatinus ci
crob. l. 2. Saturn. c. 5. Sed ibi legitur: *qva*
*tur profuſos cultus*, nec qvicqvam præſidii a
Sat. 4. habet hæc ſcriptura: ubi etiam *qvat*

## XXII. Corrigendi: *Imo* † *q*

*us, magis.*

Digitized by Google

dus dicat in antiqvis cod. ut & à Virgilio
*Immo* per geminum M: non paucos tamen
orthographiæ patronos.

Eligendi: *Præcipuè, inprimis,* *
*maximè.*

mavult ſcribere *inprimis*, qvàm imprimis, ut
da perſona *imprimis*, qvod eſt ab *Imprimo.*

Excludendi: *Solùm, tantùm,*
*modò, ſaltem, duntaxat,* * *uni-*

*t*] Valla l. 2. c. 21. *Duntaxat* licet idem ſi-
*ſolùm*, tamen fere ſolet aliter in oratione diſpo-
re poſt ſe, ſed etiam, ut ſolùm, tantùm, modò
pro Dejotaro: *Qvod ipſum etſi non iniqvum*
*xat periculo.* Et de Orat. *Ita loqvantur, ut ti*
*ntaxat, qva nos uſus docuit.* Livius tamen l. 46.
*Nec animum vobis duntaxat fidelem & bo-*
*ſed omnibus interfuit bellis, qva geſſiſtis.*

Separandi & diſtribuendi: *Se-*
*ſeparatim, privatim, ſigillatim,* [*b*]
*multifariam, bifariam, ſimpliciter,*
*oſtiatim, viritim.*

Haut pauci ſunt, qvibus in more eſt poſitum
*m.* Sed perperam. Cacoëthes illud ſcribendi
traxiſſe è Philippo, Fabro, & Loſſio Phillip-
toribus, in qvibus *ſeorſim* leges. Qvod tamen
tate caret. Nam qvod Loſſius pro ſuâ ſcriptu-
eronem ad Herennium; nihili probatio eſt. Ete-
Aldinum, & Nizolius ibi legunt: *Seorſum hæc*
*dum eſt.* Idem leges in Epiſt. *Seorſùm à Colle-*
*mnia paranda eſſe.* Sic Terent. And. *Omnibus*

 *gra-*

Digitized by Google

*gratiam habeo, & ſeorsùm tibi Demea.* Et Plau
*hodie ſenex ſeduxit ſolum, & ſeorsùm ab adil*
Plauto leges *ſeorsùs* pro *ſeorsùm* Rud. 5: 2. *Pr*
*Denaria Phillippea in paſceolo ſeorſus.* Id qvod
Soſipater l. 2. ſicut dixerunt *rurſus* & *rurſum,*
*mus* pro *demum*, ut Giſanius notat: ita *ſeorſu*
raræ ſanè obſervationis eſt, qvod *ſeorſum* non
junctum habeat caſum Præpoſitionis. Lucret.
*dicibus ut neqvit ullam Diſpicere ipſe oculus re*
*pore toto.* i. e. ſine, ut Græci ἄνευ. Idem infrà
*lingvâ.* Sicut Terent. Adelph. 1.1. dixit clancul
*gillatim*] Aldo probatur Orthographia *ſigillat*
*latim*, eſt enim à *Sigillum.* Cui etiam libri ve
des fidem faciunt.

## XXVI. Congregandi & Co

*Simul, unà, pariter, collectim,*
*ſummatim.*

## XXVI. Eventus: *Fortè, * fort*

*ſtrà, incaſsùm.*

Adverbiis *Eventus* adjungunt alii *forte-*
Defectivum Nominis Diptoton eſt: Nominat.
Ablativo gaudens. vide pag. 247, 251, 252. Pro
ceptum, Accuſativus etiam legitur apud Var
citamus pag. 287. ad vocem Salus. * *Fortè*) S
dum eſt, ne confundantur *fortè* & *fortaſſe*, qvæ
qvàm uſu differunt. Cic. pro Plan. *Cum Put*
*niſſem.* Ubi *forte* idem qvod *caſu*, *præter ſpem*
*taſſe* idem eſt qvod *fortaſſis, forſitan* & dubitati
net, idem l. 3. Epiſt. *Habes epiſtolam verboſio*
*qvàm velles.* Nota tamen 1. Qvoties *Si, niſi,* pa
antecedunt, *forte* dicitur, non *fortaſſe*, vel *for*
Verr. *Si qvis veſtrum Judices, aut eorum, qvi*
*miratur.* Pro Mil. *Niſi fortè magis erit parricid*

*, qvàm ſi qvis humilem nec aberit.* Et 4. de
*hoc magnum ac mirabile videatur.* Nota 2.
*aſſis, ſi forſitan, niſi fortaſſe.* &c. *ne fortaſſe,*
entur, niſi qvando multa verba interponun-
urſellinô p. 92. c. 62. Porrò obſervandum
lli Grammaticorum etiam iis, qvæ *Perſona*
*ecum, tecum, ſecum, vobiſcum* &c. locum
eliqvos Adverbiorum ſignificandi modos,
adſtipulamur Priſciano, qvi lib. 12. de
gura ita ait: *Mecum, tecum, ſecum, nobi-*
*per Anaſtrophen cum Pronomine Præpoſitio*
qetn: *Componuntur Pronomina etiam ſecum-*
*cum Præpoſitione, mecum, tecum, ſecum,* &
*ſum eſt mecum, niſi cum me? qvod etiam vetu-*
*ſu.* Qvare verò antiqviores maluerint Pro-
poſitis cum Præpoſitione uti, qvàm vocibus
e Cicero lib. de Oratore: *Qvod dicitur, cum*
*nobis non dicitur, ſed nobiſcum. Qvia ſi ita di-*
*s concurrerent* (qvomodo vero id accideret
reſsit, dictionem obſcœnam in medium ad-
os modeſtiæ causâ ſupprimimus) *litera. Ex*
*ecum, non cum me, & cum te, ut eſſet ſimile*
*g nobiſcum.* Hæc Cicero. In eandem ſenten-
ia qvædam ex Cicerone affert Priſcianus. Non
*rbia* ſunt, ſed *Pronomina compoſita Ablativi*
*ſitione* CUM. Qvod etiam docuimus ſuprà
aſſertioni tanqvam certiſsimæ, & *ſignificatio*
em facit. Etenim Præpoſitio CUM & dicta
vam *ſignificationem* ſervant: *Mecum*, מעו
מעו דיג: *ſecum*, מעו ſig, &c. Veluti ſtatim
compoſita cum Adverbiis ab initio, retinent
onem, qvæ extra Compoſitionem habent
valet ac, *ecce illum, eccam, ecce illam,* etiam
o: qva de re contra Laurentium Vallam
rà pag. 442, 443. Confer Priſc. l. 12. Idem
*QVICUM*, Cic. ad Brut. i. 12. *Qvi nomi-*

nem

*nem prætermiſerit, qvi cum loqvi potuerit*, i.e. qvo cu
cum qvo. Nec non *conſtructio* luculento indicio eſt, eſſ
*nomen*, Virgil. 2. Æneid. — *Divellimur inde Iphitus &*
*as mecum*. Hic prima perſona in verbo *divellimur* reg
*mecum*, qvod eſt Pronomen compoſitum Ablativi p
Perſonæ, qvem Ablativum, per Syllepſin caſuum re
Si enim Adverbium eſſet, caſum non haberet, ad qva
ret reſpectus. Sic qvando dicimus: *Ibo tecum allaturo*
*rum*, regimen ejusdem caſus, numeri, generis in iis con
nemo negaverit. *Perſonalibus* etiam adjungit Suſenb
ex nonnullorum ſententia, *meatim, tuatim, ſuatim, n*
*tim, veſtratim*, i.e. meô; tuô, ſuô, noſtrô, & veſtrô
Sed hæc apud probatos autores non extant. *Tuatim* q
citat Nonius ex Plauti Amph. 2. 1. *Eccere, jam tuatim*
i.e. tuo more. Ita legunt Lambinus, Janus Guilhelmus, T
mannus & alii. Sed Camerarius legendum exiſtant: *j*
*autem facis* &c. Sic idem Nonius habet *ſuatim*: ſed n
ſignificatione *Perſonali*, nec enim à Pronomine *ſuus*,
Nomine *ſus* vult Nonius dictum. Verba ejus ſunt: *Can*
*ſuatim, bovatim, canum & ſuum & bovum genere*. Nig
*comment. Gramm. Sunt etiam aſſimilantes dicta hæc:*
*tim, ſuatim, bovatim, qvæ ab animalibus ſumuntur.*

# DE SPECIE.

*Species* Adverbiorum eſt *duplex*:
Primitiva: ut, *cras*.
Derivata: ut, *à veſperi, veſper*.

Notandum eſt, qvod Adverbia deriventur ab *om*
*Orationis partibus*, præter *Conjunctionem* & *Interj*
*nem*. A Nomine declinationis *ſecundæ* derivantur Adv
idq; ſæpe à caſu in I, deſinuntq; in E: ut, *ſobrius, ſobriè*,
*lidus validè, integer integrè*: Sed à bonus benè. Vel in O
*vulgus, vulgò, primus primò* &c. Vel in A: ut, *rectus*,
Sed deſinentia in TER formātur à caſu in I, *ſecundæ* &

Digitized by Google

s ut, *largus, largiter* : *audax, audacter*, &c. Sic
ITUS ; ut, *medulla, medullitus* : *radix, radici-*
AS : ut, *alius, aliàs* : *fores, foràs*. In IS ; ut *fores*
ut, *furtum, furtim* : *pars, partim* &c. In IUM ;
*imium, tantus, tantùm* &c. In IES : ut, *qvinqve,*
*ntum, centies* &c. Peculiaria verò ſunt hæc ſe-
*s, alibi* : *veſper, veſperi* : *lux, luci* : *tempus, tem-*
; *fors, fortè* : *ſublimus, ſublimè* : *facilis, facilè* ;
*ilè & difficulter* ; *omnis, omnino* ; *dies diu, &*
*nterdiu* : *nox, noctu* : *obvius, obviàm* : *alternus,*
*us, gratis* : *ingratus, ingratiis & ingratis. O-*
*nimodis* ; *multimodus, multimodis*. Dubia ſic
*Luci* ] Plaut. caſ. 4. 2. *Sed properate iſtum at-*
*rum emittere* : *Tandem ut luci veniamus, ego*
*uci* i. e. dum adhuc lucet dies vel anteqvam
*t atra*. Ubi *Luci* pro luce adhibetur, ſed ita
turam induat. Id qvod notat Chariſius inſt.
Siſenna, cujus hæc verba allegat : *Qvæcunq;*
*ra Ablativò ſingulari terminantur, I litera fi-*
*fiunt* : ut, *mani*. Licet non diffiteamur, qvod
tivus Nominis in I exiet, cujus indicium eſt Ad-
ut. Ciſt. 2. 1. *Poſtea autem cum primo luci cras*
*lero*. Cum *primo luci* i. e. ſimul atqve illuxe-
; *Primo luci*, genere non conveniunt. Reſpon-
oc latet archaiſmus. Nam *lux* veteribus etiam
uit. Plaut. Aul. 4. 10. *Luce claro deripiamus*
*nis palam*. Et notante Noniò, Cic. 3. de Off.
*Forò ſaltat*. Non ignoramus, qvòd Conſultiſs.
Dn. D. JOH. MEURSIUS & Pontanus è V. cod.
*ucu*. Idq; non ſine conſimili è Comico autori-
Adelph. 5. 3. — *cæterum rus cras cum filio,*
*tu*. Ita legunt Muretus & Faernus ; licet Pop-
. Loc. l. 1. c. 3. legat, *cum primo luci*. Dicitur
*uci*, ſicut Ovidius 2. Metam. cecinit : *In mare*
*rtim, partiq; recepta Liberioris aqva* — Lucret.
*alios in parti qvemq; ſua ſcit diſſolvi.* — & alibi
apud

apud eundem. in qvo etiam leges *colli* pro *colle*. Vide
prà p. 84, 85, 86. Priſcianus l. 7. habet *Jovi*, *forti* pro *J*
Plaut. Menæch. 3. 2 de *parti mea*. *Tempori* ] Eôdem m
dicitur, qvô *Luci* Plaut. Capt. 1, 2 1 *Sed ſi venturus, temp*
Pareus Lex. Plaut. citat Ciceronem in offic. *Ad cæ*
*tempori venit*. Idem 1 *ſatis tempori ad eos accedemus :*
Nizolius, & Taubm. Pl. Perſ. 5. 1. legunt *tempore*. Ita et
dicebant veteres. Plaut. Epid. 3, 3. *Ædepol ne iſtam tem*
*gnato ſuo ſumus prævenerati* : i. e. tempeſtivè ante filium
mus mercati. Janus Guillel. Veriſimil. l. 2. c. 19. ait : *T*
*pori* i. e. tempeſtive, qvod etiam efferebant, *tempore*, ut
*ri*, *herè*, *mani*, *manè* vide p. 686. Plaut Rud. 4 2. — 
MIS HOMO NIHILI EST, QVI PIGER EST &c. VIGU
RE DECET, HOMINEM QVI VULT SUA TEMP
CONFICERE NEGOTIA. Hoc Plautinum monitum m
ſculô charactere eò ſcribimus, ut juniores id pectori in
bant tanqvam aureum induſtriæ monimentum *Temp*
Plaut. Perſ. 5. 1. *Cedo parem*, *qvem pepegi*. TO. *Temperi*
*Mihi iſtuc tempori ſero' ſt*. Olim à *Tempus*, fuit *temp*
*pignus*, *pigneris*, ſicut à *viſcus*, *viſceris*. Hinc *temperi* ad
bium pro *tempori*. Ex hoc, Cic. Epiſt. l. 9. c. 16, form
comparativum *temperius*. *Memini*, inqvit, *te* ( Papir
Pœtum, cui ſcribit, intelligit ) *mihi Phamea cœnam na*
*re : temperius fiat : cætera eôdem modô*. Idem apud eun
ſemel duntaxat obſervatum à ſe Manutius adſerit.
*temporius* recentius eſt, qvod legitur apud Columel. l.
4. & 2. c. 18 Ovid. 4. Metam. *Difficilè* ] Cic. 2. de inv
*Difficilè id fieri dicimus, qvod qvanqvam laboris, moleſtiæ*
*diget*, leges etiã *Difficiliter* Col. 5, 3. *His igitur velut primor*
*& aliis ratiocinîis perceptis, non difficiliter menſuras inibi*
*agrorum* &c. *Diu* ] Plaut. Fragm. Aulul. *Nec noctu nec*
*qvietus unqvam eam, nunc dormiam*. Saluſt. hiſt. 2. *N*
*diuq. vigilias tentare*. i. e. nocte ac die. *Alternis* ] Lucret
*Alternis igitur nimirum corpus inani Diſtinctum 'ſt* ; — It
*Alternis gignuntur enim* — *Ingratis* ] Terent. Eunuch.
*Opus faciam, ut defatiger, uſq. ingratis ut dormiam*.

Digitized by Google

aldinus Bandinellus, nec non Popma legunt
robante Giſaniô in Conlect. Lucretiû, qvi
ſeqvutus eſt *Donatum, Muretum*, & *cod. Bem-*
bus eadem eſt lectio, ut ſic reſponderet ſimplici
rò ſi *ingratis* ſcribendum eſſet, impedita foret
rii. Imò & bellum illud Romanæ lingvæ deli-
non ſemel *ingratiis* dicere volupe duxit. Ciſtel-
*i bona neceſſum eſt eſſe ingratiis, qvanqvam eſſe*
do tamen Nomen eſt. Plaut. Caſ. 2. 5. *Vobis*
*borum ingratiis*. Et Merc. 2. 4. *Suis ingratiis*.
Lamb. & Scoppius Veriſim. l. 1. c. 20. dixe-
Nomen eſſe, non Adverbium. Sed facilè nove-
qvod non rarò Nomina tranſeant in Adverbia.
dicatur pro *gratis* apud eundem Plautum
*i addam dônô gratiis?* cur non tolerari poſsit
; tamen diffitemur, qvin Latini etiam dixerint
non modo in carmine, ſed etiam extra carmen.
*fugere haut potis eſt, ingratis hæret, & angit.*
rintiô: *Extorqvendum eſt invitò atq; ingratis.*
n: *Dicent, qva neceſſe erit ingratis.* Ita legit
Stephani & Nizolius. Licet Popma & Taubm.
int, *ingratiis. Omnimodis*] Lucret. l. 2. *Omni-*
*eris*, &c. *Multimodis*] Idem l. 1. — *ſummatq;*
*ltimodis volitent æternô percita motu.* Conſi-
rarioris obſervationis ſunt hæc à nobis ad-
& confirmata: *Cotidiè* pro *Qvotidiè*. Q. Cæ-
Æmil. Scaurum lege Varia; *Qvum ab iſto vi-*
*conſilio hoſteis adjuvari. Cotidianô*] Afranius
*tenim qvotidianô in rebus maximis* &c. *Com-*
modè] Titinnius in Jurisperita: *Nunc adeo vi-*
*magnam ajebat ſeſe mecum loqvi, & commodè*
enna Mileſiarum 13. *Eamus ad ipſum, atq; ipſe*
*rte ſuperiore deſcendebat.* Sic *compactò decem-*
pro donec, *defricatè, dapſiliter, imperiabili-*
*, inridenter, induſtrioſiſſimè, impariter, inde-*
*giter, laſcíviter, primiter, publicitus, perdi-*
*tim*,

Digitized by Google

*tim*, *ſeminatim*, & ſimilia, qvæ à Chariſio libro 2. no
dò adferuntur, ſed & veterum teſtimoniis aſtruuntu
caveat ſibi juventus, ne his abutatur. Stultum enim e
ventis puræ latinitatis frugibus, prærancidis vetuſtatis
dibus veſci velle.

# DE COMPARATIONE

*Adverbia* ab adjectivis comparabil
orta habent *gradus*: Comparativus de
in US, † Superlativus in ME: ut,

| | | |
|---|---|---|
| *Doctè*, | *doctiùs*, | *doctiſſi* |
| *Fortiter*, | *fortiùs*, | *fortiſſi* |
| *Benè*, | *meliùs*, | *optimè*. |
| *Malè*, | *pejùs*, | *peſſimè*. |
| *Parùm*, | *minùs*, | *minimè* |

Nota. Qvædam etiam primitiva adve
comparantur, licet à Nominibus non d
ventur: ut,

| | | |
|---|---|---|
| *Sæpè*, | *ſæpiùs*, | *ſæpiſſimè*. |
| *Diù*, | *diutiùs*, | *diutiſſimè*. |
| *Propè*, [*b*] | *propiùs*, | *proximè*. |

* A *Subſtantivo* tamen *Tempus* eſt *temporiùs* ve
*periùs*: qvo de ſuprà. p. 701. † Excipe Adverbiū *magis*,
is IS deſinit. Comparativi verò Adverbii terminatio i
planè reſpondet terminationi nominis comparativi
qvod gravi accentu ſuprà ſignetur comparativus adve
rum; ut, *doctiùs*: vide pag. 682. & pag. 15. *a Minime*
citur & in Superlativo *minimùm*. Et uterqve Superla
eſt à *parùm*: Sed *ſignificatione* differunt. Nam *minim*
negantis: *minimùm* eſt Qvantitatis, vel etiam *minuend*
verb

rbium, qvando pro *ſaltem* ponitur. *b Propè*] Scaliger notante Schmid. paral. c.5. p.293.) vult *propè*, ut Præpoſitionem comparari, qvandoqvidem ut poſitivus *Propè*; ita Comparativus ac Superlativus, *propius*, *proximè*, Accuſativum regunt. Sed diſtingvimus: Si *Caſum* regunt, ſunt *Præpoſitiones*: Si *Caſum* non regunt, ſed tantum Verbis Circumſtantiæ declarandæ cauſa adducuntur, *Adverbia* ſunt. *Comparationem* a. qvando Adverbio aſsignamus, nihil aliud niſi tres gradus adverbiales *Poſitivum*, *Comparativum* & *Superlativum* ei attribuimus. Itaqve dicimus: *habent gradus*. Et probè diſtingvendum erit inter *Comparationem* & *Declinationem*, ſive σύγκρισιν & κλίσιν. Etenim non minus Adverbia ortá à nominibus habent ſuam σχέσιν & relationem ad invicem, qvàm ipſa nomina, adeoq; *gradus* ſignificationis admittunt. Nam in augenda ſignificatione adverbiorum ab infimo gradu per medium ad ſummum aſcenditur, perinde atq; augetur per comparationis gradus adjectivorum ſignificatio.

## NOTA.

1. Qvædam Adverbia Poſitivo carent: ut,

   *Magis*, *maximè*.
   *Ocius*, *ociſſimè*. [*a*]

2. Qvædam Adverbia Comparativô carent: ut,

   *Pænè*, *pæniſſimè* [*b*]
   *Nuper*, *nuperrimè*.

3. Qvædam Adverbia Superlativo carent: ut,

   *Tempori*, *temporiùs*.
   *Serò*, *ſeriùs*.
   *Excuſatè*, [*c*] *excuſatiùs*. [*d*]

*a Ociùs*] Hujus Orthographiam vide ſuprà p. 189, 198.
*b Pæne*] Cum Æ in principio ſcribendum eſſe docent Lipſius & Aldus ex monumentis omnibus antiqvis, & veteribus

libris,& hanc Orthographiam etiam ſvadet honeſtatis c[illegible] monitore Lipſiô,ut ſc. diſtinctum ſit à *pene*, obſcœnô no[illegible] ne. Eandem etiam ſeqvitur Taubmannus Moſtell. 3. 1. *mea conſilia pertùrbat peniſſimè.* Priſcianus tamen lib. 3. d[illegible] Comparat. ſimplex e mavult, dicens, Plautum à *pene* pro[illegible] liſse in Moſtel. *peniſſime. Conſilia prævortit peniſſimo[illegible].* Se[illegible] ſibi in lectione voculæ *prævortit*, non conſtat. Nam l. 15. d[illegible] Adv. legit *pervertit. c Excuſatè*] Qvintil. *Et fieri id vide tur excuſatè. Excuſatius*) Plin. ep. 198. *Licebit rurſus ira ſci, ſi meruerit, qvod exoratus excuſatiùs facies.*

# DE FIGURA.

*Figura* Adverbiorum eſt *duplex*:

Simplex: ut, *hinc, diu.*

Compòſita: ut, *abhinc, jamdiu.*

*Adverbia* componuntur 1. *ex duobus Nominibus*: ut *pridie* i. e. priori die. 2. Cum *uno Nomine*: ut *dextrorſum, ſiniſtrorſum*, i. e. dextram, ſiniſtram verſus; *Actutum*, ubi *Tum* componitur cum Nomine *actu* 3. Ex *Nomine* & *Pronomine*: ut, *hodie* i. e hôc die. 4. Ex *Nomine* & *Verbo*: ut, *pedetentim* i.e.q. pedem tendendo. 5. Ex *Nomine* & *Præpoſitione*: ut, *denuo*. i. e. de novo. 6. Ex *Pronomine* & *Præpoſitione*: ut, *poſtea, qvapropter.* 7. Ex *duobus Verbis*: ut, *licet, videlicet, ſcilicet*: i. e. ire, videre, ſcire licet. 8. Cum *Verbo*: ut, *ubivis, qvolibet.* 9. Cum *ſeipſis*: ut, *qvousq;, ſicut, tantummodo.* 3. Cum *Præpoſitione*: ut, *fabrè, affabrè, infabrè*; *Perdiu, interdiu, inibi, deinde, perinde, ſubinde, adhuc, abhinc, dehinc, derepente, qvoad.* De horum authoritate non eſt qvod dubites. *Fabre*) Plaut, Menech. 1. 2. *Hoc facinus pulchrum eſt, hoc probum eſt, hoc lepidum, hoc factum eſt fabrè.* Cic. 2. Verr. 9. *Deum deniq; nullum Siculis, qvi ei paulò magis affabrè atq; antiqvo artificio factus videretur, reliqvit. Infabre*) Liv. *Vaſa Gallica non infabre facta.* 10. Cum *Syllabis adjectionibus*, QVE, CUNQVE, CINE, DEM, NAM:

ut,

*ubiqve, undiqve, qvandoqve. Ubicunqve, undicunqve, undecunqve, utcunqve. Huccine, ſiccine. Ibidem, indidem, inam, qvonam.* Hactenus de *Adverbio*, prout methodus ymologica permiſit, actum eſt: Siqva verò fuerint, qvæ ιλομάθουσ etiamnum torqvere, & dubios habere poſſit, illi adeant & conſulant Syntaxin *Adverbiorum*.

# DE PRÆPOSITIONE.

*PRæpoſitio* eſt pars Orationis invariabilis, qvæ aliis dictionibus præponitur, ad ſignificandam aliqvam circumſtantiam.[a]

Præponitur autem Conjuncta [b] ſemper: ut, *Adde parum parvo, tandem cumulatur acervus.* Separata ferè præponitur: ut, *Non datur ad Muſas currere lata via.*

1. De *Ordine* notandum eſt, qvòd tantò rectiùs *conjunctio Præpoſitionem* antecedat, qvantò ſimplex Oratio prior eſt compoſita. Conjunctio enim non niſi in compoſitis ſententiis, qva de re Scaliger de cauſis L. L. lib. 8. cap. 152.

De *definitione* obſervandum, qvòd idem Scaliger ſubtiliter diſputet in eodem capite de fundamento veræ & eſſentialis Definitionis Præpoſitionis, idq;, ut placet Gieſſenſibus, in hanc fermè ſententiam: In ſuperioribus hactenus ſubſtantia, qvantitas, qvalitas, actio, paſsio, &c. tractata ſunt, qvarum ſcilicet notæ ſunt Partes Orationis hactenus traditæ. Eſt autem non minimum inter ſumma rerum genera τὸ πȣ̃ ſeu UBI, qvod ſemper hæret & loco & corpori. Omne autem corpus movetur aut qvieſcit, qvare opus fuit aliqvâ notâ, qvæ τὸ πȣ̃, ſignificaret, ſive eſſet inter duo extrema, inter qvæ motus ſit, ſive eſſet in alterutro extremorum, in qvibus ſit

qvies. Natura enim omnis conſtat aut motu aut qviete. P
*poſitio* autem harum rerum nota eſt. *Hinc*, inqvit Scal
*eliciemus Præpoſitionis eſſentialem Definitionem.* Qvam
men ipſe Scaliger non expreſsit. Friſchlinus tamen con
eam exprimere, ita definit: *Præpoſitio eſt dictio, ſe*
*nomen tanqvam terminum motus aut qvietis adjungens.*
verò pace Scaligeri & Friſchlini, nimis anguſtis finibus c
cumſcripſerunt Præpoſitionum vim & uſum. Aliæ enim
hucſuperſunt circumſtantiæ, qvæ nec *motu* nec *qviete* de
bi qveunt: id qvod vel ex ſolâ particulâ primâ AD patet. E
nim AD non tantùm ſignificat motum ad locum, *ſed et*
*contra, propter, circiter, pôſt antè* &c. veluti id exem
alibi demonſtrabitur. Et ſic de aliis. Accedit, qvòd Gra
maticus non tam arctis Phyſicæ limitibus ſe includi patiat
ut ſolius motus aut qvietis termino acqvieſcat Præpoſition
bus uſurus, ſed ad Angelos, beatos cœlites, & animas, Deum
ipſum eas extendat; fatente ipſo Scaligero Exercitat, 35
ſect. 3.3. Notandum eſt de *appellatione Præpoſitionis*: qvòd
ipſum Ciceronem patronum agnoſcat, qvi in Topicis ita lo
qvitur: *Præpoſitio* IN inqvit Cicero, *privat verbum ea vi*
*qvam haberet, ſi* IN *præpoſitum non fuiſſet, ut dignitas, ind*
*gnitas* &c. Sed Varro l. 5. de lingva latina, *Præpoſitiones* voc
*Præverbia: Principia*, inqvit Varro, *erant pauca, qvæ in*
*nata ſunt innumerabilia, à qvibus ejusdem principiis ante*
*ſitis* PRÆVERBIIS *paucis, immanis verborum acce*
*numerus, qvod* PRÆVERBIIS *additis atq; commutatis, ali*
*ud atq; aliud fit: ut enim ceſsit atq; receſsit, ſic acceſsit & a*
*ceſsit, inceſsit & exceſsit, ſucceſsit, deceſsit, conceſsit, proceſ*
*Qvòd ſi hæc decem ſolùm* PRÆVERBIA *eſſent* &c. Qvia ver
non ſolùm *verbis* præponuntur, ſed etiam aliis dictionibus
Ciceronianam appellationem tanqvam communiorem ret
nuit literata poſteritas: in qva familiam ducunt antiq
Gram. *Chariſius, Priſcianus, Diomedes, Donatus, Sergius in*
*primam Donati editionem, Cledonius Grammaticus Con-*
*ſtantinopolitanus in utramq; Editionem; Victorinus, Augu-*
*ſtinus* aliiq; veteres. Scaliger verò de cauſis L. L. hanc ap-
pellationem

Digitized by Google

ationem elevat & ſugillat, hac verborum forma uſus :
*ve eſt Præpoſitio, quia præponitur : ſed præponitur, quia eſt*
*poſitio. Non omnibus competit, neque enim Compoſita*
*poſitione, mecum, tecum* &c. Et poſtea : *neq; enim eſſen-*
*Præpoſitionis eſt præponi, ſed uſus : ſiquidem tmpleam*
*ponerentur : ergo eò deſineret eſſe præpoſitio : quare aliò*
*ſitio ejus definitio eſt inveſtiganda.* Scaligerum ſequitur
te Friſchlinus in Paralip. c. 3. p. 367. Sed in Scaligeriano
curſu, jure quis ſubtilitatem deſideraverit. Etenim 1. de
iti quivis videt quam benè ſibi conſtent illa : *non eſt Præpo-*
*ſitio quia præponitur : ſed præponitur, quia eſt Præpoſitio.* Ac ſi
is vellet argutari : Non ideo eſt vel dicitur prælectio, quia
prælegitur, ſed quia eſt prælectio, ideo prælegitur. Sic ſcilicet
taliquid antequam ſit! *Verbalium* certè naturam manifeſtè
ic ſua ſubtilitate evertit Scaliger, qui à Verbo & *eſſe* & *dici*
dicerentur, non autem vice verſa Verbum ſive *nomen ſive no-*
*minum* nunquam neceſſe habeant *Verbalia*. Quod aſſerere nil
liud eſt, quam dicere matrem à prole, gallinam ab ovo &
pullis, radicem à ramis, indolem trahere contra omnem na-
turæ conſuetum ordinem. Quare rectè & veritati Gram-
maticæ convenienter aſſeritur, ideò & *eſſe* & *dici* Præpoſi-
tionem, quia (ad inſtar alterius *Verbalis*, quod rationem Ety-
mi à verbo trahit) illa *conjunctim ſive in compoſitione* maximè
aliis Orationis partibus *præponatur* ; *Separata* vero ſive *in*
*conſtructione* fere, & *plurimum præponitur.* Quò etiam
ſpectat Definitio Linacri, quam Schaliger hic ſuppreſſô
nomine exagitat, ut ſæpè aliàs. 2. Ait Scaliger, *non omni-*
*bus Præpoſitionibus competere, ut præponantur, e. g. com-*
*poſita Præpoſitiones, mecum, tecum,* &c. *non præponuntur.*
Reſpondemus 1. negando, *mecum, tecum,* &c. *Præpoſitiones*
eſſe. *Pronomina* enim *compoſita* ſunt cum Præpoſitione: Ve-
luti docuimus ſupra pag. 443. & demonſtravimus diſſerta-
tione de *Perſonalibus* ſub finem Adverbiorum : quæ, ſi pla-
cet, vide. 2. Non aſſerimus, quòd omnes Præpoſitiones ubi-
vis locorum præponantur : inprimis cum non ignoremus
*TENUS* & *VERSUS Præpoſitiones eſſe poſtpoſitivas.* Livius
bell. Pun. 6: *adeo nudaverat vada, ut alibi umbilico tenus*

*aqva eſſet, alibi genua vix ſuperaret.* Idem 1. ab Urbe: *delaptus in arcem, in lapide ad meridiem verſus conſedit.* Neqve nos fugit & alias Præpoſitiones, qvæ nativâ ratione præponi ſolent, *figuratè* per Anaſtrophen ſeu Hyſterologiam, ut Servius loqvitur, interdum *poſtponi.* Virgil. *Italiam contra.* Ovid. *Me penes.* Cic. de Amicitia: *Qva ſi qvos inter ſocietas aut eſt aut fuit.* Horat. *Spemq; metumqve inter.* Idem. *Vitiis ſine nemo naſcitur.* Imo nec qvenqvam latere poteſt aut debet, *Præpoſitiones* nonnunqvam *interponi* elegantiæ cauſâ; ut, *cujus in labris: qva de re:* &c. Licet itaqve, Præpoſitiones ſive pauculæ tantum *naturâ* & *uſu* poſtponantur, ſive plures jam *figuratè* nonnunqvam poſtponantur, ſive *eleganter* interponantur; tamen κατ' ἐξοχὴν & à principe primarioqve ſuo uſu dicuntur Præpoſitiones, qvod plerumq; & fere (ita & nos limitamus deſcriptionem Præpoſitionis) præponantur aliis dictionibus. Neutiqvam itaqve, ut argutatur Scaliger, *deſinunt eſſe Præpoſitiones, qvando poſtponuntur, veluti neq; Adverbia deſinunt eſſe Adverbia,* ſi qvando non tam *Verbo,* qvàm aliis dictionum ſpeciebus, e. g. Nomini, Participio &c. adjecta fuerint. *b Conjunctæ*] Vocula *conjunctæ,* à nobis adjecta eſt, ne Præpoſitiones compoſitorum, è Definitione excluderemus, qvod tamen non pauci literatores auſi ſunt. Id autem ſi contingeret, Præpoſitio non exiguâ vocum copia ſpoliaretur, etiam teſte Varrone, qvi ut ſupra notavimus, ait; infinitum propè Verborum numerum & varietatem naſci è Præpoſitionibus cum Verbis compoſitis. Ne itaq; ſolis *ſeperabilibus* vel ſeparatis *Præpoſitionibus* competeret Definitio Præpoſitionis, monemus etiam inſeparabiles & *conjunctas* præponi dictionibus. Nec obſtat qvod dicant, *Præpoſitiones inſeparabiles* non tam eſſe *Partes orationis,* qvàm *vocis.* Etenim ſyllabæ ſunt *nudæ & non ſignificativæ partes* vocum ſive ſimplicium ſive compoſitarum, ſicut literæ ſyllabarum: At vero Præpoſitiones *inſeparabiles, partes* ſunt Orationis, ſed non *nudæ, ſimplices & non conſignificativæ,* ſed *compoſitæ & ſignificativæ*; veluti plurimæ aliæ dictiones non ideò deſinunt eſſe *partes Orationis,* qvia ſunt *com-*

*poſiti*

*tæ a figura*. e. g. *Suſpicor*, *ſuſpectus*, *gratiſicor* &c. non ideò ſinunt eſſe *partes alicujus orationis*, qvia nunqvam extra *compoſitionem* dico *ſpicor*, *ſpectus*, *ficor* &c. Sed ſunt & manent tales voculæ periodorum *partes*, ſed *compoſita*. Accedit qvod AM, RE &c. qvoad *ſenſum* & *uſum*, munere *partis Orationis* fungantur. Idem enim non rarò ſignificant, qvod ſimplices voces. e. g. Veluti enim Virgilius dixit ſub initium l. 1. Æneid. — *Multosq; per annos Errabant acti fatis maria omnia circum*. Sic Ovid. 5. Metam. — *ambibat Siculæ fundamina terræ*. Nec ſilentiò prætereundum, qvod AN, ut Macrobius ſcribit, vel AM, ut Græci, olim fuerit ſimplex. Id qvod his verbis expreſsit Macrobius l. 1. Saturn. c. 14. *Atteius Capito annum à circuitu temporis putat dictum: qvia veteres AN pro circum ponere ſolebant, ut Cato in Originibus Oratorum: AN terminum i. e. circum terminum: & ambire pro circumire*, ita habet Stephani & gryphii editio. At verò AM, Græcanica eſt ſcriptura, obſervante Scaligero de C. L. L. cap. 155. *AM*, inqvit, *tota Græca eſt, & apud nos non niſi in compoſitione. Theocritus autem etiam ſeorſùm poſuit* ἄμ μέγα. *Et qvemadmodum Græci uſitatum additamentum* φι, *addidere: unde* ἀμφὶ, *ſicut* βίηφι: *ſic nos noſtrum TE, unde ante: ſicut iſte, tute. Nam ante caſtrenſis vox fuit, qvum obſiderent oppida, dicebant ſe eſſe ante oppidum*. Sed de hoc infrà plura. *b Ad ſignificandam aliqvam circumſtantiam*] Noluimus in tantas anguſtias redigere *Præpoſitionem*, ut unam ſaltem vel alteram circumſtantiam ei aſsignaremus: ut Scaliger & Friſchlinus, Mindanus &c. qvi *motus* ſcilicet & *qvietis* tantum conditiones ei attribuunt. Nam & ad *caſum*, *ordinem*, *tempus*, *numerum*, *conjunctionem*, & *privationem* &c. ſignificandam adhibetur. Cauſam: ut *propter*. Ordinem: ut *poſt*, Virg. — *tu poſt carecta latebas*. Tempus: ut, *Plaut. Moſt.* 3.1. *Redito huc circiter meridiem*. Numerum. *Curtius l. 7. Multi ad bellò capti circiter duo millia deſiderati*. Conjunctionem: ut *cum*. Privationem: ut *abs absq*. Sed hæc ex ipſa Præpoſitionum ſignificatione alibi

aſcribendâ luculentiùs patebunt. Et hîs, qvæ modò alla ſunt, rectè expenſis, de facili intelligitur Præpoſitiones nu adhiberi tantum ad *actionis* ſive *facti* circumſtantiam, u nonnulli tradunt.

## Præpoſitiones ſunt *duplices*:
## *Separabiles* & *Inſeparabiles*.

*Separabiles* ſunt, qvæ ſeparatim uſurpantur, & extra compoſitionem aliqvid ſignificant: ut, *Ad*, *ante*, extra compoſitionem dicis &c. & non tantùm in compoſitis, ut *addo*, *antepono*. &c.

*Inſeparabiles* ſunt, qvæ ſeparatim non uſurpantur, nec extra compoſitionem aliqvid ſignificant: ut, *Re*, *ſe*, extra compoſitionem non dicis &c. Sed tantùm in compoſitis, ut *reddo*, *ſepono*. &c.

## Præpoſitiones Inſeparabiles *triplices* ſunt pro *triplici* ſtructura: [*a*]

Harùm enim aliæ *Accuſativum*, aliæ *Ablativum*, aliæ *utrumq; caſum* regunt.

## Præpoſitiones qvæ regunt *Accuſativum* ſunt *triginta*:

*Ad*, *adverſus* vel *adverſum*, *ante*, *apud*. *Cis* *citra*, *circum*, *circa*, *circiter*, *contra*. *Erga*, *extra*. *Inter*, *intra*, *infra*, *juxta*. *Ob*, *Penes*, *per*

*pone*

*one, poſt, præter, prope, propter. Secundum, ſe-us, ſupra. Trans. Verſus, ultra.* [b]

[a] Haut inficias imus exqviſitam & accuratam methodum poſtulare, ut *ſtructura Præpoſitionum* Syntaxi tanqvam propriæ ſedi reſervetur, ne ſcilicet præceptiones Syntacticæ cum Etymologicis inverſô ordine confundantur. Neqve eò meminimus hic *ſtructuræ Præpoſitionum*, qvaſi vellemus vel *Conſtructionem*, propriam aliqvam Præpoſitionis affectionem conſtituere; vel *Præpoſitionum Syntaxin* dè induſtria hic tradere. hujus ἀταξίας qvi nos poſtulaverit, injuriarum ipſus tenebitur. Sed nos *ſtructuræ* hic *mentionem* ſaltem injicimus, idq; gemina de cauſa. 1. Ut eò commodiùs *Præpoſitiones Inſeparabiles* in ſua membra partiamur. Sunt enim ratione triplicis conſtructionis in triplici diſcrimine, Non itaqve Syntacticam earum conſtructionem tradimus ſed diſtinctionem Etymologicam petitam è diverſo ipſarum regimine & uſu. 2. Ut pueris nos accommodemus, qvibus non parum profuerit commodum hoc *diſtinctionis* Præp. è ſtructura petitæ compendium præſciviſſe, & velut in tranſitu ad Syntaxin poſuiſſe ob oculos tanqvam perpetuam Cynoſuram, cujus ductu certiùs & citiùs manuducantur in accuratiorem earum conſtructionis cognitionem, qvam Syntaxis profitetur. *b*. Præpoſitionibus hiſce Accuſativum exigentibus adjiciunt nonnulli Grammatici, Henrichmannus p. 90. Suſenbrotus p. 130. Mindanus p. 154. Nigidius p. 168. Corn. Ultrajectinus p. 189. Rhenius p. 300. particulam adverbialem USQVE. Permoti autem ſunt, procul dubio, regimine: in qvô Accuſativum à tergo admittere nonnunqvam reperitur. Cic. ad Attic. *Qvintus uſqve Puteolos venit.* Cic. ad Qv. Fr. *Romam uſqve.* Et 6. Verr. *Sacerdotes uſqve Ennam profecti ſunt*. Sed hi accuſativi potiùs *Syntaxin Nominum Locorum* ſeqvuntur. *Uſq.* autem determinationis cauſâ adverbialiter adjicitur. Veluti enim dico *uſq. ad aras, vel ad aras uſq.*: Sic etiam rectè dicitur: *Uſq. Ennam.* Accedit, qvòd non ſemper Accu-



Digitized by Google

ſativo gaudeat, ſed nonnunqvam etiam Ablativô. Cic. pro Flacco: *Usq; Tmolo legationem.* Et Linacer lib. 5. pag. 319. ait, qvod tùm *Loci* tùm *Temporis Adverbium* ſit, & cum Præpoſitionibus *ab, ad, ex, in, ſub* junctum legatur. Virg. lib. 7. Æneid.— *claſſemq; ex æthere longè. Dardaniam Siculo proſpexit ab uſq; Pachyno.* Idem Eclog. 5. *Daphnis ego in ſylvis hinc uſq; ad ſidera notus.* Terent. Eun. 3. 2. *Ex Æthiopia eſt uſq; hæc.* Vir. 1. Georgic. —*ſerite ordea campis, uſq; ſub extremum brumæ intractabilis imbrem.*

## Præpoſitiones qvæ regunt *Ablativum* ſunt *qvindecim:*

*A, ab, abs, abſq;, cum, coram, de, e, ex, pro, præ, palam, procul, ſine, tenus.*

## Præpoſitiones qvæ regunt *utrumqve caſum* ſunt vulgò *qvatuor:*

*In,* [†] *ſub, ſuper, & ſubter.* His additur *clam.* [*]

† *In*] Pro *in* veteres dixerunt *Endo.* Cic. 2. de leg. *Divos & ollos, qvi cœleſtes ſemper habiti, colunto: & ollos, qvos Endo cœlo merita vocaverint, Herculem, Liberum, Æſculapium, Caſtorem, Pollucem, Qvirinum, &c.* Sic Feſtus notat Veteres dixiſſe in compoſitione *Endoitium* pro *initium*, *Endoplorato*, pro *implorato*, *Endoprocinctu* pro *in procinctu.* Et apud Lucretium leges *Endogredi* pro *ingredi.* lib. 1.—*Siqvid Endogredi ſceleris* — Sic *Endopedita, Endopediri, Endoperator,* idem habet pro *impedita, impedire, imperator,* lib. 1.—*niſi materies æterna teneret inter ſe nexus, minus ac magis Endopedita.* Idem lib. 4.— *qvanto minus Endopediri pauca qveunt*— Et in eodem libro: *Endoperatores pugnare & prælia obire.* Ita Ennius apud Ciceronem lib. 1. de Divin, *Omnis cura viris, uter eſſet Endoperator.* Necnon ex-



Digitized by Google

tra compoſitionem pluribus in locis invenies apud Lucretium lib. 2.—*Quis habere profundi Endo manu validas potis eſt moderanter habenas? Endo manu* i. e. in manu. Sic lib. 4. *Endo ſtatu* i. e. in ſtatu. Et lib. 6. *Quod genus Endo mari ſpirat fons dulcis aqvai.* Et alibi apud eundem. Confer collectanea Giſanii in Lucretium. * *Clam*] Alii referunt ad Præpoſitiones *Ablativo* tantùm gaudentes: ſed non minus *Accuſativo* qvam *Ablativo* adjungi, hiſce latinorum evincitur teſtimoniis. Veluti enim Plautus dicit in Ablat. Curcul. 1. 3. *Clam hero.* Et Merc. 3 2. *Clam uxore.* Ita idem Plautus Accuſativum huic Præpoſitioni ſubnectit: Mil. 2. 1. *Clam matrem.* Mer. 3. 4. & 2. 3. Truc. 2. 1. *Clam patrem.* Moſtel. 5. 1. *Clam ſenem.* Merc. 4. 6. *Clam uxorem*, Cas. 2. 3. *Clam virum.* Cic. in Salluſtium; *timens ne facinora ejus clam vos eſſent.* Terent. Hecyra *ut clam partus eveniat patrem.* Ex hiſce teſtimoniis liqvet, Præpoſitionem *clam* non tantùm Ablativo jungendam eſſe, ut vulgo tradunt, ſed etiam Accuſativo, adeoq; utriq; caſui ſervire. Huic ſententiæ ſubſcribit Cledonius Grammaticus Conſtantinopolitanus & Romanus Senator, dum ait: *Clam Præpoſitio utriusq; caſus eſt, ideoqve pro voluntate dicentis vel Accuſativo jungetur, vel Ablativo. Dicimus enim. & clam inimicum eſt, & clam amico.* Confer Gieſs. p. 235. Nota. Tres has Præpoſitionum ordines M. Valerius Probus lib. 1. inſtitutionum Gram. vocat *Caſuales*, qvod caſibus ſerviant. D. Aurelius Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus *Caſuales* has Præpoſitiones dividit in *Accuſativas, Ablativas, & utriusq; caſus participes. Accuſativæ* ipſi ſunt, qvæ caſum Accuſativum poſtulant; *Ablativæ* qvæ Ablativum: Et utriusq; caſus participes, qvæ Accuſativum pariter & Ablativum exigunt. Et Auguſtinum è veſtigio ſeqvitur è recentioribus Petrus Nigidius Gram. p. 168. 169.

Præpoſitiones *Inſeparabiles* [a] ſunt inprimis *qvinqve*: [b]

*An*

*An* vel *am*, *di* vel *dis*, *re*, *ſe*, *ve*: *anbelo*, *ambio*, *divello*, *diſtrabo*, *repono*, [illegible] *no*, *vecors*.

*a* Præpoſitiones haſce *Inſeparabiles* veteres, M. V[illegible] us Probus, Feſtus, Servius in artem ſecundam Dona[illegible] cuinus appellant unâ voce LOQVELARES; Chariſi[illegible] omedes, Donatus diſtinctis vocibus vocant *Præpoſi*[illegible] *qvæ loqvelis ſerviunt*. *Loqvelares* autem vocant, qvia, Alcuinus, ſemper in compoſitione *loqvelis* i. e. dictio[illegible] componuntur. *b* Præpoſitiones hæ inſeparabiles, veteres loqvuntur, LOQVELARES, accuratè loqv[illegible] tantùm *qvinqve* ſunt. Etenim 1. AN vel AM in comp[illegible] non tam indole & uſu, qvàm habitu externo differu[illegible] *amputo*, *anqviro*. Utrumq; eſt ex Græco ἀμ vel [illegible] ut ſuprà diximus, qvod etiam Feſto placet. A qvo [illegible] antiqvum *ambe* facili derivatione manare potuit, ſicu[illegible] *bo* ex ἄμφω. Antiqvæ illius vocis *ambe* adhuc veſti[illegible] perſunt conſpicua in compoſitis, *ambages*, *ambio*, [illegible] *ambigo*, *ambarvalis*, *ambuſtus*, & *amburbiales* hoſtiæ. Teſtis eſt Varro de lingva Latina lib. 6. *ambages*, [illegible] Varro, *profecta ſunt à verbo ambe*, *qvod eſt in ambitu* [illegible] *vitioſo* &c. Idem mox addit: *Ambuſtum dictum*, *qvod* [illegible] *uſtum eſt*: *ut ambiegna bos apud augures*, *qvam cir*[illegible] *boſtiæ conſtituuntur*. Conf. ſuprà pag. 20. Idem ibid. [illegible] *amfractum* neutro genere per AM ab initio, pro qvo [illegible] eſt *anfractus*. Verba ejus ſunt pag. 74. Edit. Scalig. *A*[illegible] *ctum eſt ab origine flexum duplici*, *dictum ab ambitu &* [illegible] *gendo* &c. Et citat pro ſe Accium: *qvod eſt terrarum a*[illegible] *cta reviſam*. Sed Nonius Marcellus legit *anfracta*. Et [illegible] um Euryſace, integrè ita allegat: | *Super Oceani ſtagn*[illegible] *patriæ terrarum anfracta reviſam*. Et lib 4. p. 52 V[illegible] *amictus* dicitur qvaſi *ambjectus* i. e. *circumjectus*. Neq[illegible] men abhorret idem Varro ab illis compoſitis, qvæ ab [illegible] cum AN componuntur. Nam lib. 6. pag. 70. ita ait:

Digitized by Google

*Ennium, Menſas conſtituit, idemq; ancilia. Ancilia dicta ab ancisu, qvod ea arma ab utraq; parte, ut pelta Thracum, inciſa.* Idem lib. 5. pag. 47 *Annum à circumeundo derivat tempus*, inqvit, *à bruma in brumam dum Sol redit, vocatur annus; qvod ut parvuli circuli annuli, ſic magni circi dicebantur anni: unde annus.* Sic *anqvirere* Feſtus interpretatur *circum qværere*. Et Priſcianus lib. 1. ait *anceps* dici pro *amceps*: cujus rationem reddit Feſtus, qvod *anceps* appellatum ſit, *qvod ex utraq; parte æqvè capiatur*. Eidem *amnis* dicitur ab AM, circum, & NANDO i. e. fluendo, qvòd circumfluat. Ex qvibus manifeſtum eſt AM & AN *duas* diſtinctas naturâ Præpoſitiones Inſeparabiles non eſſe, ſed *unam* tantum, licet varia compoſitionis lex & euphonia jam AN jam AM reqvirat; ſicut in compoſitis nunc *ab*, nunc *abs* ſervatur, ut *abdo, abſtuli*: nunc *co*, nunc *com*, nunc *con*, ut *congero, cogo, comprimo*, &c. Undè factum eſt, qvod veteres Grammatici recenſuri has Præpoſitiones non tantum dixerint AM, ut Chariſius lib. 2. p. 204. Priſcianus lib. 14. p. 102. Edit Putch. ſed etiam Diomedes lib. 1. p. 405. M. Valerius Probus, pag. 1427. enumeraturi Inſeparables Præpoſitiones AN retinuerint. 2. Idem eſt judicium de DI & DIS, qvæ non *geminæ* Præpoſitiones inſeparabiles ſunt, ſed *una*: ita tamen ut illæ legi compoſitionis obnoxiæ reddantur. Jam enim DI reqvirit compoſitum, ut *divido*; Jam DIS, ut *diſtraho*. Hinc Chariſius tantum *unius* ſc. DI meminit. Sunt autem à Græco Δὶς i. e. bis; undè non rarò *diviſionem* notat. ut *diſtraho*. Nonnunqvam *diſtinctionem*: ut *Dijudico* i. e. diſtinctè judico. Interdum *privationem*: ut *Diffido* i. e. minùs fido. Aliqvandò auget, ut *Diſcupio* i. e. valde cupio. 3. Addunt alii CON. Sed hoc corruptum eſt ex Præpoſitione Separabili CUM, ut *condo*. Qvod etiam Alcuinus confirmat, dicens CON in locum Præpoſitionis CUM in compoſitis ſubſtitui, ut *contraho, concurro*: monetq; N in M migrare, ſeqvente B, M, P, ut *comburo, committo, compello*. Confer ſuprà pag. 20. & Voſs. p. 163. 4. Adjiciunt particulam NE; qvæ tamen

potius

potiùs eſt *Adverbium* qvàm *Præpoſitio*: ut, *neqveo* pro n
qveo. Sic *Nefandus*, *nefas*, *nefaſtus* &c. in qvibus NE co
pitur. 5. Probus addit CO, & Diomedes AU: ſed uterq;
tra neceſsitatem. Etenim ad CO qvod ſpectat; illud ſi
mittendum eſſet, qvidni & COL, COR eodèm jure admit
res, qvum non minùs dicamus *collido*, *corrigo*, qvam *cobib*
*cogo?* &c. Sunt enim illa ex fracta Præpoſitione CON, qv
eſt ex cum. AU poſitum eſt pro AB, vitandæ cacophon
ergo. Id qvod ipſe Cicero docet in Oratore, teſte Gelliô l
15. c. 3. *Legimus*, inqvit Gellius ex Cicerone, *librum Cice*
*nis, qvi inſcriptus eſt* ORATOR. *In eo libro Cicero cum di*
*ſet verba hæc: Aufugio & aufero compoſita qvædam eſſe*
*Præpoſitione ab, & verbis fugio, & fero; ſed eam Præpoſi*
*nem, qvò fieret vox pronunciatu audituq; lenior, verſam m*
*tatamq; eſſe in AU ſyllabam, cæptumq; eſſe dici aufugio & a*
*fero, pro abſugio & abfero. Cum hæc, inqvam, ita dixiſ*
*addidit: Hæc Præpoſitio præter hæc duo verba, nullo ali*
*verbo reperietur.* Hæc Gellius. Sed ipſius Ciceronis verba
habent p. 273. Edit. Carol Steph. *Qvid ſi etiam*, inqvit C
cero, *abſugites turpe viſum eſt, & abfer noluerunt, au*
*maluerunt? qvæ Præpoſitio præter hæc duo verba nullo ali*
*verbo reperietur.*

## De Præpoſitione *tria* ſunt conſideranda:

## *Significatio, ſpecies, figura.*

## DE SIGNIFICATIONE.

*Significatio* Præpoſitionum varias rei cir
cumſtantias † adſignificat.

## NOTA.

Præpoſitio in compoſitione plerunqve * re
n

tet ſuam *ſignificationem*: ut, *adeo, abeo, accurro, de-*
*rabo*, &c.

* *Plerumq;* dicimus: nam 1, IN cum Nominibus, aut articipiis, per ſe compoſitum, utplurimum ſignificat *pri-ationem*: ut, *indoctus, improbus, inſepultus*, &c. 2 PER ſæ-ius ſignificationem auget; ut, *perfidelis, perfruor* &c. inter-um & *privat*: ut, *perfidus* i. e. fidei violator, vel ſine fide, *erjurus* i. e. ſine juramento vel ejusdem violator. 3. PRÆ uget, ut, *prædives*. 4. SUB qvandoq; minuit, ut, *ſubtriſtis*, *ubtimeo*. 5. DE in verbis auget, ut, *demiror*: in Nominibus rivat: ut, *devius*. 6. EX etiam in verbis auget, ut, *exclamo*: n Nominibus privat: ut, *excors, exſangvis*. Hæc de ſignifica-ione Præpoſitionum *ſeparabiium* in compoſitis. Sed qvod ttinet ad ſignificationem Præpoſitionum *ſeparatarum* extra Compoſitionem: ea varia eſt. Friſchlinus univerſam ſepara-arum Præpoſitionum varietatem ad *qvinqve* capita reduxit. Aliæ enim Præpoſitiones ratione ſignificationis ipſi ſunt *LOCALES*, aliæ *temporales*, qvædam *cauſales*, nonnullæ *pri-ativa* & aliæ deniq; *comitativa*, ſed nos operoſâ hâc ſignifi-ationum recenſione ſuperſedemus: inprimis cum, ſi qvid n iis ſcitu dignum occurrat, Syntacticis præceptis commo-lius reſervetur. Deniqve ad ſignificata Præpoſitionum *in-ſeparabilium* qvod ſpectat: illa etiam in trivio nota ſunt. Nam qvi vel primoribus, qvod dicitur, labris literas degu-ſtarunt, facilè nôrunt. 1. Qvod AM vel AN, *circum* ſignifi-ent; ut, *ambio*, propriè eſt *circum eo*: unde Feſto *ambitus* licitur circuitus ædificiorum patens, in latitudinem pedes luos & ſemiſſem, in longitudinem totidem, qvod ſpacium d circumeundi facultatem eſt relictus, ex qvo etiam hono-is *ambitus* dici cœptus eſt à *circumeundo* ſupplicandoq;. Sic idem Feſto *anqvirere* eſt *circum qværere*. 2. Qvid particulis DI vel DIS notetur, ſuperiùs expoſuimus. 3. RE ſignificat *urſum*: ut, *relego*: vel *retrorſum*: ut, *reſpicio*. 4. SE jam *ſe-parandi* vim habet, & *ſeorſum* includit; ut, *ſeparo, ſecedo*: am *privandi* vim obtinet; ut, *ſecurus* i. e. ſine curis; *ſecors*

i. e.

Digitized by Google

i. e. ſine corde, ſive cordis effectu, qvi in variis communis vitæ rationibus conſpicitur. Nota, qvòd in compoſitis non-nunqvam dicatur *SO* pro *SE*: ut, *ſocors*, pro *ſecors*, ſic *ſobrius* pro *ſebrius*. Deinde nota, qvod SE in vocibus, *ſemodius*, *ſelibra*, *ſemuncia*, ſit à *ſemi*, qvod eſt indeclinabile, de qvo ſup. p. 59. & ſignificet *dimidium*: non itaqve SE in his vocibus eſt *inſeparabilis* Præpoſitio, ſed nomen, cujus uſus in compoſitis inprimis eſt conſpicuus. 5. VE ſignificat *privationem*: ut *vecors* i. e. ſine corde & prudentia. *Veſanus* i. e. ſine ſanitate inprimis mentis. *Vegrandis*, parum grandis. *Vejovis* i. e. impotens jupiter. Qvidam *vægrandis* ſcribunt & *væſanus*: qvam ſcripturam ex Gellio habent: qvi l. 5. c. 12. ſcribit *væ*, *væſcum*, *vægrande*. Sed nunc iſta ſcribendi ratio exolevit. Cujus rei judicium eſt, qvod idem ſcribat *vahemens*, cum tamen moderni orthographi iſtâ ſcripturâ planè abſtineant.

# DE SPECIE.

**Species Præpoſitionum eſt *duplex*:**
**Primitiva: ut, *ex*, *in*.**
**Derivata: ut, *extra*, *intra*.**

*Speciem* Præpoſitionum nonnulli Grammaticorum omiſerunt: qvam tamen Scaliger vindicavit de C. L. L. l. 8, c. 115. eumqve ſuô more ſeqvutus eſt Friſchlinus in Paral. Gram. p. 379. Derivantur autem Præpoſitiones ex ipſorum mente: 1. ex antiqvis Nominibus, *citer*, *ulter*, *exter*, *infer*, *ſuper*, *poſter*: de qvibus ſupra p. 186. 187. Sed pro iis nunc dicimus, *inferus*, *ſuperus*, *poſterus*. Sic *ſecundum* à Nomine *ſecundus*, & *circa*, *circum*, *circiter* à Nomine *circus*. 2. à Verbis: ut, *verſus*, à *verto*: *adverſus*, *adverſum*, ex *adverſor*, qvod ab *adverto*. 3. A ſeipſis: ut, *extra* ab *ex*: *intra* ab *in*. 4. Ab Adverbiis Græcis: ut, à πεϱὶ vel πεϱὶν, *pra*: à διϛ, *dis* & *di*. 5. Ex Græcis Præpoſitionibus: ut, ab ἀντὶ, *ante*, &

ἀπ

ἀπὸ *ab*, à περὶ *per*, ex ἀμφὶ (vel ἄμ Theocrit.) *am*, *an*, & antiqvum illud Varronis *Ambe*, ex ἐν *in*, *ab*. ἐξ *ex*, à πρὸ *pro*.

# DE FIGURA.

## Figura Præpoſitionum eſt *duplex*:
## Simplex: ut, *verſus*.
## Compoſita: ut, *adverſus*.

De mutatione ultimarum Conſonantium, qvæ in Præpoſitionibus compoſitis cum aliis dictionibus valdè freqvens eſt, diximus & docuimus ſuprà p. 20. 21. idq; è Paralip. Dn. D. JERSINI τοῦ μακαρίτου. In hâc verò affectione obſervandum venit, qvòd veteres, Præpoſitiones inter ſe compoſuerint: ut, *inſuper*, *deſuper*, & qvæ minùs uſitata ſunt, *exante inante*, *poſtante*. Apul. Metam. 1, *Proximè exante Pœcilen porticum*, Propert. l. 2. *Hic dominam exemplo ponat inante meam*. Varro de Lingva Latina l. 5. *Poſtante conventionem habeat*. Sic *exadverſum*, *circumcirca*, *circumſecus*, Terent. Phorm. *exadverſum illico Tonſtrina erat qvadam* Plaut. Aul. *Occapit ibi ſcalpturire ungulis circumcirca*, Apul. l. 5. *Coloni qvîq; circumſecus venantur*. Et extra compoſitionem dicitur *præter propter*. Gel. l. 19. c. 10. ex Ennii Iphigenia hæc inter alia citat: *Incertè errat animus, præter propter vitam vivitur* i. e. *præter qvam propter*, ſive *propter aliam* cauſam vivitur, qvàm *propter eam*, de qva loqvimur, utpote voluptatem & gloriam. A qva expoſitione non abhorret Turnebus Adverſ. l. 13. c. 18. ubi ſic ait: *Quid eſt præter propter vitam vivere? Nimirum non ſoli inſervire vitæ, ſed multa conqvirere, qvæ non deſiderat vita, ſed ſupervacanea ſunt, & voluptuaria minimeq; neceſſaria: qvibus tamen occupati impeditiq; tenemur, cùm eis plus temporis & ſtudii, qvàm ſeriis & neceſſariis plerumq; impendamus*. Nonnunqvam Præpoſitiones geminæ ſeparatæ in oratione ponuntur, & nihilominus ſignificationem ſervant: in qvo

errat Priſcianus putans, eas dictionis vim amittere, qvoti[es] caſu carentibus apponuntur. Varro de Re ruſt. 3. *Ex ant[e] diem 7. Id. Febr.* Cic. ad Att. l. 1. *In ante diem 15. Calen[d.] Novemb. diſtulit*, & l. 3. *Ex ante diem* Non. *Junii &c.* Liv. l. 45. *Supplicatio pro concione populi indicta eſt ex ant[e] 5. Id. Octobr.* Idem l. 21: *Extemplo è circa prætorem ad civitates miſſi legati* i. e. ex iis, qvi circum prætorem erant.

NOTA.

1. Quando Præpoſitiones amittunt Caſus, fiunt Adverbia: ut, *longô pôſt tempore venit.*

2. Tenus & Verſus poſtponuntur ſuo caſui: ut, *urbem verſus, auribus tenus.*

Obſervandum, quòd reliqvæ Præpoſitiones nativô ordine *præponantur*, niſi 1. qvando figuratè per *Anaſtrophen poſtponuntur*, idq; apud Poetas inprimis: ut, *Italiam contra* 2. qvando elegantiæ causâ *interponuntur*: ut, *cujus in labris*. vid. p. 710.

# DE CONJUNCTIONE.

Conjunctio eſt pars Orationis invariabilis, qvæ dictiones aut ſententias conjungit & ordinat.

Elegans cumprimis eſt *Conjunctionis* uſus, qvæ rectè connectendæ & ordinandæ Orationi plurimùm conducit. Etenim *duplici* modô conjungit: *primò per vim*, qvando ea conjungit & ſimul eſſe demonſtrat, qvæ nullum plane inter ſe ordinem habent: ut, *Et pius & fortis fuit Æneas.* Hinc in Deſcriptione utimur voce *conjungendi.* Tales Conjunctiones ſunt *Copulativa* & *Disjunctiva. Secundò per ordinem* vel ſeqvelam aliqvam, qvandò ſcilicet, ut ait Priſcianus, conſeqventiam aliqvam demonſtrat rerum: ut, *ſi ambulat, movetur.* Seqvitur enim ambulationem motus &c. Unde in

in Definitione addimus voculam *ordinandi*. Et huic *ordini* obnoxiæ ſunt Conjunctiones *Cauſales*, *Concluſivæ*, *Conceſſivæ*, *Continuativæ*, *Adverſativæ*, *Conditionales*. De *Expletivis* infrà dicetur. Nomen ipſum *Conjunctionis* qvod attinet, affirmat Diomedes lib. 1. ita dici, *qvia pro vinculo interponitur Orationi. Laxatum enim & diffuſum ſermonem, more catenæ, interpoſita devincit.* Hinc Varro l. 7. de Linguâ Lat. p. 102. memorat qvoſdam appellaſſe Conjunctionem, *partem orationis jungendi*. Sed Cicero in Oratore *Conjunctionem* vocat. Qvidam, teſte Scaligero l. 10. c. 165. de C.L.L. *Convinctionem* appellârunt. Sed ibidem à Scaligero refutantur: tanqvam qvi translatione nimis durâ utantur, leniùs enim dicimus *jungere*, qvàm *vincire*, ut ille putat.

## De Conjunctione *quatuor* ſunt conſideranda:

*Significatio*, *ſpecies*, *figura* & *ordo*.

*Significationes* † Conjunctionum ſunt *variæ* *:

*Copulativæ*, *Disjunctivæ*, *Conceſſivæ*, *Adverſativæ*, *Conditionales*, *Concluſivæ* ſeu *Ratiocinativæ*. *Continuativæ* ſeu *Ordinis*, *Cauſales* & *Explanativæ*.

† Non deſunt Grammatici antiqvi pariter ac recentiores, qvi ſignificationem Conjunctionum *poteſtatem* vocent. Nos tamen *ſignificationem* maluimus dicere, inprimis ne à nobismetipſis abiiſſe videremur, qvi ſuperiùs Adverbio pariter ac Præpoſitioni *ſignificationem* aſſignavimus, nec non Interjectioni eandem aſſignabimus. Alvarus Conjunctionum *ſpecies* & *ſignificationes* pro eodem habet p. 143.

* Incredibile dictu eſt, qvantopere diſſentiant etiam ipſi Grammaticorum coryphæi in conſtituendis Conjunctionum *ſignificationibus*. Priſcianus lib. 16. *ſedecim* enume-

rat, qvæ ſunt: *Copulativa*, *continuativa*, *ſubcontinu...* *cauſales*, *adjunctiva*, *effectiva*, *approbativa*, *disjunctiv...* *disjunctiva*, *diſcretiva vel electiva*, *præſumptiva*, *ad...* *tiva*, *abnegativa*, *collectivæ vel rationales*, *dubitativa*, *c...* *tiva*. Chariſius *tredecim* recenſet. Tantùm *qvinq...* merantur à Diomede, M. Valerio Probo, Donato, Se... Alcuino. Ex recentioribus Linacer *qvindecim* rec... Philippus tantùm *ſeptem*: Friſchlinus *octo*: qvidam ... *cim*: nonnulli *ſex*: aliiq; nunc plures, nunc paucior... merant ſignificationes, qvibus omnibus & ſingulis n... ſtandis diutius non immorabimur. Nos vero *certum* ſignamus numerum, inprimis expendentes ſummam ... varietatem, qvæ univerſa non tam cancellis, præcepti... Grammaticarum includi qveunt, qvàm uſu & lection... batorum autorum addiſci. Accedit, qvòd ſignifica... interdum ita vicinæ ſint *Adverbiis*, ut etiam doctiſſim... ſentiant, an *Adverbiis vel Conjunctionibus* nonnullas ... culas accenſeant. vid. p. 680. Qvæ tamen, inqvit Do... *ſenſu* facile diſcernuntur. Imò & *Conjunctiones* pro C... *ctionibus* ponuntur mutatâ poteſtate, teſte eôdem D... Præcipuas autem nos *ſignificationes* expreſſimus, velut... nos eâdem circumſpectione uſus eſt doctiſſimus Al... CL. Voſſius, Gieſſenſes, &c.

*Copulativæ* Conjunctiones ſunt, qvæ ... ſenſum qvàm voces copulant: ut, *Et* ... *atqve*, *qve*, *quoqve*, *etiam*, *cum*, *tum*.

De *nomine* nota 1. qvòd Gellius lib. 10. c. 29. dic... *pulativas* à Grammaticis appellatas fuiſſe *connexivas* ... hunc locum Gellii citavimus pag. 689: ubi ex eoden... lio de particula *atqve* diſſeruimus. eſt enim nonnun... Adverbium comparandi. Plaut. Merc. *Amicior mihi* ... *lus vivit*, *atqve is eſt*. Aliquando *diverſitatis* particu... Cic. de Orat. *Qvoniam cœpit ſecus agere*, *atqve init...* *xeram*. 2. nota, qvòd vocem *copulandi* in laxiore ſign...

Digitized by Google

ione non uſurpemus, ut idem ſignificet, qvòd qvædam ad invicem ſimpliciter connectere atq; conjungere, qvæ naturâ qvædam inter ſe ordine & conſeqvutione conjungi comparata ſunt. Hâc enim ratione complures Conjunctiones forent *Copulativæ*: Sed in ſtrictiore ſignificatu ſumitur, qvatenus prædita eſt ſpeciali poteſtate & *vi copulandi*, ſenſum pariter ac verba, etiam nullum naturalem inter ſe ordinem habentia. 3. Linacer & hunc ſeqvutus Suſenbrotus his ſubjungunt ſuſpenſivas, qvæ ipſis ſunt qvatuor: *Et, qve, nec, neqve*, Hæ enim, docente Linacrô, cum geminantur *ſuſpenſivæ* priore locô aptè dici poſſunt, qvòd aliam ejuſdem poteſtatis expectari faciant, vel affirmativam: *& fugit & pugnat*: vel negativam, Juv. ſat. 6. *Et lateri parcas nec qvantum juſſit anheles*. Sed Scaliger de C. L. L. c. 167. eos ſuperfluæ curioſitatis poſtulat, & refutat, aſſerens meritò Verborum hoc fieri: ut, homo eſt, & inhumanus. Sane præcepta non ſunt cumulanda citra neceſſitatem. De *Nec* & *Neqve* modô dicetur. 4. Ex his aliqvæ ſunt *Explanativæ*, qvæ explanationem & explicationem aliqvam præcedentium inferunt. Virgil. Æneid. 1. *— manet altâ mente repôſtum Judicium Paridis, ſpretæq; injuria formæ*. Sed de his p. 733.

*Disjunctiva* ſunt, qvæ ſenſum ſive res disjungunt, verba verò conjungunt: ut, *Aut, ſive*, [a] *ſeu*, [b] *vel*, [c] *ve*, *nec*, [d] *neqve*.

a *Sive* ] Hæc particula freqventer *bis* aut *ſæpius* iteratur. Cic. de ſenect. *Vinio ad comitia ſive magiſtratuum ſive legum placet*. Idem ad Q. Fr. l. 2. *Sive tua natura paulò acrior, ſive qvædam dulcedo iracundiæ, ſive dicendi ſales valuiſſent*. Nonnunqvam etiam *ſemel* poſitum leges. Idem ad Att. *Nihil perturbatius hôc ab urbe diſceſſu, ſive turpiſſimâ fugâ*. Componitur autem *ſive* ex *SI* & enclitica *VE*. b *Seu* ] Hæc qvoqve particula nonnunqvam *ſolitaria* legitur. Cic. pro Qvint. *O fortunatum hominem, qvi hujuſmodi nuncios, ſeu potius Pegaſos habeat?* Sæpe verò iteratur. Idem ibid. *Quemadmodum ſolent nobiles homines ſeu rectè ſeu perpe-*



Digitized by Google

*vam facere &c.* Invenitur & cum *ſive* conjuncta. Plaut. Stich. *Sive ego taceo, ſive loqvor, ſcio ſcire te.* Eſt autem *ſeu* per Apocopen natum ex *ſive*. [c] *Vel* ſæpiùs iteratur. Terent. Eunuch. *Hanc tu mihi vel vi, vel clam vel precariò fac tradas.* Nonnunqvam pro etiam ad deſignandum rem vel actionem aliqvam præcipuam *paradigmaticè* uſurpatur Cic. *Nam iſtô modò vel conſulatus vituperabilis eſt. Vel* i. e. etiam Terent. *Nulla eſt tam facilis res, qvæ non difficilis fiet; qvam invitus facias: vel hæc deambulatio, qvàm non laborioſa, ad langvorem dedit.* Ac ſi diceret: ut evidenti & extemporali exemplô demonſtrem, qvod modò dixi, *etiam* præſens deambulatio &c. Interdum *Vel* eſt *explanativum* ut, *genius vel angelus.* Idem eſto judicium de *ſeu, ſive*, &c. [d] *Nec, ne;* Recentiorum qvidam has particulas referunt ad *Copulativas.* Sed veteres pæne omnes, Feſtus, Chariſius, Diomedes, M. Val. Probus, Donatus &c. Claſſi *Disjunctivarum*, aſcribunt; eosq; ſeqvuti Philippus, Friſchlinus, Corn. Valerius, Gieſſenſes &c. qvibus etiam nos adſtipulamur. Porrò ad ipſam appellationem *Disjunctivarum* qvod attinet, paulò durior fortaſſe aliqvibus videbitur, & cum manifeſta contradictione conjuncta, cùm Conjunctionis munus ſit non *disjungere*, ſed *conjungere*. Sed reſpondent Gieſſenſes, qvòd diverſus reſpectus tollat contradictionem. Disjunctiva enim, inqviunt, conjungit *eſſentialiter* voces, disjungit verò *accidentaliter* ſignificata. Unde Boetius dicit, *Conjunctionem disjunctivam ea qvæ conjungit inter ſe, disjungere in tertio.* Deniqve & illud obſervandum, quòd voce *Disjunctivarum* generaliùs utamur, qvatenus etiam ſub ſe comprehendat *ſubdisjunctivas*, h. e. pro omni disjunctione ſumimus, ſive è contrariis ſit, ſive è diverſis. Vid. Scal. de C. L. L. l. 11. c. 170. & Gieſſ. p. 261.

*Conceſſiva* ſunt, qvæ aliqvid concedunt, cui poſterior ſententia adverſetur: ut, *Etſi, tametſi, etiamſi, ut, qvamvis, qvanqvam, licet.*

Non convenit inter Grammaticos ſive veteres ſive re-

centiores

ſce particulis, qvas nos ex ipſo uſu & indole
ellamus, Chariſius *Iula tivas* vocat. Plinius
iede, appellat *Illativas*. Ipſe Diomedes re-
s. Idem faciunt Donatus & Alcuinus. Pri-
*tivas* nominat. Idem nomen ipſis tribuit,
r; ſed paulò aliter, qvàm Priſcianus definit,
us deſcriptio eò tendat, qvò noſtra *Conceſſi-*
. *Adverſativas* tamen diſtingvit à *Redditi-*
e ſunt; *ſed, tamen, attamen &c.* Hunc more
qvitur Suſenbrotus. Recentiorum alii ſup-
*Redditivarum*, *Adverſativas* & *Redditivas*
nà voce *Adverſativas* appellant. Nos verò
indolem & uſum expendentes, *concedendi*
s, adeoq; *Conceſſivas* appellamus. Ab *ad-*
meritò diſtingvimus. Non enim *adverſam*
ſententiam deſignant, qvippe nihil præceſ-
*adverſa* opponantur: inprimis cum ipſæ,
ſitæ, ſententiam auſpicari ſoleant, ſive actu,
exemplis res evadet manifeſtior. Cicero li-
m de Officiis ſcripſit, ita orditur: *Qvanqvam*
*um jam audientem Cratippum idq; Athenis,*
*t præceptis inſtitutisq; Philoſophiæ*, &c. Quâ
â manifeſtè concedit filio *abundantem ali-*
*rum & inſtitutorum Philoſophicorum cogni-*
ceſſario 1. qvia Philoſophum eximiè erudi-
qvia Athenis audivit, ubi ipſius eruditionis
ntubernium fuit, & eruditiſſimorum viro-
via annuum ſpacium Cratippo audiendo tri-
um itaqve illud Ciceronis planè *conceſſivum*
d ſeqvitur oratio adverſativa: *Tamen*, ut ipſe
tem ſemper cum Græcis Latina conjunxi &c.
o faciendum. Q. d. Licet facilis conceſſero
o loco ſtudium Græcarum literarum incum-
eo tibi adverſor & repugno, ei ſoli ſtudio ſi
, meô namqve exemplô Latina cum Græcis
Accedit qvòd *Qvamvis* & *Licet* Modum Per-
 miſſivum

miſſivum ſeu conceſſivum ſibi jungi poſtulent. Cic. Attic
l.12. *Qvamvis prudens ad cogitandum ſis, ſicut es : tamen* &c
Imò nonnunqvam additur *Licet*, ad certitudinem *conceſſio*
*nis* ſignificandam. Cic. 3. de Legib. *At duo Gracchi fue*
*runt, & præter eos, qvamvis enumeres multos L I C E T, qvum*
*deni creantur, nullos in omni memoria reperies* &c. Dubium
itaqve non eſt, qvin hæ particulæ *conceſſionem* importent.
Cui ſententiæ accedit Cl. Voſſius p. 164. Friſcl. Gram. p
158. & paralip. p. 396. Schmid. p. 235. Rhen. p. 308, &c
*Conceſſivis* adſcribunt etiam hæc : *Qvidem, eqvidem, ſane*
*ſaltem*. *Eqvidem* Priſcianus vocat particulam *approbati*
*vam*. Nos verò ſuprà p. 696. *Sanè, qvidem* retulimus ad
Adverbia *Concedendi* : *ſaltem* verò p. 689. ad *Minuendi*
Adverbia. Et qvia de orthographia τȣ̃ *ſaltem* nihil moni
tum eſt p. 689, Φιλομαθοῦς non celabimus, qvid de ea ſen
ſerint docti. Gellius lib. 12, c. 14. *ſaltem* per ſecundam vo
calem ſcribit, & qvidem geminum ejus etymon affert. Pri
mò ex Nigidio refert dici q. per defectionem : *Si aliter*, ſup
ple, *non poteſt*. Qvod tamen refutat dicens improbæ cujus
dam ſubtilitatis eſſe tot verba in pauciſſimas literas inclu
dere. Deinde ex alio aliam affert notationem, *ſaltem* ſcili
cet dici, qvaſi *ſalutem*. Extremum enim petituri, qvod ne
gari minimè debeat, dicere ſolent : *Hoc* S A L T E M fieri ve
dari oportere, tanqvam *ſalutem* poſtremo petentes. Hanc
tamen commentitiam notationem eſſe cenſet ; licet Dona
tus in Adelph. Terent. act. 2. ſc. 1. & 2. illam admittat, a
ferens *ſaltem* natum eſſe è captivis, qvi nihil aliud præte
*ſalutem* à victore petant. Et conſentit Servius in 4. Æneid
*Saltem ſi qva mihi de te ſuſcepta fuiſſet Ante fugam ſoboles*
Sed ab hac Gellii, Donati & Servii ſcriptura prorſus abi
Janus Gulielmus lib. 1. Veriſimilium cap. 16. aſſerens erro
re qvodam catholicô ſcribi *ſaltem* : *ſaltim* verò rectiùs ſcri
bi. Qvam ſcripturam probat 1. è Codicibus Antiqviſſimi
MS. 2. ex analogia. Veluti enim à *raptu raptim*, *curſu cur*
*ſim*, *ſenſu ſenſim* : ita à *ſaltu ſaltim*. 3. Ex uſu & ſignificatio
ne. *Adhibetur enim*, inqvit, *in oratione, qvum ea q. ſalt*

*qvoda*

Digitized by Google

*ordinem ab iis quæ antecesserant, subitò præcipitat, & fuit in extremum aliquod*: adeoq; vult, ut in eo transitionis vis eluceat. 4. Autoritate Prisciani: qui à *saltu* deducit *saltim* & *saltuatim*. 5. Consensu Fr. Modii, & P. Pithœi. Consule & Mureti Varias Lect. Taubmannus Comment. Plaut. 4. 5. in textu legit *saltem*; in notis autem monet, MS. Camerarii habere *saltim*, quod valdè probari ait Grutero. Ipse tamen Taubmannus Amph. 1. 1. legit *saltem*, in textu pariter & scholiis. Nos verò veterem scripturam locò non movemus: quippe quæ antiquitatis testimoniis non destituitur, ac recentiorum consensu. Ad rationes autem Guilielmi quod spectat: illæ certè diligentiùs excussæ, non omnino extra omnem dubitationis aleam positæ erunt. Sed nos pergimus, aliis hanc criticam falcem relinquentes.

*Adversativæ* ſunt, quæ adverſam ſententiam ſuperiori annectunt: ut, *At*, *aſt*, † *ſed*, *verùm*, *verò*, *atqui*, *tamen* &c.

† E. g. Ovid. 1. de Pont. *Non cenſus, nec clarum nomen avorum: ſed probitas magnos ingeniumq; facit.* Prior verſus indicat, Nobilitatem non in cenſu, aut majorum imaginibus eſſe poſitam. Poſterior verò verſus velut aliqvid adverſum ſubjiciens menti cogitandum, per particulam S E D docet, in probitate & ingenii laude ſitam eſſe. Quando autem dicimus *adverſam* ſententiam, ipſi etymo nos accommodamus & naturam *Adverſativarum* clariùs exprimimus: licet non ignoremus nonnullos *diverſam* ſententiam maluiſſe. Sed & reliquæ conjunctiones *diverſum* qvid agnoſcunt. E. g. Nox & amor, vinumq; nihil moderabile ſvadent. ubi nox, amor, vinum longè diverſiſſima ſunt, & tamen per copulativam connectuntur: confer ſcholion, qvod ſub initium Conjunctionis exhibuimus, nec non vide Centuriam Secundam I. Claſs. Eraſmi Schmidii contra Rhenium num. 1108. qvi prius *diverſam* ſcripſit; ſed à Schmidio monitus in Edit. Anni 1622. ſubſtituit *adverſam* p. 308. Qvod ſi vero regeſſeris,



Digitized by Google

ſeris, qvòd allatum exemplum non tam ſententiarum, qvàm vocum *diverſitatem* ſubinnuat: en tibi aliud, in qvo *diverſas* ſententias connectit copula ET. Terent. Eunuch. — *nunc ego & illam ſceleſtam eſſe, & me miſeram ſentio: & tadet, & amore ardeo: & prudens, ſciens, vivus, vidensqve pereo*, &c. † *Aſt* rarum eſt apud oratores, non tamen inuſitatum. Cic. Attic. l. 1. ep. 11. *Crebras à nobis literas expectas: AST plures etiam mittito.*

*Conditionales* ſunt, qvæ ſententiam conditione qvadam determinant: ut, *Si*, † *niſi ſin, quod ſi, quoad, aliàs, quatenus*, * *modò, dum, dummodo* &c.

† *Si*, inqvit Schmid. par p. 305, duplici ſignificatu huc pertinet. Pro εἰ: ut, *ſi ſtertit, dormit.* Pro ἐάν: ut, *ſi benè faciam.* * *Qvatenus*, inqvis, ſuperiùs ad Adverbia *Reſtringendi* p. 696. relatum memini, quô igitur pactô huc pertinebit? Reſpondeo, ipſius memineris has particulas invariabiles pro diverſitate ſignificationis ad diverſas partium orationis invariabilium claſſes referri poſſe, vide p. 680, 681. *Qvatenus* igitur pro qvâ conditione, qva ex parte, huc ſpectat. Cic. l. 1. ep. 2. *Poſtulatum eſt ut Bibuli ſententia divideretur, qvatenus de religione dicebat, &c. Bibulo aſſenſum eſt*, i. e. qva ex parte. Hinc ſimpliciter non aſſenſum eſt Bibulo, ſed certa ſub conditione, ſcilicet qvatenus de Religione egit &c.

*Concluſivæ* ſeu *Ratiocinativæ* † ſunt, qvæ concluſionem rei præmiſſæ accommodant: ut, *Ergo, ideo, igitur, idcirco, quare, qvamobrem, qvapropter, qvocirca, proinde, propterea, utiqve.*

† *Concluſivas* ſive *Ratiocinativas* Linacer lib. 1. p. 91. vocat *Illativas* ſeu *collectivas*: eò qvòd vim habeant aliqvid

colligen-

*ferendi* ex iis quæ præceſſerunt. Eadem no-
uit Alvaro p. 143. & Suſenbroto p. 132. Pri-
*ollectivas* & *Rationales*. Cic. pro Ligurio:
*uod eſt accuſatori maximè optandum, confi-*
Charifius vocat συλλογιστικοὺς συνδέσμους.
s, Probus & Alcuinus *Rationales* appellant.
*tivæ* ſeu *Ordinis* ſunt, qvæ mem-
nis ordine qvodam inter ſe con-
continuant: ut, *Inſuper*, *poſtea*,
*einde*, *deinceps*, *præterea*, *denique*,
*rimò*, *ſecundò* &c. *ultimò*, *poſtre-*
*æterùm*,* *adhæc*, *adhoc*.
s] Qvatenus hæc particula uſurpatur ab hi-
, huc non pertinet, ſed ad *Adverſativas*. Aliàs
s particulæ uſus; qvando ſcilicet, uſurpatur
*e reliqvo*, vel *ad cætera qvod attinet*, qvà ra-
*nuandi* habet, & huc pertinet: ſicut *præte-*
t. Fr. l. 2. ep. 15: *Ego me in Cumano & in*
*terqvam qvod ſine te, cæterùm ſatis commo-*
*bam*. Plaut. ſub finem prol. Pœnul. — *de-*
*alete, adeſte, ibo*. Et pro *cæterùm* eleganter
*cætera*. Plaut. — *hominem Mihi des? qvie-*
irgil. 9. Æneid. *Cætera parce puer bello*. —
rpretatur *cætera* per *deinceps*. Tranſiit qvip-
ionem: qvod prius Nomen fuit, uſu haud ab-
13. de Scaro: *Viſceribus bonus eſt, cætera*
3. dec. l. 1. *Falarica erat Saguntinis, miſſile*
*longo, & cætera tereti, præterqvam ad extre-*
Ep. 10. *Exceptò qvod non ſimul eſſes, cætera*
rm. od. 2. *Cætera fulvus*. Qvi loqvendi mo-
n olet. Dionyſ. Longinus: Τιμαῖος ἀνὴρ
ἱκανός, &c. Timæus qvidem vir *cætera* i-
donqus

Digitized by Google

doneus; ſicut aliàs Græci dicunt λάσιος τὰ σκέλη pro περὶ τὰ σκέλη, *hirſutus crura* pro circa crura. Confer. Dan. Vechneri Hellenolexiad l. 1. p. 143. ſeq. Legitur & *cæterò* pro *cæterùm*, inprimis apud Plinium l. 10. c. 58. *Palumbes fœmina incubat poſt meridiem in matutinum, cæteri mas.* & l. 10. c. 1. de Strutiocamelis: *Ad hoc datis pennis, ut curventem adjuvent: cæterò ſunt volucres* &c. & paſſim apud eundem. *Cæterò* i. e. ad reliqvas partes qvod ſpectat. Sunt *cæterùm, cæterò, cæterà* ab antiqvo *cæterus*; quô uſus eſt Cato c. 22: *Cæterus ornatus domi.* Cujus neutra & fœminina ſing. freqventiora ſunt. *Cæterus* autem eſt à Græco ἕτερος i. e. alius: qvæ etiam prima & propriſſima eſt vocis hujus explicatio. Plautus: *Nunqvid vis cæterum.* i. e. aliud. & Perſ. 4. 7. *Nunqvid cæterum voltis?* i. e. aliud. Ex hac verò vocula nata eſt primum notiſſima iſta Nota tachygraphica ſeu abbreviatura, &c, vel qvod ſonat integrè *& cætera* i. e. alia multa conſimilia; ſive, ut Cicero loqvitur, *& cætera ejusdem generis.* Qvâ loqvendi formâ ipſe Cicero integrè olim uſus eſt, Topic. *In partitione qvaſi membra ſunt, ut corporis, caput, humeri, manus, latera, crura, pedes, & cætera.* Et 2. de Orat. *Si mihi filius gignitur, isq; prius moritur, & cætera, tum ut mihi ille hæres ſit.* Ita ſe habet hæc Nota tachygraphica, ut abbreviatura (ita loqvuntur) Rabbinica וג״ vel וגומ׳ ; qvod integrè ſonat וְגוֹמֵר h. e. *& complens.* Qvâ nota Rabbini ſæpiſſimè utuntur in Peruſchiis ſeu Commentariis ſuis, qvandò integrè non recitant ſcripturæ verba. Veluti ergò Latini dicunt &c. *& cætera,* qvando aliqvid deſideratur: ita Ebræ. וג״ וְגוֹמֵר *& complens* ſc. tu, vel comple (ſecundum ſenſum) qvod reſtat. Qvô jure Fr. donatus in Pomis aureis Romæ impreſſis p. 90. de Abbr. Rabb. dicat וג״ ad verbum propriè ſignificare *& comple*, ipſe viderit. Nam ſaltem ſecundum ſenſum ita ſonat: ad verbum verò: *& complens.*

*Cauſales* ſunt, qvæ cauſam præcedentis ſenten-

Digitized by Google

ntentiæ reddunt : ut, *Nam, namque, enim, enim, enimvero, qvia, qvoniam, qvando, ıandoqvidem, qvando, ſiqvidem, qvum *, ut, e, qvò †.*

* De orthographia τȣ̃ *Qvum* notat L. Scoppa lib. Col-
ct. Sylloge 4. c. 4. qvòd per Q. ſcribendum ſit, qvandò
mpus ſignificat; ſed per C, qvandò comitatum, & eſt Præ-
oſitio. Conſentit Velius Longus de Orth. Alii addunt
tiam per Q ſcribendum eſſe, qvando eſt Conjunctio Cau-
ılis. Qvod tamen diſcrimen hodiè ferè negligitur. Et fa-
ilis fieri potuit mutatio c in q ob pronunciationis affinita-
em. vide p. 690. & Schmid. Cent. 2. contra Rhenium num.
18. & 144. † *Qvò* etiam nonnunquam cauſale eſt. Cic.
*Non qvò qvicqvam deſit, ſed qvia valdè cupio.*

*Explanativæ* ſunt, qvæ præcedentem vocem, aut phraſin vel totam etiam ſententiam explanant: ut, *Videlicet, ſcilicet, nempe, qvippe, nimirum, puta, ut, utpote.* Et interdum: *Seu, ſive, vel, &, que &c.*

Horum qvædam aliqvandò etiam *Elevandi & exprobrandi* vim habent, & iſtô pactô ſunt Adverbia: vide ſupra p. 689. *Explanativæ* à Gieſſenſibus dicuntur *Paradigmatica.* His enumeratis ſignificationibus addunt, *Completivas* ſeu ut alii loqvuntur, *Expletivas,* qvas definiunt, *qvòd non ſignificationis neceſſitate, ſed ornatus cauſa in oratione adduntur.* In qvibus tamen recenſendis non conveniunt. Chariſius ita: *ſaltem, tamen, tandem, ne, adeo.* Diomedes addit, *qvidem, eqvidem, qvoqve, autem, porrò, profectò, deinde, nimirum, verò.* Priſcianus etiam numerum auget, addendo, *nam, namqve.* Probus adijcit, *nempe.* Donatus adjungit, *videlicet, qvanqvam, qvamvis, licet.* Max. Victorinus: *prorſus, duntaxat.* Auguſtinus: *proinde, deniqve, utiqve.* Lina-

cer

Digitized by Google

cer his aſcribit, *atenim*, *ſedenim*, *eniinverò*. & pag
*Num, nam, dum, in etiamnum, numnam & adeſdum*.
hiſce notandum 1. qvòd Veteres Grammatici confu
*Completivas* & *Explanativas*: veluti id ex Diomede, E
Donato liqvet, qvos ex recentioribus ſeqvutus eſt Fr
nus Paralip. c. 5. p. 396. Has tamen uſus diſtinctas eſ
luit. Pari confuſione Cornel. Valer. Ultrajectinus *E*
*vas* & *Approbativas* conjunxit. 2. Qvòd ſi diligentiùs
ſitarum modò ab antiqvis Grammaticis completivaru
dolem & naturam excuſſeris: invenies non paucas
Completivæ ipſis habitæ ſunt, qvæ tamē ſine ſenſus
ptela omitti non poſſunt. Etenim exemplis demonſt
fuiſſet luculentis, qvòd *porrò*, *deinde*, *qvanqvam*, *q*
*licet*, *ſaltem*, *tandem*, *proinde*, *deniq;* &c. ornatus t
cauſâ adhibeantur in oratione Latina, & non neceſſita
tione. Qvòd expendens diligentiſſimus Grammatic
ſcianus, fateri cogitur, l. 16. qvòd horum nonnulla ſi
*probativa*: Nos ſupra *Qvidem* & *Eqvidē* retulimus ad *A*
bia Concedendi p. 696. Etenim non rarò ut dictum c
git, ut pro *Completivis* vulgò habeantur, quæ tamen
expenſæ, *ſignificationis neceſſitatem* impertent. e. g.
runt nonnulli illud, Horatii lib. 1. Sat. 10, — *ò ſeri ſ*
*rum*, *qvidne putatis Difficile & mirum*, *Rhodio qv*
*theleonti Contigit*? idq; eum in finem, ut probent
iſtô carmine Horatiano eſſe *Completivum*; & Linacer
p. 457, ut inde confirmet *Pleonaſmum Conjunctionum*
tamen cuivis vel emiſſitiò oculò Satiram Horatianam
cienti pateat, NE citatô locô nō de nihilo carmini int
ſed manifeſtam *interrogandi* vim habere. Hinc per
Scaliger de C. L. L. c. 171. non ſimpliciter *Complet*
mnem ſignificandi vim denegat, ſed concedit, qvòd
*aut ſenſum Orationis*, & pæne cum Subdiſtinctivis
ſocietatem e. g. Ego qvidem ſcribo; tu verò legis, &
verò tirones aberrent in æſtimandâ & rectê cognoſ
genuina ratione & ſede *Completivarum* ſive Pleonaſtic
ut ita dicamus, particularum: 3. deniqve diligenter

de

qvòd non paucæ particulæ, *Completivæ*, qvæ *expletivæ* vel *repletivæ*, conſtituant *Pleonaſmum*, adeoq; ad *Figuras Syntaxeos*, in qvibus t reliqvarum Partium orationis, itaConjunſſo agitur, pertinere. Qvòd ſi verò qvis hoc sò Conjunctioni *Pleonaſmum* negabit, qvò carent reliqvæ orationis conjunctæ Partes. ipſe Linacer, qvi in Figuris tradendis facilè æripuit, veritate victus fateatur *Pleonaſmo* particulas, qvæ *Expletivæ* vel *Ornativæ* dici nihil ad ſenſum vel Conſtructionem confeſtram aſſertionem teſtimonia autorum prolud ipſum exemplum, qvò Priſcianus utitur *Completivas*, eòdem Linacer uſus eſt ad con*Pleonaſmos Conjunctionum*. Priſcianus ait: *ve* ſupervacua ponitur, *completiva* eſt: ut eid. carm. 5. *Multa qvoqve & bellò paſſus* — enſus, inqvit Priſcianus, ſi dixiſſet: *Multa &* dem exemplum adhibuit Linacer p. 456. *Pleonaſmum Conjunctionum*. Verum enimianus hòc locò inſcius pæne in noſtram ſendit, qvando ait particulam *Qvoqve* ſupervaoratione. Nam qvid qvæſo aliud eſt aliqvam ervacuam poni, niſi πλεονάζειν. Deinde, minùs liceat exponere hòc locò *Qvoqve* per *a*, idq; non tam cum ſenſus Poetici corrundere & luce. nam non modò terris fuit jat altò mari, ſed emphaticè & expreſsè addit riora diſcrimina, qvòd *qvoq.* i. e. *præterea* & paſſus &c. Atqve ſic *ſignificativa*, & qvidem, loqvuntur, *continuativa* evadit hæc parti*pletiva* & *pleonaſtica* primò intuitu putatur. avendum, ne præcipites judicium, illudq; in iantis complementi inſtar abundare dicas, oris ſenſu neceſſarium orationis plenæ luceſtius affirmaveris. Tertiò denique, mea neceſſi-

neceſſitati nonnunqvam aliqvid erit condonandum. enim per legem metri excludere licuit *Qvoqve*, & tuere *præterea*, *inſuper* &c. De ſimilibus ſimiliter ju dum. Sed ad inſtitutum redeamus. Probaturi Gram *Completivas* Conjunctionum Etymologicas, adducu Virgil. l. 4. Æneid. *Nam qvis te juvenum confide noſtras juſſit adire domos?* Idem adhibetur à Li ſummô Figurarum vindice, p. 456. ad conſtituendu luſtrandum *pleonaſmos conjunctionum*. Qvare cu met autores ex *completivis* conſtituant *Pleonaſmos ctionum*: nihil à Grammaticæ methodi lege alienum miſeris, ſi ſuam cuiqve tribuens, harum particularum tione redundantium uſum & doctrinam remiſeris a *ras Syntacticas*, in qvibus etiam agitur de Pleonaſm cularum. Sed fortè duo regeſſeris: Alterum, Comp vel cô nomine ad Pleonaſmum referri non poſſe: q eſt *Figura Syntactica*, *Completiva* verò ſunt *partic mologica*. Alterum; Pleonaſmus eſt *vitium & def* luxuriantis orationis; at verò, hæ particulæ non ra ſingulari qvadam *elegantia* & *decore* Latini ſermon conjunctæ. Verùm ad *primum* reponitur: Nulla p ſeorſùm conſiderata, & extra ſtructuram orationis ſi cit, ſive abundat, ſed aliis vocibus juncta. Qvare cù *plectiva* non niſi in Syntaxi & contextu orationis π ζειν dicantur: meritò ſedes ipſis aſſignatur Syntaxis, dem *Figurata*. Sed fortè inſtabis & dices, hoc reſp paulò liberalius eſſe. illô enim admiſsô, ſeqvetur Conjunctionum Significationes jure meritô pertin Syntaxin. e. g. *Et*, nec conjungit, nec disjungit, niſi tione. Reſpondetur 1. in genere præmonendo, nos ſcendere ad ſpeciales Conjunctionum ſignification ſaltem prægustum & communem qvandam ſignifica rationem tradere, atq; ejuſdem vel conſimilis ſignific participes particulas redigere ad certam claſſem. obſervatô, de facili patebit, aliter comparatum e *particulis non Figuratis*, atq; ſe res habet cum *Figurat*

*particularum Figurata* ex communi uſu & ſignificatio-n participant, certæ claſsi accenſeri, ibiq; recenſeri iunt: At verò particulæ *Completivæ*, ſive *Figuram*, *pleo-naſmum* ſcilicet ſpirantes, nec *diſtinctæ*, ut reliquæ ſignifi-onum ſpecies, claſſi includi poſſunt, qvippe cùm per o-es ſignificationes vagentur, nec *definitâ* recenſione com-hendi qveunt, inprimis cùm omnes & ſingulæ Conjun-ones jus *abundandi* poſsint participare hôc vel illô modô, ;; pro libitu autoris, qvi ſcribit. Nec eſt, qvi *Pleonaſmum* *tis* qvibuſdam particulis tantùm aſtringat; veluti neq; *ipſum*. Atqve hæc eſt cauſa, cur ſuperiùs veteres pariter recentiores in *Completivis* enumerandis uſq; adeo diſſen-int, & alii alias novas particulas cumularint, & numerum immenſum propè auxerint. Rectiùs itaqve & commo-is ad *Pleonaſmum Completivas* retuleris, qvippe cujus perium latè patet per omnes orationis partes, earumq; embra. 3. Robur acqvirit hæc aſſertio ex Adverbiorum gnificationibus. Sane licet illæ in Etymologia tradantur, nen, ſi eas percurreris & evolveris omnes, ne qvidem veſti-um *Completivarum* conſpicies, cùm tamen non minùs *dverbium* abundet complementis particularum, ſive *Pleo-naſmis*, qvàm *Conjunctio*. 4. deniqve veluti detractio vo-um, qvam *Ellipſis* profitetur, *Etymologica* non cenſetur, ſed *curatè Syntactica*; pari jure gaudet additio earundem, vam *Pleonaſmus* docet, & cui *Completivæ* materiem ſub-miniſtrant. *Alterum* qvod ſpectat Pleonaſmum ſcilicet eſſe *itium orationis*: Reſpondemus, nos non negare *Pleona-ſmum* locô inconvenienti adhibitum, & ſæpius non ſine tau-ologiâ ingeminatum &c. in vitium degenerare. Omne e-im nimium vertitur in vitium. Etiam Metaphora, qvæ eſt ummum Orationis lumen, intemperantiùs & inconvenien-iùs adhibita, velut atram nubem orationi obducit. Hinc eſt, qvòd Chariſius lib. 4. Diomedes lib. 2. Pleonaſmum inter *itia Orationis* numerent: & Qvintilianus l. 1. c. 9. *Solœ-ciſmi* ſpeciem conſtituat. Et nos, Deo volente, ubi de vitiis Orationis acturi ſumus, docebimus Pleonaſmum interdum

 eſſe

Digitized by Google

eſſe *Orationis vitium.* Sed virtutem eſſe, etiam optimi autores agnoverunt. Etenim, memineris eundem Qvintilianum, à qvo improbatur. lib. 9. Cap. 3, *Pleonaſmum* tanqvam *virtutem orationis* probaſſe, dum ait, *Additionem in oratione non ſine gratia eſſe ſupervacuam:* citátq; illud Virgilii Eclog. 10. *Nam neqve Parnaſſi, vobis juga, nam neqve Pindi.* Et ſub initium capitis aſſerit. *Grammaticum Orationis ſchema fieri iisdem generibus, qvibus vitia* &c. *Illud autem,* inqvit, *autoritate, vetuſtate, conſvetudine plerumqve defenditur, ſæpe etiam ratione qvadam. Ideoq; cum ſit à ſimplici rectóq; loqvendi genere deflexum, virtus eſt, ſi habet probabile aliqvid qvod ſeqvatur. Una tamen in re maximè utilis, ut qvotidiani & ſemper eôdem modô formati ſermonis faſtidium levet* &c. *qvô ſi qvis parcè, & cum res poſcet, utetur, velut aſperſo qvodam condimentô jucundior erit: at qvi nimiùm affectaverit, illam ipſam gratiam varietatis amittet.* Hæc ille. Qvibus Qvintiliani verbis noſtrum reſponſum confirmatur. Optimô igitur jure *Completivæ* particulæ, qvæ ornatus causâ nonnunqvam adhibentur, ad *Pleonaſmum referuntur*; inprimis cum ille ſuâ gratiâ & elegantiâ non deſtituatur. Hæc tantò pleniùs & luculentiùs perſeqvuti ſumus, qvantò pauciores hìc comperimus eos, qvi rerum Grammaticarum ſtudium aliàs fervidè excolendum ſuſceperunt.

## DE SPECIE.

*Species* Conjunctionum eſt *duplex*:

Primitiva: ut, *aut, vel, &, ſed.*

Derivata: ut, *verùm, licèt.*

Plures Conjunctionum ſunt *Primitivæ*, qvàm *Derivatæ. Species* itaqve rarior eſt. *Figura* verò longè freqventior. *Speciem* tamen expreſſerunt Gieſſenſes p. 265. & Friſchl. p. 158. Rhen. p. 310.

## DE FIGURA.

*Figura* Conjunctionum eſt *duplex*:

Simplex

Simplex: ut, *Nam*.

Compoſita: ut, *Namque* *.

Componuntur Conjunctiones inprimis *ſex* modis: 1. nter ſe: ut, *etſi*, *atqve*. 2. cum Adverbiis: ut, *Etiam*, fuit nim, inqvit Scaliger de C. L. L. l, 12. c. 174, *Et*, *jam*: & triyllabum *etiam*, qvia *iam* biſyllabum, ut freqventer apud Comicos. 3. Cum Præpoſitionibus: ut, *abſq*. 4. Cum Veris: ut, *qvandu*. 5. Cum Pronomine: ut, *ideò*. 6. Cum Nomine: ut, *Qvare*. * *Nanqve* ] Vide ſuprà ea, qvæ de Orthoraphia p. 14. Huic etiam ſcripturæ conſentit Beda de Orhographia p. 2344, Ed. Putſch, aſſerens, *qvanqvam* ſcribenlum eſſe, non *qvamqvam*. Licet non ignoremus per M communiter ſcribi, qvam ſcribendi rationem & Aldus probat.

# DE ORDINE.

*Ordo* Conjunctionum eſt *triplex*: Præpoſitivus, Poſtpoſitivus, & Communis ſeu Indifferens.

*Præpoſitivæ* Conjunctiones ſunt, quæ in oratione *tantùm* præponuntur: ut, *Nam*, *qvare*, *ac*, *atqve*, *ſed*, *aſt*, *nam*, *nec*, *ſi*, *ſin*, *niſi*, *qvin*, *qvia*, *qvamvis*, *qvanqvam*, *aut*, *vel*, *ſeu*, *ſive*, *verùm*, *qvamobrem*, *qvocirca*, *qvapropter*.

*Poſtpoſitivæ* ſunt, qvæ in Oratione *tantùm* poſtponuntur: *Autem*, *qvoqve*, *verò*. Et Encliticæ: *Qve*, *ne*, *ve* † *Enim* * ſæpius poſtponitur.

*Communes* ſeu *indifferentes* ſunt, qvæ indifferenter in Oratione nunc præponun-

 tur,

Digitized by Google

tur, nunc poſtponuntur: ut, *Ergò, igitur itaqve, qvoniam, tamen.*

CL. Voſsius judicat doctrinam de Ordine, pertinere ad Syntaxin. A qvo neqve nos diſſentimus. Hôc tamen loco reliqvi, inqvit vir doctiſs. qvia tanti non videretur, ut propterea recederem ab ordine receptiſsimo. Nec enim refert ubi diſcatur, quàm ut ſciatur. † *Enclitica*, Græcè ἐγκλιτικαὶ dicuntur, ἀπὸ τοῦ ἐγκλῖναι h. e. inclinare, eò qvòd tonus eorum ſit inclinatior ac depreſsior: qvippe cùm tonum ſuum rejiciant in finem dictionis cui adhærent. Exempla vide ſis p. 15. ſuprà. Voſsius mavult voces, cui Encliticæ adjectæ ſunt, *Conjunctas* appellare, qvàm *Compoſitas*: ut, *Tuq; puerq; tuus.* Sic *videſne*, aut *viden'*, *alſne* vel *aln'*. &c.

* *Enim* licet ſæpius poſtponatur: legitur tamen apud veteres præpoſitum. Plaut. Aulul. 3. 5. *Enim mihi qvidem æqvum eſt purpuram atqve aurum dari.* Moſtell. 5. 2. *Enim iſtic captio eſt.* Sic Caſ. 2. 6. & 5. 2. Mil. 4. 2. Pſeud. 1. 1. Perſ. 2. 2. & 5. 2. Trin. 5, 2. & alibi apud eundem. Interdum & tertiò locô ponitur. Liv. lib. 46: *Eò qvoqve enim mittendos fore legatos.* Et Varro: *Minùs aurum enim non perſtringit oculos.* Virgil. 1. Æneid. *Hic tibi fabor enim, qvando hæc te cura remordet.* Qvintilianus ordinem, quô *enim* præponitur, *ſolœciſmi* accuſat lib. 1. c. 5. & qvidem his verbis: *Solœciſmus* (etiam) ſit tranſmutatione, qvâ ordo turbatur; *qvoqve* Lego, *enim* hoc volui, *autem* non habui. Et de *igitur* addit: *Ex qvo genere, an ſit igitur in initio ſermonis poſitum, dubitari poteſt, qvia maximos autores in diverſa fuiſſe ſententia video, cùm apud alios ſit etiam freqvens, apud alios nunqvam reperiatur.* Hæc ille. uſitatiùs tamen poſtponitur. Terent. Eunuch. *Qvid igitur faciam?* Cic. in Orat. *Jejunas igitur hujus multiplicis & æqvabiliter in omnia genera fuſæ orationis aures civitatis accepimus.* Coronidis locô nota, qvòd *An* & *Ne* interrogent: Sed *Aut* & *Vel* non interrogent. Rectè igitur dicimus: *Aurumne eſt an orichalcum?* Cave barbarè dicas: *Aurum ne eſt, aut orichalcum.* Vid.

Nigid.

ʒid. p. 172. Et hactenus de *Conjunctione:* Seqvitur *Interjectio.*

# DE INTERJECTIONE.

INterjectio [*a*] eſt pars [*b*] Orationis invariabilis, qvæ voce plerumq; inconditâ [*c*] varios animi affectus indicat, & per ſe abſolvit ſententiam. [*d*]

a. Scaliger de C. L L. l. 9. c. 162. appellationem *Interjectionis* ſub incudem vocans, ait veteres nominantes & definientes Interjectionem à *ſitu*, *neqvaqvam à cæteris partibus diſtinxiſſe. Nulla enim*, inqvit, *orationis pars non interponitur*. Verùm *Interjectio* hìc non ſimplicem *interpoſitionem* notat, qvâ inter ſe voces ponuntur, ſed talem, qvâ interjectâ, *orationis ſeries rumpatur*. A conſimili vocis uſu Qvintilianus, l. 8. c. 2. non fuit alienus; licet ibi pro *parte Orationis ultimâ*, vel voce aliqva non accipiat, ſed latiùs extendat ad *ſententiam*. Verba ejus ſunt p. 500. Ed. Gualth. Col. 1555: *Etiam Interjectione, qvâ & Oratores & hiſtorici freqventer utuntur, ut medio ſermone aliqvem inſerant ſenſum, impediri ſolet intellectus, niſi qvod interponitur, breve eſt*. Hæc ille. Senſus igitur eſt ſententia inſerta, qvâ veluti media frangitur oratio & interrumpitur, ipſi eſt *interjectio*; veluti antiqvis Grammaticis incondita vocula eſt interjectio, cujus interjectu nonnihil interrumpitur oratio. Hinc Interjectio Donato dicitur *interjecta aliis orationis partibus*. Et Deſpauterius in Rudim. Interjectio ſic dicitur, *qvia interjicitur aliis partibus, ſeriem orationis rumpens.*

b 1. Divus Aurel. Auguſtinus, in libro qvem de Grammatica ſcripſit, negat Interjectionem eſſe *partem Orationis*, ſed tantùm dicit eſſe *ſignum affectionis erumpentis animi in vocem. Ergò qvot ſunt perturbati animi motus, tot voces reddunt*. Hæc ille. Qvæ Auguſtini ſententia vel inde robur acqvirit, qvòd Friſchlinus in præfatione, qvam Grammaticæ



Digitized by Google

Latinæ præfixit, tradat non opus eſſe, *Interjectionem, quæ animi affectus exponit, præceptis docere, vel è præceptis addiſcere, cùm pueri è qvovis obvio ruſtico poſſint percipere, quæ ſint Interjectiones gaudii, quæ doloris, quæ riſus, quæ vocantis, quæ reſpondentis* &c. Et pag. Gram, 159. dicit Interjectiones *meliùs diſci in foro ſcrutario, qvàm in ſcholis.* Qvùm itaqve Interjectiones ſint nihil aliud, qvàm ſigna qvædam affectuum & motuum perturbati animi, qvæ etiam qvivis ruſticus abſqve præceptis Grammaticis ſolô naturæ impulſu edere poteſt: non opus erit eas Partem orationis & artis Grammaticæ conſtituere. 2. Accedit, qvòd Priſcianus lib. 2. definiat Partes Orationis, qvæ *indicent conceptum mentis.* Sed Interjectiones ſingnificant non tam *conceptum*, qvàm *affectum.* 3. Si autoritati aliqvid tribuendum erit: notat Qvintilianus l. 1. c. 6, qvòd Ariſtoteles & Theodectes trium orationis partium meminerint, *Nominum* ſcilicet, *Verborum & Conjunctionum*: Philoſophi etiam inprimis Stoici auxerint *Partes orationis* & *undecim* enumeraverint, ſcilicet, *Nomen, Appellationem, Articulum, Pronomen, Verbum, Participium, Adverbium, Conjunctionem, Præpoſitionem, Aſſeverationem* & *Attractionem: Interjectionem* tamen omiſerint. Qvibus difficultatibus ut obviam eamus: ad *primum* reſpondemus 1. Non ideò vox aliqva deſinit eſſe *pars orationis*, qvia eſt *ſignum affectionis.* Etenim qvando orator vehementiùs movet animos auditorum, ut aculeos in iis relinqvat, iis etiam ſtudiô ſummô conqviſitis utitur vocibus, qvæ ſigna ſunt affectuum non modo in dicente excitatorum, ſed & in auditoribus excitandorum: neqve tamen ideo dictæ voces deſinunt eſſe partes Orationis, qvia ſunt commoti in dicente affectus indices. 2. Qvando Auguſtinus docet Intrejectiones eſſe *ſigna animi* &c. eô ipsô Interjectionibus locum concedit inter *Partes Orationis.* Omnes enim voces prolatæ ſive ſcriptæ ſignant, & referunt animi cogitatas voces. Qvô igitur jure reliqvæ voces, qvæ ſunt *ſigna animi*, ad certas Orationis partes referuntur, eôdem privilegiô Interjectiones qvà *ſigna animi* ad certam

claſſem

ſſem reducuntur. 3. Cum Interjectionem vocem eſſe
m neget, neqve eidem locum inter Orationis Partes jure
gaverit; qvippe qvum Oratio Latina ex vocibus diverſa-
m partium conſtet. 4. Ipſe Auguſtinus dicit ſe omnes
rationis *Partes* percurriſſe: at verò, cum Interjectio, Au-
uſtini judiciô, non ſit Pars Orationis, eam non percurrit, ſed
tractam reliqvit. Hoc autem grande ἄτοπον eſt, egit enim
uguſtinus non minùs de Interjectione, qvàm de aliis Par-
bus. 5. Et cùm non ſit *Pars*, dicat qvæſo Auguſtinus qvid
t. Nam aut erit Interjectio *diſtincta Pars*: aut ad *aliam*
*rationis partem* pertinebit. Sed ad nullam pertinet. Qvod
gillatim partes omnes percurrenti & ponderanti, demon-
tratu non erit difficile. Qvarum tamen *Adverbium* videtur
on nihil habere difficultatis, cùm teſte Priſcianô, Græci
uas Interjectiones ad Adverbia retulerint. Sed ipſe Priſci-
nus rationem affert, qvare Latinorum Interjectio Adverbii
mperio non ſubdita ſit: ſcilicet, qvia Interjectio *plenam mo-*
*tus animi ſignificationem in ſe habet*, ſive ut Scaliger loqvitur
de C. LL. c. 162, *qvia ſola poſita explet audientis animum*
*indiciô ſuô*, qvô certè privilegiô *Adverbia* non gaudent.
Cùm itaqve nec ad *Adverbium*, nec ad reliquas Orationis
Partes re[illegible] commodè poſsit, diſtinctam ſibi à reliqvis par-
tibus claſſem ſuô qvodam jure vendicat. Sed inqvis, Au-
guſtinus forte intellexit talia ſigna, quæ aliàs Priſcianus
*illiteratos ſonitus* appellavit, qváq; tantùm communia quæ-
dam naturalis affectionis indicia eſſent, adeò ut ea prolata
etiã à qvovis indocto ruſtico intelligerentur, & in foro ſeru-
tario meliùs diſcerentur, qvàm in ſcholâ, ut putat Friſch-
linus. Cum itaqve *talia* ſigna videantur eſſe *Interjectiones*,
vix locum inter præcepta Grammatica merebuntur, nedum
honorariô Partium orationis titulô ornabuntur. Cruſius in
Anti-Strigili oppoſitâ Friſchlinianæ Grammatices Strigili
ſamnis hoc Friſchlini effatum excipit, dicens p. 127. *Si in foro*
*ſcrutario hæc meliùs diſcuntur, habemus lingvæ Latinæ do-*
*ctæ muliercùlas Interjectionibus utentes, qvas tu hic ponis*
*in Adverbiis attribuens: Utinam, apage, euge, fodes, ingedum,*

 cedò,

Digitized by Google

*cedo, agite, Ædepol, Mehercle, Medius fidius, Ecce, ellum. O nos felices, apud qvos etiam ancilla & ruſtici Latinè ſciant.* Sed Friſchlinus Dialogo 3. p. 176, 177. excuſat ſe hoc non pronunciâſſe de *omnibus Interjectionibus*, qvòd in foro ſcrutario meliùs diſcantur &c. Sed tantùm de *certo genere*, ſcilicet *gaudii, riſus, doloris, exclamantis* &c. E. g. non aliter ridens Græci, Galli, Germani atqve Latini, ha, ha, ha &c. Sed qvicqvid ſit, negare nec poteſt nec debet Friſchlinus 1. Qvòd hæ voculæ etiam inconditæ ad Interjectionem tanqvam diſtinctam Orationis partem pertineant, cùm ipſe ſuo exemplô præeat & huc referat 2. Sibi velut in os contradicit Friſchlinus, qvando in Præfatione tradit non opus eſſe docere Interjectionem præceptis aut è præceptis addiſcere, cum ipſemet p. 159. Gram eam doceat, ac 20. genera Interjectionum tradat. 3. In qvo qvæſo foro ſcrutario, & à qvo ruſtico, mi Friſchlini, diſcent pueri *Ab* Accuſativo & Vocativô gaudere, *va* & *hei* Dativum adſciſcere, *Hem* & *heu* Dativum, Accuſativum vel Vocativum, *heus* & *ohe* Vocativum, *O* exclamandi Nominativum, Accuſativum & Vocativum? Non certe ab inſulſis nautis & aurigis, qvos Vives feces maris & terræ appellavit, ſed à rerum Grammaticarum peritis hæc diſcuntur &c. Stet igitur ſententia, *Interjectionē* ſuô qvopiam modô partē eſſe orationis. Ad *ſecundum* reſpondetur; Priſciani Definitio partium Orationis, *Interjectionem* civitatis Grammaticæ expertem non facit. Nam qvando nos definimus, Interjectionem partem Orationis, qvæ voce plerumq; incondita varios animi affectus indicet &c. tales affectus, & motus non intelligimus, qvi omni ratione & mentis conceptu careant; nimiùm enim obbruteſcerent, qvi his tantùm afficerentur; Sed tales qvi ſint animi, cujus eſt cum judicio concipere lætitiam, metum, &c. iiſdemq; legem & metam præſcribere. Brutos itaqve motus & ſine mente ſonos non profitetur Interjectio, ſed ab animo tanqvam primô interno motore profectos, in animo conceptos & ab animo directos, ad afficiendum tùm proprium animum, tum alienum cum cura & judiciô legentium & audientium. Qvare aſ-

imentes, *conceptus* non penitus excludimus. animi, & non *conceptus* dicimus indicari. In-, qvòd illi magis *ſenſus* utrinqve movere ſo-xteriore ſe indiciô, & corporis geſtu, flexuq; & exſerant. A *principaliori* igitur & magis rente fit denominatio, licet illud qvòd minùs s feriat penitùs non excludatur. Ad *Tertium*: m & Theodectis autoritatem, cujus memi-s, qvod ſpectat, ſciendum eſt 1. licet Ariſto-ræco Philoſopho ſuum non denegemus lau-Latinus Grammaticus ejuſqve artis Latinæ ſtitutor, nihil meretur autoritatis. 2. Ariſto-ram Græco Grammatico tùm demùm fidem, qvandò certò conſtiterit ex hiſtoricâ verita-ofeſſo de arte Grammatica Græcè ſcripſiſſe, onſtituiſſe. Eqvidem Diog. Laertius, qui lib. volumina ſcripta ab Ariſtotele numerô plu-*Grammatices* ne vel verbulô meminit. 3. Agit eles in lib. de Interpretatione de *Nomine* & *ratione Grammatica*. 4. Si vel maximè ex-eles Interjectionem, & ex foro Logico tan-orpore exulare juſſerit, unà cum aliis minùs Orationis partibus: neutiqvam tamen Gram-cognitione & præceptione diſcendi cupi-m defraudare convenit. Fatemur qvidem bum, qvorum vinculum eſt Conjunctio, *præ*-tionis partes & inprimis neceſſarias, veluti p. imus: *ſolas* tamen eſſe partes, in qvibus addi-s Grammatices operam ponant, conſtanter heodectem Phaſelitem de arte Grammatica e artis præcepta & partes conſtituiſſe de in-n ſatis probatum eſt. Etenim Suidas, qvi ejus erato habet, memorat qvidem eum ſcripſiſſe libros VII, Encomium Alexandri Epirotæ, & barbarica inſtituta; ſed *Grammaticas* non nè notandum; qvòd Quintilianus [illegible] ex

aliorum mente loqvatur; nec aſſerat, vel Ariſtotelem vel Theodectem ex profeſſo egiſſe de re Grammatica, ejusve partes conſtituiſſe. Imò Qvintilianus hîc refert ſententiam Dionyſii Halicarnaſſei, qvi περὶ συνθέσεως ὀνομάτων expreſsè affirmat Ariſtotelem & Theodectem φιλοσοφοῦντες, ὀνόματα καὶ ῥήματα καὶ συνδέσμους, πρῶτα μέρη τῆς λέξεως h. e. Ariſtotelem & Theodectem *philoſophantes, Nomina, Verba, & Conjunctiones*, primas dictionis partes conſtituiſſe. Qvare patet, eos philoſophicâ magis, qvàm Grammaticâ ratione conſtituiſſe tres tantùm partes; idq; quatenus illas poſtmodum accommodarent arti jam Rhetoricæ, jam Logicæ &c. Noſtri autem inſtituti eſt, ita partes Latinæ orationis conſtituere, ut pueris & non rude philoſophicâ donatis, accommodentur. Ad *qvartum* verò & *ultimum*: Non eâ certitudine & fide allegatur Stoicorum philoſophorum ſententia, ut ei tutò fidere qvis poſſit, ubi de Latinæ Orationis partibus agitur. Qvintilianus eorum opinionem in conſtituendis partibus citaturus l. 1. c. 6, *numerum auget*, addens *aſſeverationem* & *attentionem*, ita ut *undecim* ex ipſo colligi poſſint: Priſcianus verò l. 2. de Orat. p. 44, 45. Edit. Bryl. ex Stoicorum mente tantùm *qvinqve* numerat, & longe aliâ ratione recenſet, qvàm Qvintilianus vid. p. 456. Qvicqvid ſit, Qvintiliano magis credimus, qvi ibidem *Interjectionem* non excludit; cui etiam veteres pariter ac recentiores Grammatici conſentiunt. Statuendum igitur Interjectionem *Partem* eſſe Grammatices, nec ullo modò expertem eſſe illius juris, qvô etiam *reliqvæ partes indeclinabiles* gaudent.

c *Voce inconditâ*] Non placet Scaligero vocula *incondita* l. 1. de C. L. L. c. 162. *Qvid eſt inconditum?* inqvit; *qvod incompoſitum ſuam ſedem amiſit: inconditè fluctuantes acies, agmen inconditum* &c. Verùm pace Scaligeri, eodem jure *una* vox *incondita* audit, qvô *integra oratio* & genus dicendi dicitur *inconditum* Ciceroni de Cl. Orat. Et 3. de Orat. *Ille ipſe princeps Iſocrates inſtituiſſe fertur, ut in-*

*ditam antiqvorum dicendi conſvetudinem delectationis ve aurium cauſâ*, &c. *numeris aſtringeret*. Sic *inconditè orator, incondita verba*, & *inconditè dicere*, apud quosdam untur. item *inconditus clamor, fremitus* & *incondita carna* apud Livium. Hoc ſenſu & dicendi genere etiam optis autoribus familiari, *ipſæ Interjectiones* dicuntur *inconis* vocibus indicare varios animi affectus. Nec eſt, qvod aliger dicat, recentiores aggreſſos caſtigare antiqvorum mplicitatem, accuratiùs definiviſſe ſic: *Interjectio eſt qvæ b rudi inconditaq; voce affectum animi demonſtrat.* ubi in nacrum tacitè calamum ſtringit, ut ſolet. Nam non tanm, recentiores probarunt hanc vocem, utpote *Philippus*, jusq; commentator *Loſſius*, *Linacer*, eumq; ſuô more ſeutus *Suſenbrotus*, & noſtrô tempore *Schmidius*, *Rhenius*, c. verùm etiam hiſce longe antiqviores, *Diomedes, Sergius Donati Edit. 2, Alcuinus Albinus*, qvi annô Chriſti 780. xit, & *Servius* in art. 2. Donati, qvi addit vocem *incognita*, ita definit: *Interjectiones propriè ſunt affectus voce incognitâ inconditaq; expreſſi.* ita legit Editio 12. illuſtrium rammaticorum edita ab Aſcenſio Pariſiis 1516, licet Puthii recens Editio mendoſè legat, *voce conditâ*. Non ergò, t Scaliger putat, *recentiores tantùm caſtigaturi ſimplicitatem antiqviorum* ita definiverunt, & addiderunt voculam *nconditæ*: ſed & *antiqviores* germanam Interjectionum rationem traditur, ſepoſitâ omni caſtigandi libidine, ſic definiverunt, & hanc vocem adhibuerunt: & hos, *recentiores* ſibi imitandos propoſuerunt. Mirum verò accidere tibi non debet, ſi in aliis Grammaticis, locô vocis [*inconditâ*] ſubſtitutum legas, *incognitâ*. ſunt enim nonnulli recentiorum, qvi alteram tantùm vocem, qvæ in Servii Definitione legitur, retinuerunt, alterâ omiſsâ, qvæ idem eſt. Inter qvos eſt Deſpauterius in Rudimentis p. 22, Henrichmannus p. 53, & Nigidius p. 172. Priſcianus vocat *vocem abſconditam*, h. e. non plane expreſſam: & nonnullis tribuit *ſonitus illiteratos*: planè eôdem modô, qvô Linacer vocavit *rudem vocem*, licet eô nomine à Scaligero caſtigetur an merito, judicent alii,

Digitized by Google

alii, qvi facilè nôrint, qvid ſit *rudis, rude*. d *Et per ſe ſente*
*tiam perficit*] Hoc eſt, ut Scaliger, eumq́; ſeqvutus Friſchl
nus & Gieſſenſes explicant, *Interjectio ſola poſita ſuô indici*
*explet audientis vel legentis animum*, ſive, *qvæ nullius orati*
*nis indiget adjumentô*. Atqve hoc eſt, qvod Priſcianus di-
cit: *Interjectionem Græci inter Adverbia ponunt, qvoniam*
*hæc qvoqve vel adjungitur verbis, vel verba ei ſubaudiuntur.*
*Ut ſi dicam: Papæ qvid video! vel per ſe, Papæ, etiamſi no*
*addatur miror, habet in ſe ipſius verbi ſignificationem. Qu*
*res maximè fecit, Romanarum artium ſcriptores ſeparatim*
*hanc partem ab Adverbiis accipere: qvia videtur affectum*
*habere in ſe verbi & plenam motus animi ſignificationem,*
*etiamſi non addatur verbum, demonſtrare.* Diomedis & Do-
nati 2. Edit. eadem eſt ſententia.

De Interjectione *duo* ſunt conſideranda:
*Significatio* & *Figura*.

## DE SIGNIFICATIONE.

Significatio varia eſt pro affectuum varietate.

Aliæ enim ſunt

Admirantis: ut, *Papæ, hui, hem!*
Approbantis vel laudantis: ut, *Euge*, [a] *eja!*
Comminantis: *væ, hem!*
Dolentis: *heu, eheu, hei*, [b] *ah!* [c]
Metuentis: [d] *Atat, hei!*
Indignantis: *hem, ehem, proh!* [e]
Gaudentis: *evax*, [f] *io!*
Irridentis: *Hui, vah, hem!*
Ridentis: *Hahahe!*

Lacri-

tis: *Hei, hoi,* [g] *oh, ohe!*

is: *Eja!*

tis: *prò,* [h] *ò!*

, *heus, eho, ehodum!*

s: *ohe, phy.*

indicentis: *St.* [i]

præcipuæ ſignificationum ſpecies: plures
ſu & autorum lectione petat. Inprimîs verò
ium, qvi additis veterum exemplîs pleniûs
2. Inſt. Grammat. a *Euge* ] Græci licet ad
nt, tamen eodem planè utuntur, dicentes:
] Terent. *Hei! vereor ne qvid Andria appor-*
Eodem modô Ebræi dicunt אח *ach* Ezech.
lvarus notat etiam eſſe deprehendentis ali-
ſſo. e *Proh* ] Terent. Adelph. 1. 2: *Proh*
*ax* ] Plaut. Menæch. 1. 2. *Evax, jurgiô hercle*
*ulciſcitur.* Huc referunt nonnulli *Evæ*, qvod
tum Menæch. 5, 2: *Evæ, Evie, Bromie, qvò me*
*tum vocas?* *Evæ* autem nonnulli derivant ab
d Heinſius in Exercit. ſacris ad Nonum c. 1.
אבוי *Avoi*, Ebræorum voce σχετλιαστικῇ
etiam εὐάζειν, & Εὔιος, Evius, qvod eſt
hi. vidé notas Phil. Paræi ad Flaccum, item
um. g *Hoi* ] Eodem modô Ebræi, הוי
. 30. Iiſdem dicitur & אוי *oi* Num. 24, 23.
Moſt. 1. 3: *Pro Jupiter! nam qvod malum*
*ni illud.* Sic Pœnul. 5, 3: *Prò ſupreme Ju-*
rent. Phorm. 5, 1: *Eſtne hic Stilpho? St. Na-*
ria: *St, tale verbum cave facis.* Nota 1.
na & Verba, non qvidem *Interjectiones*
uſqve adeo naturam *Interjectionum* indu-
*rjectiones* videntur. Hujuſmodi ſunt: *Ma-*
*lum,*

Digitized by Google

*lum, turpe, nefandum, indignum*: *ſodes*, [illegible] *q*[illegible] *ero, cedo*, qvæ ajunt eſſe amanter rogantis & ſolicitè inſinuantis. Qvæ verba ſuo, nos ſupra p. 652. ad *Verba* [*Adver*]*biva* retulimus. Confer Alv. p. 142. Gieſs. p. 267. 167. 2. Qvædam *Interjectiones* pluribus animi aff[ectibus] exprimendis inſerviunt: ut, *o, hei, ah, hui, hem, ohe*, 3. Qvædam geminari ſolent: ut, *heu, heu*: *ah, ah*: *euge, euge*, nonnunqvàm aliqvoties repetuntúr: ut *ohoho*. Alv. p. 142.

# DE FIGURA.

*Figura* Interjectionum eſt *duplex*:
Simplex (ut, *ebo*, [*a*]
Compoſita: ut, *ebodum*. [*b*]

a *Ebo* ] Plaut. Bacch. 4, 7: *Ebo tu loqvitai* [...] *gnato meo malè per ſermonem, qvia mihi id aurum re*[...] b. *Ebodum* ] Terent. Andr, 2, 1. *Na iſte haud me*[...] *it ebodum dic mihi*! *Speciem* non addimus. *Prop*[...] *nim eſt*, inqvit Scaliger de C. L. L. l. 10. c. 164, *Int*[...] *us carere ſpecie*, [ ubi mendosè legunt Gieſſenſes [...] *contrà qvàm dixere. neqve enim una ab alia derivatu*[...] *qve Eheu compoſita eſt, non deducta. Igitur hoc, ... ta, ut inter ſe dicantur Infecta. Sic enim voces* [...] *va à Varrone appellantur in ſecunda de Analogia*. H[æc Sca]liger. Fatetur tamen Scaliger, qvod ab aliis orationi[s parti]bus deduci poſſint, licet non à ſemetipſis. Priſcia[nus ... de]finem Interjectionis dicit [*Interjectiones* propriè [...] *mitivas*. Neqve *ſpeciem* aſſignant antiqviores C[...] *Diomedes, Probus, Donatus, Servius in artem ſecund*[*am Do*]*nati*, *Sergius in Donati 2. Edit, Aſper Junior, Cl*[...] *Victorinus*, *Auguſtinus*, *Alcuinus Albinus*. Eande[m] recentiores non pauci omiſerunt: *Philippus, Lima*[...] *cilotus*, *Henrichmannus*, *Suſenbrotus*, *Alvarus*, N[...] *Mindanus*, *Loſſius*, *Voſſius*, *Rhenius*, *Schmidius* &c.

Digitized by Google

*ieſſenſes* retinuerunt. Sic ex alto Gramma-
tatûm mari tandem in littus feliciter prove-
na orationis parte velut primo portu vela
eámq; Philippi Melanchthonis monitione
*rcè in loqvendo utendum eſt hôc vocum ge-*
n proclivi, qvia notæ ſunt affectuum, qvibus
rit indulgendum: qvinpotiùs ſummâ ope
it effreni juventuti, ut enormes affe-
us, ſermones, normæ & verbo divino religi-
, & in rectæ rationis gyrum prudentet du-
Deo cara, patriæ & Reip. Chriſtianæ
ommoda, & bonis grata erit.

## Hactenus de
## YMOLOGIA:
*ſeqvitur*
## SYNTAXIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

# THOMÆ BANGII

*Sanctæ Linguæ Profeſſoris in Regiâ Haunienſi Academia*

# OBSERVATIONUM PHILOLOGICARUM

*Liber Secundus,*

JUSSU REGIO

In uſum Scholarum

DANIÆ ET NORVEGIÆ,

ad illuſtranda

JANI DIONYSII JERSINII,

*Epiſcopi olim Ripenſis*

SYNTAXIS LATINÆ

Præcepta adornatus.

HAUNIÆ,

*Cum Privilegio REG. MAJEST.*

Typis & Sumptibus

*SALOMONIS SARTORII*

*Regii & Academici Typographi.*

cIɔ Iɔ cXL.

Digitized by Google

LUTHERUS Tom. 3. Jenenſi fol. r

*Hoc ſanè fateor, eſſe multa in Scripturis obſcura & abſt ob ignorantiam vocabuloru Grammaticæ.*

---

*ERASMUS ROTERODA*

Præfat. in Laurentii Vallæ Ann Novi Teſtamenti.

*Ne ipſa qvidem opinor Di narum omnium Regina Theo ducet indignum admoveri ſibi nus, ac debitum exhiberi obſeq à pediſſeqvâ Grammatica: qv metſi nonnullis eſt dignitate po or, nullis certe operâ magis ne ria. In minimis verſatur, ſe qvibus nemo evaſit maximus.*

Digitized by Google

# CANDIDO LECTORI SALUTEM.

SIqvis veterum Grammaticorum placita in tradenda SYNTAXI conſuluerit, cùm Lingva Latina Romanis adhuc eſſet vernacula, vel nobis centibus αὐτόπτης animadvertet, longè aliam iiſſe faciem *antiqvæ* SYNTAXEOS, qvàm *Novæ* hoierno ſeculô uſitatæ. *Antiqvæ* SYNTAXEOS conditoribus ſuffecerat pauca & nuda Latinæ Cõſtructinis & locutionis *Exempla* Caſuum ordini congrunter conſignare & indigitare, qvæ qvia Latino poulo & ori propria fuerant, prorſúsq; à Græcanica oqvendi conſvetudine aliena, IDIOMATA appelitant. Hæc cujus genii ac generis qvondam furint, nemo melius ipsîs antiqvîs vernaculæ SYNAXEOS Magiſtris indicare noverit. Qvamobem vocabimus ad partes FLAVIUM SOSIPAREM CHARISIUM velut ducem & arbitrum ei uſu minùs tritæ aut in vulgus nunc notæ, cujus æc ſunt verba Librô V. Inſtit. Grammat. p. 257. 258 Edit. Putſch. deſcripta: *Qvum ab omni ſermone Græco Latina Lingva pendere videatur, qvadam inveniuntur, vel licentiâ ab antiqvis, vel proprietate Lingva Latina dicta* (ita emendatiùs hæc legenda ſunt) *præter conſvetudinem Græcorum, qvæ* IDIOMATA *appellantur. Agnoſcuntur hæc ex Caſibus: nam invenimus, qva Græci per Genitivum Caſum,* φείδομαι σοῦ, *dicunt, hæc per Dativum uſur-*



Digitized by Google

*pata: ut*, Parco tibi. Mox ſubjungit *Soſipater Idiomata* Caſuum. Patiens ſum laboris, Succedo tibi, Ordior hanc rem, Dignus ſum laude &c. Confer *Diomedem* lib. 1. Grammat. Ex qvibus diſpaleſcit, qvòd *Antiqva* SYNTAXIS curtâ *Exemplorum* ſive IDIOMATUM ſupellectile contenta, Regularum varietatem procul habuerit. Hujus IDIOMATICÆ & primîs velut lineîs olim ſignatæ SYNTAXEOS cauſam fuiſſe reor, qvòd qvi antiqvitùs SYNTAXIN concinnârint, Romanæ Lingvæ Charites domi ſuæ in gremio matris natas ſemper præſentes habuerint, & velut ancillantes verſas ad qvemvis nutum & loqvendi uſum promptas ac paratas. Nobis verò non licet eſſe tam beatis, qvi Latinarum Muſarum ſervi potiùs qvàm Domini ſumus. Literas Latinas longè latéq; diſperſas magnô ſtudiô aſciſcimus & accerſimus, ut aſcitis majori conatu cuncta manus & oris obſeqvia deferamus. Eruderibus ſitu ſordéq; ſqvalidis promi eas eruimus, ut lotricum munere fungamur, & ſiqva obhæſerit labecula aut nævus, eam eluamus. In iis poliendis, comendis & colendis omnem pæne operam & tempus conſumimus; etiam neglectô ſæpenumerò *Sacrarum Ebraicarum Literarum* cultu, qvæ non ſeriò ſed ſerò excultæ, fuco Latinitatis uſu validæ cedere coguntur, tanqvam in Latio exſules & advenæ, exſortes civitatis & juris Romani, carentes Patronô *Cicerone*, cui os ſublinere ſunt dedignatæ, & Mæcenate *Julio*

*Cæſare*

ſere, cui commentãti non ſũt adblanditæ, aliiſq;
manæ ſedis viris Hiſtoricis juxta ac Poetis mi-
nè faventibus velut ignaris adeóq; faſtidioſis
raicæ locutionis, autoritatis, virtutis & dignita-
planè divinæ; qvod faſtidium utinam multi
riſtianorum hac tempeſtate de induſtriâ non
ectarent, priùs profectò matureſcerent cruda &
a Divinæ, Paradiſiacæ, Moſaicæ, Davidicæ &
ophericæ Lingvæ ſtudia, & non minùs reviviſce-
nt hoc vivaci eruditionis ſeculô Ebræorum Mu-
, qvàm Græcorum, *Ariſtotele, Homero, Herodoto,*
*c.* interceſſoribus & promotoribus feliciter u-
ntium, & indies, laus deo, favore ſeculi invaleſ-
entium, uſuq; & pulvere ſcholaſticô inclareſcen-
um. Horum Græcorum ſtudia, inſtituta, & do-
endi rationem qvotidianô loqvendi uſu magis
atam & confirmatam, qvàm præceptionum Syn-
acticarum varietate, ſeqvuti Latini artis Gram-
naticæ conditores, ſatis ſibi fore autumabant, pau-
cis loqvendi modis Latinorum indigenarum pro-
priis univerſam SYNTAXIN complecti, in primis
cùm eâ ætate & olitor ſæpe oportuna loqveretur,
verbáq; vulgi, imò ſexus ſeqvioris, valerent ut nu-
mi publicâ formâ ſignati. Qvod olim indigitavit
*Ovidius*:

*Munda ſed è medio conſvetáq; verba puellæ*
*Scribite: Sermonis publica forma placet.*

Et *Quintilianus* Lib. I. c. IX. *Conſvetudo certiſſima*
*loqvendi Magiſtra eſt, utendúmq; plane ſermone, ut*

 *numo*

Digitized by Google

*gummo, cui forma publica eſt.* Sed verò hæc MATICA Syntaxeos methodus nŏſtris te bus & ingeniis apta neqvit cenſeri ob ince nem, & amiſſam vernaculam Latinè lo conſvetudinem. Qvare nobis non licet ta eis eſſe Regularum, atq; antiqvis, qvibus h non minùs carere poſſunt Latinitatis tirone ſubditi in benè conſtitutæ Republ. legibus.

Qvamvis verò *Priſcianus*, qvi circa te *Juſtiniani* Imperatoris annò à nato Chri floruit, paucis his IDIOMATIS non co CONSECUTIONIS doctrinam liberalior poſteris tradiderit: magis tamen de *arte* qvàm *artem*. Etenim is adhuc calens ab Græcorum, ab *Apollonio Alexandrino Gra* *co* ſcribente tempore *Imperatoris Severi* Servatoris 196. *συγχρόνῳ Tertuliani & Cle* *Alexandrini &c.* pendere voluit, cujus a tem in omnibus ſe ſeqvutum eſſe ipſe affir initium Libri XIV. adeòq; materiem qvide am conſtruendæ orationi Latinæ aptam *du* *bris* XVII. & XVIII. ut providus œconomus ctavit, formam verò & ipſum concinnum ſæ artificium ſagaci ac ſolerti poſteritati reli

Complures alii veterum magis in tr *Etymologia & Analogia* qvàm *Syntaxi* oc hanc doctrinam non attigerunt, vel ſi atti ad noſtras manus ſalva non pervenit. Qv mior fuit floridæ ætatis ſcriptoribus *Cicero*

## AD LECTOREM.

*&c. Qvintiliani Oratoris & Perſii Poetæ* Præcep-
r REMMIUS PALÆMON, inter illuſtres Gram-
aticos à *Svetonio* numeratus, ævô *Claudii Cæſaris*,
rca annum Chriſti 49. florens, & Artem Gram-
aticam ſcribens, ſaltem intra limites *Etymologiæ*
: continuit, de SYNTAXI condenda minimè ſolici-
ıs, licet aliàs tantus ſui & ſuorum ſcriptorum æ-
imator fuerit, ut teſte *Suetoniô*, *Literas ſecum &
atas & morituras jactaret, noménq; ſuum in Bu-
olicis non temerè poſitum, ſed præſagiente Virgiliô
ore ſe qvandoq; omnium Poetarum ac Poematum
PALÆMONEM judicem.* Neqve M. VALE-
RIUS PROBUS ultimus inter illuſtres Grammati-
cos *Svetonij*, tempore *Adriani* (ut qvidam volunt)
annô Chriſti 119. vivens, qvicqvam legitur literis
conſignâſſe de SYNTAXI, licet *Grammaticarum In-
ſtitutionum Libros duos* adhuc ſuperſtites reliqve-
rit, & libellum de *Notis Romanorum interpretan-
dis.* Eundem defectum animadvertes etiam in ali-
is antiqvis Grammaticæ artis Magiſtris, PHOCA,
DONATO, SERVIO in Secundam Donati editio-
nem, CLEDONIO Senatore Romano, & MAXI-
MO VICTORINO. Imò ipſe AURELIUS AU-
GUSTINUS annô Domini 420. florens & tot
divinis ſcriptis clarus, ab horum inſtituto vix
latum ungvem diſceſſit, dum *Etymologiam* ſaltem
nobis condidit, eámq; Grammatici ſui laboris me-
tam conſtituit. Annô Salvatoris 700. venerabilis
BEDA Presbyter in Anglia vixit, & CUNABULA

*A 4* *Artis*

Digitized by Google

*Artis Grammaticæ Donati* ſcribere non eſt de
natus, ſed ita ut circa cælibis *Etymologiæ* cunas
ſtiterit, neq; ullas maritandarum vocum nu
celebrarit. Optandum verò fuiſſet, hæc Cu
pula artis Grammaticæ *Bedæ* ab *Elia Putſ*
veterum Grammaticorum aliàs diligentiſ
promo condo reliqvis fuiſſe adjuncta. Edidit
gem *Putſchius Bedæ Librum de Ortographia*
plurimùm variat ab illis, qvæ evulgata ſunt
*Hervagii Baſileæ 1563. Tom. 1. Oper. p. 73. Beda*
ceptoris ſui veſtigia ſeqvutus eſt Flaccus
cuinus Albinus, *Caroli Magni* Præcep
Lat Græc. & Ebraicè peritus, ac primum ac
cipuum lumen Pariſienſis Academiæ, qvippe
ejus inſtinctu *Carolus Magnus* Academiam Pa
fundârit, qvi *Etymologiæ* præcepta Dialogîs c
plexus eſt, nullámq; de *Conſtructione* tradendâ
cepit cogitationem, veluti cuivis intuenti vel e
ſitiô oculô reſiduam ejus de *Etymologia* do
nam manifeſtum evadit.

Mox barbaris *Scholaſticorum* ſeculîs un
qvædam noctis intempeſtæ & illunis adeò ob
ravit Literas Latinas, ut non modò tenebrico
indigeſta conjunctarum vocum moles, ſed &
plicium mera caligo omnes propè cathedras, ſ
las, lingvas, manus & mentes occupaverit. H
Literarum & dictionum ſingularum pariter
conjunctarum eclipſin contemplandam ex
Catholicon Januense & volumen Doct

## AD LECTOREM.

e ALEXANDRI DE VILLA DEI DOLENSIS *Monachi Ordinis Fratrum Minorum*, genuimus certè foetus fœdæ Barbariei circa annum Christi 1249, editus in lucem ſed ſine luce, qvi ulnis & manibus puerorum ſemel ſuſceptus diu Scholarum gremiô fovebatur avorum & proavorum memoriâ, atqve lambentibus & nutricantibus *Torrentinô Germanô, Hubertô Suſanneo Gallô & Kempone Theſſalienſi Hollando*, Commentariorum præmanſô cibô altus diu creſcebat, tamen abſqve inſigni aliqvo politioris Literaturæ incremento & vero nutrimento. Acceſſit annô 1286 grande & δυσβάστακτον illud *Catholicum* JOHANNIS DE JANUA *Ord. Fratrum Prædicatorum*, cujus Etyma vocum adeò ſunt ridicula, ut vel *Heraclito* ilia moverent, & mimicum aliqvem *Democritum* in Priſcianô vapulante aut comœdia Latinâ haut dedecerent, totáqꝫ *Etymologia & Syntaxis* adeò fœcunda putrium Præceptionum & nihili Qvæſtionum Scholaſticarum, qvas tamen veluti dapes iſtô ævô gens Scholaſtica pro cerebro Jovis libabat, ut Barbariſmi cum Solœciſmis certent de primatu. Et vicit & vixit Barbaties iſta annîs plùs minùs ſexcentis, ſed omnibus tamen locis aut ingeniis dominari haut potuit. Etenim in Patria hacce noſtra DANIA Latinitatis fax adeò ſplenduit, ut SAXO GRAMMATICUS è nobili LANGIORUM ſtirpe oriundus, teſte *Roterodamô*, *ſplendidè magnificéqꝫ ſuæ gentis hiſtoriam contexuerit, & ad id exſequendum attulerit inſuper*

*ingenium vividum & ardens, orationem nusquam remiſſam aut dormitantem, tum mirificam verborum copiam, ſententias crebras & Figurarum admirabilem varietatem, ut exputare iterum iterúmq; haut potuerit, unde homini Dano ad Axem propemodum extremi Borea nato tanta vis eloqvendi promanârit.* Idem confirmat inſigne elogium à celeberrimo viro, GERARDO Voſſio tributum *Saxoni* Lib. II. de Hiſtoricis Latinis cap. 55. p. 415. *Qvod ad Saxonis*, inqvit Voſſius, *dictionem, tanta hujus eſt elegantia, ut ætatis illius captum planè excedat: imò cum antiqvorum & noſtri ſeculi plurimis certet.* Ne verò qvis exiſtimet hôc unô illuſtri exemplo & politioris dictionis lumine gloriari potuiſſe Danos, barbarie alibi graſſante tunc temporis, habuit SAXO & alios tûc ſympatriotas barbariei oſores ac cultæ Latinitatis æſtimatores & poſſeſſores. Inter qvos eâ tempeſtate eminuit & enituit velut inter ſtellas Luna minores *Cancellarius Regni Daniæ* & tandem *Archiepiſcopus Lundenſis*, ANDREAS SUNONIS *Abſolonis ſucceſſor & ex fratre nepos*, qvi poſtqvam in Italia, Anglia alibiq; diu celebris vixerat, & Lutetiæ Pariſiorũ publicè docuerat, municipales Scanorum leges vernaculâ lingvâ ſcriptas Latinitate haut contemnendâ donavit, qvas *Illuſtris Regni Daniæ Cancellarius*, ARNOLDUS HUITFELDIUS Hauniæ 1590. edendas curavit, *ut vel hoc documento eſſet*, (inqvit Huitfeldius in Præfatione iſtarum Legum) *illud etiam ſeculum doctos homines*

*habuiſſe,*

*...aqvilonares regiones non ita barba-*
*...fert opinio, fuiſſe; cùm tamen vi-*
*...ubiq; tunc temporis fuerit Bar-*
...idem *Archiepiſcopus* ſcripſit *Hexa-*
*...Heroicum de Mundi creatione*
...qvod in Bibliotheca ISAACI PON-
...celeberrimi Daniæ Hiſtoriographi etiam
...ſcit.

...poſt longam obſcuratarum Litera-
...rum Latinitatis in Italia annô præ-
...1320, mane etiā aureſcebat, exortis viris
...Latinitatis ſtudioſis, DANTE ALIGERIO
...o, & annô 1374. FRANCISCO PE-
...A, & mox fundatis variis in locis Euro-
...miis, inventa arte Typographica, captâ
...inopoli à Turca, & Muſis Græcorum in
...ad Italos docendos ire juſſis, tandémq;
...Religionis facie omnia in melius unà mu-
...gant, & ipſæ artes velut ex deliqvio reſpi-
...viviſcere. Sordeſcebat multis præclaris
...geniis Barbaries, qvæ ſtructuram Latini
...inconvenientem mox cœperunt emen-
...hic fuit JACOBUS HENRICHMANNUS
*...Melanchthonis* Præceptor, qvi ſordes *Ale-*
*...Grammatica* peroſus, Latinitatis funda-
...Conſtructionis doctrinam puriùs tradi-
...orum autorum teſtimoniis confirmavit,
...Tubingæ Annô 1506 edidit. Præcepto-
...is ſeqvutus divini ingenii vir & Germa-

nia

Digitized by Google

niſi lumen, PHILIPPUS MELANCHTHON majorem adhuc lucem Romani ſermonis *Analogiæ* uti & *Structuræ* attulit, nec non ERASMUS ROTERODAMUS, qvi Libellum publicavit de *Conſtructione octo Partium Orationis* Daventriæ 1514. Eodem tempore CURII LANCILOTI PASII Ferrarienſis de *Arte Grammatica Libri octo* variæ eruditionis fœcundi editi ſunt, qvos nonnulli, ut prodidit *Lilius Giraldus Tom. 2. Oper. Dial. 2. de Poet. p. 421. Edit Baſil. 1580*, *ejus famæ inſidiantes & gloriæ ejus invidi eum Pomponio Læto furtò ſubtraxiſſe* (ſed falſò) *diſtulerunt*.

Illuxerunt poſtea cum ipſo Religionis ſole varia artium & Lingvarum lumina, qvibus memorandis haut immorabimur, redituri pauliſper velut ex longe itinere in Patriam. Non minùs eâ tempeſtate in dulciſſimâ noſtra Patria *Dania* à majoribus noſtris laudatiſſimis, qvàm alibi in exteris locis, feriò deliberatum eſt de relegandâ barbarie è Patriis Scholis, & conſtituenda *Uniformitate* artium & Lingvarum docentibus pariter ac diſcentibus apprimè neceſſariâ & fructuoſâ. Hanc magnô conatu & Zelô urſit Zelotes vir Dei, Doctor PETRUS PALLADIUS, Selandicarum Eccleſiarum Epiſcopus ſcribens omnibus Trivialium Scholarum in *Dania, Norvegia & Farenſibus* inſulis moderatoribus in hunc modum:

*Studendum eſt, Chariſſimi Fratres*, UNIFORMITATI, *tam in Scholis qvàm in Eccleſiis Chriſti,*

poteſt, ne habeant utrinq; quod de die
diverſitate conqverantur. Sicut enim
libus exiſtentes in Eccleſiæ non parùm
illas rituum ac ceremoniarum offendunt
Scholaſtici qvoq; prælectionum Grammatic
loqve paſſim in Scholis mirum in modum
tur, & de loco ad locum, de Schola ad Scho
le migrare compelluntur, donec affecti
ſubsequ adacti tandem in univerſum literis
vale dicere coguntur. Nam communis
tela eſt in Scholis Trivialibus non prælegi
tum aliqvem certum Grammatices autor
diverſos, in qvibus legendis, conſtruendis ac
examinentur & exerceantur. Qvæ diver
ſitas repugnantia non tantùm confuſionem inge
ſed etiam Scholarum & Scholaſticæ pubis ac
diſſipationem parit. Poſtqvam enim Scho
pueri Grammaticales hujus vel illius autor
Exempla, Sententias ſub ferula ſui Præ
ſumma diligentiâ & ſedulitate perdidicerat,
ſcholaſ qvacunq; tandem neceſſitate urgente
ibi illam vel aliam qvamcunq; Scholam Tri
tare propoſuerit, ibi qvia non eſt prælectus
Grammatices, qvem ipſe dedicerat, dum
ſit in Regulis, Sententiis & Exemplis, man
vos omnes verberibus afficitur & flagella
r interdum plerique Præceptores, & ii Præ
tum alios doceant, ipſimet bonas literas
r illas erudiunt, in tantum plagoſi & ſævientes

ut

*ut Oreſte & Orbilione ſeveriores eſſe videantu Scholaſticus in ea Scholâ tanqvam in alieno f ſatur, ignarus videlicet illius Grammatices, Schola illius Gubernator ſuis Diſcipulis prale let; Libellus verò, quem ipſe perdidicerat Præceptore, non prælegitur in eâ Schola, cui nit: ita ſit, ut in alienis Regulis examinatus beribus affectus, tædiô qvoq; Scholaſtica di tandem afficiatur, & aliud vitæ genus eligen proponat. Hâc injuria multos profectò mov literis deficiant, non ſine magnô Religionis detrimento. Ideo præſtat, ut ſit concors aliqv tudo & Uniformitas in Scholaſticis Prælecti qvàm ut tantâ diverſitate Scholæ diſſipentur detrimentum patiatur. Qva de cauſa ſingul Superintendentes hujus Regni Daniæ duas ex Antuorſchovienſi Synodo ſecum domû rep runt & ſuis Scholis Trivialibus, ut Uniform tus non deeſſet, obtulerunt.* Hactenus Palladi

Veluti verò Superioris Magiſtratus j Synodo Antuorſchovienſi ab Eccleſiarum & larum antiſtitibus venerãdis piè & prudent conſultatum eſt de *Uniformitate & εὐταξ* ctrinarum in Scholis Patriis ſervanda: Par pietatis affectu & publicæ utilitatis promo ſtudiô ſuperioribus annis Regiô juſſu con eſt Synodus à Profeſſoribus utriuſq; patriæ mie Haunienſis & Soranæ, in qvâ ſeriò de tum eſt de facili, utili, ſtabili & uniformi *L*

…Scholis ratione: & ne perfectis & ido-
…Scholaſticæ organis & parabilibus
…miniculis deſtitueretur juventus patria,
…peris, ſuum cuiq; penſum ceſſit, & no-
…am. Qvâ occaſione prodit ecce in con-
…eruditorum *Opus* præſens *geminô Librô*
…, & OBSERVATIONUM titulum
… Haut injuriâ. OBSERVATIO enim
…artium & diſciplinarum communis ma-
…nente *Cicerone* Orat. ad Brutum: *Notatio,*
…*cero,* & *animadverſio natura peperit ar-*
…firmat id *Qvintilianus* lib. 3. c. 2. *Initium*
…*dit Natura: initium artis* OBSERVA-
…Philoſophi ut gradatim ad Scientiarum
…aſcenderent, *qvatuor* gradus inveniendа-
…m & Scientiarum conſtituerunt, ſecun-
…am OBSERVATIONI aſſignantes,
…m illi: Αἴσθησις, ἱστορία ſive συμπαρατήρη-
…σις, ἐμπειρία, hoc eſt, *Senſus*, *Obſervatio*,
…*Experientia*. Sed qvod ad præſens inſti-
…ximè facit, *Diomedes* lib. 2. p. 424. Ed.
…*larius Victorinus* p. 1938. ed. ejuſd. Latini
…finiunt OBSERVATIONEM *incor-*
…*endi ſecundum Romanam Lingvam.* Qvia
…*Obſervationi* à pleriſq; aut parùm tribuitur,
…ulara opera nulla in ea ponitur, minùs
…am nobis loqvendi rationem tradunt, ve-
…iùs in Etymol. Præf. monuimus. Cœte-
…s *Secundi Libri obſervationibus* ea ſubji-
cimus,

Digitized by Google

citius, qvæ ſejuncta à Regulis Communiorib
propriam qvandam & fœcundam vim ſingula
*Analogia*, *Anomalia* aut *Elegantia* habere exi
mantur, & qvidem adeo fœcundam & divitem,
ſiqvis vel maximô animi ſtudiô contendat obſ
vare conjunctarum vocum rationes varias, jam
*nalogas*, jam *Anomalas*, jam *Venuſtas*, eáſq; ſperet
omnes poſſe ad certa genera & ſufficientes claſ
referre, aut in abſolutam artis formam redige
nihil aliud aget, qvàm is qvi volet ἐς ἄμμους μ
τρεῖν. Neq; tamen eſt, qvur qviſqvam rei magi
tudine aut difficultate deterritus propterea ab
omni prorſus obſervandi ſtudio abſtineat, aut c
jusqvam langveſcat notandi induſtria, ſi mox
omnia & ſingula qvæ in vaſtis Latinorum mon
mentorum campis efflorefcunt, haut valeat dem
tere. Nam nobis etiam pulcrum fuit in ſecund
vel tertiis conſiſtere, & aliqva potiùs Lingvæ La
næ perficiundæ deſervitura delibare, qvam univ
ſa tranſilire vel intacta prorſus relinqvere, lic
uberrima aliis meſſis adhuc ſit reſidua.

Deinde ne neſcias, *Candide Lector*, qvid ca
ſæ ſit, cur mox in limine *Operis* præſentis etiam A
NOMALIAS & ELEGANTIAS communi *Ob*
*ſervationum* titulô dignemur, obſervandum eſt, *A*
*nomalas & Elegantes* loqvendi rationes non m
nùs *Obſervationi* tribuendas eſſe, qvàm *analoga*
cùm non magis *Elegantia* vel *Anomalia* fugia
obſervatoris oculos, qvam analogiæ commenta

tion

Digitized by Google

[...] Qvare ſi qvæ nobis dicantur *Ob-*
[...] tibi potius *Anomaliæ* vel *Elegan-*
[...] lubentes permittimus, ut tuopte ab-
[...] quippe cùm *Anomaliæ* non minùs
[...] ſint unius ejusdémq; matris OB-
[...]IONIS ſcilicet filiæ. Rurſus ſi qvas
[...] animadverteris cum *Elegantiâ* qvadam
[...] vel vice verſâ, per nos non ſtabit, qvò
*Elegantias* nomines & ut *Elegantias* ad-
[...] quùm *Anomaliæ* & *Elegantiæ* non
[...] tantâ affinitate ſint devinctæ, ut qvo-
[...] eas rectè habeas, nihil derogetur aut e-
[...], aut noſtræ voluntati utilitatem po-
[...] ſubtilitatem deſideranti. Plura qvi volet
[...] uſu & neceſſitate, legat *Antonium*
[...] eruditè & prolixè diſſerentem de eô ar-
[...] præfat. in Phraſes Lingvæ Latinæ Colon.
[...] qvem librum Candidatis cultioris elo-
[...] commēdamus, aut ejusdem epitomen
[...] *Scioppio* contractam & Helmſtadii 1629.

[...] ab *Obſervationibus* ad *Anomalias* pro-
[...] obſervamus avitum & antiqvum eſſe
[...] ma & inde uſq; à temporibus *Chryſip-*
[...] circà annum conditi ſeculi 3720. Ete-
[...] *Cleantis* primùm Diſcipulus, & po-
[...] imus Philoſophus, περὶ τῆς Ἀνομαλίας ſex
[...] qvit, teſte *Varrone* ſub initium lib. 8. de
[...] ina. Et hujus *Chryſippi* autoritate ſub-

 nixus

nixus *Crates Mallotes* poſteà Ἀνομαλίαν acerrim[è]
defendendam ſuſcepit contra *Ariſtarchum*
Ἀναλογίας propugnatorem, ut autor eſt *Gellius* l. 2.
c. 25. Hunc verò *Cratetem* ut primum parentem
& autorem ſuum celebrat *Grammatica Latina*. *Primus*
enim, ut memorat *Svetonius* lib. de Illuſtribus
Grammaticis, *qvantum opinamur ſtudium
Grammaticæ in Urbem intulit Crates Mallotes Ariſtarchi
æqvalis, qvi miſſus ad Senatum ab Attalo Rege,
inter ſecundum & tertium bellum Punicum, ſub
ipſam Ennii mortem, qvum in Regione Palatii prolapſus
in Cloacæ foramen crus fregiſſet, plurimas
ἀκροάσεις ſubinde fecit aſſiduéq; diſſeruit, ac noſtris
exemplo fuit ad imitandum.* Hæc *Svetonius*. En Illuſtrem
& Regium Legatum primum *Grammaticæ
Latinæ* Magiſtrum ac Doctorem, qvalem olim &
Doctorem & diſcipulum primùm nacta eſt *Grammatica
Ebræa* apud Germanos. Etenim *Joannes
Reuchlinus, U. J. D.* & Maxim. Imperatoris & Eberhardi
Primi Wirtebergenſis Ducis conſiliarius,
ac totius Svæviæ triumvir Romæ illuſtri Legationis
munere fungens *Grammaticam Ebræam*
didicit à Judæo qvodam Abdia, cui pro ſingularum
horarum inſtitutione ſingulos aureos
numeravit, ac redux in Germaniam publicè Lingvam
Sanctam primus Tubingæ profiteri cœpit.
Viden' qvi regias perſonas ſuſtinent, regia munera
& Legationes obeunt haut dedignantur ἀκροάσεις
Grammaticas inſtituere, eáſq; alios laborioſè
docere & ab aliis ſumptuoſè diſcere quãtò

Digitized by Google

magis inferioris conditionis homunciões decebit *Grammatices* ſtudia tractare, qvæ tam illuſtres agnoſcũt primos autores & cultores. Veluti verò primus *Grammaticæ Latinæ* Magiſter *Crates Mallotes Anomaliæ* patrocinari voluit, ita *Analogia* ſuis non caruit patronis. Etenim *Dydimus Alexandrinus Ariſtarchi* partes ſeqvutus, ſcripſit περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας teſte *Priſcianô* lib. de Ponderib. p. 1350 ed. Putſch. Imò ipſe *Julius Cæſar Ariſtarcheus* eſſe voluit, duóſq; de *Analogia* Libros concinnavit, teſte *Svetoniô*. Nec non *Julius Romanus* pluribus de *Analogia* diſſeruit, ut autor eſt *Chariſius* l. 1. *Grammatices*. Cum itaq; non minùs *Analogia* qvàm *Anomalia* ſuos olim habuerit heroicos defenſores ac patronos, nos mediam ingreſſi viam, & *Varronem* utriq; faventem ac ſvadentem neq; *Anomaliam* neq; *Analogiam* repudiandam eſſe ſequti, etiam utriq; adſtipulamur: illi qvidem in Syntaxi irregulari, Figuris Grammaticis traditis ſecundô Librô à pag. 1289. ad pag. 1431. nec non in Anomaliis per totum Syntaxeos corpus diffuſis: huic vero in Syntaxi Regulari, Præceptis communibus & eorum Obſervationibus.

Tandem ELEGANTIAS velut Latini Sermonis ſapidas cupedias ac condimenta elegantioribus ingeniis apponimus: qvarum uſum & præſtantiam à multis retrò ſeculis accerſere licet, teſte *Cicerone*, vel ſi mavis, *autore ad Herennium*, de qva re vide p. Syntax. noſtræ 783. Neq; exiſtimes ſolos

Rhetoras *Elegantiarum* theſauros poſſidere. Nam Grammaticos & Philologos in earum etiam participatum venire jam ducentis abhinc annis ſuomet docuit exemplô *Laurentius Valla* Patricius Romanus, ſex libros ſuos de Lingva Latina inſcribens *Elegantias*, qvas contraxit & in Epitomen redegit *Eraſmus Roterodamus* & emendatiùs edendas curavit 1534. Latiùs itaq; patet uſus *Elegantiarum*, qvàm ut ſoli Oratori vendicetur. Qvi omnium primus poſt inventā nobiliſſimam artem Typographicam *Elegantias* concinnare & publicare cœpit, qvantum qvidem nos indagare potuimus, fuit *Anonymus* qvidam, qvi *Elegantiarum viginti Præcepta* collegit & edidit *Daventriæ* 1491. in qvibus plus ingenii qvàm artis apparet. Huic *Elegantiarum* paucarum primo promo ſucceſſit *Auguſtinus Dathus Senenſis*, Orator & Philoſophus, florens annô Domini 1503. non modò variis operibus, ſed & *Elegantiis* clarus. Etiam qvædam *Elegantiarum* grana ſparſit *Kempo Theſſalienſis* in ſecundam Partem Doctrinalis *Alexandri*, ſed tantùm ſparſit. Id qvod longè uberiùs & certiùs à *Franciſco Sylvio Ambiano* poſtea præſtitum eſt in *Progymnasmatis* editis Moguntiæ 1540, & fideliter confirmatis autoritate claſſicorum ſcriptorum. Hujus veſtigia ſeqvutus *Georgius Vogelmannus* in gratiam ſtudioſæ juventutis aliqvot Præceptiones *Elegantiarum* Latini ſermonis, non modò Ciceronis ſed & aliorum bonorum autorum exemplis illuſtratas, omnibúsq; cultæ & lectæ Latinitatis cupidis utiles ac neceſſaria

collegit, & primū *Hildesheimj* evulgandas curavit 1600. qvæ Lipſiæ demùm 1633. formâ minore ſunt excuſæ. Mox annô 1608 *Joānes Buchlerus* velut mutuas operas tradidit in cōqvirendis *Elegantiarum* ornamētis, uſus in primis laudabili opere *Ambiani Sylvii*, cujus *Progymnasmata* fuſiùs tradita in Epitomen redegit. Latinarū Elegantiarū inveſtigatores imitatus *Franciſcus Vigerus Rotomagēſis*, præcipuas Græcæ dictionis *Elegantias* ſtudioſè conqviſivit, & annô 1632 Pariſiis edidit. En cōplures *Elegantiarum* cultores, qvibus cave ne inſultes, neq; enim iis contra mordaces chartas ſui deerūt vindices, qvæ jamdudū ſummis viris patronis uſæ ſūnt, qvorum labor & memoria nobis ſancta erit. Etenim egregiis ſcriptis Clariſſimi viri, *Caſparus Finkius & Chriſtophorus Helvicus* Gieſſenſis Academiæ Profeſſores celeberrimi & *Latinæ Grammaticæ* ſolertiſſimi conditores tam grande precium ornatui & delectui dictionis ſtatuerunt, ut *Vogelmannianas Elegantias* abſoluto operi Grammatico velut ſcitas appendices adjungendas cenſuerint. Horum Clariſſimorum virorum laudabile ornandæ & ordinandæ Latinitatis ſtudium nobis qvoq; imitandum propoſuimus, & *Elegantias* Latini ſermonis ſtudioſè concinnavimus, ac Syntactico operi paſſim adjunximus, ſed ita, ut ordinem *Syntaxeos* neqvaqvam turbatum iverimus aut locô moverimus, qvin potiùs ductum *Regularum Syntacticarum* ſeqvuti, *Elegantias* ab ipſa vocum ſtructura, ſitu vel delectu locutionum Lati-



Digitized by Google

narum ſuapte velut ſponte efflorescentes
inveſtigando, partim indigitando in monu
claſſicis, eruditæ & ingenioſæ juventuti de
mus. De qvibus benè ſperamus, eas haut c
improbatũ iri nivei pectoris ac maturi judic
rei literariæ benè peritis, cultæ rectéq; co
Latinitatis amantibus, ac cupidis publicæ u
Siqvis verò ex ordine inelegantium gloriæ
xerit inglorias reddere *Elegantias* Lingvæ
næ ille elegãter ſuô munere fũgetur, ſi priùs
*Ciceronis*, *Qvintiliani* aliorúmq; Claſſicoru
eleganti vocum ſitui vel delectui teſtantia
turâ induxerit, qvàm de *Barbariei* expugna
& *Elegantiarum* propugnatoribus ante vict
triumphare, aut veteranos de ponte omnis
tiæ & urbanitatis immemor barbarô auſu d
cœperit. Neq; *Elegantiarum* dignitati magis
qvòd *Cicero* vel *Qvintilianus* nulla *Elegan*
Syntagmata aut volumina reliqverint, & q
centiores demùm vires experiri voluerint i
gendis & tradendis compendioſè *Elegantiis*
*Grammatices* aut *Syntaxis* Latinæ autoritati
nullum vel à *Cicerone* vel *Qvintiliano* Gra
cum aut Syntacticũ Syſtema eſſe ſcriptũ. Ac
jusvis ingenii aut ætatis non eſt de vocibus &
tionibus rectũ ferre judicium, & cultiora à
ribus, lecta à vulgaribus & obviis prudenti
ſecernere, multò minùs tirũculi Latinitatis,
intra Scholæ parietes ab ore informatorum
pendet & ubera Oratorum & Poetarum ſu

Digitized by Google

… excluſus adhuc ve-
… Huic ſubveniendum putavi
… qvædam formando ac firmando
… judicio apta veſtigia relinqvenda
…, ut per hæc primulùm ductus cultio-
… & locutionis cupidus juvenis paula-
… ornandæ & ordinãdæ orationi Lati-
… condiſceret etiã ab ipſô cognitæ ma-
… primordio voces & locutiones or-
… pulcras adhibere, tandémq; ipſe ſine
…, qvo viris, qvibꝰ noſtræ *Elegantiæ* nec
… erunt, hàut opus erit. Eqvidem ſuffe-
… veſtigia reliqviſſe lectæ & lautæ
Regiam viam & campos *Elegantiarum*
Hermes oratorius, cui aurea Svada ob
noſtri inſtituti ratio patitur, aut angu-
Grammaticorum permittit, ut omnem
… varietatem & ubertatem arte com-
…tis itaq; nobis fuerit ſeminâ *Elegantia-*
…ſe, & calamô viam monſtrâſſe, ubi &
…dices agant & creſcãt, & qvâ eatur ad
& decerpendos exculti Tuſculani flo-
…; fructus verò ex iis demetere & perci-
… curæ & induſtriæ relictum eſto. Jam-
… nullis in locis & ludis hoc primulo no-
exercitati optimorum ſtudiorum & inge-
…ctores ſolertiſſimi, ipſos fontes & ſe-
… rarioris aut elegantioris Latinĩs mo-
…qvis vel proſis contentæ cœperunt in-
… cum noſtris Lingvæ Latinæ *Obſervatio-*

Digitized by Google

nibus, *Anomaliis* & *Elegantiis* conferre, ut exemplorum copiâ, *αὐτοψίᾳ* ac collatione cõfirmati, & dictionis varietati cognoſcendæ aſveti Candidati Latinitatis, & certius ferant judicium de vario dicendi charactere, & citiùs diſcant Latinè atq; elegãter ſcribere & loqvi. Qvam facultatẽ & félicitatẽ ingenuis ingeniis devotè precamur, Deúmq; ex animo veneramur, velit noſtris laboribus & lucubrationibus benedicere, ut divino nomini glorioſæ & juventutis ſtudiis fructuoſæ eſſe poſſint. Hauniæ 1. Septémb. 1640.

*THOMAS BANGIUS.*

---

## CORRIGENDA LIBRO SECUNDO.

*Pag. 770. lin. 11. Hos, Corrige,* hîs. *Ibid. l. 34. 35 Dele illud Virgilii:* Bis ſenos *&c. 776. 777. l. 2 & 32. Corrig. ita numeri: XVIII. XIX. XX. 781. l. 18. 19. Anom. 3. dele:* Et numero. *843 l. 18. Cauſam C.* caſum. *943. l. 19 ſemper C.* ferè. *1000. l. 16. dele,* ploro. *1009. l. 10 dele,* arguô. *1042. l. 15. 16. Accuſativo C.* ablativo cum Præpoſitione a vel ab. *1091. l. penult. poſt juvat, adde* oportet. *1092. l. 5. De Perſonalibus C.* Imperſonalibus. *1116. l. 28. Infinitivum C.* Participium. *1129. Adjectiva C.* Adverbia. *1300. l. 16. ατισοχία C. ἀντισοιχία. 1312. l. 22.* כְּרָכָה *C.* בְּרָכָה *1371. l. 10. πληθῆς C. πληθὸς 1379. l. 12. Hypallage, adde,* Synchyſis. *1387. l. 9. Oſculta C.* Oſculata. *1391. l. 13. 14. ſignificatur agreſti C.* ſignificatur agreſtis *1393. l. 12. Verba hæc,* peregrinæ Lingvæ Barbarorum gentibus, *ita ordina:* Barbarorum gentibus peregrinæ Lingvæ. *1394. l. 15. Galibros C.* Galabros. *1402. l. 34. Delendum* Infrunitus *Eccl. 13. 6. 6. 1403. l. 14.* Obſervantia, *dele. 1404. l. 28. vocabit C.* vacabit. *1415. 27.* Attendere alicui. *& l 34 35. ejusd p.* aliqvem, *delendo. 1439. 19. Trecentes C.* trecentos. *1440. 9. Dua C.* duo. *1451. 28. Utrumq. C.* priorem. *Cæterorum benignus oculus & animus interpres eſtos.*

Di

# DE SYNTAXI LATINA.

SYntaxis [*a*] eſt pars Grammaticæ, qvæ dictiones rectè inter ſe componere docet, ad efferendam animi ſententiam. [*b*]

a. 1. *Etymon* expendendum eſt. Eſt autem *Syntaxis*, vox origine *Græca*, à verbo συντάττειν, quod Henr. Stephanô interprete, latinè ſonat, *unà cum aliis ordinare, & collocare;* qvod alii unâ voce *coordinare* vocant, ſed non ſatis latinè. Ducta autem eſt ſimilitudo à militibus, qvi militari ordine in certas claſſes diſtributi & in acie collocati, dicuntur συντασσόμενοι. Unde Plutarcho eſt συντεταγμένη φάλαγξ, h. e. ordinata ſive inſtructa phalanx. Et refert certè *Syntaxis* benè inſtructam & ordinatam aciem. Veluti enim acies è militibus numerô plurimîs, & non rarò ſermone, vitæ conſuetudine, naturâ & habitu diverſiſſimis, concinnô tamen ordine inter ſe diſpoſitis quam optimè inſtruitur: ita è dictionibus origine, munere, atq; ſonô longè diſſimillimis, legitimô tamen inter ſe ordine junctis, probè ſyntactica & ordinata conficitur oratio. Priſcianus l. 17. Syntaxin vocat jam *Diſpoſitionem* p. 1098. edit. Putſchij; (qvam Priſciani Editionem in *Syntaxi* deinceps citabimus, qvod præmonemus) ſæpe *Ordinationem* p. 1035, 1129; ſæpiſſimè verò *Conſtructionem*. Neqve ab hac ultima appellatione ipſe Romanæ latinitatis Pater Cicero abhorruit, l. 4. ad Heren. dicens. *Compoſitio eſt verborum conſtructio, qva facit omnes partes orationis æqvabiliter perpolitas.* Verùm hic Ciceroni inprimis



Digitized by Google

ſermo eſt de *Rhetoricâ* & *ornatâ verborum conſtructione* cujus ipſe non rarò meminit. Mindanus notat, Ciceronem in Partitionibus hanc Grammatices partem *conſeqvutionem* vocâſſe. Nos verò ipſa Ciceronis verba allegabimus. *Numeri* (inqvit, Cicero, ſub initium Oratoriarum Partitionum p. 300. edit. Carol. Steph.) *qvidam ſunt in conjunctione ſervandi, conſeqvutióq; verborum. Numeros aures ipſa metiuntur, ne aut non compleas verbis, qvod propoſueris, aut redundes. Conſeqvutio autem, ne generibûs, numeris, temporibûs, perſonis, caſibûs perturbetur oratio. Nam ut in ſimplicibus verbis, qvod non eſt Latinum*, (h. e. barbarum) *ſic in conjunctis, qvod non eſt* Conſeqvens, *vituperandum eſt.* Hæc Cicero. *Conſeqvens* procul dubio illud intelligit, qvod ſeqvitur Syntaxeos Latinæ præcepta: & non *Conſeqvens*, qvod ab iiſdem abit, & perturbat orationem Latinam malè cohærentibus ac Soloeciſmum redolentibus generibus, numeris, perſonis, vel caſibus. Nam (ut inqvit ipſe Cicero l. 4. ad Heren. ejuſdem edit. p. 37.) *Solæciſmus eſt, qvum verbis pluribus* Conſeqvens *verbum ſuperiori non accommodatur*, qvi locus fuſiùs infrà adducetur. Breviter: Qvæ Græcis dicitur *Syntaxis*, Latinis appellatur Conſtructio; qvibus appellationibûs nos promiſcuè in ſeqventibus utemur. Hæc de *Etymo*. 2. *Finis* conſiderandus eſt, qvi hiſce verbis exprimitur: *ad efferendam animi ſententiam*; Hoc eſt, ad exprimendam & dilucidè explicandam animi mentem ſive voce, ſive ſcriptis. De hoc Syntaxeos fine elegantiſſima extat Philippi Melanchth. monitio ſub initium Syntaxeos p. 335, hiſce verbis deſcripta: *in tenui, ut ait Virgil.* [4. Georg. verſ. 6.] *labor eſt, at tenuis non gloria: nec mediocre precium operæ, poſſe animi ſenſa citra ambiguitatem efferre. Nam qvibus hæc Grammaticæ pars non ſatis familiariter nota eſt, ij, qvia temerè congerunt voces, non poſſunt explicare qvod ſentiunt, ſed dant ſine mente ſonum, & inani quodam ſtrepitu feriunt aures, perinde atq; fluctus littora ferit. Eſt autem in puerilibus ſtudiis inprimis opera danda, ut ſermonem ſibi qviſq; perſpicuum & planum com-*

*varet, qvò exprimere animi cogitata ſine ambiguitate poſſit. Indigni nobis hominis vocabulo videntur, qvi qvoties res ſeria orationem flagitant, tanqvam κωφὰ πρόσωπα in Comœdiis, nullam vocem edere poſſunt. Sæpe etiam comperimus pueros, cum bonorum verborum magnam haberent copiam, tamen qvia certam ſtructuræ rationem non norunt, non eſſe auſos loqvi, qvibus opera omnis collata in bonas literas, unam hanc ob cauſam periemt, qvòd Syntaxin non didicerint. Qvare diu in hac parte Grammatices puer detinendus videtur, dum omnes formulas coagmentandarum vocum cognoverit, & tanqvam architectum orationis profiteri ſe auſit.* Hæc ille. Alii ſeqvuti Friſchlinum, ita *Syntaxin* definiunt: *Syntaxis eſt pars orationis, qva rationem conjungendarum vocum, ſeu faciendæ orationis, docet.* Et ipſis *oratio* deſcribitur integræ ſententiæ explicatio, noménq; & verbum orationis partes eſſentiales cenſentur. Nomen enim verbo junctum abſolvit orationem ſeu integram ſententiam. Unde Nomen & Verbum facilè principes & præcipuæ orationis partes cenſentur à nobis in etymol. p. 455, 456. & p. 745. Gieſſenſes definiunt *Syntaxin* ſecundam partem Grammatices de ratione conjungendarum diſtinguendarúmq; vocum, ad faciendum orationem. Et mox dividunt Syntaxin in Syntaxin *Conjunctionis* & *diſtinctionis*. Sed illi novâ methodo, Interpungendi rationem conſtituunt partem Syntaxeos: qvos ſuô judiciô abundare permittimus. Nos verò ſub finem Grammatices, *Diſtinctionum* doctrinam proponemus.

Syntaxis eſt *duplex:*

Regularis ſeu analoga: & Figurata ſeu anomala.

*Regularis* eſt, qvæ regulas communes ſeqvitur: ut,

Saluſt. de Conjurat. Catil. ſub initium libri;



Digitized by Google

*Priuſqvam incipias conſultò, & ubi c…*
*lueris, maturè factô eſt opus.* Virgil. *D…*
*juſtitiam moniti & non temnere Divos.*

*Figurata* qvæ à regulis communib. …
cedrt: ut, Idem Salluſtius ibidē mox a…
*Initiò reges diverſi,* pars *ingenium, alii c…*
exercebant, *etiam tum vita hominum ſi…*
*piditate agebatur: ſua cuiqve ſatis plac…*
Virgil. 4. Georgicorum: Pars *epulis…*
rant *menſas & plena* reponunt *Pocula…*

Veluti primæ Grammatices parti *Etymologia…*
ſua fuit præceptorum *Analogia* pariter ac *Anomali…*
cunda Grammatices pars Syntaxis, primæ æmula …
*giam* juxta & *Anomaliam* agnoſcit. Nos verò no…
thodi memores, *Analoga* ſyntaxeos præcepta tanq…
gnitu faciliora & ſcitu magis neceſſaria præmitt…
textui aſcribemus, *Anomala* Figuris Syntacticis reſ…
Neutiqvam tamen intermiſſuri ſumus digitô velu…
monſtrare in ſcholiis, qvomodo & à qvibus po…
*Regulis* deflectant *Figurata* ſyntaxeos locutiones. [T…
vis locutiones *Figurata* ſyntaxeos, ſeu *Figuræ* ſyn…
regulis Grammatices communioribus paululùm de…
eas tamen bonorum ſcriptorum autoritate niti c…
Et niſi idonea latinorum autoritate confirmari poſ…
dicandæ ſunt *Soloeciſmi.* Qvænam verò locution…
*ciſmum* ſpirent, infrà ſuô locô dicetur. Conſenti…
de emend. ſtructurâ latini ſermonis l. 3. p. 138. *So…*
*nes eſſent,* inqvit, *hæ locutiones ſeqventes, niſi eas, con…*
*nem, autorum uſus aſſereret: Virg. Æneid — cui nu…*
*men Julo. Livius l. 1. ab urbe: Et Fauſtulo fuiſſe n…*
*runt. Salluſt. de bello jugur: cui Africano fuit c…*
Analogiæ enim convenienter dicendum fuiſſet: *cu…*

Digitized by Google

*nomen Julus*, & *cui Africanus fuit cognomen*, &c. qvomodo
liàs analogicè loqvitur ipſe Cicero pro Cæcin, *Argentarius*
*ſextus Clodius, cui nomen Phormio.* Idem Linacer *Analo-*
*gam* Syntaxin, *juſtum conſtructionis genus* vocat. p. 134.
Qvod ſubdividit in *Perſonale*, qvod vocat *Proſopicen*, & *Im-*
*perſonale*, ſeu ut ipſe loqvitur, *qvod perſona differentiam non*
*agnoſcit. Perſonale* rurſus in *Intranſitivum* & *Tranſitivum.*
Hujus veſtigia ſeqvuti recentiores Grammatici freqventer
utuntur *diſtinctione* Syntaxeos in *Tranſitivam* & *Intranſiti-*
*vam. Intranſitiva* ipſis eſt, in qva voces ex qvibus cõſtat ora-
tio, ad eandem perſonam referuntur, Ut, *Vir bonus: fama*
*malum: ego lego.* Hæc etiam vulgò dicitur Syntaxis *Conve-*
*nientiæ. Tranſitiva* verò ipſis eſt, in qva voces ex qvibus
conſtat oratio, ad diverſas perſonas referuntur; ut, *Liber*
*Ciceronis: Argentum vilius auro: vir dignus laude: Verbero*
*Davum, Davus verberatur ab hero.* Et hæc Grammaticis
dicitur Syntaxis *Rectionis.* Alvarus tamen p. 245. paulò
aliter hanc *diſtinctionem* proponit. *Tranſitivam* vocat, cum
partes orationis in caſum diſſimilem præcedenti tranſeunt,
ut Cicero ad Attic. l. 2. *Pompejus amat nos caróſq; habet.*
*Intranſitivam* verò appellat, cùm orationis partes aut nul-
lum poſt ſe caſum habent: ut, Cicero ad Q. Fr. l. 3. *Valent*
*pueri, ſtudiosè diſcunt, diligenter docentur*, aut certè non
diverſum caſum habent ab eo qvi anteceſſit: ut, Idem Phi-
lip. 3. *Pax eſt tranqvilla libertas. Intranſitivam* verò pari-
ter & *Tranſitivam* ſubdividit in *juſtam* & *Figuratam*, de qva
nos modò egimus. Qvæ Alvariana modò ſub incudē non re-
vocabimus: ſaltem notamus, qvòd Alvarus partes *indecli-*
*nabiles* participes qvoq; reddat hujus diviſionis Syntaxeos
in *Tranſitivam* & *Intranſitivam*; qvum alii Grammatici ſta-
tuant hanc diviſionem tantùm valere in *declinabilibus* par-
tibus, qvæ caſus & perſonas habent tali tranſitui aptas, qvi-
bus, ut notum eſt, carent partes *indeclinabiles.* Hujus di-
ſtinctionis meminit Priſcianus ſub initium l. 17. p. 1098, &
Tranſitiva, *Refractiva* vocat. Confer ejuſdem l. 18. p. 1119.
Sed Thomas Linacer Anglus, qvi de hac Grammatices parte



Digitized by Google

ante ſeculum omnium optimè meritus eſt, de Emend. ſtruct. l. 3. p. 136, 137, ſeq. hanc *diviſionem* fuſiſſimè pariter ac ſubtiliſſimè pertractat: cujus prolixum & ſubtilem diſcurſum in compendium contraxit Suſenbrotus, Linacri conſtans ſectator p. 135, 136. Ex qvo Linacri diſcurſu hoc unum tantùm in eorum gratiam, qvi huic diſtinctioni aſſvevêre, obſervandum duximus: Qvid ſcilicet intelligat nomine *Perſona*. Non enim *perſonam* intelligit talem, qvalis à nobis ſuprà p. 22. tanqvam commune declinabilium accidens proponitur, vel ut ſpecialis affectio Nominis p. 429, Pronominis p. 438, Verbi p. 466: Ea *perſona* dicitur ipſi *Perſona ſermonis*. Sed *Perſonam* generaliter appellat, qvicqvid rationem exhibet alicujus, ut ſubſiſtentis, vel vocati, vel agentis, vel patientis, vel cui accedit deceditve qvippiam, vel cauſæ, vel loci, vel temporis, vel inſtrumenti, vel deniq; qvod caſus alicujus propriam rationem præfert: & hanc vocat *Perſonam conſtructionis*. Id qvod probè expendendum, cùm pauci eorum hoc obſervent, qvi aliàs hanc *diviſionem* amant. Qvia verò hæc diviſio majorem ingenii ſubtilitatem ſpirat, qvàm diſcentium utilitatem, præceptis non inſeruimus: conſultius & fructuoſius judicantes ſervari methodum octo orationis partium etymologicarum in tradendis regulis ſyntacticis, qvàm ſubtili, perplexâ, & ſcrupuloſâ diviſione torqvere cupidos diſcendi animos, totámq; adeo iis Syntaxeos rationem inviſam reddere. Qvod eò tutiùs præcipimus, qvò certiùs is, qvi primus poſt fractam à Priſciano glaciem harum minutiarum, ad vada ipſa ſolidioris in rebus ipſis fundamenti tentanda ingenii vires exſeruit, Linacer, nos huc manuducit. Ejus autem ſcopus fuit non pueris ſubtiliſſima hæc ingenii inventa ediſcenda præcipere: ſed felicioribus (ut ipſe ait) ingeniis ſcribere. Qvare ipſe præmonere & præcavere ſtudet ſub initium diſcurſus, ne hôc ſubtili ingenii ſui conamine abutantur perverſa ingenia verboſæ garrulitati pluͤs dedita, qvàm ſuæ & publicæ utilitati. Monitio autem ejus lib. 3. p. 133, 134, de emend. ſtruct. his verbis deſcripta extat: *Recta Grammatices ratio ea eſt,*



Digitized by Google

*... probatiſſimi plurimùm cùm loqvendo tùm ſcri-*
*...pſi. Hanc, cùm admodum ſit varia, diviſiſſe in*
*...uti in aliis artibus fieri ſolet, ut docendi compen-*
*...nis contulisse: ita fateor vereri me, ne à proprio*
*...nnullos retardet, dum huc avocati, curioſiùs iſta,*
*...ſu ſit, diſqvirent: cujuſmodi vitio utiliſſimas ſolu-*
*... artes ad garrulitatem verbáq; propemodum re-*
*...s. Sed tum meâ culpâ non erit, ſi qvod ago, perver-*
*...in aliam partem, atq; ego deſtinavi, rapiant, & ſi-*
*...vertendum mihi vitio non eſſe, ſi aliarum artium*
*...mitatus, brevitate dilucíditatéq; (qvam apta ge-*
*...inctio maximè profectò præſtat)* felicioribus in-
*...ſiliàm: tentabo confuſam conſtructionis laxitatem*
*...rem diducere. Qvod tamen, ſi minùs aptè præſti-*
*...bis ad publicam utilitatem id corriget. Huic tan-*
*..., ut veluti correptori ſuccenſeam, ut etiam tan-*
*...tori debere me ſim profeſſurus.* Hæc Linacer. Nos
...n hanc *diviſionem* ſubtilioribus & felicioribus in-
... ipſò autore Linacro relinquentes, & è veſtigiò
...rtium orationis in illis regulis tradendis, qvæ di-
...ſcunt ſtructuram, ſeqventes, primò agemus de
*...me Nominum & Pronominum*, qvatenus inter ſe
...tur. Deinde dicemus de ſyntaxi *Verborum*: qvoad
...cum *ſemetipſis*, vel cum *Nomine* aut *Pronomine*
... Poſtremò de aliis partibus orationis, ſeu dictio-
...emus: qvatenus illa cum *Nomine* aut *Verbo* con-
... Interea neutiqvam intermittemus meminiſſe
... rariorum OBSERVATIONUM in ſcholiis;
...indice velut digitò monſtrare, ex qvibus regulis
...s (ut ita dicam) *locutiones* ſeu ANOMALIÆ
...s aliàs *Figurata* ſyntaxis profitetur. Et his ELE-
... AS Latinæ *Conſtructionis* in *delectu* vel *ordine*
...us ſubjungemus. Qvam Conſtructionis ſpeciem,
...appellat Linacer l. 3. Emend. ſtruct. p. 135. qvod
...ngvæ propria ſit, inq; vocibus duntaxat pro lin-
...anæ proprietate jungendis tota verſetur. Ita ta-

men de hac agemus, ne rationem inſtituti Grammatici neglexiſſe videamur. Primò itaqve, qvod felix & fauſtum ſit, acturi ſumus

# DE SYNTAXI NOMINUM in eodem caſu.

## REGULA I.

Adjectivum, [*a*] qvod adjicitur ſubſtantivo, accommodabit ſe ei, in *in Genere, Numerô* & *Caſu*: ut,

Cicero. Prima *officia Deo* immortali *debentur*.

Curtius. Parva *ſæpe ſcintilla* contempta magnum *excitavit incendium*.

Salluſt. *Faber* ſuæ qvisq; *fortunæ*.

Ov. Venturæ *pueri* memores *eſtote ſenectæ*:
*Sic* nullum *vobis tempus abibit iners*.

Horat. *Tunc* tua *res agitur, paries cum* proximus *ardet*:
*Et* neglecta *ſolent incendia ſumere vires*.

### Nota.

1. Nonnunqvam adjectivum *genere Neutrô* adjicitur *Infinitivis*, vel *Adverbiis* locô Nominum poſitis: ut, Terent. in Heaut. *Mentiri non eſt meum*. Perſius: *Scire* tuum *nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter*. Idem: *Velle* ſuum *cuiqve eſt, nec votô vivitur unô*. Idem: *Nempe hoc aſſiduè jam* clarum *manè feneſtras Intrat & anguſtas extendit lumine rimas*.

2. Etiam

2. Etiam *literarum Nominibus & vocibus materialiter poſitis Neutrum adjectivum* adjicitur: ut Cic. *Inſcripta fuerunt litera in parietibus Tancina*, tria L L L, duo M M. Perſius ſat. 4: *Et potis es vitio* nigrum *præfigere* T H E T A. * Claud. *En moveo plauſus & pallidus omnia laudo, Et* clarum *repeto terq; qvaterq;* S O P H O S. [†]

3. *Adjectiva*, qvæ ſubſtantivorum naturam induunt, [o] etiam *eodem Genere, Numero & Caſu* cum altero adjectivo conveniunt: ut, Amicus *certus in re incerta cernitur.* Horat. l. 1. epiſt. —*ne fidos inter* amicos *ſit, qvi dicta foras eliminat*— Virgil. *Optima qvæqve dies miſeris* mortalibus *ævi Prima fugit: ſubeant morbi triſtisq; ſenectus, Et labor & duræ rapit inclementia mortis.*

## [a] OBSERVATIO I ad ipſam regulam.

Adjectivum hic intelligitur non tantum, qvod *Nomen* eſt; ſed etiam qvod *Pronomen* & *Participium* audit, veluti ex additis exemplis patet. Cum itaq; Pronomina & Participia addita ſubſtantivis, hujus Regulæ ſtructuram examuſſim ſeqvantur, non opus eſt cum Friſchlino pag. Gram. 181, 191, 239, multiplicare regulas, & ex una tres conſtituere; primam in Nomine, ſecundam in Pronomine, tertiam in Participio. Neqve propterea confunditur ordo partium Orationis, qvem in Regulis tradendis nos obſervaturos recepimus, ſi Pronominum & Participiorum ſyntaxin ad Nominum conſtructionem retulerimus. Nam ductum partium Orationis ſeqvuturos nos qvidem promiſimus, qvæ *diverſam* poſcunt ſtructuram. Sed vero ubi *eadem* planè eſt conſtructio unius partis, qvæ alterius; non neceſſum eſt

 præce-

præcepta citra neceſſitatem cumulare. Cum itaqve Nominis Adjectivi cum ſubſtantivo eadem planè ſit conſtructio qvæ eſt Pronominis & Participii cum ſubſtantivo: non opus erit inani tautologiâ & ſuperfluâ repetitione ejuſdem conſtructionis, cum vel ex una fidelia duos vel tres parietes pulcrè ſatis dealbaveris.

## * Observatio II ad Notam 2.

*Nigrum theta* interpretatur Budæus in Pand. *mortiferum.* Significat enim Θάνατον i. e. mortem: cujus Græcanicæ voculæ prima litera eſt Θ. Varia autem fuit apud antiqvos dicendæ ſententiæ ratio. Aliqvando enim tabellæ datæ ſunt judicibus ab eo, qvi judicio præerat, qvi *Quæſtor* dicebatur. Aliqvando etiam literæ & elementa dabantur, tam apud Græcos qvàm Latinos. Apud Græcos enim Θ erat litera *damnationis*, T *abſolutionis*; Λ *ampliationis*. Apud Latinos verò C *Condemnationis*, A *Abſolutionis*, N.L. *ampliationis* ſymbolum fuit. Nam N. L. ſonant, NON LIQUET. Cic. 3. in Verrem: *Tanta vis iſtius injuria, tanta in iſto improbitas putabatur, ut de Philodamo* amplius *pronunciaretur.* Et alibi: *Verùm, ut opinor, Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur: antea vel judicari primo poterat, vel* ampliùs *pronunciari.* Ubi Aſconius: *Ante legem,* inqvit, *Glauciam de Comperendinatione, aut ſtatim ſententia dicebatur, ſi abſolvendus eſſet reus: aut* amplius *pronunciabatur, ſi videretur eſſe damnandus, cum dixiſſent judices,* NON LIQVET, h. e. obſcura cauſa eſt. Donatus in Eun. Terent. act. 2, ſc. 3: LIQVET, ait, *verbum eſt juris, qvo utebantur judices, cùm* amplius *pronunciabant.* Aſcon. Pædianus in Divinat. *In cauſis majoribus univerſi judices in ciſtam tabulas conjiciebant ſuas, eáſq; inſculptas literas habentes, A Abſolutionis, C Condemnationis, cum de alicujus capite agebatur, N. L. Ampliationis: his enim literis ſigni-* ſicar

ſcabant NON LIQVERE. Hinc Seneca l. 7, epiſt. ultimâ: *Aut fer ſententiam: aut qvod facilius in hujuſmodi rebus eſt, nega tibi* LIQVERE, *& nos reverti jube.* Confer Briſſonium p. 480. Hadr. Junius Animadv. l. 2. notat ex Ulpiani annotationibus in Demoſthenem, qvòd Græci *calculis* in urnam conjectîs ſententias tulerint, unde & *calculus* pro ſuffragio ſumitur. Qvidam verò *calculi* erant pertuſi & atri, & hi condemnabant, & dicebantur τετρημέναι ψῆφοι καὶ μάλαναι καὶ ἀναιρῦσαι. Qvidam verò fuerunt *albi* & *integri*, & hi abſolvebant: & appellabantur ἄτρητοι, λευκαὶ, σώζυσαι, ἐλεῦσαι, & apud Æſchinem πλήρεις. Hi conjiciebantur in urnam, qvæ Græcis dicta eſt καδίσκος. Duæ verò fuerunt urnæ, prior *mortis*, poſterior *miſericordiæ* appellabatur, notante Scholiaſte Ariſtophanis in Veſpis. Hinc Ovid. 15. Metam. *Mos fuit antiqvis, niveis atrisq; lapillis, His damnare reos, illis abſolvere culpâ.* Sed redeamus ad *Theta*: de qvo ut paucis dicamus, *nigrum Theta*, fuit ſignum *condemnationis* & *mortis*, qvod Martialis vocat *lethalem juguli notam*, & ad Caſtricum appellat *mortiferum ſignum*: *Noſti mortiferum Qvæſtoris Caſtrice ſignum, Eſt opera pretium diſcere Theta novum.* Cicero pro Mil. *literam triſtem damnationis* appellat. Imo ipſa figura τῦ *Theta* nonnullis funeſta putatur. Θ enim ſcriptum perfectam circularem figuram mediam interſecat & frangit, & Θάνατος vitæ lineam abrumpit. Hæc obiter ex antiqvitate. Veluti autem Mart. dixit *Theta novum, Theta nigrum*, ſic Græci ο μίκρον i. e. *parvum*, & ω μέγα i. e. *magnum*, & Evangeliſta Ἰῶτα ἓν Matth. 5. v. 18. Nec non Græci pariter ac Latini dicunt υ y pſilon i. e. tenue.

## † OBSERVATIO III ad Notam 2.

Olim apud Romanos cauſas acturi ſive oratores mercede

mercede conducebant ſuarum laudum vanos ebuccinatores, qvi gratulabundi occinerent & applauderent: ΣΟΦΟΣ ſapiens, vel Σοφῶς ſapienter. idq; *ex more nationis Græcorum* in adulationem promptiſſimæ. Hinc Mart. l. 3. Ep. 46: *Qvidlibet in cauſis narraveris, ipſe tacebo: At tibi* tergeminum *mugiet ille* SOPHOS. Etiam à cœnâ recitaturi carmina ſubornârunt laudatores, qvi acclamarent, SOPHOS. Qvò alluſit Martialis in 6. *Qvod tàm grande* SOPHOS *clamat tibì turba togata. Non tu Pomponi, cœna diſerta tua eſt.* Qvi hôc adulatoriò & vanô applauſu gaudebant & utebantur, Græcè nominati ſuut per contemptum Σοφοκλεῖς, ἀπὸ τοῦ σοφοὺς καλεῖσθαι, Latinè verò *Laudicoeni*, qvia cœnâ pactâ laudari ſe juberent. vid. Bud. Annot. in Pand. Deſpaut. l. 1. Gram. Comm. p. 33. Landſidelium in Qvint. p. 23. Qvid verò ſit *materialiter poni*: explicatum comperies in Etymol. p. 111. & confer qvoqve Deſpaut. Com. Gram. l. 1. p. 33, Edit. Lugd. 1563.

## [o] OBSERVATIO IV ad Notam 3.

Adjectiva *ſubſtantivorum naturam* induere dici poſſunt 1. qvando duo vel plura Adjectiva ſine ſubſtantivò concurrunt: ut, Juven. Sat. 3: Ruſticus *ille tuus ſumit rechidimna Qvirine.* Rechidimna veſtes erant peregrinæ, qvibus in Gymnaſiis utebantur. 2. Qvando ſubſtantivum intelligitur, idq; vel maſculinum vel fœmininum vel Neutrum. Et qvidem *α Maſculinum*, ut: *rudens*, ſcilicet *funis*. Ovid. *Pulſi gemuêre* rudentes. Qvomodo non pauca adjectiva pluralis numeri ſubſtantivorum naturam induunt: E. g. *Cani* ſcilicet *capilli*: qvô de ſuprà p. 321. Sic *Superi, Inferi*, de qvibus p. 323. *Gemini* p. 326. *Poſteri* p. 330. *Majores* atq; *Minores* p. 331. Qvò pertinent Pronomina abſolutè poſita, *Mei, tui, ſui, noſtri, veſtri*, & in ſingulari, *Meus, tuus*, &c. Virg. 4. Æneid. —*dulcéſq;* meorum *Reliqviæ*. Terent. Phor: *Ego* meorum *ſolus ſum meus*. Cicero. Cæſari

ſari l. 13. *Qui & in bellò tecum fuiſſet, & propter memoriam Craſſi de* tuis *unus eſſet.* Cic. 1. de Orat. *Vigebat auditor Panatii illius* tui *Mneſemarchus* &c. Nonnunqvam additur *Subſtantivum.* Cic. Att. l. 4. *Nunqvam tu ſine juſtiſſimâ causâ tam longè à tot* tuis & hominibus & *rebus chariſſimis & ſvaviſſimis abeſſe voluiſſes.* β. *Fœmininum Subſtantivum* intelligitur; ut, *continens* pro *terra.* Plin. lib. 5. c. 29. *Alexander idem per duo ſtadia* continenti *adnexuit.* γ. *Neutrum* intelligitur: ut, *in continenti:* ſcilicet, *tempore.* Qvæ locutio eſt Juris Conſultorum propria. Ulpianus: *Quod ait lex,* [*In* Continenti *filiam occidat*] *ſic erit accipiendum; ne occisô bodie adulterô reſervet, & poſt dies filiam occidat, & contra: Debet enim propè unô ictu, & unô impetu utrumqve occidere, æqvali irâ adverſus utrumq; ſumptâ,* &c. 3. Non rarò Adjectivum neutrum tranſit in ſubſtantivum, idq; vel ἀναλόγως, qvando ſubſtantivorum more genitivum adſciſcunt, ut: Multum *negotii*, qvô de infrà mox dicetur. Vel ἀνωμάλως, qvando per figuram dicitur, triſte *lupus ſtabulis*, pro res triſtis.

## [♂] OBSERVATIO V ad Notam 3.

Nonnunqvam è contrariô ſubſtantiva adjectivorum vice funguntur. Virg. 1. Æneid. *Hinc populum latè regem belloq; ſuperbum. Venturum excidiô Lybiæ — latè regem.* i. e. *latè regnantem.* Hanc conſtructionem ſeqvuntur verbalia in TRIX. Lucan. *In ſua* victrici *converſum viſcera dextrâ.* p. 84.

## OBSERVATIO VI.

Sæpè uni ſubſtantivô duo adduntur Adjectiva: Seneca; *Non vides ut majorem qvamq; fortunam major ira comitetur.* Cic. p. Rab. Omnes clariſſimi *viri.* Idem l. 2. de Orat. Omnes tenuiſſimas *particulas.* Idem ad Trebat. Omni *gradu* ampliſſimô *digniſſimis. Ex qvibus exemplis patet, non rectè* docere Vallam, *qviſqve* tantùm ſuperlativo & *omnis* tantùm poſitivo & comparativo jungi.

OB-

Digitized by Google

## Observatio VII.

Pertinent ad hanc primam Regulam etiam Nomina *Interrogativa*, *Redditiva*, *Partitiva*, *Univerſalia*, *Relativa* & *Numeralia* docente Linacro p. 141. De *Interrogativis* qvidem nos egimus in Etymologia Nominis p. 427. & Pronominis, p. 435, atq; mox de eorum Conſtructione dicetur in Pronominum Syntaxi. De *Partitivis* & *Univerſalibus* ſub finem Nominis p. 427 dictum eſt, & uberiùs dicetur in Syntaxi Genitivi. De *Numeralibus* Observatione novâ ſeq. docebitur. De *Relativorum* Conſtructione & ſede, jam ſeqventi Observatione octavâ agetur.

## Observatio VIII.

Nomina Adjectiva, *Qvantus*, *qvalis*, & cætera id genus, cum *Relativa* fiunt, non cum antecedente; ſed cum conſeqvente ſubſtantivo, genere, numerô & caſu conſentiunt: ut, Cicero ad Caſſium: *Dixi de te, qva potui, tantâ contentione*, qvantum forum *eſt*. Idem in Bruto: *Utinam in Tiberio Gracche Cajóq; Carbone talis mens ad Remp. benè gerendam fuiſſet*, qvale ingenium *ad benè dicendum fuit*. Nota. Hanc conſtructionem ſeqvuntur qvatuor illa, *alter*, *alius*, *reliqvus*, & antiqvum *cæterus* (cujus fœmininum & neutrum uſitatiora ſunt, vid. p. 732.) qvæ *diverſitatis Relativa* Saturnius appellat l. 5. c. 13. p. 236, 237, Linacer verò l. 1. p. 11. *Partitivis* annumerat. Nam illa qvatuor, (eodem modô, qvô *qvantus* & *qvalis*, de qvibus modo actum eſt) genere, numerô ac caſu, cum *conſeqvente* ſubſtantivo conſentiunt: ut, Cicero l. 2. Off. *Expertes rationis, eqvi, boves & reliqvæ pecudes*. Plin. Epiſt. 1. *Fabam & cætera legumina ſero*. Virg. 3. Æneid. — *dira Celeno* Harpyiæq; *colunt alia* — Cicero in Lælio: *Scævola expoſuit ſermonem Lælii*, *habitum ab illo ſecum & cum* altero genere. Sed ſiccô pede prætereundum non erit, qvòd Grammatici ſubtiliter diſtinguant inter *Relativa ſubſtantiæ & accidentis*. Linacer l. 1. p. 7. Scaliger de C. L. L. l. 6. c. 127. Saturn. l. 5. c. 5. & c. 15. Alv. p. 118. *Relativa ſubſtantiæ*, definiente Alvarô, ſunt qvæ

nomen

omen ſubſtantivum in memoriam reducunt: ut, *qvi, qva,*
*vod Lego Ciceronem*, qvi *fuit eloqventiſſimus Romanorum.*
ed *is, ille, ipſe, hic, iſte*, nunc ſunt *Relativa*, nunc *Demonſtra-*
*iva. Relativa accidentis* ſunt, qvæ in memoriam reducunt
Nomen Adjectivum: ut, *qvantus*, *qvalis*, *qvot. Cura ut*
alis *ſis*, qvalis *haberi cupis.* Numerantur autem decem ab
Alvaro p. 255. & Saturn. p. 238, 239: Nimirum, *qvantus,*
*qvalis, qvot, qvotus, qvoteni, qvotuplus, qvotuplex, qvotennis,*
*cujus, cuja, cujum, cujas.* De qvibus nonnihil monendum
rit, ex qvo conſtare poſſit, qvænam horum & qvomodo
uſurpentur, & qvænam minus uſu probentur. Qvorum pri-
mum, *Qvantus* refert, ſeu repræſentat adjectiva ſignifican-
ia *qvantitatem*, qvalia ſunt: *magnus, parvus, brevis, longus,*
*ingens, grandis* & ſimilia. Gellius. l. 5. Grandem *pecuniam,*
qvantam *Protagoras petiverat:* Idem l. 17. Longum, qvan-
tum *ſatis erat.* Relativum nomen *Qvalis* adjectiva *qvali-*
*tatem* ſignificantia refert: ut, *malus, bonus, ſapiens, candi-*
*dus, rotundus* &c. Senec. l. 2. *Non tantùm* malus *factus eſt,*
*ſed* ferus, immanis, qvalis *Apollodorus.* Qvomodo verò *talis*
*& qvalis, tantus & qvantus* eleganter ſibi invicem reſponde-
ant ex ſuperioribus exemplis, ſub initium præſentis *Obſer-*
*vationis* adductis, facilè conſtare poteſt. Relativum nomen
*Quot* numerum cardinalem (ut loqvuntur) refert: ut *duo,*
*tres, qvatuor,* &c. Qvint. l. 11. *Mithridati*, duas & viginti
*lingvas*, qvot *nationibus imperavit, traditur notas fuiſſe.*
Nonnunqvam eleganter additur *tot.* Terent. Phorm. Qvot
*homines* tot *ſententiæ*, Relativum nomen *Qvotus* nume-
rum ordinalem repræſentat. Mart. in Apophoretis l. 14.
Epigr. 217. *Dic* qvotus *es, qvanti cupias cœnare: nec ullum*
*Addideris verbum; cœna parata tibi eſt.* Plaut. in Pſeud. *In*
*ſextum à porta proximum angiportum me diverti juſſerat:*
qvotas *ædes dixerit, admodum incertè ſcio.* Lucretius: Qvo-
tus *in plauſtro Libyam benè dirigat ignis*, i. e. primáne an
ſecunda, an tertia ſtella in Urſa. Ex qvibus Latinorum teſti-
moniis perſpicuum evadit, notam Alvarianam, p. Synt. 255.
qva duo tantum relativa, *qvantus & qvalis* ex decem ei
proban-

Digitized by Google

probantur, non omne mereri punctum. Nam *qvot* & *qvotus* uſu ſuô non carent, ut jam demonſtratum eſt. Qvi uſus neutiqvam diſſimulandus erit; ſed ex mente Latinorum rectè inſtillandus juventuti. Et cum ipſe Alvarus Gram. Inſtitut. p. 119. *qvot* & *qvotus* probet tanqvam *Interrogativa* in Etymologia, cur hic in Syntaxi improbat tanqvam *Relativa*? præſertim cum ex *Interrogativis* fiant *Relativa*, teſte Linacrô l. 1. p. 7. & ipsô Alvarô docente p. 119, idem nomen poſſe eſſe & *Interrogativum* & *Relativum* & *Infinitivum* diverſis locis & ſenſu. De *qvotuplus*, *qvotuplex*, *qvotennis*, prout *Interrogativa* ſunt, diximus p. 420: qvòd docendi causâ, prout explicandis Numeralibus ſerviunt, tolerari poſſint. Aliàs fatemur necdum ſatis probata eſſe Latinorum teſtimoniis. Solent enim Latini periphraſi uti. E. g. qvando dicturi ſunt *qvotennis*, malunt dicere diſtinctis vocibûs, *qvot annos natus*. Plautus in Menæch. *Qvot eras annos natus, qvum te pater à patria avehit?* Men. *Septuennis*. Atqve hinc eſt, qvòd inuſitata judicentur Alvaro p. 119. Vid. ſuprà, p. 420, ubi de *Qvoteni* ex Cicerone etiam egimus. Et jam addimus teſtimonium Columellæ, qvi hac voce interrogativè utitur: *qvotena ſemina jugerum in ternos pedes, inde in denos pedes diſpoſita, recipiat? De cujas* ita ſentire licet. Integra & antiqva forma *cujatis* extat apud Nonium, Accium, Apulejum, veluti Ambianus Sylvius probat progymnaſm. Centur. 2. c. 62, p. 410. Et Cicero dixit: *Socrates qvidem cum rogaretur*, cujatem *ſe diceret*, MUNDANUM, *inqvit*. Et de hujus vocis uſu reperies in Etymologia alia teſtimonia ſub initium pag. 454. *Cujatis* autem imitatur formam *noſtratis*, *Arpinatis*, *Capenatis*, *infimatis*. De qvibus p. 436. Sed veluti jam forma contracta, *noſtrâs*, *Arpinâs*, *infimâs*, *Capenâs* uſitatiora ſunt: ita Nominativus contractus *cujâs* magis probatur Grammaticis: Priſciano lib. 17. p. 1047. & lib. 12. p. 950: Sergio in Donat. Edit. 2. p. 1847: Vallæ lib. 2. cap. 3: licet nulla Latinorum teſtimonia dicti Nominat. ſingularis citent. *Cujus*, *a*, *um*, ipſe Alvarus p. 119 veteribus uſitatum fuiſſe concedit. Et nos ſuprà

p. 45[illegible]

53, Nominativos *cuja* & *cujum*, item Accuſativos *Cujum*, *, um*, nec non Ablativum *cujâ* Latinorum teſtimoniis nfirmavimus. Maſculinum Singularem Nominativi necm ſatis evidenti teſtimoniô confirmârunt Grammatici, am Plauti teſtimonium dubium fortè dixeris, qvod deſcrium extat Trucul: act. 2. ſc. 7: *Unde es? cujus es? cur ſus inclementer mihi dicere?* Illud verò haut indignum tatu eſt, qvod *cujus* dicatur de poſſeſſione; *cujas* verò de tria & natione, teſte Sylviô Ambianô Progymn. Cent. 2, 62. Qvod ſi verum eſt, novum pondus additur ambiguiti loci Plautini. Sed nunc ad genuinam ſedem *Relativorum* luſtrandam deſcendemus. Grammatici veteres *Relativa* hæc, *qualis, tantus, qvantus, tot, qvot, alius, neuter, uter, lteruter, nullus, nemo*, &c. ad Pronomina retulerunt: Chaiſius l. 2. p. 132. 133: Diomedes lib. 1. p. 317: Probus l. 1. 1405: Aſper junior, p. 1730: Donat. Edit. 2. p. 1751: Servius p. 1786. Beatus Auguſtinus p. 1993. ſeq. His ſuccenuriantur recentiores Scaliger de C. L. L. c. 127. p. 331. riſeb. p. Gram. 74. 75. ſeq. Sed Priſcianus Apollonium & Herodianum tanqvam duces ſeqvutus his omnibus validè ſeſe opponit l. 2. p. 581. & qvidem his verbis: *Ex qvo*, inqvit Priſcianus, *oſtenditur meliùs ea doctiſſimos artium ſcriptores Græcos inter nomina poſuiſſe, qvamvis vetuſtiores apud ipſos, qvoqve Pronomina, vel articulos ea putaverunt, qvos Grammatici Latinorum ſimiliter ſunt ſeqvuti. Sed incongruum videtur, cùm illi antiqvorum nec recuſaverunt Græcorum etiam errores imitari, ut nos Apollonii & Herodiani, qvi omnes antiqvorum errores Grammaticorum purgaverunt, veſtigia linqvamus, & non inter nomina hæc potiùs ponamus.* Priſcianum ſeqvitur Sergius in Donat. Edit. 2. p. 1848, nec non Alcuinus Albinus p. 2106. qvi Caroli Magni Præceptor fuit. Et nos huic Priſciani ſententiæ tanqvam ſaniori accedimus ſuprà p. 431. Tandem ad ipſam *Diviſionem Relativorum Subſtantiæ & Accidentis* qvod attinet, ſciendum eſt, qvod non legatur apud veteres Grammaticos, Chariſium, Diomedem, Valerium Probum, Donatum, Servium, &c.



Digitized by Google

Priſcianus tamen l. 2. eam tantum attigit p. 582. dicen *Relativa* vel eſſe *ſubſtantiæ infinitæ*, vel *qvalitatis*, *qvantitatis*, vel *numeri*. Sed recentiores certatim eam arripuerunt & curioſiùs tractârunt Linacer l. 1. p. 7. Scal. de C.LL. l. c. 127. p. 331. Omnium autem fuſiſſimè Auguſt. Saturn. l. 5. Merc. Maj. à pag. 223. ad p. 242. eam pertractavit. Nos verò veluti horum placita non contemnimus: ita neqve juventutis ſtudia argutîs diſtinctiunculîs remoranda & turbanda cenſemus. Qvare non eſt, qvôd prudentes moderatores meliora ingenia nimiùm hôs fatigent & curioſè rationem qværant vocabulorum *Subſtantiæ* & *Accidentis*: hæ verò (ut inqvit Alvarus p. 255) Categoriæ Ariſtotelis ſunt explicandæ. Sint itaqve contenti adoleſcentes Syntaxeos cognitione: *Subſtantiam* & *Accidens* relinqvant Dialecticis. Aut certè unô verbô explicentur: *Relativa Subſtantiæ* vocari, qvòd nomina *ſubſtantiva* referant: *Accidentis* verò, qvòd *adjectiva*, veluti etiam ſuprà docuimus. Atqve hæc de *Relativis* dicta ſuffecerint: ſupereſt ut pari fide & induſtriâ verſemur in tradendâ *Numeralium* Adjectivorum conſtructione. Nam ſimplicia *Numeralia* à cæteris Adjectivis conſtructione nihil differunt, niſi qvòd more Partitivorum cum Genitivo plurali jungantur. Qva de re monebitur Regul. 2. Genit. Nota 1.

## Observatio IX.

Numerus ſummam centum millium non excedens, vel per Cardinalia, vel per numeralia Adverbia augetur: ut, Virg. *Hic jam* ter centum *totos regnabitur annos*. non *tricentum*. Cicero: *Et* qvadraginta millia *hoſtium cæſa ſunt*. *Annos* ducentos *vixi*, non *duo centum*. Qvod Ovid. l. 12. Met. in carmine dixit: *Annos* bis centum *vixi* —. Poëtæ enim, pro *Ducenta*, *Trecenta* &c. *dicunt*, *Bis centum*, *Ter centum*, &c. pro *Triginta*, *Ter dena*, &c. atqve ita Cardinalia hæc Adverbiîs Numeri augent. Virg. Bis ſenos *cui noſtra dies altaria fumant*. Ovid. *Tempus ad hoc luſtris mihi jam* bis qvinqve *peractis*. vid. Vall. l. 3. c. 4. & Sylv. Ambianum Cent. 1. c. 10. Idem Ambianus notat, qvòd magni



Digitized by Google

umerus incertus ab oratoribus per *Sexcenta*, & à Poëtis er *mille* efferri ſoleat: Ovid. *Ecqvis non cauſas* mille *dolo-is habet*. Virgil. — *tibi nomina* mille, Mille *nocendi ar-es* — Cicero: *Qvid enim delectationis habent* Sexcenti *auli in Clytæmneſtra*? Sed licet hæc Ambiani Obſervatio reqvens ſit, perpetua tamen non eſt. Nam Qvintilianus, pſô Ambianô fatente, utitur ſæpè *mille* locô *ſexcenta*, ve-uti Cicero *millies* loco *ſexcenties*.

## OBSERVATIO X.

Numerus v. ſummam centum millium excedens, ſolis Adverbiis augetur: ut, Plin. *Ab India ad Herculis colum-nas Gadibus ſacratas* octogies qvinqvies centena ſeptuagin-ta octo millia *paſſuum*. Idem: *Minimâ computatione* mil-lies centena millia *ſeſtertiûm annis omnibus India & Seres, Peninſulaq́ illa imperio noſtro ademit*: i. e. centies millies mille ſeſtertiorum. Macrob. 1. de ſom. Scip: *Duplicatis igitur illis* qvadragies octies centenis millibus, *erit integra diametros cæleſtis circuli* nonagies ſexies centena millia *ſta-diorum*. Rationem autem, cur Numerus ſummam centum millium excedens ſolis Adverbiis efferatur, hanc fuiſſe tra-dit Plin. lib. 33. c. 10. *Non erat apud antiqvos numerus ultra centum millia: itaqve & hodie multiplicantur hac, ut decies centena millia, aut ſæpius dicantur.*

## OBSERVATIO XI.

*Mille* ſubſtantivum augetur numeris Cardinalibus, vel etiam Diſtributivis: ut, Horatius lib. 2. Epiſt. 2. *Fiet, eritq́ tuus, nummorum* millibus octo, *Verna miniſteriis ad nutus aptus heriles*.

## OBSERVATIO XII.

Qvando nomen SESTERTII (H-S) cum Adverbio numerandi ponitur, numerus *Centenorum millium eô ſigni-ficatur*: ut, *Decies ſeſtertiûm*, pro *decies centena millia ſe-ſtertiorum*. Sic *Centies ſeſtertiûm*, pro, *centies centena millia ſeſtertiorum*: qvô pretiô unio Cleopatræ æſtimatus fuit, teſte Plin. l. 9. c. 35.



Digitized by Google

## Observatio XIII.

In cardinalibus à *decem* ad *ſedecim*, minor numerus ſemper præcedit, idq; in compoſitione: ut, *undecim*, *duodecim*, *tredecim*, *qvatuordecim*, *qvindecim*, *ſedecim*. A *ſedecim* verò ad *viginti* dupliciter proferuntur: jam enim præcedit minor numerus in compoſitione, ut modò dictum eſt: ut, *ſeptendecim*, *octodecim*, *novendecim*: jam major numerus præcedit, idq; plerumq; cum copula: ut, *decem & ſeptem decem* & *octo*, *decem* & *novem* Plinius: decem & ſeptem, *millibus paſſuum ab urbe ſeceſſit*. Cicero tamen dixit: *ille egit* ſeptem & decem *annos*. Vel præcedit major numerus ſine copula, idq; rariùs: ut, *decem ſeptem*, *decem octo*, *decem novem*. Cæſar l. 1. bell. Civil. *Naves longas expediunt numerô* decem ſeptem. Idem 1. bell Gallici: *Qvi fines ſeqvanorum ab Helvetiis dividit millia paſſuum* decem novem. Eſt ergò ἀσύνδετον & ἔλλειψις Copulæ &. Nec conjunguntur duo Adjectiva Numeralia; ſed diſtinctè ea cum ſubſtantivô juncta intelliguntur. Qvod manifeſtius fit, ſi copula interjecta cogitetur: ut, *Viginti annis & qvinqve annis*. Nota. Pro *octodecim* dicitur *duodeviginti* & pro *novendecim* verò *undeviginti*: ut, Cicero 4. Academic. *Amplius* duodeviginti *partibus confirmant majorem*. Hanc dicendi conſvetudinem à Græcis tractam eſſe docet Feſtus: qva de re ſuprà in Etymologia p. 418. ſic *undeviginti*: Cicero de Clar. Orat. Undeviginti *annos natus erat eô tempore*. *Undeviginti* ſonat qvaſi *unô* de *viginti* demptô, & *duodeviginti*, qvaſi *duobus* de *viginti* demptis. Sic & alia Numeralia cum Præpoſitione DE componi poſſunt: ut, *duodeviceni*, *denarii*. Liv. 1. bel. Pun. *Duodeviceſimus*, Plin. l. 7. c. 37. Et ſeorſùm abſq; compoſitione apud eundem leges l. 35. c 8. Duo *enim* de viceſima *Olympiade interiit Candaules*. Sic *duodetricies*, Cic. 5. Verr. *Duodeqvadragени*. Plin. l. 36. c. 2. *Duodeqvadrageſimus*. Liv 1. ab urb. *Duodeqvinqvageſimus*. Cicero de Clar. Orat. Omnium autem maximè hæc loqvendi ratio competit Numeralibus deſinentibus in GINTI

teſte

ſte Linacrô l. 3. p. 169: ut, *Duodetriginta*, Varro l. de re
ſt. c. 1. *Duodeqvadraginta*, Cicero 5. Tuſc. *Duodeocto-*
*inta*, Plin. l. 3. c. 5. *Duodenonaginta*, Idem l. 3. c. 16. Sic
*deqvadraginta*, Liv. 5. bel. pun. *Undeqvinqvaginta*, Idem
bel. Maced. *Undeſexaginta*; Plin. l. 36. c. 15. *Undeocto-*
*inta*, Horat. 1. Serm. ſat. 3. *Undeqvadragies*, Plin. l. 7. c. 75.
*ndevicesimus*, Liv. 10. ab Urb. *Undetrigeſimus*, Idem 5.
l. Pun. *Undeqvinqvageſimus*, Cicero pro lege Manilia.
ut hanc obſervationem monitione claudamus: caven-
m, ne barbarè dicatur *octuaginta* pro *octoginta*. Nam
*tuaginta* nuſpiam leges, niſi mendum ſubſit. Sic *octogies*
citur, & *octuagies* non *octogeſies*.

## OBSERVATIO XIV.

In iiſdem Cardinalibus à *viginti* ad *Centum*, ſi con-
nctionem Copulativam adhibueris, minor numerus præ-
oni debet: ſin conjunctionem ſubtraxeris, major præce-
et: ut, *Unus & viginti*, *duo & viginti*, *tres & viginti* &c.
*iginti unus*, *viginti duo*, *viginti tres* &c. Plin. l. 7. c. 52. de
pimenide: *Puerum æſtu & itinere feſſum, in ſpecu* ſeptem
*&* qvinqvaginta *dormiſſe annos*. Plin. l. 7. c. 48. Liv. Tres
*&* viginti *Elephanti*. Cicero: Septem *&* qvadraginta *anni*.
dem: Qvinq; *&* ſexaginta *annos natus*. Ex *fœminis Livia*
*Rutilii*, nonaginta ſeptem *annos exceſſit*. Sed ſupra *centum*,
& cum copulandi Conjunctione, & ſine ea, naturalem or-
dinem ferè ſervant, nempe ut major præcedat: *Centum unus*,
*centum duo*, *centum tres*. Nec illud mirum, cum veteres
ſæpiſſimè non niſi ſolis figuris numerorum uſi ſint, in qvibus
C, qvod *centum* denotat, ſemper præponi ſolet, ut mox ex
Plinio patebit. Qvintil. l. 3. c. 1. de Gorgia: *Is beneficio*
*longiſſimæ ætatis* (*nam* centum *&* novem *vixit annos*) *cum*
*multis ſimul floruit*. Plin. 7. c. 49. de vitæ ſpacio loqvens
*Epigenes* CXXII. *impleri negavit poſſe*. *Beroſus excedi*
*CXVII*. &c. Et poſtea: centum *viginti annos Parmæ tres edi-*
*dêre*. *Brixelli unus CXXV*. *Parmæ duo CXXX*. *Placentiæ*
*unus CXXXI*. *Faventiæ una mulier CXXXII*. *Bononiæ L.*



Digitized by Google

*Terentius Marci filius, Arimini verò M. Apenius C. & L. Tertulla CXXXVII. Ac ne pluribus moremur in re confeſſi, in regione Italiæ octava centenûm annorum cenſi ſunt homines LIIII. Centenûm denûm homines LVII. Centenûm vicenûm qvinûm homines duo, centenûm tricenûm homines qvatuor, centenûm tricenûm qvinûm aut ſeptenûm totidem, centenûm qvadragenûm homines tres.*

## Observatio XV.

In *millibus* numerandis ea ſervanda eſt ratio, qvæ *in centũ* eſt præcepta, ſcilicèt minor plerunqve præcedit cum copula, major ſine copula, ſed *Millia* jam præcedit, jam ſeqvitur: ut, *Millia ſex & viginti.* Item, *viginti ſex millia.* Columell. l. 5. ſub finem cap. 1: Unum & viginti millia &c. Idem l. 3, c. 5: *Seminum* millia qvatuor & viginti. Idem l. 5. c. 1: *Summæ inter ſe multiplicata, qvadratorum faciunt pedum* viginti octo millia, & octingentos. Idem l. 3. c. 3. *Fit in aſſem ſumma ſortis & uſurarum XXXII.* millium qvadringentorum octoginta nummorum. Et hæc numerandi ratio freqventiſſima eſt apud Columel. l. 5, c. 1, 2, 3, 4. & Plinium. l. 4. c. 10, 11, 12, 13, 16, 17, 18, 20, 22, 23. & paſſim alibi. Ubi ſæpiſſimè utitur tantùm figuris numerorum l. 5. c. 9. *Ad ſciſſuram autem Nili, qvod appellavimus Delta XXV M. paſſuum.*

## Observatio XVI.

Diſtributiva *infra viginti* poſt *duodecim* ſtatim, per duos integros numeros enunciamus, plerumq; ſine copula, præpoſitô numerô minore: ut, *terni deni, qvaterni deni, qvini deni, ſepteni deni, octoni deni.* Plin. l. 18, c. 26: *Iterum diem* terna dena *ſubjicito.* Curt. l. 8: *Menſes in* qvinos denos *deſcripſerunt* dies. Nonnunqvam etiam cum copula minor præcedit: ut, Cic. 4. in Verr. *Et pueri annorum* ſenum ſeptenûmq; denum *Senatorium nomen nundinati ſunt.* Sed ſupra *viginti* eadem ratio ſervatur in diſtributivis, qvæ in Cardinalibus, ut cum copulâ, plerunqve præcedat minor, ſine copulâ, major. Nam ſine copula dicimus: *Viceni vel*

vicem

ceni ſinguli, viceni bini, viceni terni, viceni qvaterni, vi-
ni qvini &c. Plin. l. 10, c. 53: Plus vicena qvina incubanda
bjici vetant. De ovis loqvitur. Liv. 2. bell. Mac. Vicena
ina millia æris. Sed cum copulandi particula dicimus
eſte Linacrô p. 170.) ſinguli & viceni, bini & viceni, &c.
eniqve ſupra centum, etiam eadem eſt ratio, qvæ Ordi-
lium, ut major præcedat, vel cum vel ſine copulâ; ut, Cen-
ni ſinguli, centeni bini, centeni terni. Exempla vide pro-
mè ſuperiore Obſervatione 14. Item ſinguli & centeni,
ni & centeni, Milleni ſinguli, milleni bini, milleni terni:
em milleni & ſinguli, milleni & bini, milleni & terni. Con-
r Linacrum citatô locô, & Kragii noſtri Syntaxin.

## OBSERVATIO XVII.

Diſtributivis Numeralibus utimur, qvum ſingulis eun-
em numerum attribuimus: ut, Cicero: *Binos tabellarios*
*duas naves impoſui.* i. e. in unam duos, in alteram etiam
uos, vide ſuprà plura exempla, qvæ attulimus Obſervatio-
e 14. Efferuntur autem Diſtributivæ locutiones tribûs
nodîs. Nam 1. vel Diſtributivis ſolis utimur: ut, *Milites*
*acceperunt* denos *aureos*. Si enim ſimpliciter dicas: Milites
cceperunt *decem* aureos; non Diſtributivè, ſed collectivè
ignificat, totam cohortem *decem* tantùm accepiſſe. 2. Vel
Diſtributivis vocem *ſinguli* aut *unusqviſq;* adjicimus. Cice-
ro: Sol binas in *ſingulis* annis reverſiones facit. Sic, *Singuli*
milites acceperunt denos aureos, vel, *unusqviſq;* militum
accepit denos aureos. 3. Vel utimur Cardinalibus, adjectâ
voce ſinguli aut unuſqviſqve: ut Cæſ. *Ad denarios qvinqva-*
*ginta in* ſingulos *modios annona pervenerat.* Cic. *Stipatores*
*ducentos in annos* ſingulos *conſtituit.* Sic, ſinguli *milites*
*acceperunt decem aureos.* Vel unusqvisq; *militum accepit*
*decem aureos.* NOTA. Poetæ Diſtributivis aliqvando u-
tuntur pro Cardinalibus: ut Virg. Æneid. *Ingens Auletes,*
centenâq; *arbore fluctum verberat aſſurgens* — i. e. cen-
tum ingentibus remis. Ovid. ad Piſonem. *Et firmare jubet*
centenô *judice cauſas.* i. e. Judiciô centum virorum. Sic
centenus *eqves* Stat. 6. Theb. Vide ſuprà pag. 315.

## OBSERVATIO XVII.

Adduntur plerumq; Diſtributiva Numeralia bus, qvæ Pluralia tantum ſunt & rarò ſingularia: Binas literas *abs te accepi eâdem exemplo*, i. e. du las. Florus: Bina caſtra *hoſtium expugnata*. Nota tamen junguntur iis qvæ utrumqve numerum ha *ſingula*, *bina*, *terna verba*. Teſtimonia vide ſup Nota. 2. Liv. 3. ab Urb. Cardinali pro Diſtribut eſt: Tribus liberis, *qvorum nemo Cæſoni cedebat*. Calig. *Tribus liberis*, item, *novem liberos*. Qvod tanqvam peculiare eſt, qvæ in ſingulari nonnunqv ritur, ut in Etymologia dictum eſt p. 318. Nota. a, um, ſæpe pro *tribus* legitur, nonnunqvam pr Cæſ. Comm. l. 1. bel. Gal: Trinis *catenis vinctus*. l. 17. Trina *bella civilia*. Cicero pro Mur. *Trin Ædiles fuerunt*. Liv. l. 9. dec. 1. Trinis *caſtris* *ternis*. Cic. Attic. l. 11. Epiſt. 17. *Literasq* Plin. de Pyraul. l. 11. c. 36: *Mutatio & in aliis ſtus* trinis, *aut* qvadrinis *diebus*. Ubi etiam *qvatuor* uſurpatur. Nota. 4. *Unus*, ut obſervat hanc peculiarem habet in conſtructione pro ut pluralis ejus numerus iis duntaxat plura tur, qvæ pro ſingularibus intelliguntur: ut, Salluſt. Catilin: *Hi poſtqvam in* una mœnia *convenêre*, pro urbem. Virg. l. 2. Æn. *Sata* unâ *ſuperq* pro, unum excidium. Lucan. l. 4. *Totkinq bellorum fecere nefas*, pro, parte una. Cic. Appio *Nam qvas ex itinere anteqvam ex Aſia* teras *miſiſti* unas *de legatis a me prohibitis proficiſci* *de Apameorum ædificatione impedita*; *legi*

## OBSERVATIO XVIII.

Infra *viginti*, ordinalium eadem eſt ratio, qv butivorum. Poſt *duodecim* enim duabus integris bus numeros enunciamus, minore uſitatius & el præcedente: ut, *Tertius decimus*, *qvartus decimus*,

*xtus decimus*, &c. Plin. l. 10. c. 18. *Mergis octa-ò die excludunt; ſtatimq; concipiunt.* Et Papinius in præfat. l. 4. *Primò autem* ſeptimum decimum *i noſtri triumphum adoraſti.* Gellius l. 10. c. 78. eptimò decimò. Supra viginti, ſine copula major cum copula minor: ut, *viceſimus primus*, *viceſimus viceſimus tertius*, &c. Item *primus* & *viceſimus*, & *viceſimus* &c. Qvod tamen perpetuum non eſt. ero dixit: *Venerunt poſt diem* qvadrageſimum & Svetonius: *Functus* trigeſimò & octavò *ætatis* otiageſimò & qvintò *imperij die.* Nota. Pro *pri-eſimus*, ſæpius legimus *unus* & *viceſimus*, & pro *ſe-viceſimus*, legimus *duo* & *viceſimus*. Cicero de *late* unò & octogeſimò *annò ſcribens, eſt mortuus.* Annalium ex Gellio l. 5. c. 4: *Tum primùm ex conſul factus eſt*, duo & viceſimò *annò poſt qvam am cœperunt.* Sic *alter viceſimus* pro *ſecundus* & Cicero l. 12. Epiſt. 25: Alterô *viceſimò die.* Deni-linalibus ſupra centum major numerus præcedit a & cum copula: ut, Plin. l. 7. c. 59. de Tonſori-*liam ex Sicilia venire poſt Romam conditam annò* nteſimò qvinqvageſimò qvartò. Cicero. Att. l. 6. *Poſt Leutricam pugnam die* ſeptingenteſimô ſexa-intô. Non tamen uſq; adeo ſtrictè ſupra centum vatur, in iis locis ubi conjunctio ſive copula adeſt: 7. c. 52. de Epimenide: *ut tamen in* ſeptimum & ſimum atqve centeſimum *vita duraret annum.* fuit ſitus Numeralium cum aliis nonnullis notatu em ordinem Valla videtur primus arte comple-. c. 14. qvantum ex antiqvorum Grammatico-ne & collatione colligere licet. Vallam & ſeqvu-upplevit Linacer l. 3. p. 168. ſeq. Linacrum verò dium contraxit Kragius noſter.

## OBSERVATIO XIX.

cula *qviqve* Ordinalibus eleganter ſubjungitur:

 Elega-

Plaut. Pſeud. *Nam in foro vix decumus quiſque vi*
*ſeſe noverit.* Idem Merc. 5. 66. *Neque niſi*
*... poſſe tuam viſere urbem.* Sed qvomodo *...* ſup
eleganter jungatur inferiùs mox dicetur.

## OBSERVATIO XXI.

Notandum eſt, qvòd proportionalibus rariùs u
maſculino aut fœminino genere, ſæpiſſimè verò in
Plin. de Elephanto: *Palma* qvadruplò *major*. Qvi
*Duo fratres pecuniam abſtulerunt, diſputant* an qva
an duplum *debeatur*:

## OBSERVATIO XXII.

Multiplicativa Adjectivorum conſtructionem
tur, & cum ſubſtantivis in eôdem numerô, gener
cohærent. Idem accidit Ponderalibus & Tempo
Hactenus fuêre *Numeralium Adjectivorum* Obſerva
jam ad *Participiorum* Obſervationes deſcendemus,
jectivis ſimilia ſunt.

## OBSERVATIO XXIII.

Participia, *Factus*, *Creditus*, *Dictus*, *Dicendus*
*Appellatus* & cætera ejuſdem generis, ſi inter duo
tiva ponuntur, non continuò cum præcedente co
Qvis enim ſic audeat loqvi? Reip. peſtis à Cicero
*lata eſt* Antonius. Furiam à M. Tullio, ajunt, *dict*
dium. Nec itidem, ſi poſt utrumq; collocentur, cu
utro conſentire poterunt, niſi qvis exiſtimet (ne à
tis exemplis recedamus) benè latinè dici, Reip. peſ
cerone Antonius *appellata eſt*. Qvid igitur obſerva
Nos ſic exiſtimamus, habendam eſſe rationem, qvod
ſtructionem attinet, non *collocationis verborum*, ſed
*rerum*. ut enim permutatis verbis non mutatur ſen
nec conſtructionis ratio. Itaqve qvocunq; modò di
tur ſubſtantiva, eadem erit conſtructio, *Antonius à C*
*appellatus eſt Reip. peſtis.* hic eſt rerum ſimplex ordo
muta, verſa, ut libet ſubſtantiva, inqva qvadrata ro
*Antonius*, & Participium *appellatus* ſemper cohæ

Digitized by Google

: *Ludiq; ob dedicationem facti, quos pri-* *Valerius Antias autor eſt*, Megaleſia ap- bel. Pun. *Cave porcus biceps, & idem* m na natus erat. Plin. l. 3. c. 5. *Dein* Pu- *tarchia* dicti. Ibidem *Oppidum* Pæſtum appellatum. Juſtin. l. 1. de Semiramide, *initiis ſexum mentita*, puer credita eſt. terim probatos ſcriptores aliter locutos gurata eſt conſtructio, quos ita imitabi- veſtigiis ne digitum qvidem diſcedamus, lœciſmum, aut ejus ſpeciem incidere. *O delirationem incredibilem* : *non enim* a dicenda eſt. Terent. in Phorm — *num-* , *ac modo Paupertas mihi* onus viſum eſt, re. Liv. l. 1. ab urb. *Gens univerſa* Veneti ſimilia ad Anomalias pertinent. Conſule qvo hæc mutuati ſumus.

## ERVATIO XXIV.

Conjunctione copulativâ colligata Adje- virunt, Liv. 4. bell. Pun. Hippocrates & thagine, ſeu *oriundi* ab Syracuſis. Alvarus *antivâ Conjuncta*.

## SERVATIO XXV.

antivis ſingularibus, præpoſitione CUM ore plurale adjungunt ut: Ovid. 2. Met. *ius Hebrum* cum *Strymone ſiccat*. Poëtæ terccedente Præpoſitione CUM, numerum ris præſtantiam amant: ut, Ovid. 3. Faſt. *Numitore ſati*, pro qvo diceretur, *Ilia &* fuerunt Obſervationes, qvæ à prima Re- n ea amicè conſpirant & conſentiunt: ſe- MALIÆ, qvæ ab eadem diſſentiunt & di- us ita verſabimur; ut eas ipſis *Regulis*, ubi int, continuò appendamus & adjungamus, res cognitu fore tironibus ſperamus, qvan- tò *Re-*

Digitized by Google

tò *Regulis* viciniores ſunt. Enorme enim norma
tum redditur conſpectius. Ut itaq; ſtatim in pro
beant meliora ingenia, & velut in Confinio *Regu*
oculos in clarâ luce poſitas ANOMALIAS: i
*Regularis Syntaxeos* hoſpitium iis conceſſimus; ſe
domeſticam in *Figurata Syntaxi* iiſdem conſtitui
abs re fuerit hic iſtarum *Anomaliarum* memini
plurimùm refert adultiores ad ſolidam latinitatis
nem & *Figurarum* notitiam comparandam ſcire,
*Regulis* iſta *irregularitas*,(ut ita dicamus)deviet, &
communibus ſyntaxeos præceptis abludat. Sic en
meliùs ſibi cavere poteſt juventus, ne ea, qvæ *Figu*
fecit, & poëtica nonnunqvam licentia ſibi indulſit,
Latinitatis aptè, modeſtè, & parcè uſurpârunt, imp
& intemperantiùs freqventet. Et temerarium om
dicabit juventus domi repertas dulces puræ & ter
tatis fruges faſtidire, & foris amaris aſperiorum
glandibus veſci malle. Si qvando tamen in autoribu
runt *Figuræ*, qvæ ab uſitatiore Latinitatis indole
runt, & novæ velut dictionis familiæ aſcriptæ ſu
juvenes oportet, cujus rei figuram & imaginem g
qvantùm abierint à communi Latinitatis indole
qvàm facillimè reſciverint, ſi iis initiò moderato
præiverint, & velut protensô indice indigitaveri
rintq; & monuerint: *ab hac vel illâ regula ſyntacti*
*vel illa figura deſcivit* &c. Qvâ de re ipſimet doce
dentes diſpiciant, & qvid qvantúmq; cuiq; loco,
genio, & ætati conveniat circumſpectè provide
nos pergamus viámq; iis ſternamus.

## ANOMALIA I.

Sæpe concisô & ellipticô ſermonis genere in
Subſtantivum: ut, *reus* repetundarum; *ſcilicet pet*
De qvo locutionis genere luculenter è monumenti
torum autorum egimus ſuprà p. 252, 253. *Sic veſci*
aprinâ, vervecinâ, ferinâ, *ſcilicet carne*, qvarum

eſtimonia vide in Ambiani Sylvii pro-
a.c.94. *Sic laborare* tertianâ, qvartanâ,
*ſcari & frigidâ perfundi, puta aqvâ*: civi-
*ronâ* : *in* duodecim, *intellige tabulis* : *in*
*dinibus* : *in* Tuſculanô, *nempe prædio* :
prætextatam, *ſcilicet fabulam* : Circen-
timas *tenere, ſol deferre, intellige partes* :
*operâ* &c. Et hæc nomina pertinent ad
*n*, qvæ Grammaticis ELLIPSIS dicitur.

NOMALIA II.

in ſermone adjectiva abundant: ut, Ci-
qvæcunq; *Carpinatus poſtulabat*, *fa-*
*ebat*. Satis hic fuiſſet dicere: *qvæcunq*.
SMUS ſeſe prodit, teſte Linacrô lib. de
48.

NOMALIA III.

ectivum & ſubſtantivum Genere & Nu-
unt, ut Virg. Eclog. 3. Triſte lupus *ſta-*
*is* humor —. De qvibus in Etymologiâ
t. Scelus ludificatus *eſt virginem*. Et in
*nitum* cœſi tria millia. Florus. Duo mil-
*uberentur*. Liv. l. 9. Duo millia & *qvin-*
de bello hiſp. *Sunt* interfecti *hominum*
amvis Curtii Editio Gryphiana Lugd.
*duo millia crucibus affixi* : optima tamen
unt ἀναλόγως, *affixa*. Atq; hic SYN.
& numeri manifeſta evadit.

NOMALIA IV.

pluribus ſubſtantivis rerum animatarum
n ſubjicitur Adjectivum plurale, qvod
, ut: Ovid. *Mulciberis* capti Marsq; Ve-
t. Pater *mihi &* mater mortui.

NOMALIA V.

ribus ſubſtantivis rerum inanimatarum,
ſive

Digitized by Google

ſive ejuſdem ſive diverſi generis, adjectivum plurale
trum ſubjicitur; ut, Salluſt. Divitiæ & decus & glor
oculis ſita ſunt. Idem His genus, ætas, eloquentia prope p
fuère. Atq; in hiſce duabus anomaliis conſpicitur S Y L
PSIS Generum & Numerorum.

## Anomalia VI.

Interdum diverſis ſubſtantivis adjectivum addit
qvod cum propiore tantum conſentit, ut: Horat. Et ge
& virtus, niſi cum re, vilior algâ eſt. Et hæc loqvendi r
ZEUGMA conſtituit. Atq; ſic fuerunt primæ regula
NOMALIÆ: ſeqvuntur ELEGANTIÆ. Qvò
verò qvis juventuti Grammaticis adhuc præceptis de
ELEGANTIAS denegaverit, iiſq; Grammatices
minos indignos judicaverit, næ is de elegantibus ingeniis
ganter ſatis non judicat. Sunt namq; elegantia qvædam
genia & è meliori luto efficta mentes, qvæ præcepta art
dociles hauriunt, eáq; cognita facilè faſtidire incipiunt
qvam externum ſaltem Latini ſermonis corticem exhi
tia, niſi ad ipſum Latinitatis elegantioris nucleum penet
eis integrum fuerit. Tales igitur felicioris & fœcundi
ingenii adoleſcentes iis elegantiarum ornamentis def
dandos eſſe non cenſemus, qvæ à Grammatica proficiſci
ſperari poſſunt, atq; ab ipſa vocum ſtructurâ, ſitu, vel del
ſponte ſuâ pulcerrimè efflorеſcunt. Elegantias au
qvando Grammatico concedimus: neutiqvam in Or
rum uberrimam meſſem alienam falcem mittimus. Sua
nim his dignitatem & majeſtatem orationis, exornation
& lumina verborum faciles dederimus; dummodo illi
ſtræ arti ſuam, qvam profiteri audet, elegantiam conc
rint: qvæ partim in elegantiori ſitu vocum conſtructa
partim in pulcherrimò delectu earundem ſita eſt. Fa
autem eos fore ſperamus ad hoc donandum, qvod da
ad datores majore cum fœnore redit. Scilicet Gramma
pulcrè ordinatarum & lectarum vocum ſyntaxis tantò
natiores olim ſpondet Reip. literariæ Rhetoras: qv
ipſa ordinatior & ornatior à Grammatica proficiſcitur.

Digitized by Google

nium lavat (ita ars artem juvat) jure illius
omnes devinctæ tenentur. Neqve vitia &
vitare poſſis, niſi Latinitatis virtutes ratio-
mmatici cognitas habueris. Qvod ipſe Ci-
a ſummus, eleganter de *elegantia* differens
is l. 4. ad Heren. Edit. Carol. Steph. p. 37.
A *eſt*, inqvit Cicero, *qvæ facit ut unum-*
*aperte dici videatur. Hæc diſtribuitur in La-*
planationem; Latinitas *eſt, qvæ ſermonem*
*ab omni vitio remotum. Vitia in ſermone,*
*nus ſit, duo poſſunt eſſe:* Solœciſmus & Bar-
ciſmus *eſt, cùm verbis pluribus conſeqvens*
*i non accommodatur.* Barbariſmus *eſt, cùm*
*itioſè effertur. Hæc qva ratione vitare poſſi-*
*mmatica dilucidè diſcemus.* Explanatio *eſt,*
*am & dilucidam orationem. Ea comparatur*
: uſitatis verbis & propriis. Uſitata *ſunt*
*in ſermone, & conſvetudine qvotidianâ.*
*rei verba ſunt, aut eſſe poſſunt, de qvâ loqvi-*
*o eſt, verborum conſtructio, qvæ facit omnes*
*eqvabiliter perpolitas. Ea conſervabitur, ſi*
*vocalium concurſiones, qvæ vaſtam atq; hi-*
*reddunt, ut hoc eſt:* Baccæ æneæ amœniſ-
nt. *Et ſi vitabimus ejuſdem literæ nimiam*
*vitio verſus hic erit exemplo (nam hic nihil*
*alienis exemplis uti)* O Tite tute Tati tibi
ſti. *Et hoc ejuſdem Poetæ,* Qvicqvam qvis-
qvod conveniat, neget. *Et ſi ejuſdem verbi*
*am fugiemus, ea eſt hujuſmodi: Nam cujus*
*extet, ei rationi ratio non eſt fidem habere.*
*ontinenter ſimiliter cadentibus verbis, hoc*
orantes, lacrimantes, obteſtantes. *Et ſi*
*tionem vitabimus, niſi qvæ erit concinna,*
*loqvemur, qvi in vitio eſt Lucilius aſſiduus,*
*libro:* Has res ad te ſcriptas Luci miſi-
*rre, oportet longam verborum continuatio-*

nem

*nem, quæ & auditoris aures, & oratoris ſpiritum* l
*Vitiis in compoſitione vitatis, reliquum operis*
*dum eſt in dignitate.* Hactenus Cicero. Hæc aute
*gantiæ* præcepta licet Cicero oratoriæ arti vindic
men comparata videntur, ut nulla ſit latini ſerm
qvæ iis vacare debet. Sive enim cum doctis loqv
literas ſcribere, ſive carmen pangere, ſive ad ex
ſacra aut profana monumenta animum induxeris
gantiæ omnino ſolicitus eris, qvæ commendari po
bet à latinitate experte Solœciſmorum & barba
verborum turpiter hiantium, horridè concurr
deformiter trajectorum. Mirum itaq; cuiqvam
non debet, qvòd nos novâ nec hactenus à qvoqv
maticorum tentatâ methodò, in Syntaxi de *Ele*
tini ſermonis *nonnulla* ſcribere aggrediamur. N
*omnes* profiteri neceſſe eſt; ſed eas ſaltem, qvas ip
ctio & Syntaxis Regularum juſtô ordine propoſit
inde ſuggerit. Definente autem hoc noſtrum inſti
rari, qui latinitatis curam non prorſus abjecerunt
ctè ſcribendi latinè, loqvendiq; ſtudium tempo
tum cupiunt. Nam qvorſum qvæſo Cicero viti
latinæ ex arte Grammatica diſcenda præcepiſſet,
ſet ab eadem benè conſtituta virtutes qvaſdam p
ſe? & qvorſum Grammatica à Grammaticis ſalut
*ſcribendi & loqvendi ars, latinis latinè,* & à Scali
L. L. *rectè ſeu purè loqvendi ſcientia,* niſi probam
loqvendi facultatem & puritatem ſermonis el
etiam intra limina Grammatices tibi polliceri ha
qvomodo malè tornatum & cadentem verſum
eúmq; gratum auribus reddideris, niſi Proſodiâ a
jue dolabrâ ſcabriciem ei demere & nativam
reddere poteris? Cum itaq; Proſodiæ ſua non de
*tia*, & virtus, qva metricâ oratio exornetur neq; S
deerit, qvâ conſtructus ſermo expoliatur. Bre
peroſus *Elegantias* ſordem puritati præferre m
nent, per me licèt, ipſe in ſtilo & ſermone —

Digitized by Google

as è meliori luto fictas mentes in idem
traxerit. Sit igitur

# ELEGANTIA I.

,& ſubſtantivum eleganter una aut plu-
ponuntur: ſcilicet Nomen, Verbum, aut
*inis interpoſiti exempla.* Cicero. *Bona a-*
le præditis *ſapientes ſenes delectantur.* Idē
m mater artium, *qvid eſt aliud, niſi ut Pla-*
*t ego, inventum Deorū.* Idem. *Qvi adipiſci*
em *volet, juſtitiæ fungatur officijs.* 2. *Ver-*
*la.* Terent. *Et deſinant maledicere,* male-
a. Cic. *Deſine bonos* petulantiſſimâ conſe-
*rbii interpoſiti exempla;* Cicero. *Me qvi-*
*tuarum, ſententiarū, voluntatum,* rerum
*ium comitémq; habebis.* Qvòd autem *plu-*
erantur Adjectivis & Subſtantivis, hîs te-
. *Pronominis cum aliis vocibus interpoſiti*
*m vim habet* illa, qvæ rectè à bono Poëta
*atq; omnium regina rerum.* Idem: *Refer-*
qvæ in principio propoſui fundamenta.
*oſita cum aliis vocibus exempla.* Cicero.
*s ſemina innata virtutum, qvæ ſi adole-*
os ad beatam vitam, natura *perduceret.*
*cam* nullam eſſe in nobis moram. Cæte-
venuſtè uſurus, operam dabis, ne Adje-
ntivo longiùs diſtrahatur, id qvod ſi ne-
ehenſionis notam incurres, tùm verò e-
n adferes.

# ELEGANTIA II.

ctivorum collocatione, præponendáne
poſtponenda, nihil invenias certi: ea
periеs ſæpius; Pronominum verò Adje-
ralia Adjectiva poſtpoſita, non ſine ele-
ges. Qvint. *Naturâ tenaciſſimi ſumus eo-*
*nis percepimus.* Senec. Epiſt. 2. Certis in-

geniis *immoruri & innutriri oportet, ſi velis aliqvid, imbui qvod in animo fideliter ſedeat. Nuſqvam eſt, qvi ubiq; eſt.* *peregrinatione vitam agentibus hoc evenit, ut* multa hoſpi… *habeant*, nullas amicitias. *Idem accidat neceſſe eſt eis, q… nullius ſe ingenio familiariter applicant, ſed omnia curſim & feſtinanter tranſmittunt.* Adjectivorum Pronominalium poſtpoſitorum exempla. Terent. *Satietas me jam tenet* ſtudiorum iſtorum. Valer. Maximus: *Ea demum tuta eſt potentia, qva* viribus ſuis *modum imponit.* Idem. *Non obliviſione* amicitiæ noſtræ *neq;* conſvetudinis meæ *ſuperioribus temporibus ad te nullas literas miſi.* Seneca Epiſtola 34. *Si paſtor ex fœtu* gregis ſui *capit voluptatem. Si* alumnum ſuum *nemo aliter intuetur, qvam ut adoleſcentiam illius ſuam judicet, qvid evenire credis his? qvi ingenia educaverunt, & qva tenera formaverunt, adulta ſubito vident? Ego cum vidiſſem* indolem tuam, *injeci manum, addidi ſtimulos, nec lentè ire paſſus ſum.* Numeralium adjectivorum poſtpoſitorum exempla ſunt: Plautus: *Pluris eſt* teſtis oculatus unus, *qvàm auriti* decem. *Qvi audiunt, audita dicunt: qvi vident planè ſciunt.* Cicero: *Cari ſunt parentes, cari liberi, propinqvi, familiares: ſed omnes omnium charitates* patria una *complexa eſt.* Plinius: *Homini non ante* diem ſeptimum *lethalis inedia.* Sed qvando Numeralibus alia adjectiva accedunt, promiſcuè locantur: ut, Valer. Max. *Ludos & lectiſternia* continuis tribus noctibus, *qvia totidem filii periculô liberati erant, fecit.* Gellius: Libros tres reli- qvos *mercatur.*

## Elegantia III.

Adjectivum polyſyllabum jam *in principio*, jam in *fine* orationis collocatum orationem grata qvadam εὐφωνίᾳ condit, ut: Qvint. Supervacuus *foret in ſtudiis longior labor, ſi nihil liceret melius invenire præteritis.* Salluſt. Sapientes *pacis causâ bellum gerunt, laborem ſpe otii ſuſtentant.* Cicero. Libidinoſa *etenim & intemperata adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti.* Idem. Sapientis *eſt carere*

patrib.

*on deſideriere.* Idem : *Fundamentum perpetuæ*
*is & famæ eſt juſtitia : ſine quâ nihil poteſt*

# ELEGANTIA IV.

a NEMO, NULLUS, NIHIL aliáq; ne-
dò in *principio* orationis ; ſed etiam in *fine* e-
cantur. Exempla horum in *principio* oratio-
ilianus : Nemo *tamen reperitur, qui ſit ſtudiis*
*tus.* Idem : Nemo *ſic in majoribus eminet, ut*
*eficiant.* Cicero : Neminem *habeo cariorem,*
Idem : Nemo *enim parricidæ aut proditoris*
*ricordiâ commovetur.* Terentius : Nemo *ſatis*
*tiam regi refert.* Ennius : Nemo *me lacrimis*
*nera fletu Faxit. Cur ? volito vivus per ora vi-*
s ; Nemo *adeo ferus eſt, ut non miteſcere poſſit,*
*gens tam fera, nemo omnium tam ſit immanis,*
*non imbuerit deorum opinio.* Idem : Nullum
*ſt tetrius, ut eò, unde egreſſa eſt, referat ſe ora-*
*itia, præſertim in principibus & rempublicam*
. Idem : Nullâ *autem re conciliare faciliùs be-*
*ultitudinis poſſunt ii, qui reip. præſunt, quàm*
*continentia.* Ennius : Nulla *ſancta ſocietas*
*eſt.* Catullus : Nulla *in tam magno corpore*
Qvintilianus : Nihil *eſt odioſius affectatione,*
*autem amabilius nec copulatius, quàm morum*
*norum.* Idem : Nihil *enim honeſtum eſſe pot-*
*tia vacat.* Sic & alia negativa. Marius : Nun-
*neſtam mortem fugiendam, ſæpe etiam appe-*
. Cicero : Neſcire *autem quid antea, quàm*
*rit, id eſt ſemper eſſe puerum.* Exempla eo-
orationis. Cicero : *Ego habeo, cui plus quàm*
minem. Idem ; *Illò ſi veneris, tanquam Ulyſ-*
*otum* neminem. Idem : *De quo tibi homine*
*re Romano ; quomodo homines non inepti lo-*
*orem hominem, meliorem virum, prudentius*

*rem eſſe* neminem. Cicero: *Qva igitur ea cupiditas ejus legis ferendæ, qva turpitudinem ſummam habeat, gratiam* nullam. Sic alia negantia. Cicero: *Nec me pudet, ut iſti, fateri neſcire, qvod* neſciam. Horatius: *Naturam mutare pecunia* neſcit. Plaut. verò & in initio & in fine τὸ NEMO adhibuit: ut, Neminis *miſereri certum eſt, qvoniam mei miſeret* nemo. De ſitu τȣ̃ *ullus* ex Linacro. lib. 3. p. 161. obiter nota, qvod ſermonem nunqvam inchoet, nec niſi in negatione, interrogatione, & ſubjunctione ferè adhibeatur.] Teſtimonia vide ibidem. Hactenus de primæ Regulæ Elegantiis, qvas ordinatior adjectivorum & Subſtantivorum *ſitus* ſuggeſſit. De qvo tamen id inprimis obſervatum cupimus, qvod nos alibi de vocum ἐυφωνίᾳ ex Gellio attulimus p. 95. ſcilicet *aurem interrogandam eſſe, ejusq; judicium ſeqvendum in ordinandis vocibus. Aurium enim ſubtiliſſimum eſſe judicium*, tradit Cicero in Orat. p. 272. Edit. Carol. qvippe *qvid plenum, qvid inane ſit in oratione facilè judicant*, ut Idem in Bruto ait p. 216. Et qvia *teretes ſunt*, [teſte eodem Cicerone, ſub initium libri de optimo Oratorum genere] *inconditè poſitis vocibus offenduntur*, idem in Oratore p. 272. *Permulcentur autem aures ſonô & numerô*, ut in Bruto traditur p. 216. *ſunt enim vocum & numerorum judices*, in Orat. p. 274. *Auribus* igitur *& aurium voluptati morigerari debet oratio*, monente eodem in Orat. p. 273. Qvod ut fiat, *collocabuntur verba, aut ut inter ſe qvàm aptiſſimè cohæreant extrema cum primis, eáqve ſint qvàm ſuaviſſimis vocibus: aut ut forma ipſa concinnitásq; verborum conficiat orbem ſuum: aut ut comprehenſio numerosè & aptè cadat*, ut docet idem Cicero in Orat. p. 271. Seqvuntur nunc ELEGANTIÆ, qvas *delectus* vocum nitidè & tersè conſtructarum ſuppeditat.

## Elegantia V.

Eleganter Latini periphraſi Adjectivi & Subſtantivi utuntur locô Subſtantivi: ut *æs alienum pro debito*. Cicero

pro

s alienum *videmus judices non libidine,*
*ſtudiô eſſe contractum*. Et haud indignum
teres non tantùm dixerint *æs alienū*; ſed
*tuum, meum, patris, filii* &c. qvæ ſi rectè
fronte pugnantia videntur: æs *alienum,*
*m*: Si enim *tuum, meum,* qvomodo *alie-*
vi placuit iis, qvi qvàm optimè loqvuti
lip: *Etenim qva res egeſtati,* & æri alieno
*Cæſaris ſubvenire potuiſſet?* Idem ad Att.
eo alieno *ſuperârit?* h. e. ſi qvid ſuper-
am æs alienum perſolvero. Uſurpatur e-
ſupereſſe, qvô ſenſu Plautus ait Moſt.
*mihi in pectore conſilii*. Et Ovid. *Jamq;*
*nec tempora vitæ longa meæ* ſuperant —
*cæpti pars eſt exhauſta laboris.* Hæc obi-
p. *Patri perſuaſit, ne æs* alienum *diſſolve-*
s pro nullus. Liv. 3. ab Urb. Cond. *Qvin*
*gnus regno uſus eſt. Nemo unus.* i. e. nul-
nem ûnum *eſſe, cujus magis operâ putet*
: Ibid. *Haud dubiè illâ ætate, qvâ nulla*
*uit,* nemo unus *erat vir, qvo magis inni-*
*et.* Pari modô Latini dicunt: *homo Itali-*
o de re Ruſt. *Homo Græcus,* pro, Græco,
*nus,* pro, Romanô. *Homo Conſularis,* pro,
*pulus Romanus,* pro, Romanis ſæpiſſimè
*il eſt tantum, qvod non* Populus Roma-
*btineri poſſe judicet.* Gellius lib. 20. c. 1.
*rtutum generibus exercendis colendisq;*
*è parva origine ad tantæ amplitudinis*

## LEGANTIA VI.

venuſtate adhibentur à Latinis Periphra-
i locô unius, qvando dicitur *ſarta tecta*
o in Verr: *Cùm Conſules ædes ſacras lo-*
*uiſſent omnia* ſarta tecta *exigere.* Ibidem:

 Eum-

*Eundémq; te memini. Cenſorias qvoqve leges in* [...]
*exigendis tollere.* Et ut certus eſſe poſſis, duo hi[...]
ctiva, nonnunqvam additur copulativa, nec no[...]
de viris in Maſculino uſurpantur. Idem. *Verùm e*[...]
fartis, tectisq; *damnata eſt.* Ulpianus Lege de q[...]
conſulis: *Si in alicujus ædes, & opera publica ci*[...]
*ſpiciendi gratia, an ſarta tectáqve ſint, vel an aliq*[...]
*ne indigeant.* Cicero. M. Cælio: *Hoc mihi da at*[...]
*ut Marcum Curium* ſartum & tectum (*ut ajunt*)[...]
*commodo, detrimento, moleſtia, ſincerum integrum*[...]
*ves.* Eſt autem *ſartus tectus* à ſarcio & tego. Olim[...]
imprimis conditione ædificia publica, ſacræ æd[...]
publica redemptoribus locabantur, ut *ſarta te*[...]
Feſtus: *Opera publica, qvæ locantur, ut integra p*[...]
ſarta tecta *vocantur. Etenim ſarcire eſt integru*[...]
Qvæ locutio videtur nata è lege Cenſoriâ, in qvâ[...]
legitur: PORTICUM. SARTAM. TE[...]
QVE. HABETO. PRODITO. i. e. Porrò d[...]
ſtituto; ita legunt Ludovicus Carrio lib. 2. Emen[...]
Briſſonius de Formul. l. 6. p. 517. edit. Vechel. F[...]
liger autem ad Feſtum legit produit i. e. porrò de[...]
tes non addimus *Elegantias*, *è delectu vocum* A[...]
Subſtantivi eleganter conſtructarum petitas; q[...]
longè plurimas hæc regula complectitur, qvippe c[...]
luti caput & cardo totius Syntaxeos Nominum. H[...]
ſignamus, ut diſcant tirones latinitatis ab ipſis lat[...]
ribus, qvi lingvam velut cum lacte nutricis ſuxeru[...]
nis lautitias promere, & non qvibusvis phraſeolo[...]
re, qvi non rarò hinc inde malè conſarcinatas l[...]
velut Jovis dapes apponunt. Et hæc de Regula pri[...]
tur ut alteram pari induſtriâ proponamus & exp[...]

## REGULA II.

Duorum [*] Subſtantivorum, [...]
abſqve Conjunctione de eadem re [...]

Digitized by Google

*aſus* [ ♂ ]idq; per Appoſitio-
*Maxima pars peccatorum tol-*
*rum* vindex Deus *peccantibus*
*ur*. Seneca: Epiſt. 41: *Sacer in-*
*ſedet, malorum bonorumq́ no-*
ator & cuſtos: *hic prout à no-*
*, ita nos ipſe tractat. Bonus vir*
*eſt*. Ovid. *Effodiuntur* opes
*alorum*.

## BSERVATIO I.

tantivum eſt mobile, etiam Genere &
debent: ut *currus victor*, non victrix;
ictor; *Sagitta ultrix* & non *ultor*; ætas
magiſtra, *non magiſter*. Ovid. 4. Triſt:
curru *Cæſar* victore *veheris*. Virg. 8.
*juſſis Carmina cœpta tuis, atq; hanc ſine*
victrices *hederam tibi ſerpere* lauros.
*ec cape*, & ultricem *pharetra depreme*
ſt. 5. *Conſule, quis* ætas *longa* magiſtra
n. *Magiſtrâ* & duce *naturâ*. Quint. l. 5.
vendi *magiſtra*. De Subſtantivis Mobi-
ym. egimus p. 162. uſq; ad p. 173. Ob-
picenis & neutris jungatur maſculi-
avium, non *regina*, Hæc *apis*, rex reli-
cipulus & magiſter multorum.

## BSERVATIO II.

ne prius duorum ſubſtantivorum ſit
ominis, cum eo Verbum Relativum &
iunt: ut, Cicero: Tulliola *delitiæ no-*
*m* flagitat, *non* flagitant. Idem ad Ma-
*verò tuæ noſter* Æſopus *ejuſmodi fuit, ut*

 ei *de*

Digitized by Google

ei *deſinere per omnes liceret.* Idem 1. Tuſc. *Acerrimè autem deliciæ noſtræ* Dicæarchus *contra hanc immortalitatem* diſputavit. Idem pro Cornelio Balb. *Cum duo fulmina noſtri imperii ſubitò in Hiſpania.* Cn. & P. Scipiones extincti *occidiſſent.* Idem de Aruſp. *Qvid enim* hunc *perſeqvar, pecudem & beluam, pabulò inimicorum meorum* corruptum? Si verò ſubſtantivum ſit Proprium nomen aliarum rerum inanimatarum, urbis, &c. ſæpiſſimè Verbum, Adjectivum & Relativum ſubſtantivo, qvod magis commune eſt, reſpondent: ut, Plin. l. 31. c. 1. *Tungri* civitas *Galliæ fontem* habet *inſignem.* Liv. l. 9. Bell. Maced. Ludi *Tauritia per biduum* facti *religionis causâ. Fama* malum, qvô *non aliud velocius ullum.* Qvia eadem eſt conſtructio Adjectivi, Relativi & Verbi cum alterutro Subſtantivorum, hic ſimul & ſemel traditur.

## Observatio III.

Nonnunqvam Subſtantivorum alterum, qvod minùs commune eſt, tranſit in Adjectivum: ut, *Urbs Romana, pro Urbs Roma, arbor* ficulnea, *pro arbor ficus*, &c. Liv. 4. ab Urb. *Urbs* Romana *condita erat.* Sic Juſtinus *urbem* Romanam dixit lib. 43. Apulejus 7. Metamorph. *Alligavit arbori* ficulneæ.

## [♂] Observatio IV.

*Idem* qvidem eſt *Caſus* Subſtantivorum duorum per Appoſitionem conſtructorum; ſed non neceſſe eſt, ut *idem* ſit *genus* & *numerus*; ut, Virgil. 4. Æneid. Fama malum, *qvô non aliud velocius ullum, Mobilitate viget, viresq; acqvirit eundo.* Plin. l. 31, 2: Tungri civitas *Galliæ.* Idem l. 2. c. 52: Volſinii oppidum *Tuſcorum.* In his enim Syntaxis ad conceptum potiùs mentis, qvàm ad vocem refertur. Sic qvando plura ſingularia reſpondent uni plurali. Horat. Eupolis *atq;* Cratinus Ariſtophanesq; Poetæ. Cic. Procles & Euryſthenes *Lacedæmoniorum* reges. Generatim hic, ajunt Gieſſenſes, notanda Regula: Singularia plura haberi pro uno plurali.

## [□] Observatio V.

Alii Grammatici horum Subſtantivorum conſtructionem figuratam eſſe tradunt, & vocant Appoſitionem cuju-

finem conſtituunt. Primo enim adhiberi
nda illa, qvæ communiora ſunt: ut, *arbor*
*nuarius, fluvius Rhenus*. Secundò ad remo-
cationem & vocis ambiguitatem: ut, *Leo*
*det, Lupus piſcis, cancer morbus*. Tertiò
proprietatem: ut, *Virgilius vir ſummus,*
*iſſimus, Fama malum*. Confer Linacrum
42. Suſenbrot. p. 137.

## SERVATIO VI.

lam pertinent (veluti ex proximè ſeqvente
et) Nomina propria Virorum: ut. *M. Tull.*
*ilius Maro* &c. de qvibus in Etymol. p. 24,
ria fœminarum: ut, *Julia Agrippina, Lol-*
*ia Calvina*, qvæ extant in Tacito ſub ini-
um. Et rerum inanimatarum Propria cum
ructa: ut, *urbs Roma, flumen Rhenus, men-*
q; complura, qvæ tanqvam ſpecialia & mi-
m iis, qvæ generaliora & communiora
ent: ut, *arbor qvercus, argentum metallum,*
*a virtus*. Et deniqve omnia, qvæ de eadem
, *tempus diſcipulus & magiſter multorum*.
orrò obſervanda veniunt. Primum: Qvia
vum veluti declarandi cauſa accedit, ideò
n fermè induit. Unde Virgilius 1. Æneid.
*tè* regem, *pro latè* regnantem. Secundum:
na, Nomina & cognomina virorum & fœ-
ntum in eodem *caſu*; ſed etiam in eodem
 conſentiunt, ut ex inductione exemplo-
arum verò rerum Nomina propria non
:. 4. dictum eſt.

## SERVATIO VII.

ognomina apud Romanos ſimilia fuere
t, Montanus, Capito, Naſo. Nonnulla
: ut apud Livium: *Antonius* Merenda,
*Decius* Mus, *Papyrius* Curſor, *Cornelius*

Scapula, *Cornelius* Scipio, *Fabius* Gurges, *Cornelius* Aſina, *Publius* Sura, *Calphurnius* Flamma, *Valerius* Falco, *Cornelius* Merula &c. Et apud Ciceronem: *Cauſinius* Schola, *Cajus* Fimbria, *Lucius* Muræna, *Marcus* Lurco, *Titius* Gutta, *Lucius* Ocrea. Apud Tacitum: *Julius* Aqvila, *Pedianus* Coſta, *Claudius* Sagitta. Et deniqve apud Plinium: *Calphurnius* Beſtia, *Antonius* Muſa, *Carvilius* Ruga &c. Plura ſi voles, ipſos autores conſule.

## Observatio VIII.

Cognomina nominibus propriis nonnunqvam à latinis præponuntur: ut, Qvintilianus: Celſus Cornelius *duos & ipſe fecit ſtatus generales.* Idem: *In T. Livio miræ facundiæ viro putat ineſſe* Pollio Aſinius *qvandam patavinitatem.* Idem: *De* Pollione Aſinio *ſeriùs jocùſq; pariter accommodatè dictum eſt, eſſe eum omnium horarum.* Gellius: *Ad* Frontonem Cornelium *viſendi gratiâ pergebam.* Idem: *Stabant forte unà in veſtibulo palatij fabulantes* Fronto Cornelius, & Feſtus poſthumus, & Apollinaris Sulpitius. Cic. Phaleræus Demetrius *meò judiciò cæteris præſtitit.* Sylv. Ambianus monet, qvòd in Prænominibus id rarò obſervetur, niſi in verſu: ut, Pacuvius: *Hic ſunt* Pacuvii Marci *ſita oſſa.* Ennius: *Egregiè cordatus homo catus* Ælius Sextus. Hoc enim prænomen Cicero præponit. *In* Sexti, *inqvit,* Ælii *Commentariis ſcriptum protuliſſet.* Addit idem Ambianus ſub finem capitis 41, Cent. 2. hoc monitum: Vulgatior jam eſt error eorum, qvi in *patrio,* (h. e. Genitivo) *caſu,* qviq; in *Ablativo cum Præpoſitione cognomen* collocare ſoliti erant, qvalia ferè omnium ſeculorum cognomina crebriora audimus, quàm ut de iis præcipiendum ſit, qvo de Elegantia V. dicetur. Et hæ fuêre OBSERVATIONES: *ſeqvitur* ANOMALIA.

## Anomalia.

Interdum contra uſitatam loquendi rationem ſubſtantivum, qvod minùs commune eſt, in genitivo ponitur: ut, *Urbs Patavi, fons Timavi, urbs Buthroti, urbs Elidis, oppidum*

Digitized by Google

Virg. 1. Æneid. *Hic tamen ille* urbem
*ſit Teucrorum* — Et paulò ante idem
*rna tutus Regna Liburnorum & fontem*
dem 3. Æneid. *Et celſam* Buthroti *aſcen*
n. 6. Æneid. *Per Grajum populos, me-*
em *Ibat ovans* — Cic. Att. 5. *Caſſius*
*cum omni exercitu* S. Sic *mœnia La-*
, *Amnis Eridani*, Idem 6. Æneid. *Oppi*
lladius. Sed hæc qvia rariora ſunt, non
n obſervanda veniunt. Hæc de ANO-
ntur ELEGANTIÆ.

## EGANTIA I.

perii voces freqventiùs & venuſtius præ-
ibus propriis: ut, Qvint. *Annon* Clariſ-
or Iſocrates, *qvem non magis libri bene*
*uli benè docuiſſe teſtantur, cum de Ephoro*
*dicaret, ut alteri frenis, alteri calcaribus*
Valer. Max. Primus omnium Poëta Li-
*rgumenta ſpectantium oculos & animos*
Vir magnus ingeniò ſummáq; pruden-
dem: *Anobis* homo audaciſſimus Cati-
*ſatus obmutuit*. Idem: *Nos hic cum* ho-
nnium neqviſſimo collega noſt. Anto-
. S. Ambianus Cent. 2. c. 39. Progymn.
cero, aliiq; ejuſdem ordinis; in primis
imus, dignitatis aut officii nomen multò
Nomini propriò, qvàm poſtponant. Cic.
n, *qvem ſapientem fingunt Poëtæ, nun-*
*lorantem cæcitatem ſuam*. Valer. Maxi-
*edoniæ more* regi Alexandro *nobiliſſimi*
*ſacrificanti*. Plura teſtimonia vide citatò

## EGANTIA. II.

omen & nomen, aut inter nomen pro-
n non ſine gratia aliqvid interponere ſo-
lent

lent latini ſunt, Qvint. *Optimus, maximus, ut mediam ſ lin- num, qvæ veteribus u fuerat, acciperent,* C. primum Cæſa inſcriptione traditur factum. Cicero: Qv. qvidem Scævo *Pont. Max. ſummam vim eſſe dicebat in omnibus his ar- triis, in qvibus ageretur ex bonâ fide.* Et hæ fuêre ELE- GANTIÆ è vario nominum propriorum ſitu fluentes: ſeqvuntur modò qvædam è delectu vocum petitæ.

## Elegantia III.

Eleganter & latinè dixeris ex præſcripto hujus re- gulæ: *Vinum abſinthites, aromatites, myrtites, marathrites, hyſſopites, abrotonites, thymites, ſycites, ſcyllites* &c. ſicut dicitur *ſtella cometes*: pro qvibus vulgus aliàs dicit: *Vinum abſynthij, aromatum* &c. Columell. lib. de re Ruſt. 12. c.35. Vinum abſinthiten & hyſſopiten & abrotoniten & thymi- ten & marathriten *ſic condire oportet.* & cap. 33. leges apud eundem, *Vinum ſcylliten.* Sunt autem hæc ortu græca, & ad primam declinationem pertinent, veluti traditum eſt ſu- prà p. 35. & p. 132. eadem generis maſculini eſſe oſtendimus ibidem teſtimoniô Plinii l. 14. c. 16. Nam ſi neutra eſſent, accuſativus in allatis exemplis ſimilis eſſet nominativo. Ve- luti igitur dico: *flumen Rhenus, Rhodanus* &c. ita latinè & venuſte dixeris: *Vinum aromatites, ſaccharites.* Vinis au- tem factitiis iſte loqvendi modus inprimis competit. Confer Alvarum p. 166. Et Goclenii Probl. Gram. l. 3. p. 170.

## Elegantia IV.

Apud melioris notæ Latinos leges, *homo adoleſcens, homo adoleſcentulus, ſervus homo, homo hiſtrio, adoleſcens mulier, mulier meretrix, mulier ancilla* &c. in qvibus ele- ganter commune nomen cum minùs communi jungitur: ut, Plaut. Homini adoleſcenti *argentum dare, eſt gladium, qvô ſe occideret, dare.* Terent. *Tune hic* homines adoleſcen- tulos, *imperitos rerum, educatos liberè in fraudem illicis? ſollicitando & pollicendo eorum animos lactas?* Idem: Ser- vum hominem *cauſam orare leges non ſinunt, neqve teſtimo- nii dictio eſt.* Cicero: *Qvid poteſt eſſe tam fictum, qvàm*

*ſcrius*

? *tamen in hoc genere ſæpe vidi, qvum ex*
*re oculi* hominis hiſtrionis *viderentur.*
s mulier. Plaut. Mulier meretrix. Salluſt.
: terra Græcia, terra Gallia, terra Africa,
India, Lydia, Hiſpania, terra Macedonia,
freqventiſſima. Teſtimonia vide in Sylv.
c. 80.

## ELEGANTIA V.

omen deſumatur ab oppidò, locò, natali
mili, multò venuſtiùs & indoli latinæ lin-
dixeris; *Plato Athenienſis*, qvàm *de A-*
*omanus*, qvàm *de Roma: Apollonius Per-*
*Pergamo, Apollodorus Lemnius*, qvàm *de*
illi qvi purè loqvendi laude floruerunt,
cus Varro enumerans eos, qvi de agricul-
orúmq; patriam ſimul recenſens, hâc la-
gnominandi ratione utitur lib. 1. p. 5.
Amphilochus, *inqvit Varro*, Athenien-
Lemnius, Agathocles Chius, Apollonius
ndrus Athenienſis, Dion Colophonius,
&c. Poſtea addit *de reliqvis, qvorum qva*
*ccepi, ſunt Andration, Æſchrion, Ariſto-*
*s, Crates* &c. Gell. l. 3. c. 11: De *patria*
*ltò maximè diſſenſum eſt: alii* Colopho-
rum: *ſunt qvi* Athenienſem: *ſunt qvi*
*fuiſſe. Ariſtoteles tradit ex inſula Io na-*
ionem ſeqvuntur, qvi ab eventu cogno-
*rius* Corvinus, *non*, de Corvo. Gell. l. 9.
qvatus, *non*, de torqve. Cicero l. 1. de
us, *non*, de Africa. Idem in ſomnio Sci-
elphum Epiſt. 12. ad Andream Aleman-
n Saturnium Merc. Maj. l. 5. c. 19. p. 250.
: p. 216. 217. Valer. Ultraj. Synt: p. 213.
NTAXIS Nominum in *eodem* Caſu:
ndem SYNTAXIS in *diverſis* Caſibus.

DE

# DE SYNTAXI GENITIVI NOMINUM.

## REGULA I. [*a*]

Subſtantivum cum Subſtantivo diverſæ rei [*b*] Genitivo [*c*, *d*, *e*,] caſu jungitur ut, Ciceró. Pietas eſt *fundamentum* omnium *virtutum*. Seneca Epiſt. 27. Initium est ſalutis notitia peccati. Idem Epiſt. 80: *Gloria* umbra virtutis *eſt*, *etiam invitos comitabitur*. Paulinus Auſonio Epiſt. 11. de Chriſto: *Hic* veritatis lumen *eſt*, vitæ *via*, Sol æqvitatis, fons bonorum.

### Nota.

I. Eadem eſt ratio Pronominum primitivorum [*f*] qvando abſolutè pro Subſtantivis ponuntur: ut. Seneca Epiſt. 11. *O felicem, qvi ſic virum optimum vereri poteſt, ut ad* memoriam ejus *qvoqve ſe componat, qvi ſic aliqvem vereri poteſt, cito erit verendus*. Virg. 1. Georg. Illius *immenſæ ruperunt* horrea *meſſes*.

II. Adjectiva [*g*] & Pronomina neutrô genere pro Subſtantivis uſurpata, Subſtantivorum more genitivum adſciſcunt: ut, Cicero de Seneċt. Tantum cibi & potionis *adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur*. Idem Torannio: *Ita viximus*, & id ætatis *jam ſumus, ut omnia quæ noſtrâ culpâ nobis accidunt, fortiter ferre debeamus*. Idem lib. 12. epiſt. 1. ad Attic. Hoc literularum *exaravi*

anti

ratius : *Si tacitus paſci potuiſſet*
Plus dapis & rixæ *multò* minus
n Epiſt. 2. l. 1. Dimidium facti, *qui*
. Juven. Sat. 3. Qvantum *qvisqve*
*ſervat in arcâ*. Tantum *habet &*

tiva cum ad laudem vel vitupera-
ur, genitivô vel ablativô [*b*] gau-
ad Marcellum. *Neqve te monere*
i prudentia virum: *neqve confir-*
imi hominem, *virúmq; fortiſſi-*
*m* multi cibi hoſpitem *accipies*, *ſed*
n. ſat. 11. Ingenui vultus puer, in-
Terent. Adelph. act. 3. ſc. 4. Homo
& fide. Virg. 1. Æneid. *Sunt mihi*
nti corpore nymphæ.

## OBSERVATIO I.

### ad Regulam I.

m regulam pertinet magna ſubſtantivo-
rem poſſeſſam, vel numerum vel menſu-
ſignificent: ut, *Eqvus Alexandri*: *Par*
*tritici*. Præterea verbalia in Tor, Trix,
*ator patriæ*: *Expultrix vitiorum*: *Cenſor*
*us divitiarum*: *Moderatio animi*, &c.
ideat Alvar. p. 262. ſeq. Deſp. 261. Linac.
omnium & ſingulorum recenſione ju-
banda cenſemus, cùm ex Regula gene-
ſint.

## OBSERVATIO II.

, qvod additur alii ſubſtantivo in geni-
gnificabit. Nam *ſi rem tantùm* denota-
verit,

verit, eſt Appoſitio, ut ſuprà dictum eſt. Atqve
eſt, cur expreſsè in regula dicamus, Subſtantivum
*ſæ* jungi alii Subſtantivo in Genitivo.

## [c] OBSERVATIO III.

Laurentius Valla obſervat l. 2. Elegant. c. 1
mnis Genitivus *dupliciter* uſurpetur: *Activè* vel *P*
*activum* Genitivi uſum exiſtimat pœne referri po
Genitivum *poſſeſſivè* acceptum. Verba ejus hæc
nitivus omnis, ut taceam qvi ſint alii modi, aut
*paſſivè* accipitur. Adde etiam *poſſeſſivè*, qvod pænè
*vè* accipio. *Activè*: ut, *providentia* Dei, *bonitas* Dei
ut, *timor* Dei, *cultus* Dei. *Ibi* Deus providet & beni
non ipſi providetur & benigne fit; *hic* timetur &
non timet, nec colit. Atqve in hujuſmodi [ ſc. ulti
pli ] oratione, ut intellectus apertus & unus eſt;
ambiguus & anceps. e. g. Amor *Dei*, caritas *patris*
*uxoris*: dubium eſt de utro loqvaris; an de amor
Deus in nos habet; an de eo, qvem nos in eum; de
*patris* in filios, an *filiorum* in patrem; de ſuſpicio
*tali*, an *uxoria*. Taceo qvòd aliqvando hi geniti
orationi adſunt: ut, Cic. in Cat. Maj. *Qvid de*
Craſſi, & Pontificii & juris civilis ſtudio *loqvar*
ſtudet, qvod eſt *activè*: *jus*, ut ſic dicam, ſtudetur,
*paſſivè*. Iterùm de offic. lib. 1. Qvare L. Syllæ & C
cuniarum *translatio à juſtis dominis ad alienos, non*
*beralis videri*. Hæc ex Vallâ annotata ſunt, ut veru
vi uſus paſſim in Latinorum monumentis obvius n
reſceret, & ut faciliùs intelligeretur Regula Pron
de Genitivis Pronominum *Mei*, *tui*, *ſui*, *noſtri*,
qvibus in Pronominum Syntaxi dicetur. Sed Friſc
Paralip. Gram. p. 401. paulò aliter hanc Obſerv
proponit, & actionem refert ad *Subſtantivum reg*
verò, ut Valla, ad *Genitivum*, qvi *regitur*. Pleraq
*Subſtantiva*, qvibus aliud Subſtantivum, in Geni
additur, aut ſignificant *activè* aut *paſſivè*, aut *utra*

gnum *Dei*, ſignificant *actiòè* & *poſſeſſiò*.
o *pecuniæ*, timor *Dei*, cultus *Dei*, ſigni-
enim patria amat; ſed amatur: nec pe-
itur: nec timet aut colit Deus; ſed ti-
d Linacer mediâ incedens, videtur u-
licet qvod utrumq; ſubſtantivum &
i poſſit. Qvæ ſententia tutior eſt. Con-
3. p. 153, qvi non tantùm exempla af-
& monet Genitivum illum exponi poſ-
n Præpoſitione DE: ut, *certamen* glo-

## SERVATIO IV.

eſſivus, non rarò migrat in Nominati-
vi: ut, paternus fundus, pro, patris
Epiſt. 2. — *inopémq;* paterni *Et laris*
*mpulit audax Ut verſus facerem* —
eu *nutus*, pro, heri *imperium vel nutus*.
*niſteriis ad nutus aptus* heriles, Plaut.
*ulosè* herilia *imperia perſeqvi*.

## BSERVTIO V.

ſolent duo genitivi ejuſdem numeri,
ro regatur: ut Gellius: *Bubo in colum-*
*nſpectus eſt*. Svetonius: *Expectatio ad-*
*Pſeuſippus* Sororis Platonis *filius*. Sed
no genitivi ſæpius inveniuntur: ut, Ci-
*it ulla cauſa* intermiſſionis literarum.
*plures ſunt* ſocietatis hominum. Non-
vi ſingulares & unus pluralis concur-
Honoris virtutum *causâ* Julij Cæſaris,
*enſis Julius appellatus eſt*.

## BSERVATIO VI.

ici, inter qvos Kragius eſt, qvi ad hanc
ronomina, *mei*, *tui*, *ſui*, *noſtri*, *veſtri*
iominibus affectum vel facultatem ſi-
*ium* tui, *cauſa* mei, &c. Qvod hôc qvi-

dem locô ſaltem monuiſſe ſuffecerit, cùm infrà in doctr
Pronominum ex profeſſo eorum Syntaxis tradetur.

## [g] Observatio VII ad Notam 2.

Ne imperitiores falsò exiſtiment, qvòd Adjectiva Neut ſubſtantivè uſurpata tantùm in ſingulari, Genitivum poſt lent; certis Latinorum teſtimoniis evincendum erit, qvo *pluralia* etiam Adjectiva qvædam pro ſubſtantivis uſurpata Genitivum ſibi jungi poſtulent, tam apud hiſtoricos, qvam Poëtas: ut, Virg. 2. Æneid. *Obſidere alii telis* anguſta via rum. Liv. *ad* incerta fortunæ. Tacit. l. 18. *Per* anguſta & lubrica viarum *flexerant*. Idem l. 1. *Præmiſſô Cæcinnâ*, ut occulta ſaltuum *ſcrutaretur*. Hæc conſtructio, qvâ Neutrum Adjectivum pro Subſtantivo uſurpatur, planè imitatur Græcorum ſtructuram. Iſocrates: περὶ τὸ κράτιστον τῆς φιλοσοφίας διατρίβειν δεῖ h. e. in præſtantiſſima Philoſophiæ parte ſtudium & opera ponenda eſt. Hinc eſt, qvod Grammatici hoc loqvendi genus *Atticiſmum* nominent.

## [h] Observatio VIII.

Non deſunt literatores qvi putent ablativum hunc pati Ellipſin qvandam & ſubintelligi poſſe, *qvi eſt, præditus*, & ſimilia: ut, homo honeſtâ facie, i. e. *homo qvi* eſt *honeſtâ facie*, veluti eum Terentius dicit, homo honeſtâ formâ: ita idem ait —— *ille* erat honeſta facie & liberali. Et Plaut. Aſin. *Nec qviſqvam* eſt *tam* ingeniô durô, *nec tam* firmô pectore *Qvin ubi qvicqvam occaſionis ſit, ſibi faciat benè*. Et nonnunqvam *præditus* huic ablativo adjicitur. Cic. pro leg. Manil. Summô ingeniô *&* prudentiâ præditus C. Curio. Idem pro domo ſuâ: ſingulari virtute, conſtantiâ, gravitate præditus vir. Eadem qvoqve eſt ratio genitivi. Nam veluti dicimus: Adoleſcens optimæ indolis; pari jure dicere licet: Adoleſcens eſt optimæ indolis vel præditus optimâ indole. Et hactenus fuere OBSERVATIONES Regulæ I Genitivi Nominum; ſeqvuntur ANOMALIÆ.

Anoma-

Digitized by Google

## ANOMALIA I.

a alterum Subſtantivum non in Genitivo
liud ſubſtantivum eſt verbale ; ſed eum
n archaiſmum ſibi aſſumit, qvem verbum
vi verbalis aliàs exigit ; ut, Cæſar l, 1. bell,
*Reliqva privata ædificia incendunt, fru-*
*aterqvam qvod ſecum portaturi erant,*
num reditionis *ſpe ſublatâ, paratiores ad*
*beunda eſſent.* Cic. l, 1. de Divin. *Sed*
*ropinqvum reditum, ac* domum itionem
i exemplari legendum præcipit Rob. Ste-
ius & Nizolius ſeqvuntur. Hinc vocem
*itio*)finxit Apulejus : *Deniq; nec Larem*
ionem *paro.* Cic, l. 1. de legibus. *Juſti-*
io ſcriptis legibus. Cic. pro Planc. *Video*
*eſſe* fautores. Qvod qvidem exemplum
alogum eſſe, & ſeqvi eam ſtructuram,
anus l. 2. — urbi pater *eſt*, urbiq; ma-
. 1, 3. *Qvid tibi* hanc curatio *eſt* rem
ur curo hanc rem ; ita Plaut. ἀρχαϊκῶς
*em*, pro hujus rei, Idem Moſt. 1. 1. *Qvid*
*t qvid ego agam,* curatio *eſt* ? Aul, 3, 2.
*endice homo* tactio *eſt* ? Caſin. 2. 6. *Qvid*
& mox idem Plautus : *Qvid tibi* tactio
, 2, ſub finem ſcenæ 7. *Qvid tibi* hanc
*i* hanc notio *eſt* ? Plauto autem familiare
verbi : ut, Curc. 5, 2. *Qvid tibi huc* re-
r te huc recipis ? Trucul. 2, 7. *Qvid tibi*
*ades propè aut* pultatio ? Pœnul. 1, 3. *Eſt*
ul. 2, 6. *Qvid illi erat* exitio ? i. e. qvare
i apud eundem,

## NOMALIA II.

A in plurali numero Subſtantivè acce-
t genitivum : ut, *millia paſſuum*, *millia*
tamen ἀνομάλως, ſed rarò, cum Sub-

ſtantivo in eodem caſu: ut, Plinius l. 8, c, 28: Millia *præterea armorum, ventorum, imbrium, tempeſtatum* præſagia. Qvæ Lectio eſt Dalecampii. Virg. l. 9. Æneid. —*tot* millia gentes *Arma ferunt* Italæ —. Ita legit Taubmannus, qui Alberici Gentilis variis lectionibus, & Commentariis Servii, Probi, J Camerarii, P. Rami, J. Scoppæ, P. Nannii adjutus, lectiones longè optimas habet. Eôdem modô legit Erythræus p. 332. Id qvod eò diligentiùs moneo, qvò vehementiùs huic lectioni anomalæ ſeſe opponit Linacer l. 3. p. 175, 176. Plura teſtimonia lege apud Deſp. p. 297, ſed cum judicio.

## Anomalia III.

Haud rarò contingit, ut Subſtantivum regens per Ellipſin intelligatur; ut, Terent. in Adelp. *Ubi ad* Dianæ *Veneris, ſcilicet* ædem. Cicero. 2. Phil. *In tabulis, qvæ ſunt ad* Opis, *ſc.* ædem. Plura teſtimonia hujus rei ſi deſideres, conſule Sylvii Ambiani Progymnaſmata Centur. 3. c. 97. Similis Ellipſis etiam cernitur in Ablativo: ut, Cic. ad Attic. l. 3. *cum in caſtra proficiſcerer, à qvibus aberam* bidui. *ſc.* itinere. Cæſar de bell. Gall. l. 6: *Jamq; ab eo non longius* bidui *aberant*. Plaut. Caſin. 2. 3: *Unde is* mihi? *ſc.* homo. Aſin. 2, 4: *Impure*, nihili, *non vides iraſci?* ita Taubmannus legit. Sic nonnunqvam Neutrum Adjectivum vel Pronomen deficit: ut Liv. 1. ab urbe: *Vaſtatur* agri, *qvod inter urbem & Fidenas eſt*. i. e. *Vaſtatur* id agri &c. Idem ibidem: *Qvum Romanus exercitus inſtructus, qvod inter Capitolium collem, Palatiumq;* campi *eſt, complêſſet*. i. e. id campi, *qvod inter collem*, &c. Idem 3. ab Urbe: Vocis verborúmq; qvantum *voletis ingerent*. i. e. *ingerent* tantum vocis verborúmqve qvantum *voletis*. Eandem qvoq; Ellipſin redolent illa qvotidianô ſermone trita: *Johannes Pauli, Petri, Jacobi*, &c. Ubi patris nomen in Genitivo ponitur, & figuratè ſubauditur τὸ filius. Nam ἀναλόγως propria nomina, qvæ eandem rem ſignificant, eundem qvoq; caſum amant, & Genitivum tanqvam diverſum reſpuunt, veluti ſuperiùs demonſtratum eſt. Qvando igitur illis Genitivus additus legitur,



Digitized by Google

res ſignificatur. Aliud enim eſt pater, a-
rectè in Genitivo ponitur nomen patris,
ſa: idq; ad removendam omnem ambi-
res ſunt cognomines. Qva de re Servius
Æneid 1. *Unius ob noxam & furias Ajacis*
ræca ſi dicamus, *Æneas Anchiſæ*, & ſuban-
c autem figurâ utimur circa patres & cir-
; ut, Virg. Deiphobe Glauci, ubi ſubau-
ris Andromache, intelligitur, uxor. Hæc
è obſervat Græcos ita loqvi. Nam non
d & ſacri ſcriptores hôc loqvendi genere
4. v. 21. & 10. v. 2. Ἰάκωβος ὁ τοῦ
Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ἀλφαίου. Plutarchus
ρταξέρξης ὁ Ξέρξου. h. e. Artaxerxes

## NOMALIA. III.

non tantùm Genitivum adſciſcunt; Sed
t, Terent. *Non opus eſt* facto. Idem, *Non*
Sed pluribus de hâc anomalia tradetur
taxi Ablativi Nominum: qvare hic bre-
ltem ſuffecerit verbulô indigitâſſe, qvo-
mmuni deflectat. Nam hæc duo aliter
m ſeqvuntur; ut, *Virtutis opus*. Virgil.
*ndere factis*, Hoc virtutis opus. Hacte-
Æ: ſeqvuntur ELEGANTIÆ.

## EGANTIA I.

nus. Centur. 2. c. 58. notat freqventer
ad ſtructuram hujus regulæ compoſitô
*num genus, hominum vita, hominum mo-*
*nus, humana vita, humanus mos*, Cic.
ominum genere *natura*, *qvidam eorum*,
*nes juvandos, tutandos, conſervandos ar-*
hiloſophia: *Nec mihi carior ulla unqvam*
*c* hominum generi *majus à diis munus*
dem: Hominum generi *univerſo cultum*

 agro-

Digitized by Google

*agrorum eſt ſalutaris.* Plinius junior: Vita hominum *a* *receſſus, magnaſq; latebras habet.* Cicero: *Expertes rat* *ſunt eqvi, boves, reliqva pecudes, apes: qvarum operâ effi* *aliqvid ad* hominum uſum *atq;* vitam. Valer. Maximus mos hominum *parvula initia pertinaci ſtudiô proſeqven*

## ELEGANTIA II.

Ex præſcripto Regulæ de gemino ſubſtantivo, rum alterum genitivum exigit, eleganter loqvuntur a res: *homo non nauci, homo nihili, vir nihili* &c. pro qvo gò dicitur homo, qvi nihil valet. Nam *nihili, nauci* &c. ſunt Adjectiva indeclinabilia omnis generis, ut nom tradunt; ſed ſubſtantiva genitivi caſus, velut id Latinò teſtimoniis evicimus in Etymologiâ p. 204, 205. Plaut. T 2, 7: —*umbraticolam, tympanotribam Amas*, homi non nauci. Bacchid. 4, 8. *Exige ac ſuſpende te: Ne ſuppli cenſeas*, homo nihili. Caſ. 3, 2. *Nunc ego illum* nihili, *de pſtum, meum* virum *veniat velim*, &c. Merc. 1, 2. *Nimis* hili tibicen *fiem*, & paſſim alibi apud eundem. Sic Per ſat. 5. *non* treſſis agaſo.

## ELEGANTIA III
### ad Regulam I.

Latino ſermoni non parum gratiæ & elegantiæ acc ex nomine Subſtantivo *Inſtar*, qvandò ex præſcripto h Regulæ ut alterum Subſtantivum cum Genitivo conſtr reperitur: ut, Ovid. l. 14. Metam. *Perſtat habétq; Deos* *utraq;, qvodq; Deorum eſt* inſtar, *habent animos* — i. e. ſimile eſt. Idem in Epiſt. Phyll. ad Demophoontem. *ſcelus hoc meriti pondus & inſtar habet*, i. e. vim & ſimil dinem. Gell. l. 8, c. 1. *Sola virtus* vitæ beatæ inſtar eſt. pianus: *Si proponatur* inſtar qvoddam operis, *qvaſi fa* *qvædam facti operis.* Ubi Hadrianus Cardinalis de m Latinæ lingvæ p. 124. *inſtar* interpretatur *exemplar*. A 2. Metam. Inſtar ſpeculi *reddit imaginem gratiorem.* N nunqvam admittit præpoſitionem Ad. Idem Apul. 11. tam. Ad inſtar ſolis *exornatus*. Ibid. Ad inſtar inſaniæ

Digitized by Google

eundem. Gell. l. 20, c. 1. *Populus Roma-*
*ne* ad tantæ amplitudinis inſtar *emicuit*.
monia, qvæ in Etymologia adduximus p.
Nominativum & Accuſativum aſtruximus
dverbium eſſe docent.

## LEGANTIA IV
### ad Notam 2.

eſt dicendi ratio, qvâ Adjectivum vel
m locô Subſtantivi uſurpatur, & Geni-
tò enim concinniùs & elegantiùs dixe-
*, nullus locus;* paululum lucri, *qvàm, par-*
conſilii, *qvàm, idem conſilium;* qvid novi,
id temporis, id ætatis &c. pro *eô tempore,*
*tatis.* Terent. in And. Nihil *preci* loci *eſt*
*a ille haud ſcit hoc* paululum lucri, qvan-
*t. Tibi* idem conſilii *do.* Plautus. *Neqve*
*e qvàm lapis.* Ovid. *Nec tibi* plus cordis,
Cic. *Habeo* minus virium *qvam veſtrum*
*d* iſtud novi *eſt*? Terent. in And. Qvid
*rum*? qvid *illic* hominum *litigant*? *Sic*
laut. Moſt. 3, 3. Qvid auxilii, idem Epid.
rcul. 5, 2. Qvid negotii, Capt. 3, 5. Qvid
. Qvid novi, ibidem 1, 3. Sed hic nota 1.
contemptu conjuncta eſt hæc loqvendi
mph. 2, 1. & 2, 2. Qvid *hoc ſit* hominis!
. *Vos nunc facite conjecturam cæterum,*
*cui Lyco nomen ſiet.* Rud. 1, 2. Qvid *illuc*
*ndum littus*? Rectè igitur utendum erit
re & non promiſcuè dicendum: *qvid bo-*
*no;* ſed ſaltem de eo, qvi contemptu di-
borum elegantiam ſectando incauti ro-
nus. Nota 2. Aliqvando *qvid* uſurpatur
Trucul. 2, 4. *Sed* qvid *ego* facinus *audivi*
ro, qvod facinus. Perſa. 4, 4. Qvid no-
c probandum reſtat, latinè dici, *id tem-*
*re.* Tacitus: *Armeniam petivit* id tem-



Digitized by Google

poris *importunam*. i. e. eô tempore. Oppius de b
id temporis *conati ſunt ad murum accedere*. Gell.
*Si libri copia fuiſſet* id temporis. Cicer. Attic. *V*
*& qvidem* id temporis, *ut retinendus eſſet*. Idem
& mal. *Qvod is locus ab omni turbâ* id tempor
*eſſet*. Oppius de bell. Hiſp. *incidit* idem temporis
*peſtate adverſa vebementiq; ventô afflictarentur*.
men dixit, *per idem tempus*. In Bruto: *Et qvidem*
*runt* per idem tempus *diſſimiles inter ſe*. Plaut in
*qve puduit eum* id ætatis *Sycophantias ſtruere*. i. e
Cicero in Rhet. *Cum* id ætatis *privatus eſſem*. i. e.
Idem pro Aulo Cluentio: *Si potuiſſet honeſte ſ*
*in balneis cum* id ætatis *filio fuiſſe, non præteriſſet*.
tatis *filiô*. Idem de Orat. *Qvoniam id, nobis Anton*
*bus* id ætatis, *oneris imponitur*. i. e. hominibus e
Sic *qvid ætatis* Plaut. in Perſa: *Ego ſcio*, qvid *ſit* æ
cujus ætatis. Pari ratione Tacitus dixit: *id autori*
*ætatis*. *Romanorum nemo, inqvit Tacitus*, id a
*aderat, ut promiſſa ejus magni penderentur* i. e. ej
tatis &c. Idem. *Mos habebatur Principum, liberos*
*ris* idem ætatis *nobilibus ſedentes, veſci in aſpectu p*
*rum propriâ & parciore menſâ*. i. e. ejuſdem ætati
dem planè ſenſu & uſu dicunt, *hôc ætatis* Plaut. in
*Qvanqvam* hôc *me* ætatis *ſycophantari pudet*. Ibi
*demum eſt, qvod percrucior me* hôc ætatis *ludificar*
*Pudet* hoccine ætatis *ludum iis factum indignè*. Si
latinè etiam dicitur, pro, eô locô. Plin. l. 11. c.
*aurum geſtare* eô loci *decus exiſtimatur*. Tacitus
loci *res ſuas agi* &c. Sic *eôdem loci*, *hôc noctis*, *relic*
Cicero: Att: *Res eſt* eôdem loci, *qvô reliqviſti*. Plau
Hôc noctis *ſolus ambulem*. Tacitus: Multô *jam*
*rum tempus venerit*. Idem: Reliqvô noctis *modò*
*tium defixus, ſæpius pavore exurgens & mentis in*
*opperiebatur*. Peculiare planè eſt, qvòd Plautus uſ
*locorum* pro, *id temporis* Caſina Act. 1. 1. *Poſt* id
*qvando ad villam veneris, dabitur tibi amphora un*

Digitized by Google

*unum ahenum, & olla dolia &c.* Et Tru-
*icare eſt certum cumprimis patrem, poſt* id
Obſervandum autem eſt, qvod in Adje-
inationis hæc conſtructio non uſurpetur.
s: *Nihil talis*, ſed, *nihil tale*. Et ſicut ſe-
*Nihil abſurdi, aliqvid honeſti*: tamen dice-
*l abſurdi* vel *impoſſibilis*. *Aliqvid honeſti*
ris, non rarò contingit ut neutrum non
nitivo, ut dictum eſt, ſed eundem, qvò
rum gaudet, caſum ſibi jungi poſtulet; ut,
nes, id genus alia, pro, *qvod genus homi-*
*rum* &c. Reſpondeo. Rara plane & per-
æc dicendi ratio: de qva ut eò diſtin-
m ELEGANTIÆ membrum ſubjun-

LEGANTIA V.

imis & venuſtò dicendi charactere dici-
homines, aliqvid id genus, pro, *cujus*
*liqvid ejus generis*. Gell. l. 1, c. 16. Qvod
*qvaces appellati*. Cic. Attico: *Antea om-*
id genus *ſcribebam*. Nonnunqvam Ge-
vandò τὸ Genus junctum reperitur cum
*omne*; ita tamen additur Genitivus, ut
it exponi per Genitivum *omnis generis*.
: *Qvinqve* millia omne genus ferarum.
no: *Initium veſcendi primus fecit, dies*
nus *rerum* miſſilia *ſparſit*. i. e. omnis ge-
odem planè modò, qvò Cicero ſuperiùs
*tis filio* fuit, i. e. ejus: & ſicut Tacitus lo-
id ætatis *aderat*. Gellius l. 19, c. 4. *Arit*
*roblemata Phyſica inſcribuntur, lepidiſſimi*
mne genus referti. i. e. omnis generis ele-
hoc dicendi genus ad ANOMALIAS
ipiam fortaſſis videri poſſit; qvia tamen
gratiam affert, ad ELEGANTIAS re-



Digitized by Google

# Genitivi Nominum
## Regula II.

Adjectiva Partitiva [*a*] & qvæcunq; Nomina partitionem ſignificantia [*b*] adſciſcunt Genitivum pluralem totius: qvi exponitur per De, E, Ex, Præ, Ante, Inter: (*c*) ut, Plinius: Nemo mortalium *omnibus horis ſapit.* Cicero: Nemo omnium *tam eſt immanis, cujus mentem non imbuerit Deorum opinio.* Idem: Nulla belluarum *Elephantô prudentior.* Idem de ſenectute: Multæ *etiam* iſtarum arborum *meâ manu ſunt ſata.* Plinius: Lanarum nigræ *nullum colorem bibunt.* Virgilius ſub initium 9. Æneid. *Turne, qvod optanti* divûm *promittere* nemo *Auderet, volvenda dies en attulit ultro.*

### Nota.

1. Nomina Numeralia & *Pronomina etiam* Genitivô plurali gaudent: ut, Livius: *Militum* decimum *qvemqve ſecuri percuſſit. Animalium* hæc *binis*, illa *qvaternis pedibûs incedunt.* Horat. Serm. 2. ſat. 3. *Hæc mihi Stertinius* ſapientum octavus *amico Arma dedit, poſthac ne compellarer inultus.*

2. Comparativa & Superlativa [*d*] inſtar Partitivorum etiam reqvirunt Genitivum pluralem: [*e*] ut, Cicero 5. Tuſc. *Theophraſtus* elegantiſſimus omnium Philoſophorum *&* eruditiſſimus *non magnopere*

*ponditur, cùm tria genera dicit bono-*
*ſthenes* ſummus oratorum *Græciæ.*
um ſtupidiora *qvibus ſangvis craſ-*
*,qvibus tenuior:* timidiora, *qvibus*
*nullas,hebetia.* Catull. ad Marcum
pigr. 30. Diſertiſſime *Romuli* ne-
*nt,qvotq; fuêre, Marce Tulli, Qvot-*
*unt in annis, Gratias tibi maximas*
ſſimus omnium *Poëta, Tantò* peſ-
*oëta, Quantò tu* optimus omnium

ativa qvàm Partitiva Genitivô ſin-
ollectivi gaudent: ut, Cicero pro
*num* totius Græciæ *facilè* doctiſſi-
*n maximis periculis, inſidiisq; verſa-*
*us.* Idem: *An* qviſqvam Clodiæ
*ompejo magno conferendus eſt?*
Nomina Collectiva, qvæ in Singu-
ltitudinem ſignificant: ut, *Gens,*
*io, concio, populus, civitas, oppidum,*
*exercitus, Eccleſia, familia, ſchola,*
*um, Reſpublica, facultas, cœtus:*
*mbria* & ſimilia pro Danis, Cimbris.
a & Adjectiva partitionis uſitatè
enere cum ſubſtantivo præceden-
cum genitivô plurali: ut, Plinius:
*m omnium* molliſſimum *eſt.* Idem:
*animalium ſtatô veris tempore o-*
*nua amittunt.* Idem: Modus *omni-*
*um re-*

*um rerum* utiliſſimus. Genitivo jungit
ut, Ovid. l.4. de Ponto Eleg. 1.

*Sic ego ſum* rerum *non* ultima, *Sexte* t
*Tutelaq; feror munus opúsq; tua.*

## [*a*] Observatio I.

*Partitivorum* diviſio in Univerſalia & 
tradita eſt in Etymol. p. 427. qvare eandem hi
operæ precium non ducimus. Fortaſſe comm
& magis ex uſu juventutis ea, qvæ maximè *Par*
ordine Elementorum deſcripta, oculiq; ſubjicere
itaqve in primis hæc ſunt: *Alius, aliqvis, alter*
*nemo, neuter, nullus, qvis, qvicunqve, qvidam, qv*
*qvis, qvibus, qviſpiam, qviſqvam, qviſqve, ſolus,*
*qviſqve, uter, uterqve, utercunqve, uterlibet, u*
notandum, qvod Interrogativa nonnunqvam
Partitiva. Laxiore enim vocis uſu ſumitur τὸ 
qvando huic Regulæ ſervit.

## [*b*] Observatio II
### ad Regulam ſecundam.

Partitionem ſignificant illa Nomina, qvæ
ſunt per particulas E, Ex, vel De, Præ, A
ter; qvomodo non tantùm *Adjectiva*, ſed etia
*tiva* nonnunqvam conſtruuntur & exponuntur.
va: ut, *pars, nemo*. Exempla τοῦ *Nemo* ex ipſâ Re
tur. Qvod autem pars genitivum exigat, teſtat
in Trucul. — *& pars ſpectatorum ſcitis Pol ha*
*haud mentiri*. Sed peculiare planè eſt, qvando
*tivi* extet *Nominativus* apud Plautum, Capt. 2,1.
maxima pars *morem hunc* homines *habent, qvod*
*dum id impetrant, boni ſunt*. Ubi maxima pars *h*
Taubm. edit] legitur, pro, *hominum*. Sed horu
ſubſtantivorum ſtructuram cum Genitivo, etia
ſtantiva ſeqvuntur, maximè (rariùs apud alios)

Digitized by Google

c.6. ita ait: Volucrum animal *parit veſper-*
lib. 6. c. 50. Piſcium lupus & Trichias *bis*
fortè qvis dicat audiendum nomen parti-
verò *Adjectiva* omnia ſic exponi & con-
partem aliqvam de ſpecie ponunt. & reli-
ut, Plinius lib. 11. c. 50. Canum degeneres
*ms* reflectunt. q. d. Inter omnes canes illi,
nt &c. Gellius l. 5. c. 20. *Nos neqve Solæci-*
*bariſmum apud* Græcorum idoneos *adhuc*
lib. 5. c. 11. *Eminentia qvàdam ſignificari*
& pulcræ *videntur.* Apul. 1. apol. *Protu-*
*neum ſuam* peregregiam Tragædiarum,
*n eo tempore conſcribebat.* Tacit. 6. Annal.
*multa & atrocia in Macronem, ac* præci-
*Cæſaris compoſuit.* Sed hoc loqvendi ge-
de Emend. ſtruct. p. 491. refert ad Helle-
Ellipſin Græcam: qvâ de re mox infrà u-
ari modô conſtrui & exponi gaudent In-
Cicero 2. Tuſc. Qvotuſqviſqve Philoſo-
*r, qvi ſit ita moratus, ut ratio poſtulat?*
onſtructionis legi ſubjacent *Numeralia,*
*alia, Diſtributiva Ordinalia* ita conſtrui,
egulæ probatum eſt. Hìc verò nunc pro-
yntaxi gaudere *Cardinalia* & *Diſtributi-*
oginta Macedonum *interfecerunt.* Idem:
ſtrum *excitare.* Et deniqve Pronomina
*perlativa,* qvandò partitionem adſignifi-
m, ut inqvit Linacer, p. 190. Partitivo-
r. Id qvod exemplis oſtenſum eſt lucu-

## OBSERVATIO III.

articulæ E, Ex, vel DE, PRÆ, ANTE,
ponuntur cum ſuis caſibus, loco Genitivi
4. Acad. Qvidam è Philoſophis *faciendum*
*ent.* Idem 2. de divin. *Panætius,* qvi unus
*rum prædicta rejecit.* Ex] Cic. in Parad.

C. Ma-

Digitized by Google

C. *Marium videmus, qui mihi ſecundus in rebus ... tunatis hominibus, in adverſis*, unus ex ſummis vi... *tur*. Idem pro Planc. *Is enim* unus *fuit* de ma... *defenſor ſalutis meæ*. *Unus*, monente Alvaro, hoc ... conſtruitur, cùm principium numeri eſt: qvando ... eſt, qvòd *ſolus* Genitivo etiam jungitur. Plin. l. 7. ... *penſer* unus omnium *ſqvammis ad os verſis*, *con... nando meat*. Hæc Alvarus p. 270. Sed ad alia ... pergemus. Qvintil. declam. 6. *Timui ne* qvem ... *derem*. Liv. 1. ab Urb. *Sextus filius ejus, qui* minim... bus *erat*. Sic habent libri correctiores, non, *mi... bus*. Cicero pro Cluent. Ex his omnibus *natu m... Saturnius in eadem ſententia fuit*. Idem pro ... Audaciſſimus *ego ex* omnibus? *minimè* DE] Id... ronem l. 16. De tuis innumeralibus *in me* offici... gratiſſimum. Idem in M. Antonium, Phil. 10. ... de tribus Antoniis *eligas*, qvem *velis*. Cicer... *Qvam* multi *eſſent* de victoribus, *qui te cru... cum etiam* de victis *reperiantur*. PRÆ] C... *Qva ſi in illo minima fuiſſent*, præ tuis facultatibu... *putarentur*. ANTE] Virgil. 7. Æneid. — ... pulcerrimus omnes *Turnus avis atavisq; potens* — ... ab Urb. *Multitudini gratior fuit, qvam patribus*, ... alios acceptiſsimus *militum animis*. INTER] ... *Cræſus* inter Reges opulentiſsimus, *ad tormenta ... vinctis manibus ductus eſt*. Cicero pro Sex. Rosc... *putabat pro eorum ſe honeſtate pugnare, propter ...* honeſtiſsimus inter ſuos *numerabatur*. Juſtinus l. ... deis diſserens: *Ejus portio omnibus ceſſerat*, minim... fratres *ætate Joſeph fuit, cujus excellens ingeni... fratres, clàm interceptum peregrinis mercatori... derunt*.

## [d] OBSERVATIO IV ...

ad notam ſecundam.

Præclarus ille Grammaticus Immanuel A... ...t. Grammat. p. 272. negat Superlativa cum Ge...

Digitized by Google

Partitiva eſſe. Sed nos ſententiam Al-
ſius verbis referemus. Sunt,inqvit Al-
va partitivorum generi ſubjiciant, cum
onem, illa verò præcipuè comparationem
icet. Superlativa attingant Partitiva ali-
vòd ſcilicet unum è multis ſignificent;
n partitiva ſunt. Si qvando tamen more
truuntur; poſitiva, à qvibus fiunt, imi-
ultus,partitivè ponitur,ſic plures & plu-
eris videntur illa,qvæ ſubſtantivis deſti-
bent. Liv. l. 2. — minimas rerum diſ-
. in Veſpaſ. c. 8. Hos partim ſubjici in
penſit; partim in aſperrimas inſularum
Prima conſiliorum fruſtra ceciderunt,
Nam in eminentiſsimos Græcorum eſſ
n & ſimilibus, nulla videtur comparatio
d facilè intelligitur,ſi genitivum eòdem
ſuperlativô, hôc modô, Minimas res,
, Eminentiſſimos Græcos: qvod ipſis
uſu venit. Qvid enim aliud ſignificant
m, Qvidam militum, Nemo principum,
vidam miles,nemò princeps.Sed Linacer
ſuperlativa Partitivorum naturam (fal-
e imitari, qvòd ſcilicet unum ex multis

## OBSERVATIO V

### notam ſecundam.

at p. 267. qvod Superlativa tum reqvi-
ralem, qvando plura ejuſdem generis
ti ex additis exemplis ad notam ſecun-
uſtus enim unus fuit ex omnibus Philo-
enes de Oratoribus unus. Et qvamvis
, ut res ejuſdem generis conferantur,
Superlativus cum Genitivo: tamen,vel
, etiam ſuperlativa nonnunqvam geni-
,qvando conferuntur res diverſi generis.

maximè

maximè accedente Adverbiô, NON SOLUM. Cicero pro Domô ſuâ: *hôc tu ſcriptore, hôc conſiliariô, hôc miniſtrô* omnium non bipedum ſolùm, *ſed* qvadrupedum impuriſſimô *remp. perdidiſti*: Clodius, de qvô hic agitur, bipes proculdubio, non qvadrupes fuit. Macrob. l. 7. Saturn. c. 11. Ciceronem imitatus immeritò à Valla reprehenditur: *Ego* inqvit Macrobius, *Servi* non ſolum adoleſcentium, *qvi tibi æqvævi ſunt, ſed* ſenum *qvoqve* omnium doctiſſime. Plin. lib. 33. c. 1. de annulis agens: *Longô certè tempore ne ſenatum Romanum qvidem habuiſſe aureos manifeſtum eſt. Siqvidem his tantùm, qvi legati ad exteras gentes ituri eſſent, annuli publicè dabantur, credo, qvoniam ita* exterorum honoratiſſimi *intelligebantur.* Nec enim legatus Romanus, unus erat ex gentibûs exterîs. Martialis, qvæ maximè inter ſe ſunt contraria, contulit l. 12: *Non es crede mihi, bonus: qvid ergo? Ut verum loqvar,* optimus malorum. Niſi qvis dicat more ſuô fuiſſe jocatum, atqve de induſtria in Grammaticorum leges peccaſſe. Cic. in Brut. *Phalereus enim ſucceſſit ex ſenibus adoleſcens,* eruditiſſimus *ille qvidem* horum omniū; *ſed non tàm armis inſtructus, qvàm palæſtrâ.* Idem 2. de Orat. *Tum Phalereus ille Demetrius* omnium iſtorum, *meâ ſententiâ,* politiſſimus, *alii eorum ſimiles extiterunt.* Hæc Ciceronis loca apertiſſimè docent non malè latinè dici: *Antonius eſt* horum, *ſive* iſtorum omnium eloqventiſſimus, *qvamvis non ſit* unus ex his, *aut* ex iſtis. Conſule ſi placet Alvarum pag. 267, 268. Saturnium lib. 9. c. 20. pag. 405. Merc. Maj.

## [f] OBSERVATIO VI ad notam 4.

Qvando ſuperlativa & Adjectiva partitionis non conveniunt in genere cum Subſtantivo præcedente, plerumqve in Subſtantiva Neutra tranſeunt. Cic. ad Torann. l. 6. *Præſertim cum* omnium rerum mors *ſit* extremum: *Extremum* ſubſtantivum eſt. At in illô Qvint. 6. Decla. mors *ſit* extrema malorum, adjectivum. Cic. 2. Philip. *Pax eſt tranqvilla*

ervitus poſtremum malorum. Hîc τὸ *poſtre-* genus à genitivo malorum, ſed eſt ſubſtanti- Tacit. l. 3. *Poſt celebre carmen, quo Germani* *rant.* Lucan. l. 10. —*cogunt tamen* ultima *acu tentare ducem.* Curt. l. 6. *Jámq; Rex* *x intravēre,* Idem l. 8. *Diardenes minus ce-* *quia per* ultima Indiæ *currit.* Tacit. l. 20. oræ *occupavêre.* Idem l. 19. Summa navium Qvint. Decl. 18. *Orbitates* ac ſuprema libe- *tur.*

## OBSERVATIO VII
### ad notam 4.

nullum ſubſtantivum adſit, cum Genitivô, genus, conſentient. Liv. l. 9. c. 4. Summi rum *Sex. Tarqvinium donô deûm ſibi miſſum* l. 22. c. 25. *Eqvidem Ciceronem ſeqvar: nam* Græcorum *eſt ſeqvutus.* Plin. l. 10. c. 52. nimalium *eſſe conſtat, quæ ſunge veſcantur.* alia *ſunt* candida, *ut columbis, perdicibus;* *qvaticis &c.* Confer Linac. l. 3. p. 154. 156.

## OBSERVATIO VIII.

s nominis ſit collectivi, non neceſſariò cum ſuperlativa, aut partitiva; ut, ſummi infimi- *rqvinium exceperunt.*

## BSERVATIO IX
### ad notam 4.

eſt ſubſtantivum, rariùs contingit Adjectiva- re conſentire cum genitivô plurali: ut, Plin. ſimum omnium animalium, *non ſolum* mari- inus, *ocyor volucre, ocyor telo.* Et l. 10. c. 27. *& Coturnices pingveſcunt* placidiſſima ani- 8. c. 32. Cervis *qvoqve eſt ſua malignitas,* diſſimo animalium. Vel dicemus more Græ- a jungi cum Neutris, qvale eſt illud Virgilii:

Triſte lupus *ſtabulis*. —— Item fœminina. Qvi
Tutiſſimum *ergò* pœnitentiæ confeſſio & ſatisſ
Qvod ſi hæc diſplicent, ſubaudiatur *animal*: vel
qve infrà ex Vechn. dicemus. Confer. Budæi
Græcæ & Alv. p. 269.

## Observtio X.

Superlativa præter proprium caſum, adm
caſum ſui poſitivi: ut, Cic. de Clar. Orat. *Fuit*
juris *qvidem* civilis omnium peritiſsimus: *Omn*
lativi: *Juris Civilis*, poſitivi casûs. Nam pro
Superlativorum eſt *Genitivus*, qvando non mo
rum naturam ex una parte induunt; ſed etiam ex
rem ſuperatam, vel ut Linacer loqvitur p. 11.
exceſſum ſuæ poſitionis ſignificant. Veluti C
rum *proprius* eſt caſus *Ablativus*, qvando exce
ſui notant. Si verò objectum notatur in eo c
qvem poſitivus adſciſcit, ut amicus, amicior,
bonis. Confer. Linac. p. 193. & Saturnium l. 9.
qvi magnô exemplorum numerô hoc probat.

## Observatio XI.

Non ſatis convenit inter Grammaticos de
*mine* Comparativi & Superlativi. Priſcianus l.
uſu horum graduum loqvens, videtur gemina
tiam aſſignare. *Prima* eſt: Qvòd, ut ait Priſcia
ratio fiat vel ad *unum* vel ad *plures*, tàm *ſui* ge
*alieni* & p. 605. Superlativum eſt, qvod vel a
generis comparatum ſuperponitur omnibus, ve
latum, intellectum habet cum VALDE adver
ut, fortiſſimus Græcorum *Achilles*, i. e. *ſuper o*
*fortis*: ſin autem dicam: fortiſſimus Hercules *ſ*
jiciens, qvorum reſpectu eſt fortiſſimus, expo
*valde fortis*. *Secunda* eſt; Qvòd, ut loqvitur
599, Superlativus *multò* alios *excellere* ſignifica
tivus verò poteſt etiam *parvo ſuperantem* demo
de etiam diminutionem apud nos jure accipit,

Digitized by Google

*ſculus.* Hæc Priſcianus. Sed Valla L1.Ele-
no ſeſe oppoſuit, eúmq; refutare conatus
*acrobium* & *Lactantium* unà refutaverit,
acere; *hunc verò* violatæ Latinitatis reum
um animadverteret illos ad ſuum placi-
n loqvi, & ſubolfaceret, ſuam theſin ſtare
rum autoritas caderet. Et ne verba dari
e verba oculis ſubjiciemus. *Curioſiſſimus*
13. *in loqvendo & reconditiſſima ſcientia*
*rnalibus mihi* non probatur, *ubi dixit:*
*n ſolum* adoleſcentium, *qvi ſibi æqvævi*
*veq.* omnium doctiſſimus: *non enim eſt*
*doleſcens cum ſenibus*, &c. In Lactantium
ſtringit: *In qvorum*, inqvit Valla, *utroq.*
*is vir latinus planè & facundus, qvi in ſe-*
*uſtionum inqvit: Ut poſſis dubitare, qvos*
ſtultiores, *illósne qvi falſam religionem*
*nullam?* Et in 7. *Ut ea ipſa qvæ dicerem*
rum periſsimum *literis confirmarem:* po-
*ro* potius. Idem Lactantius in 1. *Omnes*
*m prædicant; maximè tamen Erythræa,*
nobilior inter cæteras *habetur.* Celeberri-
dicendum erat. Hæc Valla: qvi plus æ-
in refutandô Macrobiô & Lactantiô, ut
faciat. Sane Macrobium, & Lactantium
efutaverit & corruptæ latinitatis damna-
Ciceronem, Plinium, Martialem admiſsi
erroris convicerit, qvi eôdem planè mo-
s, loqvuti ſunt, veluti OBSERVATIONE
teſtimoniis demonſtratum eſt. Nos itaq;
uamus, nihil cauſæ habemus cur, à Priſci-
ndo is de uſu Comparationis loqvens tra-
tio fiat vel ad *unum*, vel ad *plures*, tàm *ſui*
*ni.* Nam qvòd comparatio fiat ad *unum*
*ērſi* generis in confeſſo eſt: ut, ad *unum*
fit, qvando dicitur: Doctior fratre. Ad

*unum diverſi* generis ſit, qvando Virgilius dicit ...
moſior albâ. Qvòd verò in *pluribus ejuſdem* g...
paratio locum habeat, docet idem Virgilius 8. Æ...
*bárq; duces teneros, mimbar & ipſum Laomedon*...
cunctis altior *ibat Anchiſes*. Gell. l. 1. *Hortenſi*...
*fermè* oratoribus *ſuæ ætatis, niſi* Marcô Tulliô, ...
non in *pluribus diverſi* generis: ut, Ovid. *Terr*...
volucres *agitabilis aër*, Sanctius his *animal ment*...
*alta*. Qvòd autem Superlativus verſetur non ...
Priſcianus juſtô ſtrictius loqvitur, in *pluribus ej*...
ris, ſed etiam in pluribus diverſi generis, Obs...
ne V. oſtenſum eſt. Conſentit Linacer, qvand...
p. 12 13. qvòd Comparativa exceſſum ſui abſolut...
*riumve* reſpectu ſignificent, & ſolvi poſsint in...
cum adverbio *Magis*: ut doctior illô vel illis, i. ...
ctus. Superlativa verò exceſſum ſuæ poſitionis...
*ſemper* reſpectu *plurium*, qvàm *duorum*, & ſolv...
abſolutum cum adverbiô *Maximè*: ut, doctiſsi...
rum, i. e. maximè doctus. Qvæ Linacri verba g...
ſerimen horum graduum ſubinnuunt. Primun...
rativa reſpectum & relationem habent vel ad *un*...
*plura*: Sed Superlativa tantum ad *plura*. Secun...
parativa exponi poſſunt per poſitivum & Magi...
indicium gradus nec infimi, nec ſummi, ſed med...
tinet Priſciani ſententia, qvâ aſserit, qvòd Co...
poſsit parvo ſuperantem demonſtrare; Superlat...
poni & efferri poſſunt per poſitivum & *Maxime*...
mus & ſupremus gradus ſignificatur. Et hùc fa...
aſſertio, cùm affirmet, qvòd Superlativus multò ...
leve ſignificet. Veluti autem Vallæ non probat...
ſciani dogma, uti ex l. 1. c. 13. Elegant. manifeſt...
neq; Scaligero arridet Linacri & aliorum exp...
duum per particulas, Magis, Maximè &c. velu...
de C. LL. l. 3, c. 101. p. 259, 265. ed. Sanctandr. 15...
nec Lancilotto & Saturnio placet Vallæ Eleganti...
ſcianum non tam ornat, qvàm onerat. Sed vi...

tribunal traxerint, ipſimet injuriarum
n enim verò, hæc eò altiùs repetita ſunt,
et, unde primùm fluxerit illud Gramma-
qvomodo & qvatenus ſit accipiendum,
, *Comparativò utendum eſſe, qvando par-*
*Superlativo verò, qvando inter* plura ſui
ecretum iſtud initium habuit à *fervidò*
rò *Valla* in *Priſcianum* exarſit, cùm Pri-
t [ nullâ ex profeſſo factâ mentione di-
nparativum & Superlativum ] Compa-
*um* tam *ſui* generis, qvàm *alieni*. Mox
eum ſtringere cœpit, & contra Priſcia-
dere, Comparativa ad *duo ejusdem* ge-
ativa verò tantùm ad plura *ejusdem* ge-
hefin ut probaret, Lactantium & Ma-
, iisq; dicam corruptæ Latinitatis ſcri-
rim, qvod Comparativus ad *plura di-*
oſsit, qvandò cum *ablativo* conſtrui-
janis fortior *fuit*. Sed qvando cum *Ge-*
igitur, fervidè contendit, tantùm ad
tivum. Qvamvis igitur Valla lib. 1, c. 13.
auſâ, erroris damnet, nec non *Macro-*
eodem crimine condemnet, & acto-
orum autorum contra omne fas agens,
dverſione ſeveriore digna obſcuróq;
entò obvelata cumulet; Tamen in iſtâ
e & obſcuritate velut per nebulam li-
nonnulla videnda exhibet, qvæ ſi in
erint protracta, & ad lydium veritatis
utilitate non carebunt. Nos igitur, in-
onum Syrtes, mediâ uti maximè tutâ
eritati magis conſentaneum, & juven-
videbitur, ſeqventibus duabus OB-
, expendere & expedire allaborabi-
iteratorum meliorū præſcribimus, qvi
luerit, ſive rectiùs monere potuerit.



Digitized by Google

## Observatio XII.

Qvandò Comparativus partitionis partici-
tivum pluralem regit, plerunq; uſitatè & ἀναλ-
*duobus* [numerò ſcilicet] eſt ſermo. At verò, qv-
perlativus ejuſdem partitionis conſors Genitivum
ſibi jungi poſtulat, *ſemper* de *pluribus* qvàm *duob-*
mo; ut, Horatius ad *duos* Piſones dirigens ſermon-
Major juvenum. Sic: Ajacum *fuit* fortior *Telamo-*
*duo* tantùm fuerunt Ajaces. Si enim *tres* fuiſſent
mus, inqvit Valla, non *fortior*, ſed *fortiſſimus*, ſic
rum *longiſſimus* eſt medius, non *longior*. Eòdem
tatè dixeris: manuum agilior *eſt dextera*, non (u-
mus) *agillima*. De Superlativo verò res in confeſ-
Cic. pro Cæcinnâ: *Intelligit te hominem in parte*
*ximè contemnenda, facilè* omnium nobiliſsimum.
doctiſs. Linacer l. 2. p 115. dicens: Vult Compara-
TIUS (i. e. uſitatiùs & freqventius) partiri *duo*;
tivus *tria* vel *plura*.

## Observatio XIII.

Qvando Comparativus Partitivorum natu-
& jungitur plurali Genitivo, nonnunqvam elegant-
liâ & helleniſmô de *pluribus* numerô (de his qv-
Vallæ & Friſciano ſermo eſt.) qvàm *duobus* inſti-
ſermo: ut, Curtius l. 5. *In oculis* duo majora omni-
*gia ſubmerſa ſunt. Majora*, pro, *Maxima* per Ena-
ſurpant. Plin. l. 37. Diligentiores Poëtarum *Elect-*
*ſulas in mari Hadriatico eſſe dixerunt*, i. e. maxim-
tes. In qvibus exemplîs comparativus ponitur locô
tivi, qvomodo loqvuti ſunt Græci, etiam N. T-
ſcriptores 1. Cor. 13, v. 13. ſeu ultimô: Νυνὶ δὲ μέν-
ἐλπὶς, ἀγάπη, τὰ τρία ταῦτα. μείζων δὲ
ἀγάπη· Sic Enallage Comparativi pro poſitivo
dixit: Apum adoleſcentiores *ad opera exeunt*. i. e.
Et ſi qvando in nonnullis teſtimoniis duriuſcula

Digitized by Google

referantur ad loqvendi rationem non uſu
m ; atq; prior, qvando duobus Partitionis
buitur. Scaliger aliam expoſitionis viam
s L L. l. 3, c. 103, p. 263, exiſtimans, tales
m regi à *Comparativo*, qvàm ab aliqvâ *voce*
z. Major juvenum, genitivus non à Com-
r; ſed à voce aliqvâ ſubintellecta, ſc: altero
ſet, ipsô interprete, ô alter juvenum, qvi
læc ex mente Scaligeri. Certum qvidem
ntellecta nonnunquam expreſsè ponatur :
*orum alii Indici*, *alii Afri* : qvorum In-
*r*. Idem Plin. l. 9. Piſcium fœminæ ma-
. Qvô exemplô malè pugnat Saturnius l. 9.
am. Non enim Genitivus *piſcium* regitur
*ajores*, ſed à Subſtantivo, *fœminæ*. Sed ad
m qvod attinet, parum ſervit noſtro inſti-
lis Comparativis competat, qvæ ad *duas*
es referuntur : veluti ex exemplo Horatii
ſpectat ad exempla illa, qvæ propria ſunt
partitivè uſurpatorum cum particulis &
Genitivi pluralis : illa nos non feriunt, qvi
mur. Et ſi vel maximè alios primâ fronte
ır : eâdem ratione facilè ſeſe ab iis ex-
pſmet à Genitivi allatis in contrarium te-
imus. Atq; hæc eò fuſiùs, qvò parcius
to de vulgaris Grammaticorum pronun-
o de *duobus*, ſuperlativô de *pluribus* uti-
, & ſaniore uſu & intellectu : ſed ita dicta
ribus ſuô judiciô facilè abundare permit-

## SERVATIO XIV.

alla l. 1. c. 13. Eleg. qvòd UTER de *duo-*
*ribus* dicatur. Qvintilianus l. 7. c. 5. *Ex*
r dignior, *ex* pluribus qvis digniſsimus & c.
*arere videretur Orator*, utrum potius,

*aut* qvid potiſsimum *dicamus*. Sed hæc OBSERVATIO intelligenda eſt de communiore uſu. Nam ipſe Valla concedit, qvod aliqvando (licet minùs uſitatè) Qvis tribuatur Comparativo. Liv. lib. 27. Duo *celeberrimi duces*, qvis *eorum* prior *vicisſet*. Hirtius de bell. Hiſpa. *Inter* duos *fit contentio*, qvis prior *pontem occupet*.

## OBSERVATIO XV.

Ab *Ego* & *Tu* in partitionibus plerunqve uſurpantur Genitivi *Noſtrûm* & *veſtrûm*, non autem *Noſtri* aut *Veſtri*: ut, Nemo noſtrûm, ſinguli veſtrûm. Cicero in oratione contra Rullum: Majori veſtrûm *parti*, *&c*. Et hiſce genitivis, Noſtrûm, Veſtrûm, ſolent addi alii genitivi, *Omnium*, *Cujusqve* aut *Duorum* &c. Nam in Cicerone reperies, *In* omnium noſtrûm *humeris cohærebunt*. *Communem* omnium noſtrum *conditionem*: *De ſalute* omnium noſtrûm: Omnium noſtrûm *vitam*: Omnium noſtrûm *parens*: Veſtrûm omnium *cædem*: &c. Titus Liv. l. 1. 3. decad. *Alumnus* omnium veſtrûm, &c. Pro *Noſtrûm*, *Veſtrûm* nonnunqvam, licet rarò, leges *Noſtrorum*, *Veſtrorum*. Plaut. Pœn. 4, 2. *Nam* noſtrorum *nemo dignus eſt*. Moſtell. 1, 3. *Verum illud eſt*, *maximáq; pars* veſtrorum *intelligit*. Rarò etiam leguntur *Noſtrûm*, *Veſtrûm*, extra partitionem: ut, Cicero pro Plancio: *Poſſumne eripere orationi tuæ contentionem* veſtrûm? Idem contra Rullum: Veſtrûm freqventia. Titus Livius 1, 3. decad. dixit: Fortuna veſtrûm. Terent. in Heaut. *Cujus mos maximè eſt conſimilis* moribus veſtrûm. Sed hæc rara ſunt & parcè imitanda. Sic fuere OBSERVATIONES: jam ad ANOMALIAS.

## ANOMALIA I.

Obſervat Vechnerus Aurimontanus Hellenolexias lib. 1. cap. 3. in Adjectivis Partitivis *Ellipſin nominis ſubſtantivi*, qvod Adjectivo aptandum eſſet, ſeqvente genitivô. Horatius 1. Ode 10. Superis Deorum *gratus & imis*, pro, ſuperis Diis Deorum. Stat 1. Theb. *Sæq; ultro lectis juvenum, qvi robore primi Famam poſthabitâ faciles extendere vitâ* obtu-

t. 2. Sat. 2. — *Licebit ille repotia, natales,*
n *Feſtos albatus celebret.* Notat enim Dur. Ca-
. l. 2. c. 20. Romanos Senatores togas *albas*
lica ſumpſiſſe, & in his epulatos eſſe. Hæc toga.
appellatur *Atropos alba.* Syl. 4. *His ſenium*
*s virtutis & alba* Atropos & *patrius laurâ*
*lo.* In publico autem luctu pullis veſtibus ute-
ni pariter & Græci, notante Hieronymô Ma-
3. c. 14. Idem Vechnerus obſervat eandem
pſeos etiam eſſe in ſuperlativis. Svet. in Tito
*in* aſperrimas inſularum *avehi imperavit.* Te-
it Vechnerus hanc ellipſin explevit Phor. 5, 6.
*ntum eſt, qvi vivunt,* hominum homo honora-
igitur dicimus; Homo honoratiſsimus omni-
, ita qvoqve eâdem ratione dicendum citra
t; Lanæ nigræ lanarum: Juvenes lecti juvenum:
rum: Qvintus liber librorum &c. Sed hæc
, qvia odioſa videtur, potiùs compendiô lo-
r. Hæc Vechnerus.

## ANOMALIA II.

vam Superlativus Pleonaſmum patitur, qvan-
liqva intendendi vi prædita adjicitur: ut, Gel-
*tes qvi ſinceriter cupiunt appetuntq́, hi ſunt vel*
aniſsimi. Q. Claudius Qvadrigarius. Apprimè
*natus erat.* Qvod etiam, ut id obiter adnote-
tivis adverbiorum accidit; ut, Cicero: *Qvod*
*ſapienter dicimus, id* apprimè rectiſsimè *dici-*
m & Comparativo eâdem de causâ accedit
Seneca l. 4. Contr. Mitior *eſt* plus, *qvam*
Mela. 2. Magis magisq; latior *in occidentem*
in Captiv. *Nihil unqvam invenies* magis *hoc*

## ANOMALIA. III.

nqvam per *Enallagen graduum* Poſitivus uſur-
mparativô: ut Terent. Heaut. 1, 1. Paulo *qvi*

 *eſt*

Digitized by Google

*eſt homo* tolerabilis, *ſcortari crebro non vult*, pro, tolerabilior. Cic. Att. l. 8. Epiſt. Ut *non ſolum glorioſis conſiliis utamur, ſed etiam* paulò ſalubribus. Ita legit Carol. Steph. Colum. l. 1. c. 8. *Ut ab iis arcendus, ita cohortandus eſt ad inſtrumentorum ferramentorumq; curam, ut* duplicia *qvam numerus ſervorum exigit, refecta & repoſita cuſtodiat*, duplicia, pro, duplò plura. Plaut. Rudent. *Tacita* bona *eſt mulier ſemper, qvàm loqvens*, bona, pro melior. Tac. l. 20. *Ptolemæum voluptatum, qvàm religionum* appetens, *alias ad curas animum advertere*, appetens, pro, appetentior. Simili Enallage Comparativus pro Poſitivò legitur; qvæ dicendi figura, qvia cum ſingulari gratia & venuſtate conjuncta eſt, eam reſervabimus ELEGANTIIS.

## ANOMALIA IV.

Comparativus eâdem Figurâ pro Superlativô uſurpatus legitur: ut, Curt. l. 9. *Duo* majora *omnium navigia ſubmerſa ſunt;* Majora, pro, maxima. Plin. l. 24. *Inter genera ruborum Rhamnos* candidior. i. e. Rhamnos candore reliqva genera ruborum antècellit. vel, candidiſsima eſt collata cum reliqvîs rubîs. Qvint. l. 3. *Iſocrate jam* ſeniore (*octavum enim & nonageſimum implevit annum*) *pomeridianis ſcholis Ariſtoteles præcipere artem oratoriam cœpit.*

## ANOMALIA V.

Linacer de Emendata ſtructura l. 2. P. 114, 115. obſervat, qvòd Superlativus uſurpetur pro abſoluto i. e. poſitivo; ſed ubi ejus abſolutum non eſt nomen. Terent. Evnuch. 3, 2. *Qvem ego infra* infimos *omnes puto homines*. Idem 1, 2. *Tute ſcis poſt illa qvàm* intimum *habeam te*. Sic ſuperlativus *primus*, pro comparativô, prior, uſurpatur. Cic. ad Serv. l. 13. Epiſt. 29. *Duo qvidem à te nominatim* rogo: Primum: ut *ſi qvid ſatisdatum, amplius eo nomine non peti cures.* Sveton. Aug. *Ad modum priſtinum, ſplendorem redegit, duabus lectionibus*. Prima, *ipſorum arbitratu, qvô vir virum legit. Secunda, ſuo & Agrippæ.* Colum. l. 9. c. 14. *Ab æqvinoctio primò, qvod menſe Martiô circa octavum Calend. Aprilis in*

octavâ

*conficitur.* Vult enim *Comparativus po-*
uerlativus *tria* vel *plura.* Conferatur Li-
Hæ ANOMALIÆ: nunc de ELE-

LEGANTIA I.

onj decus parit eximium comparativus
*o;* ſed etiam in *fine* orationis adhibitus.
ativi ſub initium orationis: Vegetius:
*s ſunt, qvorum exercitium ad modeſtiam*
*it, qvàm illi, qvorum milites formido ad*
*ciorum compellit.* Qvintilianus: Decen-
*dſtricta ſunt ilia, ſi idem velocior.* Valer.
*apud eos pultis uſus quàm panis eſſet.* Ci-
*eſſe debemus ad noſtra pericula, qvàm ad*
Facilius *enim ad ea qva viſa, qvàm ad illa*
*mentis oculi feruntur.* Ovidius: Utilius
*umina rutas.* Exempla comparativi ſub
autus: *Iſtic eſt theſaurus ſtultis in lingva*
*eant loqvi* melioribus. Qvintil. *Virtus*
*malitia detegit: & aqvitas ſit ex iniqvi*
nifeſtior: *& plurima contrariis probantur.*
*nium ex qvibus aliqvid expetitur, nihil*
ius, *nihil* uberius, *nihil* dulcius, *nihil bo-*
s. Horatius *Nos neqviores, mox daturos*
rem.

LEGANTIA II.

n comparativus eleganti *Enallage*, ut mo-
NOMALIA III, locô poſitivi adhibetur,
andem ſignificationem habeat, qvâ Poſiti-
ca Epiſt. 84. *Ajunt inveniri apud Indos*
*foliis, qvòd aut ros illius cæli, aut ipſius*
*ulcis &* pingvior *gignat.* Cicero: *Sin tibi*
*r* obſcuriora, *cogitare debebis nullam ar-*
*rprete, & ſine aliqva exercitatione percipi*
*ydides autem* præfractior, *nec ſatis, ut ita*
*dicam,*

Digitized by Google

*dicam, rotundus, primus inſtituit dilatare verbis, & mollioribus numeris explere ſententias.* Idem: *Senectus eſt natura* loqvacior. Plinius Junior: *Medici ſalubres, ſed voluptate carentes cibos* blandioribûs *alloqviis proſeqvuntur.* Virgil. 5. Æneid. — melior *qvoniam pars acta diei eſt;* pro, bona, magna pars. Catull. ep. 63. — *qviſqvis de* meliore nota. De qva loqvendi forma videatur Turnebus Adv. l. 1. c. 1. Sumpta enim eſt à notis & titulis vini, qvibus amphoræ vel cadi ſignabantur. Hinc Colum. l. 4. c. 2. dixit, vinum non bonæ notæ &c. Hujus Enallages meminit Qvintilianus l. 9. c. 3. p. 591. dicens: *Utimur vulgo comparativis pro abſolutis, ut cum ſe qvis infirmiorem eſſe dixerit.* Et Priſcianus l. 3. p. 603. idem tradit, & hæc ex 5. Æneid. citat — *comites* ſenioris *Aceſtæ;* pro, ſenis. Et ſubjungit: Qvando pro poſitivo comparativus ponitur, *minus* eô ſignificat, & nulli comparatur: ut, Virg. 1. Æneid. Triſtior *atq; oculos lacrimis ſuffuſa nitentes. Triſtior* enim hic, *ex parte triſtis*, ſignificat. Sed Priſciani hanc expoſitionem rejicit Scaliger de C.L.L. l. 4. c. 101. p. 266. dicens: *Exemplum Virgilii Triſtior de Venere, ſignificat eum plus qvàm triſtem. Declaratur id tum lacrimis, tum dolore, qvi exprimitur in conqveſtione.* Et prius qvoq; exemplum non ſimpliciter admittit, ac ſi in eo nuda poſitivi vis eſſet. *Semper enim*, inqvit *comparativus habet aliqvid ſaltem occultæ relationis. Sic ſeniorem Aceſtem dixit Poëta: aut qvam alibi, aut qvam fuerat, aut qvam videretur: tantum abeſt, ut minus ſignificent, contra qvam ſcripſerunt.* Valla l. 1. c. 12. τὸ *ſenior* exponit *valde ſenex*, & probat ex Ovidiô de triſtibus: *Soſpite ſic te ſit natus qvoq; ſoſpes, & olim, Imperium regat hoc cum* ſeniore ſenex. ſeniore, i. e. maximè ſene. Citat & illud Qvintiliani de Iſocrate ſeniore, qvod nos allegavimus ſub finem Anomaliæ IV. Sed Linacer l. 2. p. 112, 113. ſuam ſententiam de horum comparativorum pro poſitivis uſurpatorum ſignificato ita expoſuit: *Veteres Grammatici ferè omnes* minus aliqvid *per comparativum, qvàm per ipſum poſitivum aliqvando ſignificari volunt. Et Theodorus apud Græcos l. 4. veluti* caſtigatius aliqvid

*parativum aliqvando ſignificari ait.* Sed *non-*
*Grammaticorum exempla rectè rejicit Valla*
*Sicubi tamen ita per ſe poſitum comparativum*
*mè id in Qvintiliani exemplo cum ſimilibus*
*omnino* diverſum aliqvid *ſignificare videtur,*
em *dicit, qvam qvi ſe infirmum. Alioqvi cur*
*m hôc utitur? Accedit qvod Comparativa ſic*
*m tranſitionem,* i. e. *Ablativum menſura reci-*
*ales ſunt,* aliqvantò, multò, paulò; ut, Terent.
*Si qva eſt* habitior paulò, *pugilem eſſe ajunt,*
*tivum non facit. Qvo minus ejuſmodi com-*
*poſô prorſus poſitivè accipi videtur: ſed* in ſua
ta per aliqvam ſubauditionem *ſubſiſtere, ut*
em *dicit, qvàm* juſta valetudo poſtulet, ſub-
*a eſt* habitior paulò; qvàm mediocris ſtatus
t. Leguntur tamen comparativa *tria* pro ſuis
*ior* pro præcedenti, etiam ſi proximè præceſ-
ro ſeqvente, etiamſi continenter ſuccedit;
ltis. Cic. l. 1. Offic. *Cum ſint duo genera de-*
*per diſceptationem, alterum per vim:* Cùmq;
*um hominis, hoc belluarum, confugiendum eſt*
*ſi uti non licet* ſuperiore. Idem l. 2. Offic.
*m officia ducerentur ab honeſtate atq; ab omni*
*ſatis explicatum arbitror* librò ſuperiore. De
*lti* paſſim legas exempla. NOTA. Compa-
nqvam pro *contrario* poſitivi cum *Minùs* ad-
Terent. Phorm. 1, 1. *Qvàm iniqvè comparatum*
*minus habent ut ſemper aliqvid addant ditio-*
nus pauperibus, ut Donatus interpretatur.
lud cum ſimilibus interpretandum videtur:
*eſt* dulcius *cæteris maribus,* i. e. minùs ſal-
n. Nam in mari Pontico majus eſt dulcium
ementum, qvod facit ut ſalſedo marinæ aqvæ
illud Curtii l. 6. *Mare Caſpium* dulcius *cæ-*
*magnitudinis ſerpentes alit.*

ELE-

Digitized by Google

## ELEGANTIA III

Comparativus non ineleganter jam præcedit jam ſeqvitur voces cum particula QVAM conſtructas: ut, Qvintilianus: *Diſcipuli* libentius *præcipientem audiunt*, qvàm *reprehendentem*. Cicero: *Morbi* pernicioſiores plurésq; *ſunt animi*, qvàm *corporis*. Qvintilianus: Difficilius *ſemper eſt creditum* (*qvod Cicero ſæpe teſtatur*) *defendere* qvàm *accuſare*. Idem: Faciliùs *ediſcimus verſus*, qvâm *proſam orationem*. Exempla, qvibus probatur, qvòd *qvàm* cum aliis vocibus præcedat comparativum: Qvintilianus: *Cornelius autem Severus verſificator* qvàm *Poëta* melior. Salluſt. *Regibus boni* qvàm *mali* ſuſpectiores *ſunt: ſempérq; his aliena virtus formidoloſa* eſt.

## ELEGANTIA IV.

Duo comparativi haud rarò & inconcinnè conjunguntur, intercedente particulâ QVAM. M. Varro: *Metium Suffetium propter perfidiam interemit pænè* imperioſiùs qvam humanius. *Nam eqvis ad curriculum ex utraqve parte deligatum diſtraxit.* Salluſtius: *Ego ſcio qvàm aſpera hæc res in principio futura ſit, præſertim iis, qvi ſe in victoria* licentius liberiúsq; qvàm arctiùs *futuros credebant.* Qvintil. *Nos nunc non veremur, ne parum hic liber mellis, & abſinthij multùm habere videatur, ſitq;* ſalubrior *ſtudiis* qvàm dulcior.

## ELEGANTIA V.

Superlativus ſubſtantivo concinnè poſtponitur: ut, Cicero: *Omnibus in rebus voluptatibus maximis* faſtidium finitimum *eſt*. Idem: Imperatorem liberaliſſimum, ætatem oportuniſſimam, *commendationem certè ſingularem habes.* Idem: *Senatu* ordinem conjunctiſſimum & hominem clariſſimum *abalienaverunt.* Idem: *Qvum &* honoribus ampliſſimis & laboribus maximis *perfuncti eſſemus.* Idem: *Gracchus qvum* largitiones maximas *feciſſet, & effudiſſet ærarium, verbis tamen defendebat ærarium.* Ennius: *Nunc eſt ille dies, qvum* gloria maxima *ſeſe Nobis oſtendat, ſive vivimus ſive morimur.* Hoc tamen nonnulli, in qvibus eſt Valerius Max. non ubiqve obſervant.

ELE-

## ELEGANTIA VI.

...modò oculis, ſed etiam auribus grata accidit ora... ...a *fronte* pariter ac *fine* ſuperlativus fuerit poſitus: ...Pernicioſiſſimum *autem*, *& omni vita qvidem*, ...*m*, *præcipuè tamen corpori: minusq; qvod gravat* ...*dô utilius*. Qvintilianus: Optimus *qviſqve præ*... ...*ientiâ gaudet: ac majore ſe theatrô dignum putat*. ...iſſimum *ergo pœnitentiæ confeſſio & ſatisfactio* ...ertius: Maxima *de nibilo naſcitur hiſtoria*. Ex... ...erlativi in fine. Plautus: *Flamma fumo eſt* pro... ...nt. *O capitulum* lepidiſſimum. Plinius Junior: ...*tam circumciſum, tam breve, qvàm hominis vita*

## ELEGANTIA VII.

...ine venuſtate & gratia QVISQVE cum ſuperla... ...n leges apud autores latinos, & inprimis apud ...qvi plurimum gratiæ & elegantiæ lingvæ latinæ ...erô: *Optimè ſocietas hominum conjunctioq; ſer*... ...*t* qviſqve *erit* conjunctiſſimus, *ita in eum pluri*... ...*itatis conferetur*. Idem: *Ut* qvisqve ſordidiſſi... ...*ur, ita libentiſſimè ſeveritate judicandi ſordes* ...: *In omni arte, vel ſtudio, vel qvavis ſcientia, vel* ...*te* optimum qvodqve *rariſſimum eſt*. Sic Plinius: ...*credo, ad imitandum non* optima qvæqve *pro*... ...ntilianus: *Nihil enim rerum ipſa natura voluit* ...*i citô, propoſuitq;* pulcerrimo cuiq; *operi diffi*... ...*a naſcendi qvoq; hanc fecerit legem, ut majora* ...*tiùs viſceribus parentum continerentur*. Salluſt. ...ſqve *aſperrimè rectorem patitur*. NOTA. Etiam ...ngitur QVISQVE, licet rariùs: freqventer ve... ...tivis additur, inprimis ſi particulæ QVANTO ...eſſerint. Juſtinus lib. 1. *Cognitione qvæqve*... ...Svetonius de Othone: *Ferebatur vagari noctu*... ...*qve* invalidum qvemqve *obvium, vel* potulen... ...*ac diſtento ſagô impoſitum in ſublime jactare*.

Tacitus:

Tacitus: *Certatim ut* qviſq; *animo* ignavus. Qvinti
*Erit eò obſcurior,* qvò qviſqve deterior. Cornelius
*Ex feris* qvò majus qvodqve *animal, eò robuſtior ex*
*eſt.* Horatius: Qvantò qvisqve *ſibi* plura *negaverit.*

## Elegantia VIII.

Multò, longè, tantò, qvantò, qvò, eò, addita C
rativis & Superlativis plurimùm venuſtant oration
qvod hic monuiſſe ſaltem ſuffecerit, cum hæc El
tia jure ſpectet ad Syntaxin adverbiorum, ubi de
nius agetur. Sic fuit *Secunda* Regula Genitivi Non
ſeqvitur *Tertia.*

## GENITIVI NOMINUM
### Regulà III.

Adjectiva *Curæ, Deſiderii, Notitiæ,*
*riæ, Criminis, Metus,* & his contraria
*qvamcunqve rei affectionem* ſignifica
Genitivum adſciſcunt: ut,

Adjectiva *Curæ* vel *Incuriæ.*

Plin. l. 15. c. 18. *Cato nepotum* ſecur
anxius. Tacit. 2. Annal. *Vetera extoll*
recentium incurioſi: Silius lib. 9. —
anxia fati *Pone precòr lacrimas* —

*Deſiderii* vel *faſtidii.*

Plin. lib. 12, cap. 1. *Natura hominum*
tatis avida. Cic. de Cl. Orat. Faſtidioſ
tinarum literarum. Ovid. — Cupidu
diorum *qviſqve* ſuorum.

Digitized by Google

*itiæ* vel *Ignorantiæ.*
Orat. Antiqvitatis veterúm-
m *literatè* peritus. Virg. *Non*
*iſeris ſuccurrere diſco.* Idem 10.
ia *mens hominum* fati ſortisq;
Conſcia *mens* recti, *famæ men-*

*moriæ* & *Oblivionis.*
cap. 7. *Fragilis & laborioſa mor-*
nitatis ſuæ memor. Ovid. *Ne-*
*e ſolum dulcedine cunctos Ducit,*
res *non ſinit eſſe* ſui. Perſius:
lethi ——
*etus* vel *Confidentiæ.*
e vita beata: *Averſantur diem*
*nocturna animalia, ad primum*
*upent, & latibula ſua paſſim pe-*
*ur in aliqvas rimas* timida lucis.
p. 2. *Bucephalus* Domini *jam* ſu-
urus, *qvaſi cum ſensûs humani ſo-*
*n expiravit.* Horatius de arte:
*Serpit humi, tutus nimiùm* timi-
ellæ.
*Criminis* vel *Laudis.*
. 15. *Cades Annæi Senecæ lætiſſima*
*on quia* conjurationis manife-
Ggg ſtum

ſtum *compererat, ſed ut ferrô graſſaretu* Martialis 10. 17. *Qvod mihi vix totô liber e. eat annô* Deſidiæ *tibi ſum, docte Potite,* reu Horat. 1. Carm. Ode 22. Integer vitæ ſcele risq; purus. Vel *qvamcunq; rei affectionen* ſignificantia: ut, Horat. 2. Carm. Ode 6 *Sit modus* laſſo maris, & viarum, Militiæq;

## Nota.

I. Verbalia in AX & Participia cùm nomina fiunt, etiam Genitivum adſciſcunt: ut, Quint. *Tenaciſſimi ſumus* eorum, *qvæ rudibûs annîs percepimus.* Salluſt. Alieni appetens, ſui profuſus. Horat. *l.* 3. Carm. Od. 8. Docte ſermonis utriuſq; lingvæ. Ov. 15. Metam. *Tempus* edax rerum *túq; invidioſa ſenectus, Omnia deſtruitis* —

II. Ex his multa ablativo junguntur, vel cum præpoſitione, vel ſine præpoſitione, nonnulla Accuſativo cum Præpoſitione: pauca Dativo: ut, Tacit. *Animus* bellô expertus. Cic. *Te mallem* in meis rebus expertum, *qvàm* in tuis. Plaut. Ad ſuum *qvemqve, æqvum eſt, qvæſtum eſſe* callidum. Cic. Facinori *mens* conſcia.

## OBSERVATIO I.

Plurima hic Adjectiva Genitivum exigentia recenſent Grammatici, in qvibus rectè uſurpandis delectu opus eſt, *judiciô,* & meliorum autorum lectione. Nos pleraq; qvæ nobis qvidem occurrêre, ordine in Regula propoſitô *recenſebimus,* recenſitáq; Latinorum teſtimoniis confirmabimus. Adjectiva itaq; Curæ & Incuriæ & qvæ ſunt iis affinia, hæc ſunt

*rioſus, anxius, ſolicitus, ſtudioſus, perſtu-*
*mpiger: Incurioſus, ſocors, ſecurus, ocioſus,*
*digus, largus, piger.* Deſiderii & faſtidii
*a avarus, avidus, æmulus: faſtidioſus, invi-*
ignorantiæ aut his propinqva; *gnarus, pe-*
*udens, docilis, providus, conſcius, præſcius,*
*callidus, certus: Ignarus, rudis, imperitus,*
*,neſcius, inſolens, inſvetus, aſvetus, dubius,*
*, indoctus, indocilis.* Metûs: *pavidus, ti-*
*impavidus, interritus.* Laudis aut Vitupe-
*us, fortunatus, proſper, felix, egregius, præ-*
*mius, dignus, validus, integer, mactus: In-*
*us, reus, ſerus, bibulus, amens, vecors, cæcus,*
*falſus, indignus, degener, inglorius.* Et de-
qvamcunqve rei affectionem ſignifican-
. De horum plerorumq; & minùs obvio-
autoritate ne dubites, hæc Latinorū teſti-
uximus. CURIOSUS] Plin.l.25. *Is enim*
*agnitudine,* medicinæ *peculiariter* curio-
rus] Virgil.3.Æneid. *Cum tibi* ſollicito ſe-
*ndam Littoreis ingens inventa ſub ilicibus*
Cic.Sulp.l.4.Doctrinarū ſtudioſus. PER-
m5. Tuſc. Muſicorum *verò* perſtudioſum
GENS] Gellius lib. 4. c. 11. *Ariſtoxenus*
ū veterum diligentiſſimus. IMPIGER]
npiger militiæ. SOCORS] Terent. A-
cœterarum rerum *te* ſocordem *eódem*
] Plin.in præfat. *Humili vulgo ſcripta ſunt*
*um turba, deniq;* ſtudiorum ocioſis. LI-
rte: *Indoctus qvid enim ſaperet*, libérq;
SOLUTUS] Idem 3. Od. 17. *Cras geni-*
*porcô bimeſtri cum famulis* operum ſo-
] Idem 1. Od. 12.— animæq; magnæ pro
*erunte Pœnô.* Sic *largus*, qvando additur
Stat. 3. Theb. v.603 — *ſuperum contem-*
*iens*, largúſq; animæ, *modò ſvaſerit im-*



Digitized by Google

PIGER] Sil. l. 14. — pigra pericli. Et l. 15. *Qverum ſer*... *Arar per rura* pigerrimus undæ. ÆMULUS] Idem l. 4. ... Hannibalis in Italiam adventu; Æmuláq; Herculei *jactat*... *fama laboris Deſcendiſſe ducem* — AVIDUS] Salluſt. de conjuratione Catilinæ: Laudis avidi, pecuniæ liberales *eran*... INVIDUS] Cic. pro Flacc. *Virtutis hoſtis* laudis *invidus*. GNARUS] Idem de Cl. Orat. Reipub. gnarus *Siſenna*. EXPERTUS] Liv. 4. bell. Pun. Servitutis indignitatisq; *homines* expertos *adverſus notum malum irritatos eſſe*. Sic belli expertus Virg. 10. Æneid. PRUDENS] Col. l. 2. *Non ſolum* agricolationis, *ſed* univerſæ naturæ prudentem *virum*. Hor. 4. Carm. Od. 9. *animus* prudens rerum. DOCILIS] Ovid. — pravi docilis *Romana juventus*. PROVIDUS] Horat. l. 1. Epiſt. 2. *Qui domitor Trojæ* multorum providus. PRÆSCIUS] Virg. 6. Æneid. Præſcia futuri *da*, non *indebita poſco*. CONSULTUS] Cic. 9. Philip. *Neq; enim ille magis* juris conſultus, *qvàm* juſtitiæ *fuit*. Sic conſultus eloqventiæ idem habet. CALLIDUS] Colum. l. 2. c. 7. Callidiſſimus rerum ruſticarum. CERTUS] Tacit. l. 12. *Nam ubi* ſui matrimonii certa *fuit*, &c. de Agrippina loqvitur. RUDIS] Cic. Rudis exemplorum. IMPERITUS] Idem 3. Verr. *Homo* omnium rerum imperitus. IMPRUDENS] Terent. Evnuch. 1, 2. *Emit eam dono mihi* imprudens harum rerum, ignarusq; omnium. INSCIUS] Cic. de Cl. Orat. Inſcius rerum omnium. Qvint. Inſcius armorum. INSOLENS] Tac. l. 17. Inſolens bellorum. Idem l. 18. *Animus* contumeliæ inſolens Cic. Att. l. 2. *Itaq; ille amicus noſter* inſolens *infamiæ*, *ſemper in laude*. i. e. non aſſvetus infamiæ. INSVETUS] Cæſar. 7. bell. Gall. Inſvetus laboris. Lib. 6. ab Urb. Inſvetus moris alicujus. ASSVETUS] Idem l. 8. bell. Pun. *Romanis* Gallici tumultus aſſvetis. DUBIUS] Seneca de benef. *Me tempeſtas occupavit, portus ac* præſidii dubium. Virg. 3. Georg. Dubius animi. INCERTUS] Terent. Hecyr. *Sed poſtqvam acrius pater inſtat*, *fecit* animi *ut* incertus *foret*. Liv. 4. ab Urb. *Tubero* veri incertus. AMBIGUUS] Tacit. *Tiberius* ambiguus pudoris & metus. Idem l. 19. Futuri am-

bigus

us] Horat. Indoctúsq; pilæ, diſcive, tro-
DOCILIS] Plin. Indocilis cœli *agricola.*
. 4. Annal. Offenſionum *pro utilitate pe-*
*credant.* TREPIDUS) Idem l. 5. Admi-
trepidus. Virg. *Illa intus* trepidæ rerum,
*currunt* — IMPAVIDUS) Sil. l. 7. Im-
*ſtat pecus* — INTERRITUS) Ovid. 10.
nterrita lethi. INSONS) Liv. 4. bell.
ublici conſilii. INNOXIUS) Curt. l. 7.
ius. FORTUNATUS) Stat. 1. Theb. v.
ni, *longúmq; in ſecula digne Promeriture*
Æneid. — fortunatúsq; laborum. PRO-
Od. 6. *Ritè Latonæ puerum canentes, Ritè*
*Silucam* Proſperam frugum — FELIX)
um felix. EGREGIUS) Virg. 10. Æneid.
natúsq; laborum Egregius animi, *qui ne*
*rocubuit moriens* — Stat. 3. Theb. v. 216.
fati mentisq; — PRÆSTANS) Virg. 12.
ræſtans animi *juvenis* — ELEGANS)
ntiſſimus verborum Latinorum. EXI-
Epiced. Pil. Eximius *licet* ille animi *me-*
IGNUS) Ovid. 3. de art. *Curia* conſilii,
tanti. Sveton. Othone. *Et prædicaret ſo-*
perii dignum. Cic. l. 18. ep. *Suſcipe cogita-*
igniſſimam tuæ virtutis. VALIDUS)
validus *& corpore ingens.* MACTUS)
nimi *quem rarus habet, morúmq; tuorum.*
animi — INFELIX) Virg. 4. Æneid.
ix animi *Phœniſſa* —. FEROX) Tacit.
lerum. SERUS) Horat. 1. Sat. 10. *O* ſeri
*ntatis Difficile & mirum* — NOXIUS)
a conjurationis *ad diſquiſitionem trahe-*
LEGANTIA inferiùs dicetur. BIBU-
. 14. *Quem ſcis immunem Cynaræ, pla-*
bibulum liqvidi *mediâ de nocte* falerni.
Æneid. v. 195. *Itq;* amens animi — VE-
CORS)

cors] Apul. 1. Metam. 19. *Feſtinus deniq; & vecors ani*. &c. Coecus] Claudian. in Eutrop — cœca futuri *Gaudia*. Qvint. l. 1. c. 10. Cœcus animi. Vagus] Catull. Vagus animi. Devius] *Sil.* l. 1. Æqvi devius. Æger] Liv. 1. *Conſolantur* ægram animi. Falsus] Terent. Evnuch *Ut* falſus animi *eſt*. Indignus] Virg. 12. Æneid. v. 439. *Deſcendam* magnorum *haud unqvam* indignus avorum. Degener] *Sil.* l. 10. — degener altæ virtutis *patrum*. Inglorius] Idem l. 12. Inglorius auſi. & Tacit. Inglorius militiæ. Deniq; *qvamcunqve rei affectionem* ſignificantia; ut, Tacit. Acer militiæ Virg. 9. Æneid. — ævi maturus Aceſtes. Cic. 1. Fin. Alienus dignitatis. Luc. l. 6. Alienus pacis. Idem l. 2. — *etiam* ſecreta Teporis *ſunt ac* frigoris *omnino* calidiq; vaporis. Tacit. 4. Annal. Potentiæ properus. Idem 6. Annal. *Parthi* abſentium æqvi. Virg. 11. Æn. — læta laborum. *Sil.* l. 13. Lætus opum. Virg. 10. Æneid. *Proſpicit* ignarus rerum ingratúsq; ſalutis. Horat. Vini ſomniq; benignus. Liv. Contentus libertatis. Apul. Spei fatigatus. *Stat.* 2. Theb. Immodicus iræ. Tacit. 6. An. modicus originis. *Sil.* l. 10. Credulus adverſi. Apul. Suſpenſus animi. Idem. Exterminatus animi. Virg. 9. Æneid. Præceps animi — Tacit. Turbidus animi. *Sil.* l. 13. Turbidus auſi. Idem l. 8. *Vaniloqvum Celtæ genus &* mutabile mentis. Tacit. Verſus animi. Sed hic *duo* nota. I. Hæc Adjectiva affectuum, ac deſinentia in A x, nec non Participia quandò Nomina fiunt, præter Genitivum etiam alios caſus admittunt, licet diverſimodè. II. Græciſmum ſapiunt. De qvo gemino momento, ſeqventibus duabus Observationibus dicetur.

## Observatio II.

Hæc enumerata Adjectiva præter genitivum etiam aliam aliorum caſuum ſtructuram admittunt, idq; vel ſine præpoſitione vel cum præpoſitione. Id qvod, qvà par eſt induſtriâ, ordine latinorum teſtimoniis demonſtrabimus. Curiosus] Hoc conſtruitur cum præpoſitione In in ablativo. Cicero pro domô ſuâ. In exqvirendo

jure

oſus. Idem l. Offic. In alienâ Repub.
eſſe, officium eſt peregrini. ANXIUS]
det jam cum præpoſitione, jam ſine
7. bell. Pun. Anxius curis. Ovid. 9. Me-
nxia curis. Qvint. l. 5. additâ præpoſi-
n eſſe in re aliqva. SOLICITUS]Rariſ-
legitur, uſitatè verò cum præpoſitione
Solicitus eqvidem etiam de rebus urbanis.
l. 16. Soliciti eramus de tua valetudine
Etiam cum præpoſitione IN, EX, PRO
c. 3. Nec ſum in hoc ſolicitus, cum res
ere appareat. Terent. in And. Laborat
: miſera ſolicita eſt. Gell. l. 19. c. 1. Qvo-
t non magnò opere ſolicitus pro anima
s. Et ſine præpoſitione. Virg. 7. Æneid.
onſtris. Solicitus autem pro diverſitate
jam duplici, ſcribitur. Unicô L ſcribit
etymon Feſti. Concedit tamen duplici
producendæ ſyllabæ cauſa, qvæ naturâ
etymo Iſidori & antiqvis lapidibus etiam
ſcribi poſſe. STUDIOSUS) Plautus
ivum adjungit. Milit. 3, 1. Qvi, niſi adul-
li aliæ rei eſt, improbus. DILIGENS]
A D invenitur. Cic. Att. l. 12. Et medici
lonius in omni genere diligens me rurſus
Tacit. Nam qvi fortaſſe de alienô negli-
diligentes erunt. Cic. 1. in Catil. Qvem
cuſtodiendum te diligentiſſimum, & ad
ſſimum, & ad vindicandum fortiſſimum
IGER] Cum IN & AD. Cic. 7. Verr.
ve itineribus, in qvibus uſqve eo ſe præbe-
mpigrum, ut eum nemo unqvam in eqvo,
Idem pro Fontejo: Virum ad labores
pericula fortem &c. SECURUS)Cum
B ac DE conſtructum legitur. Plin. l. 28.
n animalis ſubſtrata ſecuros præſtant ab

go metu *ſomnos*. Liv. 6. bell. Maced. *Antiochus Epheſi ſecu-rus admodum* de bello Romano *erat, tanqvam non tranſituris in Aſiam Romanis*. OCIOSUS] cum AB vel A. Teren. Phorm. 2, 7. *Tene aſymbolum venire unctum, atqve lautum è balneis*, ocioſum ab animo, *qvum ille & curâ & ſumptu abſumitur*. Gell. l. 7. c. 29. *Mater jubet eos* à metu ocioſos *eſſe*. LIBER] jungitur ablativo, nunc cum præpoſitione A, nunc ſine præpoſitione. Cic. pro Leg. Agr. *Omnes qvi ſe incolumes volunt, ſeqvuntur autoritatem Conſulis ſoluti à cupiditatibus*, liberi à delictis, *cauti in periculis, non timidi in contentionibus*. Plaut. 14, 24. *Ambitio jam more ſancta eſt*, libera *eſt* à legibus. Cic. 1. de Fin. Liber omni curâ *animus*. Plin. l. 10. c. 33. *Perdix jam* pavore libera, *ac maternâ vacans curâ, in ſulco reſupina glebâ ſe terræ pedibus apprehenſa operit*. SOLUTUS] ſæpiſſimè uſurpatum invenies in ablativo ſine præpoſitione. Cic. 1. de Offic. *Deinde egreſſus è caſtris* jure jurando *ſe* ſolutum *putabat: & erat verbis, re non erat*. Idem Cic. dixit, legibus ſolutus, ſomnô ſolutus. Virg. Vinô ſolutus. Ovid. morte ſolutus. Et additâ præpoſitione A: ut, in voce *Liber* modò oſtenſum eſt. AVIDUS] rarò cum AD & IN legitur. Terent. Eunuch. 1, 2. Avidior ad rem aliqvam. Cic. 5. Phil. Avidus in pecuniis *locupletum*. FASTIDIOSUS] Cic. ad Heren. In æqvos & pares faſtidioſus. INVIDUS] Cum Dativo. Plin. in Paneg. Alieniſq; virtutibus tum qvoqve invidus. Plaut. *Iucundi*, ſibi ſuisq; invidi. PERITUS] ablativo junctum reperies. Cic. Hirtius pro Cluent. *Octavio Balbo ingeniô prudentior*, jure peritior, &c. Tacit. l. 18. Diſpoſitu proviſúq; *rerum civilium* peritus. Et cum præpoſitione AD, vel DE. Cic. pro Fontejo. *Profecto judices virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem*, ad uſum & diſciplinam peritum, *ad conſilia prudentem*. Varro 1. de re Ruſt. *Qvi* de agricultura *Romanus* peritiſſimus *exiſtimatur*. EXPERTUS] gaudet ablativô non rarò. Plin. in Paneg. *In ſummum diſcrimen adducta Reſp.* expertum honoribus *virum poſceret*. Et cum præpoſitione IN. Exemplum ſupra in Regula, Not. II. PRUDENS] cum præ-

poſitione

amicit. L. Acilius *quia prudens eſſe in-* Sic idem dixit, prudens in dicendo, in nendo, &c. Idem pro Fonteio uſurpat D: Ad conſilia prudens. Et in ablativo ud eundum leges pro Cluent. *Quis P.* prudentior? *jure peritior.* DOCILIS] cchid. Ad iſtas res docilior. Sveton. cilis ad cætera, *natare neſciit.* Et cum ione. Plin. l. 10. c. 42. *Laſciniæ* Græ- ne *dociles.* PROVIDUS] Aſtu provi- Theb. CONSCIUS) freqventer ha- tem dativum rei, Cic. pro Cluent. Fa- in Verr. Temeritati & mendacio Eleg. 9. *O quoties* verbis *ne quiſquam* *es multa lumina noſte tuli.* Confer de Phraſibus Latinæ lingvæ in voce utem adſciſcit dativum perſonæ, qui cum genitivo rei, Cic. 2. Tuſc. Mihi *me minus cupidum eſſe* vitæ. Terent. *de ego* conſcia mihi *ſum,* à me culpam er. l. 8. Argon. *Quanquam jam Delius* i. Cic. 3. Offic. Sibi *autem* nullius *eſſent* unqvam dativo perſonæ additur abla- ne. Cic. Att. l. 1. Ep. 12. *Tu autem qui* *gerem animi mei ſermone & conſilio la-* *n publicà re ſocius,* & in privatis omni- *inus conſiliorum meorum particeps.* er. pro Cæcin. ablativo adjungit. *Ita* *ut* naturâ *non* diſciplinâ conſultus *eſſe* iris Illuſt. *Eloqventià primus,* juris ſci- *uit.* DOCTUS) variè uſurpatur. Jam legitur. Horat. art. Poët. Doctus iter pertinet ad Syntaxin Participiorum. Epid. 8. *Nimis* es doctus ad malefa- cyr. 2, 1. *In eodem omnes mihi viden-* litiam. Et cum ablativo ſine præpoſi-



Digitized by Google

tione. Cic. de Cl. Orat. Literis Græcis & La
Ovid. 9 Metam. Arte docte. Seneca. *Manu*
randis frenis. Et cum Adverbio. Svet. de Cl
*Fuiſſe dicitur ingenii magni*, *memoriæ ſingula*
Græcè *quidem* latinè doctus. ERUDITUS] jun
que ablativo. Quint. l. 1. c. 10. Literis primis
1. de Orat. Diſciplinâ *juris civilis* eruditiſsi
præpoſitione AD. Cicero Qv. Fr. l. 1. *Sic Servi*
*permulti*, & *leves*, & diuturnâ ſervitute ad ni
tionem eruditi. CALLIDUS] Cum AD. vide
Et cum ablativo ſine præpoſitione. Ovid. 1
*ego* naturâ, *nec ſum tam* callidus uſu. Tacit. l. 2.
*cus* accendendis offenſionibus. SVETUS) Cic
tus legibus. Att. l. 6. *Civitates omnes* ſuis legi
ſvetæ. Lucan. l. 1. *Bella nefanda parat* ſvetus
mis. Elegans eſt uſus comparatiui *Certior*, pra
aſsignatus OBSERV. 1. Cic. ad Attic. l. 3. Faci
noſtri certiorem. Idem ad Attic. l. 8. Certior
ctus ſum. Et cum præpoſitione DE. Idem ad
*velim* de tuis rebus conſiliiſq; facias *diligent*
rem. Invenitur & abſolutè ſine caſu. Idem A
*Velim* me certiorem facias, *quid de meis manda*
Et cum ablativo ſine præpoſitione. Ovid. Ep
*mum* ſcriptô certior *eſſe tuô*. RUDIS] Cum
leges. Liv. 8. bell. Pun. *Scipionem bellis aſſvet*
*num* procellas rudem, *ſollicitum habebat res* &
dis ad pedeſtria bella. Et cum IN, Cic 1. de
in jure civili. Ibidem; Nullâ in re rudis. Et ib
*hominum nec hebes nec* rudis. IMPERITU
Plaut. in Milite; *Adſunt fabri architectiq;*, ea
rem *haud* imperiti. INSOLENS) pro Supe
cum ablativo & præpoſitione. Cic. pro Roſc.
*in re ſua fuiſſet egentiſſimus, erat, ut fit*, inſolens
INSVETUS) Cum dativo Tibull. l. 1. Eleg. 4.
*teat duros ſubiiſſe labores, Aut* operi inſvetas
*nus*. ASSVETUS) non rarò cum ablativo leges. C

Digitized by Google

labore aſsiduò & qvotidiano aſſveti. Virg. 7. Æne. ripis volucres, & fluminis alveo. Et cum præpoſiti- AD vel IN. Seneca in Troa. 2. Aſſvetus in jura. Liv. 4. .Et jam inde à puero in omnia familiaria jura aſſve- neca in Troad. Non aſſvetas ad ſceptra manus poſt ibit. DESVETUS) Cum genitivo vix invenies. Æneid. ait: — jam deſveta triumphis Agmina — eid. — deſvetaq; bello Agmina —. INCERTUS) E non rarò leges. Terent. Hecyr. 4, 3. Qvia de certus ſum, etiam qvid ſim facturus. TIMIDUS) vel AD. Cic. Trebat. Lib. I. In labore militari Vid. ſup. vocem Liber. Cic. de Fin. Ita non timi- iortem, ut in acie ſit ob Remp. interfectus. TRE- im ablativo non rarò invenies. Virg. 9. Æneid. For- repidus. Lucan. l. 7. ſpe trepidus. FELIX) Cum AD legitur. Cic. de Clar. Orat Sed ille Græcus ab de felicior. Idem pro Fontejo: Ad cauſam fortu- lix vir. Et ſine præpoſitione. Ovid. II. Metam. Felix felix & conjuge. EGREGIUS) cum IN. Cic. de at. In bellicâ laude egregius. Idem de Orat. In pro- e civitatis egregius. PRÆSTANS) ablativo ſine ione uſitatè jungitur. Cic. I. Acad. Studiò & doctri- antiſſimi Xenocrates & Ariſtoteles. Idem de Amicit. tuò me ad Pontificem Scævolam contuli, qvem unum vitatis & ingeniò & induſtriâ præſtantiſſimum au- re. EXIMIUS) Lucan. l. 3. In pugna eximius. Hoc VALIDUS) Cum ablativo ſæpe leges. Hor. I. Epiſt. ia mente minus validus, qvàm corpore toto. Tacit. ſar validus alioqvi ſpernendis honoribus. INTE- m præpoſitione AB vel IN. Cæſ. 3. bell. Gall. Integer e. Cic. pro Font. Integer & honeſtus in omnibus vita . Et ſine præpoſitione. Mart. l. 16. Integer pudore. is) variam & inſignem hujus vocis uſum propoſi- in Etym. p. 258, 259. 260. REUS) cum DE. Cic. Nunc reus erat apud Craſſum divitem Vectius de vi. eſſet damnatus, erat judicium poſtulaturus. Qvint. l. 4. c. 2.

4. c. 2. Reus de moribus. Ferox) Ab
ſine præpoſitione. Tacit. l. 1. Robore *corpo*
Liv 1. ab Urb. Ferox victoriâ & viribus.
ferox. Ovid. Animô ferox. Amens)
hoc conſtruitur. Ovid. l. 1. Triſt. Eleg. 3.
mens *tenebris narratur obortis Semianim*
*cubuiſſe domô.* Coecus) Eadem eſt con
Cic. 4. de Fin. Cœcus animô. Idem:
& irâ, Virg. 1. Æneid. Amore auri cœcus.
cum Præpoſitione, jam ſine Præpoſitione, ab
Sine præpoſitione: ut, Cic. pro Cel. Æger a
Catil. Æger morbô gravi. Tacit. l. 14. Nero
ne. Qvin. l. 6. c. 4. Pedibûs æger. Et cum pra
Ab. Liv. 6. bell. Pun. *Collega* ex vulnere æge
Æger ab animô. De ſtructura Dignus & Ind
in Syntaxi ablativi Nominum agetur. Alie
ſæpe gaudet. Cic. de Divin. l. 1. *Neq; hoc D*
eunt majeſtate ſuâ. Plaut. Alienum ingeniô
qvam ablativo jungitur dativus perſonæ. Ci
ſibi *videri* dignitate *imperii, qvò duces eſſent*
*pione Triumphante ducti, eòdem ipſum duci, q*
*ſet.* Nonnunqvam dativum rei poſtulat. Qvi
*cum exiſtimem nihil* arti Oratoriæ alienum.
vel In. Cic. 4. Verr. *Non* alienus à literis.
Conſul. Alienum ab amore noſtro. Idem de
in Phyſicis, *qvibus maximè gloriatur*, totus eſt
*hoc* rarum eſt. Secretus) Cum A. Cic. de
à voluptate. Lætus) cum Ablativo. Cic. 2.
lætitiîs omnibûs. Et cum De vel In. Terent.
de amica. Lucan. l. 8. Lætus in adverſis. I
cum In, Adversus. Cic. 1. de Nat. Deor
Democritum ipſum, *qvem ſeqvutus eſt, fuit* in
l. 4. c. 18. *Non igitur ſumus* adverſum Deos in
tentus) Uſitatè cum ablativô. Qvint. Con
Horat. 1. Serm. Sat. 1. Suâ ſorte contentus. Et
& De. Cic. in Parad. *Opinor in eo, cui tanta p*

Digitized by Google

*er* vivendum *facilè* contentus *ſit*. Idem in Læl.
*munis* vita contenta *eſt*. MODICUS)Cum Ab-
um IN. Plin. in Paneg. *Eadem qvàm* modica cul-
*rca comitatu*. Idem Et Epiſt. 118. *Animo beatiſſi-*
icus facultatibus. Idem epiſt. 17. Parcus in victu,
a cultu. CREDULUS) cum Dativo. Virg. 9.
*non ego* credulus illis. SUSPENSUS)cum Ab-
. ad Conſ. Suſpenſus expectatione *novarum re-*
1. de Leg. Agr. *Civitas* ſuſpenſa metu. Qvæ Ab-
tura longè uſitatior, qvàm Genitivi. PRÆCEPS)
Liv. 6. bell. Pun. Præceps in avaritiam *animus*.
Cic. de Aruſp. reſp. Ad pœnam exitúmq; præ-
Ablativo & IN. Idem 3. bell. Pun. Præceps ani-
. Cum Ablativo ſolò. Cic. pro Mil. Amentiâ
t 5. Philip. Conſiliis præceps. TURBIDUS)
Stat. 3. Silv. Irâ turbidus. MUTABILIS)Horat.
. Vultu mutabilis &c. Sic & illa in AX præter
& alios caſus admittunt, jam cum præpoſitione
epoſitione. SAGAX)Cum AD. Planc. Ciceroni
ericula perſpicienda *minus* ſagax. Cic. in Catil.
dum ſagaciſſimus. Cum IN Ablat. Plin. l. 8. c. 37.
guſtu ſagaciſſimum. AUDAX)Non tantum au-
dicitur, ut apud Claudianum, & audax ingenii
m; ſed etiam audax viribus. Virg. 5. Æneid. *Qvi ſ*
*ꝺ valet & qvi* viribus audax. Et audax animis.
— audax animis *Spartana juventus*. Et cum
. Catil. Audacior ad facinus. CAPAX) licet
eqventer gaudeat; Ovidius tamen dixit 8. Me-
præcepta capax *animus* —. Cum Dativo, Plin.
capax. FERAX)Ovid. 2. Amor Eleg. 16. Ter-
rere *multòq;* feracior uvis. PERTINAX) Cic.
ertinax in diſputando. Seneca l. 1. de Ira; per-
vam rem. Idem etiam accidit participiis & acti-
s temporis, & paſſivis præteriti temporis, qvando
it; ut, Liv. l. 5. *Ne plebs nobis* dicto audiens atq;
, &, Audiens edicto, dixit Cicero 3. Verr. Qvæ
ſtructu-

ſtructura freqventior eſt qvam Genitivi, qvô utitur Plaut. Truc. 4. Audiens *ſum* imperii. De præteritis verò paſſiv. nimirum, *ſolutus, expertus, doctus, conſultus, eruditus, ſvetus, inſvetus, aſſvetus* &c. dictum eſt paulò ante. Nota. Cum Participia ſunt, monente Linacrô, eorum Syntaxis haud difficulter intelligetur ex verborum natura: ut, *paucis contentô, arci præfecto, doctus iter melius.*

## Observatio III.

Hanc ſtructuram adjectivorum, *Curæ, Deſiderii, Notitiæ* &c. cum genitivo nonnulli tanqvam *figuratam* ſeu *Anomalam* referunt ad Helleniſmum. In qvibus eſt Vechnerus Hellenolex. lib. 1. c. 18. p. 130. ſeq. Cujus hæc ſunt verba: *Cum Latini adjectivis ſuum proprium caſum, hoc eſt, Ablativum, jungere ferè ſoleant, aut etiam Præpoſitionem cum ſuo caſu: Græcæ imitationi tribuo, in qvibus uſitata illa conſtructio Genitivo permutata eſt.* Ut autem ſuæ ſententiæ fidem faciat Vechnerus, exempla allegat Græcorum, qvæ ad vivum repræſentant Latinam horum Adjectivorum ſtructuram cum Genitivo. e. g. Menander dicit: τοῦ κεκρυμμένου λίχνος, abſconditi cupidus. Ariſtoteles: ὀρεκτικοὶ μεγάλων, cupidi rerum magnarum. Lucianus Ἀμελὴς τῶν Μουσῶν, Muſarum incurioſus; & ἀνόρεκτος αἰσχρᾶς ἡδονῆς, non appetens turpis voluptatis. Ariſtoteles: Μακάριε τῆς εὐπαιδείας καὶ τῆς τύχης, i. e. felix bonæ inſtitutionis & fortunæ. Xenophon: ἐπιθυμιῶν ἀκρατής, cupiditatum intemperans. Athen. 1. τῶν γρίφων ἡ ζήτησις οὐκ ἀλλοτρία φιλοσοφίας i. e. Diſqviſitio de griphis non eſt aliena philoſophiæ. Xenophon: ἐπαίνου ἄξιος μᾶλλον ἢ μέμψεως, magis laude dignus, qvàm reprehenſione. Sed judiciô hic opus eſt, & autorum latinorum lectione. Non enim Græciſmus idem in omnia hæc Adjectiva conſtructa cum Genitivo imperium tenet. Nam licet Græcanica ſtructuræ ſimilitudo in horum Adjectivorum

vorum

nitivo non paucis conſpicua ſit; tamen eo-
uſu & freqventi latinè loqventium conſve-
rata ſunt; ut ſi qvis iis rectè utatur, non tam
nulari, qvem germanæ puritatis & Latinitatis
putari mereatur. E. g. Si qvis his adjectivis,
*s, avidus, gnarus, ignarus, rudis, imperitus,*
rit Genitivum, non tam ἑλληνίζειν, qvàm
tinorum more loqvi dicendus erit. Hæc e-
è magiſter uſus ita jam vindicavit Latio; ut
nſmarina & peregrina, ſed Romana & Ro-
k dictionis propria exiſtimanda ſint. Nihilo
gari non poteſt, qvin major Helleniſmi vis in
qvibus Poëtica licentia tutum ſatis aſylum
el qvibus licentius uti conſveverunt Græco-
m æmuli. Qvam ſibi licentiam non rarò per-
t nihil jam dicam de Apulejo, qvi magis ali-
letur, qvàm latinè loqvi. Hactenus OR-
NES: ſeqvuntur ANOMALIA.

## ANOMALIA I.

æ qvoqve conſtructionis indolem *ſequntè*
nodò adjectiva, qvæ in prima obſervatione
ed etiam in A x deſinentia, qvando conſtru-
itivis activis vel paſsivis locò nominum: ut,
ἡ γεωργεῖν χεῖρες αὐτοῦ θεραπευμέναι, Ma-
æ, malè ſunt laborare, pro, ad laborandum,
Eodem modò Latini loqvuntur. Id qvod
oritate confirmabimus, factò initiò ab Infini-
, qvos Adjectiva regunt. DOCTUS) Horat.
us cantare *Catullum.* Idem 1, Od. 29. Doctus
*e ſericas.* Claud. 1. — fallere *mentes* Do-
*s odiis* turbare *ſodales.* INDOCTUS) Hor.
*brum* indoctum *juga* ferre *noſtra.* INDO-
1. Od. 1. Indocilis *pauperiem* pati. INSVE-
bell. Maced. Inſvetus *ſerva* audire. ASSUE-
*ngè muros* defendere bello. PERITUS)
Perſius

Perſius 2. Satyr. *Urentes oculos* inhibere perita. Tacit. Vita Agricolæ: Peritus obſeqvi erudituſq; *utilia hone*[…] miſcere. Confer pag. Etymol. 512, 513. INSCIUS) St[…] 3. Theb. *Imperiiq; haud* flectere *molem* inſcius. MEMO[…] Idem 2. Sylv. *Auditâq;* memor *penitus* dimittere *Soc*[…] CALLIDUS) Horat. 2. Od. 10. Callidum, *qvicqvid placu*[…] *jocosè* condere *furtò*. TIMIDUS) Horat. 4. Od. 9. *No*[…] *ille pro caris amicis Aut patria* timidus perire. AVIDUS) Stat. 3. Theb. Avidi promittere *bellum*. CAPAX) Stat. […] Sylv. *Fluctivagos nautas, ſcrutatoréſq; profundi Vix* operi[…] capax. AUDAX) Horat. 1. Od. 3. Audax *omnia* perpe[…] Gens humana ruit. PERTINAX) Horat. 3. Od. 29. *Ludu*[…] *inſolentem* ludere pertinax. EFFICAX) Idem 4. 12. *Ama*[…] *ráq; Curarum* eluere efficax. Etiam cum *Infinitivo paſſiv*[…] conſtructa leguntur. INDOCILIS) Claud. Indocilis flecti. DIGNUS) Stat. 3. Theb. *Pone metus, laudanda rogas,* nec digna negari. LEVIS) Horat. 2. Od. 4. *Et ademptus Hector Tradidit feſſis* leviora tolli *Pergama Grajis*. LUBRICUS) Idem 1. Od. 19. *Et vultus nimium* lubricus aſpici. CEREUS) Horat. in art. Cereus *in vitium* flecti, *monitoribus aſper*.

## ANOMALIA II.

Qvæ curam aut affectionem animi ſignificant, iis interdum accuſativus VICEM ἀνομάλως additur: ut, Liv. *Clamor undiq; ab* ſolicitis vicem *Imperatoris militibus ſublatus eſt*. Idem: Suam vicem *magis* anxios, *qvàm ejus, cujus auxilium à ſe petebatur*. Curt. l. 7. *Is cum flere cœpit, & os ſuum converberare, mæſtus non* ſuam vicem; & alibi apud eundem. Sic *æmulus* cum Accuſativo legitur apud Salluſt. hiſt. 3. Facta conſultáq; *ejus qvondam* æmulus *erat*. Hæc de ANOMALIIS: nunc unam ſubjungemus ELEGANTIAM.

## ELEGANTIA.

Horum adjectivorum nonnulla eleganter conſtructa leges cum genitivo Gerundiorum in DI apud Oratores, hiſtoricos,

etas. Apud ORATORES: ut, Cic. pro Fontejo: s *homo* belligerandi. Idem 3. Offic. *Homo* pe-endi. Qvint l. 1. c 3. *Hunc diſertum precepto-tem qvoq; & non* ignarum docendi *eſſe oportebit.* TORICOS. Cæſar. l. 1. bell. Gall. *Qva de cauſâ* landi cupidi *magnô dolore afficiebantur.* Idem all. *Inſvetus navigandi.* Curt. l. 4. Rudis tra-*tares animos.* Tacit. l. 1. Rudis dicendi. Idem *berius cuncta per Conſules incipiebat, tanqvam blicâ, &* ambiguus imperandi. Oratoribus & djungatur juris peritiſſimus Ulpianus, qvi ita lo-*Qvi hominem, § Qvidam, de ſolutionibus: Dici es* reus ſatisdandi, reo ſatisaccipiendi *heres ex-uſſores liberari.* Reus ſatisdandi ab Ulpiano dici-sdato eſt obligatus, i. e. fidejuſſore datô. Reus cipiendi, qvi fidejuſſores accepit ut debitum. Sic *i reus,* qvi ſuô nomine qvid pro alterô promittit. *reus*, qvi ſtipulatur. Huic accedat Gellius, qvi l. nit: *Tenebat amicos noſtros homo ille* fandi dul-pud POETAS. Virg. 10. Æneid. *Qvarum qva* ſima *Cymodocea.* Idem 4. Æneid. — *& qva* fandi *Tempora.* Ovid. 1. Triſt. Eleg. 2. *Non ego* dus *ſine fine* parandi. Juven. Sat. 3. *Gens* adulan-na. Stat. 6. Theb. Nocendi prodigus. Sil. l. 7. ſolers Fabius. Idem l. 11.— *corda* importuna Claudian. *Mens* ignara nocendi. Auſon. in Mo-*mombo qvoties Agricolas legúmq; catos*, fandíq; ic fuit Syntaxis GENITIVI nominum: ſe-e conſtructio DATIVI.

# SYNTAXI DATIVI NO-minum.

## REGULA.

ctiva *Commodi, Facilitatis, Similitu-*

*Hhh* *dinis,*

*dinis*, *Proprietatis*, *Amicitiæ*, *Aptitudinis*, *Æ-qvalitatis*, aut his contraria, & deniq; Adje-ctiva *Propinqvitatis* Dativũ adſciſcunt: ut Adjectiva *Commodi* vel *Incommodi*.

Pl. *Eqvitatio* ſtomacho utiliſſima, phthi-ſi *navigatio*, longis morbis *loci mutatio*. Virg. 7. Æneid. — *&* *crimina* noxia cordi.

*Facilitatis* vel *Difficultatis*.

Liv. *Pleraq;* hominibus *dictu*, *qvàm re* faciliora. Seneca: Cunctis *eſto* benignus, nulli blandus, paucis familiaris, omnibus æqvus. Ovid. Invia virtuti *nulla eſt via* —.

*Similitudinis* vel *Diſſimilitudinis*.

Plaut. *Nec aqva* aqvæ, *nec lac* lacti (*crede mihi*) *uſqvam* ſimilius, *Qvàm hic tui eſt, túq; hujus* Virg. 9. Æneid — *me nulla dies tam* fortibus auſis Diſſimilem *arguerit* —

*Proprietatis* vel *Communitatis*.

Qvint. l. 1. Propria *eſt* nobis *mentis agitatio atq; ſolertia*. Plaut. in Rudent. *Mare* commune omnibus.

*Amicitiæ* vel *Odii*.

Saluſt. Paucis carior *fides*, *qvàm pecunia fuit*. Virg. 1. Æneid. *Gens* inimica mihi —.

*Aptitudinis*, vel *contrà*.

Cic. in Bruto: Aptum conſentaneúmq;
tem-

ri & perſonæ. Sal. Conſtanti amico
veniens *erit, aliud promptum in lingua*
, *aliud clauſum in pectore ſervare.*
*Æqvalitatis* vel *Inæqvalitatis.*
. Æqvalem *ac* parem verbis *vitam*,
irg. 11. Æneid. — *haud* ulli *veterum*,
ſecundus. i. e. impar.

*Propinqvitatis.*

ent. Proximus *egomet* mihi. Plaut.
rc. Fumo flamma proxima. Horat.
*ſunt* vicina bonis, *errore ſub ipsô Pro*
*rtus crimina ſæpe tulit.*

Nota.

Qvædam horum Adjectivorum ſæpe etiam
um poſtulant: nempe, *Similis*, *diſſimilis*,
*nis*, *proprius*, *affinis:* ut, Terent. Evn. 3, 2.
i diſſimilis *ſervus*. Sed rarò Genitivum exi-
*ar*, *compar*, *diſpar*, *ſuperſtes:* ut, Gell. l. 6.
*um inqvinatiſſimis hominibus non eſt convi-*
*rtandum*, *ne ſimilis &* compar eorum *fias*.
ſerv.

Qvando hujus regulæ Adjectiva Subſtan-
uram induunt, Genitivum regularem ha-
ut, Cic. l. 1. Offic. Commune animantium
n *eſt conjunctionis appetitus*. Idem. Att. *Ne-*
*habeo* culpæ ſocium. Idem de amicitia: *Ex*
*ſeculis, vix tria aut qvatuor nominantur*
nicorum.

III. Cómplura horum Adjectivorum, præſertim qvæ commodum, aptitudinem, & his contrarium ſignificant, etiam Præpoſitiones, earumq; caſûs admittunt: ut, Cicero 3. Offic. *Homo* ad nullam rem utilis. Terent. Andr. *Ingenium omnium hominum à labore* proclive ad libidinem. Liv. Nati in ſpem *patriæ*.

## OBSERVATIO I.

Ut exploratiùs innoteſcat juventuti, qvænam ſint Adjectiva Dativum poſtulantia, & qvomodo nonnulla eorum aliam etiam ſtructuram ſeqvantur, præcipua oculis ſubjiciemus, eorúmq; uſum, (de qvo puer forte dubitare poſſit,) & conſtructionem plenè & planè trademus & ſtabiliemus ſeqventibus OBSERVATIONIBUS. Adjectiva COMMODI & INCOMMODI præcipua ſunt: *Utilis, ſalutaris, ſalubris, commodus, lucroſus, bonus, jucundus, gratus, gratioſus, acceptus, ſvavis, dulcis, æqvus: Inutilis, pernicioſus, exitioſus, incommodus, luctuoſus, peracerbus, ingratus*, & ſimilia. FACILITATIS & DIFFICULTATIS ſunt: *Facilis, pronus, proclivis, notus, perſpicuus, obvius, manifeſtus, apertus: Difficilis, gravis, laborioſus, periculoſus, ignotus, obſcurus, dubius*, &c. Præterea huc pertinent Verbalia in BILIS, paſſivè uſurpata. Nam pleraq; eorum tam ſimplicia facilitatem, qvàm compoſita difficultatem adſignificant: ut, *mirabilis, penetrabilis, impenetrabilis, affabilis, flebilis*. Sic ad hanc regulam referre ſolent Grammatici. Participia præteriti paſſivi in TUS, & futuri paſſivi in DUS; ut, *oblitus, lectus, admonendus, memorandus, colendus*, &c. SIMILITUDINIS & DISSIMILITUDINIS Adjectiva ſunt: *Similis, conſimilis: Diſſimilis, alienus, adverſus*. PROPRIETATIS & COMMUNITATIS: *proprius: communis*. AMICITIÆ & ODII: *Amicus, carus, fidus, fidelis, benevolus, benignus, propitius: Odioſus, inimicus, infidus, contumax, ſuſpectus, iratus, offenſus, infeſtus, inviſus, contrarius*. APTITUDINIS

ɪ P T I T U D I N I S : *Aptus, appoſitus, accommoda-*
*u, pronus, proclivis, promptus, neceſſarius, oppor-*
*modus, conveniens, habilis, natus. Ineptus : incom-*
*pportunus , inconveniens.* Æ Q V A L I T A T I S &
L I T A T I S : *aeqvalis, par, compar, ſuppar, conſonus,*
*us, congruens, concolor : inaeqvalis, impar, abſonus,*
*ro impar.* P R O P I N Q V I T A T I S : *finitimus, vici-*
*, confinis, conterminus, conjunctus, contiguus, co-*
*ius, familiaris,* &c. Et hæc ſunt, qvæ è multis ſe-
djectiva Dativum exigentia, ut ex eorum intuitu
τὼσ intelligeret juventus, qvid de aliis ſimilibus
ndum. Omnia namq; in numerato habere, aut
lo complecti velle , nihil aliud erit , qvàm
ν μετρεῖν. Nam numerò plurima Adjectiva, qvi-
s aliqvid boni malíve acqviritur, Dativum exi-
re etiam Græci eorum conſtructiones vocàrunt
ικὰς, Latini acqviſitivas, eò qvòd nobis aliqvid
ili acqvirant : & tam ad Nomina Adjectiva, qvàm
Dativi ſtructuram extenderunt veteres. Qvâ de
anus loqvitur. l. 18. p. 1174. *Hujusmodi*, inqvit
*conſtructiones, i.e. qvæ Dativo adjunguntur, tàm*
*qvàm Verborum, acqviſitivas Græci vocàrunt*
*τικὰς, qva nobis aliqvid boni malìve acqvirunt,*
*mq; à Verbis derivantur, vel generant Verba, ſunt-*
*va :* ut, Utilis *ſum* tibi, vel inutilis ; commodus
l incommodus ; fidus illi. hæc Priſcianus. Et ad
iſſimum Dativi uſum à Priſciano indigitatum in
matur, qvando in Etymologia p. 26. traditur, Da-
caſum ejus, cui aliqvid fit, tribuitur vel adimitur :
*lis puero , do puero poma.* Sed nunc ad autorita-
nus. Verùm enim verò, qvia de autoritate com-
orum Adjectivorum cum Dativô nemo dubita-
vel primoribûs labrîs latinas literas deguſtârit :
um uſum Latinorum teſtimoniîs illuſtratum &
m ibimus, qvæ primâ fronte tironibus dubia vi-

 deri

Digitized by Google

deri poſſint. LUCROSUS] Ovid. 1. Amor. Eleg. 10. *Cur mihi ſit damno*, tibi *ſit* lucroſa *voluptas*. GRATIOSUS] Cic. pro Planc. *Jam ut ego doceo* gratioſum *eſſe* tribulibus *Plancium*, *quòd multis benignè fecerit*, *pro multis ſpoponderit*, &c. INUTILIS] Cic. 1. de Invent. *Is* inutilis ſibi, perniciosſus patriæ *civis alitur*: LUCTUOSUS] Cic. pro Leg. Agr. *Quàm mehercle ego* Præconi huic *ipſam* luctuoſam & acerbam *prædicationem futurum puto*. PERACERBUS] Cic. de Sen. *Uva* primo *eſt* peracerba guſtui. INGRATUS] Horat. 3. Carm. Od. 10. Ingratam Veneri *pone ſuperbiam*. PRONUS] Colum. l. 3. c. 2. Aqviloni prona. PROCLIVIS] Sil. l. 18. *Sceleri* proclivis *egeſtas*. HABILIS] Plin. *Ferrum* habile tundendo. Raró cum Dativo leges. MIRABILIS] Horat. *Hic* tibi *ſit potius*, *quàm tu* mirabilis illi. PENETRABILIS] Stat. 2. Theb. —*pectus* nulli penetrabile ferro. IMPENETRABILIS] Liv. 6. bell. Maced. Impenetrabilis ferro *ſilex*. AFFABILIS] Virg. *Nec viſu* facilis, *nec dictu* affabilis ulli. FLEBILIS] Horat. Nulli flebilior *quàm* tibi. NOTA. Qvamvis hæc paſſivè ſignificent: *penetrabilis* tamen ſæpe apud Poëtas activè ponitur. Virg. 10. Æneid. *Aſpice num mage ſit noſtrum* penetrabile *telum*. OBLITUS] Virg. 3. Eclog. *Nunc* oblita mihi *tot carmina* —. MEMORANDUS] Ovid. 1. Triſt. *O* mihi *poſt nullos unqvam* memorande *ſodales*. Nihil obſtat, qvo minus hoc etiam referri poſſit ad Syntaxin Participiorum, qvæ qvando Caſum poſt ſe regunt, verborum ſuorum naturam ſeqvuntur. Nam dicitur, memorande mihi, ſicut memoratur mihi. ADVERSUS] Plin. l. 32. c. 4. *Neq; eſt teſtudine aliud* Salamandræ adverſius. BENEVOLUS] Cic. pro Cluent. Benevolus Domino *ſervus*. BENIGNUS] Plaut. *Qvando ergo* tibi benignus *fuit*? CONTUMAX] Senec. in Thyeſt. *Populus* contumax regibus ſuis. ÆQVALIS] Cic. 11. Phil. *Qvid dicam de Dejotaro patre*, *cujus benevolentia in populum Romanum eſt ipſius* æqvalis ætati? Idem in Bruto. *In qvo tantus error Acci fuit*, *ut his Conſulibus*, *qvadraginta annos natus Ennius fuerit*,

æqvalis *fuerit Livius, minor fuit aliqvantò is, qvi latin dedit, qvàm ii, qvi multos docuerunt ante* s. Ex qvò Ciceronis locò apparet, diſcrimen tuæ veritatis non eſſe, qvò dicunt, qvòd *æqvalis* vo, valeat idem ac par: *æqvalis ejus*, cum Geni- it ac ætate conjunctus. COMPAR] Liv. 8. bell. s compar *conſilium tuum parentis tui* conſilio SUPPAR] Cic. de Cl. Orat. Huic ætati ſuppa- *les, Critias* &c. CONCOLOR] Colum. l. 7. c. 3. *o eſt probandi arietis, ſi vellere candidò veſtitur; palatum atq; lingva* concolor lanæ *eſt*. IMPAR] Pont. Eleg. 9. *Fortuna eſt* impar animo —. AB- iv. Abſonum fidei. Atqve ſic nonnullorum Ad- conſtructionem cum Dativo probavimus. Nam , qvæ numerò plurima ſunt, probandis, teſtimo- um cumulare, non operæ precium ducimus. Suâ- uce & uſu complura facilè clarent. Cæterùm, ntiva nonnulla etiam hanc Adjectivorum cum ſturam imitari comperiantur: de eo, anteqvam dam GENITIVI conſtructionem deſcenda- ihil præmonebitur OBSERV. II.

## OBSERVATIO II.

rdum & ſubſtantiva qvædam præſertim Affecti- nodi aut Incommodi more Adjectivorum adſci- um: ut, Cic. *Non* hominibus, *ſed* virtutibus ho- *His de cauſis ego* huic cauſæ patronus *exſiti*. us *eſt* homo homini. Terent. *Naturâ tu* illi pater *ego*. Idem. *Nunc tu* mihi *es* germanus, *pariter nimò*. Idem: *Facite ut veſtra autoritas* meæ au- trix adjutrixq; *ſit*. Idem: *Matres omnes* filiis *in* jutrices, *auxilio in paterna injuria eſſe ſolent*. *ille* mihi *ſemper* Deus — Idem. *Tu* decus omne nt. Andr. 4. 5. Autor his rebus *qvis eſt*? Cic. L tor cæteris ad te juvandum. Sunt qvi divinent, non omninò contemnendâ, univerſam pænè hanc



Digitized by Google

hanc Subſtantivorum (de adjectivis aliorum c
cturam robur ſuum acqvirere non tam à Nom
à verbo Sum, aliòve verbo expreſſo, vel per ell
ſo. Id qvod literatoribus expendendum reli
nunc ſupereſt, ut aſtruatur Adjectivorum cum
ctura.

## Observatio III.

Veluti Adjectivorum ſtructura cum D
mâ Latinorum autoritate niti oſtenſum eſt
tione I: Ita nunc ſupereſt, ut eorundem A
cum Genitivo conſtructionem pari fide
probemus. Initiò occurrit Adjectivum Sim
ſtructuræ cum Genitivô Terentianum teſtim
primæ additum, ſatis fidem facit. Sed non pare
retur vulgare illud diſtichon, qvô Similis
diſtingvi ſolet à Similis cum Genitivo: *Il*
*faciem qvi ſervat eandem : Ille tui ſimilis, mor*
*eoſdem.* Qvod qvidem diſcrimen licet à Diom
tem habeat, qvi l. 1. p. 292 ait; Similis *ſum* tu
p. 293. ſimilis *ſum* tibi figurâ, & licet freqvens
tamen non eſt perpetuum. Etenim Cicero l.
ait: *Non video, cur non potuerit* patri *eſſe* ſimil
non loqvitur de figurâ, ſed de moribus, & doct
qve Nicomachi filii Ariſtotelis. Liv. 1. ab Urb
lior, *qvàm* patri, de moribus loquitur. Sic qva
ram fit reſpectus, cum genitivô legitur, veluti
ſtimoniô regulæ ſubjectô liqvet, Dissimil
Fin. *Et qvodammodo non ſunt* diſſimiles ari
4. Acad. Diſſimilior illarum. Communis
*Et* ut *qvidem* commune omnium *ferè eſt* arti
Verrin. *Volo ego*, hoc *eſſe* commune accenſ
rum, viatorum. Cic. pro Corn. Balb. Qvod c
liberorum populorum, *non* proprium fœdera
Cl Orat. Hoc *ſtudium non erat* commune Gra
prium Athenarum. Addunt illud Ciceronis de
*ſus hic mundus una civitas* communis Deorum

*ſt*. Sed nonnulli rectè animadverterúnt, qvòd
lô & nonnullis aliis ſimilibus Genitivus etiam
um reſpectum habere poſſit: ut, *Communis*
um *dicatur, ſicut pulcra* civitas Deorum. *Sic*
nium inimicus dicit Cic. 3. Verr. velut vulgò
*s* omnium inimicus. PROPRIUS] Cic. 2. de
m. Artis *maximè* proprium *eſt*, *creare & gi-*
l. 2. c. 16. *In eo loco, qvi* hujus qvæſtionis
*dicam*. AFFINIS] Qvando ad culpam re-
enitivô ſæpe legitur. Cic. 2. de Inven. Affinem
ulpæ. Idem 4. Verr. *Ut eum* rei capitalis affi-
*et*. Terent. Heaut. 2, 1. Affinis rerum, *qvas fert*
Cic. pro Syll. *Homines fuiſſe putantur* hujus
nt nonnulli *æqvalis*: ſed ſubſtantive plerunq;
ndo genitivô gaudet. Cic. ſub initium lib. 3.
*n Scipionem Marce fili, eum qvi primus Afri-*
*tus eſt, dicere ſolitum ſcripſit Cato, qvi fuit ferè*
*nunqvam ſe minus ocioſum eſſe, qvàm qvum*
*minus ſolum, qvàm qvum ſolus eſſet*. Terent.
Patris cognatum atq; æqvalem *Archidemidem*.
jure, qvô cognatus, æqvalis hôc locò ſubſtan-
& ne de hôc dubites, auctarii locô addimus,
o Adjectivò legatur. Cic. de Seneſt. *Sæpe e-*
*qverelis* meorum æqvalium. Seqvitur hæc vox
um in IS, Adjectivis ſimilium naturam: nempe
*aris* &c. de qvibus p. 83. in Etym. agitur. Apud
legitur in Genitivo; æqvales ævi. h. e. ætate
ocutio Helleniſmum ſpirat. PAR] Lucan. l. 1.
par ejus *erat* — Silius 4. Ætatis mentiſq; pa-
etiam per Græciſmum ſic dici volunt, pro æta-
Plautus loqvitur. Merc. Pares ætate habemus
AR] Sil. l. 8. *Brutius haud* diſpar animorum
em animi, vel eâdem animi fortitudine prædi-
atutus enim Silius qvoſdam, qvi Scipionem ad
bantur addit, qvòd Brutius haud diſpar animo-
, e. eôdem animô & magnanimitate præditus,



Digitized by Google

qvâ cæteri. Superstes) Florus de bell. Cæſ. & Pomp. Superſtes dignitatis ſuæ *vixiſſet.* Ex qvô teſtimonio liqvet non tantum eum dici ſuperſtitem, qvi mortuis ſolus qvaſi ſuperſtat & vivit, ſed etiam eum, qvi ita ſupereſt alicui, qvi officio & dignitate aliqvâ defunctus eſt, ut ſuccedat ei. Deinde & nonnunqvam nudè pro eo ſumitur, qvi remanet, reliqvis diſcedentibus. Sic Seneca ep. 94. Superſtes toti convivio, *qvi ultimus è menſâ ſurgit.* Imò veteres appellarunt teſtes præſentes, Superſtites, teſte Feſtô. Sic hujus vocis uſus & avita amplaq; vis vindicatur ab iſtâ anguſtia ſignificationis, in qvam vulgò cogi & contrudi ſolet. Nota. Rariſſimè etiam cum Genitivo leges hæc ſeqventia: *amicus, fidus, finitimus, conterminus, adverſus.* Amicus] ut adſtruant hujus Genitivum, citant Ciceronem hiſce verbis utentem: Plato veritatis amiciſſimus. Sed rara ſunt hujus vocis adjectivè acceptæ & Genitivo junctæ teſtimonia. Fidus] Idem eſt judicium de *Fidus*, qvod freqventiſſimè Dativum habet; cum Genitivô rarò admodum reperitur. Virg. l. 12. Æneid. *Præterea Regina* tui fidiſſima —— Finitimus] Juſtin. l. 44. *Unde etiam Chalybes* fluvii hujus finitimi *appellati, ferróq; cæteris præſtare dicuntur.* Conterminus) Apul. 6. Metam. *Qvum primum* prædicti jugi conterminos *locos appulit, videt rei lethalem difficultatem.* Adversus) Tacit. l. 3. *Venenô eum à Lepida petitum* illuſtrium domuum adverſa. Qvomodo proſper, lætus, mœſtus, ingratus, manifeſtus, dubius, alienus, benignus, ſuſpectus, &c. cum Genitivo conſtruantur, proximè præcedenti regulâ traditum & probatum eſt. Reſtat ut certò & ſolidè evincatur horum Adjectivorum Syntaxis cum Præpoſitionibus, & eorum caſibus; in primis verò cum præpoſitione Ad, & Accuſativo, qvo de ſeqventi Observatione IV.

## Observatio IV.

Adjectiva Commodi, Facilitatis, Aptitudinis & eorum contraria permutare Dativum cum Accuſativô, & Præpoſitione Ad, ex hiſce Latinorum teſtimoniis ſolidè evincitur. Salutaris] Cic. 1. de Divin. *Qvid*

*Aſtro-*

s *cur ſtella Jobis & Veneris conjuncta cum Luna* pueroram ſalutaris *ſit, Saturni Martiſve contraria?* DUS ] Ovid. 2. Faſt. — ad curſum commoda ve- NUS ] Varr. de Ruſt. c. 9. *Terra cujusmodi ſit refert,* n rem bona, *aut non* bona *ſit*. INUTILIS ] Cic. *Acutum genus eſt & ad* uſûs *Civium non* inutile. s ] Cic. 2. de Orat. *Materia* facilis ad exardeſcen- m 2. de Divinat. Ad concedendum faciles *eos ha-* FICILIS ] Cic. 1. Offic. Difficilius *eſt* ad eloqven- *ſatis erit intelligi*. Liv. 3. ab Urb. Difficile ad fi- *um in antiqvare, quot pugnaverint ceciderintve, ex- tare numerò*. APTUS ] Cic. de Opt. Gen. Orat. *ex Atticis duorum eloqventiſſimorum nobiliſſimas inter ſe contrarias, Æſchinis Demoſthenisq́, nec t interpres, ſed ut orator* , *verbis* ad noſtram con- m aptis. Idem 2. de Nat. Deor. Aptæ ad ſtabilita- *iſſura*, & ad actûs finiendos accommodatæ. Sed vocis genuinam rationem & nativum decus intel- erva, qvòd Latini ſcriptores ea Apta dixerint, qvæ òdam ordine juncta qvaſi catenâ qvâdam cohære- ; oppoſuerint diſſoluta & parum cohærentia. Cic. *t apud illos ordo rerum ſervatus & omnia* inter ſe onnexa. Idem de Nat. Deor. *Balbus multa dixit, nùs vera, tamen* apta inter ſe & cohærentia. Et *Tanta ſeries artis eſt, ſic* inter ſe *plerumq́ ſunt* apta ta &c. Idem. *Orbes* vincti inter ſe & *nodis cæle-* i. APPOSITUS ] Cic. in Verr. *Homo benè* apposi- *tus* audaciam. Idem ad Q. Fr. *Habet qviddam Sar-* oſitum ad recordationem *præteritæ memoriæ*. Ac- DATUS ] Cic. 4. Acad. *Appetere id qvod* accom- ad naturam *appareat*. Idem 3. Tuſc. Accommo- *o* ad conſolandum. IDONEUS ] Qvint. l. 3. c. 8. *riſtoteles* idoneam *maximè* ad ſcribendum *demon-* , *proximámq́ ab ea judicialem putavit*. Cic. Att. *uar etiam conſiliis* idoneis ad hoc noſtrum nego- RONUS ] Plin. l. 22. c. 24. Proniores ad iracun-

diam.

Digitized by Google

diam. Liv. l. 1. bell. Pun. *Id ut tutius conſiliu*
*ret, ita actâ re* ad fidem pronius eſt. Procl
Tuſc. Procliviores *alii* ad alios morbos. I
Qvint. l. 1. c. 1. Ad diſcendum promptus. Cic
ptiores *debemus eſſe* ad noſtra pericula, *qvàm*
Necessarius] Cic. 1. Offic. Ad uſus *vitæ*
*petuntur divitiæ.* Idem; *Cætera* ad victum n
portunus] Terent. Eunuch. Ad omnia
portunus, *nec magis ex uſu nemo eſt.* Cæſ. 3. b
*qvidem res* ad negotium conficiendum *maxi*
tuna. Conveniens] Cic. de Amicit. *Nih*
*naturæ aptum, tam* conveniens ad res *vel* ſec
verſas. Habilis] Liv. 7. ab Urb. *Armant in*
*qvales, pedeſtre ſcutum capit, Hiſpanô cingitur*
piorem habili pugnam. Vicinus] Cic. 3.
riendum vicina. Socius] Plaut. *Hic homo*
lam rem *qværit, qvem adjungat ſibi.* Cœterùm
cum hac Præpoſitione Ad jungi amant Adje
*di, Facilitatis, Aptitudinis,* aliáq; Dativum pe
etiam cum aliis Præpoſitionibus: qvâ de re
SERVATIONE V agetur.

## Observatio V.

Adjectiva Dativum exigentia, præter P
Ad, etiam alias Præpoſitiones & earum caſus a
In, Inter, Cum, Apud, Erga, Adv
versum, Contra, Circa. Cum Pr
legi hæc Adjectiva, ſeqventia teſtimonia evi
tus) Cic. l. 11. Epiſt. Gratiorem *me eſſe* in te *p*
perverſi *ſint* in me, *exploratum habes.* Iniqv
Heaut. *Qvàm* iniqvi *ſunt patres* in omnes *ado*
*ces.* Facilis] Ovid. *Dii* faciles in tua vota.
In *ſuum cuiq;* tribuendo faciles *antiqvi.* Qvin
ciles in excogitando. Gravis) Cic. pro C
*enim* in Rom. populum grave, *non poſſe uti ſ*
*virtute præditis.* Inofficiosus, Per

Digitized by Google

ſ. *Aliter fuiſſemus & in nos inofficioſi*, *& in* *ſi illum offenſuri fuimus*, pænè periculoſi. ] Idem Herenn. l. 4. Impius in parentes, in-os, infeſtus in cognatos, in ſuperiores contu-& pares faſtidioſus, in inferiores crudelis, de-intolerabilis. PRONUS] Varro de re Ruſt. L. s in ventrem. Virg. 5. Æneid. —— *auriga pen-* a proni. Lucan. l. 1. in bellum pronus. Horat. *er* in obſeqvium *plus ego* pronus ——. PRO-c. *Ab æqvis verò etiam à* propenſis in hanc par-. PROMPTUS] Tacit. l. 15. Promptum in a-*genium*. APTUS]Liv. 8. bell. Maced. *Et erant* *uere pugna*, in qvod *minimè* apti ſunt. AC-TUS) Qvint. l. 4. c. 2. Accommodatus in hoc. s ] Tacit. l. 2. *Formâ haud* diſſimili in Domi-R]Cic. 2. de Invent. *Scientia* par in nobis *atq;* nde cum INTER etiam ejuſmodi Adjectiva NOTUS) Liv. 8. ab Urb. Notiſſimi inter ſe. ic. pro Cluent. *Homines* inter ſe *cum formâ* imiles; municipum *autem* ſuorum diſſimi-MILIS) Varr. 1. de Re Ruſt. *Ea qvæ* diſſimilia DISPAR] Cic. 1. Tuſc. Diſpares *eſſe* inter ſe us ] Vide paulò ante OBSERV. IV. Porrò ſtructura adjectivis COMMUNIS & PAR ſitio CUM, jam abſente Dativô, jam præſente. Cic. l. 1. Offic. *Fortuna* nobis cum propin-is *eſt plerunq;*. Idem Att. l. 2. *Hoc malum* e cum omnibus. Idem. pro Cæl. *Paries qvi* *erat* communis, & paſsim apud eundem. Idem r. *Neq;* mihi par *ratio* cum Lucilio *eſt*, *ac* te-m de Clar. Orat. *Erant* ei *qvædam ex his* paria *illam etiam ſuperiora*. Et pro Ligar. Mihi o-*ſunt*. Abſente: ut, Cic. 1. Acad. *Opinio im-* falſo incognitóq; communis. Idem Offi. Æ-re cum cæteris *vivere*. Sic APTUS. Cic. de *rectè vixerit ad illud aſtrum*, qvo cum aptus

*fuerit*

Digitized by Google

*fuerit*, *ſertetur.* Gratiosus) Cic. 3. Offic. Apud om[...] ordines gratioſus. Acceptus) Plaut. Capt. Accepti[...] mus apud te *ſervus*. Sic cum Erga nonnulla leges. Ben[e]volus) Plaut. *Quod me eſſe ſcit* erga ſe benevolum. Gratus) Cic. *Tu quidem* gratus erga me *fueris ipſe exiſtima[...] potes.* Et cum Adversus) Senec. l. 1. *Tu me aliquid i[...]rum doce, per quæ beneficentior* gratiórq; adverſus benè m[e]rentes fiam. Accommodatus] Celſ. l. 5. c. 19. *Su[nt] etiam* adverſus morſûs *quædam* accommodata. Et cum Ad[-]versum leges Ingratus. vid. ſupr. 844. Cum Co[n]tra extat Pervicax] Plin. l. 16. c. 16. Pervicax cont[ra] flatûs. Cum Circa extat Proclivis) Qvint. l. 4. c. [...] *Eritq́; judex* circa jus noſtrum *ſpe modeſtia attentior*, circ[a] modeſtiam *juris probatione* proclivior. Et deniq; cum A[:] Absonus) Liv. 7. ab Urb. *Non* abſoni à voce *motus erant*. Alienus) Cic. l. 5. Att. Alienus à literis. Diversus: Idem: diverſus ab illo. Qvò etiam pertinent qvæ ordinem ſignificant: ut, proximus à Jove. Secundus à Rege. Tertius ab urbe lapis. Hactenus OBSERVATIONES: nunc ſeqvuntur ANOMALIÆ.

## Anomalia. I.

Veluti *Adjectiva* affectuum per Helleniſmum conſtructa leguntur cum Infinitivô, ut proximè præcedente regulâ Anomalia II. monitum eſt: conſimili ratione Adjectiva Dativum poſtulantia per eandem dicendi figuram Infinitivis jungi amant: ut, Bonus) Virg. 5. Eclog.— boni *convenimus ambo Tu calamos* inflare *leves, ego* dicere *verſus*. Melior) Perſ. Sat. 4. *Quin igitur blando caudam jactare popello Deſinis, Anticyras* melior jactare meraca. Optimus) Sat. 2. Sylv. — optimus *idem* Condere *divitias opibúsq́;* immittere lucem. Blandus) Horat. 1. Od. 12. Blandum *& auritas fidibus canoris* Ducere *quercûs*. Dolosus) Horat. 1. Od. 35. — *amici* Ferre *jugum pariter* doloſi. Par) Virg. 7. Eclog. *Et* cantare pares, *&* reſpondere parati. Saevus) Horat. 1. Epiſt. 15. — *opprobria* fingere ſævus.

Digitized by Google

irus) Idem. 1. Sat. 4. durus componere verſus. Horat. l. Ep. 2. *Nos numerus ſumus & fruges* con- i. Et cum Deponentibus. CONTUMAX) Plin. *Materies præſtantior longè, incorrupta vis*, emori Nec non cum Infinitivô paſſivô. FACILIS) Art. —— *mens* facilis & apta capi. Gell. l. 17, c. 9. *s epiſtolam*, & facilem legi præſtabant. Tacit. rumpi facilis. APTUS) Ovid. 4. Faſt. —— *non* egi. Idem 1. de arte: *Sed puer eſt ætas mollis &* INVIUS) Seneca. Herc. Furent. *Et ſaxa fluctu rem invius* Renavigari. —— Notat Linacer l. 3. ſtruct. p. 188, locô Infinitivi, qvô Poëtæ utuntur, rmone adhiberi jam Gerundium, jam Supinum. ifinitivô Activô proſa ſcribentes Accuſativô Ge- ut Linacer loqvitur; Accuſativô Gerundi mo- æpoſitione potius utuntur. Vehemens ad dicen- ad ſalutandum, commodus, incommodus, uti- d militandum. Pro paſſivô autem, ultimô Supi- Linacer ait, ultimo gerundi modô) qvod per u Optimum factu, digniſsimum memoratu, hor- Horat. l. 1. Sat. 4. *Sapiens*, vitatu qvidq; petitu *cauſas reddet tibi*. Plin. ad Apol. l. 5. Ep. 6. *Quæ* itu & mihi relatu jucunda *erunt*. Vel paſsivô eô DUM terminatur, cum præpoſitione, apud Cicer. *Quod non* facile ad credendum *eſt*, pro *eô* qvod , vel, ut credatur. Utrumq; modum interim & cabulum, QVI, non ineleganter interpretari au- s. Priorem, ut, Terent, Evn. 5, 2. *Nam ſi ego di- tumeliâ ſum maximè, at tu* indignus qvi faceres. m. Cic. pro. L. Manil. *Nam erit* idoneus, qvi *ad aticum regiumq;* mittatur. Sed hâc de re in Syn- minum monebitur.

## ANOMALIA II.

ecos imitari videntur Latini, qvando τῷ IDEM tivo. Horat. de arte; *Invitum qvi ſervat*, idem

*facit*

*facit* occidenti. Græcè diceretur, αὐτ
h. e. idem facit qvod occidens, vel idem
Ita enim loqvitur Iſocrates ad Demonic
διαφθαρεὶς τ' αὐτὰ πάσχει τοῖς
ἡνιόχους ἀποβάλλουσιν. i. e. Animus
dem patitur cum curribus aurigas excut
εἰς τὴν αὐτὴν τιθεὶς πλάστιγγα τὴν
h. e. in eadem lance ponens temulentiar
refert Vechnerus Hellenolex. l. 1. c. 19. p. 1
v. 64. *Animalia cum ſint Atq;* animalib
*una* eadémq;. Eadem animalibus, pro,
libus. Et l. 3. v. 106. *Qvorum unus Ho*
*tus* eâdem aliis *ſopitus qviete eſt.* pro, e

## ANOMALIA I

Nonnunqvam Adjectiva, *Par*, *id*
Ellipſin deficiunt. Liv. 2. ab Urb. *Divi*
oneri ferundo *eſſent*, ſcilicet pares. Cic
vendo *eras.* ſc. par. Idem l. 9. dec. 3.
ferendæ *eſſe*, ſcilicet, parem. Idem l 10.
reſtingvendo igni *forent portantes* ſcilic
etiam referunt illud ; *eſſe uſui.* Sed h
pertinet ad ſtructuram verborum gemi
tium, veluti manifeſtè evincunt teſtimon
ad Att. l. 1. Epiſt. 1. Fuit & mihi & Q.
*in noſtris petitionibus.* Plaut. Ciſtell. *Q*
*qvam* uſui *eſt* Mihi *poteſt* eſſe. Idem P
*veſtem Atq;* ea qvibus eſt vobis uſui *pro*

## ANOMALIA I

Qvandoq; PROPIOR & PROX
Accuſativum admittunt ; ut, Salluſt. Jug
tem. Liv. 35. *Laconicus ager* proximu
rum *eſt.* Plaut. Pen. 5, 3. *Qvi* te proxim
mus eum *ſteterat.* Cæſar. l. 1. Comm.
Linacer l. 3. p. 168. & Robert. Steph. in

Digitized by Google

. atq; alii è Cicerone ipſo adducunt, pro-
*ſedebam*. Sed Voſſius p.29. Gram. norat
dicibus legi *proximè Pompejum*: qvomodo
re memorat. Cui lectioni favet illuſtre ex-
cuſum eſt 2. tom. in fol. à Frobenio, cum
mi & Jani Gruteri. Et Gruterus in notis
eandem ex ſchid. Tornæſii & Cruſell.
abinus & Caroli Stephani Regii Typ. Pari.
xcuſum anno 1554. legit ἀναλόγως l. 1.
4. Proximus Pompejo *ſedebam*. Eandem
vitur Aldus, & Nizolius in Obſervationi-
ſpaut, p. 381. Hæ fuere ANOMALIÆ;
ANTIAS.

## ELEGANTIA I.

vadam gratia & elegantia conjunctum eſt
us, qvô Adjectiva ſeqvente vocula VUL-
ſtruuntur: ut, Cic. Att. l. 9. *Alter velli-*
*dies, alter* in vulgus ignotus. Tacit. l. 2.
*bus* grati in vulgus. Liv. 2. ab Urb. Grata
*ître* Tacit. l. 5. *Millies ſeſtertiûm ea muni-*
*s, tantò* acceptius in vulgus. Cic. Att.
lgus gratum *eſſe ſentimus*,

## ELEGANTIA II.

uſta dicendi vis ac REGULA huic ejúſq;
NI apprimè apta relucet in vocula NA-
tivô, jam cum præpoſitione AD conſtru-
iſon. Natus abdomini ſuo, *non* laudi *atq*
Murena; Patriæ, *non* ſibi, natus Cato.
nperio huic natus. Idem de Clar. Orat.
ini nata *eloqventia*. Idem pro Seſt. *Cum*
*iis* ſuis civibus, *qvi* laudi, qvi gloriæ, *non qvi*
iis, *&* delectationi natus *arbitrentur*. Et
. de Fin. *Hi non viderunt, ut* ad curſum
n *bovem*, ad indagandum *canem*: *ſic homi-*
*t ait Ariſtoteles*, ad intelligendum *&* agen-

Iii dum,

Digitized by Google

dum *eſſe* natum. Idem pro Corn. Balbo. *A*
larem qvandam facultatem natus *Craſſus*
Orat. Ad omnia ſumma natus *Pompejus.*
Ad juſtitiam *nos eſſe* natos, *intelligere, nil p*
in Partit. Ad honeſtatem natum *genus hum*
fuit ſtructura DATIVI Nominum: ſeq
taxis ACCUSATIVI.

# DE SYNTAXI ACCU
## Nominum.

### REGULA.

Nomina [*a*] *Menſuræ, Spacii,*
[*b*] adduntur Adjectivis Qvan
*gus, latus, altus, craſſus,* vel Ver
ſativo: ut,

Nomina *Menſuræ.*

Plin. l. 8. c. 34. *Umbra* qvatuo
ga. Plaut. Bacch. 4. 1. *Comeſſ*
pedes latum *potes.* Virg. 3. Ecl.
*in terris, & eris mihi magnus Ap*
teat *cæli ſpacium non amplius* ul

Spacii.

Col. l. 5. c. 2. *Ager* longus ped
latus *ex una parte* pedes viginti.
*conſcientia* tranſverſum ungve
*tet* diſcedere, Propert. Magnu
*ctas* proficiſci *cogor Athenas.*

Nota.

I. Eadem nomina *menſuræ, ſp*

Digitized by Google

adduntur Adjectivis Qvantitatis, vel
ătivo[ꝛ] ut, Plin. l. 35. c. 14: Longum
atum pede. Colum. Sulcus dupondiô
altus. Perſ. Sat. I. — *Cùm tibi Calvo
brachia*, propensô ſeſqvipede, extet.
ngis *inter ſe* paſsibus abſunt.

## OBSERVATIO I.

empto habeat juventus, & veluti in tabella
ea nomina, qvæ MENSURAM, SPACIUM
idem ſtructuram Nominis & Verbi in una
conjunguntur) ſignificant, non pigebit hac
di cupidis ingeniis operam locare & præci-
eò feliciùs occupentur juniores in bimem-
ſcenda & intelligenda. Neutiqvam interea
ſubinde meminiſſe, ſicubi in hiſce ſeſe alia,
*ſitione*, vel ſine *præpoſitione*, ſtructura offerat.
*rtam* & *exiguam* ferè MENSURAM inter-
ſicant, præcipuè hæc ſunt: *digitus*, *digitus
ranſverſus*, *ſeſqvidigitus*, *palmus*, *ſeu tranſverſa
unx*, *dodrans*, *bes*, *ſeptunx*, *ſemis*, *qvincunx*,
*uncia*, *orgyja*, *ulna*. *Certam* autem ſeu *ſpe-*
URAM ea nomina ideò dicuntur denotare,
r ab iis, qvæ *incertam* ſeu *communem menſu-*
onem denotant, utpote: *longus*, *latus*, *altus*,
*is*, qvæ in ipſa regula exprimuntur. Nomina
m ſeu *diſtantiam loci* ſignificantia, in primis
*us*, *paſſus*, *dupondius*, *ſtadium*, *leuca*, *millia-*
*lapis*, *paraſanga*. Sic *iter unius*, *duorum*, *trium*
*dui*, *tridui*: *millia paſſuum*, &c. Hæc ſpecie
à nominibus, qvæ certam menſuram inter-
tant. Utrobiq; enim ſpectatur intervallum
imenſio. In eo autem paululum vulgò diffe-
n illorum pleriſq; minoris intervalli menſu-
ontra in horum non paucis majoris inter-

 valli

Digitized by Google

valli menſura cernitur. Nam maxima
*ſura Viarum*, Ita enim vocat Iſidorus,
l. 15, c. 16: *Menſuras Viarum nos milli*
*ſtadia, Galli leucas, Ægyptii ſignes, Perſ*
*rium* [ Italicum ] *mille paſſibus termi*
*qVinq; millia: leuca finitur paſſibus qVi*
*Va pars milliaris conſtans paſſibus* CX
liger de Emend. temporum: *InterVall*
*tis ſignis diſtingVere publicò qVaſi genti*
*eſt: ut puta in Italia millibus paſſuum*
*Perſide paraſangis, qVod nomen hodie in*
*Syria ſchœnis: in Gallia & Hiſpania le*
*netur: in Germania ruſtis, ut eſt apud*
Iſidori & Scaligeri loca clarè teſtant
primô ortu & origine non eſſe latina;
latina. *Paraſanga* e. g. ut id obiter no
Et primam vocis partem accerſun
פָּרָשׁ paraſch, i. e. eqves, & alteram
ἀγγαρεύειν, (vid. Math. 5, 21. & 27,
ad iter ſuſcipiendum, vel ferendum a
bus Regiis Perſarum, (ſive eqvites, ſive
ἀγγαρους vocari Svidas autor eſt,
memorat, cujusvis eqvos vel naves,
nes rapere ad curſum, (ſive munus an
Turcas. Confirmat hoc etymon Bud
doti lib. 8. aſſerit, apud Perſas in uſu fu
μημα i. e, curſum perniciſſimum eq
*poſtas*, qvaſi poſitos collocatósq; cert
procinctu excubantes. Id qvod & Svi
nunciis Perſicis, dum ait: Ἄγγαρ
γραμματοφόροι, i. e. tabellarii, q
ras perferunt. Solebant enim reges P
nibus diſpoſitos habere tabellarios &
ter alteri traderet mandata, ut ita cel

Digitized by Google

...modiùs fieret, dividebant Perſæ itinera ſua
...a *paraſangas*, qvas cū attigiſſent ἄγγαροι,
...ajuli, (ut memorant) qvieſcebant, & man-
...aliis ulteriùs ituris per vices transferenda
...olentibusq; obtrudebant. Qvà de re vide-
...& Herodotus in Urania. Hinc Feſtus ait;
*...Perſas viarum menſura.* Hæc de *paraſangis*.
...tant tempus] præcipua ſunt; *momentum*,
*...ſeſqvihora, dies, biduum, triduum*, &c. *hebdo-*
*...menſis, bimeſtre, trimeſtre, ſemeſtre, annus*,
*...nium, qvadriennium, qvinqvennium, lu-*
*...ſeculum*, &c.

## OBSERVATIO II.

...ENSURÆ, SPACII, freqventiùs mul-
...qvàm Ablativò efferri traduntur. Exem-
...ret, videat Alvarum p. 339, 340. Rhenium
...441, 442, 444, aliósq;.

## OBSERVATIO III.

...Adjectivum Qvantitatis eſt comparativi
...catur *exceſſus menſuræ* aut *temporis*, nomen
...n ablativo ponitur. Plaut. Trinum. 4. 2.
*...em eſt, qvam tu*, longior; non, ſeſqvipedis
... Major *me* annis tribus. Juven. de Pygm.
*...non eſt* altior unò: de pygmæis loqvitur.
*...a Palatini poteras æqvare Coloſſi Si fieres*
*...a*, ſeſqvipede. Peculiare verò eſt, qvod ex
...: digitum *non* altior unum. Sed verò non
...ivum & Ablativum admittunt Adjectiva
... nonnunqvam etiam *Genitivum*; qvà de re
...ti OBSERVATIONE IV.

## OBSERVATIO IV.

...a Qvantitatis *longus*, *latus*, *altus*, *craſſus*
...ivum & Ablativum, etiam cum *Genitivo*
...tur; ut, Cato; *Trabs* pedum viginti duo-



Digitized by Google

rum longa. Colum. *Locum occupent* decem
*&* qvinq; latum. Idem: *Areas* latas pedum
pedum qvinqvagenum *facito*. Plin. *Singu*
lata tricenum, alta qvinqvagenum. Idem: *P*
*in imo* latæ pedum ſeptuagenûm qvinûm, al
qvagenûm. Sunt qvi putent, qvod Adjecti
*altus*, tantundem hîc valeant, qvod Subſta
*ne*, *latitudine*, *altitudine*. Certum qvidem
Subſtantiva aliqvando expreſsè ponantur
ut Plin. *Platanus* longitudine qvindecim c
ſitudine qvatuor ulnarū, *pro*, longa qvinde
craſſa qvatuor ulnarum. Idem: *Frutex* p
*pro*, palmum altus. Et cum verbo: Colum
*actus jugerum efficiunt* longitudine pedum
dine pedum CXX.

## OBSERVATIO V.

Nonnunqvam fit periphraſis per ve
& *Subſtantivum*, vel cum *Præpoſitione*, vel ſi
Cum Præpoſitione IN: ut, Colum. l. 5. c. 2. d
*ri autem modus ſi ſemper qvadraret*, *&* *in*
in longitudinem haberet pedes CCXL, in l
des CXX pro, longus pedes CCXL, & lat
Sine Præpoſitione qvando fit periphraſis, n
iam Subſtantivum in genitivo ponitur: C
*Jugeri forma* pedes habeat longitudinis C
nis pedes CXX. Nonnunqvam etiam in *Non*
*Curvatura autem* latitudo habeat pedes L
qvando Adjectiva *Qvantitatis* non adſunt
MENSURÆ in *Genitivo* ponitur, & à Subſt
Seqvitur enim ſtructuram Notæ 3. Reg. 1.
num p. Syntax. 799. & OBSERVAT. 8. p. 8
l. 5. c. 2. *Eſto unius lateris linea*, *qva facit* a
pedum qvinqvaginta, *&* *alterius* pedum ce
*Eſto hexagonum qvoqvoverſus* lineis pedum
*Eſto* ager triangulus pedum *qvoqvoverſus* C
Clima *qvoqvoverſus* pedum *eſt* LX. Caſ. Aſſer

Digitized by Google

*ſus præfixi.* Nonnulla per Ellipſin hoc dici
erà Genitivus hic ἀναλόγως regitur à Sub-

# OBSERVATIO VI.

S PACIORUM nonnunqvam admittunt Præ-
t Cæſ. Erat *ab oppido* millia *paſſuum* circiter,
bus *paſſuum minùs* duobus *caſtra* poſuerunt,
qve *malleoli* pangendi ſunt per ſpacium *pedis.*
*uas literas* ad qvintum milliare. Mart. l. 10.
*orqvatus* habet *prætoria* qvartum, i. e. ad qvar-
*Lapis* enim pro *milliari* tanqvam ſignum pro
rarò uſurpatur, in primis apud Livium. *Mil-
lapidibus* ſignabantur, autore Tiberiô Grac-
ſtinctu Romani ſingulis milliaribus lapideas
ci-orum ſigna inſcripta habentes poſuerunt.
ùm *milliaribus*, ſed etiam *lapidibus* itinerum
menſi. Et hinc apud Livium, ad qvartum la-
lia creberrimè leguntur. Hactenus OBSER-
S: ſeqvitur ANOMALIA.

## ANOMALIA.

unqvam per ELLIPSIN alterum Subſtanti-
ô *Spacium* itineris ſive viæ ſignificatur. Cic. 5.
*venimus in caſtra*, *qvæ* aberant bidui. ſc. iter
qva ANOMALIA p. Synt. 804. ANOMA-
g. I. *Genitivi* Nominum, nonnihil monitum
plurium deſino. Sed ANOMALIAM unam
nunc ſeqvitur ELEGANTIA.

## ELEGANTIA.

a admodum & huic Regulæ apprimè apta eſt
lla dicendi figura: UNGVEM LATUM, DI-
DEM *progredi, egredi, non diſcedere* &c. qvâ
qvi Lingvæ latinæ immortalem gloriam & de-
on rarò uſus eſt. Cic. Acad. qvæſt. l. 2. *Ab hac
ibi licet* tranſverſum (*ut ajunt*) ungvem diſce-
piſt. Fam. *Urge igitur* tranſverſum ungvem,



Digitized by Google

*qvod ajunt*, à ſalo. His junge teſtimonium Ci
ipſi ſubjectum. Sic Plautus —— *ſi hercle, tu e*
gitum tranſverſum, *aut* ungvem latum exc
Verr. *Pueri autem Siſenna, credo qvi audi*
*iſtum teſtimonia eſſent dicta, oculos de iſto nu*
*neq ab argento* digitum diſcedere. Idem 2. A
*ex his illa initia Mathematicorum, qvibus non*
tum progredi *non poſſunt*. Idem Att. l. 13.
*adhuc è villa* egreſſi *non* ſumus, *ita magnos* &
*habebamus*. Et per ellipſin. Idem Acad. 2. *U*
*nocratem ſeqvitur, cujus libri ſunt de ratione*
*& multum probati? aut ipſum Ariſtotelem,*
*bil eſt acutius, nihil politius*: à Chryſippo pe
loqvitur de Antiocho, qvi reliqvis contempt
per omnia ſeqvebatur. Metaphora, inqvit
1. Centur. 5, partim ſumpta videtur ab iis, q
ſaxum aut ſimile qvippiam digitis latis metiu
exqviſitè rei modus ſpectatur, (nam reliqv
ſolemus. Minima menſurarum, latus digitu
jugerum menſoribus, qvi ſtadiis, paſſibus
menſurâ pedibus, ſoli ſpacium metiuntur.

# DE SYNTAXI ABLA
# Nominum.

## Regula I.

Nomina *Cauſæ* [*a*] *inſtrumenti*
*partis*, vel ſimilis *circumſtantiæ* ſiv
adduntur Nomini *Adjectivo*, † v
*Ablativo*: ut,

Nomina *Cauſæ efficienti*
Terent. Deteriores *omnes* ſu
tiâ. Salluſt. Concordiâ *res parva*

Digitized by Google

res magnæ dilabuntur, Hor. 1. Epi
unt peccare boni virtutis amore;
peccare mali formidine pœnæ.

Cauſa materialis.

Æneid. — duplicem gemmis au-
nam. Sangvine fundata eſt Eccle-
vine crevit, Sangvine ſuccrevit,
finis erit.

Inſtrumenti. [c]

tate homines capiuntur, ut hamô
rat. Naturam expellas furcâ, tamen
ret. Ovid. Fertilis aſſiduò ſi non re-
aratrô: Nil niſi cum ſpinis gramen
ger.

Modi.

Conſilia audacia, prima ſpecie læta,
actatu dura, eventu triſtia. Valer.
ntò gradu ad vindictam ſui divina
ira, tarditatémque ſupplicii gravitate
ſat. Plaut. Virtute ambire oportet,
oribus: Sat fautorum habet, qui rectè
vid. Luxuriant animi rebus plerumque
s: Nec facile eſt æquâ commoda mente

Partis.

t. Bacch. 3, 6. Amici (falſi) lingvâ

factioſi, inertes operâ, ſubleſtâ fi
2. de Orat. Totâ mente & omn
bus contremiſco. Mart. l. 12. ep.
ruber, niger ore, brevis pede, lum

*Circumſtantia* vel *adjunct*

Cic. de Senect. *Eum colere cœpi* ... *dum* grandem natu, *ſed tamen j* provectum. Idem de petit. Conſ *quam ſunt tam* genere inſignes, *q* nobiles. Sic: Patriâ Lesbius, natio Ovid. 2. Triſt. *Ennius* ingeniô arte rudis. Cic. l. 2. de Orat. Lep manitate *omnibus* præſtitit Socrat Fallit *enim vitium* ſpecie *virtutis* & *Cum ſit triſte habitu, vultuq; & veſt*

[*a*] OBSERVATIO I.

Ablativus CAUSÆ aut ſimilis *circumſtan* admittit Præpoſitionem: ut, Ter. Lætus de am ſus de via. Idem: Ab omni laude felicior. Co eus ab exercitu. Cic. Præ mœrore loqvi *non* Laborare ex deſiderio, ex renibus, ex inteſtinis ex invidia. Idem: Gloriari in virtute. Gloriar bus. Interdum permutatur idem Ablativus c tivo, accedente Præpoſitione PER vel PROPT *Qvod* adeptus eſt per ſcelus, *id* per luxuriam conſumit. Cæſ. Per vim *navibus flumen* tranſi Metam. *Haud* per tale ſacrum *numen* placabitis I. Pont. 7. *Sæpe* per has flecti *principis ira ſolet*, *legibus propter* metum, i. e. metu.

## [b] OBSERVATIO II.

latiyus. MODI interdum adſciſcit CUM qvandò um ſignificat: ut, Cic. 1. de Offic. *Ira procul abſit, nihil rectè fieri, nihil conſideratè* poteſt. Idem ad ns cum gladiis *in conſpectu Senatus*. Idem: *Tuas li-* gna cum voluptate legi. Idem l. 3. de Orat. Rediit cum febri. Idem: *Semper* magno cum metu incipio. t verò, qvandò ſignificatur INSTRUMENTUM, Præpoſitio CUM additur: ut, Ovid. Carpe *cibos qvidam geſtus edendi; Ora, nec* immunda, *tota*, per- nu. non, cum digitis, cum manu. Plaut. in Rudent. tetigiſti, non, cum acu, h.e. rem ipſam divinaſti. nmà acu etiam minutiſſima puncta tangi poſſunt. fil. 2. Eraſ. Cent. Adag. 43. Sic: percuſſus gladio, culo, pugno: pugione transfoſſus: virgis cæſus: nsfixit, non cum gladio, baculo, &c. Nonnulli ta- contrarium afferunt locum Plinii ex l. 9. c. 28. *Cæ- ri*, cum qvibus venantur. Sed Dalecampii editio 87. legit: *Cæteri cirri*, qvibus venantur. Vezonti- ò exemplar MSum è Chiffletij Medici doctiſſimi eca erutum legit: *Cætera cirri*. Citant & illud Ovid. . *Hac modò* verrebat raro cum pectine *terram*: ctionem probant ex vetuſtis exemplaribus Floren- d editio Lugd. Gryphii 1568. ita legit: *Hac modò ſtantem tibicine villam: Nunc matris plumis ova dabat*. Nec qvicqvam ſolidæ probationis exſculpi nt ex illo Ovidii 1. Metam. *concuſſit terq; qvaterq; m*, cum qva *terram, mare, ſidera* movit. Nam CUM inſtrumenti nota eſt, ſed comitatus & ſocietatis; ut r, unà cum Cæſarie mota, movit etiam terram &c. maximè exemplum alicubi reperiretur: non tamen eſſet imitandum. Qvæ ſententia eſt Schmidii, p. 358. . 25. Reg. 3. num. 10. qvi ab obitu Siberi & diſceſſu urgii, operâ Spigelii & Aug. Buchneri adjutus Me- onis Grammaticam Latinam interpolatam juven- onicæ dedit.

## [c] Observatio II

Qvintilianus exiſtimat Instrument
eſſe *Ablativum*; ſed Septimum caſum. *Q*
Qvintil. *etiam, ſitne apud Græcos vis qvadam ſ*
*apud nos qvoq; ſeptimi: nam cum dico*: haſtâ
*mor Ablativi naturæ*, nec ſi idem græcè di
τῷ δορὶ Hæc Qvintilianus, qvi Poeticô Dati
tur, pro, δόρατι. Qvintilianum ſeqvitur Diom
p. 302, 303. fuſè de ſeptimo caſu agit; nec n
ſecundam Donati editionem p. 1844; ipſe Don
cund. p. 1749. Sed Priſcianus l. 5. p. 673. hi
niens, ſeptimum hunc veterum caſum elimina
hiſce verbis: *Illud qvoq; non eſt prætermittend*
*buſdam ſeptimus caſus eſſe videtur Ablativus*,
*Præpoſitione profertur, qvod ſatis irrationabile v*
*nimè enim præpoſitio addita vel ſubtracta mut*
*caſus. Neq; enim cum accuſativo caſu multa*
*ſolent adjungi, alius eſt qvando habet eas, &*
*abſq; his profertur. Qvis autem dubitat, qvod o*
*tiones vel accuſativo, vel ablativo apud Latinos*
*Ergo ſi adjuncta vel non ablativo, mutant ejus vi*
*qvoq; adjuncta vel non, debent ſimiliter mutare*
*in comparationibus abſq; præpoſitione ſolet effer*
*nec tamen dicit qviſqvam ſeptimum tunc eſſe ca*
*tivum, cum dico, fortior Achilles Hectore. In*
*tium ſcriptores conſentiunt, & ſex eſſe caſus co*
*ſeptem. Uno enim non duobus Latini caſibus ſ*
*cos. Septimum igitur qvi addunt, ſupervacuum*
*nulla differentia vocis in ullo nomine diſtet*
aſſentitur Georg. Vall. l. 31. c. 19. Diſſentiens
briſſenſe. Confer. Alv. p. 341.

## Observatio IV.

Hanc *Ablativi* ſtructuram cum Adjecti
præpoſitione, jam cum præpoſitione, validè a
ximæ ſuperiores duæ regulæ, & qvidem ſine

Digitized by Google

Genitivi Nominum OBSERVAT. II. p. 839.
s, ſollicitus monſtris. & pag. 840. liber curâ,
tus ſomnô, proviſu rerum peritus, p. 841. inge-
, providus aſtu, naturâ conſultus, p. 842. Calli-
843. formidine trepidus, felix natô & conjuge,
ctrinâ, validus mente, integer pudore. p 844.
, victoriâ, &c. dolore amens, cœcus animô, æger
dô, pedibus, alienus majeſtate, lætus lætitiis. p.
s cultu, ſuſpenſus metu, præceps animô, amen-
irâ, vultu mutabilis, viribûs, animi audax. Et
itione p. 841. prudens in jure, rudis in jure ci-
in re aliena. p. 843. timidus in labore militari,
m fortunámq;. Ita enim legendum, pro, ad cũn-
ca laude egregius, in pugna eximius, integer ab
nnibus vitæ partibus. p. 844. Ex vulnere æger,
erſis. p. 845. parcus in victu, modicus in cultu.
demonſtrandum eſt, qvòd nonnulla Adjectiva,
n exigunt, cum hujus Regulæ *Ablativo* etiam in-
ed diverſò ſenſu. UTILIS] Plin. l. 7. c. 28. Ob
nu, neutrô pede, ſatis utilis. FIDELIS] Cic.
elis officiis. PAR, DISPAR, IMPAR] Plaut.
s ætate *habemus viros*. Cic. pro Planc. Omni
ude *unus alteri* par. Idem ibidem: Suffragiis
*titores*. Stat. 1. Achil. Par ſtudiis, *ævīq;* modis,
diſpar. Ovid. in Ibin. Ingeniò diſpar. Varro de
, Imparia numerô *ova*. GRATIOSUS] Plin. l.
lore violenta, *ac me* umbrâ *qvidem* gratioſa De
ſermo eſt. MOESTUS] Lucan, Vultu mœſtiſſi-
5. Arg. Irâ tacitâ mœſtiſſimus. GRAVIS] Liv.
e. Idem Gràves cibô, *ſopiti jacebant* Plin. l. 9.
uterô. i. e. prægnantes. Virg. 1. Æneid. — *de-*
*ſuetos* Marte gravis i. e. gravida. Idem 1. Æn.
gravem, *ac meritis, ſi forte virum qvem conſpe-*
*arrectisq; auribus adſtant*. Et cum præpoſitione.
ic. *Sunt* pares in amore & æqvales. Ovid. 1. Me-
*ciò terram ne non* æqvalis ab omni Parte *foret* —
Horat.

Horat. l. 1. Epiſt. — hac in re *ſcilicet* una ...
les. Nota. Nonnulli inter hos Ablativos *Ca*...
*ſtrumenti* &c. numerant etiam Ablativum ...
ſed de hôc dictum eſt ſuperioris Regulæ ...
TIONE III.

## [†] OBSERVATIO ...

Non tantùm Adjectiva, ſed etiam S...
nonnulla *Ablativum* CAUSÆ & MODI ...
Cic. Pietate filius, beneficiò parens, amore ...
eſt. Terent. Naturâ *tu illi* pater *es*, conſili...
Puer ætate. Sic, nomine Petrus. Hactenus O...
NES; ſuccedunt ANOMALIÆ.

## ANOMALIA I.

Adjectiva PATRIAM vel GENTE...
aut etiam PARTEM aliqvam TOTIUS, aliâ...
locô Ablativi, *Accuſativum* admittunt, i...
qvæ recentioribus dicitur SYNECDOCH...
Æneid. v. 223. Creſſa genus *Pholoe*. Sic Græ...
γιος. Idem 8. Æneid. v. 306. Qui genus? ...
pert. Qvalis & *unde* genus? Tacit. 6. Ann...
Sergius appellat hanc Synecdochen, figuram ...
immeritò. Veluti enim Græci loqvuntur ...
μαῖος, i. e. patriam Romanus. Σύρος ...
τὴν πατρίδα i. e. Syrus nomine & patriâ ...
*ſa genus*, *clari genus* &c. Sic Iſocrates a...
πειρῶ τὸ μὲν σῶμα εἶναι φιλόπονος, ...
φιλόσοφος. Confer Syntaxin Poſſelii p...
hiſce Alvarus agnoſcit *Ellipſin præpoſitionis* ...
Vechnerus l. 1. c. 20. p. 143. ait ſubintellige...
las, εἰς, κατὰ, vel περὶ, qvæ etiam *Ellip*...
nacrum ut l. 6. p. 495. recentiores argueri...
hanc Synecdochen conſtituerint *texens* figu...
nius, ut ipſe ait; Synecdoche *et* Græcis *tro*...

Digitized by Google

e non tantùm eſt tropus, ut Linacer putat; ſed
os figura. Nam ut lexeos ſive dictionis figura u-
: Qvintiliano l. 9. c. 3. p. 600, licet aliô, qvam
mitur ſenſu: & à nobis ſtat Alvarus p. 281. Nunc
imonia veniemus, qvibus *pars aliqva totius* vel
Accuſativô, locô Ablativi ponitur. Virg. *Et gla-*
*ns* canos hirſuta capillos. Idem 4. Æneid. v. 207.
*ercurio* ſimilis vocémq; colorémq; *Et flavos cri-*
*embra decora juventa.* Idem 6. Æneid. v. 260.—
*corpore totô Deiphobum vidit*, lacerum *crudeliter*
nanúsq; ambas, *populatáq; tempora raptis Auribus*
4. Georg. v. 93. *At feſſæ multâ referunt ſe nocte*
rura *thymo* plenæ — Idem 7. Æneid. *Laurus*
*nedio penetralibus altis* Sacra comam — Horat.
*Nec Mauris* animum mitior *angvibus*. Perſ. Sat. 5.
aurem *mordaci* lotus *acetô*. Stat. 2. Theb. v. 170.
*ôdâ* tales ſtirpémq; animóſq; venitis. Idem 2. Sylv.
e fidem, *nulloſq; experte tumultus*. 2. Prop. l. 2. el. 5.
*rma potens, Cynthia* verba levis. Sen. Tyeſte. *Sylvâ*
*alis Armeniâ leo. In cæde multâ victor armento*
*ruore* rictûs madidus. Ibid. *Nitet fluente* madidus
omam *Gnoſiáq; vino*. Huc referunt etiam Accuſa-
ralem [CÆTERA] junctum Adjectivo, nec non
um ſingularem, [MAGNAM, MAXIMAM, BO-
RTEM] conſtructum cum Verbo: ſed qvia hæ lo-
iones non tantùm cum ANOMALIA conjunctæ
etiam cum qvadam ELEGANTIA, & tam à Pro-
igatæ orationis ſcriptoribus uſurpantur: ELE-
RUM claſſi haud immeritò reſervantur. Porrò
ndi rationem, qvâ *Accuſativus* locô *Ablativi* po-
priam Poëtarum eſſe tradit Servius: & Vechnerus
conſtructionis genus adeo tranſmarinum & Græ-
ut non niſi à Græcis uſurpetur. Reperitur tamen
iſtoricos. Pompon. Mel. de priſcis Britannis l. 3.
pora infecti. Idem alibi l. 2. *Sarmatæ* totum brac-
p. *& niſi qva vident*, ora tecti. Huic junge Gram-

maticum

maticum Gellium l. 19, c. 10. *Memini me qui ...*
*ſinum Julianum Numidiam ad Frontonem C...*
des *tum graviter* ægrum *ire viſere*. Et Apul. 9...
Frontes literati, *&* capillum ſemiraſi, *&* pede...
*lurore deformes, & fumoſis tenebris vaporoſa c...*
bras adeſi. Loqvitur ibi de ſervis piſtrinenſib...
hunc locum Lipſius Elect. l. 2. c. 15. p. 489. ...
*At nunc eadem illa* (rura) vincti pedes, da...
inſcripti vultus *exercent*. Ubi Dalecampio ...
exponuntur *Stigmatia* vel *Stigmatici*, manc...
aliqvod flagitium inuſtis ſignis notata, pr...
qvamobrem *literata* etiam vocaverunt. Hi ...
tur *frontes literati*, à literis fronti inuſtis. Si...
2, 6. *Si hic* literatus *me ſinat*. & Petronius; *I...*
*phus* frontes *utrimq;* ingentibus literis & ...
vorum epigramma per totam faciem literal...
[Ita legit Lipſius Elect. 2. c. 16. p. 490. & ...
pro Petron. l. 2. c. 6. p. 101. licet nonnulli ...
*liberali*.] Etenim criminis rei, damnati in met...
platores ſive delatores, ſervi fugitivi, literi...
[qvod Petronius *notum epigramma* vocat] ...
bantur. Et Samii bellô victi ab Athenienſibu...
tem redacti *punctis* in fronte notati ſunt *liter...*
dinem referentibus. Unde proverbium: *Sa...*
*ratior*. Et Plutarchus in Pericl. Σαμίων ὁ ...
πολυγράμματ[ο]ς. i. e. Samiorum populu...
tus eſt. Ælianus l. 2. c. 9. notat, iſtis literis ſi...
bus captivi Samniorum notabantur, noctu...
tam fuiſſe. Qvam etiam notam Samnios ca...
enſium, talionis locô, inuſiſſe, teſtis eſt Plutarc...
& Herodot. l. 4. & è recentioribus Dalecam...
ſtantur ad Plin. l. 18. c. 3. Brodæus l. 4. c. 2...
l. 2. c. 15. p. 489. Alexander ab Alexandro ...
c. 18. p. 732. Plura, qvi volet, de hac materi...
legat nobiliſſimos autores, Cœlium Rhodig...

Digitized by Google

. 336. 339. & 15. c. 27. p, 708. Roſini Antiq. p.
homæ Dempſteri Paralip. ad Roſinum p. 1518.
dverſ. l. 24, c. 12. p. 498. Titum Popmam de O-
rum p. 100, 101, 102. Taubm. ad Caſin. Plauti 2, 6.
naelis Meiſneri Diatribam de Stigmatis, qvi ſtu-
norum aliorum autorum, Scaligeri, Laur. Pigno-
elli, Pithœi, Brodæi, Petr. Danielis, Connani, Cu-
eſii, Stevvechii, Georg. Erhardi, Herminii le Ca-
nberti, Douzæ, Vorverii, Vineti, Barthii &c. judi-
ic re collegit, ac fideliter & ingenuè recenſuit:
cat, vide. Hi melioris commatis autores in no-
tantò ſtudioſiùs vocantur, qvantò certiùs & ci-
præberi poſſit adultioribus, felicioribus, animi-
unæ bonis fœcundioribus ingeniis in lectiſſimos
ores inqvirendi, eorúmq; lectioni aſſveſcendi.
*mel eſt imbuta recens ſervabit odorem Teſta diu.*
. Veluti verò Adjectivà Accuſativum locô Abla-
nqvam ſibi permittunt, licentiâ in primis Poë-
rba eôdem Accuſativi anomali privilegiô dona-
: ut, Virg. *Stare locô neſcit, micat auribus & tre-*
Horat. 2. Serm. Sat. 7. v. 57. *Altercante libidi-*
s oſſa *pavore*. Apul. jugulum dolui, Id. Viſcera
ech. l. c. 2. v.

## ANOMALIA II.

ndo Ablativo utimur in citandis autoribus, Græ-
committitur: Subanditur enim præpoſitio IN:
us Eunucho, Virg. Æneide, Plautus Milite. Cic:
â aliô libro *dictum eſt, qvi inſcribitur Lælius*.
libro. Sic vulgò loqvimur: Apoſtolus ad Roma-
omanorum *capite primo*: prioris ad Corinthios
*ndo*, &c. Qvod loqvendi genus freqvens eſt, cùm
tum maximè apud Nonium Marcellum. Sic et-
Plutarchus in Parallelis: Ὡς ἱστορεῖ Κριτόλαος
ἐρωτικῶν. Ὡς Θεότιμος δευτέρῳ μακεδο-
ὡς Ἀριστείδης ἐννεακαιδεκάτῳ ἰταλικῶν.

Confer Linacrum l. 6. p. 494, 495. Latini
non rarò ἀναλόγως præpoſitionem In in
ptis adhibent. Cic. *De hoc genere toto* in hi
*Repub. ſcripſi, diligenter eſt diſputatum.* Ide
*gi* in Annalibus ſuis *qveritur adoleſcentes Ve*
Qvint. *Socrates apud Platonem* in Phædro,
*Virgilii qvidem poterit autoritate uti: qvi*
*ſcripſit.* Hactenus Anomaliæ: ſeqvunt

## Elegantia I.

Monoptoton *Ablativi* Natu haud i
ſtructum legitur cum Adjectivis Gran
Maximus, Minor, Minimus; ut, Ci
*bus* natu minimus *Q. Saturius.* De qvo loc
inter Orlandum Peſcettium, & Jacobum à
num Benedictum à S. Vito, veluti videre eſt
ſcribitur; *Efflatio pulveris adverſus Emman*
*cietate Jeſu Grammaticas Inſtitutiones*, Rep
p. 231. ſeq. Hæc autem prædicta Adjectiva c
eleganter jungi Ablativo Natu, Latinorum
culenter evincitur in Etymolog. p. 243.

## Elegantia II.

Lumen & decus planè Tullianum ſer
tum ſentiet puer, ſi his Ablativis *Cauſa*, Do
Studio, Desiderio, Amore, Cu
ſimilibus, conſtructis cum Verbis Arde
Inflammor, Incendor, &c. rectè &
tur. Ardeo) ut, Cic. Att. l. 9. *Non ang*
dolore. & l. 2. Ardet dolore *&* ira *noſter P*
de Clar. Orat. Ardebat *autem* cupiditate *ſic,*
*qvam flagrantius ſtudium viderim.* Sic Ar
idem dixit 4. Tuſc. Avaritiâ 3. de Finib. Invi
Fr. Odiô, 4. Philip. Studiô & amore *alicuj*
Flagro) Cic. Att. *Non dici poteſt qvàm*
deriô urbis. & de Orat. *Vos autem nimis* flagr
*videſ.* Ibidem; Incredibili qvodam *noſtri ho*

Digitized by Google

verunt. Sic flagrare invidiâ, idem pro Cluent.
Orat. Infamiâ, l.4. ad Att. Amentiâ. pro Cluent.
OR) ut, Cic. de Amic. *Honores verò, qvorum cu-*
*lam* inflammantur, *qvam multi ita contemnunt,*
*ius eſſe, nihil levius exiſtiment.* Sic inflammari
*piditatum*, Idem 5. de Fin. Scelere & furore 7.
otiendi 1. de Fin. INCENDOR) Cicero 1. de
ſus eſt ſtudiô *utriusq; veſtrum*. Sic incendi deſi-
in Orat. Gloriâ *ad ſtudia* incendi, 1. Tuſc. irâ
de Nat. Deor. &c. Porrò ad Ablativum *Cauſa*
rus p. 298, 341. Verba LÆTOR, TRISTOR,
R hiſce verbis uſus: Ablativum verborum *la-*
*oblector*, *delector*, ſi qvis dixerit communem
are potiùs ad *cauſam*, minimè ei repugnaverim.
tavimus exemplis confirmanda, ne in re trita
a, tempus fruſtrà conſumeremus. Hæc ille.
INDUO, VESTIO, CALCEO, CINGO, AC-
MICIO, ORNO, TEGO nec ſine gratiâ puer
in ſermone Latino cum Ablativis INSTRU-
ſtimonia paſſim obvia, qvæ petantur, ſi lubet,
).318.

## ELEGANTIA III.

s cum primis & lecta ANOMALIA in plurali
CÆTERA & ſingulari accuſativo MAGNAM,
M, MAXIMAM, NULLAM, BONAM PAR-
t, qvando vicem vel Ablativi, vel περιφράσεως
Liv. 1. *Et qvia proximum regnum*, cætera egre-
*parte haud ſatis proſpectum fuerat*. Ibid. *Virum*
*gium ſeqvuta, qvam in petendo habuerat, etiam*
*mbitio*. Idem 4. Dec. 2. *Hæc eſt pugna Canenſi*
*tata*, par cætera *Allienſi*. Cic. pro Qvint. *Sanè*
*familias*, & prudens, & attentus, *unà in re mi-*
*tur*. Plin. *Tradunt in Myſia ferum eſſe*, *qva Bo-*
*r eqvinâ jubâ*, cætera *tauro* ſimilem. Idem l. 12.
*terebyntho* ſimilis cætera, *pomo amygdalis*. Tacit.
*obro in Artabanum fundebant, maternâ origine*

*Arſaciden*, cætera degenerem. Paterc. ...
ctiſſimus, immuniſq; *voluptatibus*. Apul...
*nitus Marſyas*, *cum in artificio patriſſare*...
cætera *&* barbarus, *vultu ferino*. Virg...
*Tegmen conſertum ſpinis*, *at* cætera Graju...
v. 69. Cætera *nec fætura* habilis, *nec* for...
pag. Etym. 731, 732. Curt. l. 6. Ablativ...
qvit, cæteris lætus, *hôc unô*, *torqveor*. Eo...
CÆTERA, Gellius Accuſativum plura...
adhibuit l. 7. 2. *Hominis herclè* pleraq;...
Idem l. 12. 5. *Eſt enim* pleraq; *& ſibi &*...
Idem l. 9. 10. *Anneus Cornutus*, *homo ſa*...
indoctus, *neq.* imprudens. MAGNAM...
in Bruto: Magnam partem *noſtræ om*...
Idem Famil. 15. *Intellexi mihi licere res h*...
*dem, ſed* magnam partem *relinqvere*. Id...
*ſippus & Stoici cùm de animi perturba*...
magnam partem *in his partiendis & d*...
*ſunt*. MAJOREM PARTEM] Cælius...
*Soles libenter, ut ego*, majorem partem *vi*...
MAM PARTEM] Idem l. 1. Offic. Ma...
tem *ad injuriam faciendam aggr*...
NULLAM PARTEM] Cæſar 1. bell. G...
*continenter ierunt*, nullam partem *noctis*...
BONAM PARTEM] Lucret. 6. v. 233. ...
*in lectum mærore dabantur*. Hactenu...
ABLATIVI Nominum: jam ad *alteram*...
bimus.

# ABLATIVI NOM...

## REGULA I...

Adjectiva & verba *Copiæ &*...
ſcunt *Ablativum*: ut,

Digitized by Google

ectiva & verba *Copiæ.*

*r & melle & felle fœcundiſſi.* Dives agrîs, dives poſitîs *in* nis. Cic.2.de Fin. *Miſer eſt, qvi flagitioſa vita* affluit voluptati-

djectiva & verba *Inopiæ.*

xil. *Hora nulla* vacua periculô, pectatione *fuit.* Id. *Qvid tibi* gens rebus omnibus? Id. Va- *magnum eſt ſolatium.* Valer. *lo virum, qvi* pecuniâ egeat, *n qvæ* virô.

Nota.

vam Adjectiva, & qvædam verba dſciſcunt Genitivum: ut, Cic. ad orum plena *ſunt omnia.* Ter. Ple- *m hàc atq; illàc perfluo.* Idem: O- *m* ſatur. Horat. Vis conſilii expers ell. l. 1. c. 17. Irarum & moleſtia- *per diem pérq; noctem* ſcatebat. *a* artis indigent, *quàm* laboris.

Ablativi conſtructionem referri *indignus*, qvæ uſitatè *Ablativo* gau- *iberalis*, & nobili homine digna. :—& cedro digna *loqvutus*. Ovid. ſtantô plangore *lacertos*:

SERVATIO I.

æ ſua conſtet certitudo & veritas: initiô



Digitized by Google

*Arſaciden*, cætera degenerem. Paterc. *Qvi vi*
ctiſſimus, immunisq; *voluptatibus*. Apul. 1. Fl
*nitus Marſyas, cum in artificio patriſſaret tibi*
cætera & barbarus, *vultu ferino*. Virg. 3. Æ
*Tegmen conſertum ſpinis, at* cætera Grajus. Id
v. 69. Cætera *nec fœtura* habilis, *nec* fortis *an*
pag. Etym. 731, 732. Curt. l. 6. Ablativò uſu
qvit, cæterîs lætus, *hôc unô, torqveor*. Eodem
CÆTERA, Gellius Accuſativum pluralem
adhibuit l. 7. 2. *Hominis herclè* pleraq; *hau*
Idem l. 12. 5. *Eſt enim* pleraq; *& ſibi & nobis*
Idem l. 9. 10. *Anneus Cornutus, homo ſanè* pl
indoctus, *neq;* imprudens. MAGNAM PA
in Bruto: Magnam partem *noſtra oratio co*
Idem Famil. 15. *Intellexi mihi licere res has, no*
*dem, ſed* magnam partem *relinqvere*. Idem 4
*ſippus & Stoici cùm de animi perturbationib*
magnam partem *in his partiendis & definie*
*ſunt*. MAJOREM PARTEM] Cælius Cicer
*Soles libenter, ut ego*, majorem partem *nihil cu*
MAM PARTEM] Idem l. 1. Offic. Maxima
tem *ad injuriam faciendam aggrediun*
NULLAM PARTEM] Cæſar 1. bell. Gall.
*continenter ierunt*, nullam partem *noctis itin*
BONAM PARTEM] Lucret. 6. v. 233. *Inde* b
*in lectum mærore dabantur*. Hactenus de
ABLATIVI Nominum: jam ad *alteram* ped
bimus.

# ABLATIVI NOMIN

## REGULA II.

Adjectiva & verba *Copia & in*
ſcunt *Ablativum*: ut,

Digitized by Google

Adjectiva & verba *Copiæ.*

ut. *Amor & melle & felle fœcundiſſi-*
*ſt.* Hor. Dives agrîs, dives poſitîs *in*
*e* nummis. Cic.2.de Fin. *Miſer eſt, qui*
*oſa & flagitioſa vita* affluit voluptati-

Adjectiva & verba *Inopiæ.*

:. ante exil. *Hora nulla* vacua periculô,
*riculi* expectatione *fuit.* Id. *Qvid tibi*
*rer ipſe* egens rebus omnibus? Id. Va-
ulpâ, *magnum eſt ſolatium.* Valer.
l. 7. *Malo virum, qvi* pecuniâ egeat,
*pecuniam qvæ* virô.

Nota.

Nonnunqvam Adjectiva, & qvædam verba
*Inopiæ* adſciſcunt Genitivum: ut, Cic. ad
l. 9. Stultorum plena *ſunt omnia.* Ter. Ple-
narum *ſum hàc atq; illàc perfluo.* Idem: O-
rerum *ſum* ſatur. Horat. Vis conſilii expers
*uit ſuâ.* Gell. l. 1. c. 17. Irarum & moleſtia-
uliebrium *per diem pérq; noctem* ſcatebat.
*lla non tam* artis indigent, *quàm* laboris.

Ad hanc Ablativi conſtructionem referri
t, *Dignus, indignus*, qvæ uſitatè *Ablativo* gau-
ut, Cic. *Liberalis, &* nobili homine digna.
*a.* Perſius:— *&* cedro digna *loqvutus.* Ovid.
*it* indignos tantô plangore *lacertos.*

OBSERVATIO I.

huic regulæ ſua conſtet certitudo & veritas: initiô



Digitized by Google

præcipua Adjectiva & Verba Copiæ & In
junctim hic in eâdem regulâ conjunguntur
Syntaxeos rationem) afferemus, eorúmq; Syn
teſtimoniis plenè & planè trademus. Adjec
iisq; affinia, hæc ſunt præcipua: *Benignus, con*
*tus, copioſus, conſors, dis, dives, felix, ferax, f*
*fœcundus, fœtus, freqvens, immodicus, largus, l*
*ples, mactus, madidus, munificus, nimius, onuſtu*
*lens, potens, præditus, refertus, ſatur, turgidus,*
Adjectiva verò Inopiæ in primis ſunt: *Captus*
*egenus, exhæres, exiguus, expers, exſors, extorris,*
*immunis, impos, inanis, indigus, liber, modicus,*
*parcus, pauper, purus, ſterilis, tenuis, vacivus, v*
*viduus.* Verba Copiæ: *Abundo, affluo, circ*
*fluo, fluo, mano, polleo, redundo, ſcateo, ſuperfl*
Verba Inopiæ: *Careo, deficior, egeo, eſurio,*
*vaco*, pro careo, & ſimilia, de qvibus ex hiſce e
dicium ſumendum. Notandum verò eſt, qvòd,
ctivis & verbis Copia hic attribuatur, tunc
piæ non tantùm abundantia & ubertas aliqv
ſed etiam facultas qvædam, vires & poteſtas.
[Inopia] laxioris qvoqve eſt ſignificatus.
qvòd *potens, præditus, pollens* &c. *Valeo, polle*
hìc referantur. Sed verò, ut juventus certa eſſ
rum recta conſtructione & uſu, Latinorum
oſtendetur, qvænam Genitivum, & qvænam A
cum, vel ſine præpoſitione, & qvænam utrun
ſciſcant, qvô de jam ſtatim agetur.

## Observatio II.

Cum ſolo *Ablativo* conſtructa leguntur
tia: *Captus, extorris, frugifer, freqvens, prædit*
Captus] Cic. 1. Offic. *Falli, errare, labi, de*
*decet, qvàm delirare &* mente captum *eſſe.* Si
membrîs, auribûs, oculìs, captum *eſſe.* Virg. 1.
oculis capti *fodêre cubilia talpæ.* Hæc autem
diverſo reſpectu, non modò ad præſentem; ſed

Digitized by Google

gulam pertinere poſſunt. Qvatenus enim ipſa partem vel *membrum* aliqvod notant, ad ſupegulam ea retuleris: ſed qvatenus *defectus* & *im*ædam denotatur per adjectivum circa objectum ribus referuntur. Qvi enim mente, membrîs, aus captus eſt, deſtituitur ſano uſu, viribus mentis rum, nec non facultate audiendi & videndi. Ex Liv. Extorris urbe, domo &c. FRUGIFER] Pun. Frugifera alimentîs *inſula*. FREQVENS] *Urbs* populîs freqvens. Virg. 2. Georg. Freqvens *pus*. PRÆDITUS] De hac voce vide ELERGIDUS] Horat. 1. Carm. *Frons* turgida corum etiam ſtructuram ſeqvitur *locuples*; ſed ita m etiam cum præpoſitione admittat, uti & Ac- Horat. 2. epiſt. 1. — locupletem frugibus *an*- Rud. 2. l. 1. de ornatu locupletes ſumus. Qvint. augendum *dicendi facultatem parum* locuples.

## OBSERVATIO III.

*Genitivô* gaudent, præcipuè hæc ſunt: *Benignus*, *nus*, *exſors*, *fluxus*, *jejunus*, *impos*, *immodicus*, *in*-*s*, *liberalis*, *proſper*, *ſatur*, *vacivus*. BENIGNUS] i ſomníq; benignus. EGENUS] Sil. l. 6. *Nulla* decoríſq; & frontis egenum *Corpus*. EXSORS] 3. *Gammantes* matrimoniorum exſortes, *paſſim* *is degunt*. Virg. 6. Æneid. Dulcis vitæ exſors. ] Claud. l. 2. cont. Eutrop. — abundans Corpeq; animi. EXSUL] Ovid. 9. Metam. *Attonitúsq;* mentíſq; domúsq;. Ubi obiter nota, qvòd Exinſertum ſcribatur, (licet nonnulli id omittant) a & orthographica veterum ratione. Sic enim eſſe, docet antiqviſſimus Grammaticus Flavius llô de Orth. p. 2241. ed. Putſch. *Exſul*, inqvit, *Scribendum eſt, etymologia causâ, à ſolo, qvod* conſentit Scaurus p. 2262, eandem afferens ra- exſul, idem valet, atq; extra *ſolum* patriæ miſ-

 ſus.

ſus. Nec non Caſſiodorus p. 2315. Exſilium,
ſcribi debet. Ex ſolo enim ire, eſt exſulare, q
qvod Græci ἐξορισμὸν dicunt, & antiqvi *exſ*
qvos nos *exſules* dicimus. Idem repetit p. 228
2334. Conſentit Manutius, Lipſius, Giſanius, a
modô per S rectè ſcribitur, exſors. Qvare not
Regula Orthographica Caſſiodori, qvàm ex Ca
grapho hîs verbîs proponit p. 2314. *Qvæcunq*
*mò locô ab S literâ incipiunt, eâ cum præpoſitio*
*ſita, literam eandem S habere debent, cætera n*
*onerari oportet: ut*, ſalio, exſilio: Specto, exſpe
exiſtimo. Sic ſcribendum putat exſuo, exſutu
ſiſto, exſeqvor, exſeqviæ. Et Virgilius Carpen
rationem ſcribit exſatio, exſaturo, exſolvo,
pero. Qvæ Orthographia etiam Manutio prob
XUS] Apul. 1. Flor. v. 220. Fluxos veſtium *A*
*frugum pauperes Ityræos, & odorum divites An*
rum eſt. IMPOS] Plaut. Caſin. *Eripite qvæſo*
*qvi* ſui *eſt* impos animi. INDIGUS] Sil. l. 2. *A*
*bat clavâ, nil* indigus enſis. Lucr. l. 1. *Ipſa ſu*
*bus, nihil* indiga noſtri. IMMODICUS] Tac.
immodicus. Stat. Immodicus iræ. IRRITUS]
*Nunqvam manus* irrita voti. JEJUNUS] Cic
*tur* hujus orationis *aures civitatis accepimus*
LIS] Saluſt. Conjurat. Cat. *Laudis avidi*, pe
les *erant*. PROSPER] de hac voce vide ſup
837. SATUR] Terent. Adelph. Omnium
Colum. l. 7. c. 4. Saturior lactis *agnus*. VAC
Bacch. 1, 2. *Valens afflictet me* vacivum virium

## OBSERVATIO IV.

AdjectivaCOPIÆ & INOPIÆ, qvæ Ge
Ablativum vel cum vel ſine Præpoſitione admi
mis hæc ſunt: *Compos, conſors, contentus, caſſus*
*dives, expers, egens, exhæres, fæcundus, ferax, f*
*fætus, immunis, inops, inanis, largus, liber, m*
*dus, modicus, nudus, nimius, orbus, onuſtus, pl*

*lens, patens, prodigus, refertus, ſatur, ſterilis, trun-*
*, uber, vacuus, validus, vanus.* COMPOS] Ablativo
jungitur. Salluſt. *Neq;* animô & lingvâ *ſatis* com-
nente Septimio loqvitur. Freqventiùs verò cum
conſtructum legitur Cic. Philip. 2. Tu mentis
s. Idem Att. l. 9. *Sum, mihi crede,* mentis compos.
R s] Ablativum etiam additâ præpoſitione IN raris-
ittit. Cic. 5. Verr. In lucris *atq;* furtis conſors.
er verò Genitivo jungitur. Cic. de Clar. Orat. *Non*
*putabant adverſarium & obtrectatorem laudum*
*ſed ſocium potiùs &* conſortem glorioſi laboris
. Claud. — tantiq; *per orbem* Conſors imperii,
*erabitur Iſter.* CONTENTUS] Cic. 4. Verr. Con-
ic iniqvitate *non fuit.* Horat. 1. ſerm. ſat. 1. —
ntus *vivat.* Ib. ſat. 3. Paucis contentus. Juv. Sat.
ô contentus. Sil. *Terra* ſuis contenta bonis *non in-*
*cis Externa* — At verò, qvandò CONTENTUS
o continens ſive cuſtodiens, ſumitur à Livio, Geni-
mittit. *Nec jam,* inqvit Livius, libertatis contentos
Cicero Accuſativum Gerundii cum præpoſitione
xit, in Parad. *opinor in eo, cui tanta poſſeſſio eſt, ut*
*liter* vivendum *facilè* contentus *ſit.* CASSUS]
ativo ſæpius. Cic. 2. de Divinat. Sangvine caſſam
*âm hominum more cochleam dicere.* Plaut. Aulul.
*nem habeo grandem,* dote caſſam & *illocabilem.* Ge-
verò rarò poſcit. Cic. in Arat. Caſſus luminis. Stat.
*Augur* caſſa futuri i. e. mendax. COPIOSUS] Gell.
*io Africanus oppugnabat oppidum in Hiſpania, ſitu*
*q; ac defenſoribus validum & munitum:* re *etiam*
opioſum. Genitivum etiam non rarò exigit. Soli-
*r Creticus* ſylveſtrium caprarum copioſus *eſt.* Le-
m accuſativo additum cum præpoſitione AD, IN-
c. pro Cæcin. Copioſus *homo* ad dicendum. Idem
*in primis* inter ſuos copioſus. DIS] Pomp. Mel.
pecore & finibus dites. Exigit etiam genitivum.
*Rex proavis fuit* humani ditiſſimus ævi. DIVES]

Cic. 2. Off. P. Craſſus tum cognomine dives, t
abundans. & additâ præpoſitione Ab. Ovid. *Et a*
ves ab ipſa ſuis. Genitivus ferè eſt Poëtarum. Virg
Dives operis *& laboris expers*. Idem 9. Æneid.
pictaï veſtis & auri. Stat. 3. Theb. v. 481 — ditio
mi. i. e. prudentior. Expers] Ablativus inte
rarò adhibetur. Salluſt. in Catil. *Pleriq;* patriâ;
famâ *atq;* fortunis expertes ſumus. Plaut. Aſinar.
*iſtud dictum, ut* expers *ſis* metu. Additur interdu
ſitio De. Terent. Heaut. *Ne* expers *eſſes* de noſ
Genitivi verò freqventior uſus eſt. Cic. Off. *Fer*
*&* orationis expertes. & paſſim apud eundem.
Cic. Domitio. l. 7. Epiſt. *Nec qvid tibi pollicerer,*
rebus omnibus &c. Idem pro Flacco: *Qvid ergo*
*piades* fortunâ egens, *vita turpis*, *exiſtimatione*
&c. Catul. Animô egens. & additâ præpoſition
Cic. pro Roſc. Amer. Egentiſſimus in ſua re *eſt*,
*aliena*. Conſtructio verò cùm Genitivo freqvens
Rudent. *Nunc tibi amplectimur genua* egentes op
ducunt & illud Ovidii 5. Faſt. *Prima per*
*ſparſi nova ſemina terras*, Hujus egens *tellus an*
*erat*. Sed Gryphii Lugdunenſe exemplar 12. ed. a
legit: *Prima per immenſas ſparſi nova ſemina gen*
*tellus antè coloris erat*. Exhæres] Plaut. Moſte
*nam nunc meus mortuus pater nuntiatur, Ut* eg
dem meis *me* bonis *faciam*, *atq; hac ſit hæres*. Cu
vo verò ſæpiùs reperitur. Plaut. in Bacchid. *Si c*
exhæredem *fecero* vitæ ſuæ. Cic. de Orat. *Poſſétne*
rum bonorum *exhæres eſſe filius*. Foecundu
Amor & melle & felle fœcundiſſimus *eſt*. Ace
etiam, ſed rarò, additâ præpoſitione In, poſtulat.
44. Hiſpania in omnia *frugum* genera fœcunda *eſt*
*non ipſis tantum incolis, verum etiam Italiæ, urbiq;*
*cunctarum rerum abundantiam ſufficiat*. Sil. l. 3. 2
dum in fraudes genus *hominum*. Et cum Genitiv
Pecorum fœcundus. Idem: Frugum fœcundus. V

Digitized by Google

.564, in voce, *Parcitum*. FERAX ]cum Ablativo
ra p. Syntax. 845. Etiam cum Genitivo conſtru-
gitur. Plin. Ferax bonarum artium *ſeculum*. Idem:
iraculorum *Aſia*. Additur & interdum præpoſitio
m: Tenes *Cæſar hunc curſum, & probatur experi-*
*tne* feracius & uberius *non* ad laudem *modò, ſed* ad
m *principi, ſi hærede illo mori homines velint, qvàm*
*ur*. Ejuſdem originis & ſignificationis eſt FERTI-
rg. 2. Georg. Freqvens herbis & fertilis ubere *cam-*
nſtructio ejuſdem cum Genitivo freqventior eſt.
b Urb. Fertilis hominum frugúmq; *Gallia*. Sic Cic.
t. deor. *Agri* fructuum fertiles. FELIX) Cum Ge-
vide ſupra p. Synt. 837. cum Ablativo verò & cum
tione & ſine eâdem, conſule ſuperiùs paginam 843.
OETUS) Virg. 1. Æneid.— *locus* fœta furentibus au-
rò autem Genitivum exigit. Macrob. *Si enim fe-*
*omni negotio* fœtas commodi *ſenſerimus*. IMMU-
æpè Ablativum habet. Liv. 1. ab Urb. Immunis ma-
nec. Metu immunis, Cic. Conditione commodiore
nunia, *qvàm illa, qvæ penſitant*. Nonnunqvam Ge-
etiam poſtulat. Qvintil. declam. 9. Immunis ma-
mnium. Senec. de Vita beata c. 20. *Animus* vitio-
nunis. INOPS) Cic. de Clar. Orat. *Non tardus ſen-*
*on* inops verbis, *voce canorâ, facetus ſatis*. Additur
interdum præpoſitio AB. Cic. pro Domo ſua.
ps *autem eram* ab amicis, *tam nuda Reſpub. à magi-*
Cum Accuſativo etiam additâ præpoſitione AD in-
conſtruitur. Cic. de Cl. Orat. Inops ad ornandum,
*lita ad inveniendum diſciplina Hermagoræ*. Cum
verò freqventiſſima eſt ejus conſtructio. Idem de
*Qvod ſi fortè, ut fit plerunq; ceciderint, tum intelligi-*
*m fuerint* inopes amicorum. Horat. de Art. *Verſus*
erum. INANIS) Idem Att. l. 2. *Nulla enim abs te per*
*epiſtola* inanis aliqvâ re utili & ſvavi *venerat*. Sæpiùs
enitivo junctum legitur. Cic. pro Muræn. *Poſtea*
*ulgata, atq; in manibus jactata & excuſſa* inaniſſima
pruden-

Digitized by Google

prudentiæ *reperta ſunt.* Ovid. ep. 3. Sangvini
corpus inane *fuit.* Largus) Tacit. l. 18.
*Blaſus Lugdunenſis Galliæ rector, genere illuſtri*
mô & par opibus. Cum Genitivo conſtructu
p. Synt. 835 Liber) Ablativo junctum jam c
tione, jam ſine eâdem reperies ſuprà, p. Synt
tivo verò, ſup. p. 835. Mactus) De Mac
leg ant. & ſuprà Etym. pag. 259. & p. Synt
didus) Mart. l. 5. Epigr. 24. *Non niſi vel c*
*vel murice tinctâ veſte nites.* Freqventiùs ver
poſtulat. Apul. 4. Metam. v. 52. *Roſas teneras*
madidas divini roris & nectaris. Modicus)
animô beatiſſimum, modicum facultatibus *ſci*
præpoſitionem In. Epiſt. 12. *Ad hoc qvàm par*
*qvàm* modicus in cultu. Genitivô etiam non
Apul. 2. Apol. V. 375. *Sed enim iſte, ut eſt* rei n
inmodicus, *pari avaritiâ & egeſtate &c. de*
dus) Ablativo ſemper junxit Cicero vel cum
ne A, Ab, vel ſine. Sine præpoſitione: Att. l.
*dita urbs eſt* nuda præſidiô, referta copiîs. Cum
ne, qvomodo conſtruatur, conſule Eleg. nam
Nudus à propinqvitate, nulla cognatione munit
Genitivum exigit. Qvintil. l. 4. c. 1. *Aſperitas*
onum. Ovid. 13. Metam. *Ergo* operum *qvoniam*
tamen *habetur.* Nimius) Cum Ablativo
Plin. l. 14. c. 2 *Ea minùs fertiles vinô*, acinîs &
&c. Freqventiùs verò Genitivum poſtulat: I
nimius animi *qvum alios principes ſperneret.*
Plin. l. 7. c. 43. Orbam luminibus *exegit ſenect*
*incendiô*, *qvum Palladium raperet.* Additur int
poſitio Ab. Cic. pro Flacco: *Usq; eo* orba *fuit*
bus *illa concio, ut princeps principum eſſet Mean*
autem genitivo junctum reperitur. Plaut. Ru
auxilii opúmq; *Recipit huc ad ſe.* Lucret. 5.
*partim*, manuum viduata *viciſſim.* Onustus)
Onuſta frumentô *navis.* Horat. 2. Serm. Sat. 2.

Digitized by Google

eſternis vitiis. Rarò autem cum Genitivo conſtrui-
rt. *Triremem* onuſtam remigum Epibatarum *cepit.*
Aulul. 4, 2. *Aulam* onuſtam auri. PLENUS) P. Vi-
s lib. 26. var. lect. c. 17. ex veteribus Grammaticis
avit, Ciceronem ut plurimum Genitivum addidiſſe
vo *Plenus*, rariſſimè Ablativum: cum contrà M.
& C. Cæſar, ubiq; Ablativô uſi fuerint. *Et* Qvinti-
l. 9. c. 3. obſervat, proprio & antiqvô dicendi modô
nem uſum fuiſſe Ablativô potiùs qvàm Genitivô,
is tamen in Obſervationib. tantùm ſeptem loca Ci-
s citat in qvibus conſtructum cum Ablativo reperi-
duodecim loca allegat Genitivi ſtructuram adſtruen-
tGenitivus in hac conſtructioneHelleniſmum ſapiat,
Ablativus Idiotiſmum planè Latinum; atq; ideo ve-
illis,qvi genuinam latinitatem mirô ſtudiô cuſtodie-
naximè uſitatum. Genitivi exempla vide in Regula.
vi autem unum aut alterum ſubjungemus. Plin. Epiſt.
*ille qvidem* plenus annis *obiit*, plenus honoribus.
Merc. Splendore plenum *cælum*. PAUPER) Cum
vo qvidem conſtruitur, ſed additâ præpoſitione IN.
2. Epiſt. Meo ſum pauper in ære. Sæpius verò Geni-
nctum reperitur. Horat. 2. Serm. Sat. 3. Argenti &
uper. Idem 1. Serm. Sat. 1. Bonorum pauperrimus.
. Carm. Od. 30. Aqvæ pauper *Daunus*. PURUS)
2. ſerm. Sat. 3. *Et* purum eſt vitiô *tibi*, *qvum tumi-*
*t cor*. Cum genitivo etiam non rarè conſtruitur, Ho-
Carm. Ovid. 22. — ſceleriſq; purus. POLLENS)
. l. 5. *Altitonans Volturnus*, & *Auſter* fulmine pol-
laut. Curc. Vini pollens *lepidus*, *Liber qvi ſcreanti*
*ca ſemiſomnæ potionem affert*. POTENS) Cum Ab-
ejus ſtructura Poëtis familiariſſima eſt, in primis,
o inſtrumentum vel cauſa ob qvam, vel per qvam, no-
Ovid. 4. Faſt. Opibus potens *Roma*. Idem 13. Metam.
tate potens. Virg. *Terra antiqva*, potens armis *atq;*
glebæ. Genitivo etiam junctum ſæpe legitur, præſer-
andò objectum notatur. Cic. de Fin. Rerum omni-
um præ-

Digitized by Google

um præpotens *Jupiter*. Curt. l.9. *Sed ne ſic qvidem* corporis, *rurſus in genua procumbit*. Virg. 1. Geor *te maximus orbis Autorem frugum*, tempeſtatúmq; tem *Accipiat*. Prodigus) Plin. l. 9. c. 17. Pro aliqvâ. Cum Genitivo verò conſtructum leges Synt. 835. Refertus) Cic. de Orat. Doctiſſim nibus *domus* referta. Idem Tuſc. *Xerxes* refertus præmiîs doniſq; fortunæ. Claud. 4. Paneg. *Puppis* divitiîs. Poſtulat etiam non raró Genitivum. Cic. *bem* refertam *eſſe* optimatium *audio*. Plin. l. 5. c. 1. *refertus* brutorum ferarumq;. Sterilis) Plin. i *Qvod momentum, qvod imò temporis punctum aut* b ſterile, *aut vacuum laude*. Accuſativô nonnunqva (ſed raró) cum Præpoſitione Ad gaudet. Apul. l. *Ad aqvas ſterilem*. Cum genitivo etiam haut raró c tur. Tacit. *Seculum* virtûtum ſterile. Perſ. Sat. 5. tilis. Truncus) Uſitatius Ablativò gaudet. Virg — & *truncas* inhoneſtô vulnere nares. Ovid. *Et* truncas pedibus —. Genitivo verò junxit Virgil. 4. *& viſenda modis animalia miris* Trunca pedum Sil. 6. *Atq; artus* trunci capitum, *fractúsq; jaceba in duris enſis* — Et hæc vox pro diverſo reſpectu & & ad præcedentem Regulam referri poteſt, vide O Tenuis) Plin. l. 12. c. 16. *Sembracena ante alias hil* viribus tenuis. Et addita præpoſitione In. Horat. In verbis *etiam* tenuis *cautúsq; ſerendis*. Uber) *illa* uberrima ſupplicationibus triumphiſq; *provinci* 4. Metam. *Morus* uberrima niveîs pomîs. Raró au nitivum adſciſcit: Horat. 2. Carm. Od. 19. *Rivi* ub ctis. Vacuus) Sæpè Abl. Cic. in Catilin: *Hic lo qvam* vacuus *mortis* periculô, *atq;* inſidiîs *fuit*. Sæp Genit. Salluſt. bell. Jugurth. *Ager autem aridus &* vacuus, *eâ tempeſtate*. Horat. 1. Sat. 2. *Sive* operu *gnatus conviva per imbres Vicinus* — Validus) vum lege ſup. p. 837. Ablativum p. 843. Cum præp conſule Elegant. Viduus) Sæpè Ablativo

Digitized by Google

. 2. c. 15. *Hac ubi viduus pecudibus ager: nam ubi* *adrupedum verſantur, qvadam qvotidie, ut culina* . Cum Genitivo verò interdum etiam, rarò ta- ſtructum legitur. Ovid. 3. Amor. Eleg. 9. *Nec ta-* *qvamvis agros amet illa feraces Ruſtica: nec* vi- *tus* amoris *habet.* VANUS) Liv. 5. bell. Maced. *Hunc* niò vanum *Ætoli & Antiochus impulerunt in ſpem.* n v. etiam poſtulat Apul. de Deo Socr. p. 287. *Cate-* *una Philoſophia turba imperitorum*, vana ſancti- *riva vera rationis, inops religionis, inops veritatis,* *mò Spiritu Deos negligit.* DIONUS) Cum Ablativo io uſitatiſſima eſt. Vide exemplum in Reg. & cum conſtructum vide ſuprà p. Synt. 837. INDIGNUS) t. *Cæſar te* omni honore indigniſſimum *judicat.* etiam, ſed rarò, jungitur. Virg. 12. Æneid. *Deſcen-* norum *haud unqvam* indignus avorum. ALIE- hac voce, ut & de ALIUS, vide infrà ELEGANT. n Genitivo jungitur. Sed ante qvam hanc OBSER- claudamus, notandum 1. qvòd, (ut rectè monet s l. 1. c. 18. p. 130.) non pauca horum Adjectivo- tivum *Græcâ conſtructione* ſibi vindicent; Ablati- n *Conſtructione Latinâ.* Nam Ablativus proprius a Caſus eſt, qvô Græci carent. Hinc Varro, (teſtè ed. Putſch. p. 2033.) Ablativum LATINUM at, & aliqvando Sextum. Conſentit Diomedes l. : *Ablativum Græci non habent, hunc tamen Varrò* *ſextum, interdum Latinum appellat, qvia Latinâ* *prius eſt, cujus vis apud Græcos per Genitivum ex-* Qvæ etiam eſt ſententia Priſciani l. 18. & Linacri nſtructio tamen Genitivi in multis adeò freqvens amplius Græcanica aut tranſmarina exiſtimari d Romanæ ditionis & dictionis propria, ſi non n uſu. Confer p. Synt. 846, 847. 2. Ex adductis s, liqvet, qvòd freqventiùs Ablativo jungantur ntia: *Caſſus, dignus, egens, freqvens, fætus, immu-* *u, liber, orbus, onuſtus, truncus.* Hæc verò ſæpiùs

Geni-

Genitivo: *Compos, conſors, dives, expers, exha*
*inops, inanis, largus, madidus, nimius, vacun*
uſu Genitivum & Ablativum poſcunt: *Copioſ*
*ferax, modicus, nudus, refertus, ſterilis, uber, vaci*

## Observatio V.

Solô Ablativô gaudent hæc verba Co
opiae: *Affluo, circumfluo, diffluo, deficior, fl*
*dundo, ſuperfluo, valeo, vaco.* Affluo) C
*miſer, ſi in vitioſa & flagitioſa vita* afflueret
Circumfluo) Cic. Circumfluit rebus om
fluo) Idem 3. de Orat. *Illi nati in literis,*
*ſtudiis,* otiô diffluentes, *non modò nihil acqviſ*
*relictum qvidem & traditum & ſuum conſervâ*
cior) Cic. pro Cluent. *Ex hoc illud eſt qv*
*mulier abundat audaciâ, conſiliô &* ratione de
Idem: *Cum voluptate liqveſcimus* fluimúsq; n
*aculeum ferre non poſſumus.* Polleo) Vide
Redundo) Cic. *Omnis hic locus* acervis *co*
*vium* ſangvine redundavit. Superfluo) I
Orat. *Is redundantes nos & ſuperfluentes* ju
licentiâ *repreſſit.* Valeo) Cic. l. 4. ad A
valet amicîs. Idem 3. de leg. *Libertatem iſtam*
*pulo, ut &* autoritate valeant, *& utantur bonis.*
c. 2. *Qvi* curſu *pedum parùm* valent, *flexu elu*
tiâ *apud aliqvem,* ingeniô, viribûs, opibûs, ſto
*dicunt Latini.* Qvomodo cum præpoſitione
vide Elegant. Vaco) Cic. Vacare culpâ
*ſolatium.* Veluti cum ſolô Ablativo allata ver
& Inopiae conſtruuntur; ita in Apulejo ver
Esurio & Sitio, cum Genitivô leguntur.
Socrat. *Sed* veræ beatitudinis *&* ſinceræ vitæ,
fortunatiſſimæ eſurit *&* ſitit.

## Observatio VI.

Sunt qvædam verba Copiae qvæ non
tivum admittant; ſed etiam Accuſativum: nit

o, STILLO, Ablativo junguntur. MANO] Liv.
*Cultrum ex vulnere Lucretiæ extractum manantem*
*e ſe tenens*. Idem 8. bell Pun. *Iis bos in agro Ro-*
*tus, & ara Neptuni* multò manaſſe ſudore *in circo*
*dicebatur*. Nonnunqvam Ablativo additur Ac-
Plin. l. 14. c. 70. *Arborum* ſuccô manantium pi-
mq; *alia orta in Oriente, alia in Europa feruntur.*
irg. 8. Æneid. — *& ſparſi* rorabant ſangvine ve-
. l. 17. c. 10. *Mirumq; dictu periculum eſt tan-*
*eſt*, ſi roraverit qvantuluncúnq; imbrem, *aut ſi aſ-*
bi Vezontinum Chiffletii exemplar MStum legit:
qvantulacunq; imbres, *aut ſi afflavit*. STILLO]
. Sangvineis ſtillavit roribus *arbor*. Plin. l. 12. c.
*Ammoniaci* lacrimam ſtillat *in arenis ſuis*.

## OBSERVATIO VII.

a COPIÆ & INOPIÆ *Genitivum & Ablativum*,
cum vel ſine præpoſitione poſtulantia, præcipua
*Abundo, careo, egeo, indigeo, ſcateo*. ABUNDO]
Divin. *Villáq; tota locuples eſt*: abundat porcô, a-
, gallinâ, lacte, caſeô, melle. Raró additur *præpoſi-*
em de Leg. *Theophraſtus verò inſtitutus ab Ariſto-*
davit, *ut ſcitis*, in eo genere *rerum*. *Genitivi* etiam
io rarior eſt. Lucil. Qvarum & abundemus rerum
n indigeamus. CAREO] Sen. in Hippol. *Tum*
*aptô ſine per cuncta domos ire*: *nullum* caruit ex-
*fas*. Rariùs itidem *Genitivum* poſtulat. Terent.
*aterqvam* tui carendum *qvod erat*. EGEO] *Abla-*
um vide in Regula. *Genitivum* etiam interdum ex-
Att. Egeo conſilii, *qvod optimum factu videbitur*,
eſar. l. 6. bell. Gall. Egere conſilii. INDIGEO]
l. 4. Conſolatione *aliorum* indigere. Caſſius Cic.
Cohortatione *te puto non* indigere. *Genitivi* ſtru-
uctoritas petatur è Regulâ. SCATEO] Plin. l. 7.
*ecipuè India, Æthiopumq; tractus* miraculis ſcatent.

Genitivo: *Compos, conſors, dives, expers, exhau*
*inops, inanis, largus, madidus, nimius, vacuus,*
uſu Genitivum & Ablativum poſcunt: *Copioſu*
*ferax, modicus, nudus, refertus, ſterilis, uber, vacu*

## OBSERVATIO V.

Solô Ablativô gaudent hæc verba COP
OPIAE: *Affluo, circumfluo, diffluo, deficior, flu*
*dundo, ſuperfluo, valeo, vaco.* AFFLUO) Ci
*miſer, ſi in vitioſa & flagitioſa vita* afflueret v
CIRCUMFLUO) Cic. Circumfluit rebus om
FLUO) Idem 3. de Orat. *Illi nati in literis, a*
*ſtudiis,* otiô diffluentes, *non modò nihil acqviſi*
*relictum qvidem & traditum & ſuum conſervar*
CIOR) Cic. pro Cluent. *Ex hoc illud eſt qv*
*mulier abundat audaciâ, conſiliô &* ratione defi
Idem: *Cum voluptate liqveſcimus* fluimúsq; m
*aculeum ferre non poſſumus.* POLLEO) Vide E
REDUNDO) Cic. *Omnis hic locus* acervis *cor*
*vium* ſangvine redundavit. SUPERFLUO) Id
Orat. *Is redundantes nos &* ſuperfluentes juv
licentiâ *repreſſit.* VALEO) Cic. l. 4. ad At
valet amicîs. Idem 3. de leg. *Libertatem iſtam*
*pulo, ut &* autoritate valeant, *& utantur bonis.*
c. 2. *Qvi* curſu *pedum parùm* valent, *flexu elud*
tiâ *apud aliqvem,* ingeniô, viribûs, opibûs, ſtom
*dicunt Latini.* Qvomodo cum præpoſitione
vide ELEGANT. VACO) Cic. Vacare culpâ
*ſolatium.* Veluti cum ſolô Ablativo allata verb
& INOPIAE conſtruuntur; ita in Apulejo verb
ESURIO & SITIO, cum Genitivô leguntur. A
Socrat. *Sed* veræ beatitudinis & ſinceræ vitæ, 
fortunatiſſimæ eſurit & ſitit.

## OBSERVATIO VI.

Sunt qvædam verba COPIAE qvæ non ta
tivum admittant; ſed etiam Accuſativum: nim

RO, STILLO, Ablativo jungantur. MANO] Liv.
o. *Cultrum ex vulnere Lucretia extractum* manantem
*pra ſe tenent*. Idem 8. bell Pun. *Et bos in agro Re-*
*cutus, & ara Neptuni* multò manaſſe ſudore *in circo*
*ico dicebatur*. Nonnunqvam Ablativo additur Ac-
us. Plin. l. 14. c. 70. *Arborum* ſuccò manantium pi-
inámq; *alia orta in Oriente, alia in Europa ſeruntur.*
] Virg. 8. Æneid. — *& ſparſi* rorabant ſangvine ve-
lin. l. 17. c. 10. *Mirúmq; dictu periculum eſt tan-*
*lie eſt*, ſi roraverit qvantuluncúnq; imbrem, *aut ſi aſ-*
Ubi Vezontinum Chiffletii exemplar MStum legit:
rit qvantulacunq; imbres, *aut ſi afflabit*. STILLO]
l. 7. Sangvineis ſtillavit roribus *arbor*. Plin. l. 12. c.
*ca Ammoniaci* lacrimam ſtillat *in arenis ſuis*.

## OBSERVATIO VII.

erba COPIÆ & INOPIÆ *Genitivum & Ablativum*,
vel cum vel ſine præpoſitione poſtulantia, præcipua
t: *Abundo, careo, egeo, indigeo, ſcateo*. ABUNDO]
le Divin. *Villáq; tota locuples eſt*: abundat porcò, a-
dò, gallinâ, lacte, caſeò, melle. Raró additur *præpoſ-*
Idem de Leg. *Theophraſtus verò inſtitutus ab Ariſto-*
ndavit, *ut ſcitis*, in eo genere *rerum*. *Genitivi* etiam
ctio rarior eſt. Lucil. Qvarum & abundemus rerum
rum indigeamus. CAREO] Sen. in Hippol. *Tum*
*lemptò ſine per cunctas domos ire*: *nullum* caruit ex-
*nefas*. Rariùs itidem *Genitivum* poſtulat. Terent.
*Præterqvam* tui carendum *qvod erat*. EGEO] *Abla-*
ctum vide in Regula. *Genitivum* etiam interdum ex-
c. Att. Egeo conſilii, *qvod optimum factu videbitur*,
Cæſar. l. 6. bell. Gall. Egere conſilii. INDIGEO]
ic. l. 4. Conſolatione *aliorum* indigere. Caſſius Cic.
. Cohortatione *te puto non* indigere. *Genitivi* ſtru-
; autoritas petatur è Regulâ. SCATEO] Plin. l. 7.
*Præcipuè India, Æthiopumq; tractus* miraculis ſcatent.

## ANOMALIA.

Archaiſmum redolent *Accuſativi* conſtru
bis CAREO, EGEO, SCATEO. CAREO] Pl
Id, *qvod cupio*, careo. Paræus in Lexico ſuo Pl
ćturus anomalum & antiqvum Accuſativum ,
Plauti Capt. 2, 2. *Collus* collaria caret. Sed T
legit, *collariâ* in *Ablativo*, appoſitâ notâ circum
etiam ex Turpil. apud. Marcell. Meos care
Plauti Curc. Caruítne te febris *heri & nudius*
caruiſtíne febri, &c. antiqva etiam enallage ap
dum enim eſſet: Caruiſtíne febri &c. Veluti C
tur in Epiſtol. *Ægypta mihi nunciavit te plan*
*& bellè habere.* EGEO] Cato Cenſorinus ap
13. c. 22. *Vitio vertunt, qvia* multa egeo. SCA
Perſ. 2, 1. Id *tuis* ſcatet *animus*. Sic fuit ANO
more noſtrô ELEGANTIARUM apparatum

## ELEGANTIA I.

Cum *ſolô Ablativô* ( ut præmonuimus ſu
VATIONE II. p. 887.) ſæpiſſimè invenitur
Adjectivum planè ſingulare PRÆDITUS, (
exponitur *auctus*, *ornatus*, *cumulatus*, *decoratu*
*affectus* ) dicendi genere planè Ciceronianô, h.
lectiſſimô, in primis effertur de illis rebus, qvæ
tionem & laudem merentur. Cic. in Philipp
ſummâ ſpe *& animi & ingenii* præditus. Ide
*Vir* ſummis ornamentîs *honoris*, *fortunæ*, *virt*
*præditus Q. Hortenſius.* Idem Pro Cluent. *Hom*
ligione *&* autoritate præditus. Idem pro Mil.
*&* altâ qvadam mente præditus. Idem de Univ
*errores* multitudine infinitâ, varietate admira
Idem pro Cluent. *Vir* magnâ prudentiâ *&* e
præditus. Idem Epiſt. Sapientiâ præditus *pr*
Idem pro Arch. Aliqvis ſummâ *ingenii* præ
Idem Tuſc. *Mens eſt* motu prædita ſempiternô.
*Qvidam neq;* eô nomine, *neq;* numerô præditi,

Digitized by Google

In meliorem autem partem, cum ſolô Ablativô fre-
; & elegantiùs ; rariùs verò in ſeqviorem partem u-
, qvod etiam ante nos obſervavit Valla L. 5. c. 35. his
ſus : Præditus *ſum* bonô *dicitur* , & præditus *ſum*
*cut* , affectus *ſum* malô , & affectus *ſum* bonô, i. e.
*iter magis qvàm optimè dicam*)habeo bonum & ha-
um ; *ut*, præditus *ſum* humanitate, virtute, divitiîs,
e, viribûs, &c. Nunqvam tamen cum Ablativô , &
ione A, vel An legitur, ut fit in *affectus* ; veluti , *ego*
ge magnis honoribus affectus : *non autem* latinè di-
*um* præditus à Deo magnis viribus. Et addit Valla,
*malo* rariùs dicatur. Et ſeqvioris ſignificationis &
imonium hocce è Cicerone pro Sylla allegat: *Ni ſe-*
*ne ſic ferum, præter cæteros, me aſperum, me inhuma-*
*ſtimari, me* ſingulari immanitate & crudelitate præ-
Id. Cic. Vitiô grandi præditum *exemplum*. Eodem
odô in deteriorem ſenſum abit nonnunqvam hoc
vum , qvomodo alia Adjectiva *laudis ad vituperium*
ndum interdum ab autoribus latinis trahi ſolent. Sic
*us* nobilis clade Romanâ. Qvint. Macie notabilis,
*deformis*, Et ſine Ablativo. Cic. 4. Verr, dixit ; Exi-
ria. Liv. 9. bell. Maced. Inimicitiæ nobiliſſimæ.
nobis, ſuum calculum adjicit utriuſq; lingvæ doctiſ-
raſmus Roterodamus in Epitome Elegantiarum Val-
eſſâ Coloniæ 1546. p. 127. Præditus *ſum, inqvit, i. e.*
capitur ferè in *bonum*, nonnunqvam in *malum* , ſed
et addi *ſecundus Ablativus*, cum præpoſitione, ſicut
*us* &c. Ex qvibus omnibus probè expenſis merô
clariùs evadit, adjectivum PRÆDITUS planè ſin-
ſſe, ſive *ortum*, ſive *uſum*, tàm *meliorem* qvàm *pejo-*
tes. Ortum enim ejus ſi conſideres, *is* non vulgaris,
è ſingularis eſt ; qvippe cùm non agnoſcat aliqvod
, qvod qvidem in uſu ſit , à qvo originem ducat.
enim nuſqvam extat. *Uſum* autē ſive præſtantiorem
iorem ſi exputes & expendas , ſingularem ab ipſo
e, autore longè digniſſimo, dignitatem acqvirit. U-

terq; hic uſus etiam Lucretio probatur, qvi a
annis centū vixit, ſi Giſanii Chronologiæ cred
vico fides habenda, præterpropter viginti an
anteceſſit. In *meliorem* partem l. 2. p. 55. ac
apud Lucretium: Qvo *nunc* inſigni *per magn*
*ras Honorificè fertur divina Matris imago.* I
l. 5. apud eundem p. 454 — tantā *ſtat* pra
hujus vocis elegantiorem uſum tantò ſolicit
qviſitum eſt, qvantò majori ſilentiò hîc utant
gentiſſimi lingvæ latinæ promi condi, Hadria
de Sermone Latino, Stephanus Doletus de fo
Latinæ, Antonius Schorus in Obſervationi
rum vocum Lingvæ Lat. Sylvius Ambianus
ſmatis, Giſanius in Obſervat. ſingularibus
Buchlerus in Elegant. & Catalogo vocu
Qvod autem Adfectus nonnunqvam l
tum pro Præditus, notat Giſanius in Obſerv
p. 12. Cic. 1. Offic. Aliqvô honore *aut* imperi
*ſervare & colere debemus.* Terent. Phorm. 5.
fectum *qvemq. etiam hominem* audaciâ. Iden
p. 43. obſervat, qvòd Conjunctus (in ec
tus) *idem ferè ſit, qvod* præditus *vel* auctus.
*Celeritas & brevitas reſpondendi & laceſſen*
ſtate *atq.* urbanitate conjuncta, h. e. in qva ſi
venuſtas. Phil. 5. *Hujus mendicitas* aviditate
*fortunas noſtras* imminebat, ita rectè legunt
impreſſi pleriq;. Lucret. — nullô conjunct
gunt V. Libri. Cic. pro Cluent. *Repente eſt*
*importuna nefaria libido, non ſolum* dedecor
ſcelere conjuncta. Sed ibi V. Libr. vulgò, c

## Elegantia II.

Elegantis antiqvitatis nitor relucet in
qvæ ut plurimùm in *Vocativo* adhibetur à I
*adhortationis* ergò, & jungitur *Genitivo*, præ
tas, vel *Ablativo*, idq; tam apud proſæ qvàm I
ſcriptores. Papin. 2. Theb. Macte animi *ta*

...mâ, Sil. l. 12. Macte ô virtutis avitæ. Cic. 1. Tuſc. ...nte; *ego enim ipſe cum eôdem non inbitus erube-* ... Macte novâ virtute puer ---- Vide plura teſtimo-...lia potatu haud indigna de hâc voculâ ſuprà pag. 259,260. Et Synt. p. 837,892. qvò etiam nomine ...er...antur tradita, hîc non otiosè repetemus.

## ELEGANTIA III.

Adjectivum INOPIÆ, VACUUS, & Verbum ...piam innuens, VACO, *Ablativô* non rarò gau-...bſervatum eſt à nobis ſuprà p. Synt. 894. & 896 ...rianus Cardinalis in libro, qvem concinnavit de ...atino, raritatem aliqvam ſermonis & ELEGAN-... verſâ 229. edit. Pariſ. 1528. obſervat in ſtructura VACUUS, pariter & Verbi, VACO, cum præpoſi-... AB, & Ablativô, hâc uſus verborum formâ: *Ob-...eſt dicendi modus, qvi nori poſt felix illud docto-...m uſi ſunt: poſt qva tempora mira paucitas bona-...rum, & apud paucos reſedit. Nam qvotusqviq; eſt,* ...non, vacuum culpâ, vacuum periculô, & vacuum ...at? *antiqvi autem illi,* vacuum à culpa, vacuum à & vacuum à dolore, & *hujusmodi, additâ præpoſi-...bant.* VACUUS] Cic. de art. Rhet. *Si* animus à ...ctis vacuus & integer *eſſe dicetur.* Idem ad Eqv. ...*ecto iſtis bona nulla, ejecto M. Tulliô* vacua à per ...lluſt. in Catil. *Qvod ſi qvis etiam* à culpa vacuus, ...*am ejus liber inciderat, qvotidianô uſu atq; illece-... par, ſimilisq; cæteris efficiebatur.* Cic. in Verr. *Meſſana, qva ſitu, mœnibus, portuq; ornata ſit,* ab iis ...*bus iſte delectatur, Jamô* vacua *ac* nuda *eſt.* Idem ...*qvòd is locus* ab omni turba, *id* temporis, vacuus ...n Q. Fr. *Sin eris* ab iſto periculo vacuus, *ages ſcili-... agi poſſe de nobis putabis.* VACO] Liv. *Ne qvando* à ...ericulis vacarent. Cic. pro Dejotaro: *Sed tamen* à bellis *Populi Romani* vacabat, *cum hominibus no-...ſuetudines, amicitias, res, rationésq; jungebat.* Par ...gantioris raritatis ratio conſpicitur in NUDUS &



Digitized by Google

terq; hic uſus etiam L
annis centū vixit, ſi Gi
vico fides habenda, pr
anteceſſit. In *meliore*
apud Lucretium: Qv
*ras Honorificè fertur di*
l. 5. apud eundem p. 4
hujus vocis elegantiore
qviſitum eſt, qvantò maj
gentiſſimi lingvæ latinæ
de Sermone Latino, Ste
Latinæ, Antonius Sche
rum vocum Lingvæ Lat
ſmatis, Giſanius in Ob
Buchlerus in Elegant.
Qvod autem ADFECT
tum pro PRÆDITUS, notat
p. 12. Cic. 1. Offic. Aliqvò
*ſervare & colere debemus.*
fectum *qvemq. etiam homi*
p. 43. obſervat, qvòd Co
tus) *idem ferè ſit, qvod*
*Celeritas & brevitas re*
ſtate *atq.* urbanitate con
venuſtas. Phil.
*fortunas*
imp



VAL
ſimpl
luti
892.
ſua
à m
Ide
VA

*teger* ibid. *modicus* p. 892.
invenianrur, & alia Adje-
uperiùs non unò in locò di-
edio, ſæpiùs repetere con-

A IV.

.. & Giſanius in Obſervat.
vòd haud vulgari ſtructurâ
EATUS. Rarâ enim qvâ-
nunqvam ſupplet vicem
PLES. Hinc *beatus* Valla
*uſum ornatumq ſpectanti-*
a: *Sint florentes, ſint* beati.
*t qvondam, qvum florerent*
*n primis* beati *nominarentur*
i. e. (ut exponit Eraſmus
itis vetulæ. Unde, inqvit
*is beati* vocantur, & à no-
penè idem ſint *felices* &
*s*, inqvam, *omniū bonorum*
qvæq; naturâ *beata*, *feli-*
um: *Ornata erit pronun-*
*magna*, beata, *flexibilis*,
*aura*, *auribus ſedens.*
ecta. Et Giſanius
beatam, *me eſſe*
*ſubduxi mutun-*
*lieni ſiet*: *Dibus*
. Tuſc. *Neq ulla*
*jectu notio eſt*, *niſi*
*m complexio*. Seneca:
na eſt gratiæ & antiqvi-
EATUS ad inſtar LOCU-
iatum deprehenditur
*paternam qvidem*
*mox &c. pauper*

VALEO, illa qvippe cum Ablativô & præ
ſimplicis Ablativi diſſimili ſtructurâ non rarè
luti monitum eſt ſuprà OBSERVAT. IV.
892. & OBSERVAT. V. p. 896. NUDUS
ſua: *Tam inops autem ego ab amicis? aut tam*
à magiſtratibus. Idem ad Qvir. *At me* nudum
Idem in Verr. *Civitas* ab omnibus rebus va
VALEO] Plaut. Aulul. *Ain' tu* valere *te?*
pecunia perbenè. Sic qvando in alia ſignifica
liberari à morbo. Gell. l. 5. c. 10. *Qvum* val
*rediſſe ad me.* Plaut. Epid. A morbo valui, *ab*
Sic eòdem modô dicitur, validus à morbo. i.
Liv. 3. ab urb. *Fratem necdum* ex morbo *ſatis*
LIBER, OCIOSUS, SOLUTUS, de qvibus
GER, ALIENUS pag. Synt. 844. pari mod
ſitione A, vel AB conſtructa leguntur. Co
VAT. I. p. 874. Giſanius tamen Obſeqvat. in
lativum non ineleganter ſæpè à Cicerone ſin
adhiberi notat. Cic. *Qvicqvam à me commiſ*
alienum noſtrâ amicitiâ. Idem: *aut* ſuâ per
ciô, aut tempore alienum. Rarum ſanè & e
genus conſpicitur in voculâ ALIUS conſtr
Syntaxi cum Ablativo ſine præpoſitione, ídq
ratores, qvàm apud Poëtas. Brutus apud Cic.
2. *Nos ab initio ſpectaſſe ocium, nec qvicqvam*
communi *qvæſiviſſe, exitus declarat.* Ita ſine
legit inſigne Gruteri & Guilielmi exemplar à
tum Hamburgi Annô 1618. licet editio illuſt
phani Typographi qvondam Regii Pariſienſis
poſitione: aliud à libertate, &c. Sed prior lec
oni anteferenda. Horat. l. 2. Epiſt. *Edictô ve*
*præter Apellem Pingeret, aut* alius Lyſippô *duc*
*Alexandri vultum ſimulantia.* Ubi Acron no
ſippô, i. e. alius quàm Lyſippus. Idem 1. Epiſ
alium ſapiente bonóq; *beatum.* Tibull. Hôc
*velle virum.* Qvomodo verò *Expertus* & *pr*

Digitized by Google

…idus, p. 843. *eximius, integer* ibid. *modicus* p. 892. …epoſitione IN aliqvando inveniantur, & alia Adje…um præpoſitione AD, ſuperiùs non unô in locô di…t; nec ſemel dicta cum tædio, ſæpiùs repetere con…

# ELEGANTIA IV.

…urentius Valla l. 4. c. 44. & Giſanius in Obſervat. …ſervandum proponunt, qvòd haud vulgari ſtructurâ … Adjectivum LAUDIS, BEATUS. Rarâ enim qvâ…eleganti dicendi indole nonnunqvam ſupplet vicem …m *Copia* DIVES, LOCUPLES. Hinc *beatus* Valla… *qvi rebus omnibus ad vitæ uſum ornatumq́; ſpectanti…dat*: ut, apud Ciceronem: *Sint florentes, ſint* beati. … apud eundem: *Crotomatæ qvondam, qvum florerent … copiis, & in Italia, qvum in primis* beati *nominaren…* …ven. Vetulæ veſicâ beatæ, i. e. (ut exponit Eraſmus … Elegant. Vallæ p. 27.) divitis vetulæ. Unde, inqvit …pud inferos in Elyſiis campis *beati* vocantur, & à no…i apud ſuperos vivunt: ut penè idem ſint *felices* & …licitas & beatitudo. *Felices*, inqvam, *omnium bonorum …s*. Sunt & aliæ res, pro ſuâ qvæq; naturâ *beata, feli…* …uti de voce apud Qvintilianum: *Ornata erit pronun…ui ſuffragatur vox facilis, magna*, beata, *flexibilis, …ulcis, durabilis, clara, pura, ſecans aëra, auribus ſedens. …ixit, pro eo, qvod eſt,* plena & perfecta. Et Giſanius …d Plauti Pœn. 1, 2. *Bonam ego qvam* beatam, *me eſſe …ici malolo*. & Curc. 3. Beatus *videor: ſubduxi ratiun… Qvantum æris mihi ſit, qvantumq alieni ſiet: Dives …on reddo eis, qvibus debeo*: &c. Cic. Tuſc. *Neq; ulla …c verbo qvum* beatum *dicimus, ſubjecta notio eſt, niſi …malis omnibus, cumulata bonorum complexio*. Seneca: … *eſt* beata *uxor*. Proinde plena eſt gratiæ & antiqvi…lioris, dicendi ratio, qvâ BEATUS ad inſtar LOCU… DIVES, &c. Ablativo ſociatum deprehenditur. Cic. …ſt. *Unde tu, qvi modò, ne paternam qvidem domum …e potueris, hortos pretioſiſſimos, &c. paraveris?* Horat.



Digitized by Google

2. Serm. Sat. 6. — *magis ad nos Pertinet, &*
*eſt, agitamus, utrúmne* Divitiîs *homines, an ſi*
Stat. 4. Sylv. *Laudum* omni cumulô beatus.

## Elegantia V.

Gifanius in Conlectaneis (ut ipſe inſc
Verbum *Copia* Polleo, eximiô & elegan
miratúrq; (verba ejus ſunt) hoc verbum vi
eſſe, qvòd antiqvioribus hominibus tam fuit f
Ciceroni, pro, valere. Qvare præclarus & ele
ut juventuti magis conſtet, hæc teſtimonia ad
4. Tuſc. Moderatione & conſtantiâ pollet.
Scientiâ pollet. Plin. l. 19. c. 3. Qvæſtu nullô p
4. Paneg. — ingeniîs *facundia* pollet. Nonn
tur *Præpoſitio* In, Contra, Ad, Adver
33. c. 4. *Aurum plurimis modis* pollet in rem
24. c. 19. *Herba qva gignitur ſupra fimeta ru*
ginas *efficaciſſimè* pollet *ex aqva pota.* Cic.
*igitur duarum* ad fidem faciendam *juſtitia pl*
l. 16. c. 22. *Cur ergo non eadem cauſa* adverſu
leat, *jure miremur.*

# ABLATIVI NOMIN

## Regula III.

Opus [*a*] *Adjectivum* [*b*] *mon*
pe Verbi *Subſtantivi*, nativâ qu
gantiâ *Ablativum* ſibi vendicat,
*præſente*, vel *abſente*. *Præſente*: ut,
opus eſt dictô, *ſed* ſcitô huic opus
9. Æneid. *Non* armîs mihi *Vulcan*
le carinîs eſt opus *in Teucros*. *A*
Cic. *Ubi rerum teſtimonia adſunt*,
verbîs. Plaut. visô opus eſt, cautô

## Nota.

pus *Nominativo, Infinitivo, vel Supino ſecun-*
onnunquam jungitur, interveniente Verbô
antivô; Genitivo verò rariùs: ut, Cic. l.2. Ep.
Fam. Dux *nobis &* auctor opus eſt. Lucr. In-
opus eſt vis *undiq; materiai.* Cic. in Catili. *Non*
*videm* opus eſt. Terent. Peropus eſt nunc *cum*
oqui. Cic. Scitu opus eſt. Terent. Dictu opus
pul. Mihi operæ *ejus* opus eſt. Ovid. *Non mi-*
*t virtus, quàm quærere parta tueri: Caſus ineſt*
*hic* erit artis opus.

## OBSERVATIO I.

andum 1. de ORDINE, qvod τὸ OPUS conſtructio
nè ſubnectatur Adjectivis COPIÆ & INOPIÆ, eò
nis nomine, qvia OPUS adſignificet aliquam *Inopiam,*
*tiam, neceſſitatem,* &c. Nam *Adjectivè* neutrò genere
m exponitur à Schmidio Grammaticæ Latinæ apud
s interpolatore induſtrio, NECESSE. Et Linacer *de*
l. ſtruct. l. 4. p. 298. interpretatur OPUS ESSE, per,
vel *indigere*. Qvin imò tàm maſculinô, quàm neutrô
adhibitum Deſpauterio p. Synt. 268. idem valet, qvod
ESSARIUS, NECESSARIUM. Certè Genere ma-
ô uſurpatum extat in exemplô Ciceronis Regulæ ap-
: Dux *nobis* & *auctor* opus eſt, *i. e. neceſſarius.* Gene-
neutrô acceptum, ita apud autores legitur. Cæſar. L
Gall. *Si* qvid *ipſi à Cæſare* opus eſſet, *ſeſe ad eum ven-*
*fuiſſe.* Cic. ad Terent. *Si* qvid opus erit, *ſi qvid accide-*
*i, facies ut ſciam.* Rarâ autem conſtructione neutris
bus adjicitur. Idem 2. Verr. Multa *ſibi* opus eſſe. Qvâ
NOMALIA II. dicetur inferiùs. [*b*] 2. Notandum
vocis, qvòd nonnunqvam *Subſtantivè* ponatur, &
ut inqvit Doletus in formulis Ling. Lat. p. 123.) ſu-
ro *artificiô*, vel generaliter pro *re omni*, qvæ noſtrâ



Digitized by Google

*operâ* ſit ſive in literis verſemur, ſive in re alia q
nius verò in Obſervat. addit, etiam pro *opem ſe*
nunquam ſumi, citatq; hæc Varronis 5. dè L.L.
*ab eo, q. ſine opere parata.* Cum *Adjectivum* eſt,
letus) ſic loqvimur, opus eſt aliqvid nobis, *vel,*
opus eſt, i. e. *convenit, tempus fert, res fert*
*ita commodum veſtrum fert, ſi neceſſe eſt.* Ubi
ceronis, vocis (τȣ̃ Opus) uſus latiùs extendi
adeo ut non modò *indigentiam* qvandam & *ne*
*commoditatem* aliqvam impertet, id qvod & N
Et Cicero ipſemet Epiſt. ad Att. utitur hâc l
mâ; ſi res fert, qvod Nizolio exponitur; Si op
inqvit Cicero, *ſi* qvid res feret, *coram inter no*
i. e. ſi opus erit. Idem in Anton. Si res ita tuli
pus fuiſſet. Idem de Amic. *Atqve haud ſcio*
*qvidem nihil unqvam omnino deeſſe amicis.* Qv
etiam loqvitur Epiſt. *Amabo te, ſi* qvid, qvo
*Appio facies, ponito me in gratiam.* Atq; hinc
uſurpatum nonnunquam opponatur *Neceſſari*
rat. Illud *etiam ſi* opus eſt, *tamen eſt minùs*
Idem Ep. *Legem Curiatam conſuli ferre* opus
*ceſſe non eſſe.* Sed *Adjectivum* eſſe, etiam ex co
R OPUS liqvet. Terent. Andr. *Sed nunc* per
*hunc cum ipsâ, aut aliqvid de illâ me adverſus h*
*in dubio eſt animus, paulo momento huc, illuc*

## OBSERVATIO II.

[*e*] Meliorum Latinorum monumenta
reapſe invenies perraró τὸ OPUS jungi *Geniti*
Frat. Opus eſt elegantioris alicujus. Idem de Di
*corroſerint aliqvid*, qvorum eſt opus, *hoc un*
*putamus.* Qvint. l. 12. c. 3. Edit. Colon. Agripp
*Sed etiam ſi noſſe qvid qviſq; ſenſerit volet,* le
eſt, *qvâ nihil eſt in ſtudiis minùs laborioſum.* Se
nus in F. R. & Alvarus p. 276. notant, qvòd
codices *Ablativum* locò Genitivi adhibitum le
laris autem ſtructura eſt, qvando ad *Genitivum*

Digitized by Google

*Neutrum* accedit, ſive *Nominativi* ſive *Accuſativi*
cò *Adverbii*. Cic. Planc. l. 10 Ep. Edit. Hamburg.
*d* aliqvantùm nobis temporis, & magni laboris, &
mpenſæ opus fuerunt &c. Eandem etiam lectionem
elegantiſs. Caroli Steph. Edit. Lutet. 1554. Scilicet
tio & loqvendi forma non nova, nec unica eſt. Ali-
ipſe Cicero habet: *Sulpitii tibi operam intelligo ex*
*s*, non multùm opus fuiſſe. Sed *Infinitivus* freqven-
tur. Epiſt. *Tu, qvæ iſtic*, opus erunt adminiſtraris
*s*. Huic junge exemplum ad calcem ſuperioris O R A-
T I O N I S poſitum, qvod *Infinitivi* etiam ſtructuram
. Atq; his O B S E R V A T I O N I B U S geminis, par et-
O M A L I A R U M ſubjungemus.

## ANOMALIA. I.

Nonnunqvam etiam cum *Accuſativo anomalo* O P U S
ctum legitur. Terent. Sponſæ veſtem, aurum, an-
us eſſe. Cic. Dices nummos mihi opus eſſe *ad ap-*
*triumphi*. Idem: *Eqvidem video* mihi *qvoq;* opus
icum. Idem; Multa ſibi opus eſſe, multa canibus ſuis,
*ea ſe haberet*. Gell. l. 17. c. 2. Nihil ſibi divitias opus
e. neceſſarias (ut Deſpauterius exponit pag. 269.)
verò Gellius, & ex Q. Claudiani Annalium primo
ifferit. *Nos divitiis* dicimus, & vitium hoc oratio-
um eſt: ac ne id qvidem eſt, qvod *ſignum* dici ſolet.
nim iſthæc ratio eſt, & veteres compluſculi, ita dixé-
atio dici poteſt, cur rectiùs ſit, *divitiis opus eſſe, qvam*
*s*: niſi qvi Grammaticorum nova inſtituta, ut *τεμέ-*
*q;* obſervant. Hæc ille. Plaut. Truc. 5.1. Puero opu' ſt
Idem Ibid: Oleum opus eſt. Lucr. *Scire licet* nil
iis opus eſſe colores, pro, coloribus. Idem l. 2. *Ergo*
*ã ad naturam* pauca *videmus* Eſſe opus *omnino, qva*
*cunq; dolorem*. De hoc Acc. Saturn. M. M. c. 25. nar-
s Grammaticos Mantuæ ad colaphos uſq; certâſſe.

## ANOMALIA II.

Additur & interdum *Nominativus* Generis *neutrius*

tam

*operâ* ſit ſive in literis verſemur, ſive in re alia e
nius verò in Obſervat. addit, etiam pro *opera ſe*
nunquam ſumi, citátq; hæc Varronis 5. de L.L
*ab eo, q. ſine opere parata.* Cum *Adjectivum* eſt
letus) ſic loqvimur, opus eſt aliqvid nobis, *vel,*
opus eſt, i. e. *convenit*, *tempus fert*, *res fert*
*ita commodum veſtrum fert, ſi neceſſe eſt.* Ubi
ceronis, vocis (τοῦ Opus) uſus latiùs extendi
adeo ut non modò *indigentiam* qvandam & *ne*
*commoditatem* aliqvam importet, id qvod & N
Et Cicero ipſemet Epiſt. ad Att. utitur hâc l
mâ; ſi res fert, qvod Nizolio exponitur; Si op
inqvit Cicero, *ſi* qvid res feret, *coram inter no*
i. e. ſi opus erit. Idem in Anton. Si res ita tul
pus fuiſſet. Idem de Amic. *Atqve haud ſcio*
*qvidem nihil unqvam omnino deeſſe amicis.* Qv
etiam loqvitur Epiſt. *Amabo te*, *ſi* qvid, qvo
*Appio facies, ponito me in gratiam.* Atq; hin
uſurpatum nonnunquam opponatur *Neceſſari*
rat. Illud *etiam ſi* opus eſt, *tamen eſt minùs*
Idem Ep. *Legem Curiatam conſuli ferre* opus
*ceſſe non eſſe.* Sed *Adjectivum* eſſe, etiam ex co
ROPUS liqvet. Terent. Andr. *Sed nunc* per
*hunc cum ipsâ, aut aliqvid de illâ me adverſus hi*
*in dubio eſt animus, paulo momento huc, illuc*

## OBSERVATIO II.

[*e*] Meliorum Latinorum monumenta ſ
reapſe invenies perrarò τὸ OPUS jungi *Genit*
Frat. Opus eſt elegantioris alicujus. Idem de D
*corroſerint aliqvid*, qvorum eſt opus, *hoc uni*
*putamus.* Qvint. l. 12. c. 3. Edit. Colon. Agrip
*Sed etiam ſi noſſe qvid qviſq; ſenſerit volet*, le
eſt, *qvâ nihil eſt in ſtudiis minùs laborioſum.* S
nus in F. R. & Alvarus p. 276. notant, qvòd
codices *Ablativum* locô Genitivi adhibitum le
ris autem ſtructura eſt, qvando ad *Genitivum*

Digitized by Google

l *Neutrum* accedit, ſive *Nominativi* ſive *Accuſativi* ocó *Adverbii*. Cic. Planc. l. 10. Ep. Edit. Hamburg. *id* aliqvantùm nobis temporis, & magni laboris, & impenſæ opus fuerunt &c. Eandem etiam lectionem t elegantiſs. Caroli Steph. Edit. Lutet. 1554. Scilicet tio & ſeqvendi forma non nova, nec unica eſt. Ali- i ipſe Cicero habet; *Sulpitii tibi operam intelligo ex ris*, non multùm opus fuiſſe. Sed *Infinitivus* freqven- itur. Epiſt. *Tu, qvæ iſtic*, opus erunt adminiſtrari *res*. Huic junge exemplum ad calcem ſuperioris OB- ATIONIS poſitum, qvod *Infinitivi* etiam ſtructuram t. Atq; his OBSERVATIONIBUS geminis, par et- OMALIARUM ſubjungemus.

## ANOMALIA I.

O... Nonnunqvam etiam cum *Accuſativo anomalo* OPUS ictum legitur. Terent. Sponſæ veſtem, aurum, an- pus eſſe. Cic. Dices nummos mihi opus eſſe *ad ap- n triumphi*. Idem; *Eqvidem video* mihi *qvoq;* opus icum. Idem; Multa ſibi opus eſſe, multa canibus ſuis, *rca ſe haberet*. Gell. l. 17. c. 2. Nihil ſibi divitias opus e. neceſſarias (ut Deſpauterius exponit pag. 269.) verò Gellius, & ex Q. Claudiani Annalium primo liſſerit. *Nos divitiis* dicimus, & vitium hoc oratio- hum eſt: ac ne id qvidem eſt, qvod *ſignum* dici ſolet. enim iſthæc ratio eſt, & veteres compluſculi, ita dixê- ratio dici poteſt, cur rectius ſit, *divitiis opus eſſe, qvam r*: niſi qvi Grammaticorum nova inſtituta, ut τεμέ- ρᾳ obſervant. Hæc ille. Plaut. Truc. 5.1. Puero opu'ſt Idem Ibid: Oleum opus eſt. Lucr. *Scire licet* nil iis opus eſſe colores, pro, coloribus. Idem l. 2. *Ergo ã ad naturam* pauca *videmus* Eſſe opus *omnino, qvæ cunq; dolorem*. De hoc Acc. Saturn. M.M.c.25. nar- s Grammaticos Mantuæ ad colaphos uſq; certâſſe.

## ANOMALIA II.

Additur & interdum *Nominativus* Generis *neutrius* tam

tam *ſingularis*, qvàm *pluralis* numeri. Cic. U
eſt, *& cum vacare & negotiô*. Idem de Cl. Or
*duntaxat*, qvod opus eſſet, *ſatis habuit eloqv*
Tuſc. *Alexandro roganti, ut diceret*, ſi qvid ſi
*nunc, inqvit*, &c. Cæſar l. 1. bell. Gall. *Si* qvid
opus eſſet. Cic. *Nobis* exempla permulta opus
*Is omnia pollicitus eſt*: qvæ tibi eſſent opus. Id
*iſtic* opus erunt *adminiſtrari proſpicies*. Cato d
*cella olearia* hæc opus ſunt. Liv. *Cum pollicer*
qvæ ad bellum opus eſſent. Terent. *Revertor, p*
opus fuere *ad nuptias gnatæ, paravi*. Cæſar. Q
*proximi diei oppugnationem* opus ſunt, *noctu c*
Liv. *Dum ſcalæ*, qvæq; alia *ad oppugnandum* op
*mantur*. Cornel. Nepos in Vita Attici: Qvæ a
pus fuerant, *ex ſua re familiari dedit*. Liv. Qvæ
ſet. Idem: *Ad comparanda ea*, qvæ *in rem* opus
in Heaut. *Alia*, qvæ opus ſunt, *compararet*, &c. N
etiam maſculini plurales junguntur τῷ OPU
*Nec* molles opus ſunt motus uxoribus *hilum*.
par ANOMALIARUM habuimus: ita unum
TIARUM par exhibebimus.

## ELEGANTIA I.

Univerſa τῆς OPUS conſtructio cum Abla
*minis* ſive *Participii*, intercedente Verbô Subſt
nativam qvandam Latini ſermonis ELEGANT
Etenim nemo, qvi vel primoribus labrîs aliqve
tinitatis ſuccum hauſerit, ignorare poteſt aut de
qventes locutiones ad inſtar ſtellarum ſplende
oratione, commodè aliàs adhibitæ. Cic. ad He
*cùm* opus eſt *clamas, cùm loqvi convenit, obmu*
Parad. Mihi qvæſitô opus eſt. Plaut. Moſtell.
*eò magis* cautô eſt Opus — Idem Capt. 2, 1.
opus eſt, cautô opus eſt, *ut hoc ſobriè, ſine arbitr*
*hoc agatur* — Idem Merc. 3, 3. *Qvid faciam*
opus eſt factô, &c. Idem Bacch. 2, 2. Inve
Idem; *non* opus eſt dictô. Idem: *Qvoqvò paſſ*

Idem. *Si ita* opus eſt factô, *eamus*. Cic. Iis, *qvi hono-* *qvarunt*, *intelligo* opus eſſe qvæſitô. Idem: *Erat ni-* r properatô opus eſſet. Liv. Maturatô opus eſt. Con- mum omnium exemplum à Salluſtio citatum ſup. ,756. Cum *Ablativo* Nominis eodem modô ſeleganter ri τὸ OPUS vel ſine vel cum Præpoſitione, è ſubje- emplis conſtat. Sine præpoſitione: ut, Cic. de Orat. homine nobis opus eſt. Idem in Anton. Expeditô homine opus eſt. Cum præpoſitione AD, IN, DE. ntra Rull. Mihi ad *hujuſce verbi* vim *vehementer* opus dentiâ veſtrâ. Idem ad Heren. Præſidiô firmiori opus ſtam provinciam. Idem Ep. *Ulla in re*, qvæ ad valetu- opus ſit. Terent. Andr. Nihil iſthâc opus eſt arte ad em, *qvam paro*. Terent. In arcem tranſcurſô opus eſt. 3. Epiſt. 24. Si qva in re opus ei fuerit, *jubeis*. Non- am non ſine Elegantia, abſolutè ponitur abſq; *Ablati-* qvamdiu ei opus fuit, *vixit*. Cic. l. 7. Epiſt. Opus de polito tuo judicio. Rariùs autem dicitur: Aliqvid ſe nobis ab aliqvo. Cæſar 1. bell. Gall. *Si qvid* ipſi o- et à Cæſare, &c. Peculiare autem 1. id, qvod habet Att. *Sed* opus fuit Hircio conventô, pro, *convenire* m. 2. illud Livii: Opus eſſe ſibi eâ conventâ. *pro,* *ſe ſibi eam convenire*. 3. illud Catonis c. 13. 1. In tor- m uſus, qvid opus ſiet. 4. illud Columellæ l. 9. c. 1. t graminibûs, ita frugibûs roburneis opus habent. modô qvô Græci dicunt χρείαν ἔχω, i. e. uſum pro, *opus habeo*, teſte Loſſiô pag. Synt. 747. Sed Cl. s notat p. 18. Synt. hoc adeo rarum eſſe, ut ſic dici neget Diomedes: qvem Deſpauterius ſeqvitur pag. 69.

## ELEGANTIA II.

ativa etiam ſermonis gratia & venuſtas relucet in vo- SUS, qvando pro OPUS uſurpatur. Gell. l. 1. ſub ſi- p. 14. C. *Fabricius imperator P. R. ita reſpondet Sa-* *legatis offerentibus dona, cum priùs aures, oculos, na-* *mum manu indigitaſſet: Dum his omnibus membris* *impe-*

*imperàre nunqvam qvicqvam defuturum. Pr*
*niam*, qvà nihil ſibi eſſet uſus *ab iis* qvibus e
eſſe, *non accipere*. Plaut. Aſin. Viginti jam uſ
genti minis. Idem Bacch. 4, 4. Militi nummis
uſus eſt *pro Bacchide*. Idem Perſa: Ad eam re
mihi opera. Idem Amph. 1, 3. Citiùs qvod no
ſus fit, *qvàm qvod factò eſt opus*. Confer Ru
Merc. 4, 3. & 5, 2. Perſ. 2, 5. Pſeud. 1, 1. Aſ
Mil. 1, 1. & 3, 1. & 4, 3. Ciſt. 1, 2. Rud. 2. 3. Tr
8. Æneid. *Arma acri facienda virò: nunc* virib
manibûs rapidîs — Nonnunqvã cum *Accuſa*
*Ablativo* conſtruitur, veluti placet Phil. Paræo
no Plaut. *Tacere neqveo miſera*, qvod tacitò uſ
admodum verò τὸ Opus Verbo Subſtantivo n
citer ſuperiùs jungebatur vel præſente vel abſ
indigitandam aliqvam oportunitatem & comn
etiam U s u s eundem & uſum & ſignificatum
tur. dativô *Abſente*. Cicero Tuſcul. *De cæter*
*locò dicemus*, ſi uſus fuerit. Idem Offic. *Et Re*
*tis* ſi qvando uſus eſſet. Plaut. Bacch. 4, 4. *M*
*ctus*, ubicunq; uſus ſiet. Idem Epid. 2, 1. *Ubi p*
*ibi eos deſerit pudor*, cum uſus eſt, *ut pudeat*. P
de Fin. Mihi ſic uſus eſt, *tibi ut opus eſt factò*
Moſt. 1. 3. Speculo ei uſus eſt. Interdum adeſt
caſu. Plaut. Bacch. 4, 4. *Obſecro*, qvid iſtis ac
ſt *conſcriptis modum?* Interdum locò Nomin
*vus* ponitur Cic. de Fin. *Sed ex eo credo* qvib
uſu, *ut abhorreant à latinis, qvòd*, &c. Idem A
hoc uſu venire, ut, &c. Pro qvo tamen Plauti
*vum* adhibuit. Merc. 3, 1. *Poſſin' tu*, ſi uſus vene
*tenuє vere* ? V. Taub. & Pœn. 3, 4. *Volo ergò vos c*
*omnia Mox cum* ad Prætorem uſus veniet. Id
*Qvando* uſus venerit, *fiet*. Idem Bacch. 2, 3. *Au*
*ſi magis* uſus veniet. Idem etiam dixit: Uſu eſſe
*benè conſultum, inconſultum ſi ſit*, inimicis u
Geminus autem *Dativus, uſui alicui eſſe*, freqve

...ſtid habere aliqvid uſui, ut id obiter adnotetur, ra-
Tacit. l. 3. *Quod haud perinde publicè* uſui habi-
*exitioſum multis.* NOTA. Veluti OPUS, antiqvo
enere *Accuſativum* adſcivit; ita etiam USUS pro
patum *Accuſativum* eôdem Archaiſmô, admittit,
ud. 1, 3. Ad eam rem uſu' ſt hominem aſtutum, do-
um & callidum. Hactenus Regula *tertia* ABLA-
ninum: ſeqvitur *qvarta.*

# BLATIVI NOMINUM
## REGULA IV.

*...parativus* regit *Ablativum* [*a*] qvi
ſolet [*b*] per particulas, QUAM,
TQUE: ut, Curt. Majora *ſunt* præ-
*ricula.* Cic. ad Octav. *Quæ non poſte-*
s acerbior priore? & *quæ non inſe-*
ora antecedente calamitoſior *populo*
*luxit*? Qvintil. *Supervacuus foret in*
*ongior labor, ſi nihil liceret* melius *in-*
præteritis. Horat. Vilius *argentum*
ô, virtutibus *aurum*. Virg. —*ſed* cun-
ior *ibat* Anchiſes — Liv. Melior, cer-
*eſt tuta pax*, quàm *ſperata victoria.*

Nota.

*...mparativa* præter ſuum caſum gaudent
qvam *Ablativô* ſignificante exceſſum; ut,
*...rres* denis pedibus, qvàm *murus* altiores

*Comparativa* etiam caſum ſui *Poſitivi* ad-
mittunt:

mittunt: ut, Cic. ad Planc. Mihi *nem*
*nec* jucundior, *nec* carior Atticô.

## [a] OBSERVATIO

Qvâ ratione Comparativa inſtar Par
qvirant *Genitivum pluralem*, dictum eſt ſupe
2. Gen. Nominum; & pag. 818, 819, 820, 821
SERVAT. 11, 12, 13. & pag. 826. ANOM.
LEG. 1, 2, 3, 4. Et ibi dicta otiosè non rep

## [b] OBSERVATIO

Qvod ſi *Ablativus* (teſte Alvarô p. 27
*minibus* NEMO, NULLUS, aut à *relativo*,
QVOD fiat, non erit *expoſitioni* locus pe
ATQVE. Ut enim latinè dicimus; *Marco T*
Romanorum fuit eloqventior, *caput per ſu*
*abſciſſum eſt*; ita ineptè dicemus, *Marco T*
nemo Romanorum fuit eloqventior, &c.

## OBSERVATIO II

Qvando *Ablativus* Comparativorum
QVAM exponitur, tunc caſus utrinq; à N
ſtructuram ſortiuntur; ut Terent. in Phor.
callidiorem vidi neminem, qvàm Phormion
ſervat Linacer l. 3. p. 191. qvòd *Comparativa*
habeant Ablativum, alterum per E, alterum
ſæpiùs per E legi, qvandò intranſitivè conſtru
*mininorum Ablativis*: ut, ſecundiore famâ, l
Cùm aliis verò generibus potiùs per I. Juv
*ſtat* leviori *belua* ſumptu.

## OBSERVATIO IV.

Interdum *Comparativum* circumſcribi
GIS vel MINUS Poſitivo additâ; ut, Virg. 4
ce magis dilecta *ſorori*. i. e. carior luce. Qvom
*parativus* Nominum, habentium vocalem ant
exponatur adjectâ ad Poſitivum voce MAG
*tivus*, adjectâ voce VALDE vel MAXIME
Etym. pag. 183.

Digitized by Google

ticulæ QVAM *Comparativis* addita ſubnectere ſo-
i QVOD, PRO, QVANTUM, QVOMODO: ut,
reditum in Senat. *Profectò egeſtate & improbitate*
*inaticam ipſe feciſſet, ac* minore *qvidem cum Rei-*
*imento*, qvàm qvod *intra muros nefarius hoſtis*
*rſatus eſt.* Liv. 5. dec. 3. Majorem qvàm pro *nu-*
*um ediderunt ſtragem. Prælium* atrocius, qvàm
*ro pugnantium. His* plus *frumenti impendatur,*
ntum *exauberant. Nihil* admirabilius *in eo fuit,*
modo *mortem filii tulit.* Hæc ultima tria Latino-
nonia adduxit qvidem Kragius noſter in ſua Syn-
, Obſervatione ſecunda de Regimine Nominum
tivo: ſed ubi legantur, & qvem autorem agno-
expreſſit; ſpirans tamen indolem nativam Lati-
OTA. I. Nonnunqvam locô *Comparativorum ſum-*
ſurpantur *Diminutiva Comparativorum*: ut, Te-
*is ego qvidem ſum* majuſcula eſt. Confer Suſenbro-
6. 2. Qvadruplicem collationis rationem, qvæ
*ativorum* conſtructione relucet, qvi ſcire volet,
onſulat Linacrum, qvi pag. 191, 192, 193. ſubtiliter
eam proponit. Hæc haſtenus: Seqvitur modò
OMALIA.

## ANOMALIA.

nnunqvam *Comparativis* Pleonaſmum patitur,
rticula aliqva intendendi vi prædita adjicitur: ut,
pt. *Nihil unqvam invenies* magis *hôc certô* certius.
pla vide ſuprà pag. Synt. 875. ANOM. 2. Sic ubi
aliqva, vim intenſionis importans, cum ſuo caſu
t, Virg. 1. Æneid. —*ſcelere* ante *alios* immanior

## ELEGANTIA I.

*mparativis* eleganter hoſce *Ablativos* adjectos le-
ITO, ÆQVO, JUSTO, DICTO, OPINIONE,
ne, Ovid. 1. Amor. Tardior ſolitò *erat dies.* J.



Digitized by Google

dem: Velociùs ſolitô *currere*. Juven. *Penam*
*mitus*: flagrantior æqvô *Non debet dolor eſſe* v
l. 9. c. 4. *Membrum* longius juſto, *tardum*;
*bile eſt*. Liv. l. 3. bell Pun. Dictô *propè* citiùs
*Claudius egit*. Sic. Citiùs dictô *venit mors*.
ad Ciceronem l. 10. *Qvod familiarem meum*
*rô habes, opinione tuâ mihi* gratius *eſt*. Plaut
nione meliùs *res ſtructa eſt domi*. Idem: Opin
Gell. l. 1. Loqvacior impendiô. i. e. *plùs qvàm*

## Elegantia II.

*Comparativa neutra* Plus, Minus, i
(ut loqvitur Saturnius l. 9. Merc. Maj. p.
cùm uſus, tùm dignitatis ſunt. De qvibus
Cardinalis, vir ætate noſtrâ latinitatis obſerv
bundè multa diſſeruit: qvia tamen in ordine
tiarum modò veniunt, haud fuêre nobis pr
Et qvidem cum *Ablativo* omnium & elegan
qventiſſimè occurrunt bina hæc Comparativ
nus. Liv. l. 21. bell. Pun. *Ab utraq; parte* ſexcent
bus, *& dimidium ejus eqvitum cecidit*. & lib.
*nuit haud* plùs *fuiſſe* modiô. Minus] Pl
*argenti ſunt ſexaginta minæ*, duobûs nummis
de Re ruſt. *Dolium* qvadrantalibus qvinq; mi
*plenum*. Plin. l. 11. *Sues generoſa duodenas ma*
*vulgares* binîs minùs. Idem l. 15. Minùs qvi
*qvod prodiere, qvæ vocant laurea*. Plaut. in
*menti qvando albi meſſis maxima eſt*, tribus ta
*reddit, qvàm obſeveris*. Qvod verò attinet
qvæ ad hujus conſtructionis rationem firman
lant Hadrianus Cardinalis de Modis latinè
34, 35, 36, 37, Saturnius Merc. Maj. l. 19, p. 3
linus Paralip. in Gram. lat. p. 411, 412. & Rob
nus in Foro Romano: ea non tam proban
*Ablativi* pendere à *Comparativis* Plus, M
plius, qvàm à *Verbis menſurandi, ſpacium*
qvandam ſignificantibus. De qvibus partim.

ſuprà Regula Syntaxeos *Accuſativi* Nominum
rtim inferiùs in Syntaxi *Verborum* conſtructo-
Nominibus *Temporis*, dicetur. Et ut propiùs in
veniamus: hæc ſeqventia bina Cæſaris loca, qvæ
ungemus, luculento indicio ſunt, ſtructuram
i potiùs *Verbis* Spacii, qvàm ſuæ conſtructio-
cqvirere à *Comparativo* Amplius. Cæſar in
*Qva caſtra, ut fumô atq; ignibus ſignificabatur,*
*ſſuum* millibus *octo in latitudinem* patebant.
llibus ampliùs qvingentis *in longum* patet. Cic.
Com. *Hoc nomen* trienniô ampliùs *in adverſariis*
. Liv. Pugnatum ampliùs duabus horis eſt.
ratione hæc ſeqventia autorum loca potiùs à
ıporis, qvàm ab ipſis *Comparativis* Plus, Mi-
ius ſuæ ſtructuræ robur acqvirunt. Nā ſi Compa-
plius abeſſet, *Ablativus* iſte firmô ſatis ſtaret
pro P. Qvintio: *Ac tecum* plùs annô vixit *in*
m pro Plancô: *Non poſſum dicere eum* præfuiſſe,
*negare eum* abfuiſſe, *ſed non* plus duobus aut
ſibus, Columella l. 4. *Qvod* eſt fermentatum
diô ſemiſſe. Minus] Cæſar in Com. Minùs
*millium pedum qvindecim in circuitu munitio-*
erunt. Qvod verò attinet ad teſtimonia, qvæ
ianus Cardinalis pag. 34, Saturnius l. 9. Merc.
p. 396, 397, 398. & ex iis Friſchlinus Paralip.
citant, probaturi ſtructuram *Nominativi* pen-
*parativis* Plus, Minus vel Amplius: ea
enſurâ indigna haud judicanda ſunt. E. g. Car-
adducit: Cic. pro Roſc. Com. Ampliùs ſunt ſex
em in Verr. *Cum enim Siracuſis* ampliùs centum
ni cognoſcerent. Liv. bell. Pun. Ampliùs po-
centum viginti. Hi *Nominativi menſes, cives*
*uli*, ſuam ſtructuram non debent, *Comparativo*
Amplius, ſed *Verbis*. Pari modô ipſe Friſch-
locô agnoſcit *Genitivi* Syntaxin pendere po-
*o Subſtantivo*, qvàm à *Comparativis*: veluti ex



Digitized by Google

exemplo Ciceronis l. 3. ad Heren claret, P
millium *alius exercitus fuit.* Sed notand
Plus vel Minus naturam *Subſtantivor*
more *Adjectivorum* generis neutrius *Gen*
Plaut. Truc. *Nunc* lenonum & ſcortor
*qvàm olim* muſcarum, *cum caletur maxim*
*pinius* minus, *qvàm collega cæpit* hominum
rium plus *Sarrentino auſteritatis Albano*,
nus *fraterno.* Porrò nominati autores e
ſtructuram adſcribunt *Comparativis* Plus
plius. Sed eàdem, qvâ præmonuimus
*Genitivo*, veritate. Plaut. Stich. Plus qvin
*infregit mihi.* Terent. in Adelph. Plus an
*vinciam.* Cic. ad Att. *Dicebat agrum* m
reddere, *villam* plus tricena. Virg. Tres pa
*non* ampliùs ulnas. Cæſar: *Cum ipſi* non a
tos eqvos *haberent*, &c. In hiſce conſimili
*cuſativus* à *Verbis* eſt, non verò à *Compar*
*parativa* potiùs *adverbia* ſunt, qvàm *Nomi*
notandum eſt. Nota 1. Plus, Minu
junguntur, qvando in ſermone *nihil certi*
qvid *præterpropter* dicitur: ut, Plaut. in M
*opusq; erat, multò dixeram, controverſiam*,
Terent. *Ne qvid* plus minusve *faxit*, *qvo*
2. Diſcrimen locutionum, *Nihil magis*,
*Nihilo magis*, *nihilo minùs*, *nihilo plus*, *ni*
ſi vacat, (ſed cum Judicio) in Paralipomen
413. Qvæ Nota feneſtram aperit ſeqventi

## Elegantia III

*Ablativus* Nihilo *Comparativis* ju
decoris & venuſtatis latino ſermoni parit
Nihilô beatior *Jupiter*, *qvàm Epicurus*, *de*
Idem 2. Verr. Nihilô diligentior *ad claſſem*
*lites revocandos alendósq; eſſe cæpit.* Idem
*ego tam miſerô tempore nihil nobi conſilii*
*reditu meo*, nihilô meliores *res domeſtica*

-Terent. Heaut. *Oh, iniquus es, qui me tacere postules. C. Non postulo : jam loquere :* nihilô *faciam tamen.* Cic. Pl. l. 10. *In iis autem rebus, minimè, ut ego absim, confici possunt.* i. e. quæ me . Plaut. Moſtell. 1, 3. Nihilô plus, *quàm libertio* . Idem : Menæch. 5, 7. *Hoc* nihilô *mihi esse* *quàm fœmina.* Idem Trinum 2, 3. *Miser ex* s nihilô *facis.* ita legit Taubmannus, quamvis xico Plantino utrobiq; legat *ſeqius* : id quod s à Jan. Melleri Palmerii Spicilegiis p. 676. ionem. Palmerius enim deducit *ſeqius* à *Secere*, d eſt *secare*, quod pro *ſeqvi* à Virgilio, ſeqventi tur : *Quæ cuiq; eſt fortuna hodie, quam quiſq;* Atq; hanc derivationem ſe à fragmento Gellii Buelidiana habere fatetur. Ac nunc primum peritur ( pergit Palmerius ) ubi multorum Vir- s emendatio reperiatur : Currit iter tutum non re claſſis, & l. 8. Filius ardentes non *ſeqius* pi Exercebat eqvos — Ibi qvoq; ita Servius s — inſtat non *ſeqius*, ac rotat enſem Fulmi- es Rutuli clamantis in ore, Condidit adverſa tota non *ſeqius* aëre ningit. Qvod & apud Andr. Sed nihilô *ſeqius* hùc puerum mox dif- oſtium. Nam in V. C. Colonienſi, qvi publicus pniæ, *ſeguius*, ſcribitur. C. autem & G. in anti- mas promiſcuè ferè ſcribuntur. Hoc addam, *ſe-* s à *ſeca*, ac *ſeqvius* à *ſeqvor*, idem eſſe : cujus offendit Muretus. Rectè enim ſcriptum erat em interpretem Terentii : Nihil ergo ſeciùs fa- ntiqvis, qvi ad hunc modum Terentianas fabu- it. *Secius* enim antiqvius eſt, *ſeqius*, recentius. videm Palmerius, an verè & ſolidè ſatis, judi- æterùm invenies etiam cum Comparativo MA- ſequeſtè conſtructum *Ablativum* NIHILO : ut, pinat. Hoc *vos Dialecticinon facitis : nos ſe-* *nitis ad concludendum, qua ab omnibus con-*

*Mm m 3* *cedun-*

*cedantur, ſed ea ſumitis, qvibus conceſſis* nihi... *tis, qvod vultis.* Idem 3. de Fin. *Ut etiam qv... aqva*, nihilò magis *reſpirare poſſunt, ſi non... ſummo, ut jam jámq; poſſint emergere, qv... eſſent in profundo.* Plaut. Truc. — *me* nih... *ciet, ubi is huc venerit; Qvàm ſi hinc ducent... mortuus.* Terent. Hecyr. *Nocte illà primà v... tigit, Qvæ conſecuta eſt nox, eam* nihilò mag... *liter.* Terent. Phorm. *Is me feſellit, ego iſt... ter, ac fui.* Sed verò, anteqvam huic ELE... phonem addamus: animadvertendum eſt ... pag. Synt. 358, 359. notâſſe, qvòd *Compar...* etiam alter *Ablativus* adjungatur ſignificat... *ceſſus*, aut *cauſam*, aut *aliam circumſtantiam ... eſt* me dimidiò. Minor *eſt* me viginti annis. ... *ti annorum. Hic eſt* illò excellentior infinit... hilò ſegnior illò. At pedibus longè melior ... 9. Æneid. Linacer. l. 3. p. 191. Valla l. 1. c. 19... Sed tum demum fides Rhenio habenda erit, ... ſua, autoritate meliorum Latinorum confirm... gilii autoritatem qvod attinet: Editio Ta... p. 887. non legit: Lycus Helenore, ſed — ... hoſtes. Eadem lectio & Erythræo placet ... Vallæ autoritatem qvod ſpectat: nihilò min... tò capite, qvàm de gemino Ablativo. Verb... *Atq; hac hactenus. Illud ad extremum adjic... paratio, conſvetiorem ſermonem eſſe per Acc... per Nominativum in illis, qvale eſt: tu* majo... *ſecutus es* patre tuo, tuísq; majoribus: *vix* ... tua laus *eſt* major patre tuo. *Tamen ſolem... uti, ut Virg. in 8. Haud ſecus ignipotens, n...* gnior illò: ubi ablativus, *illò*, non tam ad *per...* lectam, qvam ad vocem præcedentem, *te...* Sed pergit Valla. *Et Qvint. de Apibus pauper... ne cui* minor veſtra dignitate *videatur cauſa ...* 3. Inſtitutionum: *Non debes apud Prætor...*

ſ, *ſed apud Conſules*, major prætoriâ cognitione
. Fortaſſe videatur molliùs in *obliqvo caſu*: qvod
ſt, volo tamen annotatum eſſe, qvòd inconſveta
is hæc videtur eſſe: major *ſumma pecuniaria eſt*
ognitione; *pro eo, qvod eſt*, major ſumma eſt,
ud Prætorem peti poſſit. Minor cauſâ dignitate
*eo, qvod eſt*, minor, qvàm ut videatur digna,
ignitatem veſtram agatur. Et Vulcanus, non ſe-
tempore, *pro eo qvod eſt*, ſegniori tempore, qvam
. A qvo non diſſimile illud eſt: Ego ſum major
is (non dicit, me, vel ipsô major, ut Rhenius)
*eſt*, majoris ætatis, qvàm ea, qvæ eſt viginti anno-
ajoris ætatis viginti annorum. Nam & hoc licet
le etiam eſt, *ego ſum* major viginti annorum, *id*
li, *vel ego ſum* ætatis majoris ætate *viginti anno-*
ventiſſimè autem hujuſmodi genere orationis u-
deſt hoc nomen *Opinio*: ut, *ſum* ditior opinio-
m, *non*, qvaſi opinio hominum dives ſit, cum ſic
at, magis qvàm opinio hominum ſentit, vel qvàm
pinantur. Cic. ad Brutum ſuum ſic exorſus eſt:
*ilia decedens Rhodum veniſſem, ibiq; de Qvinti*
*norte eſſet allatum*, majorem opinione hominum
*m*, pro eo qvod eſt, majorem, qvàm ille, qvem
ines opinantur. Nec illud ab hoc multùm rece-
dicimus: *Nihil iſtô homine pejus, nihil tuô patre*
*nihil hôc vinô inſvavius: pro eo, qvod eſt*, nullus
iſtô pejor; nemo patre tuô abjectior, nullum vi-
nſvavius. *Rurſus in laude*: nihil iſtô homine me-
patre tuô generoſius, nihil matre tuâ ſanctius, ni-
uâ verecundius, nihil hoc vinô ſvavius. *Dictum*
nibus *rebus, non tantùm de* ſingulis. *Interdum*
*nihil plus comprehenditur in univerſo, qvàm in*
nihil eſt te literatius, nihil eſt illô prudentius, ni-
inhumanius. *Nihil plus ſignificatur hôc modô,*
*icas*: nemo te liberalior, nemo illô prudentior,
inhumanior; *qvoniam literatura, prudentia, inhu-*

*manitas, non niſi in homines cadit. Qvid er*
nere *potiùs, qvàm* maſculino & fœminino
*nempe, qvia neſcio qvid plenius & ſvavius i*
*eſt. Ideóq; tali ſermone delectati autores ſ*
*crebra exempla documento eſſe poſſunt, qvæ i*
*tione erunt, qvàm ut à me hûc afferri debean*
vationem Vallenſem tantò diligentiùs, rete
ris verbis optimâ fide adſcripſimus, qvantò
& convenientior ſeqventi, qvam mox ſubne
GANTIÆ IV. Nec Linacri (qvem a
mus) autoritas hic nobis obſtare debet. N
hat ſuam ſententiam exprimendo aut adjici
cujus locum, in qvo hæc legantur: Multo a
re: Nihilo ſegnior illô. Et ſanè ubi dicit h
contra naturam *Superlativis* adjici, ſuome
lat, cùm notum ſit Superlativos non tam Ab
Genitivum amare.

## ELEGANTIA IV.

*Comparativi* neutri eleganter jungun
NIHIL Terent. Andr. 2, 6. *Potin' es mihi*
D. nihil facilius. Cic. in Somn. Scip. Nihil
*qvàm ut Maſiniſſam convenirem.* i. e. nihil
bam. Idem Off. Nihil *omnium rerum agri*
Idem ibid: *Cadit ergo in virum bonum me*
nus. Plaut. Milit. Nihil *mihi* propius, *qvam*
elegantiſſimè dixit ſummus ille Latinarum E
RUM patronus Cicero pro Cluent. *Nec* qv
*eſt* factum, *qvàm ut illum perſeqveretur, &*
*ſubſellia reduceret, ut eatenus poſſet perorare.*

## ELEGANTIA V.

MULTO, LONGE, TANTO, QV
TUM, QVANTUM, HOC, QVO, EO, addi
& *Superlativis*, plurimùm venuſtant oratior
Max. l. 4. Qvantùm *domô* interior, tantùm
Plin. *Effigies* hòc diuturnior *erit*, qvò verio
*qvisq; ingeniô* minùs valet, hòc *ſe* magis *atto*

*ut ſtaturâ breves, in digitos eriguntur, & plum in-*
*antur.* Sed nos ſuprà pag. Synt. 832. ELEGANT.
Genitivi Nominum de induſtria in Syntaxi *Ad-*
de hoc elegantiori loqvendi genere acturos rece-
vocirca etiam benevolum lectorem eò ablegatum
Elègantiam *Comparativorum* MAJOR & MI-
n monoptoto *Ablativo* NATU ſuprà tradidimus
. 882. ELEGANT. I. Et qvomodo QVAM addi-
*parativo* jam præcedat, jam ſeqvatur voces ſecum
tas, dictum eſt ſuperiùs pag. 830. ELEGANT. 3.
ratione QVAM interponatur duobus *Comparati-*
itum dedimus ELEGANT. 4. paginâ eàdem: ut,
ab Urb. *Triumphus* clarior, qvàm gratior. Idem l.
*ntia* minacior, qvàm pernicioſior. Ex his Com-
(inqvit CLmus Schmidius pag. Paralip. Synt. 326.
illius, cui particula QVAM, AC, ATQVE, præ-
ſenſus imminuitur. Et ut id modò allatis exemplis
remus: *Triumphus clarior*, qvàm gratior, tantun-
t, qvod, Triumphus non tam gratus, qvàm clarus.
entia non ita pernicioſa, ut minax: vel minùs per-
qvàm minax. Hôc autem modô duo iſti *Compara-*
tionem qvandam important, & caſus à tergo ferè
abent, veluti id optimè notavit Kragius noſter.
fuit Syntaxis NOMINUM: ſupereſt modò, ut pari
induſtriâ, divina adjuti ope PRONOMINUM
n illuſtrandam ſuſcipiamus.

# SYNTAXI PRONOMI-num in eôdem Caſu.

## REGULA.

*errogandi* & *reſpondendi* voces Caſu
enire debent: ut, Qvis *partem noctium*
*s vendicavit, non vacavit ſomno, ſed ſuc-*

 *cubuit,*

*cubuit, & oculos vigiliâ fatigatos cadentes* *opere detinuit?* Seneca. Ep. 8. Horat. l. E 4. Qvid *voveat dulci nutriculæ majus alu* *Qvàm* ſapere & fari *ut poſſit qvæ ſentit,* *cui Gratia, fama, valetudo contingat abu*

## OBSERVATIO I.

Familiam Regularum Syntacticarum *Pronomi*cit hæc Regula, eô in primis nomine, ut methodo, ſervaturos nos recepimus pag. 759. convenienter mus. Veluti enim in *Nomine* eum ſeqvuti ſumus du ut ſub initium Regularum pag. 760. propoſuerimu cturam eorundem caſuum: ita eandem plane metho tionem tenebimus hîc, Syntaxin *Pronominum* concin Et licet non defuturos proſpicimus, qvi Compendii ctati, dixerint forte, nos operam abuti, repetent ſtructuram *ejusdem* Caſus, cum nihil ſive novi ſive tradatur, qvod non traditum ſit pag. 760. Reg. I. Ta men animadvertendum eſt, qvòd pars noſtræ metho à nobis formari & concinnari ſoleat, ut juventuti qva ximè accommodetur. Notandum hîc & illud eſt, qv *finitibus* etiam hic nonnunqvam in Syntaxi vocum, qværitur & reſpondetur, reſpondeat neutri interro particulæ; id qvod manifeſtum facit exemplum qvo Regulæ ſubſcripſimus ex Horatio deſumptum: *Qvi* veat *dulci nutriculæ majus alumno, Qvàm* SAPER FARI &c. Nam τὸ QVID ibi refertur ad τὸ SAPER FARI, &c. Jam unam OBS. unica additur ANOMA

## ANOMALIA.

Aliqvando *Pronomini Interrogandi* reſponde eo Caſu, qvem Verbum reqvirit: ut, Horat. Qvanti em parvò: qvanti *ergo*? octuſſibus. Sic unam ANOMAL unica etiam nunc ſeqvitur ELEGANTIA.



Digitized by Google

ELEGANTIA.

ns eſt uſus Pronominis Poſſeſſivi CUJUS, A, UM, ſuperiùs pag. Etym. 453. Et confer Elegant. Val. . Idem eſto judicium de CUJAS. Cic. 5. Tuſc. *idem qvum rogaretur* cujatem *ſe eſſe diceret,* n, *inqvit. Totius enim mundi ſe incolam & civem* *r.* Sic fuit ſtructura *Pronominum* in *eodem* Caſu; it conſtructio eorundem in *diverſis* caſibus.

## YNTAXI PRONOMINUM in *diverſis* Caſibus.

REGULA.

*vum* cum antecedente Subſtantivò eſt *genere & numerò* conſentire: n ſemper convenit, nam is ſeqventi *mini*, vel *præpoſitioni* reſpondet: ut, *ebemus imitari* agros fertiles: qvi *us afferunt, qvàm acceperunt.* Idem: *ſſima putabo*, qvæ *ex te cognovero.* Id. *Eſt* is *amicus qvidem*, qvi *eſt tanqvam* *em.* Horat. Qvò *ſemel eſt imbuta re-* *vabit* odorē *Teſta diu* Ovid. — leve *d bene fertur onus.* Lucān. *Nulla fides* viris, qvi *caſtra ſeqvuntur.*

Nota.

*Relativum* QVI, QVÆ, QVOD, poſitum, bſtantiva diverſorum generum, ſæpiùs an- ti, interdum ſeqventi reſpondet: ut

Ante-

Antecedenti Subſtantivo:

Cic. *Propiùs à terra Jovis* ſtella *fert*
*thon dicitur*. Ovid. Unus *erat totô n*
*in orbe* Qvem *dixêre chaos* —

Seqventi Subſtantivo: ut,

Cic. *Animal plenum rationis & con*
hominem *vocamus*. Idem: *Cæſar ad*
qvæ *Theſſalia appellatur, applicuit*. V
*antiqvum, ingens, campo* qvi *fortè jac*
*agro poſitus*. —

II. *Relativum* Qvi, Qvæ, Qv
dum refert totam orationem præced
in genere neutrô: ut, Cic. Qvi *virtut*
*ſoli*, qvod *eſt* proprium *divitiarum*,
*rebus ſuis*. *Omnia ſuô tempore facito*,
*omnibus eſt* primum. Terent. *Et* qvod
*iſti putant, uxorem nunqvam habui*: Id
*pore ad eam veni*, qvod *rerum omnium*
Idem: *Qvi habet ſalem*, qvod in te eſt
nempe ſalem habere, in te eſt. Ho
*lymphis obſtrepunt manantibus, Somno*
*tet leves*.

## Observatio I.

*Relativa* qvæ *accidentia* vocant Gramm
Numerum & Caſum mutuantur à Subſtantivi
ximè cohærent: ut, Talis *eſt civitas*, qvales
mores. Cic. Tanta *cujusq; ſunt mala*, *vel*
*eſt* animus, *qvi illa ſuſtinet*. Idem: Qvales *in*
*pes*, tales *reliqvi ſolent eſſe* cives. Horat. Qvot
totidem *ſtudiorum* millia. Confer. pag. 766,
Nominum Observat. 8. Diviſionem Re

Digitized by Google

*Accidentis* vide ibidem. Et ut id obiter adnote-
*cedens* dicitur eò qvod *antecedat* vel *præcedat*, re-
qvod ei ſuccedit; ſi non ſemper *locò*, ſaltem
Relativum autem ideo ſic dicitur, vel qvia
B. M. Jerſinus Synt. p. 89. Edit. 1629. & Edit.
6.) *refert præmiſſum aliqvod Subſtantivum*: vel
igentiſſimus Grammaticus Marcus Daberculius
vum aliqvando *ſenſum refert* in genere neutro.

## OBSERVATIO II.

vando *Adverbium* locò Pronominis *Relativi* po-
Cic. *In ea caſtra te conjeciſti, qvò omnis ſentina
nfluxerat*. pro, in qvæ. Salluſt. *Tibi* immaturatè,
*inime debuit, vita erepta eſt*, pro, *ab eo, à qvo*, &c.

## OBSERVATIO III.

obus Antecedentibus, Pronomen HIC ad *propius*
s refertur: ILLE, ad *remotius* vel *abſens*: ut,
*æſar beneficiis & munificentiâ magnus habebatur*:
*e vita, Cato*, Ille *manſvetudine & miſericordiâ
ius*: huic *ſeveritas dignitatem addiderat*. Ille Cæ-
, Cato. Livius: *Vulgus Macedonum Demetrio
oſt mortem patris deſtinabant. Nam etſi minor,
m Perſeus erat*: hunc (Demetrium, de qvo in præ-
ermo) *juſtâ matreſamilias*, illum (Perſea, de qvo
nſtituerat autor dicere) *pellice ortum eſſe*. Illum
*t ex vulgato corpore genitum, nullam certi patris
bere*: hunc (Demetrium) *inſignem ſimilitudinem*
patris,) *præ ſe ferre*. Ita in talibus Demonſtrati-
fit *relativum*. Confer Etym. p. 423, 424. Qvo-
c dicatur de prima perſona: ISTE de ſecunda:
tertia vide ſupra pag. Etym. 434: ut, Cic. *Putarés-
n accidere poſſe, ne mihi verba deeſſent: neq; ſolùm
*oratoria, *ſed* hæc *etiam* levia noſtratia? Servius
*Qvid fuit qvod illam* hòc tempore *ad vivendum
e invitare poſſet*? Qvod tamen non ſemper obſer-
terdum enim IS & ISTE aliqvid *propius*; ILLE
verò

verò *remotius* ſignificat: ut, Cic. de Seneƈt,
*ſolum convenire aveo, quos ipſe cognovi: ſed* ill
*quibus audivi, & legi & ipſe conſcripſi.* Idem ir
*eſt* iſtorum *tam miſericors, qui* illum *non ad M*
*ad Maſſilienſes ire malit.* Iſtorum ſcilicet, q
hinc ejeƈtum eſſe Catilinam. Illum, Catilinam
ſantem. Idem de Seneƈt. *Ex* vita iſta *diſcedo*
*hoſpitiô.* Aliquando duo hujuſmodi Pronomi
tiæ & emphaſeos Causâ conjunguntur: ut, C
ſua: Hunc iſtum *otii & pacis hoſtem cauſam*
*fuiſſe ad incendia, nolo ſuſpicemini, niſi viderit*
Flacco: Huic illi *legato, huic publico teſti, L.*
*ƈtandum tradidiſſent.* Soph in Oedip. ὅδ' ἐ
hic ille ſum ego. Cic. in Catil. *Fuit* illa iſta *qu*
*Repub. virtus.*

## Observatio IV.

Probè etiam notandum eſt, quod Ipse
tur *Pronominum*, quibus in conſtruƈtione ad
*ſeos* gratiâ: ut, Cic. *Si quis* iſtas ipſas *artes il*
Idem: Quorum ipſorum *per ſe res vobis cur*
Idem: Ego *enim* ipſe *cum* eodem ipſo *non invit*
Sed excipitur Ipse, quando additur reciproco
nem Verbi in reciprocum refleƈtit, tunc poni
nativo: ut, Cic. de Aruſp. Id *monſtrum ſibi* i
ven. *Adeo indulgent* ſibi *latius* ipſi. Terent. S
i. e. ipſe fallit ſe.

## Observatio V.

*Quoties antecedens* de re poſſeſſa, *relativ*
poſſeſſore dicitur, convenit relativum cum prim
ſivi ejus, quod in *antecedente* ponitur: ut, Ter
*laudare* fortunas meas, qui *haberem gnatum*
*præditum.* Ovid. *Nunc* mea *ſcripta legis*, qui *ſu*
*ad iſtum. Nate* meæ vires, mea magna potentia
*patris ſummi*, qui *tela Typhoëa temnis, Ad te*
*ſupplex tua numina poſco.* Verba (inquit Loſſi

n. Phil. pag. 748.) ſunt Veneris ad Cupidinem fi-
a dies. Verſus eſt apud Heſiodum, de obſervatione
auſpicatorum, qvi in proverbium abiit, ut apud
refert Philoſophus. Eſt autem hujuſmodi: ἄλλοτε
ϖέλει ἡμέρη ἄλλοτε μητρ i.e, *Ipſa dies qvan-
rca eſt*. Qvô verſu ſignificatum eſt, non *omni* die
poſſe, ſed *iſtô benè* atq; *aliô malè*. Vide Eraſ. in Chil.
dum autem eſt, qvòd hæc & ſimilia, (qvæ modò
s) loca autorum, referant vulgò Grammatici ad
n *Notæ ſecundæ Regulæ*. Liv. 4. *Jam comitia
a inſtabant*: qvæ res *eum oppreſſit*. Brut. ad Cic.
*ſt* humanitas, *aeqvô animô te moneri patieris*.

## ANOMALIA I.

nunqvam per *Pleonaſmum* (ut ſolidè monet Kra-
r de his agens Synt. Obſervat. 3.) repetitur *Ante-
Relativum*, qvod ſit perſpicuitatis gratiâ, præci-
ectionibus: ut, Cæſar *Erant omninò* itinera duo,
neribus *domô exire poterant*. Sveton. *Non ſine*
qvem rumorem ipſe auxit.

## ANOMALIA II.

nunqvam per *Ellipſin* aut *antecedens* Subſtanti-
eqvens Relativum omittitur; ut, Cic. *Nego jus eſſe,
non ſit, pugnare cum hoſte*. Ubi EI deeſt. Virg.
qva fuit Tyrii tenuêre coloni*. Hic QVAM deeſt.
ix qvi *potuit rerum cognoſcere cauſas*. Idem: *Qvin
ſaltem potius* qvorum *indiget uſus*. Juven. *Sunt
ſolùm vivendi cauſa voluptas*, Idem: *Haud facile*
qvorum *virtutibus obſtat Res anguſta domi* —.

## ANOMALIA III.

ant & illa à Regula qvæ per Syllepſin, (ut monet
pag. Synt. 343.) Syntheſin & Prolepſin dicuntur:
ſin: ut, Salluſt. *Primo pecuniæ cupido, deinde im-
t*, ea *qvaſi materies omnium malorum* fuêre. Virg.
*cum*

*cum Daphnidis arcum Fregiſti*, & calamos, ...
*Menalca*, &c. Per Syntheſin; ut, Ovid. *Fum...*
qvos *ſi violaverit ignis*. Et deniq; per Proleps...
*pugnant*, hic gladiô, ille ſariſsâ. Item: *Prac...*
alius Grammaticam, alius Dialecticam, alius ...
Funguntur enim & hæc *Relativorum* vice qva...
do Idem eleganti Anomalia adſciſcat *Dat...*
dem, *injurium eſt*, *eſſe* omnibus, pro, in om...
pag. Synt. 864. Anom. 2.

## Elegantia I.

Relativo Qvod (ut obſervat Cruſius ...
qvando Id non ſine venuſtate præponitur; ut ...
*haberi ante Calendas Februarii per legem Pap...*
*ſcis, non poteſt. Eorum initia cum recitarent...*
*nota eſſe arbitror.*

## Elegantia II.

*Antecedens* cum ſuo verbo (uti idem il...
adnotat) eleganter *Relativi* membro poſtpo...
Friſchlinus ait p. Paralip. 416: Non rarò *an...*
ſtantivum concordat cum *Verbo* ſeqventi, &...
*lativo*: qvod genus dicendi fieri per *antip...*
Grammmatici: ut, Cic. *Qvi ex errore imperit...*
*pendet*, is *in magnis viris non* eſt habendus. ...
*diu parturit* animus veſter, *aliqvando* pariat...
*nuchum*, qvem dediſti *mihi*, qvas *turbas dedi...*
*mordet ſumptum filii*, qvem faciunt. Idem: *A...*
habes, *condonamus te*. Plaut. *Naucrat em*, qv...
*volui*, *is in navi non erat*. Solin. Hienius lapis, ...
*eſt, ut cujus hominis lingva fuerit ſubditus*, pr...
Ovid. — *Ceci dêre manu*, qvas legerat herbas. ...
*ut placerent*, qvas feciſſet fabulas. Aliqvand...
*Relativo* adjungitur; ut, Servius ad Cicerom...
*mihi non mediocrem conſolationem, volo tibi c...*
pro, qvæ *mihi*, rem *volo*. Interdum qvod *Rel...*
*Antecedenti*: ut, Cic. *Cum veniſſent ad vada* ...
*qvæ nominantur*, pro, ad vada, qvæ nominan...

Digitized by Google

ſρὸς τὸν καλούμενον οὕτω πόῤῥω. Sæpe inter *An-*
& *Relativum* Præpoſitio intercedit: ut, Cic. *Non*
*te jucunda vita, à qua abeſt prudentia.*

# ELEGANTIA III.

*lativum* QUI, QUÆ, QUOD, non ſine gratia &
venuſtate, ferè cum DIGNUS adeſt, *Conjunctivum* ſibi
ſtulat: ut, Cicero: *Quem tibi commendo, & ipſum*
*ine* diligas, habeásq; *in numero tuorum, hominem*
*um & officioſum cognoſces, & dignum,* qvi *à te* diliga-
em: *Méne ergò & Triarium dignos exiſtimas, apud*
*piter* loqvare? Idem: *Qui modeſtè paret, videtur,*
*ando* imperet, *dignus eſſe.* Salluſt. *Vix ſatis apertum*
*ngva prompta videtur*, qvæ *dicta pectore* evolvat.
*Dignam me put*...s, qvam illudas. Idem: *Etſi ego di-*
*contumeliâ ſum maximè: at tu indignus*, qvi faceres
Propert. *Digna qvidem facies, pro* qva *vel* obiret
. Sic fuit SYNTAXIS Pronominum in *eodem* Caſu;
r nunc STRUCTURA *diverſorum* Caſuum.

# SYNTAXI GENITIVI PRO-
nominum.

## REGULA.

*nitivi* Pronominum Primitivorum,
*Tui, Sui, Noſtri, Veſtri*, junguntur *Adje-*
, *Verbis, Verbalibus, Participiis Genitivũ*
*ntibus,* item *Nominibus Affectum aut Fa-*
*em,* vel *ſimile qvid* ſignificantibus:

Adjectivis: ut,

ſar ad Cicer. *Nihil malo, qvàm & me*
milem *eſſe, & illos ſui.*

Verbis: ut,

Att. *Te oro, ut qvibus in rebus* mei tui in
unt, *noſtris miſeriis ne deſis.*



Digitized by Google

Verbalibus: ut,

Cic. *Qvintus miſit filium: non* deprecatorem, *ſed etiam* accuſator

Participiis: ut,

Cic pro Rab. Poſth. *Eqvitem R* *veterem amicum ſuum* ſtudioſum, a obſervantem ſui, *labantem excepi*

Nominibus Affectuum: u

Cic. *Non ſcribam plura, ne tibi* m rium *renovem*. Horat. l. 1. Epiſt. diò noſtri *pecces, odiúmq; libellis S* *portes*.

Nominibus Facultatem ſignific

Cicer. l. 1 Epiſt. 2. ad Qv. Fr. *Prætores diebus aliqvot, adiri poſſen* teſtatem ſui *facerent; in concionem* *(Cato) & Pompejum privatus di* *appellavit*.

Vel ſimile aliqvid ſignificantib *Vivam*, párſq; mei *magna ſuper*

Nota.

Nonnunqvam *Genitivis Primitivoru* va adduntur: ut, Cic. l. 12. ad Cornif. *Gr* *vehementer* memoria noſtri tua.

OBSERVATIO I.

Ex uſu juventutis fuerit, ſub initium h indigitâſſe, qvænam cenſeantur Grammaticis *fectum, Facultatem*, ſignificantia. Nomina i

Digitized by Google

denotantia ſunt: *Amor*, *caritas*, *deſiderium*, *cura*, *memoria*: *odium*, *faſtidium*, *timor*, *metus*, *vindicta*, & ſimilia. FACULTATEM adſignifi-t: *Copia*, *poteſtas*, *facultas*, *cauſa*, *gratia*, &

# OBSERVATIO II.

liare eſt omnibus fermè Grammaticis tradere Ge-onominum Primitivorum *Mei*, *Tui*, *Sui*, &c. tan-ni poſſe *paſſivè*. Videatur Linacer de Emend. ſtruct. Suſenbrotus p. verſâ 149, Cruſius p. 226. Lanci-c. 38 pag. 198, Deſpauterius p. 264. aliiq; qvam-Qvam opinionem primùm hauſerunt Grammatici capite arceſſamus) à Laurentii Vallæ ſummâ con-& lite, qvam Priſciano l. 2. c. 1. Eleg. fervidè in-qvam litem licet noſtram hôc locô ut faciamus, in-ſtri non patiatur ratio: tamen ut verbô dicamus troq; ſentiamus, citra partium ſtudium, exiſtima-iſſimum Grammaticorum Priſcianum præter me-n paucorum errorum inſimulari à Valla, qvorum tur. Id qvod mirum aut novum in Valla, optimo re, ſed ſæpè ſine cauſa ſtomachante, cuiqvam acci-debet, qvum non vereatur Valla non modo Pri-idem loci litem falſarum præceptionum graviter e, ſed etiam dicam corruptæ latinitatis ſcribere iellio, Plauto, Petrarchæ, autoribus ſupra commu-lem poſitis, ut ſuis acerbioribus in Priſcianum di-uleatis dictatis tantò majorem fidem faciat & pon-t. Sed ſordet decus, qvod ex alterius dedecore, ob-te ſive invidiâ, ſive arrogantiâ, naſcitur. Solet enim in injuriam degenerare. Sed verbô nos expedie-nitivi hi: *Mei*, *tui*, *ſui*, &c. & activè & paſſivè ex-ſunt, idq; non ex ſe & ſuâ nativâ indole; ſed vi ver-πρώτως motum actionis vel paſſionis adſignifi-Cicero: Amore tui *fratrem tuum odiſſe deſinam*. tui, i. e. qvô te amo, vel qvô tu à me amaris. Idem: *contra me fecit* odiô mei: *ſed* odiô ſeveritatis, odiô di-

gnitatis, odiô Reipub. Odiô mei, i.e. qvod erga me
fovet, vel qvô ipſi ſum exoſus. Sic non ſemper po
*meus,tuus,ſuus*,&c. add a nominibus,*activam* ſigni
nem habent. Qvam ſententiam & obſervationem
numeroſâ & pomposâ autoritate Grammaticor
mandam exiſtimamus, qvàm ſimplici ſui cunctis
judicantibus obviâ veritate. Temperare tamen m
qveo, qvin in harum noſtrarum partium ſubſidium
ſubacti ſſimi ingenii & ſummæ induſtriæ ac doctrin
Gerardum Joannem Voſſium, qvi in eximiô opere
librîs de arte Grammatica editô hôc annô Amſt
(qvod nuperè ad noſtras manus pervenit)adducit
mia Latinorum pag.216,qvibus ſcitum hoc tribulium
maticorum de facili antiqvatur. Cicero autor eſt
qvod *invidia* tam active qàm paſſivè uſurpetur: un
1. Catilin. ſemel iterumq; dixit,*invidia mea*,de eâ,
invidetur. Simile illud Terentii in Phorm. act. 5.
*Nam neq;* negligentiâ tuâ, *neq;* odiô *id fecit* tuô. Ub
gentia tua eſt,qvâ tu negligeris: & odium tuum,qv
proſeqvitur,interprete Voſſio. Idem Terent. Eun
2. ſc. 3. — *In ea re* utilitatem *ego faciam,ut cognoſca*
hoc eſt,qvæ ex me percipitur. Manifeſtum itaq; eſ
paucîs concludamus; *Primo*,*Genitivos Primitivor*
tantùm *paſſivè*,ſed etiam *activè* exponi poſſe, idq; m
vi rei ac verbi, (in qvod Nomina reſolvi ſuſtinent
pro varietate motus, qvem adſignificat,variat,variû
xum ac ſenſum. h. e. jam activum, jam paſſivum,ad
comparatum eſt. *Secundò*, Pronominibus *poſſeſſiv*
*activum* ſenſum non vendicandum eſſe, ſed *paſſivum*
dum eis concedendum,idq; ob Nominis, cui ſerviun
hærent, *paſſivam* indolem tractam à verbo, in qvo
poſſunt. Colophonis deniqve locô notamus, præcl
lum Grammaticum Alvarum,expreſsîs verbîs trad
nitivos *mei,tui,ſui*, &c. apud vetuſtiſſimos *actione*
ac *paſſionem* ſignificaſſe Verba ejus hæc ſunt, deſ
375. de Conſtr. Nominis: Ne longior ſim, inqvit,

Digitized by Google

*um* apud vetuſtiſſimos tum paſſionem, tum actio-
ficabant. Loqvebantur enim more Græcorum,
*i,tui,ſui*,pro *meus,tuus,ſuus*,qvæ nondum inventa
vibus inventis exolevit illa priſca locutio: *Pater*
ijus locum ſucceſſit hæc; pater meus, labor meus,
m ſententiam procul dubio hauſit è Priſciano, qvi
1090,1091, allaturus differentiam inter *Genitivos*
*rum* & *poſſeſſivorum*,doctè ex hypotheſi diſſerit de
& ſenſu Pronominum *mei, tui,ſui*,&c. Id qvod ſi
rtiſſet Valla, tantô cum doctiſſimo Priſciano, ex-
i ſtudiô ſuperſedere potuiſſet, qvòd à p. 42. in-
ad 50. uſq; continuat fermè per novem pagellas
nt. c. 1. Confer. Taubmannum, ad Pſeud. Plaut.
l.

## OBSERVATIO III.

ando tradimus *Genitivos primitivorum Mei*, *tui,*
ungi *Adjectivis*, illam præceptionem nolumus ut
ndat latiùs qvàm conveniat, nim. ultra Adjectiva
*,partitiva,particularia*,&c. qvæ qvoties *Genitivô*
udent, eos demum horum Pronominum Geniti-
iunt, qvi per UM finiuntur: ut, Unus & primus
ſinguli, uterq;, unuſqviſq;, qvidam vel aliqvis ve-
maximus natu noſtrûm. Terent. in prolog. He-
i veſtrûm *ſit mirum*. Sic ſolet Cicero Genitivo O-
adjungere NOSTRUM, VESTRUM. Contr.
*Tunc contra hanc Romam communem patriam* o-
oſtrum, *illa altera Roma qværeretur*. Idem ad Caſ-
. *Tum ipſius causâ gaudeo*, *tum mehercule etiam*
noſtrum. Idem in Catil. 4. *Video, Patres conſcripti,*
nium veſtrum *ora atq; oculos conjectos eſſe*. Idem
*Ut jam omnium judiciô conſtitutum eſſet* omnium
*ona*, *prædam eſſe illius victoriæ*. Plura teſtimonia
rem hujus rei expoſitionem vide ſuprà Regulâ ſe-
nitivi Nominum OBSERV. XV. p. 824. nec non
bſervationem l. 3. p. 200. deſcriptam his junge,
t in Genitivo plurali non dicendum eſſe, *noſtri* vel

 *veſtri*,

*veſtri*, qvando alius adjectivi Genitivus plur
en m, inqvit, rectè dixeris, miſertus, aut neſc
ptor noſtri; ita, miſertus, neſcius, & conten
noſtrum duorum vel omnium, dicendum.
de conſtructione Pronominis pag. 377. qvi
rit ibidem, unde Nostri, Vestri orig
Nam ſuſpicatur Romanos: primò Nost
strorum dixiſſe, pro noſtrûm, veſtrûm,
ſertatione l. 19. c. 5 patet Sic Plautus dic
veſtrorum, pro, veſtrûm. & Cæcilius apud G
Quæ noſtrarum fuit integra ætatula. Ub
margine legit, noſtrûm. Porro ex *noſtrorum*
tat Alvarus conciſa dictione feciſſe veteres
ultimâ ſyllabâ circumflexô inſignitâ. Poſtr
*ſtrûm*, *veſtrûm*, Genitivos *noſtri*, *veſtri* dedu
ſed inventîs derivativîs *noſter*, *veſter*, credit
tiori ſeculo, ut *noſtri* & *veſtri* in freqventiori
*ſtrum* verò & *veſtrum* cum certis tantum dic
rentur, ut jam ſuprà monuimus.

## Observatio IV

*Genitivis Primitivorum* non rarò in *eod*
& *numero* junguntur *Adjectiva* & *Gerundi*
varo p. 376 vocant *Adjectiva*. Et qvidem
eis ſic conſtrui, ex his Latinorum teſtimoniis
Heaut. *Atq;* inopis *nunc te miſereſcat* mei. P
*Facultas* optabilis tui præſentis *ſi mihi eſſet*,
*conſiliis diſcreparem*. Sic de Participiis; ut,
*Cognoſcent* omnes tui præſentes tui abſentis
niq; de Gerundiis idem eſt judicium; ut, Ci
*Hoc qvicqvid attigi, non feci* inflammandi tui
ſtificandi amoris mei. Idem: *Qvaſi* collige
Sed nonnunqvam Gerundiorum genus non
neri Genitivorum primitivorum, qvâ de re di
Anomalia I.

## Anomalia I.

Nonnunqvam *Gerundium* & *Genitivus*

tiunt: ut, Ovid. *Copia* placandæ *ſit modo parva* ...cuba apud Ennium: *Miſerete* mei anûs, *date ſer*... *mei, qua* ſum anus.

## ANOMALIA II.

...rdum Primitiva pro derivatis per Enallagen le... ...ibita: ut, Cic. 4. Phil. Freqventia veſtrûm *in*... *oncieq. Qvirites tanta, qvantam meminiſſe non vi*... *lacritatem mihi ſummam adfert Reipub. defen*... *ſpem recuperandæ libertatis.* Idem pro Planc. ...*i me ad* contentionem veſtrûm *revocare Latera*... ...dem: *Poſſumus eripere orationi* contentionem ve... Gellius l. 20. c. 5. citat ex Qvadrig. Annali 19. ...: *C. Mari ecqvando te* noſtrûm *& Reipub. miſere*...

## ANOMALIA III.

...venit è contrario; ut eâdem figurâ *Derivata* ſivè ...ocô *Primitivorum* uſurpata apud idoneos lingvæ ...tores inveniantur. Terent. Heaut. act. 3. ſc. 2. — ...*pplet os totum ſibi, ut facilè ſcires* deſideriô *id fieri* ...*ui.* Reliqva teſtimonia, qvæ citant ex Cicerone, ut ...*meâ causâ, tuâ causâ* &c. dici pro *mei causâ*, (qvô ...genere utitur Papinianus) & *tui causâ, ſui causâ,* ...imum placet Ulpiano) de illis malo cum Linacro ...ſentire, qvòd (qvando non ſignificatur *affectus,* ...vel *pars*) in aliis uſitatius ſit regimen ejuſdem caſus, ...ati congruentius per Poſſeſſiva ſive Derivata Pro... ...ut dicatur potius *cauſa, fama, imago mea, tua, ſua* ...*a cauſa, fama, imago mei, tui, ſui, noſtri, veſtri.* Sic ...n Prol. Hecyr. Meâ causâ *cauſam hanc ſuſcipite* ...r Serm. ſat. 8. — causâq; meâ *permulta rogatus* ...Cic. lib. 15. ad Caſſium: *Abeſſe te,* meâ causâ *mo*... ...tuâ, *gaudeo.* Et lib. 8 ad Attic. ep. 1. *Si me velles* ...*eip.* causâ, *Luceriam venire, ſtatim eſſe venturum.* ...onem l. 16. ep. 3. *Utilitatibus tuis poſſum carere*: ...tuâ causâ *primùm volo, tum* meâ, *mi Tiro.* Qvâ de ...rrò monebimus ſub initium ſeqventis ELEGANT.

## Elegantia.

Quamvis in nonnullorum nominum co
uſitatiùs utaris *Poſſeſſivis*, qvàm *Genitivis primi*
nominum, qvicqvid dixerit Valla: tamen in *n*
*Subſtantivis* ſive *Adjectivis affectuum*, nec nor
*fectuum* cum Genitivo Primitivorum conſtru
Latinitatis decus relucet, Ciceronis in primis
lebratum. Cic. Att. *Dionyſium* flagrantem
*miſi ad te.* Idem ad eundem: *Aviam tuam ſ*
tui *mortuam eſſe.* Et ad Planc. *Me impulit* tui
Ardes odiô veſtri. Idem: *Cupio ab hâc homin*
noſtri, *diſcedere.* Idem: *Scribis mirificam* ex
*eſſe* mei. Ciceronianam hanc dicendi El
etiam alii autores imitati ſunt. Seneca de V
*Virtus eſt* precium ſui. Ibid. c. 5. Ignoratio
ſolêntia & *nimia* æſtimatio ſui. Qvintilianu
*Poſtqvam* mei curâ *diſceſſerint*, *matrem inqvi*
*merita commendo.* Idem eſto judicium de *A*
*ctuum.* Cic. Mei ſtudioſos *habeo Dyrrhachino*
certos ſui ſtudioſos. Idem: *Cognovi Horte*
dum tui, ſtudioſum *Lucullum.* Sic Terentiu
*ſcio, hanc meritam eſſe, ut* memor *eſſes* ſui. De
*affectum*; vel ei aliqvid affine ſignificantibus
licet. Plaut. Neminis miſereri *certum*: *qvi*
*nemo,* Terent. Miſeret tui *me.* Idem: *Me* tu
*Te oro, ut qvibus in rebus mei* tui indigebunt,
*ne deſis.* Virg. *Nil* noſtrî miſerere, *mori me d*

## Regula. II.

*Nominibus* conſtructis cum
Pronominibus ejuſdem caſus,
additur *Genitivus Nominum, Pron*
vel *Participiorum*:

Digitized by Google

*itivus Nominum:* ut, Cic. Phill. 2. Tu-
minis ſimplicis pectus *vidimus*.

*Genitivus Pronominum:* ut,
*Hujuſce rei conjecturam de* tuo ipſius
*facillime ceperis*.

*Genitivus Participiorum:* ut,
d. Epiſt. Oenones: *Et fleſti, &* noſtros
flentis ocellos.

## OBSERVATIO I.

madvertendum eſt, *Genitivos Nominum*, *Prono-*
el *Participiorum*, non regi à Pronominibus *Poſſeſ-*
à *ſubſtantivis*, qvibus tanqvam epitheta adduntur
na *poſſeſſiva*. Tantùm enim abeſt, ut Analogia
is patiatur, ut *poſſeſſiva* Pronomina regant aliqvem
t potiùs inſtar Adjectivorum regantur, ac *ſubſtan-*
us in eodem caſu &c. adjici comparata ſunt cujus-
iis ac muneris Adjectiva, ſerviant. E. g. ut exem-
læ Subjecto utamur ad certiorem ac evidentiorem
rei ἀπόδειξιν; Tuum hominis ſimplicis pectus
hìc, Genitivus uterq;, *hominis ſimplicis*, non tam
itur à *poſſeſſivo tuum*, ut vulgò putatur, qvàm à *Sub-*
*pectus*. Sed inqvis: nonnunqvam non *Subſtantivi*
s regitur ab alio ſubſtantivo, ſed *Adjectivi Geniti-*
n aliis Adjectivis, Pronominibus, vel Participiis fit
ierò; e. g. Terent. *Tot* meâ ſolius *ſolliciti ſunt* cau-
ò *ſolius*, eſt Adjectivum. Sed neutiqvam ignorare
vo Syntaxeos, qvòd talis hìc ſit ratio & conſtructio
djectivorum, qvalis eſſe ſolet in Adjectivis, qvæ ſub-
Subſtantivis (qvæ ſupprimi ſolent) poni moris eſt.
nitioni lumen affert pag. Synt. 798. Nota 1. E. g.
nqvit: *Sine ulla dubitatione juravi, Rempubl. at-*
*em*, meâ unius operâ *eſſe ſalvam*, ubi τὸ *unius*, po-



Digitized by Google

nitur abſolutè, locô ſubſtantivi vel abſentis Subſt…
cem obit, idq; ob concinnius ſermonis compendi…
ut hanc primam Observationem conclud…
tempori præſciviſſemus, ſtructuram hujus *Genitivi* …
*Nomine* qvàm à *Pronomine* ſuum robur acqviſ…
retuliſſemus, legitimâ methodi ratione potiùs ad …
ctionem *Nominum*, & qvidem ad Regulam 2. p. 790 …
ad Pronominum Syntaxin. Poſteriores enim cogita…
die diem docente, ſapientiores cenſentur prioribus.

## Observatio LI.

Vir præclarus, Gerardus Joan. Voſſius in Opere …
Gram. l. 7. c. 57. pag. 218. de Conſtructione monet, …
*Pronominis Primitivi* ſubeſſe in allatis hujus Regulæ …
plis. Exempli gratiâ, inqvit: illud judicium *tuum* …
*dititiſſimi*: integrè ſit, *Tuum, tui eruditiſſimi viri*, …
*Tui*, brevitatis causâ omittitur, qvia ex *tuum*, ſatis in…
tur. Par ratio in iſto: *Meum unius peccatum*, pro …
*mei unius peccatum*. Itidem iſtud: *Veſtris paucorum* …
*bus*, plenè ſit, *Veſtris veſtri paucorum laudibus*. *Me*…
*mentis ſcripta*. Hanc Ellipſin Græcanicam, (pergit V…
optimè etiam perſpexit Joſephus Scaliger, cùm de …
verbis antea adductis, ſic ſcribit l. 2. Auſon. Lect. …
Notandum genus loqvendi, *Tuum acumen Sancti L*…
*nis*. Nam & ita à multis veteribus uſurpatum memini…
Juriſconſulto: *Cum* mens mea *fuerit* facientis *teſtam*…
Et à Thucydide, aliisq; veteribus Atticis. Ita enim lo…
tur: ut, ἡμετέρᾳ γνώμῃ ὅτω βουλευόντων, & …
Hoc igitur modô hic dictum, *Tuum acumen Lucumon*…
telligendum enim τὸ σοῦ *genitivus* ſecundæ perſona…
ſiim expreſſum eſſet, ignoratione hujus locutionis …
corruptus non fuiſſet; ut in Plauto Pſeud. 1. rectè e…
ſum eſt: Duorum *labori ego* hominum *parſiſſem lube*…
*terrogandi, & tui reſpondendi mihi*. Tanqvàm ſi dice…
*ſtrô labori mei*, & *tui*. Qvid qvod eôdem modô dici…
*ſtri utriusq; labor*? Hactenus Scaliger. Sed major eſt…

Digitized by Google

virorum & doctrina orbi literato nota, qvàm ut
præſumptuoſiùs ſibi de hâc novâ eorum expoſi-
ventâ *ellipſi* judicium ſumat. Exprimam tantùm
qvid aliàs ſentire licuerit. Malit qviſpiam cum
n Voſſiô exponi à præceptoribus rudiori pubi
*erbum* & *Relatiðum*. Voſſius enim ipſe ita expo-
æcedente 217. E. g. — *Cum* mea *nemo* Scripta
*recitare* timentis — exponit inqvam, *mea*, *qðâ*
are verò hanc priorem ipſius expoſitionem ali-
moveant ipſum optimorum Latinorum exem-
res enim, teſte & Voſſiô ibidem loci, & Linacrô
3. & Rheniô, aliiſq;, ita non rarò locuti ſunt, qvo
qventi OBSERVATIONE.

## OBSERVATIO III.

ndo in Latinis autoribus *Pronomen poſſeſſiðum*
& ſeqvitur *Relatiðum*, *Qði*, *qðæ*, *qðod*, &c. cum
c reſpondet *Relatiðum* Subſtantivo non expreſ-
agitur: h. e. Genitivus iſte reſolvitur in Verbum
um: ut, Cic. l. 4. ad Terentiam: *Sed omnia ſunt*
*commiſſa*, qvi *ab iis me amari* putabam, *qði inði-*
*,putantu*. Terent. *Omnes laudare fortunas* meas,
*m* haberem *tali ingeniô* prædi tum, pro, *habentis*
Ovid. l. 3. de Pont. Eleg. 4. *Nec* mea verba *legis*,
bmotus *ad Iſtrum*. pro, ſubmoti.

## OBSERVATIO IV.

rtos qvoſdam Genitivos receнſent Grammatici
IPSIUS, SOLIUS, UNIUS, IPSORUM, DUO-
UCORUM, CUJUSQVE, qvos tradunt addi Pro-
s *Poſſeſſiðis*. Nos verò ſupra OBSERV. I. monui-
tructionem horum *Genitiðorum* non tam Prono-
*oſſeſſiðis*, qvàm *Nominibus*, à qvibus reguntur, in
erendam eſſe. Et qvia primum tantùm *Genitiðum*
, confirmavimus evidenti autoritate Ciceronis,
Regulæ appendimus, & de unô vel altero ſparſim
s; reqvirit methodi noſtræ ratio, & juventutis,
s & metimus, commodum, ut pari diligentiâ re-
liqvos

liqvos Genitivos communitum eamus. Sol
Marcello: Solius meum peccatum *corrigi*
nius ] Vide finem Observ. I. Ipsoru
Ciceroni l. 6. *Itaq; contentus ero* noſtrâ ipſo
Duorum ] Liv. 8 ab Urbe: *Vune igitur*
*venit, qvâ, magnô conatu exercitus moveatis*,
*congredi mecum,ut* noſtrô duorum *jam hic ev*
*qvantùm eqves Latinus Romano præſtet.* P
Brut. Cic. *Bibulum noli dimittere ex ſinu tu*
*virum, ex qvanto mihi crede poteſt evadere, q*
çorum *reſpondeat* laudibus. Cujusqve ]
Sua cujusq; animantis *natura eſt*. pro qvo, al
*tivo* utuntur, dicentes: Sua cuiq; animanti
de Elegantia II. dicetur. Porrò,notan
973. τὸ Suus, *Genitivum* etiam juxtà ponitur.
*Id maximè decet, qvod eſt* cujusq; ſuum *ma*
Alvarus,ſub finem pag.373,& Voſſius lib.de
c.57. p. 218. Vallam addere *Genitivum* Omn
adſtruere illô Ciceronis l. 3. de Orat. Vo
omnium *parui*: ſed unà monent in omnibus
*Veſtrum omnium*: qvam lectionem & ipſe
Dabercuſius tamen. 4. de Synt. Tranſit. Pr
teſtimonia Latinorum qvædam idipſum adſtr
Cic. *In* noſtro omnium fletu. Terent. Noſ
mnium. Qvæ num ita ſeſe habeant, diſpicia
ingeniô abundant.

## Observatio V.

Qvando Genitivus, Ipsius, *Nomini* ju
*nica dictioni* convenienter accommodatur d
Character. Cùm verò nonnulli hujus monitio
minerint, nullis additis exemplis; utriusq; ge
nia afferre adnitemur. Luc. 2. v. 35. Καὶ σ
τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία. Phr
ασίαις [ citante Priſcianô l. 17. pag 1090.]

Digitized by Google

. Plato in Timæo: Μήτε ἄρα χρυσὸν μήτε
μήτε ἄλλο πότε κτῆμα ἑαυτῶν ἴδιον νομίζω.
es ἐν τῷ πρός Περικλέα. Περὶ τῶν ἐμῶν
λον ἠμωρήθητε Περικλέα, ἢ οὐκ ὑπὲρ ὑμῶν
περὶ πλείονος ἐποιησάμην τά, ἐμαυτοῦ
ὰ ὑμέτερα. Hactenus OBSERVATIONES
undæ: Seqvitur unica ANOMALIA.

## ANOMALIA.

nuel Alvarus de conſtructione Pronominis pag
., monet ex qvorundam Grammaticorum ſen-
eſſiva, *Meus, Tuus, Suus*, locô *Genitivorum* obſo-
*Mis, Tis, Sis*, poni: ut, *Studium tuum adoleſcentis*,
*leſcentis*: *meum ſolius peccatum*, pro, *mis*. Ipſe
us ſuſpicatur *Mis, Tis, Sis*, eſſe *Ablativos* plurales
, *meis, tuis, ſuis*, duabûs vocalibûs in unam con-
madmodum, *Sas*, Ennius dixit apud Feſtum, pro
*os*, pro *Suos*: veluti obſervavimus in Etymolog.
ii autem exiſtimant *Mis, Tis*, antiqvos tantùm eſſe
pro, *Mei, Tui*. Nos verò veluti ab his non abi-
lvarum prorſus deſertum non patiemur. Nam
*ſis* attinet) Alvaro patrocinatur Lucretius pag.
Gifan. *Lumina* sîs oculîs *etiam bonus Ancus reli-*
*s*, pro, *ſuis*, legitur antiqvô Archaiſmô; & ita rectè
eſſe monet Gifanius ad oram citatæ pagellæ, ex
antiq. codicibus. Et Feſtum ſe ſtantem habet Lu-
qvi expreſsè dicit: Interdum pro, *Suos* (*Sos* anti-
bant, cùm per Dativum caſum idem Ennius effert:
*lumina* sîs oculis *bonus Ancus reliqvit*. Videtur
cretius hunc Ennii verſum in ſuum forum tranſtu-
Analogia refragatur, ut forma Genitivi ſingularis
nonnunqvam cum forma Dativi & Ablativi plu-
imus namq;, *Epigrammatis* non modò in Genitivo
, ſed etiam in Dativo & Ablativo plurali. Et ut id
etur, Plautus in plurali dixit *Mi*, *pro, mei*, Ciſt.
act

act. 4. ſc. 2. Mî *ſpectatores facite indicium*,
Similis contractio fieri potuit & tolerari in
&c. *Tis* autem eſſe Genitivum antiqvum pr
Milite Act. 4. ſc. 2. — *lamentari Ait illa*
*ciari & lacrimantem ſe afflictare: Qvia* tis
*reat: ob eam rem huc ad te miſſa'ſt.* Huic
monium, qvod Gellius citat l. 20. c. 5, ex Pla
ſc. 1. *Si ex te tacente fieri poſſem certior He*
*te tam miſerè macerent: Duum labori ego h*
*ſem lubens*, Mei *te* rogandi, *&* tis reſponden
CL. Voſſius l. 4. c. 4. de Anal. p. 169, 170,
tis poſtulat, qvi pro, *tis*, ſubſtituunt, *tui*, Cu
xia eſt Moſellani editio Gelliana, qvæ non
qvæ etiam lectio eſt Taubmanni, & Douzæ i
lo, nec non Scaligeri l. 11. Auſ. Lect. c. 11. &
refert Voſſius illud Ennianum in 2. Annal
*cum* concordibus *aeqviparare*. ubi non ſatis
*mihi* concordibus, pro, *mis* concordibus, le
obſervat. Unicam ANOMALIAM, qvæ
tam plenè tradita eſt, gemina nunc ſeqvitur

## ELEGANTIA L.

Poeticæ dictionis propria virtus & Ele
poteſt, *Genitivus* Participii Poſſeſſivis jun
proſi ſermonis ſcriptores plerunqve loc
malunt *Verbo* cum *Relativo Qvi, qva, qvod*
prà attulimus in OBSERV. III. hujus Regu
Sed nunc ELEGANTIAM noſtram Poeti
mus Poëtarum teſtimoniis. Horat. lib. 1.
mea *nemo* Scripta *legat vulgo recitare* timen
Orator vel hiſtoricus diceret: *mea, qvi tim*
Amor. Eleg. 8. — *ſæpe rogabis*, *Ut* mea e
oſſa *cubent*. in proſa diceretur: *mea, qvi ſim*
*Illa* meis *oculis ſpecies* abeuntis *inhæret:*
*portus claſſis ituri meos. abeuntis*, pro, *qvi*
num verò *Genitivus* haut invenuſtè *Poſſe*
ſolet non modò apud *ligata*, ſed etiam *pro*

Digitized by Google

videm apud *proſæ orationis* ſcriptores, ſic leges. d Marcel. *Moleſtè fero, me Conſulem*, tuum ſtu- centis *perſpexiſſe : te meum, cum id ætatis ſim, r poſſe.* Et 5. Verr. *Ne* tua *qvidem recentia* pro- s veſtigia *perſeqvi poterat.* Cato ad Cicer. l. 15. *o, ut* tuam virtutem, *domi*, togati, armati *foris, i adminiſtrare gaudeam.* Plin. l. 9. ad Maximi- *oio gloriam petere*, *poſt* judicium tuum erudi- imi, *ac ſuper iſta* veriſsimi. Apud Poetas verò iter & alios, hôc modô (ut ex multis pauca de- em leges. Plaut. Menæch. act. 5. Imperium *t atq;* edictum Apollinis. Auſonius ep. 5. *Scil- or purgeris acetô, Anticipéſq;* tuum Samii Lucu- n. Ita legit Joſ. Scaliger.

## ELEGANTIA II.

am *Poſſeſſivorum* ſtructuram finiamus: paucis elegantiſsimam dicendi rationem elucere in *nominibus* ſemper præpoſitis Dativo, CUI- . in Phorm. *Qvot homines tot ſententiæ*, ſuus Cic. de Nat. Deor. *Qvum* ſuô cuiq; *judiciô* Idem l. Offic. *Ut civitas ſit libera & non ſolli-* ; rei *cuſtodia.* Id. Ep. *Ut* ſuæ qvemq; fortunæ *iteat.* Et de Amicit. *Amicitiarum* ſua cuiq; *bilis & certa poſſeſſio.* Nonnunqvam additur Da- Id. de Amic. *Satis ſupérq; eſt* ſibi ſuarum cuiqs Atq; hæc de *Poſſeſſivorum* Syntaxi ; ſeqvitur PROCORUM conſtructio.

## NTACTICO RECIPRO- corum uſu.

### REGULA.

*o* Pronomine SUI, vel SUUS, nun- mur niſi aliqva vox *tertiæ* perſonæ rit, ad qvam referatur ; ut, Cic.

Nemo

Nemo *eſt*, *qvi ipſe* ſe *oderit*. Id. *O*
*ſi* ſe *ames*, hera, *jam ut ad* ſeſe *veni*
*tinam ulciſci poſſem: ſed* illum *ulciſ*
*res* ſui. Plaut. *Placet ille meus mihi*
ſuus rex *reginæ placet*.

## Nota.

Nonnunqvam præſente Infinitivô, p
ditur *indefinita*: ut, Terent. *Verum il*
*eſt*, omnes ſibi malle *melius eſſe*, *qvàm*

## Observatio I.

Incredibile dictu eſt, quantoperè hacte
quamplurima litteratiſsima & ſummâ erudit
rentiſsima ingenia, bina Pronomina, Sui &
vulgò *Reciproca* dici conſveverunt. Nos ver
tuti & publicæ utilitatis memores, veluti flore
tis ætatis præceptionum ſalebroſarum & perp
lut immiſſâ calamitate calamitoſiùs dicam an
initio frangendum non cenſemus; ita ad fruge
inſtitutionum, qvarum multitudine multi m
veriùs onerant qvàm ornant, in hoc Reci
labyrintho penetrare ſummâ ope nitemur, eú
aſſertúmq; uni communi cuidam *Regulæ*, ceu
qvam modò præmiſimus, includere Siqva ver
difficiliora viſa ſint, non tam præceptis qvàm
vanda duximus: exiſtimantes Reciproco
& perfectam cognitionem potiùs hauriri è ju
torum Latinorum penſiculatiore lectione, q
præceptionum multarum mæandris. Nihil
ſcientes ac volentes intermiſſuri ſumus, qvæ a
tanqvam lingvæ Latinæ patres tradiderunt, a
æmuli *Grammatici* magnô labore & ſtudiô li
runt. Tantò autem ſtudioſiùs uſum *Reciproc*
gare allaborabimus, qvantò incautiùs non ra

Digitized by Google

r etiam illi, qvi aliàs latinè ſciant. Id qvod olim con-
us eſt Scaliger l. 6. de C. L. L. c. 130. p. 344. Ætas, in-
noſtra proxima cæteris caſibus optimè uſa eſt, in tertio
reqventiſſimè hallucinata: apud plerosq; enim inve-
ç: *Ego dedi ſibi:* etiam in oratione diſerti viri, Agrico-
ræci autem veteres abuſi ſunt in poëmatis ſuô σφὲ,
i modô non reciprocè, ſed tranſitivè. In primis verò
hic impegit Vulgatus interpres. Ninivita de Recipro-
nplura loca recenſet ex Annot. Vallæ in N. T. in pri-
XV. caput Johannis, ex qvibus clarè elucet, Vulgatum
retem ſæpè erraſſe in Reciprocis. Sed in hac OBSER-
ONE Linqvimus in nominis Reciprocorum ratio-
Hanc vero hiſce verbis nobis conſignavit Varro l. 6.
g. Lat. p. 85. *Reciprocare* fictum eſt vel à *Recipere*, vel
*ere*, qvod *poſcere* qvondam ſignificabat. Atq; hinc fa-
eſt, qvòd Pronominibus SUI & SUUS *reciprocandi*
am rationem tribuerit Priſcianus, non uno in loco l.
Pronominum Conſtructione. Qvem ſecuti & alii
natici recentiores, Linacer de Pronominum Recipro-
e l. 3. p. 201. & Scaliger de Cauſis Ling. Lat. c. 130. p.
t ut Varronis notationem *binis* noſtris *Reciprocis* ac-
odemus: appellarunt Grammatici *Reciproca* SUI &
inqvit Alvarus p. 381. qvod ad eandem perſonam ſeſe
*nt*, unde profecta ſunt, eandemq; *repoſcant*. Huic no-
lumen fœneratur uſus vocis (τῦ *Reciproci*) rebus na-
is accommodatæ. Nam mare, fluctus & æſtus fluens
ens, dicitur *reciprocari:* & venti ſæpius in ſemet & ſu-
um, in qvo fuerunt, vagabundô motu retorti, *recipro-*
hibentur. Plin. l. 31. c. 1: *Opifice naturâne in illis qvi-*
*ſtante & per* undas fluctusq; ac reciprocos æſtus, *a-*
*pidos curſus, improbas exercente vires*. Et l. 9. c. 57: *Ca-*
*facias ſibi in terra, atq; in iis vivat*, *etiam* reciprocis
dis *ſiccatô litore*. Et l. 9. c. 8. legitur apud ipſum, æſtus
ocatio. Illuſtris autem locus Curtii eſt l. 9: Recipro-
*pit mare, magnô tractu aqvis in ſuum fretum recur-*
*s, reddebatq; terras paulò ante profundô ſalô merſas.*

Ooo Tribu-

Tribuitur itidem *flatibus* ſeu ſpiritibus. Gell. *I*
*lam per quam* ſpiritus reciprocatur. Veluti ergo
raſmus, unda à litore excuſſa, rurſus littus alluen
*ri* dicitur: haud aliter Pronomina *Reciproca* ad
terprete Suſenbrotô, de Conſtructione Pronomi
ad *agentem*, alii clariùs, ad *tertiam* perſonam ) u
erant, revocantur. Scalig. de C.L.L.l.6.c.130.p. 3
ter confert *Reciproca* cum ὀκλαδίαις i. e. genu
ſive crurum curvaturis in hominibus & animalib
ſellis, quæ explicari & replicari queunt, unde
vulgo dicuntur, veluti Plinius l. 10. c. 19. Upupæ
catilem tribuit. Priſcianus l. 17. p. 1093. *Reci*
ἰδιοπαθῆ. h. e. ipsómet Priſciano interprete, *ſ*
*à ſe patientia*, vel ἀντανάκλαστα ſeu *refractiva*
lativè à rebus quæ in ſe refringuntur, quamvis ἰδ
latius nonnunquam extendat, quam ad duo hæc
Sui vel Suus. Quod verò Primitivum Sui
ἰδιοπαθὲς, patet ex ipſius verbis, quæ uberiori
modò ſubjungemus, deſcripta l. 17. p. 1085. 10
rum hoc fieri in tertiæ perſonæ poſſeſſivo, cum v
poſſideat ſui primitivi, quod vel *reciprocum*, id eſt
ἰδιοπαθὲς eſt; vel *retranſitivum*, in quo nece
*perſona tertia* ſignificationem voce aliquâ fier
iſte Genitivus, vel reliqui ejus caſus referantur
*miſeretur*, ille ſibi donat. Virgilius ſe celebrat. E
poſito Græco ἑαυτῦ, ut diximus, accipitur, quod
cos quidem in tribus invenitur perſonis, & vel in
actum ſuum, vel in poſſeſſionem ſuam, ἐμαυτῦ
καὶ τῦ ἐμαυτῦ δύλυ κήδομαι, σαυτὸν τύπ
σαυτῦ δῦλον τύπτεις, ἑαυτῷ χαρίζετ
ἑαυτῦ ἀκροατῇ χαρίζεται. Igitur apud La
dictorum compoſitorum Pronominum, niſi in
habemus ſignificationem *perſonæ*, id eſt, *ſui, ſ*
Ideóq; etiam Nominativô caret, quomodo ſupra

Digitized by Google

compoſita. Et illi qvidem (Latini) ſive ἰδιοπάθεια
iprocatio, vel ſui paſſio; ſive in poſſeſſiva tranſitio
tur ſupradictis compoſitis, ut oſtendimus. Nos ve-
tivis qvidem SUI, SIBI, SE, à SE, vel per recipro-
n, ut *ſui potitur, ſibi indulget*, vel per tranſitionem
ut, *hortatur me ille ut ſui potiar, rogat te ille, ut ſibi*
r. *Poſſeſſivis* verò cum in ea *poſſeſſorum* fiat tranſi-
*ſervi miſeretur, & ſuo ſervo prodeſt, & ſuum ſervum*
x qvibus Priſciani verbis, patet: *primò*, tantùm *Pri-*
Reciprocum eſſe SUI unà cum reliqvis caſibus,
E, à SE; *Derivatum* vero Reciprocum eſſe poſſeſſi-
US, id quod & doctiſſimo Linacro placet, qvi l. 3. p.
æc verba ſolvitur: Unicum, inqvit, Pronomen *Pri-*
eſt SUI, qvod cum ſuis, tùm verò omnibus *tertiæ*
in eodem præſertim ſenſu, ipſorum in ſe tranſitio-
rit, qvod præterea ipſum *incoare ſenſum nunqvam*
dem confirmat Scaliger, qvi porrò *diſcrimen* inter
*um* Reciprocum SUI & *poſſeſſivum* SUUS adfert
o. p. 344. Qvod autem ab hoc, inqvit, derivatur
parem naturam, uſumq; eſt conſeqvutum: ut qvo-
cô *primitivum* poneretur, in eum locum jus ſuum
: Sic, *Portia ſe interfecit*: & ſic, *Portia ſuam vitam*
*it.* Differt autem à Primitivo, ſicut *Adjectivum* à
*ivo*: itaq; etiam reciprocatio differt ab illius reci-
ne: nam in derivativo redit reciprocatio, non in
*a* procedit actio; ſed in ea, quæ ipſius rei ſunt. Sic
mplum: *Vidi Cæſarem hominem*: hic *ſubſtantiam*
*æſaris* intelligo: at, *Vidi Cæſarem humanum*: intel-
, qvod ipſius *hominis* eſt. Sic in Pronominibus: Vi-
æſar, *Subſtantia* reciprocatur: at, Vidit *ſua* Cæſar,
cantur ea, qvæ Cæſaris ſunt. Hæc Scaliger. *Secundò*:
us citatô locô, prima qvaſi rudera conſpicienda re-
Diviſionis, qvâ Reciprocatio Pronominum in duas
diſpeſci ſolet partes. Qvô etiam nomine & occaſio-
*ab Etymo & diſcrimine Reciprocorum*, ad eorundem
*em* calamum promovebimus.



Digitized by Google

# OBSERVATIO II.

Priſcianus qvidem l. 17. obſcurè prima fu... diviſionis jecit, qvâ *Reciprocatio* dividitur in *ſim... compoſitam*. ſed qvia lectorem ibi magis dubium ... qvit, nec ſatis rotundis & diſertis verbis ſuam men... aliunde hujus *Diviſionis* veritas inveſtiganda erit. ... itaq; acutiſſimè ( & fortè etiam omnium primò, ... qvidem ex magno veterum ac recentiorum Gram... rum numero colligere licet) *Diviſionem Reciproca... plicem* & *Compoſitam* ſive *Retranſitivam* ( ut ipſ... cum Priſciano loqvi placet) è tenebris pluſqvam C... qvibus eam ſcibendi copia Priſcianus præpoſuerat, erit... eruit & luce publicâ donavit ingenioſiſſimus Gram... Auguſtinus Saturnius in Merc. Maj. l. 5. c. 11. p. 25... multa tradit, ex qvibus ſeqventis ætatis Grammati... ma hauſerunt, & complures canones Reciprocorum ... tuerunt. In primis verò ejus veſtigia ſuô more ſec... fœcundi ingenii Grammaticus Friſchlinus Gram. l... Et cum Saturnius acutè magis qvam convenient... juventutis hic ſcripſerit, Friſchlini ſententiâ tanqv... perſpicuâ & accommodata ſcholis, erimus conte... procatio *ſimplex*, inqvit Friſchlinus, fit uno verbo... nunqvam additur Pronomen verbo *primæ* aut *ſecun...* ſonæ; ſed ſemper *tertiæ*: ut Terent. in Eunucho: ... ſe *alligat*. Non enim rectè dixeris: Ego *fui* ſecum ... ſuum *parentem*. Reciprocatio verò *Compoſita* ... actio illa ſeqventis Verbi, qvæ reflectitur in perſon... prioris, exprimitur per Pronomen Sui: ut, Cic. ad ... Cæſar, *ut* veniam *ad* ſe, rogat, *in nomine*. Ad ſe, ad ... rem rogantem, in qvem tendit & qvaſi reflectitur ... Ciceronis. In hac enim ſtructura *prius* verbum à ... patitur, propter *Reciprocationem* Pronominis Sui ... nientem. Cic. de Finib. Bonus pater intelligit, ... *filios* ſe *attingere*, *ad* ſeq; *pertinere*. Ad ſe, i. ad ... ſic intelligentem. Rogat *ut* ignoſcam ſibi, i. ... vel ei ipſi, qvi rogat. Hæc Friſchlinus. Ex qvib...

Digitized by Google

ſitam Reciprocationem non conſtare *unô* verbô, ut Reciprocatio ;ſed *duobus*,ut hôc locô, ubi alterum præcedit, alterum ſeqvitur. nonnunqvam *pluribus* ve præcedentibus, ſive ſeqventibus, ita poſtulante ra, ut mox ſeq. Obs. oſtenditur. Porrò qvomodo na Sui & Suus uſurpentur ab autoribus, ſeqvenc Obser. erit diſcutiendum.

## Observatio III.

eciptoco *primitivo* Sui, Sibi, Se, utimur, qvandò *rſona* tranſit in ſeipſam: ut, Cic. de Finib. Eorum *verela, qvi* ſibi *cari ſunt*, ſeſéq; *diligunt*. Idem de or. Ipſe ſibi *diſplicet*. Idem in Catil. 4. *Habetis* du*ri memorem, oblitum* ſui. Cæſar ad Cicer. Ep. 9. ad *Nihil enim malo, qvàm & me mei ſimilem eſſe, & illos* it. Declam. 6. *Tu primò docuiſti* filium ſibi *non pa-* in longiori periodo *duobus* vel *pluribus* repetitis *is*, interveniente Verbô *Conjunctivi* modi. *Duobus:* pro Sext. Roſc. *Nunc* ſibi *ex animo ſcrupulum*, qvi *octéſq;* ſtimulat, *ac* pungit. *ut evellatis, poſtulat*. Huc & illud Ciceronis ad Att. *Qvi etiam à me*, *ut* ſecum *& apud* ſe *eſſem qvotidie. Pluribus*: ut, rcellus te *Cæſar precatur, ut miſerearis* ſui, *ignoſcas fidem tuam ſuſcipias, ne* ſe *hoſtem exiſtimes*. Porrò, *Nominativus* vel *Accuſativus* præcedit Præpoſitio-ter, tunc *Reciprocô* Se utuntur Autores: ut Damonem & Pythiam Pythagoreos *ferunt hôc ani-* r ſe *fuiſſe*. Terent. Andr. 5, 3. *Vetus verbum eſt* nia *eſſe amicorum* inter ſe *omnia*. Cicero tamen, inacer. l. 3. p. 204. ad Att. l. 2. ep. 7. Si rectè ſcri-, aliter loqvitur, cum dicit: Una ſpes *eſt ſalutis* nter iſtos diſſenſio, pro, inter ſe. ſed hìc ſubeſt Enalqva infrà Anom. I.

## Observatio IV.

ciprocô *Derivatô* Suus uti licet: Primò, qvando rſona tranſit in rem à ſe poſſeſſam: ut, Cic. de Orat,



Digitized by Google

*Si feræ* partus ſuos *diligunt, q̃uâ nos in liberos*
*gentiâ eſſe debemus?* Idem in Verr. 3. *Ajebat*
*eſſe, multa* canibus ſuis. Idem de Somn. Scip.
*de* regno ſuo, *ille me de noſtra Repub. percu*
cum Conjunctivo: ut, Cic. *Timet* Pompejus
tanis *deſeratur*. Excipe tamen, ſi *plures terti*
currunt, tunc ambiguitatis vitandæ causâ, uſi
*vum*: ut, Cic. 3. Offic. *Vas factus eſt alter,*
*vertiſſet, monendum eſſet* ipſi, ſc. vadi. Curt
*nes tot bellorum in Europa victores, ad ſubi*
*atq; ultima Orientis, non* ipſius *magis, q̃vàm*
*cti inveteratæ virtutis admonebantur.* Si hi
ſuo *magis* ambiguus fuiſſet ſermo, Sic: ſi orat
gua, propter *tres perſonas* concurrentes, &
*cundô* locô poſitam vocem refertur, utendur
Alvarô p. 382. Genitivis Ejus, Illius, Ip
*pes capit* gallinam *cum pullis* ejus, ſc. gallin
ſeſſio referatur ad vocem *primô* locô poſitan
dum erit: ut, Deus *tuetur hominem propte*
ſuam. Eôdem modô, qvando abeſt *copula*,
ut, *Cepi columbam cum pullis* ſuis. Qvando ve
*Relativô* utimur: ut, *Cepi columbam & pullos*
dixeris: *Supplicium ſumpſit de famoſo fure*
At ſi *copula* addatur, diſpar eſt ratio. Non enim
*plicium ſumpſit de fure & ſociis* ſuis: ſed, *ejus*
ſium Gramm: Majori. p. 213. Minori. p. 32.
ciproco Suus, cum vice verſâ, res poſſeſſa
tranſit: Cic. Att. l. 9. *Ulciſcerentur* illum *m*
de Aruſp. Sua *concio riſit* hominem. Idem
ſui *cives è civitate ejecerunt.* Id. Att. l. 10.
*dem* ſuus pater *ſemper.* Mart. l. 5. Ep. 10. *Et*
*cula* Mæonidem. Virg. Mittunt ſua *thura* Sa
Observationes; nunc Anomalia
expedire allaborabimus.

## Anomalia I.

Enallage *Relativi* pro *Reciproco* non rar

Digitized by Google

entis occurrit: ut, Qvint. l. 8. ſub initium capitis 6. *ſtem (propum) inexplicabilis & Grammaticis inter & Philoſophis, pugna eſt*, pro qvo, inqvit Voſſius in Grammatica p. 32. uſitatiùs diceretur, *inter ſe.* 10, c. 2. *Nam in magnis qvoq; autoribus incidunt itioſa, & à doctis inter* ipſos *etiam mutuò reprehen-* ſe. Cic. ad Attic. l. 2. p. 7. *Una ſpes eſt ſalutis, iſto- er* iſtos *diſſenſio.* Uſitatius fuerit, *inter ſe, vel inter* ſos. Et in Bruto: *Nec mihi cæterorum judicio vi- lùm, ſed etiam inter* ipſos *conſenſu. pro, inter* ſe, *vel,* metipſos. Cic. Philipp. 2. *Omnes boni, qvantum in t, Cæſarem occiderunt. pro,* ſe. Idem. 1. Offic. *Si non cauſas defenſitare, illa præſtare debet, qva erunt in teſtate.* pro, ſuâ. Idem 3. Offic. *Perfuga Fabricio s eſt, ſi præmium* ei *propoſuiſſet,* ſe *Pyrrhum venenō sum. pro*, ſibi. Id. *Ita ſe geſſit, ut* ei *pacem eſſe ex-* pro, ſibi. Autor Declamationis in Salluſt. *Sallu- nens, ne facinora* ejus *clandeſtina clam nobis eſſent, s eſt vobis adulterium. pro,* ſua. Curt. l. 9. *Abiſari der nunciari juſſit, ſi gravaretur ad* ſe *venire,* ipſum *eſſe venturum. pro,* ſe. Et l. 3. *Juſtis defunctorum bus ſolutis præmittit ad captivas, qvi nunciarent enire. pro,* ſe. & l. 4. *Se verò ad* ipſum *vocare deſiner- ad* ſeſe. Plin. l. 35. *Qvi ſciunt demonſtrare nolunt,* ipſis *periturum ſit, qvod aliis tradiderint. pro,* ſibi. declam. 3. *Neq; ignorabit, qva manerent* eum *peri- o,* ſe. Id. Declam. 1. *Qvapropter non petit, ut* illum *n putetis, niſi & innocens fuerit. pro,* ſe. Probè ta- Alv. p. 382. (licet ibi ſubdubitet Alvarus) obſer- n venit, qvòd qvando SUUS ſubſtantive & abſolutè tur, ejus locô nuſpiam uſurpentur Genitivi. s, IPSIUS, EJUS: ut, Cic. de Fin. l. 2. *Qvæſivit è eſſet clypeus; cum ſalvum eſſe flentes* ſui *reſpondiſ- gavit,* &c. *non flentes* ejus, *vel* illius. Idem eſto judi- e τῷ Suus, qvando tantundem valet, qvod *proprius:* ſignificatu dicetur ANOMALIA 3. & in hujus Re-

 gula

gulæ Elegantia. Vice verſâ *Reciprocum*
uſurpari, Anomalia ſeqventi oſtendetur.

## Anomalia II.

Enallage Reciproci pro Relativo, ex h
locis robur acqvirit. Cic. Ille *noctem ſibi po*
*concedebant : vix tamen* ſibi *de mea voluntate*
*pro*, *vix tamen* illi Id. 2. Philipp. *Non enim*
*priusqvam tu ſuum* ſibi *venderes, ipſe poſſedit. p*
in Anton. *Si qvid mihi humanitus accidiſſe*
*vocem Reip. relinqverem mea perpetua erga*
*tis.* Plaut. Milit. glor. 22. Ni hercle : *S*
*ties hic viſa ſit, tamen inficias eat. Oi habet,*
*ſidiam, malitiam atq; audaciam, Confident*
*mitatem, fraudulentiam, Qvi arguet* ſ
*tra vincat jurejurando ſuo.* Lucan. l. 5. —
*proxima venit Inſomnis.* Sic Suus adhibetu
Philipp. *Qvod autem erat præſidium ſalutis li*
*ſtra, ſi C. Cæſaris fortiſſimorumq;* ſui *patris mil*
*tus non fuiſſet.* Idem : *Vitam non ex oratione, ſ*
ſuis *ſpectare debetis. pro*, ejus. Idem : *C. Cat*
*nuncio abſolutum iri : neq; patronis* ſuis *ta*
*qvàm accuſatoribus. pro, patronis* ejus. Porciu
tilin. M. *Catoni, aut Scipioni, coætaneo* ſuo, *de*
*dum erat.* Item : *Nam ſi odiô ſenatus Catilin*
*monſtravimus, ſi rationes vitæ* ſuæ *in exercita*
*marum libidinum collocatas : qvid erit judices*
*tetis de liberanda patria.* Plin. l. 14. c. 2. *Græci*
*tur, non naturam ejus repugnare Italiæ, ſed cu*
*palmites evocantium : ob id fertilitatem* ſuam
*præpingvis ſoli ubertas laſſeſcentem ſuſtinean*
Ovid. *Reſpice Laerten : ut jam* ſua *lumina co*
Addit J. Reinhartus Robbigius U. J. D. in L
l. 4. c. 4. p. 169. exemplum deſumptum ex
Saturn. c. 4. *Pineam nucem cum effodies lun*
*eximito poſt meridiem, ſine vento auſtro. Tum*

Digitized by Google

cum ſemen ſuum maturum erit. ſuum pro, ejus. Plura rgumenti apud eundem vide. Confer. ſup. pag. 8-6.

# ANOMALIA III.

onnunqvam rarâ, inſolenti, & Comicis in primis onſtructione, jam Poſſeſſivi *Dativo* Suo, jam *aliis* dditur *Dativus* Primitivi Sibi. Dativo, Suo: ut, apt. Prolog. *Ita nunc ignorans*, ſuo ſibi *ſervit patri*. ſibus: ut Plaut. Capt. act. 1. ſc. 1. *Quaſi cum caletur*, *in occulto latent*, ſuo ſibi *ſucco vivunt*, *ros ſi non ca-* m Prolog. Capt. *Sed inſcientes* ſuâ ſibi *fallaciâ ita rant & confinxerunt dolum*. Terent. Adelph. Suo *gladiô jugulo*. Friſchlinus Gramm. l. 6. p. 197. ci- d Plauti: *Atq; hunc vobo* ſuô ſibi malitiâ *à foribus* bi à Friſchlino τὸ Suus exponitur *proprius*: quam gnificationem, utriq; Pronomini & Primitivo & o potius ſimul aſſignandam aliqvis dixerit. Nihil ene aliud ſibi volunt: *Suo ſibi ſervit patri*, *ſuô ſibi unt*, &c. *qvàm* ſuo ipſius *patri ſervit*, ſuô ipſius ſuc- ; ubi Suus ipſius, idem valet, qvod proprius. Dativus ibi pro Ipsius, Comicô dicendi genere uſurpatus oteſt. Qvòd ſi malis Scaligerum ſeqvi, qvi ita in- tur de C. L L. l. 6. c. 130. p. 345. ſuô gladiô ſeipſo vera qvidem expoſitio foret, ſi Comicus in tertia de *ſe ſolo* loqveretur. Et hic anomalus *Dativus* vi- niverſam Dativi Pronominum ſtructuram comple- vòd compoſitum Pronomen Idem Poëticâ & Græ- m conſtructione Latini jungant *Dativo*: qva de re us in Syntaxi Dativi Nominum Anom. 3. p. 863. c non alia notatu haut indigna de conſtructione m ſub finem hujus Regulæ, Elegant. II. invenies.

# ANOMALIA IV.

luti *Dativus* Sibi nonnunqvam additur Derivato ita *Accuſativus* Se aliqvando in ſermone deficit: ſt. Jugurt. *Interim Hiempſal reperitur* occultans

*tugurio mulieris ancilla, qvo initio pavidus*, *profugerat*. pro, ſe occultans. Curt. l. 8. *Oti* conſtituit daturum *Alexander*. pro, ſe daturu 2, 3.— ME. *Demenetum volebam*. LI. *Si* tibi. ME. *qvid? ejus atrienſis?* LI. *Nibilo* ME. *Ubi eſt?* LI. *ad tonſorem* ire dixit. pr Idem Capt. 2, 3. *Hic autem te* ait mittere *bi trem; Meum ut illic redimat filium; mutatio illum, ut noſtris fiat filiis*. pro, ait ſe mittere. Accingunt *omnes operi pedibusq; rotarum ſu* pro, ſe accingunt. Et poſtea: *Addunt ſe ſoci maximus armis Iphitus, oblati per Lunam,* *másq;, Et lateri* adglomerant *noſtro*. — pr rant. Servius exponit: adglomerantur. Hæc nia (veluti CLmus Voſſius ſuperiora p. 222. peditavit Pierius Valerianus in inſigni ſcripto Caſtigationes & varietates Virgilianæ lectio Georg. ubi hunc verſum — *Neq; in vacuum* tendere *nmi*, abſq; Ellipſi Pronominis SE i dice extare ait; *poterunt extendere*. Fatetur diceo codice & aliis id Pronomen haberi. Et Taubmanuus p. 190. & Erythræus p. 58. H MALIA: ſeqvuntur ELEGANTIÆ.

## ELEGANTIA I.

Pronominibus SIBI & SUUS non ſine g di Venere, addi ſolet QVISQVE: ut, Cic. *Poëta* ſuum qvisq; *opus à vulgo conſiderari v* *Si ex* ſuo qvisq; *conſilio adminiſtrabit*. Id. d qvisq; artificio *excellit, is in ſuo genere Roſc* de Fin. *Cujusq; partis naturæ & in corpore* qvæq; *vis eſt*. Idem de Fin. Sua cujusq; *ani* *eſt*. Id. de Orat. *Magna in* ſuo cujusq; *gene* Amic. *Satis ſupérq; eſt ſibi* ſuarum cuiq; *rerum* *Amicitiarum* ſua cuiq; *permanet ſtabilis &* Terent. Phorm. Suus cuiq; *mos*. Petronius

q; *juſſit ſenex* ſuam cuiq; *menſam aſſignari.* Ubi pro
ſimplicis, Æ QVUM dipthongô Æ ſcriptum reſti-
s Rutgerſius Variar. Lect. l. 3. c. 5. p. 206, 207.
im, inqvit Rutgerſius, eqvô commune cum convi-
magis Hercule, qvàm cani cum præſepi. Sed Pe-
enis ſtoliditatem urbaniſſimè ridet, qvi, non con-
elitiarum ac ſplendoris famam captaſſe, etiam face-
ri cupiebat. Itaq; cum omnes æqvali honore, ſin-
nſa poſita dignari vellet, qvaſi id è præſcripto Deo-
ret, *Mars Æqvum amat*, inqvit, alludens ad id qvod
citur, *Mars communis.* Rurſus tamen ita ambiguè
iabat, ut is, qvi audiret, non aliter intelligeret, qvàm
*qvum*, ſed id animal nominaſſet, qvô *Martem* in pri-
ſtari ajunt. Hæc Rutgerſius: qvibus probatum vo-
thongum Æ velut E pronunciandam eſſe contra
m. Cic. Ep. Fam. *Ut* ſuæ qvemq; *fortunæ maximè*
. Virgil. Eccl. 2. — *trahit* ſua qvemq; *voluptas.*

## ELEGANTIA II.

e eleganter additur in Nominativo caſu, *Reciproco*
ando actionem *Verbi* in *Reciprocum* reflectit: ut,
Aruſp. *Idem monſtrum* ſibi ipſum *eſt.* Terent. Se
*lit.* Cic. *Ita* ſe ipſe *conſummatione & ſenio alebat*
en. *Adeo indulgent* ſibi *latius* ipſi. Hactenus fuit
PRONOMINUM non modò *ejusdem* caſus, ſed etiam
&*Reciprocorum*: de *reliqvorum* verò *caſuum* con-
ne pauca monebimus. Initio *Dativi* ſtructurã Tran-
qvod ſpectat, ea anguſtis terminis circumſcribitur,
is pænè voculis continetur: nimirum, *Dativô ano-*
s I, & *Dativô Græcanico* & *Poëticô* conſtructô cum
qvo de monuimus ſupra ANOMALIA III. hujus
Et ut colophonem Syntaxi Pronominum adda-
gnum notatu eſt, qvod habet CLmus Voſſius c. 58.
21. Gram. Maj. & Min. Gram. p. 33, qvòd locutio
, IDEM CUM ILLO, IDEM CUM ALIIS, non
ideatur. Licet, ut ipſe obſervat, maximus Eraſmus
ſæpius

Digitized by Google

ſæpius ita loqvatur: ut, Annot. ad cap. 8. M
ait *eſſe Centurionem*, cum eo, *de qvo meminit*
qvantò poſt: *Geraſam qvidam exiſtimabant*
cum Gedara. Sic Scaliger Caſtig. in ſphæram
*Minor urſa* eadem *eſt* cum *cynoſura*. Qvin is
hoc ſeculo, inqvit, adeo obtinuit, ut potiùs q
deatur, qvi aliter loqvantur, qvàm qvi loqvan
Mavult autem loqvi Græcanicâ conſvetudi
*idem ac*, *idem atq*, *vel idem &*. Id qvod hìs
ctô locô confirmat. Cic. l. 2. Off. *Peripate*
iidem *erant*, qvi *Academici*; Idem in Orat. *Si*
*gnitum, in ſolutis etiam verbis ineſſe numeros;*
*oratorios*, qvi *ſunt Poëtici*. Sic l. 1. ad Att. ep
*nos* iidem *ſumus*, qvos *reliqviſti*. Ac Plautus
ſc. 2. Idem *animus eſt in paupertate*, qvi *olim*
Vel dicendum, idem &. Cic. l. 2. de Nat. De
*Lucinam*, eandem *eſſe putant*. Pro domo: *U*
*litas uniuscujusq* & *univerſorum*. Ovid. 6.
dem *eſt*, & *terra ſubeſt vigil ignis utriq*. Hæc il
in Minore ſc. Gram. confirmat, *Idem ac*, *idem*
*Animus erga te* idem ac *fuit*. Cic. pro do
*num &* idem *videtur eſſe*, atqve *illud*, *qvod* d
*natim tuliſti*. Nos verò noſtram qvoqve ſ
moniorum adjiciemus, qvibus idem cum en
bilitum ibimus. Cic. pro Cæl. Non idem *j*
*meſſatorumqve conſpectus*. Id. de Provin. C
*noſtri terrarumqve illarum* idem *eſt extremu*
ſervamus, qvòd τὸ idem nonnunqvam adj
*tivo* in eodem Caſu, præcedente Nominativô
relatio: ut, Cic. de Nat. Deor. *Romulus*, qve
dem *eſſe Qvirinum putant*. Id. in Verr. *Libe*
dem *Proſerpinam vocant*. Sed ſuperiori ob
ſtare videtur locus Cicer. pro Cluent: *Hoc*
*fuiſſe P. Comminio controverſiam* cum Stale
*mihi eſt cum Actio*. ubi τὸ *idem* cum præp

Digitized by Google

τὸ idem abeſſet, reliqvorum verborum conſtructione lidū niteretur, nam veluti hoc, qvod modo citavimus, iceronis: ità idem Cicero, nullà factà mentione τȢ dixit, pro ſextoRoſcio: *Magna mihi* cum illo *rei fami-* controverſia *erat*. Id. in Catil. *Hanc Cethego* cum cæ- controverſias *eſſe dixerunt*. 2. In hoc exemplo, velut erioribus, voci τȢ̃ Eadem reſpondet Relativum *Qua* n dicitur, Comminii controverſia eadem eſt cum Sta- ontroverſia; veluti Eraſmus dixit: *Geraſam* eandem cum Gadara; ſed dicitur: *Comminio* eandem *contro-* *m fuiſſe* cum Staleno. Qvare locus iſte Ciceronis Obſervationi haut officit. Locum Gellii, Ejusdem cum *ſa vir*, ipſe Voſſius tanqvam alienum rejicit, Minor. p. 33. Deniq; τὸ *Idem* nonnunqvam *Genitivum* ſibi cit: ut, Tacit. l. 13. *Mos habebatur Principum liberos cæterùs* idem ætatis *nobilibus ſedentes veſci in aſpectu qvorum*. pro, ejuſdem ætatis. Sed pluribus de hoc lo- i genere & ſimilibus egimus Regula I. Genitivi No- n p. 807, 808. ELEGANT. IV. Porrò *Accuſativi* & *vi* Pronominum Syntaxis *Tranſitiva*, ut vulgò loqvun- ic nulla eſt. Nam qvod nonnulli hic locum aſſignent ructioni *Ablativi* conſtructi cum Nomine Adjectivo is: Exiſtimamus ALIUS non tam Pronomen, qvàm n eſſe, adeoq; ejus ſyntaxin propriam Nominum eſſe. ria contraria tantò illuſtriora evadunt, qvantò ſunt ora, & ſtructura τȢ *Idem* jam eſt tradita: haut abs re eidem ſubnectere conſtructionem τȢ *Alius*. Veluti e *Alienus* notatum eſt OBSERVAT. II. Regula 3. vi Nominum p. 844. qvòd *Alienus* Ablativum exi- a *Alius* eundem caſum interdum amat: ut Brutus & s Antonio apud Cic. lib. 11. Fam. epiſt. 2. *Nos ab ini- taſſe otium*, nec qvicqvam aliud libertate communi *, exitus declamat*. Ita legunt Guilielmus & Gruterus oniana Editione, licet Carolus Stephanus legat, *aliud*

*à liber-*

*à libertate*. Et priorem qvoq; lectionem hab
Hellenolex. l.1. p. 139. Salluſt. Aliud bellô *n*
l.2. Ep. *Ne qvis ſe prater Apellem pingeret, aut*
*duceret æra Fortis Alexandri vultum ſimulant*
*Neve putes* alium ſapiente bonoq; *beatum*. C
in Ætna: *Materiámve* aliam *credis furere* i
Phædrus l. 3. Alius Sejano. Janus qvoq; Gu
Voſſio Gramm. Maj. pag. 221. legendum pu
Plautinæ Pſeudoli: *Qvi qvarit* alia hîs, *malun*
*vere*. Cui etiam lectioni Taubmannus adſti
locô, eandémq; à Scoppio laudari ait. *Sic* fu
Pronominum, *Seqvitur* Verborum

## DE SYNTAXI VERBO

### Regula Nominati

*Nominativus* expreſsè [*a*] v
jam *precedit*, jam *ſeqvitur*, *b*] ja
& *ſeqvitur* [*c*] Verbum *cujusvis* g
ac *finiti* Modi, [*e*] ſimili numer
nâ: ut, Liv. Spreta *in tempore* glo
*dum* cumulatior redit. Cic. pr
Audivi *hoc de parente meo* puer.
Mur. Nemo ſaltat ſobrius. Ide
13. ad fam. Balbus tuba *belli civil*
tus eſt. Idem Pœn. *Si qvid bene*
vior pluma eſt gratia: *Si qvid pe*
*plumbeas iras gerunt*. Ovid. l. 1. E
tia *pro rebus merito* debetur *inemp*
in Thebaid. Lætitia juvenem, fr
triſtis ſenem. Idem 1. Triſt. *Dun*

idet fortuna *ſerenò, Indelibatas* cun-
vuntur *opes. At ſimul intonuit, nec* no-
*ulli, Agminibus comitum,* qvi *modò,*
s erat. Horat. Nitimur *in vetitum*
*, cupimúsq; negata.*

## Nota.

nnunqvam *Infinitivus*, aut *tota oratio* [f]
ita ſive Infinita locô *Nominativi,* Græcâ lo-
ratione, uſurpatur: ut, Salluſt. Idem velle
nolle, ea *demum* firma amicitia eſt. Liv.
eſt, orationem apud faventes æqvîs animis
Ovid. — didiciſſe fideliter artes Emollit,
*nec* ſinit *eſſe feros.*

## OBSERVATIO I.

vam emenſi ſumus arduum & invium Pronominum
*orum* iter; jubet, juſta ordinis (cui nos addiximus
pag. Synt. 759.) ratio, ut *Verborum* Syntaxin tra-
ſedulam autem operam dabimus, ut hâc operâ ita
nur, ut præceptîs ſuperfluîs & minus frugi reſectîs,
e defuiſſe exiſtimantur, additîs, gliſcentibus juven-
iis nonnihil adjumenti afferamus. Sed in hac Ob-
e nil aliud proponemus, qvàm ea, qvæ Regulæ illu-
& vindicandæ deſervierint. [a] Principio qvidem,
, eò traditur Nominativum cum Verbo conſtru-
nc *apertè & expreſſè*, nunc *occultè* poni, ut tiro Syn-
præmoneatur intelligi debere Nominativum ſive ſu-
inis, ſive Pronominis, qvando nō *expreſſe* ponitur;
ibi pleniùs agetur. [b] Deinde præmonemus Nomi-
illum Verbum *præcedere* vel *ſeqvi*, eô nomine, ut
ntus, Regulam vulgarē Philippi, qvâ traditur No-
*præcedere* Verbum Perſonale, Finitum, &c. omne

perfe-

perfectionis punctum needum tuliſſe. Ecce
qvibus Regulam illuſtravimus, clarè evincun
vum non tantùm anteire Verbum, ſed etiam
qvod ideò non monemus, ut Philippi autorit
novimus nánq; Philippum virum eſſe, cui un
riæ Reipublicæ orbis plurimum debet & deb
tim voluimus nobis & noſtræ Regulæ præca
leatis ſcripturientium calamis & chartis, qvi
pris acutùm vident ut Epidaurius ſerpens, i
ſtar talparum cœcutiunt: partim debuimus i
orum nimiùm ſæpe vagis & veri incertis ſol
veritatis ſtudium excitare. Hatenus enim ſcri
& doctiorum fides habenda erit, qvatenus illi
runt, & hi veritati & utilitati publicæ conven
rint. Porrò Verba illa, qvæ modum, geſtu
alicujus rei ſignificare ſolent, *ſeqvuntur Nom*
*bitum* incœnatus. Nonunqvam tamen no
*locô*, qvàm *conſtructione* ſeqvitur ille Nomina
gilius Æneid. 1. — pronúsq; Magiſter Volv
Huc pertinent & illa, in qvibus Nomina pro A
corum more, uſurpantur: ut, Virg. Æneid.
*neas* ſe matutinus agebat. i. e. mane. Idem 3.
*lupus inſidias explorat ovilia circum: Nec gre*
nus obambulat — pro, noctu. Idem accidi
Nominibus Adjectivis, ſed etiam Subſtantivis
ticipiis: ut, Virg. *Aſt ego*, qva *Divûm* incedo
Affecti *injuriis ad opem judicum* ſupplices c
*contra* vagantur læti, *atq;* erecti *paſſim totô fo*
tiq, qvando monemus *Verbum à Nominativo*
*ſtipari*, Syntaxin Nominativi Verborum non
compendiô ornamus, ſed etiam præceptionen
Regulæ redonamus, qvam alii ab hac Regula
runt, ſive abalienârunt. Compendiô verò hic
do tribûs, qvod dicitur, voculîs illud proponi
Regulas Novas conſtituentes Verborum Su
REM, EVADO, EXISTO, MANEO &

Digitized by Google

[illegible] *Nominativo cinctorum*, ingenia diſcen-[illegible] ſine ſumptuum & temporis jactura, & [illegible] ſibi non metuere habet, qvi me-[illegible] Regulæ non penitus inſuper habuerit. Cui [illegible] gemini Nominativi conſtructi cum [illegible] fidem facient. Cic. poſt red. *Cn. Pom-* [illegible] qvi ſunt, qvi fuerunt, qvi erunt, *prin-* [illegible] *furor brevis* eſt. Ibi Nominativus *praecedit* hic verò *praecedit & ſeqvitur*, ideo enim non deſi-[illegible] *quia Subſtantivum* vulgò appellatur. Qvin-[illegible] verba dignitate antecedit, eorúmq; velut [illegible] exiſtit. Quare etiam *Nominativô* ſæ-[illegible] *unô*, jam *geminô*. Idem de FIO judicare [illegible] ſcribit Cic. ad Planc. l. 10. *Qvum ei* ma-[illegible] fieret *à Senatu*. Sic FOREM. Idem de [illegible] qvis *aut hôc* miſerior, *aut illô* beatior foret. [illegible] Qvint. l. 2. c. 17. Theopompus Lacedæmo-[illegible] *cum uxore habitu, é cuſtodia ut* mulier [illegible] *ſe opinionem* habuit. Nec non EXISTO. [illegible] exiſtunt majores *etiam* varietates, [illegible] magnæ diſſimilitudines ſunt. Et deniqve [illegible] Som. Scip. Terra manet immobilis. Idem [illegible] de Verbis paſſivis, qvando vel unô vel gemi-[illegible] gaudent, (exempla vide in Reg.) nec non [illegible] *Exiſtimandi*, *Nuncupandi*, *Cognoſcendi*, qvæ u-[illegible] Nominativô veſtiuntur: ut, Plaut. Ego vocor Ly-[illegible] *propter me* honeſtiſſimus *inter ſuos* nume-[illegible] igitur & ſimilibus Verbis, qvia paſſio qvædam [illegible] Nominativô gaudent. Qvænam verò [illegible] *nuncupandi*, Grammatici exprimunt, & hæc ferè [illegible]: *Appellor*, *Dicor*, *Feror*, *Jactor*, *Nominor*, [illegible] *Nuncupor*, *Perhibeor*, *Vocor*, *Creor*, *Deſignor*, [illegible] *Eligor*, *Salutor*, *Inſcribor*, *Audio* (in Neutrali [illegible] pro dicor) & ſimilia. Verba *Exiſtimandi* à [illegible] hæc recenſentur: *Cenſeor*, *Credor*, *Exiſtimor*, [illegible] *Reputor*, *Numeror*, *Videor*, *Judicor*, *Appareo*, & ſi-

 milia.

milia. *Cognoſcendi* verò Verba Grammaticis
*gnoſcor*, *Invenior*, *Reperior*, *Deprehendor*, *E*
& ſimilia. Porrò de *Participiis Verborum* N
ſervandum erit, qvòd, qvanqvam in Voca
interdum tamen Nominativum poſt ſe recip
de Cicerone: *Salve*, primus *omnium Parens*
late. Deniq; tirones Latinitatis has varias N
mulas obſervent: *Eſt mihi nomen Pomponi*
dixit pro Cæcinn. *Argentarius*, *Sextus Cloa*
Phormio. Et aliter: *Eſt mihi nomen* Pompo
loqvitur Amph. *Nomen* Mercurii *eſt mihi*.
log. Hecyr. *Hecyra eſt huic nomen* fabula
*Eſt mihi nomen* Pomponio; ſicut Livius loq
Patris *fuit* ambobus *cognomen*. Plura hujus
hæc exempla, vide ſuperius pag. Synt. 756. P
illud eſt, qvod habet Livius l. 1. ab Urb. Cu
*ventes* dixerunt nomen. Illud qvoq; Gell
olet, qvod legitur l. 15. c. 29. verba ejus hæc
in loqvendo figuræ, notæ ſatis uſitatæq; ſun
*eſt Julio*: &, *Mihi nomen eſt Julii*. *Terti*
vam herdle reperi apud Piſonem in ſecundo
ba Piſonis hæc ſunt: *L. Tarqvinium colleg*
Tarqvinii m Nomen eſſet, *metuêre*: *eùmq*
*luntate Romam contendat*: *qvia* Tarqvini
men eſſet: *Hoc perinde eſt, tanqvam ſi eg*
nomen eſt Julium. Hactenus Gellius. [
gulam noſtram novâ qvaſi libertate donam
dimus Nominativum nunc antevertere V
VIS GENERIS, nunc ejusdem tergum pre
& pone idem ſtare. Etenim qvi volet tra
vum præcedere tantùm Verbum *Activum*,
*tum*, &c. næ ille nimis anguſtis & alienis
ſcripſerit latifundium ſtructuræ hujus N
Verbo. Qvia non tantùm Verbis Activi
piam anteeundi, ſeqvendi, & circumcingen
faciunt Latinitatis primi poſſeſſores ac vin

Digitized by Google

em, licentiæ participatum veniunt in priſca Roma-
curia & foro Verba *Paſſiva*, *Neutra*, *Deponentia* &
*iva*; veluti exempla Regulæ ſubjecta docent. Vo-
em PERSONALE ſecurè extra Regulæ poſtes eli-
is, qvum conſtet itidem ab exemplis Latinorum
ùm Verba *Perſonalia*, ſed etiam *Imperſonalia* præ-
lominativum, licet non ita crebrò & uſitatè. E. g.
nph. 2, 2. Iſtuc facinus, *qvod tu inſimulas*, *noſtro*
*non decet*. Ibid. 3, 4. — *ornatam capiam*, qvi *potiùs*
l. Stich. 1, 1. *Et me qvidem* hæc conditio *nunc non*
. Terent. Adelph. 1, 2 — *qvem neq;* pudet Qvic-
*nec metuit qvenqvam*. Id. Phorm. 3, 3: — *qvare*
*Neqvid plus minusve faxit*, qvod *nos poſt* pigeat,
ic. l. 2. de Orat. *Si tibi* id *minus* libebit, *non te ur-*
4. Acad. *Si habes* qvod liqveat, *neq; reſpondes ſu-*
t Verr. 4. *Non* idem *mihi* licet, qvod *iis*, *qvi nobili*
*ti ſunt*. Ovid. Qvod licet, *ingratum eſt*; qvod non
*ius urit*. Idem accidit Perſonalibus paſsivis: ut,
2. Metam. — *nunc* tertia vivitur ætas. Mart. l. 6.
. Canaq; *ſulfureis* nympha natatur *aqvis*. Et l. 13.
). Tota *mihi* dormitur hyems. Vide pag. Etym.
nfer Voſsii Gramm. Maj. de Analog. l. 3. c. 1. & de
c. 18. 19. e. Qvintò præcipimus Verbum illud eſſe
odi, ne tiro Grammatices ſcripturus vel locuturus
pitur, aberret à verò uſu Infinitivorum. E. g. Qvan-
us ita loqvitur: *Malo mihi invidere* inimicos,
*inimicis*, *namq; invidere alii Benè eſſe*, *miſerum*
*videntur*, *qvibus*, *invidetur*, *rem habent*: qvòd
ditum fuiſſet Verbum FINITI MODI, poſſet pu-
mmatico non ſine metu vapulaturi Priſciani &
ſſi erroris, Grammatici in buccam venire ut di-
*Malò mihi invidere* inimici, &c. ſicut vulgò vitiosè
olent, qvi Latinè ballare diſcunt: Video præceptor
ro, præceptorem venire, &c. Qvinam verò ſint
MODI, de facili liqvebit ei, qvi ſibi in mentem re-
: unicum tantùm eſſe Modum *Infinitum*, ut Qvin-

 tilia-

tilianus loqvitur: vel Indefinitum, ut Gelli
in Etym. p. 503. Reliqvi igitur Modi *Ind*
*tivus* & *Conjunctivus* tam *potentialis*, qvàm
ſunt FINITI [*f*] Ut hoc clariùs explic
rudiorum, tantò lubentius vocabimus in ſ
nium Regulæ, qvantò certiùs melioris jū
lum, teſſera, ac individuus comes eſſe debe
ciſſe fideliter artes Emollit mores &c. Hi
*ter* artes, ac ſi eſſet *Nominativus* reſponde
qvod (notante CL. Schmidiô) Græci dic
πϛαΰνει τὰ ἤθη. Eadem ſtructura, viſ
morabilibus exemplis. Ovid. 2. de Art.
æqvâ commoda mente pati. Perſ. Sat. 1.
digitô monſtrari, & dicier *Hic eſt* — Q
tivus locô Nominativi in hiſce & ſimilibu
petur, hinc eſt qvòd Priſcianus l. 3. voce
*men Verbi Infinitum*, ac ſi *Finita* verba p
appellanda, *Infinita* verò ipſorum *Nomin*
minum nón rarò obeant. Porrò huc pe
ces materialiter poſitæ: ut, Mart. *Cras*
*dicis Poſthume ſemper, Dic mihi*, cras iſtu
venit. De qvibus egimus ſuprà Etym. p

## OBSERVATIO I

Utimur interdum Verbis primæ &
diſſimulatìs ferè Pronominibus: ut, Vir
*eqvidem, vitamq; extrema per omnia duc*
*niq; noſtra* intelligimus *bona, Qvum qvi*
mus, *ea* amiſimus. Neſcis *qvem* fugias.
exemplis, qvoniam certi Nominativi prim
ſonæ ſunt, ex Numero & Perſona Verbi,
timus Nominativus intelligitur. Sic: N
*ſemper*, cupimúsq; *negata. In magnis l*
mus. Qvod ſi tamen *Diſcretionem* aut
ſignificamus; Pronomina addi tradunt
Virg. 1. Ecl. Nos *patriam* fugimus: tu *Ti*

Digitized by Google

[illegible] ſcis, ego nego. In his duobus exemplis, *diſcre-*
[illegible] ponuntur *Nos* & *Tu*: item *Tu* & *Ego*. Sic Virg.
Tu *mihi qvodcunq; hoc regni*, tu *ſceptra*, *Jovemq;*
, tu *das epulis* accumbere *Divûm*. Terent. Tu
[illegible] finis. Virg. I. Æneid. Túne ille Æneas. ſc.
tribus exemplis, *Tu*, *emphaſin* habet, h. e. pro-
ingularem qvandam demonſtrationem, q. d. *Tu*
alius, vel alia. Conferantur Paralipomena Schmi-
35. Alvarus de Conſtructione p. 247. tradit *pri-*
*cundam* perſonam non eſſe exprimendam, niſi
*ſa ſtudia ſignificamus*: qvô nihil diverſi tradit ab
vulgò appellant Diſcretionem. Nam, (judiciô
ir. min. 6.) Diſcretio vocatur, cùm diverſa ſtudia
us: ut, Horat. l. 1. ep. 10. Tu *nidum* ſervas, ego
*s* amœni Rivos. Autor ad Herennium l. 4. Ego
*periculô patriam* liberavi, vos *liberi ſine periculo*
ratis? Aut cum plus ſignificamus, qvàm dicimus
mphaſin. Cic. ad Heren. Tu iſtud auſus es dice-
in Verrem Act 5. Tu innocentior, qvàm Metel-
us ſignificat, qvàm verbum ipſum per ſe declarat.
io & Lithocomo Emphaſis deſcribitur, qvâ plus
us, qvàm expreſsè dicimus. Idem Alvarus citatô
et tirones (puto ſermonem ei eſſe de iis, qvi pri-
rammaticæ fundamenta jaciunt) non terrendos
e *Diſcretionis* aut *Emphaſis*. rem, inqvit, teneant,
liſcent ſuo tempore. Admoneantur ſæpenume-
ô qvoq; Verbô, ut ſit, *Ego*, *Tu*, *Nos*, *Vos*, non ſine
utiant. Aliis præterea de cauſis explicantur hæ
qvas veterum ſcriptis legendis uſus optimus ma-
bit. Hæc ille.

## OBSERVATIO III.

um Subſtantivum poſitum inter diverſos nume-
tivos, πινκλόγως cum illius Nominativo nume-
it, qvi conſtructione præcedit, licet interdum
tur: ut, Plin. l. 33. c. 3. Nota *argenti*, fuêre bigæ



Digitized by Google

*atq* qvadrigæ. Liv. l. 1. bell. Pun. *Captum*
*genti præda: qvanqvam pleraq ab dominis*
*rupta erant, & in cædibus vix ullum diſcrim*
*cerat;* & captivi *militum* præda fuerant, ta
Cæſar omnia erat. Ovid. 1. Metam: *Tum pr*
*mus*, domus antra fuerunt. Id. 7. Metam. Ga
*noſtri* ſunt *Phoce doloris*. Luc. l. 9. Sangvi
In hiſce & ſimilibus exemplis videndum
vum ſit Verbi ( ut ita loqvamur cum Alv
& fundamentum: nam cum eo Verbum co
qve ſit locorum. Nec enim Verborum va
mutatio conſtructionem mutat. E. g. in h
Sangvis erant lacrimæ, τὸ lacrimæ baſis &
eſt, qvô Verbi ſtructura nititur: qvod ea p
ctione præcedit, licet ſitu & locô ſeqvatu
loqvamur, *figurata* erit *conſtructio*, ut c
Comment. Ling. Græcæ, ubi alterum Cic
Plinii locum affert. Cicero in Piſon. *Expo*
*ſulatum meum, aude nunc Furia de tuo* dice
tium ludi Compitalitii tum *primum* facti
*Conſulem*, pro, ludi fuerunt initium. Ci
Budæus l 4, c. 4. de Peloponeſo loqventis
*qvit Plinius, unde procedit*, Iſthmos appell
campii editio legit: *Iſthmos appellantur.*
illud Terent. Amantium iræ amoris integ
Item illud Ovidii: Veſtes, qvas geritis ſordi
fuerunt. Nam Nom. plur. *veſtes*, conſtruct
damentum eſt: qvare hic per Enallagen n
uſurpatur locô pluralis. Hactenus Obse
ſeqvuntur Anomaliæ.

## Anomalia I.

Tertiâ interdum perſonâ abſolutè ſ
utimur, idq; per Ellipſin nominis, qvod ſu
Gellius: *Demoſthenem* tradunt *veſtitu ſinc*
*poris nitidô venuſtóq & nimis accuratô fui*

adunt. Virg. *Aureâq; ut perhibent, illo ſub Rege*
*tula* — perhibent, ſc: *homines*. Catull. Ep. 2. *Ut*
*ui doloris* Credunt, *cum gravis acqvieſcit ardor*,
ſc. *homines*. Sed ſæpe (ut monet Voſſius l. de
. c. 19. p. 72.) generalis, *hominum*, appellatio re-
ad materiem, de qva ſermo eſt. Propert. l. 2. el.
complebant Ephyreæ Laidos ædes. Ubi non tam
*omines*, dixerim concipiendos; qvam particula-
*res*. Plutarchus: Καὶ διὰ τοῦτο μητέρα τῶν
μυθολογοῦσιν εἶναι Μνημοσύνην. Videlicet,
i. e. Ac præterea fabulantur, Mnemoſynem eſſe
uſarum, ſc. poëtæ. Similis Ellipſis ſubeſſe exiſti-
Imperſonalibus paſſivis: ut, Ovid. Vivitur
ætera mortis erunt. Vivitur, ſc. vita hominum.
o CLmus Voſſius l. de Conſtr. pag. 73. illa etiam
tur: Ut, inqvit, Luditur, videlicet, luſus. Itur, ni-
, ſive itio, vel iter. Pugnatur, nempe pugna. Vivi-
ta. Nam, inqvit, ut dicitur, pugnare pugnam, vi-
; ſic pugnatur pugna, vita, vel ætas vivitur. Ita,
puta, curſus & ſpeciatim mille paſſuum. Id qvod
atinorum teſtimonia, in qvibus defectus Sub-
pletus cernitur: Cic. pro Qvintio: *Septuaginta*
*ſuum bis eſſe* decurſa *biduô*. Sic, peccatur, nempe
id peccatum. Cic. 1. Offic. *Qvô in genere etiam*
cantur. Vigilatur, puta nox. ut apud Ovid. Ep.
Jaſ. — noctes vigilantur amaræ. Sic feſtinatur,
r, ſc. res. Nam, pergit Voſſius, ſi regunt Accuſa-
bent etiam ante ſe Nominativum. De Accuſativo
uit hoc Plaut. Poen. *Qvicqvid agit*, properat o-
Taciti illud l. 2. Annal. *Niſi* voluntariam mortem
ſſet. Item apud Maronem 4. Æneid. Feſtinare
Ovid. 11. Metam. — *Et jam, qvas induat illa*
eſtes — Nominativo autem junxit Tacitus de
Germanorum: *Nec* virgines feſtinantur. Et Plin.
Delubra *occultâ celeritate* properantur. Atq; ex

his obſcurum non eſt, intelligi Nominativ…
exprimitur. Qvòd nonnulli exiſtiment Ac…
lia ſimili Ellipſi obnoxiá eſſe, qvando Non…
untur, qvia nondum ſatis demonſtratum eſ…
tractâ omni celerioris conjecturæ & ſuſpic…
dum omne tulit punctum. Non enim ſuffe…
qvâdam aſſecutum eſſe, hæc, *Non decet te,* …
ponenda eſſe: *hæc res non decet te*, *hæc r*…
Item, *Evenit res* vel *eventus*. Nam hæc I…
Infinitivo, vel Conjunctivô, ſive apertô ſiv…
do abeſt Nominativus, vix certum & integr…
bebunt. Qvandò igitur Friſchlinus tradit…
204, 205. Verba qvædam Impersonalia te…
Nominativo inſeri orationi, diſpiciendum…
ſimilius videatur. Etenim ubi monet hæ…
*Stat*, *Conſtat*, *Præſtat*, *Reſtat*, *Vacat*, *Sol*…
pro *Licet*, *Liqvet*, *Decet*, *Oportet*, *Patet*, *P*…
*ſeret*, *Pænitet*, *Tædet*, *Contingit*, *Accidit*, …
ſine Nominativo inſeri orationi, ſuæ ipſi…
parum memor videtur, qvâ tradit l. 7. c. …
nonnunqvam Infinitivum, aut totam orati…
pro Nominativo addi Verbo. Et ut iiſd…
veſtigiis inſiſtamus, qvibûs Friſchlinus pr…
Impersonalia ſine Nominativo inſeri orat…
hæc adducit: Virg. Certum eſt in ſylvis i…
rum Mâlle pati — Hic verba, *Malle pati* …
*laa ferarum*, inſtar *Nominativi* reſponden…
Sic, illud Terentii: Apparet hunc eſſe ſer…
peris. Item illud Liv. 5. ab Urb. *Qvos def*…
natus *pertinebat*. *Qvos defendi*. i. e. *qvoru*…
Te abjeciſſe ædificationem conſtabit inte…
ratio infinita & ſitu & ſignificatu Nominat…
cem ſupplet. Nec omittendum erit, infin…
nonnullis à verbo regi, idq; ob duorũ ver…
ut, Cic. 1. Offic. *Nec* attinet repugnare. …
care *nemini* licet. Idem in Piſonem: E m…

Digitized by Google

re præſtat. Qvò verò pertineat illud Cæſaris 2. de bell. qvod allegat, divinare vix licet. Pugnatum, inqvit, ab bus *ita acriter eſt, ut à viris fortibus pugnari debuit;* hic Ablativus cum præpoſitione ſit lócô Nominativi us. Senſus enim eſt, Pugnárunt hoſtes ita acriter, ut vites pugnare debuerunt. Talis etiam Ablativus, qvi ni poteſt per Nominativum, intelligitur in illo Cicero. de Fin. qvod citat; Non poteſt jucundè vivi: niſi cùm te vivatur, vivi ſc. ab hominibus. Qvomodo ipſe p. exponit illa paſſiva: Virgil. Itur *in antiqvam ſylvam. Trojanis.* Terent. *Qvid* agitur? ſc. *à te.* Statur ſc. *à* Cæſar. *Tribus horis* pugnatum eſt. ſc. *à militibus.* Nec nqvam offendere debent ea teſtimonia, in qvibus Infini per Conjunctivum & particulam ut expoſitus depreitur: ut, Cic. l. 2. de Orat. *Forte* evenit, ut in Priverno nus. Nam, *Eſſe in Priverno,* τῷ *Evenit,* reſpondet. De ibus exemplis idem eſto judicium, quibus omnibus meandis non immorabimur, inprimis cum non pauca eo, qvæ citat Friſchlinus, mutila ſint & trunca, adeóq; ini ac certi ſenſus vacua. Et illa teſtimonia, qvæ Infinitivo Conjunctivo junguntur cum EST, ipſimet infrà ELENTIA IV. in medium afferemus. Eàdem ſpectant loca, ab aliis citantur, & jam per generale *rei* vel *negotii* no- exponuntur & ſupplentur, jam per ſpecialiorem vo-; ut illud Ciceronis l. 7. Ep. 103. Eſt *qvod gaudeas,* te, in oca veniſſe, ita explicant & ſupplent: Eſt negotium ſive vid rei, &c. ſane hôc loco non opus eſt ſupplementô gealis vocis, cum ſpecialis cauſa, ſc. *te veniſſe,* adſit in teſtimonio, idq; locô Nominativi. De ſimilibus exemdicemus in ELEGANTIIS. Similem deniq; Ellipſin tradunt in Verbis, qvæ nonnulli vocant *exemptæ actio-* ut, Giſenſes p. 285. Voſſius Gramm. Min. p. Synt. 7. br. p. 73. c. 19. l. de Conſtr. Schmidius Etym. p. 196. p. Etym. 656. vel ut alii *excepta* ſeu *abſoluta actionis,* riſchlinus p. Synt. 204. Verba autem illa ſunt. *Diſſere. fulgurat, fulminat, gelat, grandinat, hyemat, lapidat,*



Digitized by Google

*pluit, ningit, ſerenat.* In qvibus *Deus*, (profa
Jupiter) *Cœlum, aër, aqva*, vel ſimile qvid Gra
judiciô, intelligitur. Plin. l. 18. c. 35. *Cum in*
*montium nubes conſident*, hiemabit: *ſi cacumi*
diſſerenabit. Liv. l. 7. dec. 3. *Veis de Cœlo* lap
terdum tamen Nominativus additur, ut Stat.
Tibull, l. 2. el. 5. Multus *ut in terras* deplueréte
verò hi Nominativi, *Saxa, lapis*, adduntur huic
ptæ actionis, *pluit*: ſunt, qvi putent nonnunqv
dam vocem *materia*, de qvo vix dubitare licet
*Jupiter* aliqvandò intelligatur, monumenta
ſcriptorum docent. Cic. 2. de Nat. Deor: Jov
fulgurante *comitia populi habere, nefas*. Plin. l
minantem *pejerant* Jovem. Æneid. 1. *Olli ſubr*
num ſator *atq;* Deorum. *Vultu qvô cœlum tem*
renat. Qvi verò Chriſto nomen dederunt, r
mentitii Jovis nomine, Deum ſubſtituunt, p
Gen. 2, v. 5. 7, 4. 19, 24. aliíſq;. Nonnunqvam &
gaudet τὸ Pluit: ut, 6. de bell. Maced: *Tar*
*miterni nunciatum eſt aliqvando* lapidibus pl
bell. Pun. *In foro Boario* ſangvine pluiſſe. Id
*Nam & terrâ multifariam* pluiſſe, *& in exerc*
*roſq; fulminibus ictos nunciatum eſt*. Cic. 2. de
gvine pluviſſe *ſenatui nunciatum eſt*. Item &
gaudet, Valer. Max. ait: *In Piceno agro* lapides
cum Accuſativo legitur *Tono*, ſed ſenſu metaph
dem in ſecunda perſona apud Plinium in Præf
*Quantô tu ore patris* laudes tonas. Idem Accuſa
Verbo *Roro* junxit l. 17. c. 10. *Mirumq; dictu,*
*tantum die eſt, ſi* roraverit quantulumcunq; i
legit Linacer l. 4. de Emend. Str. p. 218. Qv
cum Ablativo conſtruatur vide ſupra Synt.
servat. VI. Reg. 2. Ablativi Nominum. N
*Verbum Ellipſin* patitur in primis illud, qvod S
dicitur: ut, Virg. 1. Æneid. *Sed vos qvi tanden*
Lucan. l. 1. *Qvis furor, ô cives? qva tanta li*

Sic notante CLmo Voſſiô l. de Conſt. p. 74. præ-
Verbum, *dicunt*, aut ſimile. Virg. 9. Æneid. — *tunc*
*& unà Euryalus, confeſtim alacres admittier orant:*
*gnam, preciúmq; mora fore.* Salluſt. in Jugurt. *Po-*
*e cum Aulô in colloqvio verba facit: tametſi ipſum*
*rcitu fame ferróq; clauſum teneat; tamen ſe memo-*
*um humanarum, ſi ſecum fœdus faceret, incolumes o-*
*b jugum miſſurum; præterea uti diebus decem Nu-*
*xcederet.* Idem: *Marius A. Manlium legatum cum*
*us expeditis ad oppidum Laris, ubi ſtipendium &*
*tum locaverat, ire jubet, ſe prædabundum poſt pau-*
*òdem venturum.* Ita enim rectè, judiciô Voſſii legit
s Schottus l. 5. Obſervat. Human. c. 13. In vulgatis,
m in membranis ſuis Voſſius ait legiſſe: *dicitq; ſe*
*undum*, &c. Crebrò (pergit Voſſius) & *Verbum*
eticetur, ut notum: qvod in proverbiis in primis
n. Ut in Epigram. Pomponii apud Varronem in 6.
*Ridiculum eſt, cum te Caſcam tua dixit amica Fi-*
*ni, ſesqviſenex puerum, Dic tu puſam illam. Sic fiet*
A MULI. *Nam verè puſus es tu, tua amica ſenex.*
bium notum: Mutuum muli ſcabunt. Unde Verbum
lendum. Sic Cic. l. 7. de Fin. *Sedulò, inqvàm, fa-*
*ed fortuna fortes*, ſc. adjuvat. Idem pro Flacco:
*ele, cornici oculum, ut dicitur.* Nempe, confixit vel
Quandoq; etiam *Verbum finitum* honeſtatis causâ
tur. Terent. Eunuch. Act. 3. ſ. 1. *Ego iſtum Eunu-*
*i fiet opus, vel ſobrius.* Maro Ecl. 3. *Novimus & qvi*
*verſa tuentibus hirqvis. Et qvô, ſed faciles Nymphæ*
*acello.* Priori exemplô, *ego* (inqvit vir præclarus)
ori, *qvi*, convenit cum Verbo eo, qvod ſi honeſtatis
ræterierint Poëtæ, nos ſanè dicere non debemus;
im cum per ſe ſatis intelligatur. Ad Ellipſin Verbi
tiam pertinent, ubi Verbum Infinitum poni ajunt,
perfecto finito. Ut hôc 5. Æneid. *Tum pius Æneas*
s abſcindere *veſtem.* Ubi *abſcindere*, inqvit vir
; per Enallagen dixiſſe cenſent, pro, *abſcindebat.* Sed
nulla

Digitized by Google

nulla hic Enallage; verùm Ellipſis Verbi finiti. Na
*dere* ponitur, pro, *cœpit abſcindere.* Par ratio ſim
in illo Terent. Andr. 1, 1: *Facile omnes* perferre ac
*qvibus erat cum unà.* Quod exponunt, *perferebat*
*batur.* Sic eâdem ſcenâ: *Ego illud ſeduló* Negar
Sed maluerit qvis ſtatuere ἔλλειψιν Verbi, *cœp*
Qvintilianus interpretatur l. 9. c. 3. Ubi ſic ſcrib
*döche, cum ſubtractum Verbum aliqvod ſatis ex cœt*
*ligitur. Ut, Cælius in Antonium:* Stupere *gaudi*
Simul enim auditur, *Cœpit.* Atq; eadem ſententi
ſciani lib. 18, ubi addit, ſimili ἐλλείψει, à Græcis In
χαίρειν uſurpari pro Imperativo. Intelligi enim
gaudere jubeo. Apud Græcos, inqvit, *Infinitivus*
*perativo* ponitur; apud nos autem in *præterito in*
Et apud illos tamen, & apud nos, hoc fit per
ἐλλείψεως, h. e. defectionis. *Gaudere* enim dic
*gaude*: & ſubauditur, *jubeo*, vel *volo*, vel *opto.* Sic
tiqvi: *Gaudere te jubeo*, pro, *gaude.* Terent. in
Salvere *Hegionem plurimum* jubeo: pro, ſalve *He*
*mùm.* Sic ergo & apud nos, cum imperfectum ſi
*cœpi*, pro *dicebam*; *ſcribere cœpi*, pro, *ſcribebam*;
pſin Verbi *cœpi*, ſolent autores proferre verba inf
Terent. Andr. 191: *Ego illud ſeduló* negare *factu*
enim, *cœpi negare*, pro, *negabam.* Servius hiſtoric
ram vocat. Falluntur nihilominus, qvi Poëtas ve
cos ſolùm, ita loqvi putant. Nam Ciceronis eſt l
rat. *Galba autem alludens variè & copioſè, multas*
*dines* afferre, *multáq; pro æqvitate* dicere. Plinii
neg. *Te parvuli* noſcere, oſtentare *juvenes* mira
Alia qvoq; ac ipſius Ciceronis loca collegit Bartho
Barrientus in Annotationum Sylva c. 10, Tom. 3.
dis Gruterianæ p. 422. & Ninivita p. 232.

## ANOMALIA II.

Ab hac *Nominativi Verborum* Regula, qvâ
*Nominativum* jam *præcedere*, jam *ſeqvi*, &c. *Verbu*

Digitized by Google

ò & perſonâ,deflectit ſermo latinus, qvando Nomini
udinis,vel Partitivo ſingulari reſpondet Verbum plu-
omina autem *multitudinis* hôc locô ſunt,*Collectiva*;
*ba, populus*, &c. De qvibus egimus in Etym, p.427.
nt, p. 511. *Partitiva* verò ſunt *qvisq, uterq*, &c. De
monuimus in Synt. p. 812. & in Etym. p. 427. Et
*Collectiva ſingularia* cum *Verbo plurali* ita conſtru-
ès. ut, Virg. 1. Æneid. Pars *in fruſta* ſecant *verubusq*
*tia* figunt. Id. Pars *epulis* onerant *menſas* — Idem
*Thura ferant, placentq novum* pia turba *Qvirinum*
*rias aras, militiámq colant*. Stat. 3. Sylv. — *Huc*
turba coimus. Terent. in Prolog. Hecyr. — po-
*onvolat*, Tumultuantur, clamant, pugnant *de loco*.
*ivorum* verò *ſingularium* ſtructura cum Verbis plu-
ita ſe habet. Liv. 1. ab Urb. *Pro ſe* qvisq; *ſcelus re-*
*c vim* qveruntur. Plaut. in Amph. Uterq; deludun-
em Menæch. Uter meruiſtis *culpam*? Id. ibid. —
*tandem edixi tibi, Ut caveres*, neuter *ad me* iretis
*erimonia*? Plin. l. 2. c. 30. de formicis agens: *Ex*
convehunt altera *alterius* ignara. Salluſt. in Catil.
*& mollitiâ animi* alius *alium* expectantes cuncta-
Curt. l. 5. *Niſi mutuò eſſemus miſeri, olim* alius *alii*
emus *eſſe faſtidio*. Terent. in Adelph. Aperite ali-
*tutum oſtium*. De hoc loqvendi genere *tria* ſunt no-
*Primum*: Non ſatis convenit inter Grammaticos,
omen indendum ſit huic dicendi figuræ. Linacèr l.
mend. Struct. Nonnulla exempla refert ad *Prole-*
onnulli verò ad *Syllepſin*. Ad *Prolepſin* refert illa p.
qvibus particulæ *Partitiva* occurrunt, *alius, alter,*
*liqvis, uterq*, &c. Syllepſi verò aſcribit illa teſtimo-
qvibus *Collectiva* viſuntur. Recentiores autem re-
dit p. 442 qvi *Syntheſin* vocant, & qvidem his ver-
c, inqvit, de qvo agimus genus, ætas qvæ poſt doctos
t, *Syntheſin* appellat, nullô (qvod ſciam) veterum
ſed Alexandro (ut videtur) aſſenſi, à qvo *Evocatio-*
oq; veteribus inauditam figuram didicit. Mihi ſanè
placu-

Digitized by Google

Id pro C. Rabir. Virtus & honeſtas, & pudo
libus eſſe cogebat. Nam ſi id, inqvit, qvod
oratione extrinſecus aſſumitur, *Ellipſis* eſt, ut
ſin vero è proximis, atq; vicinis verbis aſſum
fit mutatio, *Zeugma* eſt. Nam ſi velis poſita e
bûs numeris explere, dices; *Nulla poſſeſſio pl
tus æſtimanda eſt, nulla vis auri pluris qva
manda eſt*, ubi nec genus, nec numerus, nec
*Virtus cum Conſulibus eſſe cogebat, honeſtas
eſſe cogebat.* Verbum, *cogebat*, ſingulis Subſt
tur, ſervatô eôdem numerô, perſonâ, modô,
*lepſis* autem eidem Alvaro eſt, (p. 414.) cum i
tione deeſt, è proximo aſſumitur, mutatô tam
numerô, aut caſu, aut aliqvô è cæteris accide
Verr. Riſus *populi atq; admiratio omnium* fa
l. 6. Bell. Maced. Nulla expeditio, nullum eq
*ſine me* factum eſt. Cic. ad Q. Fr. l. 7. Ille *t*
corrui. Livius l. 2. Bell. Maced. Pater, ego,
*non in Aſia tantum, ſed etiam procul ab domo
terra, mariq; pro vobis arma* tulimus. Sed lax
*lepſeos* & *Zeugmatis* uſus, obſervatus non in
Linacro, l. 6. p. 423. & Voſſiô Maj. Gramm. l.
p. 76, 77, agnoſcente ſic *Ellipſin* qvandam
*Syllepſi*, & *Prolepſi*; ſed etiam ab antiqvis, D
Schemat. p. 438, 439. ſeq. Donato itidem
1773. *Prolepſis* verò, Alvaro eſt, p. 417. cu
totum ſignificans præceſſit, qvæ rurſus in pa
gitur, neq; explicatur, ubi ferè idem dicit qv
e. g. Salluſt. Exercitus *hoſtium* duo, unus *a
Gallia* obſtant. Dictio, *totum* ſignificans,
partes, *unus ab urbe, alter è Gallia.* Ubi rurſu
*tus ab urbe, alter exercitus è Gallia*, dicendum
nem integram velis facere. Verùm, qvando
qvòd dictio qvæ præcedit, ferè aut ſit plural
pluralem vim habeat: Concedimus qvidem
plis Regulæ ſubjectis manifeſtum eſſe. Poſte

,abit à ſententia communi, illudq; è Linacro, procul
ſidicit, qvi *Prolepſeos* formulam qvandam conſtituit,
ò *aliqvis*, *qvisq.* &c. reſpondent verbo plurali, vel ut
qvitur, qvando unicum membrum generalitatem ſe-
i ut, Terent. Adelph. 4, 4. Aperite aliqvis *oſtium.*
de Conj. Catil. Cœpere *ſe* qvisq; *magis extollere.*
e *Evocationem* ſecuri omittimus, in primis cum No-
t Participia in conſtructione *cujuscunq. perſonæ* ca-
int. Confer. pag. Etym. 22, 23. Et Scalig. de C.
178.

## ANOMALIA III.

Nonnunqvam per *Enallagen*, locô *Nominativi*, uti-
ccuſativô: ut, Plaut. Perſ. 1, 3. — *Hic leno nondum*
nſes *Megaribus*, *Huc* eſt, *cum commigravit.* Idem Pro-
ilul. — *Hanc domum*, *Jam* multos annos eſt, *cum*
. Idem Epid. 4, 2. *Ego relictis rebus*, *Epidicum ope-*
*rendo dabo : Si invenio*, exitiabilem, *ego illi faciam*,
*t* fiat diem. Idem Perſ. 5, 1: — *Hic ſtatui volo*, *pri-*
qvilam mihi : *unde ego*, omnes hilaros, lubentes, læ-
tes faciam, *ut* fiant, ita legit Taubmannus. Terent.
1, 5, 4. Illum, *ut* vivat, *optant.* pro, ille.

## ANOMALIA IV.

Simili figurâ aliqvando vicem *Nominativi* obit *Voca-*
ut, Tibull. l. 1. eleg. 8. *Sic* venias hodierne. pro, *ho-*
. Perſ. Sat. 3. *Cenſorémve tuum*, *vel qvod* trabeate
. pro, *trabeatus.* Huc *referunt* & illud Horatii l. 1.
Macte *Virtute* eſto, *inqvit ſententia dia Catonis.*

## ANOMALIA V.

contrariò *Nominativum* conſimili Antiptoſi pro
ivo uſurpari, hæcce teſtimonia evincunt. Virg. 6. Æ-
Projice *tela manu* ſangvis meus, pro, *mi.* Idem l. 8.
ger *Heſperidum* fluvius regnator *aqvarum.* pro, *flu-*
erſ. Sat. 1. Vos ô patricius ſangvis. pro, *patricie.*
c illud Plinii l. 7. c. 29. Salve *primus omnium parens*

 *patria*

*patria* appellare. Hactenus ANOMALIÆ: ſeq
LEGANTIÆ, partim è concinniore vocum ſitu
delectu earundem petitæ.

## ELEGANTIA I.

Inter *Nominativum* & *Verbum* elegantiſſimè
tur *Relativum* cum alia ſententia, qvæ parenthe
poteſt; ut, Cic. Vultus *qvidem* totus, (qvi ſerm
tacitus mentis eſt) *hic in fraudem homines* impuli
*qvibus erat ignotus* decepit, fefellit, induxit. Idem
*pluribus dico, qvod genus hoc totum* oratores (qvi
ritatis ipſius actores) reliqverunt. Terent. *Tam*
tus tua *vel* vicinitas (qvod ego in propinqva parte
puto) facit, *ut te audacter moneam, & familiarit*
*Aſt* ego (qvæ Divûm incedo regina, Jovisq; Et
conjux) *una cum gente tot annos Bella geram.* —

## ELEGANTIA II.

Præteritum perfectum, ac tempora inde fo
Verbis *paſſivis & deponentibus* ita eleganter ab aut
ſurpantur illuſtribus, ut Verbum SUM, es, eſt, aliq
vallô à præterito ſejungant, inq; medio aliqvid int
ut, Cicero: *Marcellino & Philippo Conſulibus, non*
*bus mihi* eſt Senatus aſſenſus. Idem: Rejectus au
*in eum ipſum locum unde conſcenderam.* Idem: *N*
*ſtio* decreta à Senatu eſt. Idem: *In Repub.* ſum *pa*
*Republica* reſtitutus. Idem: *Qvò etiam majore ſunt*
*ſupercilioq; digni, qvi non ſolùm domiciliis atq; delub*
funeſtos atq; nefarios ignes inferre conati. Qvi
*à me qvidam familiariter poſtularent, ut aliqvid d*
*dicendi componerem*, *diu* ſum eqvidèm reluctatu

## ELEGANTIA. III.

Verbum SUM eleganter in *fine* orationis col
ſi præceſſerit *Comparativus* vel *Superlativus*: ut, Ci
*lum theatrum conſcientiâ* majus eſt. Qvint. *Senib*
*ritas* major eſt; *qvòd plura noſſe & vidiſſe creduntur*
*Hac ipſa magis pertinaciter hærent, qvia* deteriora ſu

Digitized by Google

*ſcientia bene actæ vitæ multorumq; benefactorum recor-*o, jucundiſſima eſt. Corn. Celſ. *Aqva omnium* imbe-ſſima eſt. Gell. *Omnium, qva monſtra dicuntur, mon-ſſimum eſſe.* Hactenus ELEGANTIÆ è *ſitu vocum* de-ptæ: ſeqvuntur nunc è *delectu earundem* depromptæ.

## ELEGANTIA IV.

Nonnunqvam *Adverbium* vice Nominativi eleganter gitur: ut, Plaut. in Bacchid. *Tibi divitiarum* affatim eſt; *imi eſſet me qvoq; unà, ſi cum illo relinqveres.* P. Affa-eſt. Idem ibid. Satis *biſteriarum* eſt? Idem Trucul. eſt *mihi tua ſalutis, nihil moror,* Terent. Phorm. Satis *verborum* eſt. Cic. 2. Offic. *Eorum autem ipſorum* im *ejuſmodi* ſunt, *ut ad univerſos cives pertineant*, par-*ut ſingulos* attingant. pro, pars ejuſmodi eſt, &c. Salluſt. gurt. *Huic rogationi* partim conſcii *ſibi, alii ex partium lia pericula metuentes, qvando apertè reſiſtere non po-nt*, &c. Terent. in prol. Hec. Partim *ſum earum* ex-s, partim *vix* ſteti. De vocis hujus uſu ita Gellius l. 10. *Partim hominum venerunt, plerunq; dicitur, qvod ſi-cat, pars hominum venit, id eſt, qvidam homines. Nam im hôc in locô Adverbium eſt, neq; in caſus inclinatur: i cum partim hominum, dici poteſt, id eſt, cum qvibus-hominibus, & qvaſi cum qvadam parte hominum. M. in oratione de re Florida ita ſcripſit: ibi pro ſcorto fuit, ubiculum ſubreptitavit è convivio cum partim illorum ſæpe ad eundem modum erat. Hæc Gellius*, qvi eis non t, qvi tradunt *partim* hìc non tam *Adverbium*, qvàm *m* eſſe *antiqvi accuſativi*, & intelligendum eſſe, *ad* vel *d.*

## ELEGANTIA. V.

Elegans inprimis & venuſta dicendi ratio relucet in bi Subſtantivi SUM tertia perſona, ſeqvente nunc *Infi-vô*, nunc *Conjunctivô*, nunc particulîs QVOD, UBI: ut, *t.* de Germ. Eſt videre *apud eos argentea vaſa, princi-r eorum data.* Eſt, i. e. *licet.* Virgil. 6. Æneid. *Nec*

*non & Tityon terra omnipotentis alumnum*
Horat. l. 1. Sat. 11. *Alteru nil obſtat Cois tib*
eſt *Ut nudam*. pro, *licet*. Gellius l. 12. Eſt
*non nuſqvam itaq; ſcripſiſſe qvoſdam non i*
*licet*. Sic l. 3. c. 1. & 7. c. 3. nec non l. 13. c. 11
eſt, qvod *multa* loqvamur. eſt, i. e. *neceſſ*
Mart. l. 5. ep. 6. *Non* eſt, qvòd metuas *preces*
*non opus eſt*. Plaut. in Pſeud. *Etiam* eſt, qv
*penè oblitus fui*. eſt, i. e. *reſtat, ſupereſt*. Id
*etiam* eſt *paucis* qvod *vos monitos* voluerim
*Jam ad te revertar*: *nam* eſt qvod reviſam *d*
*cauſa eſt, cujus nomine viſam domum*. Cic.
10. Eſt qvod gaudeas, *te in iſta loca veniſſe, ub*
*viderevé*, eſt, i. e. *cauſa eſt*. Plaut. in Pſeud.
ſciſcar. erit, i. e. *commodum erit, dabitur oc*
Capt. Eſt *etiam* ubi *profecto damnum* præſt
lucrum. eſt, i. e. *datur locus, occaſio*.

## ELEGANTIA VI.

*Nominativus*, NULLUS, locò *Adverb*
nuſtè Verbo addi ſolet: ut, Cic. Att. l. 2.
*modò* nullus venit, *ſed ne per literas qvidem*
*cium certiorem facit me, qvid egerit*. Eidem
*tem ſcripſi Sextum advenìare*: *non qvò jam ab*
*certè id ageret, ab armisq;* nullus diſcederet.
*Liberatus ſum*, Dave, *hodiè tuâ operâ*, *D. at* n
Idem Evnuch. — P. *Memini, tametſi* nullus
Hecyr. — *ſi qværet me, uti* — *Tum dicas*:
nullus dixeris. Plaut. Bacch. *Tu* nullus affuer
Idem Trinum. — *at tu edepol* nullus credas:
*dis, ego credidero*. Sic Aſin. *Litanum in tonſ*
*ſeram venire, is* nullus venit.

## ELEGANTIA VII.

Haud abſimili orationis venuſtate No
balium deſinentium in BUNDUS Verbis jun
Livius 1. ab Urb. *Nunc in luminibus ſtarent, m*

Digitized by Google

*ſuas, ultimum illud viſuri*, pervagarentur. Gell. l. 3. *Quumq; populus* gratulabundus *flores undiq; in eum* t, *ibi in ſtadio inſpectante populo, in oculis atq; in ma- filiorum animam efflavit*. Loqvitur ibi Gellius de ra, qvi videns tres filios eodem die in Olympico cer- e victores, eoq; coronâ inſigniri, repentinò gaudio ſſus, vitam finivit. Plaut. Aulul. *Homo ad prætorem* oundus devenit. Gellius l. 11. c. 15. ex Siſennæ hiſt. 4. accuſativi talib. adjuncti meminit. Populabundus *ad oppidum* pervenit, ubi Gellius tradit hæc in BUN- ignificare *vim, copiam* & *abundantiam rei. Ut læta- s dicatur, qvi abundè lætus ſit: & errabundus, qvi lon- bundanti errore ſit*. Confer Vallam l. 1. Eleg. c. 9.

## ELEGANTIA VIII.

Verba, OPINOR, PUTO, ARBITROR, CREDO, TOR, & id genus alia, abſolutè ſine Nominativo præ- te, jam cum particula UT, jam abſq; eadem, non ſine ſæpius leges: ut, Cic. *Endymion verò, ſi fabulas au- olumus, neſcio qvando in Latmo obdormivit, qvi eſt aria, nondum*, opinor, *eſt experrectus*. Idem: *Sæpe bo ſapientem illum Biantem*, ut opinor, *qvi numeratur ſeptem ſapientes*. Idem: Non inſcite Heracleotus *ſius ad ea diſputat, qva apud Homerum Achilles qva- hoc*, ut opinor, *modò: Corq; meum penitùs turgeſcit ius iris, Qvum decore atq; omni me orbatum laude re- r*. Idem: *Dabis hanc veniam mi frater*, ut opinor, *ut qvibus ſumma dicendi laus à noſtris hominibus con- eſt, autoritatem Græcis anteponam*. Cæl. Cic. l. 8. *ut ſuum gaudium gauderemus*. Vatinius: *Non puto, iabis in honore, qvem in periculo recepiſti*. Cic. *Ardeo itate incredibili, neq;* ut ego arbitror, *reprehendenda, n. ut noſtrum ſcriptis illuſtretur & celebretur tuis*. : *Mihi repetenda eſt veteris cujusdam memoria, non atis explicata recordatio, ſed*, ut arbitror, *apta ad id reqviris*. Idem: *Niobe fingitur lapidea, propter æter-*

*num*, credo, *in luctu ſilentium.* Afrianus.
*non á Meandro modò, ſed ut qvisqvam habu*
*vet mihi: Qvô me non poſſe melius facere cr*

ELEGANTIA IX.

Et ſæpius & elegantius uſus fueris *ſ*
*paſſivi* vel deponentis definentis in R e, qv
Cic. *Fit enim neſcio qvid, ut qvaſi coram*
*qvum ſcribo aliqvid ad te.* Idem: *Vides igi*
*ſua caritate* metiare, *nihil eſſe præſtantius.*
& *tertia perſona pluralis* in R e deſinens cu
nis decore conjuncta eſt: ut, Salluſt. *Urbem*
*accepi*, condidêre *atq;* habuêre *initio Troja*
Salluſt. *Qvi magnô imperiô præditi in ex*
*gunt: eorum facta cuncti mortales novêre.*
Hæc de ſtructura Nominativi cum Ve
diligentiùs perſeqvuti ſumus, qvantò amp
eſt hujus Regulæ uſus: ſeqvitur conſtruct
eorundem.

# DE SYNTAXI GENI VERBORUM.

REGULA. I.

Verbum Sum, cum *poſſeſſion*
*cium* ſignificat, aut *ad aliqvid pe*
*nitivum* poſtulat: ut, Cic. l. 2. a
*Jam me* Pompeji *totum* eſſe *ſcis.*
Off. l. 1. Adoleſcentis eſt, *majo*
*reri.* Idem Philip. 17. in M. Ant
vis hominis eſt *errare*; nullius *n*
tis, *perſeverare in errore.* Sveton.
Boni paſtoris eſt *tondere pecus*,
*here*.

Digitized by Google

## Nota.

Sum adſciſcit *genitivum* vel *Ablativum* Sub-
ſtantivi & Adjectivi, cùm formam aut qvalitatem
ejus deſcribimus:

*Genitivum*: ut,

Terent. in Andr. 3,5. *Qvandoqvidem tam in-
ops tam* nullius conſilii ſum. Plin. ad Clement.
*puer* acris ingenii, *ſed* ambigui.

Ablativum: ut,

Cæſar 5. bell. Gal. *Cicero* erat tenuiſſimâ vale-
tudine. Cic. Lent. *Tu fac* animô forti magnóq; ſis.

## OBSERVATIO I.

Non rarò obſervatur communis conſtructio, adeo ut
nomina Adjectiva aut Pronomina poſſeſſiva in eodem caſu
cum Subſtantivis ponantur: ut, Hic enſis fuit Evandrius.
Hæc veſtis eſt mea, tua, noſtra, veſtra. Cujum hoc eſt pe-
cus &c.

## OBSERVATIO II.

Nunqvam Genitivos Pronominum Primitivorum *Mei*,
*tui*, *noſtri*, *veſtri* jungi comperies Verbo *Subſtantivo*
*Sum*, ſignificanti poſſeſſionem &c. Sed eorum locô uti ſo-
lent Latini *Nominativô generis neutrius*. Plaut. in Pœn.
Non eſt meum, *contra aliqvem jus dicere: nec* tuum eſt, *ami-
ce, per jocum injuſtè loqvi*. Cic. l. 2. de Fin. *Si memoria for-
te defecerit*, tuum eſt, *ut ſuggeras*. Idem Cæcinn. l. 6. *Puto
eſſe* meum, *qvid ſentiam exponere*. Idem: *Non* eſt meum,
*contra Senatus autoritatem dicere*. Ovid. 4. Faſt. *Nulla
mora eſt operi*: veſtrum eſt *dare*, *vincere* noſtrum.

## OBSERVATIO III.

Plurimùm refert uſum conſuluiſſe, utrô caſu utendum
ſit, Genitivô vel Ablativô, cùm forma vel qvalitas, ſive ut
expreſſiùs loqvar, laus vel vituperatio, alicujus rei vel per-

 ſonæ

Digitized by Google

ſonæ notatur. Non enim ſemper, qvæ Ablat
Genitivô efferri poſſunt: cujusmodi ſunt
Eunuch. Bonô es animô. Idem Adelph. B
ſis. Idem Phorm. Animô virili præſentiq;
to: *Nunc* ſi es animô vacuô *expone nobis*,
Idem ad Cann. 2. Hôc animô *qvi* ſunt, *deter*
Att. 6. Eqvidem *ſum* magnâ *animi* pertur
illa apud eundem: Mirâ ſum alacritate *ad*
credibili ſum ſolicitudine, ſum magnô dol
multa, pro qvibus genitivô uti non auſim.
lim uti *Ablativô*, ubi Terent. in Andr. 3, 5.
*Jure mihi obtigiſſe, qvandoqvidem tam ine*
filii ſum. Aut ubi Svetonius ait in Auguſt
*etiat, ac feré* vulgaris.

## Observatio IV

Sunt, qvi ſtructuræ Verbi Fio cum
tionem expreſsè faciant primâ Regulâ Ver
partim rara eſt conſtructio Verbi Fio cum
non ſimplicem & nudam poſſeſſionem, q
tribuitur, deſignat, ejus conſtructionem
ſervandam duximus. Liv. l. 5. dec. 4. *Dem*
facta eſt. i. e. venit in poteſtatem Ætolor
Schmidiô Paralip. pag. 337. Citant & i
l. 6. c. 4. *Qvum vellet videri* commodior
ctus.

## Observatio V

Nonnullis *Ablativis* qvalitatis ſive a
uſus fueris, addita *Præpoſitione*. Cic. 2. Ph
ſtitia ſum. Idem l. 11, ep. 13. ad Attic. Sum
tate. Idem pro Syllâ: Si hic eſſet in eodem
l. 8. Ep. 15. dixit, eſſe in eadem ſententia,
fuêre Observationes: nunc uni
expendenda venit.

## Anomalia.

Sunt qvi univerſam hanc ſtructuram

Digitized by Google

lipticam eſſe putent, adeo ut genitivum hic potiùs
lant à ſubſtantivô intellectô, qvàm à Verbo Sub-
, e. g. Virg. Ecl. 3. — Cujum pecus? reſponderi
ſt Melibæi: puta, pecus. Nimis verò torta & longè
datur illa Ellipſis, qvâ dicitur, generatim intelli-
eſſe rem, ut integrè ſit, *An pecus hoc eſt res Melibæi?*
ione obſervant in nonnullis exemplis intelligen-
, *munus, officium, proprium.* ut, Eſt adoleſcentis, ſc.
Sanè vix qviſqvam negaverit, non rarò Nominati-
*us, officium, proprium* Verbo Subſtantiuo & Geni-
i. Cic. pro Milon. Principum munus eſt, *reſiſtere*
*multitudinis.* Idem 3. Tuſc. Animi munus eſt, *ra-*
i. Idem 1. de Orat. Oratoris eſt officium, *dicere ad*
*ndum accommodate.* Idem 5. Tuſc. Sapientis eſt
m, *nihil qvod pœnitere poſſit, facere.* Licet igitur
qvam Nominativum apertè additum invenias; ſunt
qvi unà tradant, qvòd Infinitivus vel pars aliqva to-
tionis, locô Nominativi uſurpata intelligi poſſit.
e Orat. Tardi ingenii eſt, rivulos conſectari, fon-
m non videre. Hìc, τὸ *rivulos conſectari*, vice No-
poſitum intelligi poteſt. Vide Alvarum p. 283. Si-
*Ellipſin* latere ajunt in Pronominibus poſſeſſivis
Verbo Subſtantivo junctis: ut, meum eſt, tuum eſt:
ntegrè erit, meum, tuum munus eſt. Id qvod neq;
it Oratorum ſummo Ciceroni l. 3. de Fin. Hoc pro-
num munus eſt, *ut ita erudiatur, ut & patri, & Sci-*
*ſtro, & tibi tam propinqvo reſpondeat,* pro qvo etiam
er dixit Ovidius *tui muneris eſt.* 1. Triſt. Eleg. 5. *Si*
*huc ego ſum,* muneris *omne* tui eſt. Deniq; & in iis
mam aut qvalitatem aliqvam notant, *Ellipſin* ali-
gnoſcunt: ut, Eſt bonæ indolis; puta, *puer, vir, fœ-*
t ampliſſimæ cervicis, nempe, *jumentum.* Sed verò
llipſi locus relinqvatur, procul dubiò τὸ EST, alium
t ſignificatum, exponetur q; *exiſtit.* e. g. bonæ in-
uer eſt, i. e. exiſtit; ſed qvia id non patitur ſenſus,

τὸ *puer* ut genuinus Nominativus à fronte
bo *Eſt*, nec alium caſum reget, qvocunq; l
enim dixeris: puer eſt bonæ indolis, vel,
puer, nihil impediet iſta collocatio, qvò m
minativo ponatur, inprimis cùm adſit Ve
vum, à qvo regatur. Confer Regulam prir
cum Verbo. Deinde, ſi Verbum illud Sub
*lativum* imperium teneat, ut ei regendo ſit
ſtabit, qvò minùs ſui juris faciat regimen
non opus ſit illud accerſere à *Subſtantivo in*
qvando dicitur, *adoleſcens optimæ ſpei*, *inge*
tali facie, &c. potiùs intelligendum eſt *V*
*vum* Est, qvàm ut *Nomen aliqvod Subſtan*
deret: cujus meminimus Regula I. Genitiv
ſervatione 8. pag. 802. Cui Obſervationi
ſchlinus Gramm. l. 7. p. 228. hiſce verbis:
*Verbum Subſtantivum* freqventer omittit
ut, Liv. Homo ambiguæ fidei. Juven. Ing
ingenuiq; pudoris. Ter. Homo antiqvâ virt
verò, multò rectiùs ſe habet iſta *Ellipſis*,
*opera*, ſc. pretium: qvæ qvia cum qvadan
juncta eſt, de ea, ſeqventi Eleganti

## Elegantia I.

Plauto Verborum latinorum elegantiſ
lius Noct. Att. l. 1. c. 7, hoc perelegans dic
det: *Eſt opera*: pro, *eſt opera pretium*. Ca
*date, dum mea facta itero*: eſt operæ, *auribu*
*opera*, inqvit Taubmannus, pro, *eſt opera p*
*Eſt opera*, ſic dictum eſſe, ut: *eſt temporis*, *e*
*tis*, q. d. *dignum eſt operâ audire*, Qvidam
eſſe *Dativi* caſus, & dictum, ut, *eſt cura*, *eſt*
bus, iuqvit Taubmannus, non pugnabo. Se
tur eis, qvi genitivum heic agnoſcunt, & re
eat: *Eſt opera*, pro, *eſt opera pretium*, loc
uſitata, ut notat Caſaub. ad Perſium Sat. 6
præfert Genitivum l. de Conſtruct. c. 24.

ſeud. 1, 3: Ego operæ ſi ſit, *plus tecum loqvar*. ſc. *pre-*
Qvomodo aliàs integrè loqvitur Plautus Moſtell. 3,
*demum* eſt operæ pretium *iviſſe*. Sic in Prolog.
nec non Rud. 4, 3. Pœn. 5, 4. Vix tamen negave-
alicubi in eodem Plauto *Dativus ellipticus* legatur.
Pareo in Lexico Plautino placet, qvi *opera eſt*, *ex-*
*ſum eſt*, *utile eſt*. Cui expoſitioni favere videtur
iuti Merc. 5, 2. EV. *Non opus eſt, inqvam, nunc*
*re*. CH· *Reſponde mihi, Qvà causà?* EV. Operæ
CH· *Cur?* EV. *qvia non* eſt illi commodum. Qvò
rtinet illud Plaut. Milit. 3, 2. *Non* operæ eſt Scele-
, 2. *Non domi eſt, abiit ambulatum, dormit, ornatur,*
*ndet, potat occupata eſt*, operæ non eſt, *non poteſt*.
*e non eſt*, Taubmannò interprete, idem valet, qvod,
*acua*. Qvi uſus vocis vel inde robur acqvirit, qvòd
qvam Plautus *operam* & *otium* pro eodem accipiat.
, 2. *Dicam, ſi tibi videam eſſe* operam aut otium.
, qvod Gellius l. 7. c. 17. hôc ſenſu uſus ſit. *Nunc,*
nihi operæ *non* eſt: cum otium erit, *reviſes ad me*,
unc ad Genitivum redeamus. Qvod hic *genitivus*
tiatur *Ellipſin*, præter Plautum, etiam Perſius teſtis
Satyr. 6. ita canit: *Lunai portum*, eſt operæ, *cogno-*
*es*. Eſt operæ (inqvit Veromanduus elegantiſſi-
ii interpres) *pretium* ſubaudi. Qvomodo Juve-
6. plenè expreſſit: Eſt operæ pretium *penitus co-*
*otò Qvid faciant agiténtq; die*. Sic Plinius dixit:
etium: Ep. 198. l. 8. ad Montanum: *Poſtea mihi*
pretium curæ; *ipſum ſenatusconſultum qværere*.
Vallam l. 4. Eleg. ſub finem cap. 76. nec non Bu-
annotat. in Pandectas in L. Cum duobus. Para-
in coëunda, eôdem titulô.

## ELEGANTIA II.

oo *Subſtantivo* EST, qvando ad aliud pertinere ſi-
eleganter additum leges genitivum MORIS: ut,
err. *Tum ille, ut aliqvid reſponderet, negavit* mo-
ræcorum, *ut in convivio, &c.* Quint. l. 9. c. 4. *Py-*
*thago-*

*thagoraïs certè* moris fuit, *& qvum evigilâſſe*… *rem excitare*. Idem; *Veteribus etiam diſſim*… *tiam*, fuit moris. Plin. l. 17. c. 23. *Pampi*… moris. *Eſt moris*, pro, ad morem pertinebat. Regula prima *Genitivi* Verborum; ſeqvitu… eundem.

# GENITIVI VERBOR…

## Regula. II.

Verba [*a*] *æſtimandi præter* Ac… hos ferè *Genitivos* adſciſcunt: *T*… *ti, magni, maximi, pluris, plurimi,* … *noris, minimi, tantidem, qvanticun*… Tanti emit hoc, qvanti *alter* ve… Maximi *debemus* æſtimare conſ…

## Nota.

I. Hi [*b*] genitivi: *aſſis, flocci, nau*… verbo, Facio, junguntur, & *flocci*… Verbo, Pendo, nec non, *aſſis* cum … flocci cum Existimo conſtruuntur… l. 7. Ep. *Iſtos triſtes & ſuperciliosos al*… *ſores*, aſſis *ne* feceris.

II. Sum pro Æstimor [*c*] genit… *qvanti, magni, pluris, plurimi*, cæterò… ut, Plaut. Pluris eſt *teſtis oculatus unus*… *decem*.

III. Verbum Æstimo, recipit etia… tivos: *Magnô, permagnô, parvô, nihilô*… *Data* magnô æſtimas, accepta parvô…

## [a] OBSERVATIO I.

io magni intereſt juventutis ſcire, qvænam ſint *ſtimandi*. Ea verò, ferè hæc ſunt: *æſtimo, duco, habeo, pendo, puto, taxo*, ut, Cic. 2. de Fin. *Sed* rvi duceret. Idem Att. l. 8. *Ego pro Pompejo li-ori poſſum.* Facio pluris *omnium hominum nemi-* m. 6. Verr. Qvanti *is à civibus ſuis* fieret, qvanti *ejus* haberetur, *ignorabas?* Idem 9. Phil. Habetur *qvàm alius.* Addit Ninivita dici, *parvi curo*, & bet p. 312. citat Terentii Heaut. act. 4. ſc. 3. *Qvid* parvi curas. Et Muretus legit etiam, *parvi curas* 14. Sed Faernus Emend. in Fab. Terent. ita *Tu fortaſſe, qvid me fiat*, parvi pendis, & addit, embino & omnibus ferè antiqvis editionibus re- *parvi pendis*; ſed in recentibus, *parvi curas*, & le- is aſſentitur Alvarus pag. 311. & Voſſius Gramm. Conſtruct. p. 106. Lucret. l. 6. *Nec jam religio c numina*, magni pendebantur — Hinc leges t, unâ compoſitâ dictione, *magnipendo*: Stich. 1, 2. *ones & mendicos homines* magnipenditis? Sic, *Ni-re*, apud eundem. Menæch. 5, 7. Pœn. 3, 1. & alibi.

## [b] OBSERVATIO II.

Genitivos vulgò ſolent ipſi Regulæ reliqvisq; ge- jungere; ſed qvia non cum *omnibus æſtimandi* ſtructa leguntur, ſuam eis propriam ſedem, re- pinor, conſtituimus, diſtinctè exprimendo, *qvo- cum qvibus*, ſingula eorum jungantur: id qvod imoniis autorum confirmandum erit. FLOCCI] 13. *Prorſus aveo ſcire, nec tamen* flocci facio. ] Terent. in Bacchid. *Perii, hoc ſervum meum* facere *eſſe auſum*? Idem Evnuch. *Invidêre omnes rdere clanculum: ego non* flocci pendere. PILI] *nec* facere pili *cohortem*. NIHILI] Terent. Ev. *ſuc abs te factum* nihili penderem? ASSIS] Ca- or. 5 Omnes unius æſtimemus aſſis. FLOCCI]

Plaut.

Plaut. Moſtell. 1,1: *Satin' abiit, neq; qvod*
ſtimat.

## Observatio. II

Verbum Subſtantivum, Sum, pro, *A*
leo, his genitivis, *Tanti*, *qvanti*, *magni*, &c
tunt hæc latinorum teſtimonia: ut, Tant
ti *ejus apud ſe gratiam* eſſe *oſtendit: uti &*
*riam, & ſuum dolorem ejus voluntati, ac pr*
Cic. l.7. Offic. *Ut commodius putarent nu*
tanti eſſet, *qvàm ſuum recuperare.* Qva
Fr. l. 1. *Noli ſpectare*, qvanti *homo ſit: parvi*
*qvi jam nihil ſit.* Plaut. Capt. *Ego poſtqvàm*
*titus eſt hoſtium Expertus*, qvanti fuerit
Magni] Cic. Caſſ. l. 15. Magni erunt *n*
Pluris] Sallùſt. *Nunc vos æſtimate fact*
ris ſint. Ovid. Pluris *opes nunc* ſunt, *qvàm*
*annis.* Plurimi] Cic in Parad. *Siqvi*
*qvod*, plurimi ſit, *poſſideat, ita divitiſſimu*
Nihili] Plaut. Pſeud. 1, 3. *O Pſeudole n*
hili; *mitte me ſis.* Bacch. 1, 1. Sumne *auten*
*qveam ingenio moderari meo.* Qvod, *na*
cum Sum, pro, valeo, probatum vide in Ety

## Observatio IV

Nonnunqvam ad Ablativum accedit p
eum Verbis, *Habeo*, *puto*, *duco*: ut, Cic.
*Duxi apud Pontifices iſtam adoptionem null*
*collegii probatam*, pro nihilo *eam* habendam
cin. *Reſpuere defenſionem*, *&* pro nihilo p
Verr. *Tu auſus es* pro nihilo *præ tua præda*,
*mas* ducere? Porrò obſervandum venit. 1. q
*pro nihilo*, vel *nihili*, nonnunqvam uſurp
Plaut. Caſ. 1, 1. *Primum omnium huic luce*
*facem poſt illa, ut ſemper, improbus nihilq;*
4, 4. *Nam hic qvidem, ut adornat, aut jam* n
nihil erit. Cic. Tuſc. *M: mortuum eſſe*, nihi

Digitized by Google

apud Terentium Genitivum, *Hujus*, abſolutè poſitum
*acio*. Adelph, *hunc injuriam mihi nolo Factam eſſe*,
*non faciam*.

## ANOMALIA.

Nonnulli conſtructionem hanc Genitivorum pariter
ativorum cum Verbis *Æſtimandi* figuratam eſſe pu-
b latentem *Ellipſin* vocum, *res*, vel *pretium*. Nam il-
qviunt, *magni æſtimo*, integre eſt, *rem magni pretii*
: ſive *pro magni æris pretio æſtimo*. vel hôc pactô, pro,
*pretii re æſtimo*. Itidem, *parvi duco*, ſic ſuppleas, *rem*
*retii duco*: vel, pro, *re parvi pretii duco*. Quare illo-
dició, *Ellipſis* erit in illo Ciceronis 2. de Fin. Magni
bat *pecuniam*, ſupplendumq; hôc pactô: Rem *ma-*
rii *æſtimabat pecuniam*. Item Verr. 6. Qvanti is *à ſuis*
fieret, qvanti *autoritas ejus* haberetur, *ignorabas*?
integrè ſit, *Qvanti vir* pretii. Et pro Plancio: Magni
*honores*: expleas, hôc pactô. *Magni* pretii rem *pu-*
*nores*: Item in *facio*: ut, Plaut. ait: *Neq; jam* teruncii
t. Qvod ſic expleas: *Non faciunt, ſive, æſtimant* pro
teruncii. Similiter in *ſum*: ut Plauti Trucul. 2, 6.
eſt *oculatus teſtis unus*, *qvàm auriti decem*. Hoc eſt,
*pluris* pretii. Sic, qvando Petronius dicit: Tanti *non*
*ai, pœnitere*: integrè eſt, Pro *tanti* æris pretio. Sed
avebit juventus, ne in qvodvis genus Ellipſium juſtò
juret, qvas qvidem promptitudo ingenii invenit &
t, licet tales Ellipſes ne qvidem in mentem venerint
vi latinas literas pæne cum lacte nutricis ſuxerunt.
rò veluti præclarorum virorum placita non inſuper
us: ita ἄνευ πάθους, citra omne præjudicium &
n contemptum, paucîs noſtri animi ſenſa aperiemus.
igitur diffiteri nemo jure poterit, qvin in nonnullis
vis, in primis iis, qvi cum SUM in *æſtimandi ſenſu*
uuntur, intelligi poſſit Genitivus ſubſtantivi Nomi-
RETII. Qvod ut certò ac ſolidè ſtatuamus, autori-
l ipſius Ciceronis movemur, qvi ita ad Q. Fr. l. 1.
ſcribit:

Digitized by Google

ſcribit: *Noli ſpectare* qvanti *homo* ſit: parvi *enim* pretii
qvi *ipſum nihil ſit.* Sic Terent. in Adelph. *Geta* homin
maxumi Pretii eſſe *hodie te judicavi animô meô.* Id
Andr. 5, 2. *Videtur* eſſe qvantivis pretii. In hiſce & id
nus aliis exemplis, in qvibus SUMPTO *Æſtimor*, jung
Genitivis, ſine erroris periculô affirmaveris intelligi p
Genitivum PRETII, cum illum ab ipſis Latinis additum
gas. Negari interim vix poteſt, qvin alicubi hi Genitiv
ſolutè in neutro genere uſurpentur, veluti Genitivi S
ſtantivorum, *Nauci, flocci, nihili.* Qvô fit, ut illud Plau
Trucul. 2, 6. Pluris eſt *teſtis oculatus unus, qvàm aurit*
*cem*: vix auſim ſupplere & dicere: plùris eſt pretii,
necdum probatum eſt, aliqvem Latinorum ita l
tum eſſe. Idem ſentire licet de Genitivis, Magni, p
minimi, &c. additis Verbis Æſtimandi, Æſtimo, pe
duco, &c. qvos commodiùs abſolutè inſtar Genitivo
qvibus gaudent Subſtantiva, *Nauci, nihili, compendi*
uſurpari dixeris in neutro genere, qvàm geminæ vel t
minæ Ellipſeos legi ſubjeceris, & (e. g.) *magni æſtimo*
poſueris, *rem magni pretii æſtimo*, vel: *pro magni ære*
*tio*, vel deniq;, *pro magni pretii re æſtimo*, in primi
nuſpiam locorum evidenti autoritate demonſtratum
ſigas, Latinos hôc loqvendi genere uſos eſſe. Deinde a
lativos ellipticos, *Magnô, parvô, permagnô*, &c. in q
intelligitur PRETIO, qvod ſpectat: ea Ellipſis ſu
caret autoritate. Ita enim Valer. Maxim. l. 5. c. 4. ait
gnô *ubiq;* pretiô *virtus* æſtimatur. & Cic. dixit in Verr
dere *aliqvid* parvô pretio. & pro S. Roſcio: Mercari
parvô pretiô. nec non Plin. l. 11. c. 12. *Radix & foli*
*dis* eſt maximô pretiô. In his & ſimilibus Ablativis
dubitaveris, ſubintelligi poſſe Ablativum PRETIO
præviam habeas Latinorum autoritatem, qvi eô ad
non recuſârint. Semper tamen & ubivis intelligendu
vix permittit indoles Latinitatis. Nam qvando Cic
cit. 4. Verr: *Tu auſus es*, pro nihilo, *præ tua præda*,
*tiſſimas* ducere: Ablativus PRETIO, intelligi vix p
primis cum utrumq; ſit Subſtantivum.

Digitized by Google

## ELEGANTIA I.

enitivos, ÆQVI, BONIQVE, vel, ÆQVI, BONI
eſt jungi cum Verbo FACIO, & Genitivum BONI
erbo CONSULO conſtrui, convenienter huic Re-
ges, ut Terent. Heaut. — *equidem iſtuc, Chreme,*
oniq; facio. Cic. ad Att. Ep. 127. *Tranquilliſſimus*
*meus totum iſtuc* æqui, boni facit. Seneca de Benef.
[illegible] moram boni conſulo. Idem; *Hoc mu-*
*qualecunq; eſt,* boni conſulas.

## ELEGANTIA II.

enitivus, PENSI, non ſine venuſtate, additus legitur
SUM & HABEO: ut, Liv. 4. bell. Maced. *Et per-*
*ales eſſetis, quales eſſe Carthaginenſes fama eſt: apud*
*hil ſocietatis fides ſancti haberet: in me quoq; vobis,*
*ceretis minus* penſi eſſe, *non mirarer.* Idem l. 4. dec.
*illis nec quid dicerent, nec quid facerent quicquam*
iſſe. Salluſt. in Catil. *Neq; id quibus modis aſſeque-*
*lum ſibi regnum pararet, unquam* penſi habebat. Idem
*[illegible] dicere neq; facere quicquam* penſi habebat. Tacit.
*[illegible] neq; fidem* penſi habere, *propoſitum erat.* Idem
*Neq; modum operis quiſquam, neq; genus quæſtus* penſi

## ELEGANTIA III.

Turnebus Adverſariorum l. 4. c. 13. notat Geniti-
COMPENDI, non ſine gratia, adjungi verbis FACIO
[illegible] ſuffragatur Plautus Pœn. 1, 2. *Si ſapias curam*
[illegible] compendi *pateris.* Sic Moſtell. 1, 1. *Orationis*
r compendi face. Idem Bacch. 2, 21. integrè extat:
endii *verba multa jam* faciam *tibi.* Pſeud. 6, 7. *Quis-*
*adoleſcens, operam* fac compendi *quærere.* Sic Perſa
Trucul. 2, 4. v. 66. Aſin. 1, 2. cum *fieri* leges: *Verbis*
*iiſdem* fieri compendi volo. h. e. ut interpretatur
[illegible] loco: Volo hoc Verbis commodum lu-
q; afferre, ne in velitationem, altercationémq; de ſuo
[illegible] impendant. non enim ſine eorum impendio fieri

 poteſt.

ſcribit: *Noli ſpectare* qvanti *homo* ſit: parvi
*qvi jam nihil ſit*. Sic Terent. in Adelph.
maxumi Pretii eſſe *hodie te judicavi ani*
Andr. 5, 2. *Videtur* eſſe qvantivis pretii. I
nus aliis exemplis, in qvibus SUM pro *Æſ*
Genitivis, ſine erroris periculó affirmaver
Genitivum PRETII, cum illum ab ipſis La
gas. Negari interim vix poteſt, qvin alicul
ſolutè in neutro genere uſurpentur, velu
ſtantivorum, *Nauci, flocci, nihili*. Qvô ſit,
Trucul. 2, 6. Pluris eſt *teſtis oculatus unus,*
*cem*: vix auſim ſupplere & dicere; pluris
necdum probatum eſt, aliqvem Latin
tum eſſe. Idem ſentire licet de Genitiv s,
minimi, &c. additis Verbis Æſtimandi, A
duco, &c. qvos commodiùs abſolutè inſta
qvibus gaudent Subſtantiva, *Nauci*, *nihili*
uſurpari dixeris in neutro genere, qvàm ge
minæ Ellipſeos legi ſubjeceris, & (e. g.) *m*
poſueris, *rem magni pretii æſtimo*, vel: *pro*
*tio*, vel deniq; *pro magni pretii re æſtime*
nuſpiam locorum evidenti autoritate demo
ſtigas, Latinos hôc loqvendi genere uſos eſſe.
lativos ellipticos, *Magnô, parvô, permagnô*
intelligitur PRETIO, qvod ſpectat: ea
caret autoritate. Ita enim Valer. Maxim. L
gnô *ubiq*, pretiô *virtus* æſtimatur. & Cic. dix
dere *aliqvid* parvô pretio. & pro S. Roſcio;
parvô pretiô. nec non Plin. l. 12. c. 12. *Radi*
*dis* eſt maximô pretiô. In his & ſimilibus A
dubitaveris, ſubintelligi poſſe Ablativum P
præviam habeas Latinorum autoritatem, q
non recuſârint. Semper tamen & ubivis inte
vix permittit indoles Latinitatis. Nam qva
cit. 4. Verr: *Tu auſus es*, pro nihilo, *præ tua*
*ctiſſimas* ducere: Ablativus PRETIO, intelli
primis cum utrumq; ſit Subſtantivum.

Digitized by Google

## ELEGANTIA I.

nitivos, ÆQVI, BONIQVE, vel, ÆQVI, BONI
eſt jungi cum Verbo FACIO, & Genitivum BONI
rbo CONSULO conſtrui, convenienter huic Re-
ges; ut Terent. Heaut. — *equidem iſtuc, Chreme,*
niq; facio. Cic. ad Att. Ep. 127. *Tranqvilliſſimus*
*meus totum* [illegible] æqvi, boni facit. Seneca de Beneſ.
[illegible] *moram* boni conſulo. Idem; *Hoc mu-*
*, qvalecunq; eſt*, boni conſulas.

## ELEGANTIA II.

ehitivus, PENSI, non ſine venuſtate, additus legitur
SUM & HABEO: ut, Liv. 4. bell. Maced. *Et her-*
*ales eſſe* [illegible] *qvales eſſe Carthaginenſes fama eſt: apud*
*il ſocietatis fides ſancti haberet: in me qvoq; vobis,*
[illegible] *minus* penſi eſſe, *non miramur.* Idem l. 4. dec.
*illis nec qvid dicerent, nec qvid facerent qvicqvam*
iſſe. Salluſt. in Catil. *Neq; id qvibus modis aſſeqve-*
*m ſibi regnum pararet, unqvam* penſi habebat. Idem
[illegible] *dicere neq; facere qvicqvam* penſi habebat. Tacit.
[illegible] *neq; fidem* penſi habere, *propoſitum erat.* Idem
*eq; modum operis qvisqvam, neq; genus qvæſtus* penſi

## ELEGANTIA III.

urnebus Adverſariorum l. 4. c. 13. notat Geniti-
OMPENDI, non ſine gratia, adjungi verbis FACIO
[illegible] ſuffragatur Plautus Pœn. 1, 2. *Si ſapias eum*
[illegible] compendi *patieris.* Sic Moſtell. 1, 1. *Orationis*
compendi face. Idem Bacch. 2, 21. integre extat:
ndii *verba multa jam* faciam *tibi.* Pſeud. 6, 7. *Qvin*
*adoleſcens, operam* fac compendi *qværere.* Sic Perſa
rucul. 2, 4. v. 661 Aſin. 2, 2. cum *fieri* leges: *Verbis*
[illegible] fieri compendi volo. h. e. ut interpretatur
[illegible] circa locũ: Volo hoc Verbis commodum lu-
afferre; ne in velitationem, altercationémq; de ſuo
[illegible] impendant; non enim ſine eorum impendio fieri



Digitized by Google

poteſt. Eodem modô hoc dicitur, qvomod ut eſt apud eundem Poen. 3, 5. *Me eſſe hos tr* *pos* factum lucri. Trucul. 3,2. *Qvid tu a* ST, *ar* facio lucri.

# GENITIVI VERBO

## Regula III.

Verba Memoriæ, *recordor*, *memini*, nec non *obliviſcor*, Geni ſtulant: ut, Cic. pro Planc. Hu *in me* recordor. Cæſar. 1. bell. G niſcitur veteris incommodi. C Vivorum memini, *nec* mortuor ſci *poſſum*.

### Nota.

I. Eadem Verba etiam Accuſativum ut, Cic. 2. in Rull. *Eſt operæ pretium* ligentiam recordari. Sulp. Ciceroni I reminiſcere, *quæ digna tuâ perſonâ ſun* Æneid. — *hinc jam* obliviſcere Grajos II. Recordor, & memini, etiam Abl Præpoſitione De adſciſcunt: ut, Cic *Qvoniam iſtis veſtris lacrimis* de illi *qvas pro mea ſalute, & multum profu* l. 5. Ep. De illos *ne* meminiſſe *qvidem*

### Observatio I.

De *methodo primò* nonnihil monendu ram genitivi cum *Verbis Memoriæ* ſeorſim tr modò ut tironum captui canones noſtros S commodemus, qvos varietate conſtructionis

e non convenit, ſed etiam ut Syntaxeos ordini &
, qvam in Nomine tenuimus, in Verborum etiam
convenienter ſcribamus. Veluti ergo in Syntaxi
n & Verborum *Copiæ* & *Inopiæ*, præmiſimus ſtru-
blativi, eidémq; ſubjecimus conſtructionem Ge-
384, 885. pari ratione hic in *Verbis memoriæ*, ubi
offert varietas promiſcuæ Syntaxeos, à *Genitivo*
, cui mox Accuſativi Syntaxis eorundem Verbo-
im & ſuo locô, ſuccedit. Deinde vulgo præcipiunt
moriæ & Oblivionis regere Genitivum vel Accu-
&c. cùm tamen *unicum* tantum ſit Verbum *Obli-*
mpe *Obliviſcor*; nec plura *tribus* facilè dixeris nu-
erba *Memoriæ*, qvæ nos ea propter ſigillatim ex-
ria ipſa Regula, & iisdem unum iſtud Verbum *Ob-*
djecimus.

## OBSERVATIO II.

ſervant, *Memini*, regere qvidem Accuſativum rei,
n Accuſativum perſonæ, qvomodo qvidem dixe-
*ini Ciceronis*, non *memini Ciceronem*. Qvare illud
Philippica 5, Cinnam *memini*, *vidi Syllam*, *modò*
exponunt, i. e. *memini me Cinnam videre*, qvia
*vidi Syllam*, *modò Cæſarem*. Sed qvia Gruteri, &
Edit. Frobeniana ita interpungit: Cinnam me-
*i Sullam*: *modò Cæſarem*, &c. inconveniens non
ſativum perſonæ, *Cinnam*, à Verbo, *memini*, regi,
cùm alia in promptu ſint teſtimonia, qvibûs Accu-
rſonæ à Verbo *memini*, conſtructus evinci qveat,
rat. *Antipater ille*, qvem *tu probè* meminiſti. Idem
*albus fuit Lanuvius*, qvem meminiſſe *tu non potes*.
*tinam* avum tuum meminiſſes. Obſervandum ta-
qvòd *memini*, pro, *mentionem facio*, cum Accuſa-
necdum ſit probatum.

## OBSERVATIO III.

nunqvam in ſtructura τοῦ *Reminiſcor* Accuſativo
blativus; ut, Ovid. de Pont. Eleg. 9. *Nam modò*

vos animô, *dulces*, reminiſcor, *amici*. &
Verbi *Recordor*, idem Cicero Ablativo uſ
ſitione CUM, pro Cluent. Atq; *hæc*, *Jud*
*cuntur à nobis, faciliùs credetis, ſi* cum an
*intervallô* recordari *C. Staleni* vitam *&* na
NOTA. Alvarus pag. 286. dubitat, an
poſſit Ablativo cum Præpoſitione DE,
Nam dicit ex illô Ciceronis locô pro Ligar
*eſt animi, qvoniam etiam ingenii tui, te*
*Qvæſtoris officio cogitantem, etiam* de aliis
ſtoribus reminiſcentem recordari; ex hôc
ſatis intelligitur, an *Reminiſcor*, eôdem m
Nam Ablativus (*de aliis qvibusdam Qvæſt*
tum, *Recordari*, referri poteſt, ſiqvidem
qvid in memoriam reducimus ac recogi
idem Cicero ſubinnuit 1. Tuſc. *Declarat*
*diſcere, ſed* reminiſcendo recognoſcere
*niſcentem*, pro, *Reminiſcendo*, videtur po
huic Alvari fortè obviam iveris, ſi regeſſe
ſativus, *reminiſcentem*, proximè conſtruat
& præpoſitione DE, Infinitivus verò, *rec*
2. Veluti, primus Accuſativus, *cogitant*
verbis, *de hujus Qvæſtoris officio*, ita ſecun
cum ablativo & præpoſitione ſua. 3. Iden
cit. Nam Cicero revocaturus Cæſari in m
Qvæſtor urbanus fuerit T. Ligarius, & erg
& ejus dignitatem, ait, non modò ſe id me
etiam ſperat Cæſarem, ſi qvando aliqvid
Ligarii Qvæſtoris officio, & reminiſci d
qvæſtoribus, id ipſum *recordari*. i. e. faci
Cæſarem, qvalis fuerit Qvæſtor Ligarius
ſtructura rara eſt, Notæ non additur.

## OBSERVATIO I

Verba, ADMONEO, COMMONEO
vum rei, nunc *præſente* nunc *abſente Accuſa*
*ſente*: ut, Liv. 5. bell. Maced. *Qvi* admone

Autor ad Herenn. l. 4. *Non illæ te nuptiales tibiæ*, ...rimonii commonebant? *Nam hic omnis ſanctimo*...*arum, unô ſignô tibiarum intelligitur*. Eôdem mo...*mmonefacio* cônſtruetur. Idem ad Heren. *Cum ipſe* ... amicitiæ commonefaceret, *commotus es? Abſen*...v. 5. ab Urbe: *Adverſa deinde res* admonuerunt ...m: Id. 4. bell. Pun. Admonet *ſæpe* uſurpatæ *Dio*...*nni* vocis, *quâ*, &c. Et hanc etiam ſtructuram ſe...ſſivûm, *Admoneor*: Cic. in Topicis: *Ut veni Ve*...*q. & tuos vidi*, admonitus hujus æris alieni, *nolui* ...*tacitæ quidem flagitationi tuæ*. Plaut. Rud. *Quum* ...*video*, mearum abſens *miſeriarum* commones. Eô...ô conſtructum legitur, *Commonefio*, Cic. in Verr. ... *quin* tui ſceleris *ex illa oratione* commonefiat. ...em Verba, cum præpoſitione De inveniuntur. ...7. ad Trebat. *Ut ego quoq;* te aliqvid admo...veſtris cautionibus. Singulare verò eſt illud Cice...*dmonere ad aurem*, pro, tacitè admonere. Etenim ...tur 2. de Fin. *Et eum tantum* ad aurem admone...*modo id picturâ intelligere poſſit.) ut caveret, ne* ...*ceret imprudens*. Idem 3. Verr. *Quis à ſigno Ver*... *circumſpectatimum venit, qvin in unoqvoq; gradu de* ...ua commoneretur. Qvando verò Moneo, Ad... & Commoneo nonnunqvam geminum Accu...poſtulent, alterum *perſonæ*, alterum *rei*, ea ſtructu...ectat ad *Syntaxin* Verborum cum *gemino Accuſa*...

## Observatio V.

...arius Synt. p. 286. obſervat; qvòd *Memini*, pro, ...*m facio*, cum Genitivo, vel Ablativo & Præpoſitio...ngatur. Verùm, non tantùm Ablativum exigit, ...antundem valet, qvod *mentionem facio*, ſed etiam ...ificat, *memoriâ teneo*, *recordor*. Cic. pro Flacco: ...manu, de armis, de copiis memineritis. Idem l. 15. ...de Planco memini. Et ibid. De Herode, & de Me...inero, & de omnibus, *quæ te velle ſuſpicor*. Et ha...

ctenus hujus Regulæ Observation
dò, ut, ſi qvæ ſint Anomaliæ, expend

## Anomalia I.

Nonnullis placet *Ellipſis Subſtantiv*
ctura Verbórum *Memoria cum Præpoſitio*
*beneficii:* ſupplendum erit, memini ben
vel, *de memoria* beneficii. Sed cavendum,
tur in cumulandis Ellipſibus. Nam licet ip
pro Archia: *Pueritiæ memoriam record*
ſpiam tamen leges, *pueritiæ memoriam m*
qvæſo proderit ingenia illô Ellipſium gene
nemo Latinorum meliorum ſupplevit, & i
vit? Deinde ſupervacaneus exiſtimari po
labor, qvô id effectum datur, ut, *memini*
*memini de memoria beneficii.* Nam Latinè
*mini de beneficio*, aliô non aſcitô Subſtan
dicatur in Ablativo ſine Ellipſi, qvidni &
hæc leviora ſunt.

## Anomalia II.

Sunt, qvi ex Ciceronis Oratione 1
contra P. Servilium Rullum, tradant *Oblit*
logi cum Ablativo. Verba Ciceronis hæc
eſtis Italicô bellô? Verúm enimverò, exem
num Gruteri & Gulielmi omnem hic a
Illud enim ita interpungit & rectè legit; *A*
licô bellô, *amiſſis cæteris vectigalibus, qvan*
*fructibus exercitus aluerit?* ubi Ablativi,
reguntur ab *obliti eſtis*, ſed abſolutè ponun
*bellô exiſtente*, vel *cum gereretur Italicum b*
tur hic ſubeſt Anomalia.

## Elegantia.

Venuſtat ſermónem Latinum conv
locô & modô locutio, *venit in mentem*, ja
*tivo*, jam cum *Genitivo*, jam cum *Ablativo*
jam deniq; cum *Infinitivo*, vel *Subjunctivo*

Digitized by Google

ie: *Numqvam* ea res tibi *tam bellè* in mentem veniſ-
m: Hæc mihi *ferè* in mentem veniebant, *qvæ docen-*
*orem de natura Deorum.* Terent. Mihi veniebat in
n *ejus* incommodum. Cum *Genitivo*, idq; freqven-
c. Venit mihi Platonis in mentem. Idem: *Non du-*
*tis* tuorum tibi ſcelerum veniat in mentem. Terent.
nentem ejus adventi venit. Cum *Ablativo* & *Præpo-*
De, ſed rariùs. Plautus: *Ut lepidè atq; aſtutè* in men-
nit de ſpeculo. Cum *Infinitivo*. Cic. *Sæpius* mihi
t in mentem qveri, *qvòd ita viverem, qvàm gaudere,*
*verent.* Idem mihi in mentem venit optare. Cum
*tivo.* Plaut. Mil. Cum venit mihi in mentem *mores*
*mutandi* fient. Et abſolutè ſine Ut. Cic. 1. Verr. In
n ſibi non venit, *qvid negotii* ſit *cauſam publicam*
*s?* Et hactenus Regula *Genitivi Verborum*; jam ad
*m* progrediemur.

## GENITIVI VERBORUM

### REGULA. IV.

rba [*a*] qvædam [*b*] animi affectio-
ſignificantia, regunt *Genitivum*: ut,
Att. l. 4. *Etiam tùm, cùm* miſerere mei
, *non deſinunt invidere.* Teren. Heaut.
*linia* ſuarum rerum ſatagit. Virgil.
d. 8. — Arcadii, *quæſo,* miſereſcite.

### Nota.

ædam non tantùm *Genitivo*; ſed etiam *Ab-*
unguntur.

Genitivo: ut,

l. de Leg. *Ego* animi pendere *ſoleo*, *cùm ſe-*



Digitized by Google

*mel qvid orſus traducor* alio. Plau

cior animi, *qvia ab domo abeundum*

Ablativo: ut,

Cic. Tuſc. Qvæſt. l. I. *Qvod ſi ex*

*ſiderando* pendemus animis, crucia

Idem Ep. *Audio te* animô angi.

[*a*] OBSERVATI

Juventutis plurimùm intereſt ſcire

ba *animi affectionem* ſignificantia, qvæ

tùm regant vel rariùs Genitivum, & al

tiùs exigant. Solò *Genitivô* ἀναλόγως g

*miſereſco, ſatago*. Qvæ verò rariùs Geni

ferè ſunt: *Ango, angor, deſipio, diſcrucior*,

*fallo, fallor, gaudeo, gratulor, indoleo, ingem*

*pendeo, ploro, vereor*. Qvi plura obſervav

jiciat. Sed ne qvis dubitet, Genitivum hi

claris exemplis demonſtrabitur, in E

qvorum primo, nempè *Ango*, obſervand

*Genitivo* addat *Accuſativum* Epid. 3, 1.

angas te animi.

[*b*] OBSERVATIO

Non omnia & ſingula Verba, qvæ

& motum interiorem ſignant, Genitivo

E. g. *Miſeror*, pro deploro, uti & *doleo*,

Accuſativô gaudent: ut, Cic. pro Mur

*ſatis neq;* communem *omnium noſtrûm*

*hujus* eventum fortunámq; miſereri. Nec

cus Æneid. 12. — *juvenémq;* animi miſer

participium fœmininum *Miſerata*, inſta

aut modum ſignificantis jungitur Verbo,

vum verò admittit more Nominum Adje

rei affectionem notantium. Veluti eni

Theb. 5. Fortunata animi; *longúmq; in ſe*

*viture diem* — ita Virgilius, *Animi miſe*

ectionem 1. Reg. 3. Genitivi Nominum p. 835, 836, 837. Adde, qvòd ipſe Virgilius Æneid. 6. eidem Participio cuſativum adjunxerit: *Phœbe graves Trojæ ſemper miſe-* labores. Eodem modò & Doleo cum Accuſativo legi-: Cic. 12. Philippi. *Qvis bonus non luget mortem Trebo-: qvis non* dolet interitum *talis & civis & viri?*

## ANOMALIA I.

Verbo MISEREOR nonnulli ἀνωμάλως adjung-nt *Dativum*: in qvibus eſt Deſpauterius Synt. Reg. 10. p. 6. Paſius Lancil. l. 5. c. 21. p. 121. Emundus Richerius in ammatica Obſtetricia Reg. 10. p. 80. nec non Alvarus de nſtructione Verbi p. 285. Et ut ab ultimo primùm ordi-ur, citat Alvarus illud Senecæ l. 1. Controv. 2. *Fortuna me cogit pati, miſereri debent omnes mei. Et ego miſe-*or tibi *puella, ſed non facimus miſerandas ſacerdotes.* Et amvis affirmet Alvarus libros correctiſſimos ita legere: nen Edit. Pariſienſis recenſita à Fed. Morello, cum Scho-Mureti, Lipſii, Grutteri, Schotti, & aliorum, legit ἀλόγως: *Et ego* miſereor tui *puellæ.* Porrò Linacer eſp. Ninivita, Lancilotus, & Mindanus, in eandem ſenten-m illud Ciceronis 2. Tuſcul. allegant: *Perge, aude nate, acrima, patris* peſtibus miſerere, *gentes noſtras flebunt mi-ias.* Sed Frobœnianum exemplar accuratè interpunctum n conjungit *Dativum, Peſtibus*, cum verbo, *Miſerere*, ſed m Imperativo, *Illacrima*, ita legens: *Perge, aude nate, acrima patris peſtibus: Miſerere, gentes noſtras flebunt iſerias.* Cui lectioni etiam favet Edit. Carol Stephani, em Alvarus. Adducit & Deſpauterius locum Senecæ de ita Beat. c. 24. *Hunc promereor: illi credo: huic ſuccur-* huic miſereor: *illum inſtruo.* Sed Priſcianus, teſte Al-rò, docet in veteribus codicibus haberi, *Hujus miſereor.* ad exemplar Morelli modò citatum eandem lectionem bet. Qvare nec dum ſatis ſolidè evicerunt, *Dativo* gau-ere Verbum *Miſereor.* Nam qvod attinet ad Diomedis & riſciani autoritatem, qvâ utitur Alvarus; ei eatenus cre-

 dendum

mel qvid orſus traducor alio. Plaut. A...
cior animi, qvia ab domo abeundum eſt...

Ablativo: ut,

Cic. Tuſc. Qvæſt. l. 1. Quod ſi expect... ſiderando pendemus animis, cruciamur...
Idem Ep. Audio te animô angi.

[a] OBSERVATIO.

Juventutis plurimùm intereſt ſcire, qvæ... ba animi affectionum ſignificantia, qvæ vel G... tùm regant vel rariùs Genitivum, & alios C... tiùs exigant. Solô Genitivô ἀναλόγως gaude... miſereſco, ſatago. Qvæ verò rariùs Genitivur... ferè ſunt: Ango, angor, deſipio, diſcrucior, erub... fallo, fallor, gaudeo, gratulor, indoleo, ingemiſco, ... pendeo, ploro, vereor. Qvi plura obſervaverit, ... jiciat. Sed ne qvis dubitet, Genitivum his jun... claris exemplis demonſtrabitur, in ELEO... qvorum primo, nempè Ango, obſervandum, ... Genitivo addat Accuſativum Epid. 3, 1. Abſ... angas te animi.

[b] OBSERVATIO II.

Non omnia & ſingula Verba, qvæ affe... & motum interiorem ſignant, Genitivo jungi... E. g. Miſeror, pro deploro, uti & doleo, alia... Accuſativô gaudent: ut, Cic. pro Muren. ... ſatis neq; communem omnium noſtrûm cond... hujus eventum fortunámq; miſereri. Nec obſ... cus Æneid. 12.— juvenémq; animi miſerata ... participium fœmininum Miſerata, inſtar No... aut modum ſignificantis jungitur Verbo, Rep... vum verò admittit more Nominum Adjectiv... rei affectionem notantium. Veluti enim S... Theb. 5. Fortunatæ animi, longúmq; in ſecula... xiture diem — ita Virgilius, Animi miſerata...

Digitized by Google

ctionem 1. Reg. 3. Genitivi Nominum p. 835, 836, 837. Adde, qvòd ipſe Virgilius Æneid. 6. eidem Participio uſativum adjunxerit: *Phœbe graves Trojæ ſemper* miſe- labores. Eodem modò & Doleo cum Accuſativo legi- Cic. 12. Philippi. *Qvis bonus non luget mortem Trebo- qvis non* dolet interitum *talis & civis & viri?*

## ANOMALIA I.

Verbo MISEREOR nonnulli ἀνωμάλως adjun- t *Dativum*: in qvibus eſt Deſpauterius Synt. Reg. 10. p. . Paſius Lancil. l. 5. c. 21. p. 121. Edmundus Richerius in mmatica Obſtetricia Reg. 10. p. 80. nec non Alvarus de ſtructione Verbi p. 285. Et ut ab ultimo primum ordi- ur, citat Alvarus illud Senecæ l. 1. Controv. 2. *Fortuna me cogit pati, miſereri debent omnes mei. Et ego* miſe- r tibi *puella, ſed non facimus miſerandas ſacerdotes.* Et mvis affirmet Alvarus libros correctiſſimos ita legere: ien Edit. Pariſienſis recenſita à Fed. Morello, cum Scho- Mureti, Lipſii, Grutteri, Schotti, & aliorum, legit λόγως: *Et ego* miſereor tui *puella.* Porrò Linacer ſp. Ninivita, Lancilotus, & Mindanus, in eandem ſenten- n illud Ciceronis 2. Tuſcul. allegant: *Perge, aude nate, crima, patris* peſtibus miſerere, *gentes noſtras flebunt mi- ias.* Sed Frobœnianum exemplar accuratè interpunctum n conjungit *Dativum, Peſtibus*, cum verbo, *Miſerere*, ſed n Imperativo, *Illacrima*, ita legens: *Perge, aude nate, crima, patris peſtibus: Miſerere, gentes noſtras flebunt ſerias.* Cui lectioni etiam favet Edit. Carol Stephani, m Alvarus. Adducit & Deſpauterius locum Senecæ de ta Beat. c. 24. *Hunc promereor: illi credo: huic ſuccur-* huic miſereor: *illum inſtruo.* Sed Priſcianus, teſte Al- rò, docet in veteribus codicibus haberi, *Hujus miſereor.* ò exemplar Morelli modò citatum eandem lectionem bet. Qvare nec dum ſatis ſolidè evicerunt, *Dativô* gau- re Verbum *Miſereor.* Nam qvod attinet ad Diomedis & iſciani autoritatem, qvâ utitur Alvarus; ei eatenus cre-

dendum erit, qvatenus illa ipſa veterum
mata exſtet: qvæ etiamnum hic deſideran
ſcianum qvod ſpectat, non unô locô *Miſer*
jungit. De Speciebus Verborum p. 824. ci
in Legis Serviliæ ſvaſione: *Nec me minus*
miſerebitur. Sic l. 17. de Pronom. Conſt
1092. & l. 8. de Significationibus vel Gene
p. 797, allegat Ciceronis illud pro Ligario
*pro fratris ſalute* precantium miſereatur.
manos dicere in Genitivo: Miſereor tui, g
citaturq; à Priſciano. Ἀνδοκίδης ἐν τῷ
Τῆς μὲν τύχης, ἣ ἐχρησάμην δικαίω
ἐλεηθείην. Qvi itaq; Priſciani autoritat
volet, eſt ut locum ſignet, in qvo Priſcianus
Verbum Dativum caſum olim habuiſſe, eu
emplis confirmet. Certè vetuſtiſſimus G
vius Caper libello de Orthographia non Da
tivum ei tribuit his verbis: *Miſertus mei*,
dicendum, per Accuſativum, *miſeratus me*.
maliæ ab aliorum ſententia profectæ, col
mus, nonnunqvam uſu venit, ut antiqvi locó
uſurpârint *Miſereo*. Ennius in 5. Annal.
*lacrimantes, ut* miſererent. Citat & Noni
Generibus Verborum, illud Ennii in Hecub
*mus, date ferrum, qvi me anima privem*. I
Editio Pariſienſ. Hadriani Perier anni 161
Baſilienſis Valentini Curionis 1532. licet R
nus legat: *ut* me anima privem. E diverſo
ſingul. *Miſeretur* nonnunqvam apud Veter
legitur. Nonius de Contr. Gen. Verb. cit
Epiclero: *Qvàm* matris *tunc* patris me m
pro, *miſeret*. Qvadrigarius in Annali und
Gellium. l. 20. c. 6. *C. Mari, ecqvando* te m
publicæ miſerebitur. Hiſce junge exemplu
924. modò adductum. Hæc tamen non tam

ſervanda ſunt. Deniq;, licet *Miſereſco ἀναλόγως* geni-
m poſtulet, & apud antiqvòs cùm Dativo vix legatur ;
en poſterioris ævi ſcriptor Boetius Dativum ei aſſignare
dubitavit l. 4. de Conſol. Philoſ. Carm. 4. *Dilige jure*
*s & miſereſce malis.*

## ANOMALIA II.

Qvamvis non deſint, qvi tradant ſtructuram hanc Ge-
ri Ellipſin qvandam ſpirare, & intelligendum eſſe Sub-
tivum aliqvod, e. g. *Cauſa, gratia, nomine, ergò.* Unde,
*ſereri alicujus*, valeret, *miſereri alicujus cauſâ, gratiâ,*
Sic. *Pendeo animi*, pro, *animi cauſâ*: Satius tamen fue-
Priſciano aliisq; aſſentiri, qvi l. 18. ( qvem locum modò
rimus ) *Miſereor tui*, refert ad Helleniſmum. Sed verò,
hoc loqvendi genus à Græcis hauſtum, non ſine gratia
bitum legatur à Poëtis inprimis, ſeqventi ELEGAN-
de eo agetur.

## ELEGANTIA.

Poëticæ inprimis Elegantiæ proprium eſt, & eorum
orum, qvi Græcorum dictione delectantur, Græcanicâ
dam loqvendi ratione Genitivum jungere Verbis Affe-
nem animi ſignificantibus, *Deſipio, erubeſco, faſtidio,*
*, fallor, gaudeo, indoleo, ingemiſco, invideo, lætor, miror,*
*o, vereor*: idq; non tantùm Comicis probatur, ſed &
Heroicis, Elegiacis &c. eorumq; æmulis proſis ſcripto-
s. Plaut. Epid. 1. 2. Deſipiebam mentis, *cum illas ſcri-*
*mittebam tibi.* Unde & Symmachus Plautum imitatus,
Ep. 8. dixit, *Inſipio mentis. Num vobis videor*, inqvit,
*ſi multa luxuria ebrius*, mentis inſipere, *atq; adeo in Poë-*
*nomen dediſſe?* Et Curtius l. 5. *Dignum eſſe omni malô,*
erubeſceret fortunæ. Plaut. Aulul. 2, 2. *Abiit, neq; me*
*iorem fecit*: faſtidit mei. Turpil. *Vide nunc* faſtidit mei.
il. *Turpes difficiles ſumus*, faſtidimus bonorum. Lucret.
*Nec* me animi fallit, *qvàm ſint obſcura* — Qvod aliàs
n eodem librô ita protulit: *Nec* me animus fallit *Graja-*
*obſcura reperta Difficile inluſtrare latinis verſibus eſſe.*

Plaut.

Plaut. Epid. 2, 2. *Nec ſatis exaudiebam, ne*
bat *tamen qva loqverentur*. Sed & Nomin
Eun. *Ut* falſus animi eſt. vide ſupra pag. S
Met. *Sed qvid hoc?* voti gaudeo. Met. *Se*
*teram, tacitus licet, ſera vindictà gratulaba*
tam. Succeſſorúmq; *Minerva* indoluit. L
*qvidem principes* conditionis ſuæ, *parend*
*tenſebant*. Sic Eurip. Ἑλλάδ☉ μάλις
λαιπώρε ςένα i. e. Græciæ inprimis cal
ſco. Horat. l. 2. Sat. 6. *Neq; illi* Sepoſiti ci
invidit avenæ. Sic Plutarch. ὦ Κάτων φ
νάτε. καὶ γὰρ ἐμοί συ τῆς σεαυτῦ σ
νήσιως. i. e. O Cato, invideo tibi mortis. N
tuæ ſalutis invidiſti. Virg. 11. Æneid. *Nec*
lætórvé laborum. Idem 11. Æneid. Juſtiti
belline laborum. Sic Xenophon: ὑμῶν θ
veſtri. Horat. Epod. 17. Florem artis *in te*
*exitum*. Terent. Phorm. 5, 8. *Neq;* hujus fi
primariæ. Sic Apol. 2. ἐδ᾽ ὅσον ὀπίζετο
i. e. Ne tantillum qvidem verebatur ipſiu
Compitalibus: —*ſi non verear*, *nemo* ve
Simulante: Tui veretur. Et additâ Accuſ
tulatione: *Nihil ne* te populi veretur. Ac
Si tui veretur te progenitoris, *cedo*. Sic co
*veor*. Varro Sardis Venalibus: *Non te tui*
*nihil* mei Revereatur? Confer Nonium M
meris & Caſibus. Sed cavebit ſibi juventus
genere importuniùs & intemperantiùs
cùm non tam Oratoriæ, qvàm Poëticæ, p
adhibitum, nonnunqvum etiam Hiſtorica
& gratiam conciliet. Qvare judiciô hic op
nis delectu, ut ſuus cuiq; argumento dicen
dicetur. Hactenus fuit Regula IV. Geni
ſeqvetur modò V. Genitivi.

# GENITIVI, VERBORUM
## REGULA V.

*cuſandi* Verba, *Damnandi*, & *Abſolven-*
ræter *Accuſativum* perſonæ aſciſcunt
*ivum Criminis* aut *pœnæ:* ut, Plaut.
ul. *Qui* alterum incuſat probri, *ipſum*
*ueri oportet.* Cic. pro Rabir. Civem
anum capitis condemnare *cogit.* Au-
d Heren. l. 2. *Judex* eum abſolvit in-
rum.

## Nota.

*enitivus Criminis* maximè cum his Verbis,
*o, arguo, defero, poſtulo, expoſtulo, appello, an-
, abſolvo, damno, condemno*, in *Ablativum*
ræpoſitione DE mutari poteſt: ut, Cic. Att.
*ommittam poſthac, ut* me accuſare de *epiſto-*
negligentia *poſſis.*
*bſolvo, Anquiro, appello, ſolvo, libero, alligo,
go, damno, multo, noto, obligo, obſtringo, po-*
*Ablativum Pœnæ* aut *criminis* ſine Præpoſi-
admittunt: ut, Livius 1. ab Urb. *Ego* me, *etſi*
tô abſolvo, ſuppliciô *non* libero.

## OBSERVATIO I.

in initium hujus Regulæ obſervandum erit, quænam
*ndi, Abſolvendi*, & *Damnandi* Verba *Genitivum Pœ-*
*Criminis* admittant. Et quidem Verba *Accuſandi*
re ſunt: *Accuſo, accerſo*, vel *arceſſo, arguo, alligo, a-*
*, coarguo, defero, incuſo, infamo, inſimulo, poſtulo,*
*ndi* verò Verba ſunt: *Abſolvo, libero. Damnandi:*
*Damno,*

Digitized by Google

*Damno*, *condemno*, *convinco*. Cui Obſerv
Latinorum monumenta. Liv. 5. bell. Pun.
nas *apud populum* probri accusârunt. Sa
Qvos pecuniæ captæ accerſerent. Cic. pro
*ſiĉtô crimine inſeĉtari*, *non expetere vitam*
ceſſere. De diſcrimine *Accerſo* & *Arceſſo*,
p.601. Idem pro Cæcin. *Ne* arguere eum
*dear*. Terent. Eun. 4. *Hic* furti ſe alligat. P
4. Furti ſe aſtringit. Plin. l. 11. *Certè exta*
*qvâ* reum Piſonem ejus ſceleris coarguit. P
l. 7. Libertos *ejus* eoſdémq; cohæredes ſuos
detulerat *ad Principem*. Seneca Ep. 22. *Pu*
*icam ſententiam qværis*. *non eſt*, *qvòd qvisqv*
temeritatis infamet; *cautiores*, *qvàm fortio*
Phil. Probri inſimulâſti pudiciſſimam fœmi
in Cæſar. Dictat. c. 3. Cornelium Dolobella
& triumphalem virum, repetundarum poſt
Verr. Cupio octupli damnari Apronium. Li
*Inter ipſam dimicationem ædem Junoni Mon*
jus damnatus voti, *qvum victor Romam rever*
*rû ſe abdicavit*. Damnatus voti, eſt, reus v
Cœlius Cic. l. 8. Ne meum hoc officium ar
demnes. Idem 7. Verr. Convictus maleficii
rant nonnulli *Teneo*, in qvibus eſt. Deſp. Ni
ſuamq; ſententiam probat è Plauti Truc. *Ma*
dacii, *mala*, te teneo. Sed Genitivus, *menda*
Verbo, *Teneo*, regitur, qvàm ab Adjectivo, *ma*
Salluſt. in Jugurth. *Jugurtha* manifeſtus tan
Tacitus 14. Annal. Ambitionis manifeſtus.
cogitationis manifeſtus *erat*. Eodémq; mod
Genitivo junxêre Livius & Tacitus. Liv. l. 32.
*rô annô* ſtupri compertæ. Tacit. 1. Annal. N
flagitii compertum. Et l. 4. Nullius *ante* flagitii
Vide Voſſium Gram. Maj. p. 99. de Conſtruct.
qvæ de ſimili ſtructura attulimus Reg. 3. Genit.
ſeq. Sunt & alia qvædam Verba, cum ſimili q

Digitized by Google

ſtructa, ſed non adeo ab autoribus freqventata. De
:qventi Obſervatione.

## OBSERVATIO II.

n Genitivo rarò junguntur hæc ſeqventia: *Depre-*
*ncrepo, increpito, interrogo, noto, prehendo, plecto,*
*rdo, urgeo.* Appul. 9. Metam. *Coràm* noxæ depre-
it. Sveton. in Calig. *Modò* avaritiæ ſingulos incre-
*od non puderet eos, locupletiores eſſe, qvam ſe.* Silius
*lacer* Fabiúmq; moræ increpitare *profeſſus.* Tacit.
al. *Sanè pepigerat Pallas, ne* cujus facti *in poſterum*
aretur. Gellius l. 4. c. 12. *Si qvis eqves Romanus e-*
*bere gracilentum, aut parum nitidum, viſus erat,* im-
notabatur. Plaut. Bacchid. 4, 4.— qvem menda-
ndit *manifeſtò modò.* Gellius l. 11. c. 18. Servos *idem*
nifeſti prenſos, *verberibus affici, & è ſaxo præcipita-*
*ueros impuberes prætoris arbitratu verberari volue-*
ppul. in Apolog. *Ut obtentu ejus ætatulæ, ipſe* inſi-
nis falſæ *non* plecteretur. Liv. l. 37. *Qvibus* purgan-
itatem omnis facti dictiq; hoſtilis *adverſus Roma-*
*viſſe eos commeatu claſſem hoſtium arguit,* &c. Plau.
3, 3.— *egóne* illam mulierem Capitis *non* perdam?
it. 2, 4.— qvem *pol ego* capitis perdam. h. e. vitâ
Tacit. l. 5. *Qvia malè* adminiſtratæ provinciæ,
q; criminum urgebatur.

## OBSERVATIO III.

ra Verba *Genitivum Pœnæ* vel *Criminis* admitten-
ſet Deſpauterius Ninivita pag. Synt. 308. nimirum,
*reprehendo, caſtigo, criminor, carpo, calumnior:* ſed
t autoritas, eâdem facilitate rejiciuntur, qvâ addu-
ldem ſentire licet de conſimilibus, ſcilicet, *Vitu-*
*o, punio, multo, excuſo.* Certè, inqvit, Alvarus pag.
 auſim ſine alicujus probati autoris teſtimonio di-
*prehendo te avaritiæ, culpo te pertinaciæ, multo te*
cc. Qvare etiam nos OBSER. I. nominatim ex-
s ea Verba, qvæ *Genitivo Pœnæ & Criminis* jungi
amant.

amant, ut Juventuti omnem errandi anſa
Dicendum igitur rectius, *Culpare, repreh*
*taxare alicujus avaritiam*, qvam, *Culpare,*
*gillare, taxare aliqvem avaritiæ.* Exempla
obvia omittuntur. Et hanc qvoqve ſtructu
ipſa *Accuſandi* Verba ſeqvuntur, ut: Ci
*qvod* inertiam accuſes adoleſcentium, &c.
*cuſativo* leges. Sil. l. 11. — patrias damnav
rum nunc ſupereſt, ut probetur *Genitiva*
nunqvam mutari in *Ablativum* cum Præp
Verbis, qvæ jam ſeqventi *Obſervatione* ad
hiemus.

## Observatio I

Verba, *Arguo, defero, poſtulo, expoſtu*
*vo, abſolvo, damno, condemno,* nonnunqva
*Ablativo Criminis* & *Præpoſitione* De, ex
teſtimoniis manifeſtum evadit. Cic. 2. de
*oportebit de vita ejus, & moribus qværi,*
qvo de arguatur. Idem pro Sext. Roſcio.
de parricidio delata ſunt. Idem pro Cœli
*mei* de ambitu detulit. Idem Att. *Seſtius*
*vio Pupinia* de ambitu eſt poſtulatus. Iden
*tur omnes liberi populi, regna deniq, jura*
cupiditatibus & injuriis expoſtulant. Ide
pellatus es de pecunia, *qvam pro domo, pro*
*ne debebas.* Liv. l. 6. ab Urbe: *Sunt, qvi D*
perduellione anqviſerent, *creatos, autores,*
Fr. l. 2. *Qvo die hæc ſcripſi, Druſus* erat de
*Tribunis ærariis* abſolutus. Idem Verr. 2.
*Attilio*, qvi de majeſtate damnatus eſt, *ha*
*eſt, eos pecuniam obrem judicandam acce*
2. *Cujus etiam familiares* de vi condemn
*cuſo* notandum eſt, qvod non tantum Pr
cum Ablativo admittat, veluti Nota ſecund
eſt, ſed etiam (licet rarò) Præpoſitionem In
Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 6. *Primum mi tibi ac*

cenſo. Sic cum Præpoſitione IN legitur, *Teneo.* ert. Manifeſtis in rebus hominem *jam* teneri *vide*- nt, Caſin. *Manifeſtè* teneo in noxa inimicos meos. at, ut pari fide & induſtriâ demonſtratum eamus, horum Verborum, qvæ modò ſubjungemus, Ab- udere, extruſâ Præpoſitione.

## OBSERVATIO V.

*Abſolvo, anqviro, appello, ſolvo, libero, alligo, adſtrin- damno, multo, noto, obligo, obſtringo, poſtulo Abla-* vel *Criminis* ſine Præpoſitione jungi, ex ſeqventi- plis liqvet. Et qvia *Abſolvo* & *libero*, in ipſa Nota ta habes, de reliqvis ſaltem erimus ſolliciti. Livius e: Capite anqviſitum *ob rem bello malè geſtam de e nullo ad eam diem eſſe*. Idem 6. Bell. Pun. *Bis eſt* , pecuniâq; anqviſitus. Qvas lectiones non tan- eus probat, ſed etiam Carolus Langius in Annotat. Ciceronis de Officiis, qvæ adjectæ ſunt Andreæ Obſervationibus Humanis. Qvintil. l. 5. c. 12. *Et auper*, *&* magnâ pecuniâ appellabaris *creditori-* pro Roſc. Culpâ liberatus *&* crimine nefariô ſo- em pro Flacc. Ne Lucius Flaccus *nunc* ſe ſcelere *m jam teſtem illum effugere non poſſit*. Idem Phil. *ſi conſulem illa Provincia putaret, neq; eum recipe-* nô ſcelere ſe adſtringeret. Tacitus l. de Germ. tributis: Cic. l. 1. de Orat. *Vita hominum atq;* amnis, ignominiis, vinculis, verberibus *atq;* exiliis r. Idem in Piſon. *Dii immortales*! *idne ego opta- imicus meus, eâ, qvâ nemo unqvam* ignominiâ, no- c. Id. de Aruſp. *Qvi* ludos certiſſimô ſcelere ob- dem 2. Offic. *Num igitur* ſe obſtrinxit ſcelere, *ſi nnum occidit, qvamvis familiarem*? Tacitus l. 3. *rius Priſcus* Cæſium Codrum Proconſulem *Creta* tat repetundis. Nonnulli exiſtimant Verbum, iam ſine Præpoſitione jungi Ablativo, citántq; il- c. 53. *Qvod ſi etiam ipſe* peccatô aliqvô argutus l. Salmaſius in emendatiſſimo ſuo exemplari editô



Digitized by Google

Pariſiis Anno 1629. legit: *Qvod ſi etiam i*[illegible] qvo arguitur, *morte multatur*. Et ibidem habet: In peccato aliqvo argutus ſit, &c. u[illegible] poſitio In retinetur. Paulò tamen aliter diſtingvuntur, qvàm ab Antonio. Illud en[illegible] tonio numeratur, qvod Salmaſio eſt 53. E[illegible] men *Crimen*, nempe *Ablativo ſine Præpoſit*[illegible] Curioni l. 2. *Si iniqvus es in me judex*, conc[illegible] te crimine. Idem 6. Verrin: *Darétq; oper*[illegible] ne damnaretur, *ne ipſe eſſet in crimine*. Si[illegible] cimus, Capite aliqvem damnare, punire,[illegible] tari. Autor ad Herenn. Eum *vos jurati* [illegible] Svetonius in Othone l. 4. c. 1. *Auſus eſt* n[illegible] nire. Marcellus Pandec. 48. Capite ple[illegible] *inſulam deportari*. Mart. l. 6. ep. 26. P[illegible] *Sotades noſter*.

## Anomalia.

Structuram hujus *Genitivi* cum Verb[illegible] *mnandi*, *Abſolvendi*, Ellipticam eſſe tradu[illegible] Genitivum non tam regi à dictis Verbis,[illegible] vo intellecto. E. g. qvando dicitur, *argui*[illegible] *Avaritiæ*, &c. Genitivus regitur à *crimine*[illegible] gitur, à Martiale autem exprimitur. Na[illegible] ait: — *uxor tua*, *Galle*, notatur Immodi[illegible] avaritiæ. Et l. 11: Epigr. 80. Arguitur len[illegible] tiæ. Verùm licet de paſſivâ qvidem form[illegible] rum, qvæ modò citata ſunt, res certa ſit: [illegible] deo certum eſt, eadem Verba activè uſurp[illegible] ram admittere. Confirmandum enim er[illegible] ſtimoniis, eodem latinitatis jure dici *notar*[illegible] *Avaritiæ*; qvô dicitur, *notatur crimine Ava*[illegible] tire licet de ſimilibus, defero, poſtulo, anq[illegible] mine hujus vel illius vitii. Planè autem an[illegible] hic obiter notemus) ſtructura, qvâ Plaut[illegible] bo, *Accuſo*, *Accuſativum* addit. Trinum. [illegible] accuſas, *tu ipſe objurgandus es*. Cæterùm el[illegible]

Digitized by Google

nſtructione Verbi, *Teneor*, relucet, Juriſconſul-
nis familiaris. Cajus l. 47. Pandect. *Si pignore cre-
ut*, furti tenetur. Pomponius ibidem; *Debitor iſte*
urti. Qvæ locutio elliptica eſt, deeſt enim Ablati-
*ne, judiciô, Crimine*, qvi etiam alibi additus extat.
s ibid. *Ob pecuniam civitati ſubtractam* actione
*s* crimine peculatus teneror. Paulus ibid. Furti a-
ebitur. Ulpianus: *Dicendum eſt*, tene.:i eum furti
idem; Furti actione *non* teneor.

## ELEGANTIA.

bum, AGO, & eleganter, & huic Regulæ conve-
enitivo jungitur, accedente nunc Ablativo Perſo-
epoſitione CUM, nunc Adverbiô. Autor ad Heren.
*Actius* egit injuriarum. Ibid. *Poſſe dici* ſecum
*non* peculatus, *oportere*. Cic. pro Cluent. *Deinde*
*o* cum ſervo *Habiti*, furti egit. Qvare Deſp. Nini-
audiendus eſt, qvando dicit pag. Synt. 308. *Ago te*
*te repetundarum*. Iſta enim vix apud idoneos au-
enies, qvippe cum & rectiùs & ornatius dicendum
*o tecum furti, vel injuriarum*. Hactenus fuit Syn-
NITIVI cum Verbo: ſeqvitur nunc ſtructura
cum eodem.

# E SYNTAXI DATIVI VERBORUM.

## REGULA.

odlibet ferè Verbum admittit *Dati-*
*erſonæ* aut *rei*, cui qvalicunq; modô
d acqviritur vel adimitur: ut, Plaut.
Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris, tibi ei-
netis. Juven. Sat. 2. Dat veniam cor-
xat cenſura columbas.



Digitized by Google

## Nota.

I. Compoſita cum his præpoſition
*con, de, in, inter, ob, præ, pro, poſt, re*
Dativis adhærent: Cic. ad Octav. *I*
*qvæ* vulneribus adhibentur, *tam fac*
*qvàm qvæ ſunt ſalutaria.* Virg. 2.
ſpirat primo fortuna labori.

II. Sum, pro *Habeo*, *Dativum* ad
rent. Naturâ tu, illi pater es, conſil
Epiſt. 16. *An neſcis longas* regibus eſſ

III. Hæc Verba, *Sum* (i. e. affero) *a*
*tribuo, habeo*, adſciſcunt interdum *D*
*næ* & *rei*: ut, Varro: *Qvod* aliis vitio
*ne* laudi *duxeris*. Plaut. Bacch. *Mi*
damno ducam.

IV. *Antecedo, anteëo, anteſto, an*
*venio, attendo, adulor, allatro, deſp*
*præſto, præcurro, praeo, præſtolor, med*
*curo, occumbo, illudo, inſulto, ſtudeo, i*
ſignificatione, modò *Dativum*, me
*vum* adſciſcunt: ut, Cic. 2. Offic. *N*
pecudibus cæterisq; beſtiis antecedit
Gall. ſcientia atq; uſu *nauticarum re*
antecedunt. Exempla reliqvorum v
Obſervatione 3.

### Observatio I.

Qvamvis plurima Verba ſint, qvæ *D*
admittunt: neutiqvam tamen de omnibus
firmaveris. qvo fit, ut *Remittendi* particula
ſub initium Regulæ addatur, ne juventus e

tivo vendicavit, cum Dativo incautius uſurpet. E. g.
,juvo,ſuſtento,horror, moneo, perdo, vexo, crucio,
,&c. cum *Dativo* vix leges. Pertinent tamen ad hanc
m, ut tradunt Grammatici, inprimis Verba *Dandi*,
*di,committendi,promittendi,declarandi,anteponen-*
*ponendi,obſeqvendi, imperandi, perſvadendi,ſubmit-*
*raſcendi, comminandi, ignoſcendi,* & qvæcunq; neu-
*auxilium,commodum,incommodum,favorem* & *ſi*...
ignificant. Sunt autem verba DANDI] *Do, dedo,*
*largior,concedo,miniſtro,ſuppedito,commodo,præbeo,*
*, impendo,* &c. REDDENDI] *Reddo, reſtituo,*
*remunero,rependo,remetior,ſolvo,*&c. COMMIT-
I] *Committo, commendo, trado, credo*. PROMIT-
I] *Promitto, polliceor, ſpondeo*. DECLARANDI]
*declaro, expono, explico, ſignifico, indico, demonſtro,*
*dico,narro,loqvor*. ANTEPONENDI] *Antepono,*
*,præpono,præfero*. POSTPONENDI] *Poſtpono,*
*o,poſtfero*. OBSEQVENDI] *Pareo,obedio,obtem-*
*eqvor,operam do,morem gero,nubo,annuo,debeo,*&c.
RANDI] *Impero,mando,jubeo,edico,veto,præſcribo,*
REPUGNANDI] *Repugno,reſiſto, obſto,nego, ad-*
*raſcor*,&c. Teſtimonia Latinorum adferre non opus
n ea paſſim occurrant. Securi autem hic omittimus
*Mutuo*, non enim dicimus, *mutuavit mihi pecunias*,
*ti mihi centum nummos*. Sed, *Dedit mihi pecunias*
: *Dediſti mihi mutuos centum nummos*. Cic. Att.
*us omnibus, qvod is qvoq; in anguſtiis eſt, qvi cum ſu-*
*magnam* dedimus pecuniam mutuam. Terent. He-
*ic drachmarum argenti* mille dederat mutuum. Ne-
cqvam ad rem facit illud Plauti in Trinum: *Si qvis*
erit, *ſit pro proprio perditũ*, nam in correctis exem-
legitur: *Si qvis* mutuum *qvid* dederit, *ſit pro proprio*
*m*. Qvare, *Mutuo*, pro, *mutuum do*, vix leges: ſed,
*tuum ſumo*, reperitur qvidem, at nusqvam cum Da-
l cum Accuſativo præcedente, & Ablativo, additâ
tione: ut, Valer. Max. l. 6. c. 2. prope finem: *Igitur*

Digitized by Google

*æqvitatem, qvam impetrare non potuerat, ex*
præſidium à libertate, *qvàm* ab innocentia n
tem paulò diſtinctius intelligat juventus q
Verba cum Dativo jungantur, eorum ubere
vehemus: idq; ſeqventi Observation

## Observatio II

Verba ſeqventia Dativo jungi ſolen
*mo, accumbo, accubo, accreſco, aſſentior, ac*
*adhæreo, adhæreſco, allaboro, adeqvito, adv*
*nato, advolvor, affulgeo, ancillor, appareo,*
*pinqvo, arrideo, aſſiſto, aſſideo, aſſveſco,*
*aſſentor, aſſentior, adſtipulor, auxilior, bene*
*blandior, caveo, conſentio, conſveſco, detrah*
*vio, deſum, diſpliceo, diſſentio, diffido, fido,*
*gratulor, gratificor, hæreo, illudo, illabor, i*
*inſulto, inhio, inſervio, inſuſurro, inſiſto, ig*
*illacrimo, incommodo, indormio, incubo, il*
*immineo, immoror, inhæreo, ingemiſco, invid*
*ac, innitor, inſto, inſveſco, inſideo, interveni*
*terſum, impedio, lenocinor, maledico, male*
*medeor, morigeror, nubo, noceo, obedio, obſecu*
*obſeqvor, obluctor, obſto, obſiſto, obtrecto, obo*
*repo, obſum, obloqvor, obeqvito, obiraſcor, o*
*occurſor, officio, opitulor, palpor, patrocinor*
*pareo, præſto, præſum, præcurro, præeo, præ*
*provideo, præſtat, proficio, proſum, proximo, r*
*reluctor, repugno, reſiſto, ſubjaceo, ſuccurro*
*ſco, ſucclamo, ſuboleo, ſubrepo, ſuccumbo, ſu*
*ſatisfacio, ſtudeo, ſupplico.* Qvod autem ſp
ſonalia, qvæ Dativô gaudent, de iis ſeorſu
taxi Imperſonalium. Reliqva verò Verba a
ſita partim eâdem, partim diversâ ſignifica
vum, jam Accuſativum adſciſcunt. de qvib
nuimus. Sed qvia unius tantùm Verbi, A n
minatâ ſtructurâ exemplis ibi adſtruitur:
confirmanda reſtant, idq; ſeqventi Obs

# OBSERVATIO III.

rba qvædam eâdem ſignificatione, modò Dativum,
ccuſativum admittere, hæc Latinorum teſtimonia
t. ANTEEO] Cic. 9. Phil. *Cum Servius Sulpitius*
is anteiret, *ſapientiâ* omnibus, *ſubitò ereptus, totam*
*um orbam, & debilitatam reliqvit.* Idem 2. Offic.
*tione qvâdam afficiuntur ii, qvi* anteire cæteros
*putantur.* ANTESTO] Cic. 2. de Invent. *Croto-*
nnibus *corporum viribus* anteſteterunt. Pomp. Mel.
*Ex iis Codanonia, qvam adhuc Theutoni tenent, ut*
*dine* alias, *ſic fœcunditate* anteſtat. ANTEVER-
rent. Eunuch. *Miror, ubi ego* huic anteverterim.
: Damnationem *veneno* antevertit. ANTEVE-
laut. Trinum. *Tempori* huic anteveni. Salluſt. Jugurt.
um *Metelli* antevenit. ATTENDO] Cic. pro Arch.
*m* me *in hoc genere dicendi tam diligenter* attendi-
. in Paneg. *Junt in legem attendentibus Diis, nam*
*is qvâm* Cæſari, attendant. ADULOR] Cic in Pi-
ulantem omnes *vidi.* Qvint. Adulari alicui. AL-
O] S. Aurelius Victor: *Capitolium intempeſtâ nocte*
*nunqvam canes* allatraverunt. Sed Accuſativus fre-
r eſt. Liv. l. 8. Bell. Maced. Allatrare *ejus* magnitu-
*ſolitus erat.* DESPERO] Cæſar 3. bell. Gall. Suis
s deſperare *cœperant.* Cic. 2. in Cat. *Honores,* qvos
*epub.* deſperant, *perturbatâ conſeqvi poſſe arbitran-*
RÆCEDO] Plaut. *Veſtra fortuna* meis præcedunt.
*elvetii* reliqvos Gallos *virtute* præcedunt. PRÆ-
Terent. *Homo* homini *qvid* præſtat. Liv. *Virtute*
*n Romani* Rhodios præſtabant. PRÆCURRO]
in Catil. *Hæc, non ut vos, qvi* mihi *penè ſtudiò* præ-
, *excitarem, locutus ſum.* Idem in Orat. *Horum u-*
ocratem *ætate* præcurrit. PRÆEO] Cic. pro Mi-
*ſterna etiam concione incitati ſunt, ut* vobis *voce*
nt, *qvid judicaretis.* Liv. 8. ab Urb. *Agedum Ponti-*
*licus populi Romani,* præi verba, *qvibus me pro legio-*
*devoveam.* PRÆSTOLOR] Terent. Eun. Qvem



Digitized by Google

præſtolare *Parmeno, hic ante oſtium*? Cic.
*ut qvoniam tu nihil certi ſcribis, in Formia*
*uſq; ad tertium nonas Maji*. MEDICO
medicarentur anhelis. Idem; Medicari
*Saluit*. MODEROR] Cic. 5. Verr. *Sent*
randum mihi eſſe *jam* orationi meæ, *fug*
*ſatietatem*. Liv. 6. bell. Pun. Moderari c
Plaut. Trucul. 2, 3. *Qvia* tuo veſtimento,
rebus curas. Idem Trinum. *Qvi* rebus cu
Sticho; Meis curavi amicis. Ac ſimiliter
*ſcat Æmilianus, qvoniam uſq; adeo* meis
crob. l. 5. c. 17. *Sed nec ſervos Latini, & m*
gio curantes, *bellum generi Deûm oporteb*
ſativi exempla ubivis obvia. OCCUMB
*tria* mortem occumbere. Virg. Certæ o
ILLUDO] Cic. pro Domo ſua; *Hic no*
*horum omnium, qvi adſunt, ſummorum vi*
de Orat. *Ipſa verò* præcepta *ſic* illudere
TO] Liv. 1. ab Urb. *Satis illum diu per*
*tem* inſultaſſe dominis. Tacit. l. 4. *Qvi n*
nis & ſegnitiam *juvenis juxta* inſultet. S
Medicinæ ſtuduit. Cic. poſt red. Litera
INCESSO] Liv. 1. Decad. l. 4. *Gravior*
ceſſit. Idem 3. ab Urbe: *Ingens metus* inc
Nonnulli huc referunt *Antecello*, qvod f
jungitur. Cic. 6. Verr. *Longè* cæteris an
ſativi verò ſtructuram probant ex illo C
nelio: *Qvi eloqventiâ* cœteros antecellit
teſte Alvaro, p. 294. in ea oratione, qvæ e
Priſcianus verò l. 10. citat Ciceronem in
modò; *Qvi* eloqventiâ cœteris antecell
Habuit itaq; Cicero plures orationes p
idem Priſcianus eôdem librô eundem cit
Idémq; Cicero in Orat. ſecundæ Corneli
do tamen, inqvit Alvarus, habuiſſe Accuſ
ad Herennium l. 2. paſſivè eò uſus eſt.

Digitized by Google

büs his rebûs antecelluntur. Idem Alvarus tradit p. qvòd, *Noceo*, non ſolùm apud Plautum, ſed etiam apud am *Accuſativum* nonnunqvam habeat. Seneca l. 5. rover. Contr. ult. *Dum filium vindico, ubi* me *gra-* dnocere poſſit, *oſtendit*. Et Epiſt. 104. alias, 103. *e te noceant, ſed ne fallant*. Sed Morelli editio Epiſt. c legit: *Sed vivendo qvid conſeqvèris?* non ut ne noce- ſed *ne fallant*. Hunc referunt Grammatici & aliorum orum hiſce ſimilium ſtructuram, qvæ eòdem ferè ſen- erſos caſus adſciſcunt; de qvibus ſeqventi OBSER- ONE.

# OBSERVATIO IV.

Verba qvædam ſunt, qvæ eòdem ferè ſenſu variè con- itur: jamq; Dativum habent, jam Accuſativum cum oſitione, jam Dativum & Accuſativum, jam Accuſati- & Ablativum, modò Accuſativum & Ablativum cum oſitione, modò Ablativum ſine Præpoſitione, &c. E. g. è dixeris: *Allatum eſt nobis*, &, *allatum eſt ad nos*. Cic. tt. Allatum eſt mihi. Idem Appio l. 3. Allatum eſt ad *le temeritate eorum*. Sic: Aſpergo gravitati comita- &, ſplendorem vitæ maculis aſpergo. Cic. pro Muræn. *illius* comitatem & facilitatem tuæ gravitati ſeveri- aſperſeris. Idem pro Planc. Hunc *tu vita* ſplendo- maculis aſpergis iſtis, &c. Confidere alicui, aliqvâ re, de aliqvâ re. Cic. 3. de Fin. *Atq; iſte vir altus & ex- is magnô animô verè fortis* confidere ſibi debet, & tuæ & actæ & conſeqventi. Idem 5. Tuſc. *Corporis* firmi- & fortunæ ſtabilitate confidere. Hiſt. de Bello Afr. *ope qvi* in nullo *illorum ſibi* confideret. Cæſar. 2. bell. *Si ſuperaviſſet, vel domeſticis opibus, vel externis auxi-* de ſalute *urbis* confiderent. Dare dono, muneri, filiam, um, &c. Liv. 3. bell. Pun. Lætóq; juveni *promiſſis*, *maximium* dono dat. Fabius l. 1. c. 17. *Atq; eam naturæ tur ad tolerandos faciliùs labores* velut muneri nobis ſſe. Plaut. Aulul. *Feci, theſaurum, ut hic reperiret Eu-* *Qvò* eam *faciliùs* nuptum, *ſi vellet*, daret. Terent. Andr.

 *Poſt-*

*Poſt qvam audierat non* datum iri filio uxor
nari aliçui, arce dominari, in civitate, in ſui
Virg. 3. Æneid. *Hic domus Æneæ* cunctis do
Ubi perperam nonnulli citant, *Argis*. Na
Æneid. — victis dominabitur Argis. Iden
ſummâ dominarier arce. Cic. pro Cœcinn.
civitate. Ovid. 1. Metam. *Sanctius his anim*
*pacius* altæ Deërat *adhuc*, *& qvod* dominar
*ſet*. Idem 3. Amor. *Tu* centum *aut* plures
bere Nymphas. Donare alicui aliqvid & ali
Cæſar 7. bell. Gall. Prædam militibus dona
Hôc juvenem egregium præſtanti munere d
cœteris dignitate, ali s in aliqva re, ſuper om
qva re præter cœteros, inter aliqvos. Cic.
*tate* principibus excellit, *facilitate infimis p*
Idem 2. de Orat. *Longè* aliis excellere in
bell. Pun. Excellere ſuper omnes alios.
Præter cœteros in aliqva re excellere. Ide
*Ut* inter qvos *poſſet* excellere, *cum iis ſe pa*
Virg. Eclog. 2. Caſas humiles habitare. C
Sylvis habitare. Idem 5. Triſt. Terrâ ha
Muræn. *Qvum longè intervallô veneris, cum*
habitarunt, *de dignitate contendas*. Cic.
*delectata tuis literis*, impertit tibi multam
Eun. Plurimâ ſalute Parmenonem, Summu
Gnato. Plaut. Induere ſibi veſtem. Teren
Induere ſe veſte. Senec. Exuere alicu
Exuere aliqvem armis. Liv. 3. ab Urb. Inc
ton. de Clar. Gramm. Incidere marmori.
Incidere in ſepulchro. Plaut. Capt. Induc
rent. Adelph. Inducere in animum. Liv. 5
dico tibi domo mea. Idem 4. bell. Maced
cui aliqvid. Cato ad filium: Interdico tibi
ton. in Auguſt. Aleam ludere. Cic. 5. Tu
Svet. in Auguſt. Talis ludere. Cic. 4. Ver
Terent. Hecyra: Migrare ex urbe, Gell.

m, pro tranſportare. Plaut. Amph. Migrare in cœ-
. Horat. 2. Ep. 1. Voluptas migravit ab aure. Cic. Len-
l. 1. Mittere alicui. Terent. Heaut. 1,2. Mittere ad ali-
n. Cic. ad Q. Fr. l. 1. Niti veritate aut famâ. Idem Len-
l. 1. In aliqvo niti. Qvint. Ad ſumma niti. Horat. 3.
n. Od. 10. Viro ſævo nupta puella. Plaut. Aſin. Nupta
um illo. Gell. l. 1. c. 23. Una apud duos nupta. Cicero
Sext. Roſc. Qværo abs te. Plin. l. 7. c.53. Qværere ho-
b aliqvo. Cic. in Vatin. Qværo ex te. Cic. de Orat.
rere de aliqva re. Liv. 4. ab Urb. Qværo de te. Marius
iceron. l. 11. Reſpondere criminibus. Idem 1. Phil. Ad
*qvæ qvæſita ſunt*, reſpondere. Plaut. Bacchid. Scribere
i. Cic. ad Terent. l. 14. Scribere ad aliqvem. Plaut.
. 6, 9. Vertere ſtultitiæ aliqvid alicui. Plin. l. 19. c. 4.
luptatem gulæ vertere. His longè plura recenſeri poſ-
niſi uſus & diligens autorum lectio multa ſuô qvodam
ſibi vendicaret.

## OBSERVATIO V.

Veluti qvædam Verba, eôdem penè ſenſu, diverſos ca-
oſtulant, ut modò dictum eſt: ita è diverſo, nonnulla
a, ob diverſam ſignificationem, diverſos caſus admit-
; præcipuè verò nunc Dativum, nunc Accuſativum,
Ablativum cum Præpoſitione. Nos ordinem in Vit-
ergenſi Grammatica p. 304. ſervatum ſeqvuti, ea aſſi-
imus, & difficiliora veterum teſtimoniis confirmabi-
. Accedo tibi *i. e. aſſentior, vel accreſco*. Accedo te vel
e, i. e. *adeo, venio*. Æmulor tibi, *i. e. invideo*, Æmulor
*e. imitor*. Animadverto aliqvid, *i. e. obſervo*. Animad-
o in aliqvem, *i. e. punio*. Auſculto tibi, *i. e. obtempero*.
culto te, *i. e. audio*: qvæ eſt expoſitio Vallæ l. 3. Eleg. c.
Caveo tibi. *i. e. provideo, ut amico*. Caveo aliqvid, *i. e.*
*declino*. Caveo te. *i. e. vito, ut hoſtem*. Caveo à te, *idem*.
aliqva re cavere, *i. e. cautionem facere*. Conſulo tibi, *i. e.*
*ideo, vel proſpicio tibi*. Conſulo te, *i. e. conſilium peto à*
Conſulo in te, *i. e. ſtatuo*. Conſulo boni, *i. e. bonum ju-*
. Cupio aliqvid, *i. e. deſidero, expeto*. Cupio tibi, *i. e. fa-*
*veo*.

ſeo. Deficit mihi, *i.e. deeſt.* Deficit me, *i. e.*
cere ab aliqvo, *i. e. deſciſcere.* Do tibi literas
*aliò perferendas.* Do ad te literas, *i. e. ſcribo*
vel fœneror tibi, *i.e. do tibi ad uſuram.* Fœn
*fœnori accipio, ſeu ad uſuram.* Sic uſurpatur
geſtorum: *Si autem aliqvis eorum voluerit*
*ſuam, vel fœnerari ſuper eam, poteſtatem hab*
*haredi ſuo,* & fœnerari abs eo. Confer V
Horrere alicui, *i.e. timere alicui.* Plin. in Pa
*parens* filio, *niſi fragilitatis humanæ vices,* h
aliqvem, *ut hoſtem.* Virg. 3. Georg. — *nu*
*bus illis* Nocturnum *ſtabulis* furem, incur
*Aut* impacatos *à tergo* horrebis Iberos. Impo
vel in te, *i. e. ſuperimpono ut onus.* Impono ti
Incumbo alicui, *i. e. innitor,* Mart. l. 5 Ep.
incumbunt *tecta* columnis. Plautus, ſingula
tione, uſus eſt Accuſativô, Caſin. 2, 4. *Si ſo*
*laſſit, gladium faciam culcitam,* Eúmq; in
qvo Cicero dixit 2. de Invent. In gladium in
tamen non placet Qvintiliano l. 9. c. 3. *Si a*
*nem,* inqvit Qvint. *noſtro comparemus, pa*
*loqvimur, figura eſt: ut huic rei invidere; n*
*teres, & Cicero præcipuè, hanc rem; &* incum
illum. Sed Ciceroni contra Qvintil. ſuffra
bell. Maced. *Denſis tamen ordinibus, nun*
*nunc* in ſcuta incumbentes, *ſuſtinebant im*
*rum.* Incumbere labori, eſt apud Silium, pr
*labori.* Incumbere ad vel in aliqvid, *i.e. ſedu*
Cic. 4. in Catil. Qvare P. C. incumbite ad f
&c. Idem 1. de Orat. *Qvamobrem pergite, u*
*ſcentes: atq;* in id ſtudium, *in qvo eſtis,* incum
inter hoc & illud, pro, *differentia eſt.* Cic.
inter hominem & belluam *hoc maximè* int
hinc, *i. e. differt.* Terent. Evnuch. Stulto *i*
intereſt? Intereſt alicujus, vel mea, tua, &c.
*utile eſt:* de qvo loqvendi genere infrà. Int

Digitized by Google

ſſe. Cæſar 7. bell. Gall. *Illi* rebus divinis interſunt. abſolutè uſurpatur, pro, *commoror*. Maneo te, *i. e.* *te.* Metuo tibi, *i. e. ſolicitus de te ſum, ut amico,* e, vel, à te, *ut hoſtem, vel, ab hoſte.* Cic. ad Sext. l. 5. *non credunt*, & à me inſidias metuunt. Periclitor rem, *i. e. tento, vel experior.* Periclitor famâ, capite, bô, *i. e. periculum ſubeo.* Plinius addidit Præpoſiti- 32. c. 4. Periclitari ex *canis rabioſi* morſu. Proſpicio iti, *i. e. procuro.* Proſpicio novum periculum, *i. e.* o. Peto à te, *i. e. rogo te.* Peto alicui aliqvid, *i. e. cupio* eto pœnas ab aliqvo, *i. e. ut ſumatur ſupplicium de* Nec non peto, pro, *ferio.* Et deniq; peto locum ali- *e. confero me in locum aliqvem.* ut, Tacit. l. 1. *Accla- ut filius Blaſi Tribunus legatione eâ fungeretur*, pe- militibus miſſionem ab ſexdecim annis. Cic. 1. de *Ut* ab ea pœnas *liberi ſui potiſſimum*, petere *de-* . Virg. 9. Æneid. *Jam* cornu petat, & *pedibus qvi arenam.* Ovid. 2. Metam. Summam petit *arduus* Præſtare alicui ſilentium, *i. e. dare, concedere.* Liv. Pun. Præſtare aliis, *vel*, alios virtute, de qvibus ſu- SERVAT. IV. Præſtare ſe virum, propugnatorem nium, *i. e. exhibere.* Recipio tibi, *i. e. promitto.* Cic. l. 5. Recipio aliqvem, *i. e. ſuſcipio, admitto.* Recipio liqvem locum, *i. e. confero me, proficiſcor.* Refero *narro tibi.* Refero ad te, *tanqvam id qvod in conſulta- veniet.* Confer Vallam l. 3. c. 43. Renuncio mu- ſpitio, *i. e. recuſo.* Renuncio conſulem, *i. e. declaro*, *io.* Solvo tibi aliqvid, *i. e. ſatisfacio.* Solvo capti- *libero.* Vacare alicui rei, *i. e. operam dare.* Ovidius de Pont. in rem aliqvam vacare. Vacare ab officio, *pius eſſe, otium habere.* Cic. 2. de Divinat. *Tantum dio relinqvendum, qvantum* vacabit à publico offi- munere. Vacare re aliqvâ, *i. e. carere.* Vacare, abſo- *e. vacuum eſſe.* Placit. Caſin. *Fac*, vacent ædes. Va- enulis, à morbo, *i. e. à morbo liberari.* Valere à pecu- *locupletem eſſe.* Valere, *i. e. pollere, potentem eſſe.*

Valere

Digitized by Google

Valere apud aliqvem, *i.e. in gratia & auto*
ad aliqvid, *i.e. utile eſſe*. Valere re aliqvâ,
let denos æris (qvod Varronis eſt) &, va
nis, *dicitur, qvando ad pretium refertur.*
num, *i.e. noceo*. Facio damnum, *i. e. acc*
tibi verba, *i. e. decipio te*. Facio verba, *i.*
ſimilia alia multa, qvæ qvia cancellis præc
maticarum includi vix poſſunt, ab ipſo
norum monumentorum lectione petant

## OBSERVATIO V

A SUM Compoſita, pro Dativo eti
mittunt, accedente præpoſitione; ut, Cic
defuit *hic ornatus*. Idem: *Pauca ſententi*
defuerunt. Idem: In Oratore perfecto in
*phorum ſcientia*. Idem: *Roſcius ne* in con
interfuit. Idem: In hac re nulla ſubeſt ſu
*luerunt principes, neq;* in illa concione affu
OBSERVATIONES; ſeqvuntur ANOM

## ANOMALIA I.

Obſervat Vechnerus Hellenol. l. 1 c.
Voſſius l. de Conſtruct. c. 37. p. 133. Verb
*ſtandi, Differendi, Diſſentiendi, Propulſa*
Helleniſmum Dativo ſociari. Plin. l. 8. Ep
*Rigor aqvæ* certaverit nivibus, *nec color ce*
multò uſitatius. Lucret. l. 3. — *qvid eni*
*rundo* Cygnis — Catull. Carm. Nupt. —
duobus. Propert. l. 1. el. 7. *Atq; ita ſum*
tendis Homero. Idem l. 2. 2. El. 3. *Et Mæ*
certet Ibero. Stat. 8. Theb. — & magn
Latinô loqvendi more diceres: contender
re, bellare *cum aliqvo*. Nunc pro eo e
Græcô. Sic enim Callimachus: Ὅς μάχ
σιν, ἐμῷ βασιλῆι μάχοιτο: h. e. Dis pug
pugnaverit idem. Laërtius in Pittaco: Μη

ματα λέγῃς. Ne contende parentibus, etiamſi vera ... orat. l. 4. Od. 9. *Paullùm* ſepultæ diſtat inertiæ ... *rtus* — Idem l 3. Od. 5. *Hoc caverat mens provida* ... iſſentientis conditionibus Fœdis — Et l. 1. Sat. 6. ... diſcrepet iſtis. *Et vox & ratio.* Epiſt. ad Piſones: ... s *non* diſcrepuit *ſententia* Delphis. Idem l. 4. Od. 9. ... s plebi *numero beatorum Eximit virtus.* — Idem ... *& tamen idem ſcire volā qvantum ſimplex hilarisq;* ... iſcrepet, *& qvantum* diſcordet *parcus* avaro. Id. ... Piſones: *Nec ſic enitar* tragico differre colori. Et ... — *niſi qvod pede certô* Differt ſermoni *ſermo merus.* ... ci; Plato l. 1. de Rep. ἔγω ἵνα σοὶ μὴ διαφέρω- ... to ſane; ne a te diſcrepem. Ariſtoteles l. 1. Eth. Nic. ... ευδεῖ ταχὺ διαφωνεῖ τὸ ἀληθές. A falſo ve- ... tim diſſentit. Virg. Eclog. 7. Solſtitium pecori de- ... — Idem 3. Georg. Arcebis gravido pecori — Ho- ... , Od. 17. — & igneam Defendit æſtatem capellis. ... Sat. 1. *Nihil ne pudet* capiti *non poſſe* pericula cano ... ? — pro, *à capite cano.* Sic Euripides loqvutus eſt: ... τ' οὐ δυνάμεσθα θάνατον ἀρῆξαι — non puero ... us Mortem defendere, i. e. arcere. Ita ἑλληνίζει ... 7. Metam. *Cum propugnare pedibus, & arcere mor-* ... miſello puero *potueris?* Et 9. Metam. *Lapidum cre-* ... *tibus* propugnare fratri, *atq; abigere canes, adgredi-* ... Plura exempla, qvi volet, conſulat Vechnerum cita- ... eriùs locô. Similem qvoq; Helleniſmum obſervat ... s c. 38. in Dativis additis Verbo Paſſivo, pro Ablati- ... n præpoſitione. Virg. 1. Æneid. — *neq;* cernitur ... vod Servius interpretatur, neq; *ab ullo cernitur.* Si- ... iodô exponit illud Virgilii 3. Georg. Cui *non* dictus ... *puer.* Cui, exponit, *à qvo.* Freqventiùs tamen hic ... us additur Participiis paſſivis, qvàm Verbo: qvod ita- ... abet Ovidius l. 5. Triſt. eleg. 12. *Barbarus hic ego ſum,* ... on intelligor ulli, pro, *ab ullo.* Subeſſe autem in hiſce

& ſi-

Digitized by Google

& ſimilibus Græciſmum, indicio erit h
Τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων ἐ μέμνηται:
ctorum mihi, h. e. *à me*. Obſervandum
illis Verbis paſſivis, qvorum activa Dativ
nativa ſit ſtructura Dativi petita potiùs ex
Verborum Dativum regentium, qvàm à p
Græcanicæ dictionis æmula. E. g. Qvan
ad Lentulum l. 10. *Neq;* Senatui, *neq;* pop
bono probatur: planè nativus eſt ſermo
paſſivi natura, qvia activè eôdem modô d
*alicui*, veluti idem Cicero Cornif. l. 12. ſc
natura paſſivi & Helleniſmi fuerit ſi dixer
*audita*: qvia activa forma dicis; *ille hanc*
*ſer* Voſſium dictô locô.

## ANOMALIA II.

Qvædam Verba *ſeqvendi* & *comitan*
Græcâ, Dativum, & Latinâ, Accuſativum
lant: & è diverſo, qvædam juxta conſvetu
Dativô gaudent; Accuſativum verò G
amant. Prioris generis exempla hæc ſun
2, 2. *Ita Dis eſt placitum*, voluptati *mœre*
Sic Græci: ἕπεσθαι τῇ ἡδονῇ, qvomod
qvitur: ἕπεται τῇ ἀχαριστίᾳ ἡ ἀναισ
cas: Ingratô animo ſeqvitur impudentia.
ſtruitur. Cic. l. 5. Tuſc. *Cæteráq;, qvæ* co
tæ. Qvomodo Oppianus loqvitur l. 1. Κυ
δ' ἅμα τέρψις ὀπηδεῖ. i. e. Labori ſim
tatur. *Precandi* qvoq; Verbis ſimiliter
addi, qvòd ut probent, citant *Plautum* A
precari peſſimo. Malunt tamen nonnulli
*nere, imprecari*: qvæ eſt Paræi expoſitio
no. Evidentius eſt illud Terentii Phorm.
*rem adeam, credo*, qvi mihi, *Sic oret* — ſ
*ceres*, *me ſic oret*. Sic Demoſthenes loq

ꝗ πᾶσι καὶ πάσαις. Omnibus Diis & Deabus.
Poſterioris generis Verba, quæ Latinô more Da-
ræcô verò Accuſativum exigunt, in primis ſunt:
maledico, benedico, & judiciô Voſſii, lateo. Qui
s vir ut probet, Svadeo, Græcô more, conſtrui
uſativo, citat Tertulianum libro de Habitu mulie-
Tu es diaboli janua, tu es arboris illius reſignatrix,
næ legis prima deſertrix, tu es qva eum ſvaſiſti, qvem
adgredi non valuit. Eſt, inqvit Voſſius, qvi locum
im putet: unde legit, qvi ſic inſvaſiſti. Sed eſt Græ-
Nam, eum ſvaſiſti, eſt ἀνέπεισας αὐτόν. Qvo-
omerus, Plato & Xenophon, & alii paſſim. Et Ju-
12. v. 10. Πεῖσον τὴν γυναῖκα τὴν Ἑβραίαν.
us interpres: Svade illam Ebræam &c. Maledicere,
ivo etiam junxit Tertulianus librô adverſus Pra-
Nos autem dicentes Chriſtum crucifixum, non male-
s illum, ſed maledictum legis referimus. Petronius:
c illam verſibus ut habeat pudorem. Sic habet illud
: Μὴ λέγε κακῶς τὸν τεθνηκότα. i. e. ne ma-
nortuum. Par ratio eſt Verbi benedico. Appulejus
io: Reſtat ut benedicentes Deum, ad cumm corporis
mus. Mirum verò, inqvit Voſſius, plurimis videbitur,
rô, lateo, qvoq; Romanô more adſciſcere Dativum;
autem Accuſativum. Hinc ſanè eſt, qvod Dativum
t Cicero 1. Catilin. Nihil agis, nihil aſſeqveris, nihil
, qvod mihi latere valeat. Et poſt reditum in Sena-
i nobis hæc autoritas tamdiu tanta latuit. Ita utro-
egit exemplar Frobœnianum, ut & Caroli Stephani.
aq; modô loqvutus Varro l. 8. de L. L. Qvæ & ocu-
uribus latere ſolent. Atq; aliqvi ita etiam capiunt hoc
rii L. 3. Sic tibi nominis hæc expers vis ſancta minutis
ibus latet. — Sed omnino hic eſt auferendi caſus.
nmodatius hoc Plauti Trinum. 4, 2: — qvid ergo ille
ſſimus Mihi latitabat? Porrò horum exemplo Tertu-
adverſus Hermogenem ait: Prophetis enim & Apo-

 ſtolis

ſtolis, *uſq; adhuc* latuit; *puto* & Chriſto. Et I
Marcionem: *Regulam adverſarii priùs præt*
lateat, *in qva principalis qvæſtio dimicatura eſt*
non magis eſt ex nativo Romanæ lingvæ, qvàn
*eſt occultum me;* vel contrarium, *patet me.* Ne
dicatur, *fugit me:* qvia ſic loqvimur κατὰ
Nam proprium eſt, fugit hoſtes. Qvod verò,
mus, id factum Græcorum exemplo, qvi dicu
*με*. Hactenus Voſſius.

## Anomalia III.

Nonnunqvam per Ellipſin Dativus Pe
tur: Cic. de Divin. Maximo eſt argumento, *q*
*tigit.* Idem pro Domo: *Qva domus ipſa*, er
*crudeliſſimi Tribunatus.* Huc commodè ret
cum illud loqvendi genus: Homo frugi, hom
pro, *qvi eſt frugi aut bonæ frugi, i. e. emolumen*
Qvomodo Plautus integrè loqvitur Pſeud. 1,
Capt. 5, 2. alibíq;. Et de hoc qvidem loqve
liptico fuſius egimus in Etymolog. p. 201.
*frugi eſſe*, ſicut Livius l. 10. ab Urb. dixit, *nox*
idem l. 2. dec. 4. dixit, *eſſe in noxa.* Sic Plaut.
xit, *moræ eſſe.* pro qvo Terent. in Andr. *in m*
ſic fuêre Anomaliæ: unica jam ſuccedi
tia.

## Elegantia.

Verbum Sum junctum Participio A u
eleganter conſtruitur cum *uno Dativo*, Dic
*duobus.* Cum *uno.* Plaut. Trinum. *Sed ſi non*
es, *qvid ago?* Idem Perſa. Dicto ſum audiens.
Cic. 6. Verr. *Qvæſivi an miſiſſet: reſpondit*
*ero*, *ſcilicet* dicto audientem fuiſſe prætori.
jo, *raro*; *Ut* audiens dicto eſſet huic ordini. S
ra Dativi Verborum: jam Syntaxis Acc
rundem expendenda & expedienda venit.

# E SYNTAXI ACCUSATIVI VERBORUM.

## REGULA I.

ctiva Verba, & qvæcunq; actionem ſi-icant *Accuſativum* adſciſcunt: ut, Cic. Arch. *Studia* adoleſcentiam alunt, ſe-utem oblectant, ſecundas res ornant, *rſis* perfugium *ac* ſolatium præbent. d. 2. de Arte: *Dum vires anniq; ſinunt*, rate labores, *Nam veniet tacitò curva*-*ctapede.*

### Nota.

Adſciſcunt & neutra qvædam Græcorum imi-ne *Accuſativum*, vel ſuæ originis, vel cognatæ icationis:

*Suæ originis*: ut,

c. *Ingenui ſunt, qvorum majores* ſervitutem *vam* ſervierunt.

*Cognatæ ſignificationis*: ut,

orat. 1. Serm. Sat. 2. Paſtillos *Rufinus* olet, onius hircum. Juven. Sat. 2. *Qui Curios ſi-ut &* Bacchanalia vivunt.

## REGULA II.

vædam Verba adſciſcunt caſum præpo-nis, cum qva componuntur, jam *Accu*-*um*, jam *Ablativum*,

*Accuſativum*: ut,

Terent. Eunuch. Villam præter
Virg. 3. Æneid. Prætervehor oſti

*Ablativum:* ut,

Terent. Quanta ſpe decidi. Sv
dem portâ *non* extulit.

## Observatio I.

Laxiori dicendi genere utimur, qvando
*Accuſativum* regi à Verbo Activo. Etenim
Verba *Activa* in participatum hujus conſtru
unt, qvæ ſuperiùs in Etymol. p. 458 à nobis
ſed etiam *Deponentia*; qvæ qvando *activâ*
gaudent, etiam *Activorum* Verborum ſtructu
tur. Idem èſto judicium de Verbis, qvæ Com
appellantur, cum inter deponentia à doctiori
ſoleant. De Neutris Accuſativos cognatæ
vel ſuæ originis more Græcorum exigentibus,
servatione dicetur. Neqve tamen de om
vel *Deponentibus* activè uſurpatis affirmaveri
*ſativa* jungantur, ſed de pleriſq;. Nam *male*
*ſor, inſidior* &c. tantùm *Dativô* gaudent.

## Observatio II.

Qvòd Neutra qvædam *ſuæ originis Acc*
tione Græcorum, regant, vel luculento indic
Ejus autem Verba, qvæ Con. Ritterhuſ. in Co
licet. Oppiani citat, aſcribemus: Ἀσ[illegible]
χῆμά ἐστι, τὸν ἐιπόντας [illegible] πρᾶγμά ἐσ
ἀπὸ τοῦ πράγματ© ὄνομα, ὡς τὸ ὕβρ
ληρεῖν λῆρον, μανίαν μαίνεσθαι, φυγὴν
λείαν δουλεύειν, χαρὰν χαίρειν. Et qvia
tùm teſtimonium hujus conſtructionis Latin
ſubjectum cernitur: majoris lucis ergò, nonn
gnabimus. Cæl. Cic. 8. Fam. *Poſtridie ejus al*

...rionis Hortenſius introiit: puto ut ſuum gaudium ...nus. Idem 5. Fam. Magnâ voce juravi veriſſimum ...imúmq; jusjurandum. Liv. Quandoqvidem hic ... injuſſu populi Romani Qviritium fœdus ictum iri ...runt, atq; ob eam rem noxam nocuerunt. Plaut. ...eleſtiorem cœnam cœnavi tuam, qvam qvæ Thye... ...dam antepoſita eſt & Tereo. Idem Pſeud. Prim... ...am pugnam pugnabo, ego etiam prius dabo aliam ... clarum & commemorabilem. Idem Rud. Pulmo... ...depol ... vomitum vomas. Idem Milit. At ..., qvæſo, ut ad id exemplum ſomnium qvàm ſimile ...it. Idem Aſin. Metuo in commune ... qvam fram ...uſus ſit, ita legit Taubmannus, qvi ſimilem locut... ...egat è lib. 28. Livii: Qvi capitalem fraudem frauſi... ...ciniis judiciariis vinculis eſſent. Et Feſtus, frauſus ...ponit, fraudem commiſerit. Macrob. 3. Sat. 7. ex ora... ...ipionis contra Tiberium Gracchum: Qvam ſalta... ... impudicus ſervulus honeſtè ſaltare non poſſet. Gell... ...nnibal Pœnus cum exercitu in Italia eſſet, & aliqvot ... populus Romanus adverſas pugnavisset. Idem: Nulli ... genus vigilias vigilârunt. Idem Terent. Eunuch. ...ſilem luſerat jam olim ille luſum. Apul. 11. Metam. ...idè ſuſpenſus animi mecum ipſe cogitationes exerci... ...ogitabam. Atq; ſic qvidem Accuſativos ejusdem ori... ...erbo addi vidimus: jam claris exemplis evincere al... ...bimus, Verbis Neutris adjungi Accuſativos cognatæ ...ationis, qvamvis origine diſcrepent. Cic. de Amic. ...cere bonam ſpem. Cælius Cic. 8. Fam. Nunc furit, ...viſos homines ſuum dolorem, &c. Plaut. Caſin. 1, 1. ...is novæ nuptæ facem. Idem Curc. 1, 1. Tute tibi puer ...us, luces cereum. Idem Aulul. 5, 1. Soleo herclè ego ...e nugas. Horat. 4. Od. 9. Non pugnavit ingens Ido... ...u Sthenelusve ſolus Dicenda Muſis prælia. Idem 1. Sat. ...rguta meretrice potes, Davóq; Chremetâ Eludente ſe... ...omis garrire libellos Unius virorum, Fundani. Apul. 9. ...m. Poſt multum eqvidem temporis ſomnum humanum qvievi.



Digitized by Google

qvievi. Confer Vechnerum Hellenolex. L
Ambian. Progymnaſ. Cent. 3. c. 22. Sic *A*
minum Relativorum, vel Demonſtrativor
tia adduntur verbis: ut Plaut. *Propter te* ha
*Ne* qvid peccetis *paveo*. Cic. l. 1. Ep. 15. Ill

## OBSERVATIO III

Neutra, qvæ Accuſativum ſuæ origin
ſignificationis admittunt, ſæpe etiam in te
ſiva uſurpantur, præcedente Nominativô: u
lum *à Coſ.* bellatum *qvidem autores ſunt*. C
Pugna *ſummâ contentione* pugnata. Salluſt.
*malè* pugnatum *à ſuis Regem terrebat*. Mart
dormitur hyems. Ovid. *Nunc tertia vivitu*
*gilo, propero, decurro, pecco*, & ſimilia, qvia
ſitivè cum Accuſativo uſurpantur, etiam i
fieri poſſunt paſſiva: ut, Ovid. 1. Triſt. Qvo
ctos evigilavit *idem*. Cic. Att. 9. Evigilata
*bus* conſilia. Plaut. Poen. *Qvicqvid agit*, p
Tacit. l. 2. *Niſi* voluntariam mortem prop
Delubra *occultâ celeritate* properantur.
*Attamen iſta*, qvæ abs te *breviter* decurſa ſun
*mus*. Idem pro Qvint. Septuaginta millia
decurſa *biduô*. Idem Off. *Qvô in genere* et
cantur.

## OBSERVATIO IV

Accuſativi Cognatæ ſignificationis v
aliqvandô mutantur in Ablativum Modi v
ut, Plaut. Mil. 3, 1. *Diu videor* vitâ vivere. p
Aug. c. 4. Morte obiit repentinâ, pro, mo
*Non licet* rectâ ire viâ, pro, viam.

## OBSERVATIO V.

Aliqvando in Verbis Compoſitis exp
præpoſitiones: ut, Terent. Andr. Ad flamm
*prudentius*. Cic. in Piſon. *Non audebit* acce
Cæſar 5. Bell. Gall. *Freqventes* ex oppido

ncidit in febrim. Cæſar, *Milites ex oppido juſſi*

## ANOMALIA.

Hellenismum ſapiunt illæ locutiones, in qvibus *Accu- Partis* vel *Adjuncti*, Verbis ſive Neutris ſive Paſſivis s legitur: id qvod vulgo Synecdoche dicitur. Luca- *Concidit, & ſpumas agit, ingemit &* tremit artus. Apul. n. *Nam &* jugulum iſtum dolui, *& cor ipſum mihi a- nutabi.* Sic Theocritus: ἀλγέω τὰν κεφαλάν, caput. Idem Apul. 8. Metam. *Velut ipſo Diali ful- percuſſa* corruit corpus, *& obnubilabit animum.* Con- NOMAL. I. Regulæ I. Ablativi Nominum p. 881. Nec Paſſivis Verbis eadem nonnunqvam Accuſativi ano- tructuræ competit. Horat. 2. Ep. 2. *Ludentis ſpeciem , & torqvebitur, ut qvi Nunc* Satyrum, *nunc* agreſtem pa movetur. Catull, *Nimirum* idem *omnes* fallimur. , 1. Metam. 7. *Hæc ego ut accepi, ſudore frigidò miſer o, tremore* viſcera qvatior, Ibid. 11. *Et nunc etiam ſpi- deficior, &* genua qvatior, *& gradu titubo.* Idem 4. , *Ex qvo non debeo mercedem, ſi* hanc primam cauſam *penes judices* victus. Virg. 1. Æneid. Expleri mentem *it, ardeſcitq; tuendo.* Silius l. 12. — truncatur membra mi. Lucan. l. 9. *Pluribus illa notis* variatam pingitur n. Stat. 9. Theb. Figitur ora *Lemus.* Sic qvoq; Græci, nocles Antigonâ: Ταράσσομαι φρένας, i. e. contur- animum. Lucianus de Prometheo: ὑφ' ἀετῦ ἐκείρετο ἧπαρ, i. e. ab aqvila tondebatur hepar. Heliodor. Æth. 1. φνη τὴν κεφαλὴν ἔςεπτο, Daphne caput corona- ur.

## ELEGANTIA I.

Accuſativus pluralis CÆTERA, figuratò qvidem, ſed eleganti dicendi genere Poëticò, jungitur Verbis; ut, t. Aulul. 3, 3. Qvieſcas cætera: *ni ludificata lepidè ero, am omnem in me imponito.* Martialis; *Viſceribus bonus eſt:*

*eſt* : cætera *vile* ſapit, Virg. 9. Æneid. *Hanc t*
*pollo Concedit laudem*, &c. cætera parce *puer b*
Metam. *Si tibi deniq; ſocietas iſta diſplicet*, po
*quidem* cætera *fratres* manere, *ab iſto tamen*
*diſcedere*. Euripides: τἆλλα δὲ εὐσεβεῖν
tera pietatem cole.

## Elegantia II.

Verbum paſſivum vel neutrum, venuſt
bitur per Deponens Verbum Patior, reg
vum Subſtantivi nominis ejuſdem originis cu
ſivo vel neutro: ut, Liv. l. 7. dec. 4. Pati ob
*obſideri*. Juſtin. l. 9. Pati ſtuprum, pro *ſtupra*
pati tyrannidem, pro τυραννεύεσθαι. Valer
Pati lucem & timorem, pro *vivere & timere*.
Pati occaſum, pro *occidere*. Ovid. 1. Faſt. Pa
*coli*. Sic fuit Regula prima & ſecunda Accu
Verbo: ſeqvitur nunc tertia.

# Accusativi Verbi

## Regula III.

Verba *Docendi, Monendi, Rogan*
ſcunt duos Accuſativos, alterum
alterum rei: ut, Salluſt. Qvem
mnes artes edocuit, Idem: Ean
*locus* admonuit. Virg. 11. Æneid
*lus bello*, pacem te poſcimus *omn*

Nota.

I. Sunt, qvæ geminum Accuſativum
rei exigant:

Perſonæ: ut,

Cic. Te bonum *timor* faciebat, im

Digitized by Google

Idem: Præſta te eum, *qui mihi es cognitus.*

Rei: ut,

c. *Plato* voluptatem appellat eſcam *malo-*

*oceo, edoceo, moneo, admoneo, rogo, exoro,* retinent Accuſativum rei in paſſivo: ut, Cic. . Rogatus ſententiam. Horat. in Art. Doctus elius.

## OBSERVATIO I.

Is innumerato habeat juventus, quæ ſint Verba *Do- Monendi, Rogandi,* operæ pretium erit ea aſſignare. q; Verba Docendi: *Doceo, edoceo, dedoceo, erudio.* di: *moneo, admoneo, celo,* Rogandi: *rogo, oro, exoro, nterrogo, poſtulo, flagito, poſco, repoſco, percontor, con-* . Verba autem quæ geminum Accuſativum rei vel e adſciſcunt, hæc ferè ſunt: *Nuncupo, appello, nomi- , prædico, voco, habeo, puto, exiſtimo, judico, deſigno, renuncio, cognoſco, facio, præſto, præbeo, do, adjungo, pio, cupio, ſpero, jubeo,* pro, *creo, ſequor,* &c. Sed ex- um luce hic opus erit. Cic. *Quid nunc te, aſine,* li- ocem? DEDOCEO] Idem de Fin. *Quod profecto m putaviſſet, ſi à Polyeno familiari ſuo Geometriam maluiſſet, quàm* illam *etiam* ipſum dedocere. ERU- Stat. *Qua* te leges, præceptáq; fortia *belli* Erudiit r. — MONEO] Ovid. *Si* te unum illud monueri, CELO] Terent. Ea *me,* me celes. ROGO] Mart. go te nummos *ſine pignore, non habeo, inquis.* ORO] poſtremum parentes ſuos *liberi* orabant. EXORO] Hanc veniam *illis ſine* te exorem. PRECOR] Lucan. *fortuna* precatur. INTERROGO] Cic. *Socrates* m quendam interrogavit quædam Geometrica. PO- o] Plin. Ep. 48. *Iterum* me *jam* præſentem advoca- oſtulaverunt, *implorantes fidem meam, quùm eſſent Maſſam Bebium experti.* FLAGITO] Me frumen-

tum flagitabant. REPOSCO] Virg. Pa
ſigna. PERCONTOR] Plaut. *Sunt*, qv
contari. CONSULO] Plaut. Menæch.
hanc rem amicos, *qvid faciendum ſentia*
Liv. Julum, *gens Julia* autorem *ſui nom*
APPELLO] Cic. Unum te ſapientem &
ſtimant. NOMINO] Plaut. *Hominem i*
*nem*, qvem *aut* amicum, *aut* patronum n
Cic. Att. *Velut* Conſulem eum roget *pr*
rem dicat. PRÆDICO] Cic. Victores
dicare. VOCO] Plaut. Aſin. Vocet con
HABEO] Cic. *Ea qvi prabet, non tu h*
præſentem Deum. PUTO] Cic. *Cum t*
bant, *funeri tyranni illius ſceleratiſſime p*
CO] Terent. Virum te judico. DESIG
Deor. *Ariſtoteles qvodam loco* mundum
DECLARO] Virg. 5. Æneid. Victorem
*Voce* Cloanthum Declarat.— RENUNC
Murænam Conſulem renunciavi. COG
1. Eclog. *Nec tam præſentes alibi* cognoſc
BEO] Ter. Servum *haud* illiberalem præb
Me præcipitem *in piſtrinum* dabit. ADJU
l. 9. *Nihil enim dignum faciebat, qvare eſ*
me adjungerem. SUMO] Cic. Sumpſit
PIO] Cic. Me ceperunt arbitrum. CUP
Cupio te conventum. JUBEO] Liv. 3.
*excepere Patres, ne poſtea* eoſdem tribuno
QVOR] Cic. 1. Off. *In hoc* naturam ducen
*& communes utilitates in medium adferr*

## OBSERVATIO I

*Interrogo, percontor, celo, moneo, adm*
pro *commonefacio, hortor*, item *doceo, e*
certiorem facio, ſæpe pro Accuſativo rei a
vum cum præpoſitione DE: ut, Cic. in Pa
*te viciſſim* iisdem de rebus *Latinè* interroge
Scip. *Deinde ego* illum de ſuo regno, *ille*

Digitized by Google

...ceitum eſt. Idem pro Dejot. De annis, de ferro,
...e celare *voluit*. Et 6. Verr. *Cupiſſe* te celari de
...hoc modò *celo* freqventiſſimè conſtruitur. Cic.
...*mum eſt, qvod te orem* &c. *ut* Terentiam mo-
...teſtamento. Idem pro Lege Manil. De qvo vos
...*infitum* admonui. Idem 3. Verr. Commonere
...aliqva re. Idem: Iisdem de rebus *etiam atq;*
...rror. Idem 2. Ep. *Literæ tuæ* me erudiant de o-
... Idem: Doceo te de adventu meo. Idem 2. de
...*idem ſoleo* dare *operam, ut* de ſua *qviſq; re ipſe* do-
...teater huic Verbo propoſitio additur. Salluſt. in
...tum edocet de itinere *hoſtium*.

## OBSERVATIO III.

...a *Poſcendi & Percontandi* præter Accuſativum
...lativum perſonæ cum præpoſitione A; vel Ab
...modi autem Verba ſunt: *Poſco, repoſco, flagito, eſ-*
*...gito, precor, deprecor, peto, contendo, exigo, per-*
*...tor, ſciſcitor* &c. Cic. 6. Verr. *Non debui*
...literas à te poſcere. Idem in Verr. *Nihil eſt,*
*...ferendum ſit, qvàm* rationem ab altero *vitæ* re-
*...qvi non poſſis tuæ reddere.* Idem: *Qvid iſta*
*...ſtudia tua* à te flagitent, *videbis*. Idem 3. Verr.
...*iſte* à Cn. Dollabella efflagitaſſet, *ut ſe ad re-*
*...dem remitteret*. Idem l. 3. Ep. Omnia *ſola* à
...es & expectes. Idem de Amic. *Qvàm multa e-*
*...noſtra causâ nunqvam faceremus, facimus causâ*
...deprecari *amicis* ab indigno, &c. Idem pro Mu-
...deprecatus ſum à Diis immortalibus. Idem Phil.
*...pro vetere noſtra neceſſitudine etiam atq; et-*
*...ut ejus filios, qvi in tua poteſtate ſunt, mihi condo-*
...tandum eſt de hoc Verbo, qvòd in ſignificatione
...Accuſativum Perſonæ non admittat. Non enim
...*te*, ſed, *peto à te*. Ac licet Virg. 6. Æn. habeat;
...*x* peterem, *& tua limina adirem*: ſignificatio
...alia eſt, ut te peterem. i. e. ut te adirem; qvod et-

iam

iam ἐπεξηγήσεις addita oſtendit. Interim
fert exempla. Tacit. l. 12. *Experimentis co*
barōs *malle* Romam petere Reges, *qvàm ba*
c. 1, *Turduli* jura cordubam petunt. i. e.
Romæ: petunt jura à Corduba. Confer S
c. 14. p. 354. Cic. ad Caſs. l. 15. Hoc à te *ita*
*ac omnes fortunas meas poſitas putem*; Idem
*faciliùs* id à te exigam, *qvod peto, nihil tibi*
*recuſabo*. Autor ad Herenn. l. 1. Ab adverſa
*accuſator qvid futurum ſit*. Cic. in Vatin. Q
ex te, *qvod privatus admiſiſti*. Plaut. *Seced*
qvæ ex te ſolo ſcitari *volo*. Cic. de Nat. D
Vellejo ſciſcitabar ſententiam. Rariùs et
cum Præpoſitione habent *Rogo, oro, exoro, o*
Plaut. Trinum. *Dum occaſio ei reperiatur*,
ĉo *alicunde* argentum rogem. Idem Amph
à vobis, *juſſit Jupiter*. Idem Trinum. ---
qvam *volo Ego me* abs te exorare. Idem in
*ſi me fas eſt*, obſecrare abs te *pater*. Cic. Su
*pere* à te qværo, *ut eam voluntatem*, &c. -
Qværo à vobis, *ut mihi in hac cauſa date ve*

## OBSERVATIO IV

*Inſtituo, informo, inſtruo, imbuo*, poſt
ſativum perſonæ cum Ablativo rei, jam Ab
Qvint. l. 1. c. 2. *Qvidam* literis inſtituendos
*ptem annis eſſent, non putaverunt*. Sic Cice
dixit: Græcis literis inſtituere. Idem pro
*primùm ex pueris exceſſit Archias, atq; ab hi*
ætas puerilis *ad humanitatem* informari *ſole*
*ſtudium contulit*. Qvint. l. 3. c. 5. *Oratior*
ſceptos *à ſe* diſcipulos inſtruxerit. Idem in
entiâ ſtudioſos inſtruere. & Virg. 2. Æneid.
ĉtus & arte Pelaſgâ Cic. pro Dejot. Qvib
*ineunte ætate* ſe imbuerat. Sic dicimus; do
dibûs, Cic. Peto l. 9. Socratem fidibûs do
*fidicen*, & de Clar. Orat. Literis græcis & la

nius per Adverbium extulit, de Clar. Gram. *dicitur ingenii magni, memoria ſingularis, nec* è qvam Latinè doctus. Sic, Erudire aliqvem Lentul. l. 1. Lentulum noſtrum *eximiâ ſpe, ſum-* doleſcentem, *cùm* cæteris artibus, *qvibus ſtu-r ipſe, tùm inprimis* imitatione *tui fac* erudias. im, *Erudire aliqvem ad aliqvid,* & *in aliqva re.* Hæc nos *primùm* ad *illorum* cultum, *deinde* ad *s, qvod ſitum eſt in generis humani ſocietate, tùm* magnitudinemq; *animi* erudivit. Et ſic fuêre TIONES: nunc ANOMALIAS, ſi qvæ ſint, s.

## ANOMALIA I.

rſam hanc ſtructuram *gemini Accuſativi* cum o, pariter & *unius Accuſativi* cum Verbo paſſi-h eſſe, fervidè contendunt nonnulli; aſſerentes m rei non à Verbo regi expreſsô, ſed præpoſitio-l. E. g. in illis; *Doceo te literas, pacem te poſco,* dició intelligendum erit AD, SECUNDUM, oſitio, qvæ græco κατὰ reſpondeat. Sed abun-ſenſu. nos enim à communi ſententia receden-ntamus, ſine evidenti neceſſitate. Idem eſto ju-Verbis paſſivis Accuſativum regentibus: in qvi-r tradunt Accuſativum regi à præpoſitione vel inito. E. g. *Doceri iter,* valeret, *ad iter.* Sic: *onemur:* valeret, *qvoad multa,* vel, *facere multa.* exemplis. Horat. l. 3 Od. 6. Motus doceri *gau-* *Matura virgo* — Qvint. l. 6. c. 3. *Poſt acce-litatem primus* ſententiam rogabatur *cujus hære-* Ovid. 1. Met. — alimentáq; debita *dives* Poſce-*us* — Cœlius Hypobol. *Ego* illud *minus nihilo* torium. Qv. Metell. Numid. in lib. Accuſatio-erium Meſallam tertio: *Cum ſe ſciret in tantum iſſe, atq; ſocios ad Senatum qveſtum veniſſe,* ſeſe aximas exactos, — hæc Gellius citat l. 15. c. 14.

illáq;

Digitized by Google

illáq; græcâ figurâ ſic dici ait. Græci enin
εισπεπράξατό με ἀργύριον. *Exegit m*
Qvæ Gellii ſententia commodior forte fue
Commune enim hoc eſt Græcis cum Latin
gant nonnunqvam Accuſativos. In qvam
Vechnerus Hellel. l.1. c.26. illud Pauſan. Δ
ἅλωσιν τῆς Ερετρίας i.e. *Edocentur expu*
Hoc etiam accidit in ſtructura gemini Acc
bo activo: qvod ſc. eam non minùs Græci,
mittant. Niſi qvod, inqvit Vechnerus He
apud Græcos conſtructionis hujus crebrio
cum licentiùs hâc formula loqvendi uſi ſun
Græcos imitati videntur. Veluti enim Mac
l. 1. Sat. 5. 4. *Atqve ita ſedatâ peſte puerum*
uſum munus accepiſſe: ita Heſych. Ποτ
Αθηναίοις ἔπεμψε δῶρα, *pocula miſit*
empla Græca pariter & Latina ibid. vide.
Leppardum, Emendat. l. 3. c. 13. qvi exem
oſtendit, verbum αἰτεῖν duos Accuſativos
Concluditur itaq;, ut ad rem redeamus, Lat
venienter loqvi Græcanicæ dictioni, utent
cuſativi cum paſſivis, qvam ut qvis exiſtime
di genere latere Ellipſin aliqvam.

## ANOMALIA. II.

Non deſunt, qvi putent Plautum, n
chaiſmo dixiſſe, *Monuit mihi.* Qvibus ſu
in Lexico Plautino. Sed ille ſeqvitur Palm
git illud Plauti Trucul. 4. 1. *Unum animus t*
Taubmannus legendum putat ex Pariſinâ E
rarii; *Unum animos movit mihi.* Lambin
ἀναλόγως legit: Unum *animus* monuit
uſqveadeo obnoxius ſit varietati lectionu
locus, ex eo vix aliqvid ſolidi ac certi exſcul
mandum, Dativum ἀνωμάλως hic uſurpa

ANOMALIIS, qvibus unicam modo ſubjun-
IGANTIAM.

## ELEGANTIA.

ienter huic Regulæ; juxta an eleganter non
a, præter Accuſativum Perſonæ adſciſcunt hos
s: *Illud, id, hoc, idem, qvod, qvid, aliqvid, unum,*
it: Cic. Att. l. 9. Illud me *præclare* admonet.
vint. Illud te oro & hortor. Terent. Id, *amabo,*
Cic. Att. l. 7. *Nec* te id conſulo. Terent. Andr.
*&*, te id dare operam. Idem ibid. *Sine* te hoc
c. pro Qvint. *Itaqve* te hoc obſecrat, *ut* &c.
ad Brut. Hortare idem *per literas* Caſſium &c.
*Sis tu,* qvod *jamdudum* te hortor. Idem Att.
*m,* qvod me mones, *qvatriduò antè ad eum ſcri-*
rent. Heaut. *Ego domi ero ſi* qvid me voles. Cic.
*; non qva* te aliqvid juberent, *ſcripſimus.* Idem
*qvò* me aliqvid juvare *poſſes.* Terent. Evnuch.
oro. Plaut. Capt. Unum exorare vos, *ſinite nos.*
urth. Pauca *pro tempore* milites cohortatus.
it ACCUSATIVI Verborum Syntaxis: nunc
VI eorundem ſtructura tradenda venit.

## NTAXI ABLATIVI CUM VERBO.

## REGULA I.

iva conſtruuntur cum *Ablativo &*
*ione* A, vel AB, qvi *Ablativus* fit ex
*tivo* Verbi Activi: ut, Cic. de Nat.
*Nihil eſt virtute amabilius, qvam qvi*
*eſt, ubicunqve erit gentium,* à nobis
ur: Horat. l. 1. Sat. 2. Laudatur ab
patur ab illis.

Nota.

## Nota.

*Neutra, Neutralia paſſiva*, atq;
vè ſignificantia conſtruuntur etia
& *Præpoſitione* A vel Ab: ut, Cic
*Anima, qvæ in pulmones ducitur*
ſpiritu. Qvint. l. 12. c. 1. *Fabrici*
*tive ſpoliari malle, qvam* ab hoſte
*dus* à ſe patitur.

## Observatio

Qvamvis paſſivorum Verborum p
gere *Ablativum*, qvippe cum ejus ſtru
præpoſitione additâ, A, Ab, vel Per, q
bis paſſivis: qvia tamen creberrimus
cturæ paſſivorum cum Ablativo & præ
nem docendi viam & methodum ſeqvut
aut ſiccô pede præterire nefas duximus
dimus Paſſiva *regere Ablativum*, ſed con
& præpoſitione, h. e. conſtrui cum pr
Ablativum. Idem eſto judicium de con
tivorum, qvæ propriè non pendet à paſſ
tione Per: Id qvod evidenter teſtantu
eâdem planè Syntaxi gaudent. Veluti e
Ep. 1. ad Lentulum: *Res* agitur per eoſ
idem ait ad Att. l. 4. Ep. 15. *Mihi mehe*
*eſſe, in qvo tantulum intereſſet, utrum* pe
res, *an* per teipſum. Confer Voſſium
pag. 144. Idem affirmaveris de præpoſiti
*Clodius pecunias conſulares* abſtulit à Se
tur *id præmium* à me, *qvod promiſi per*
me *hoc illi* dabis. Idem: *Tempus qvod*
negotiis datur. Plaut. Dabitur à me *arge*

## Observatio

Licet crebrò paſſiva conſtructa legu
tionibus A, vel, Ab regentibus Ablativu

Digitized by Google

tunt eoſdem caſus, qvos ipſorum activa poſtulant, r Accuſativum rei patientis. Veluti enim Seneca di. 4. Controv. *Filius* accuſat patrem dementiæ; ita i- 10. Declam. ait: Accuſatur à filio *pater* dementiæ. xempla teſtantur Genitivum communem eſſe Verbo & activè & paſſivè uſurpato. Idem & de Dativo af- eris. Cic. l. 4. Att. *Qvos libros ut ſpero*, tibi *valde* bo. Idem: *Neq.* ſenatui, *neq.* populo *neq.* cuiqvam probatur. Plaut. Merc Tibi aras, tibi occas, tibi ſe- i e dem metis. Idem: Mihi *iſtic nec* ſeritur, *nec* me- Cic. Appio; *Melius* ei cavere *volo, qvàm ipſe* aliis ſo- lem: *Qvid qvisq. vitet, nunqvam* homini *ſatis* cautum borat. Idem; *Dummodo is* tibi *qvidvis, qvàm otioſus* egerit. Mart. *Si totus* tibi *triduò* legatur. Vide Fri- .7. c. 9. p. 230. ſeq.

## OBSERVATIO III.

Cùm Activa paſſivis permutantur, *Accuſativus* in *No- ivum* migrat. Exemplo ſit illud Senecæ ſuperiùs ci- : Filius accuſat patrem. Accuſatur à Filio pater. Si m, geminùm Accuſativum poſtulet, mutabitur in No- ivum, qvi præſtantior eſt, h. e. qvi perſonam ſignificat, permanente: ut, Doceo Antonium literas; Anto- ocetur à me literas. Si verò uterq; Accuſativus ad m rem ſpectet, uterq; in Nominativum mutabitur: ut, Cæſarem conſulem; Cæſar creatur à me conſul. Nero Senecam magiſtrum; Seneca vocatur à Nerone ma- Hæc Alvarus pag. 323.

## OBSERVATIO IV.

Verba, qvæ *Communia* vulgò vocantur, paſſivâ ſigni- ne paſſivorum more Ablativum cum præpoſitione tum admittunt. Liv. *Amicum* ab ipſo *per tot caſus* rum. Plura non addimus teſtimonia, cùm ea ordine etico fuſè ſatis deſcripta inveniantur in Etymol. p. eq.



Digitized by Google

## Observatio V

Hanc ſtructuram ſeqvuntur etiam
nalia paſſivæ vocis: ut, Cic. 2. Offic Occ
*bis, & qvidem* à doctis & eruditis. Idem l
*est* à me inſervitum *temporis causâ*. Ide
*orationi vehementer* ab omnibus reclamat
Domo ſua: Ab univerſo Senatu reclamatu
l. 2. *Non meô vitiô fit, hoc qvidem tempore*
tum eſt) *ut me iſta epiſtola nihil conſol*
caſus ſæpenumerò tacetur. Plaut. Pſeud.
*vivatur hic ad hunc modum*. Idem in Per
vivitur.

## Anomalia.

Verba paſſiva aliqvando Dativum c
tivo, more Græcorum admittunt, idq; pl
tas: ut, Ovid. l. 3. de Ponto: *Qvum toties*
audior ulli. Sic Cic. de Clar. Orat. Audi
*Caji filii ſæpe ſermo*. Plura addere non n
de hoc loqvendi genere pleniùs dictum ſit
cum Verbo, Anom. 1. p. 1023, 1024.

## Elegantia.

1 Neutrale paſſivum Fio, eleganter ju
tivô ſine præpoſitione, ſed alia ſignificatio
Andr. *Qvid* me fiet? Idem Heaut. *Tu for*
*parvi pendes*. Cic. ad Terent. *Qvid* puerô
*Qvid Tulliola mea* fiet? Dativo etiam ſ
tur: ut Plaut. Bacch. *Qvid* mihi fiet *poſt*
Participium Futurus eôdem ſenſu eund
lat. Terent. Heaut. *Qvid* me futurum
cum Dativo: Cic. in Anton. *Vide qvaſo*
futurum ſit. Eôdem modô Verbum Fa
vo pariter & Dativo conſtruitur; ut, C
hoc homine faciatis? *aut ad qvam ſpem*
*tam importunum animal* reſervetis? Te
*qvid me nunc* faciam, *ſcio*. Huc etiam refe

Digitized by Google

adoro *quid* faciam Stoico? Sed ambiguum eſt, Ab-
ſit an Dativus. Sanè Dativus placuit eidem Cice-
Cæcinn. *Quid tu* huic homini facias? Idem 4. A-
*d ouitis* faceret huic concluſioni? Si lucet, lucet;
em, lucet igitur. Sic fuit Regula *prima Ablativi*
n: Jam ad *ſecundam.*

# BLATIVI VERBORUM

## REGULA II.

ba *Implendi, Onerandi, Liberandi* & his
ria, præter *Accuſativum* adſciſcunt
*um:* ut, Cic. de Univerſ. *Cùm con-*
*Deus* bonîs omnibûs explere mun-
*hil mali admiſcere.* Idem in Att. O-
s eum contumeliis oneràſti. Idem
l. Magnô me metu liberabis.

### OBSERVATIO I.

s claſſis verba ſunt: *Impleo, compleo, expleo, re-*
*ſaturo, locupleto, dito, beo, dono, farcio, refercio,*
*cumulo, augeo, obruo: Exhaurio, viduo, ſpolio,*
*o, emungo, privo, fraudo, everto: Onero, premo,*
*Levo, exonero: Libero, ſolvo, exſolvo, expedio, ab-*
*edio, implico, irretio, illaqueo:* qvibus addunt,
*dignor, dedignor* &c. Exempla tanqvam ubivis
vitatis ſtudiô omittimus.

### OBSERVATIO II.

PLEO interdum habet præpoſitionem DE cum
; ut, Cic. 4. Acad. *Res jam univerſas profundam,*
*volumina* impleta ſunt. Matt. *Hos niſi de ſlava*
plere monetâ *Non decet.*

### OBSERVATIO III.

*orno, veſtio, conveſtio, calcio, cingo, amicio, tego,*

*accingor*, Ablativo gaudent: ut, Plin. l. 8. c
*hic, qvidam Alexandrum* regiô inſtratum orn
*dum.* Idem l. 9. c. 13. *Qva* pilô veſtiuntur,
Cic. pro Domo ſua: *Ergo ejus domum Verſ*
*ela converſticam videtis.* Plin. l. 7. c. 20. A
*Athanatum nomine prodigioſa oſtentationis*
*thorace plumbeo indutum*, cothurnis *qvin*
calceatum, *per ſcenam ingredi.* Liv. 7. ab U.
*venem aqvales: pedeſtre ſcutum capit*, Hiſ
gladiô, Cic. 2. Phil. *Sedebat in Roſtris colle*
togâ purpureâ. Columell. l. 7. c. 12. *Qvi*
tenebris canis *tutiorem acceſſum habeat*
Virg. 2. Æneid. *Atq; omnis* facibus *pubes* a

## OBSERVATIO IV

EXCALCEO à Svetonio in Vitellione
patur, *Pro maximo*, inqvit: *munere à M*
*ut ſibi pedes* præberet excalceandos, &c.
apud eundem Svetonium in Nerone c. 51.
non tantùm Accuſativum habet, ut Silius
dolos, ſed præter Accuſativum, habet etiam
ut, Mart. Peltatam Scythico diſcinxit Ama
l. 6. Theb. Pictô diſcingit pectora Limbo.
Ablativum rei habet; ut, Sil. l. 8. Diſcingi a

## ANOMALIA.

Hæc verba, *Compleo*, *impleo*, *expleo*,
imitatione Genitivum regunt: ut, Plaut.
ambo illos & dementiæ complebo. Idem
*hanc rem pergam exqvirere, qvis fuerit*, qvei
*ſuum*, ſtupri compleverit. Idem Menæch.
vit flagitii & formidinis. Cic. 9. Fam. 18.
*video, æſtimationes tuas vendere non potes; n*
riorum implere, *Romam tibi remigrandum*
tudinem *qvoq;*, *qva ſemper ferme regenti ſim*
nis juſtæ implevit. Idem: *Celeriter* adoleſ
ſterilitatis implet. Idem: *Et impleret* ho

Digitized by Google

[illegible] *fides promissi homini*, [illegible] *obſiteræ ſolet*. Plaut. Aulul. *Quid tibi omnes* [illegible] *in ædibus miſero mihi*. Virg. [illegible] explere *jubabit*. Ulterius [illegible] *ſe*. *g.* — [illegible] *propediem* [illegible] vabare. Sic [illegible] [illegible] & [illegible] Apul. 5. [illegible] [illegible] *ſi* [illegible] infecit, [illegible] Q[illegible] legitur. Liv. Levarunt animum [illegible] *omnium* [illegible] laborum levavi [illegible] o Ulp. leg. 51. *Puta & de eo ſenſum* [illegible] [illegible] Sic loquuntur & Græci Pind. Pyth. 11. [illegible] : Solvit, ſive ſpoliavit domos [illegible] Euripedes. ἐλευθερῶσαι τῶδε πόνε, libero te [illegible] Philos. [illegible] χαλεπῶς [illegible] [illegible] liberatur.

ANOMALIA II.

*Veſtiendi* in paſſivo more Græcorum cum Ac[illegible] inveniuntur, in primis apud Hiſtoricos & Poetas [illegible] Ipſum [illegible] induitur. Virg. 2. Æneid. — *deinde* comantem [illegible] galeam, *clypeiq;* inſigne decorum Induitur.

ELEGANTIA.

[illegible] plane decus ſermoni latino pariunt Ver[illegible] [illegible] COMPLECTOR [illegible] Accuſativo, partim & Ablativo. AFFI[illegible] Cæl. l. 12. *Cupio te aſſiduo videre*, miroq; de[illegible] *urbs* afficit. Idem pro Milon. *Milo populum* [illegible] afficit, Idem Att. [illegible] *ſalute mea* nulla me nova voluptate afficit [illegible] [illegible] : honore, muneribus, præmio, [illegible] moleſtia aliquem afficere. ORNO] Cic. in [illegible] frequentia ſua adventum veſtrum ornaverunt

 acce-

Digitized by Google

ABLATIVI VERB[illegible]

REGULA III.

Pretium rei additur Verb[illegible] *contrahendi* & *taxandi* in Ab[illegible] Plin. l. 7. c. 30. Viginti talent[illegible] *nam Isocratis* vendidit. Teren[illegible] *non emo.* Virg. 6. Æneid. Vend[illegible] ro patriam —.

Nota

I. Hi Ablativi: *Magnô, permagnô,* [illegible] *paululô, plurimô, nimiô, minimô,* [illegible] *plô* ſæpe abſolute adduntur Verb[illegible] Terent. Eunuch. *Quid agis,* [illegible] *captum, quem queas* minimô [illegible] lulô *vis quanti queas.* [illegible]

II. Excipiuntur tri Genitivi: Tant[illegible] *quanti, quanticunque, pluris, minoris* [illegible]

*... pluris eſt, quàm hominum ſermo.* Idem ... *Bollo* cupidus tanti, qvanti *voluit.*

## OBSERVATIO I.

... refert, qvænam ſint Verba *Mercandi, Comparandi.* Hæc autem ſunt: *Emo, redimo, mereor, ... diſtraho, valeo, venundo, veneo, ... liceor, licitor, addico, indico, loco, conduco, ... taxo, ſum,* pro, valeo, & conſimilia alia, qvibus *Pretii* rectè accommodari poteſt. Qvorum ... paucis illuſtranda ſunt. *Æſtimo* genitivô tan... qvando parvi aut magni facere ſignificat; cujus ... ationem habere atq; taxare, cum Ablativo preti... Cic. Verr. *Eâdem tempora Antonius* tribus de... *poſt meſſem ſummo in vilitate.* Ibid. *Idq; fru...* ... iis æſtimaſſet, qvaternis ſeſtertiis triticum ... Eodem modô *Sum,* pro valeo, cum ... Cic. 5. Verr. *Verum enim verò cum eſſet frum...* ... ſtertiis binis aut trinis, *qvibusvis locis provincia ... ſeſtertios exegiſti.* Ibid. *Cum in Sicilia ſeſtertiis ... modius eſſet,* &c.

## OBSERVATIO II.

... ſolùm Verba, ut Alvarus annotat p. 342, qvæ ... ptionem, aut venditionem ſignificant, qvalia mo... ſuimus; ſed etiam qvævis alia hùc ſpectant. Varro ... Ruſt. *Piſcinæ* ædificantur magnô. Horat. l. 2. Sat. ... *& qvantum homini ſit* vivere parvo. Plaut. ... *jam magno tu vapula.* Qvòd Ablativus Subſt. ... nonnunqvam addatur, ut: Mart. l. 6. *Parvo ... diu liceret*; diximus in Syntaxi Genitivi Ver...

## OBSERVATIO III.

... lativus ſæpe migrat in Adverbium; ut, Cic. in Brut. ... are æſtimas *tot annos.* Horat. — *poëma Qvi tam ... tam* carè *prodigus* emit. Varro; *Aves pingues*

veneunt carè. Cic. Emit *domum propè din*
æſtimabat. Plin. l. 18. c. 6. *Qvicqvid per a*
viliſſimè conſtat.

ANOMALIA.

A communi hac Ablativi ſtructura
qvando locô Ablativi Accuſativum admi
de L. L. *Denarii, qvòd* denos *æris* valeban
qvinos. Uſitatiùs verò cum Ablativo legit
ſchlinô l. 7. p. 211. Plin. l. 33. c. 3. *Aureu*
*nus 62. percuſſus eſt, qvàm argenteus, ita u*
*ret* ſeſtertiis vicenis. Ulpian. *Qvibus ſubt*
*mò* valeret *hæreditas*.

ELEGANTIA.

Elegans eſt uſus Verbi Sum additi Ge
*te*, Cic. 3. Offic. *Emere denariô, qvod* ſit
Liv. l. 39. *Qva* pluris *qvàm* qvindecim mi
*in cenſum referri viatores juſſit*. Plin. *Agell*
*nummûm*, centum millium. Mart. *Vix puto* t
*tum tota fuiſſe minoris*.

ABLATIVI VERBO

REGULA IV.

Qvæ *probibendi* ſignification
item *auferendi, abſtinendi, accipi*
*ſtandi*, Ablativum adſciſcunt cu
tione A vel AB: ut, Cic. pro Do
à me *pecuniam*. Idem: 5. Verr
*manus* ab alienis pecuniis. Ter
2, 3. Abs qvovis homine, *qvum*
*neficium* accipere *gaudeas*. Cic.
4. *Qvum* abeſſem ab Amano *ite*

Nota.

...& *ſuperſedeo* exigunt Ablativum ſine ...ne: ut, Cic. 5. Phil. *Eodem die non modò ... ſed etiam* libertate ſe abdicat. Idem l. 4. ... *perſedeas hoc labore itineris*.

... *prohibeo, intercludo, moveo, pello, cedo, ...do, abſtineo,* & quædam alia, tam ſine ... præpoſitione uſurpantur: ut, Cic. ... ſedibus arcebit Virg. *Ignavum fucos ... præſepibus arcent*.

OBSERVATIO I.

... Prohibendi hæc enumerant Grammatici: ... *arceo, ... coerceo, averto, deterreo, ab-... prohibeo, intercludo, interdico, propulſo, de-... conſervo, vindico, redimo, libero, pello*, cum ... & ſimilia. Auferendi verò hæc recenſent: *Ab-... abrado, abſtraho, expello, aufero, abrogo, eripio, ... furor* &c. Abſtinendi: *Abhorreo, abſti-neo, ... deſino, refreno, cohibeo, cedo, recedo, ... ſenior* &c. Accipiendi: *Accipio, audio, ... mereor, ſumo, ſpero, mutuo, mutuor, re-... colligo, habeo, haurio*, & quævis Verba *Intelligen-di, ...* Diſtandi: *Abſum, differo, diſcrepo, diſcordo, diſto, exulo* &c.

OBSERVATIO II.

... *arceo, prohibeo, intercludo*, reliquáq; Not. ... Verba & ſine & cum præpoſitione legantur, ex ... manifeſtum evadit. PROHIBEO] ... *udendum*, ut pabulatione & commeatu Romanos ... itur. Idem: *Tempeſtates hoſtem* à pugna prohi-... INTERCLUDO] Cæſ. Commeatibus noſtros ... *inſtituunt*. Idem: *Regiones* à præſidio atq; im-... interclusas *maximum flumen diſtinebat*. MO-

 VEO]

VEO] Cæſ. *Tanta ſubito tranquillitas exti*... *vere non poſſent.* Cic. *Te ſenatus frequens* ... *vere non potuit.* PELLO] Plaut. Pelle ... Cæſ. *Futurum eſſe paucis diebus, ut omne*... pellerentur. CEDO] Cic. *Cedam tibi i*... curiâ & ſanctiſſimis *deorum immortalium* ... urbe, cedam vitâ. Idem: Cedo *invitus* de ... *preſſus*, de fortuna, de dignitate. ABSUM ... *Hic tu eâ me abeſſe urbe miraris, in qua* ... *vare poſſit.* Terent. Heaut. *Nam dum* ab... *mihi labores fuêre, quos cepi leves.* EXUL... *Nam* domô exulo. Macrob. A conviciis ... *phia.* ABSTINEO] Ovid. *Eſt virtus* pl... *bonis.* Cic. 5. Verr. Abſtinere manus ab ...

OBSERVATIO III.

Verba quædam *Auferendi*, præter A... modò Dativum, modò Ablativum cum ... bent: ut, Plin. l. 12. c. 14. *Nemo* furatur al... *ego tuum antè legiſſem*, furatum *me* abs ... dem: Auferre alicui *caput, vitam, formam* ... ripe agnum lupo. Idem Caſin. *Cupio* il... ſurripere. Sic *Prohibeo* & Accuſativum & ... habet: ut, Plaut. Curc. 5. 2. Parentéſne ... beas?

OBSERVATIO IV.

Quædam etiam *Accipiendi* Verba ha... nem DE: ut, Terent. And. *Apud forum* ... divi. Cic. pro Cor. Audivi *hoc* de patre me... Flacco: *Fundum* mercatus eſt de pupillo... *Bona hujus* de L. Sylla *ſeſe* emiſſe *dicit*. ... borum exempla obvia ſunt.

OBSERVATIO V.

Intelligendi Verba: *Intelligo, cogno*... *jicio, diſco*, præpoſitionem Ex recipiunt: ... *certiſſima putabo, quæ* ex te cognôro. *Nec*...

Digitized by Google

... compoſita, præpoſitionem repetunt: ut ... ejici è prædio. NOTA. De ... intervenire, pro differ. in Syntaxi ... eſt.

ANOMALIA.

... Dicendi & Deſinendi Græcanicâ figurâ ge... Horat. l. 3. Od. 27. *Mox, ubi lu...* ... *caliduq; iræ.* Citant & il... nominum; *Ipſe quidem Cor...* ... *Alexin vocat*: ſed hæc ſtructura & ... quando nomina ſunt, competit. ... loquuntur. ut in Pythagoræ Symbolis ... i.e. abſtinere fabarū. Ariſtophanes ... Horat. ... Od. 9. Deſine ... querelarum. Sic Iſocrates: λῆγε τῶν ... Deſine laborum, qui id... δυνάμενος. ... *Confuſi* non deſinit iræ. Virg. 10. ... Syl. 10. ... deſiſtere pugnæ. Eodem modo apud Gel... Verbum ... ut quieſcerent pugnæ. Quemodo & Ho... τῆς ὀργῆς ἐπαύσατο, quievit iræ.

ELEGANTIA.

ABHORREO ex præſcripto hujus regulæ ... conſtructum legitur cum præpoſitione A ... & cum Accuſativo & præ... præpoſitione. ... Cic. Ep. *Bibuli voluntas* à me abhorret. Ibid. ... Idem de Orat. ... ſententia *Pompejus* abhorreret. ... à communibus præceptis. Ibid. Abhorrere à ... *Genus orationis* ... *communis ſenſus*. Ibid. ... abhorrens ab auribus vulgi. Idem pro Dejot. ... *longè tamen* à conſvetudine *criminandi non* abhorrebat. Et pro Sæſt. *Nec* ab utilitate *eorum* ... *nec* ab officio noſtro, *nec* ab ipſa cauſa *P. Seſtii* ... *omiſſio mea*. Et cum Ablativo Gerundiorum ... Cic.

Cic. [illegible] præpoſitione [illegible] Cic. [illegible]
Idem [illegible] Ovid. [illegible]
dem formulâ *conſuetudinis* [illegible]
verò, *quando paucis poſt diebus* [illegible]
Accuſativo [illegible] ſimplicis [illegible]
Familiæ [illegible] diſtarioq. [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Germ. [illegible]
quod [illegible] Liv. [illegible]
[illegible] Sic fuit Regula [illegible]
[illegible]

## ABLATIVI VERB[illegible]

### REGULA V[illegible]

*Utor, fruor, fungor, veſcor,* [illegible]
*glorior*, item hæc Neutra: [illegible]
alor, *laboro*, pro malè habeo, [illegible]
[illegible], adſciſcunt Ablativum: [illegible]
*rectè* uti *non poſſumus*, [illegible]
*plæti.* Claud. — Virtute [illegible]
nihil. Cic. 5. Tuſc. Veſcor [illegible]
no, &c. Lucan. — gaudet [illegible]

### OBSERVATIO [illegible]

Verba CONSTO & LABORO [illegible]
dem E vel Ex ante Ablativum [illegible]
[illegible] conſtemus ex animo & corpore. [illegible]
conſtat è voce [illegible] motu. Terent. Andr. [illegible]
Cic. Laborare ex deſiderio, ex renibus, ex [illegible]
[illegible], ex invidia.

### OBSERVATIO II.

NITOR & GLORIOR, etiam præpo[illegible]

Digitized by Google

*Glorior* præterea præpoſitionem De; ut, Cic.
n *hujus* vita nititur *ſalus civitatis*. Idem 2. de
n virtute *rectè* gloriamur. Idem in Vatin. De
us *inſolentiſſimè* gloriaris.

OBSERVATIO III.

ERO & MERFOR, pro *Commodo* adſciſcit Ab-
onæ cum præpoſitione De; Sed pro mercede,
n rei habet; ut, Plaut. Aulul. *Nam de te neq; re*
erui, *ut faceres, quæ facis*. Cic. 6. Verr. *Talis illa*
le populo Romano meritus eſt, *ut non uni ſancti-*
*erſa civitati commendatus eſſe debeat*. Cæſ. 7.
*Eaq;* quæ meruiſſent præmia, *abs ſe deſiderâ Gal-*
*ent*. Plin. l. 7. c. 30. Meritus lauream *lingua*
itus præpoſitionem ERGA huic Verbo adjun-
. *Jam iſtuc gaudeo. Utut* erga me merita. Sic
*Commereor* uſus eſt Terent. Hecyr. *Quæ mea*
*tiam* erga me commerita eſt, *pater Quod nollem*
*l vellem meritam ſcio*.

ANOMALIA.

... mmuni loqvendi conſvetudine deflectit ſermo la-
...cccuſativus locô Ablativi Verbis POTIOR, FUN-
...OR, VESCOR, UTOR, ABUTOR nonnunqvam
..., Cic. l. 2. Offic. *Clandeſtinô introitu* urbem eſt
...lem 1. Tuſc. *Ego doleam, ſi ad decem millia anno-*
...*n aliqvam* urbem noſtram potituram *putem*. I-
... 13. *Vincamus odium*, pacémq; potiamur. Ubi,
Alvarô, legitur etiam *pace*. Terent. Adelph. *Ille*
*abore* patria potitur commoda. Plaut. Aſin. *For-*
*m qui patitur, idem poſt* potitur bonum. Juſtin.
*andrum nominabit, qui poſtea* regnum *Indorum*
t. & hôc modô aliqvoties loqvitur. Plin. l. 8. c. 50.
...im jecur veſcantur. Idem l. 9. c. 30. Ova veſcen-
... abſinthium veſcuntur. Tacitus in
... 11. c. 37. *Qui* abſinthium veſcuntur. Tacitus in
...icolæ; *Eô ad extremum inopiæ ventum, ut* infirmiſ.
...orum *mox ſorte* ductos veſcerentur. Tibull. 7.
Eleg.

Digitized by Google

Eleg. 5. *Veniam amo, ſcisq; ſacras innoxia* *æternum ſit mihi virginitas.* Tacit. l. 3. *erga memoriam filii* ſua munera fungere *P. C. mortalem eſſe, & hominum* officia f *ſi locum principem impleam, & vos teſtor* *miſſe poſteros volo.* Plaut. Menæch. *Ja* *Nam paraſitus octo hominum* munus *fa* Trinum. Prolog. *Seqvere, mea gnata,* ſuum. Terent. Adelph. 3. 4. *Neq; homin* eſt officium *viri.* Idem Phorm. 2, 1. — ſu eſt Officium *liberalis.* Luc. l. 1. 9. *Levis p* gentia munera fungi. Plaut. Aſin Cæter *Græca mercamur fide.* Idem Poen. Uteris meam. Idem : Abuſus ſum tantam rem Prolog. Andr. *In prologis ſcribundis* oper nebus Adverſ. l. 1. c. 8, & l. 22. c. 5. *Abute* *malè utor*, ſed *operam impendo & conſum* ſunt : *Hic abuti*, inqvit Turnebus, *omnes* *ſignificatione accipiunt pro malè uti : Ego,* *terpretor eſſe operam impendere & conſu* *In prologis poëta operam non ponit, nec* *m enti narratione, ſed in calumnia & mal* *ſione. Qvi autem valet ut, hoc modò, Non* *argumentum narret. Sic Abuti Plautus u* *ſunt, qvæ dedi? C. Abuſa. i. e. ea conſum* *ſunt.* Hæc ille.

## ELEGANTIA.

Verbum POTIOR pro *Conſeqvor, fr* cùm Genitivo eleganter conſtruitur, om gantiſſimè cum Genitivo RERUM: ut, Ci *Si exploratum tibi ſit poſſe te* illius regni pot *Nullas etiam conſeqvuntur voluptates*, qvar *inflammati multos labores magnosq; ſuſceper* *mani* ſignorum & armorum potiti ſunt. *fatum foret* urbis potiri. Autor ad Herenn um potiti ſunt *Spartiatæ*, Corn. Nepos in

citus. In Dione: Totius ejus partis Siciliæ poti- n Ageſilao: Imperii potitus eſt. Gell. l. 6. c. 17. *illam librorum copiam Xerxes* Athenarum po- *ebit in Perſas*. Et l. 9. c. 3. Gentium nationúmq; potiri *cœperunt*. Plaut. Capt. 1, 1. *Nam poſt qvam* potitus hoſtium. Qvod tamen Turnebus l. 30. ſ. *paſſivè* exponit, pro, *captus eſt ab hoſtibus*. Sic Idem & activè anomalò utitur Amph. 1, 1. *Qvi*, eum nunc potivit *pater* Servitutis. Turnebus atò locò exponit, *compotem ſervitutis fecit*, & *didit me, qvi liber fuerim*. Eandem expoſitio- Scipio Gentilis Parerg. l. 1. c. 42. Et cum Ge- UM, ſignificat *dominium tenere, ſummam im- niſtrare*: ut, Cic. de Fin. *Cleanthes ſolem domi-* um potiri *putat*. Idem: *Qvod ii, qvi potiuntur* *taturi videntur*. Idem: *Civitates* qvæ rerum po- Idem pro S. Roſc. *Dum ea civitas* rerum potita n Catil. *Alterum genus eorum eſt, qvi qvanqvam are alienò, dominationem tamen expetunt*, re- *volunt*. Plin. l. 6. c. 29. *Qvum* potirentur re- *es, inſula ea magna claritatis fuit*.

## ELEGANTIA II.

o & CUPIO, cum benevolentiæ ſignificationem eganter conſtruuntur cum Ablativo CAUSA, rdum etiam Accuſativô Rei: ut, Cic. Sulp. l. 13. *ana magnoperè ejus* causâ vult omnia. Idem ad 16. *Cùm* omnia meâ causâ velles *mihi* ſucceſſa, tuâ. Ibid. *Cupio qvòd operam dediſti, mihi gra- ldè enim ejus* causâ volo. Idem Att. l. 11. *Per eos* causâ volunt, *valentq. apud illum diligentiſſimè opus eſt*. Idem 4. Verr. *Qvem igitur ab iis Eqvi- mis, qvi iſtius* causâ cupiunt omnia, *qvi ab eo be- tractati ſunt, condemnari neceſſe eſſet*. Idem Titio causâ omnia *qvum* cupio, *tum mehercule etiam* n pro Sext. Roſc. *Cauſam mihi tradidit, qvem ſuâ* re *ac debere intelligebat*.

DE

## DE SYNTAXI ...
### CUM NOMINIBUS ...
### REGULA ...

Nomina Temporis, cum q... QVANDO? gaudent Ablativ... Festô die, ſi quid prodegeris, ... te liceat, niſi peperceris. Tibul... requieſcat humus, requieſcat ... ve ſuſpensô vomere, ceſſet opus.

### Nota.

Quando quæſtio eſt per QVAM... tius utimur Accuſativô, quàm Abl...

*Accuſativô*: ut,

Virg. 6. Æneid. Noctes atq; die... ua Ditis.

*Ablativo*: ut,

Sveton. in Calig. c. 59. Vixit ann... vero imperavit trienniô, & decem ... bus octo.

### OBSERVATIO I.

Ablativus Temporis ad quæſtione... nunqvam ſignificationem τῷ INTRA ... Qv. Fr. l. 3. Diebus ſexdecim abſolute ... pro, intra dies ſedecim. Idem Att. l. 9. ... intra biduum. Idem pro Milone: Clodius ... illum, ad ſummum quatriduô periturum ... aut quatriduum. Cæſar: Bis accidit duode... ciô, pro, intra ſpacium duodecim horaru... Cœnabis apud me paucis, ſi tibi Dii fave... tra paucos dies. Liv. 3. ab Urb. Puncto ...

[illegible] intra punctum temporis, &c. Quæ [illegible] INTRA interdum expreſſè additur. Liv. *Hæc* [illegible] dies geſta. Plaut. Curc. *Dimidiam partem* [illegible] ſubegit intra viginti dies.

## OBSERVATIO II.

[illegible] quæſtio eſt per QUANDO, Ablativo Temporis [illegible] additur præpoſitio; ut, Cic. Vigilas *tu de no-* [illegible] *ſtoribus tuis reſpondeas.* Cæſar: De tertia vi- [illegible] profectus. Idem: *Millibus paſſuum ſex à Cæ-* [illegible] ſub nocte concedit. Terent. In tempore veni [illegible]: *Ferè in* diebus paucis *Chryſis vicina hæc* mo- [illegible] *Vos convivia lauta ſumptuosè* de die facitis. [illegible] *jugulent homines*, ſurgunt de nocte *latrones.* [illegible] in tali tempore *tanta vis hominis magis* leni- [illegible] exagitanda videbatur. Plaut. Perſa 1, 1: *Quos* [illegible] *continuo tibi* reponam in hoc triduo. Plura ex- [illegible] deres, conſule Vechner. l.1. Hellenolex. c.30.

## OBSERVATIO III.

[illegible] quæſtionem QUANDO, etiam Accuſativus cum [illegible], interdum pro Ablativo ponitur: ut, Cic. *Nos* [illegible] menſem Januarium expectabimus. pro, menſe. [illegible] ſcripſi ad octavum Calendas Novembris. pro, [illegible] Calendas &c. Idem: Ad quos dies rediturus ſim, [illegible] quibus diebus. Idem: *Ei honos ille* in illum [illegible] putabatur. pro, illo annô. Sveton. Sub ho- [illegible] *urbis repentè ſomnô* devinctus, *ut ad dandum* [illegible] *excitaretur.* Cic. *Duo* fuerunt per id tem- [illegible] *inter ſe*; pro, eô tempore.

## OBSERVATIO IV.

[illegible] ad quæſtionem QUAMDIU, Accuſativo [illegible] præpoſitio AD, PER, INTRA, vel IN; ut, Cic. *Si* [illegible] annum vixiſſet. Idem: Vigilare ad multam [illegible]: *Sero reſiſtemus ei, quem* per annos decem [illegible] *nos.* Cæſar: *Hanc ego vivus* multos per an- [illegible] diligentia defendi. Liv. *Quæ noſtra* per tot an-

nos vidit *ætas*, Cæſar. *Invicti Germani* ... tuordecim tecta *non* ſubierunt.

## Anomalia.

Singulari planè conſtructione Plaut... xit Verbo Subſtantivo Accuſativum co... *Hanc*, inqvit, *domum, jam* multos annos e... *colo.* Sed de hoc loqvendi genere dictum... gula Nominativi Verborum Anomal. 3. ... erimus breviores. Saltem id annotatum ... tivum pro hoc anomalo Accuſativo uſitati... res. Cic. pro Milone: Centeſima lux eſ... *Clodii, & ut opinor, altera.* Et in Philipp. ... eſt, *cum omnes ſcelerati me unum petun*... Dies abhinc ſextus eſt, *cum me inſimular*...

## Elegantia I.

Verbis præteriti temporis ſæpe no... gitur Abhinc in *Accuſativo* pariter & *A*... *ſativo*: ut, Cic. 4. Verr. *Horum pater* a... ginti annos eſt mortuus. Idem pro Cor... *Pompejus* abhinc annos qvinqvaginta fuiſſ... 1, 1. *Interea mulier qvædam* abhinc trie... commigravit *huic viciniæ.* Plaut. in Caſi... factum eſt ſedecim: *cùm conſpicatus eſt* ... *puellam exponi.* Idem Bacchid. Abhinc tr... *ſo huc ad ſodalem meum literas* miſi. In A... pro Roſcio Comœdo: *Qvô tempore?* abhi... cim. Idem 4. Verr. *Offendit eum menſem* ... mitiis, abhinc triginta diebûs, habitis. Pl... abhinc annô *in Narbonenſis provinciæ arbo*... *unâ die deflorescens.* Gell. l. 1. *Tu* ſermon... *annis deficiô uteris.* Notandum verò eſt, ... hinc, cùm tempus futurum ſignificatur, ... Cic. 1. Tuſc. *Et ego doleam ſi* ad decem mil... *tem aliqvam urbem noſtram potituram p*... *lib.* Annum poſt qvintum decimum crea...

annum abhinc decimum qvintum. Cic. Att. l. 5. *Caſtra* paucos post dies habuimus. pro, paucis abhinc diebus. Utamen testimonium contrarium allegat Saturnin. ç. Maj. l. 1. c. 50. p. 110. ex Cicerone pro Roſcio Comœdo: Repromittis *tu* abhinc triennium Roſcio.

## ELEGANTIA II.

Præpoſitio IN venuſtè additur Accuſativo Temporis ...ri: ut, Cic. 2. de Orat. *Si barbarorum eſt* in diem vi... *noſtra conſilia* in ſempiternum tempus *ſpectare debent.* ...*gem* verò *vivere* dicuntur illi, qvi victus & amictus incu..., nullam temporis aut dierum rationem ineunt. Idem 2. Philipp. *Jamjam minimè miror, te otium perturba...on modò urbem odiſſe, ſed etiam lucem cum perditiſſimis ...mibus, non ſolùm* de die, *ſed etiam* in diem vivere. Qvint. ...lam. *Non ut feræ, volucres, præſentis modò cibi memo...* in diem vivunt. Salluſt. *Panem* in diem mercari. Horat. ...arm. —— *ille potens ſui Lætúsq; deget, cui licet,* in diem, ...*iſſe,* vixi. Sic IN cum plurali Accuſativo DIES legitur, ..., ſingulis diebus, vel per ſingulos dies. Cic. 1. Philipp. ...*n qvum ſerperet in Urbe infinitum malum, idq;* manaret ...*s latius, &c.* Liv. *Qvi* ſeneſcit in dies. Hirt. in Comm. ...*omnes* in dies horásq; parati eſſent. Nonnunqvam in...rè dicitur, *In dies ſingulos*: Cic. in Catil. Creſcit in dies ...ulos *hoſtium numerus.* Idem: *Illa* in dies ſingulos *ma...*...*que opinio hominum* confirmatur. Eodem modò ...ni dicunt, In annum, In annos &, In annos ſingulos. Liv. ...*giſtratibus* in annum creatis. Idem. *Decemvir* in annum .... Ibid. *Inducias* in triginta annos impetrarunt. L... *Qvæ bina millia æris* in ſingulos annos penderent. Sic ...tus dixit, *In ſingulas noctes.* Truc. —— *qvid materia illa* ...*in horto Qvæ eſt qvæ* in noctes ſingulas latere fit minor. . Eodem venuſtate dicitur: *In tempus, In poſterum, In* ...*terum tempus, In reliqvum tempus, In præſens, In præſens* ...*pus, In præteritum, In perendinum, In craſtinum, In per*...*uum.* Cic. Att. *Nam & ejuſmodi ſunt ii verſus, ut in* ...pus *ab inimico Pompeji* ſcripti eſſe videantur. Qvint. l. 1.

 *Multa*

*Multa lingua vitia, niſi primis eximantur* ... *bili* in poſterum *pravitate durantur*. Ci...
*Defectioneq́; ſolis & lunæ cognita depr*... poſterum tempus, *qva, qvanta, & qvand*... pro Leg. Agr. *Deinde etiam* in reliqvum ... *tiſſimè* ſancit. Liv. *Id modò eſſe ſalutare* ... credebat *cedere inde qvantum poſſet*. Cic... *ſi meâ voce ire in exilium in animum indu*... *peſtas invidiæ nobis: ſin minùs* in præſens t... *moriâ ſcelerum tuorum, at in poſteri*... Qvint. l. 7. c. 5. *Qvos qvantò magis* in pr... *tantò faciliùs probabit, morbô eſſe mutatos*... *Nunc qvid cauſa eſt, qvin uxorem cras* ... *optumum eſt, Licet tu* in perendinum *par*... Idem Pſeud. — *Serium ſi voltis applaude*... *hunc gregem & fabulam*, in craſtinum *P*... Verr. *Idcirco tibi amicum*, in perpetuum ... ctenus de ſtructura Verborum cum Nom... ſeqvitur Syntaxis eorundem cum Nomin...

## DE SYNTAXI VERB... CUM NOMINIBUS ...

### REGULA I.

Oppidorum nomina Propr... *cunda* declinationis, ponuntu... ſingulari, cum qvæſtio eſt per ... *tiæ* declinationis, aut *pluralis* ... *Ablativo*. In Genitivo: ut, ... *degit Archytas, qvi ligneam colu*... *lem fecit*. Horat. 2. Ep. 2. Rom... *bi contigit atq; doceri*.

In Ablativo: ut,

Cic. Lacedæmone *honeſtiſſimum fuit lite-* *domicilium.* Juven. — Delphis *ora-* *ceſſant.*

Nota.

Hanc ſtructuram nominum Propriorum *primæ* *ſecundæ* declinationis ſeqvuntur Appellativa mior; *Domi, Humi, Militiæ, Belli*: ut, Cic. Domi *ſimul fuimus.* Virg. — humi *naſcentia fraga.* Genitivo Domi, etiam adjectiva *meæ, tuæ, noſtræ, veſtræ, alienæ,* adduntur: ut, Cic. 1. Offic. *lo eſſe cum timore* domi meæ, *qvàm cùm peri-* domi alienæ.

Rus & in Dativo & Ablativo ponitur: ut, Phorm. *Ruri ſe continebat.* Hor. Rure *ego* *entem, tu dicis in urbe beatum.*

REGULA II.

Oppidorum nomina ponuntur in *Accu-* *ſativo* ſine præpoſitione, cum qvæſtio eſt Qvo: ut, Cic. *Cum* Athenas, *tanqvam* *mercaturam bonarum artium ſis profectus,* *inanem redire turpiſſimum eſt.* Liv. l. 3. dec. Capuam *flectit iter luxuriantem longâ fe-* *licitate atq; indulgentiâ fortunæ.*

Nota.

Etiam *Accuſativo* ſine præpoſitione gaudent Domus, Rus: ut Virgil. *Ite* domum *ſaturæ, venit* *Heſperus, ite capellæ.* Terent. act. 1. ſc. 2 *Ego* rus ibo.

## Regula I

Oppidorum nomina pōnt
*tivo* ſine Præpoſitione, cùm
Unde vel Qua: ut, Cic. d
*cognomen ſolùm* Athenis *dep*
*manitatem & prudentiam.*

### Nota.

I. Sic Domus, Rus, Ablativē
me gaudent: ut, Cic. de Orat. *Ri*
*ficta, vel* domô *allata ſunt.* Te
*rure redeuntem ſenem.*

II. Regionum, Provinciarum
minibus, ſive in loco, ſive de loc
ſive per locum ſignificantibus, ſi
vis, Præpoſitio adjicitur: ut, Cic.
lia in Africam *gradus imperii fa*
Idem. *Certum hominem* miſi in C
Senect. Ex hac vitâ *diſcedo, tanq*
*non tanquam ex domo.*

### Observatio

Nominibus Oppidorum in Lo
bus, aliqvando additur præpoſitio In re
Cæſar l. 2. Bell. Civ. *Complures præte*
in Hiſpali *faciendas curavit.* Valer. Ma
*(Simonidi) apud Scopam* in Cranone, *q*
*pidum, nunciatum eſt duos juvenes ad ja*
Bacch. 2, 3. *Qui nunc* in Epheſo eſt, *E*
dem Epid. 4, 1. In Epidauro. Cic ad
in Cajeta *eſt parata nobis, & Brunduſii.*
In Numantia *res malè geſtæ.* Liv. *Mem*

Digitized by Google

in Philippis. Hoc freqvens eſt, qvando accedit *appel-* *lativo*. Plin. l. 2. c. 33. *Conſtat* in Berenice urbe *Troglo-* *dytica*. Idem l. 2. c. 26. In Nea oppido Troadis. Id. l. 2. *In Taurorum peninſula*, in civitate Paraſino, *terra* *qua ſanantur omnia vulnera*. Idem l. 2. c. 97. *Eadem* in Hiſpali oppido, *uni puteo*. Interdum etiam Præ- io A D ſignificans *Apud* vel *Circa*, Accuſativo præmit- r. Cæſar. *Hæc* ad Ilerdum *geruntur*. Liv. *Qvum in hoc* ad Capuam *res eſſent*. Virg. 1. Æneid. *Prima qvod* ad jam *pro caris geſſerat Argis*. Ad Trojam, pro, *circa* vel Trojam.

## OBSERVATIO II.

Locô *Genitivi ſecundæ declinationis* nonnunqvam, t varô, uſurpatur *Ablativus*, & locô *Ablativi tertiæ de-* *clinationis*, *Dativus*: ut, Juſtin. Corintho *& Lacedæmone* *ciata eſt victoria*. Plaut. Carthagini *ego natus ſum*. Idem *eſſe eſt me hodie* Sicyoni eſſe, Liv. *Qva Romæ, qvæq.* rthagini *acta*. Idem: *Neglectum* Anxuri *præſidium*. Cic. *vento Antonio* Tiburi. Idem: *Ibi peſtifera illa* Tiburi *tio*. Nonnulli ſuſpicantur eſſe antiqvos Ablativos in I nentes pro E. Veluti enim Lucretius dixit, *Luci*, pro , & ſicut *veſperi* pro *veſpere*, uſurpatur: ita *Carthagini*, *oni* &c. pro *Carthagine*, *Sicyone*, &c. Vide Alvarum 32. Voſſium l. de Conſtruct. c. 46.

## OBSERVATIO III.

HUMI jungitur interdum Verbis ſignificantibus tum. Plin. l. 9. c. 12. *Pinnis, qvibus in mari utuntur*, humi *pedum* ſerpunt. Virg. 1. Æneid. *Nec prius abſiſtit, qvam* *em ingentia victor Corpora fundat* humi. Plin. l. 8. c. 83. *entibus ingenteis arcus* deſigunt humi. Colum. l. 8. c. 15. *nalliculus* humi *depreſſus*. Ovid. 3. Metam. *Spargere ali-* humi. Et ibid. l. 5. *Proſternit* humi *juvenem*. DOMI m cum Subſtantivis copulatur. Cic. at Att. l. 1. *Clo-* *deprehenſus* domi Cæſaris. & Phil. 2. *Qvi tibi venit in* *tem, redigere in memoriam noſtram te* domi. P. Lentuli

*eſſe educatum?* Idem Att. a præpoſitio
in domo Cæſaris, *qvondam unus vir fu*
qvando additur Adjectivum. Hor. l. 2
*neq; aureum* Mea *renidet* in domo *lacun*
*Ille* in domo mea *ſæpe convaluit.* Etiam
tionem admittit: ut, Ovid. in unda hum
xit: *Repentes* per humum. Rarò etiam A
poſitione ponitur locô Genitivi, præſ
Ovid. Serpere humô. Idem: Et reqvi
ſingulari admittit Adjectiva ſine præpo
*tibi* rure bonô *vinea.* Horat. Rure meô,
*ferre.* Perſ. Rure Paternô *Eſt tibi far m*

OBSERVATIO

Propriis nominibus urbium ad loc
haud rarò etiam addi ſolet Præpoſitio A
qvando Appellativa accedunt; ut, Cic.
Meſſanam. Virg. Ad Trojam *venire.*
*accedere.* Cæſar: Ad Brunduſium, Ad A
Cic. *Adoleſcentulus miles profectus ſum*
Ad Cirram oppidum *iter conſtituit.* E
vum additur. Propert. *Magnum iter a*
cogor Athenas. Ovidius verò etiam p
ſine Præpoſitione dixit: *Atq; aliqvis* do
*inqvit* Athenas. Interdum etiam additu
QVE: ut, Cic. pro Dejot. Uſq; ad Numa
ad App. Uſq; ad Iconium *iter fecerim.*
*paſſim ad frumentum coëmendum* uſq; ad
etiam præpoſitionem admittit. Senec.
domum veſtram *intrabo.* Cic. *Jubeo* a
*ferri.* Idem 5. Tuſc. *Socrates primus Phil*
*etiam* introduxit. Leges etiam ſine præp
Accuſativo plurali, licet Adjectivum add
Urb. *Ut ambo exercitus* ſuas *abirent* d
*Reliqvias ſuas* domos *comportarunt.* O
*ruitis?* veſtras qvisq; redite domos. Sic R

ò, in ſingulari conſtruitur ſine præpoſitione. Juſtin. *[illegible] contendit.* Sed in plurali præpoſitionem *[illegible]*, Liv. l. 9. Dec. 4. *Jam ubi vos dilapſi do-* *[illegible] ſtra veſtra oritis.* HUMUS etiam cum Accuſativo *[illegible]*: Tacit. *Projectus* in humum. Ovid. *Vipereos dentes* *[illegible] pro ſemine jactos.* Horat. Ad humum *mœrore* *deducit.*

## OBSERVATIO V.

Ablativis Oppidorum de LOCO ſignificantibus in- *[illegible]* præmittitur præpoſitio, præſertim qvando Appel- *[illegible]* accedit. Liv. *Naves* ab Hippone *ſolvere.* Idem: *[illegible]ſus* à Lete oppido. Cic. 9. Att. A Brunduſio *nulla ad-* *[illegible] venerat.* Liv. Ab Roma *legatos veniſſe nunciatum.* Sal. Ab Roma abeſſe. Cæſ. Erat ex oppido Alexia *pro-* *in campum.* Liv. l. 1. bell. Pun. *Legati Romani* ab *[illegible]* magine *in Hiſpaniam trajecerunt.* Qvintilianus l. 1, c. 1. *[illegible]* ri ſolœciſmum adjectione, cum propriis additur præ- *[illegible]* io: ut, *Veni de Suſis in Alexandriam.* Qvare juventu- *[illegible]* it, ſeqvi potiùs regulam, qvàm pauca contraria in au- *[illegible]* us obſervata exempla. Cicero Attico ſe per literas *[illegible]* at, à qvo fuerat reprehenſus, qvòd *in Piræa*, ſcripſiſſet. *[illegible]* im ſe, IN, non ut *oppido* præpoſuiſſe, ſed ut *loco*: *exi-* *[illegible]* verat qvippe *Piræum* locum eſſe, non *oppidum.* Scri- *[illegible]* t námq; Cicero ad Atticum l. 6. his verbis: *In Piræa* *[illegible] exiſſem pridie Idus Octobris, accepi ab Acaſto ſervo meo* *[illegible] literas tuas.* Eum accuſaverat Atticus, in qvadam *[illegible]* ola ſolœciſmi, qvod præpoſitionem addidiſſet. Cui *[illegible]* ro ita reſpondit l. 7. *Venio ad Piræa, in qvo magis re-* *[illegible] endendus ſum; qvòd homo Romanus Piræa ſcripſerim,* *Piræum, (ſic enim omnes noſtri locuti ſunt,) qvàm qvòd* *addiderim: Non enim hoc ut oppido præpoſui, ſed ut loco.* *[illegible] amen Dionyſius noſter, qvi nobiſcum eſt, & Nicius Cous* *[illegible] rbatur oppidum eſſe Piræa. Sed de re videro. Noſtrum* *[illegible] dem ſi eſt peccatum, in eo eſt, qvòd non ut de oppido locu-* *[illegible] um, ſed de loco. Seqvutusq; ſum, non dico Cœlium, Mane* *[illegible] x portu in Piræum, (malus enim autor latinitatis eſt) ſed*



Digitized by Google

*Terentium, cujus fabellæ propter elegant* *bantur à C. Lælio ſcribi. Heri aliqvot* *in Piræum. Et Idem, Mercator hæc adde* *Qvod ſi δήμους oppida volumus eſſe, tam* *um, qvam Piræus. Sed qvoniam Gramma* *ζήτημα perſolveris, magnâ me moleſtiâ l* Cicero. Confer Alvarum p. 335, 336. Ab gnificans de loco, jam admittit, jam omit Admittit, ut, Virg. 3. Æneid. — *viridém* *lere ſilvam.* Idem 5. Æneid. *Æqvævumq* *attollit amicum.* Omittit: ut, Ovid. 2. *attollit* humô. Virg. 3. Æneid. *Omnis* hu *mo Troja.* Idem 3. Georg. *Qvâ me quoq* mô. Ovid. *Surgit* humô *pigrè.* Virg. 2. G mô *facilem victum juſtiſſima tellus.*

## Observatio V

Nomina locorum ſedem, aut dom galem notantia cum Nominibus perſonarum lativo junguntur. *Perſonarum:* ut, Plaut. hoſpitem Zacynthô. i. e. *Zacynthium*, Idem Bacch. 2, 2. Hoſpitem Ephesô. i. e. ſon. Ep. 4. Paganum Medulîs *jubeo ſalv* Medulanum. *Rerum:* ut, Plaut. Merc. 5, 2 i. e. *in Zacyntho natas, & inde huc advect* tros Bithyniâ. i. e. *Bithynianos.* Liv. Me *cujus materia è Libano advecta fuit.* Ca leas Syracuſis. i e. *Syracuſanas.*

## Observatio V

Propriis majorum locorum h. e. Re rum, &c. interdum detrahitur præpoſitio, tis & Hiſtoricis: adeò, ut non modò Accu vus ſine Præpoſitione legatur, ſed & Geni poſition's expers uſurpetur. Virg. 3. Æ liam, *portusq́ intrare licebit.* Liv. l. 7. bel *ſi rurſus iter per Cherſoneſum*, Helleſpon

Digitized by Google

l. 2. *Germanicus* Ægyptum *proficiſcitur*. Ibid. *Ger*-
*...* Ægyptô *remeans*. Valer. Max. l. 4. c. 1. M. *Bibu*-
*os egregia indolis filios ſuos à Gabinianis militibus*
*...ccisos cognovit*. Cæſar : *Caſar cum audiſſet Pompe*-
*...ypri viſum*, &c. Terent. in Adelph. *Te ajunt profi*-
...yprum. Ibid. — *Hinc alia, qva porto* Cyprum. Liv.
...ec. 5. *Crebrò pars* Cyprum *navigant*. Ibid. *Navigare*
...um *pergit*. Ibid. Cyprum *extemplo claſſem miſit*.
...il. l. 1. c. 5. putat Solœcſmum detractione Præpoſitio-
...mmiſſum iri, qvoties illa nominibus Inſularum, Re-
...m non additur. Verùm non tantùm Poëtæ & Hiſto-
...t modò demonſtratum eſt, contrarium probant, ſed
interdum ipſi Oratores. Cic. pro Domo ſua : *Marcus*
*inviſus, qvaſi per beneficium* Cyprum *relegatur*. Idem
...ege Manil. Siciliam adiit, *Africam exploravit, inde*
...niam venit. Nec ſiccô pede prætereundum erit, qvod
...um PETO ſignificatione *Proficiſcendi*, Præpoſitionem
...at. Liv. l. 2. *Dum ipſe* Italiam peteret. Ovid. Ep. 1.
...dæmona *claſſe* petebat Plin. ad Caleſtr. l. 7. *Proconſul*
...inciam Boeticam *per Ticinum* eſt petiturus. Sic Ver-
...væ propria qvadam vi Ablativum adſciſcunt, ſine præ-
...ione conſtruuntur cum Ablativis locorum majorum.
...onius : Decedens Macedonia. Cic. l. 9 Att. Italia ce-
*...n urbem redeundum puto*. Eodem enim modò Cicero
...t pro Ligar. Decedens Conſidius Provincia. Et ad O-
... Cedam urbe, vita, foro, curia, &c.

## ANOMALIA.

...Ellipſin ſpirare tradunt illud Ciceronis pro Archia :
*...tum*, inqvit Cicero, *Antiochia, natus eſt* locô nobili &
...ebri *qvondam* urbe &c. pro, *in loco nobili, in urbe*. Omit-
...r enim Præpoſitio IN ; qvæ ſæpe addita reperitur. Cic.
... Rabir. Neapoli, in celeberrimo oppido. Idem 4. Phi-
...pi. Albæ *conſtiterunt*, in urbe opportuna, &c.

## ELEGANTIA I.

Verba *Nunciandi* & *Dandi* venuſtè conſtructa legun-
tur

tur cum Accuſativis Oppidorum. Cic. ... mam erat nunciatum. Cic. l. 9. Bell. ... thaginem *ingens gaudium* nunciaſent. ... *qua poſtquam* Samum ſunt nunciata. ... Domum. Cic. 4. Verr. *Res ab omni* ... *ter* domum nunciatur. Eodem modò ... Verr. *Statim* Meſſanam *literas* dedit. ... Cogito eleganter uſurpaveris cum ... Att. l. 2. *Ludi Antii futuri ſunt à quarto* ... *nonas Maji, eos Tullia ſpectare vult; inde* ... num; *deinde Arpinum*. Nonnunquam ... ne Accuſativo. Cic. ad Tironem l. 16. ... *mane* cogito. Idem Att. l. 9. *Hinc verò* ... *M. Lepidus, quo cum diem conterere ſolebam* ... *nos etiam in Formiano morabamur, quo* ... *inde Arpinum volebamus*. Cras cogito. ... Mane cogito ſc. *ire, proficiſci*, &c.

## Elegantia ...

Verbum Eo cum Accuſativis In... quias ſcitè jungi comperies, necnon ... nio, Occurro cum Accuſativo Sup... rent. Adelph. — *hoc reliquum eſt. Si* ... *mecum eſt annulus, quem amiſerat*. Ibid. ... *proferemus, ille* inficias ibit, *ſat ſcio*. Qu... inficias eo *quadam eſſe, qua demonſtrari* ... næch. *Qui lubet ludibrio habere me at*... *Facta qua ſunt?* Idem Moſtell. — *verùm* ... *des ſervanda eſt, ne* ire inficias *poſtules*. ... *rum, & veſtem omnem ſuam eſſe ajebat*. ... Nemo it inficias. Terent. Phorm. Exeq... *bus eſt commodum*, ire, &c. Cæſar l. 12. ... *bantur auxilia magna equitatus* ſuppetias ... Plaut. Menæch. *Ædepol here ne tibi* ſupp... veni *modò*. Att. l. 5. Bell. Afr. Occurr... *tibus ſuis*.

Digitized by Google

## ELEGANTIA III.

Certa quædam appellativa *Ablativô* ſine Præpoſitione ... efferuntur, quæ alioqvin Accuſativo cum Præpoſitione PER efferenda eſſent. Cic. ad Att. *Nunc iter con-* ... bamus æſtuoſâ & pulverulentâ viâ. Idem in Verr. ... *mihi à C. Verre inſidiæ* terrâ mariq; *factæ ſunt.* Idem Plancio: *Iter à Vibone Brundiſium* terrâ petere *con-* ... Terent. Evnuch. *Qvid tu his credis*, totâ erras viâ. ... Andr. Hâc *non ſucceſſit*, aliâ aggrediamur viâ. Cic. Q. ... *eo loco rectâ* Viculariâ viâ profecti ſumus, &c. Sic ... Cicero dixit, Viâ Appiâ iter facere, viâ rectâ, viâ ſacrâ ... e. per viam. Et Livius dixit, Manat totâ urbe *rumor*, ... per urbem, &c. Atq; hæc Elegantia in primis cernitur ... rbo VAGOR. Cic. Phil. 10. *Nunc* totâ Aſiâ vagatur, ... *ut Rex.* Et ad Att. l. 14. *Quem quidem ego ſpero jam* ... *bel ſolum* totâ urbe *vagari poſſe.* Idem pro Fonteio: ... *tim vagantur læti, atq; erecti paſſim* totô forô. Et hæc ... ntaxi Verborum cum Nominibus LOCI: nunc INFI- ... IVORUM conſtructionem ſubjungemus.

## DE SYNTAXI INFINITIVO-RUM.

### REGULA I.

Qvando duo Verba concurrunt absq; ... junctione, alterum erit Infinitivi: ut, ... *Maximi* debemus æſtimare *conſcien-* ... Plaut. *Improbus eſt homo, qui benefi-* ... ſcit ſumere, reddere neſcit.

### REGULA II.

... finitivum præcedit Accuſativus, qvi ... oni poteſt per Nominativum & Ver- ... finitum, adjectô QVOD vel UT: ut,

Cic.

Cic. *Ajunt* probos adoleſce[...]
*conſvetudine malorum*. i. e. *aj*[...]
bi adoleſcentes depraventu[...]
*malorum*. Idem 2. Verr. Hu[...]
*curæ* eſſe. i. e. *jubet*, ut hic *ſim*[...]

## Nota.

I. Verba *Senſuum*, *Affectuum*, *D*[...]
Infinitivum exponunt per Qvod [...]
*luntatis*, *Facultatis*, *Imperſonalia*, [...]
*poſita* pleraq;, per Ut: ut, Cic. [...]
*propriè perduellis eſſet*, hoſtem vo[...]
Audio, qvòd is, *qui propriè perdu*[...]
vocatus fuerit. Idem de Nat. De[...]
animo navem conſcendere i. e. *ut*[...]
*deret*.

II. Caſus ſeqvens Infinitivum E[...]
qvæ ſunt ſimilis conſtructionis, co[...]
ſtantivo qvod antecedit: ut, Cic. [...]
griculturâ vita beatiór eſſe poſſit[...]
*qvàm* videri bonus *malebat*. Teret[...]
menonem, incedere triſtem *video*.

### Observatio [...]

Initiò ſcire refert, qvænam ſint Ver[...] *ctuum*, *Dicendi*, item Verba *Voluntatis*, [...] *ſuum* igitur Verba ſunt: *Sentio*, *animadv*[...] *cipio*, *diſco*, *cognoſco*, *cenſeo*, *judico*, *exiſti*[...] *ſcio*, *audio*, *video*, *ſuſpicor*, *deprehendo*, [...] *credo*, *memini*, *reminiſcor*, *recordor*, *obli*[...] hæc ſunt: *Gaudeo*, *lætor*, *ſpero*, *confido*, [...] *miror*, *mirum eſt*, &c. Dicendi: *Dico*, *ajo*[...]

Digitized by Google

ſico, oſtendo, demonſtro, probo, affirmo, nego, &c. Verba *ultatis*, Græcis προαιρετικὰ, qvòd προαίρεσιν h. e. ſilium, ſive propoſitum aut voluntatem aliqvam ſigni-nt, hæc recenſent: *Volo*, *nolo*, *malo*, *paro*, *cogo*, *urgeo*, *rvuo*, *conſtituo*, *inſtituo*, *incipio*, *ſuſcipio*, *audeo*, *ſoleo*, *o*, *jubeo*, *veto*, *ſvadeo*. *Facultatis*: *Poſſum*, *valeo*, *qveo*, *o*, &c.

## OBSERVATIO II.

Verba Infinita eoſdem poſt ſe caſus poſtulant, qvos ſi-ſt ut, Cic. Tironi: *Malo* te *paulò poſt* valentem, *qvàm* *im* imbecillum videre. Idem Qv. Fr. *Qvod ſcribis* te à ...re *plus* diligi, *immortaliter* gaudeo. Idem Att. *Velleius* *principio* audiviſſe *amiciſſimè* me admonentem.

## OBSERVATIO III.

Præteritum perfectum paſſivum & pluſqvamperfe-...m ex Infinitivo Esse vel Fuisse, atq; participio præ-...i temporis ſupplentur, mutatis numeris & generibus ...re, de qva agitur: ut, Cicero in Ant. P. Clodium *meo* *ſilio* interfectum eſſe *dixiſti*. Idem pro Cluent. *Inſid-* *...m ab hujus familia* factam eſſe *dixiſti*.

## OBSERVATIO IV.

Amphibolia orta ex Accuſativi geminatione ſolvitur ...ativo: ut, Milonem audivi occidiſſe Clodium, ambigua ...ratio; dubium enim eſt, uter ab altero fuerit occiſus. ...ta alterum Accuſativum in Ablativum fiet A Milone au-... occiſum eſſe Clodium; ſublata eſt omnis dubitatio. ...e etiam eſt Qvintiliani præceptio l. 7. c. 10. *Accuſativi* ...rit, *geminatione facta Amphibolia ſolvitur Ablativo*, ut ...: *Lachetem audivi percuſſiſſe Demeam*: fiat, *A Lachete* ...*uſſum Demeam*. Vide Alv. p. 352.

## OBSERVATIO V.

Infinitivus Esse aut Fieri, ſi Verba Datur, ...et, Expedit, aut ſimile, ſive cum Dativo ſuo, ſive ...; eo, anteceſſerint, vel Dativum poſt ſe habebit, vel ...uſativum. Dativum; ut, Ovid. —— vobis immunibus

*hujus*

*hujus* Eſſe *mali* dabitur — Cic. 1. Tuſ
Themiſtocli. Idem: Mihi negligenti eſſ
tivum: ut, Terent. Heaut. 2, 4. Exped
Cicero in Balbo: Civi Romano licet eſſ
pro Lig. Liceat eſſe miſeros. Idem Att
non licet.

## Observatio V

Verba *Dubitandi* abſq; negativa
ſita, Infinitivum exponunt per An; Cu
exponunt per Qvin. Plaut. Epid. *Qv*
cere? i. e. *Qvid* dubitas, an *iſtud* dicas
*hominem amiciſſimum, & aliqvot anni*
dubito monere. i. e. non dubito, qvin m

## Observatio VI

Verba *Timendi* Infinitivum abſq
ponunt per Ne, ſed cum particula Non
per Ut, vel Ne Non. Cic. *Omnes lab*
*deo*, timeo te non ſuſtinere poſſe. i. e. T
vel, ne non ſuſtineas. Sic: Vereor te iraſ

## Observatio VII

Poteſtur, Qvitus Eſt, Qv
tentiam ſignificant *paſſivam* non activam
*paſſivo*, non activo junguntur: ut, Lucret
pleri *nullâ ratione* poteſtur. Virg. 8.
*ferrô liqvidôve* poteſtur electro. Qvam le
in Indice Virgiliano fervidè propugnat,
Nonii, Priſciani, & veterum qvorundam
lectio & Lambino & Valenti Pimponci
ſtare ait, primam in Electro produci, cùm
cùm Latinis nulla ſit religio, interdum à
rum diſcedere. Sed Angelus Politianus
In vetuſtiſſimo libro Vaticanæ bibliot
grandibus literis perſcripto notat, non
*poteſt*. Cui etiam lectioni accedit Pierius
gat, Virg. lect. p. 149. licet non neget i

Digitized by Google

ibus reperiri *poteſtur*. nec non Voſſius l. 3. de Analog. Politiano ſuum calculum adjicit. Terent. in Hecyr. *in tenebris* cognoſci *non* qvita eſt. Lucret. l. 1. *Dum ut alia, ac* ſuppleri ſumma qveatur.

## ANOMALIA I.

Infinitivum Esse, non raró per Ellipſin omittitur, & terito & in futuro. In *præterito*: ut, Cic. pro Milon. *it lucem fas eſſe ei intueri, qvi à ſe hominem* occiſum *ur*. In *futuro activo*: ut, Cic. Att. Ego *bellum fœdiſ-* futurum *puto*. Idem Att. *Vix ſpero hunc mihi venian* um.

## ANOMALIA II.

onnunqvam ante Subjunctiva Verba, per qvæ exponi r Infinitiva, deſideratur particula Ut, præcipuè poſt , *Volo, nolo, malo, precor, rogo*, &c. *oportet, neceſſe eſt*, & ſimilia: ut, Cic. Ep. Fam. l. 1. *Tu* velim deſinas *jam noſtris uti*. Ibid. l. 9. Nolim *me jocari* puter. M. Bru- eſcribas *ad omnia* rogamus. Ibid. l. 2. *Hominem oc-* oportet, *qvi*, &c. Ibid. *Hoc tu meum conſilium* lau- ceſſe eſt. Aliqvando deeſt Quod. Cic. l. 2. Ep. *ntermittam ne illud qvidem, M. Furium, Flaccum, m Romanum, hominem neqvam Capitolini & Mercu- de collegio* ejecerunt, pro, *qvod ejecerunt*. Terent. l. 4. *Audivi Achillis jamdudum Lesbiam adduci* ju- o, *qvod jubes*. Interdum abeſt Ne: ut, Cic. l. 16. Fam. eſtines, *aut* committas, *ut aut æger, aut hieme naviges. feſtines*.

## ANOMALIA III.

liqvando deeſt Infinitivus. Plaut. in Pſeud. Act. 3. *g ego illud poſſum, qvod poſſunt, qvi* ſolent. Catul. 114. *Conſule Pompejò, primum duo, Cinna*, ſolebant i — ſolent, ſolebant ſc. *mœchari*.

## ANOMALIA IV.

ëtarum Græcos imitantium propria eſt Antiptoſis, minativus locô Accuſativi ponitur: ut, Lucan. l. 9.

*tutum̲q, putavit Jam* bonus esse socer. *pr*
*ſocerum*. Catull. Phaſelus ille, *quem vid*
fuiſſe *navium* celerrimus. Terent. An
*optavit inhoneſte parare hic divitias potiu*
*honeſtè* pater vivere. Ovid. *Acceptum re*
nocens. Ov d. *Sed enim quia rettulit A*
nepos. Horat. l. 3 Od. 27. — Uxor *invict*
Propert. l. 1. El. 6. *Jambo & bis ſex inte*

ANOMALIA

Græcanicam etiam ſtructuram imitan
Joô Gerundii in Di utuntur Infinitivô jam
jam cum *Subſtantivis*. Cum *Subſtantivis* ſ
Tempus *eſſet jam de ordine argumentorum*
Liv. l. 1. Tempus *eſt majora* conari. Et l. 2
*pacē* componi, *aut bellum naviter* geri. C
tempus *eſt, ad id, quod inſtituimus*, acced
dere, pro, *accedendi*. Plaut. Capt. 2, 3. —
ſio *Benefacta cumulare*. Cæſ. l. 7. de Bel
*cepit, omnem ab ſe equitatum noctu* dimitt
gyri. *Niſi fortè, quem* perniciosa libido *t*
*corum decus atq; libertatem* gratificari *ſu*
*ctivis*: ut. Cic. pro Qvint. *Et ſi qua in re*
cere, *falſum crimen quaſi venenatum telu*
*medicinæ faciendæ locus non erit*. Hor.
*opprobria* fingere ſævus. Et Ep. 20 Iraſc
*ut placabilis eſſem*. Plura exempla vide i
Nominum Reg. 3. Anom. 1. p. 847.

ANOMALIA VI.

Græcâ imitatione fieri tradit Verb
l. 1. c. 28. qvando Verba motum localem
guntur Infinitivis: ut, Stat. 4. Sylv. *Fer*
frenare *cohortes*. pro, ibis ut frenes. Tere
*ſtra illico* it viſere *ad eam*. Lucret. *Nec*
*oſcula nati* Præripere. Idem: *Hunc igitu*
contendere cauſam. Virg. 1. Æneid. *Ne*

ꝯ populare penates venimus, aut raptas ad littora vertere prædas. Eandem rationem tradit eſſe in Verbis Affectuum, quando cum Infinitivo conſtruuntur. Horat. 1. Od. 15. Ecce furit te reperire atrox Tydides melior patre. Stat. 2. Sylv. quod te mæſti populusq; patresq; Ingemuêre mori. Horat. 3. Od. 10. — Me tamen aſperas Porrectum ante fores objicere incolis Plorares aqvilonibus. Plaut. Aulul. Aqvam hercle plorat, cum lavat, profundere. Idem obſervatur in Verbis DESUM, ABSUM. Sil. Paſcere nec Pœnus pravum, aut numidis furorem Deerat. Idem: Nec denſa trepidis abſunt ſe ſolvere nubes. Idem: Nec qvos vile genus deſpectaq; lucis Fœdabat, ſperare ſibi, & depoſcere primi Deerant imperium, & patriæ pereuntis habenas. Sic & PARCO uſurpatur, Horat. 3. Od. 8. Parce privatus nimium cavere. Eôdem planè modô, qvô Xenophon locutus eſt: Φείδȣ δι-δάσκειν i. e. parce, abſtine docere. Sic Virg. Eclog. 3. Parcite oves nimium procedere, non benè ripæ Creditur. Horat. 1. Od. 28. At tu nautæ vaga ne parce malignus arenæ Oſſibus & capiti inhumato Particulam dare. Idem 3. Od. 28. — quaſi ſtet volucris dies, Parcis deripere horreo ceſſantem, &c. Idem 2. Sat. 2. Et niſi mutatum parcit diffundere vinum. Catull. de Nupt. Pelei Nil metuunt juvare, nihil promittere parcunt.

## ANOMALIA VII.

Antimeria eſt, qvando Nomen Verbale Infinitivi pro loco ponitur: ut, Liv. l. 24. Utrum è Repub. ſit nec ne, veſtra eſt æſtimatio. pro, veſtrum eſt exiſtimare. Cic. Att. l 5. Charum tibi deeſſe, mea cautio eſt. NOTA. De obſoleto Futuro Infinitivi Expugnaſcere, Impetraſcere, &c. nec non de eo Futuro in RUM finito diximus in Etym. p. 504, 505, & De iis plura qvi volet, conſulat Alvarum p. 345, 346.

## ELEGANTIA I.

Verbum Subſtantivũ SUM in tertia perſona pro LICET uſurpatum, græcâ uſurpatione eleganter jungitur Infinitivo, Cic. l. 16. Fam. Vix in ipſis tectis & oppidis frigus in-

*tutumq́ putabit Jam* bonus eſſe ſocer.

*ſocerum*. Catull. Phaſelus ille, *quem vi*

fuiſſe *navium* celerrimus. Terent. A

*optabit inhoneſte parare hic divitias po*

*honeſtè* pater vivere. Ovid. *Acceptum*

nocens. Ovid. *Sed enim quia rettulit*

nepos. Horat. l.3 Od.27. — Uxor *invi*

Propert. l.1. El.6. *Jumbo & bis ſex* int

## ANOMALIA

Græcanicam etiam ſtructuram imita

loco Gerundii in Di utuntur Infinitivo j

jam cum *Subſtantivis*. Cum *Subſtantivis*

Tempus *eſſet jam de ordine argumento*

Liv. l.1. Tempus *eſt majora* conari. Et l

*pacem* componi, *aut bellum nobiliter* geri.

tempus *eſt, ad id, quod inſtituimus*, acce

dere, pro, *accedendi*. Plaut. Capt. 2,3.

ſio *Benefacta cumulare*. Cæſ. l. 7. de B

*cepit, omnem ab ſe equitatum noctu* dimi

gere. *Niſi forte, quem* pernicioſa libido

*corum decus atq; libertatem* gratificari ſ

*ctivis*: ut. Cic. pro Quint. *Et ſi qua in*

cere, *falſum crimen quaſi venenatum tel*

*medicinæ faciendæ locus non erit.* Ho

*opprobria* fingere ſævus. Et Ep. 20 Ira

*ut placabilis eſſem.* Plura exempla vide

Nominum Reg. 3. Anom. 1. p. 847.

## ANOMALIA VI

Græcâ imitatione fieri tradit Vec

l. 1. c. 28. quando Verba motum locale

guntur Infinitivis: ut, Stat. 4. Sylv. *Fe*

frenare *cohortes*. pro, ibis ut frenes. Te

*ſtra illico* it viſere *ad eam*. Lucret. *N*

*oſcula nati* Præripere. Idem: *Hunc igi*

contendere cauſam. Virg. 1. Æneid. N

Digitized by Google

-es populare *penates* venimus, *aut raptas ad littora vertere prædas*. Eandem rationem tradit eſſe in Verbis *Affectuum*, -ando cum Infinitivo conſtruuntur. Horat. 1. Od. 15. *Ecce* -it *te reperire atrox Tydides melior patre*. Stat. 2. Sylv. -od *te mæſti populusq; patresq;* Ingemuêre mori. Horat. 3. -l. 10 — *Me tamen aſperas Porrectum ante fores* objicere -olis Plorares *aquilonibus*. Plaut. Aulul. *Aquam hercle* -rat, *cum lavat*, profundere. Idem obſervatur in Verbis -SSUM, ABSUM. Sil. Paſcere *nec Pœnus pravum, aut nu*-re *furorem* Deerat. Idem: *Nec denſa trepidis* abſunt *ſe* -olvere *nubes*. Idem: *Nec quos vile genus deſpectusq; lucis* -go *Fœdabat*, ſperare *ſibi, & depoſcere primi* Deerant *im*-ium, *& patria pereuntis habenas*. Sic & PARCO uſurp-ur. Horat. 3. Od. 8. Parce *privatus nimium* cavere. Eo-n plane modô, quô Xenophon locutus eſt: Φείδου δι-δάσκειν i. e. *parce, abſtine docere*. Sic Virg. Eclog. 3. Par-e *oves nimium* procedere, *non bene ripa Creditur*. Horat. -Od. 28. *At tu nauta vaga ne* parce *malignus arenæ Oſſi*-, *& capiti inhumato Particulam* dare. Idem 3. Od. 28. -*luci ſtet volucris dies*, Parcis deripere horreo *ceſſantem*, -m 2. Sat. 2. *Et niſi mutatum* parcit diffundere *vinum*. -ul. de Nupt. Pelei *Nil metuunt jurare, nihil* promittere -cunt.

## ANOMALIA VII.

-ntimeria eſt, qvando Nomen Verbale Infinitivi pro lo-ponitur: ut, Liv. l. 24. *Utrum e Repub. ſit nec ne, veſtra eſt* -ſtimatio. pro, veſtrum eſt exiſtimare. Cic. Att. l 5. *Char-* -*ſibi deeſſe*, mea cautio *eſt*. NOTA. De obſoleto Futu-nfinitivi Expugnaſcere, Impetraſcere, &c. nec non de -co Futuro in RUM finito diximus in Etym. p. 504, 505, -& De iis plura qvi volet, conſulat Alvarum p. 345, 346.

## ELEGANTIA I.

-erbum Subſtantivū SUM in tertia perſona pro LICET -patum; græcâ uſurpatione eleganter jungitur Infiniti--ur, Cic. l. 16. Fam. *Vix in ipſis tectis & oppidis frigus in-*

*firmâ valetudine vitatur, modum in* [illegible] esse ab injuria *temporis*. Virg. 6. Æneid. [illegible] *Terra omnipotentis alumnum* Cernere [illegible] *tos* videre est *pecunia cupidos*. Idem. *Præ*[illegible] tere est *in tota iſta Catonis oratione*. Ovid. [illegible] *placent, & vox, & quod* corrumpere *non est*. [illegible] *Desine matronas ſectarier, unde laboris Plus h*[illegible] est, *quàm ex re decerpere fructus*. Idem Epod. [illegible] vare *lenta ſpiritu præcordia*. Propert. *Ut capi*[illegible] *ubi non* est tangere *ſignis*, *Ponitur hic imos* [illegible] *pedes*.

## Elegantia II.

Venuſtat Latinum ſermonem Infinitivi [illegible] locutione, Certum Est; pro eo, quod de[illegible] liò effectum dare decrevimus: ut, Cic. pro [illegible] *mihi* certum est *Recuperatores, antequam ad* [illegible] *nem, moósq; testes venio, illius* ut *confeſſione* [illegible] Idem pro Roſc. Amer. Certum est *non facere* [illegible] Certum est *hominem* eludere. Terent Eunuch. [illegible] est facere, *facias*. Virg. Eclog. 10. Certum e[illegible] *ter ſpelæa ferarum* Malle pati. Sic & aliis Adj[illegible] tris eleganter, ut monet Alvarus p. 351. adh[illegible] ut, Cic. ad Att. *Pro patria, & in patria* mori p[illegible] Horat. *Reddes* dulce loqui, *reddes* ridere decor[illegible]

## Elegantia III.

Habeo cum Infinitivô, Græcâ imitatio[illegible] constructum legitur, reiq; neceſſitatem impor[illegible] Orat. Audire habeo, *quid hic ſentiat*. Suet. Aug[illegible] beo *apud Deos immortales* precari, &c.

## Elegantia IV.

Fore Ut, Futurum Ut, Verbis Spe[illegible] Affirmo, Suspicor & his ſimilibus junct[illegible] futurum Infinitivi tam activi quam paſſivi mod[illegible] ut, Cic. 1. Tuſc. Spero fore ut *contingat id bonis* [illegible] l. 16. *Nunquam* putavi fore, ut *ad te ſupplex ven*[illegible]

Digitized by Google

*...udo* l. 1. *Valde* ſuſpicor fore, ut *infringatur hominum* *...robitas.* Senec. Scio futurum, ut *auditis ejus ſententiis ...atis multas audire.* Idem: *Nunqvam* putavi futurum, *...ater meos libros odiſſet.*

## ELEGANTIA V.

Alvarus obſervat, de Conſtr. Verbi Infiniti p. 350. *...cir...onem* iſtam ex præterito & futuro miſtam non mini... ...a orationi afferre ornamentum: ut, Cic. ad Marcell. *... Eum magis communem cenſemus in victoria futurum ...e, qvàm incertis in rebus fuiſſet?* Idem de Divinat. *An ...nſes ullam anum tam deliram* futuram fuiſſe, *ut ſomniis ...erit, niſi iſta caſu nonnunqvam concurrerent?* Idem in M. *...on. Dixit illam ſententiam ſe* dicturum fuiſſe, *e... ...ſpub. dignam, niſi propinqvitate impediretur.*

## ELEGANTIA VI.

Eximium orationi decus parit futurum Infinitivi paſ... ...convenienti loco adhibitum; ut, Cic. ad Att. *Pompejus ...mat non eſſe periculum, adjurat: addit etiam ſe prius ...ſum iri ab eo, qvàm me* violatum iri. Ibid. *Brutum ut ...is viſum à me* iri *puto.* Id. de Divinat. *Vaticinatus eſt ...efactum iri minus triginta diebus Græciam ſangvine.* ...ent. in Phorm. Hecyr. — *interea rumor venit* datum iri *...iatores.* Qvintil. *Reus parricidii* damnatum iri *videbi...* Plaut. in Rud. *Mihi iſtac videtur præda* prædatum ... Cic. ad Att. *Qvem tu locum Græciæ non* direptum *...tas:* Ibid. *Qvod ſcribis teipſum putare me* attractum ...c. Ibid. *Dederam eqvidem L. Sauffeo literas*, &c, ſed *...hiloſophi ambulant, has tibi* redditum iri *putabam prius.* ... deſunt, qvi exiſtiment hoc loqvendi genere præſens ...ficari, ſed teſtimonia, qvibus id docent, judicio Alvari, ...m depravata ſunt, partim ſignificationi futuri patroci... ...ur. Qvod ad futurum Infinitivi, *amatum ire, ... perditum ire, ſervatum ire*, &c. attinet, qvod veteres ...mmatici tradiderunt, nihil à *præſenti* Infinitivi differt, ...e re fuſius egimus in Etym. p. 504, 505. Sic fuit Syn-

 taxis

taxis INFINITIVORUM, qvibus modò append
ſtructura GERUNDIORUM addetur.

# DE SYNTAXI GERUNDIO

## REGULA I.

Gerundia *activè* ſignificantia,
ſuorum Verborum regunt: ut, Ci
*ror ſtudiò* videndi patres veſtros.
Hos accuſando, illos occidendo *cr*
*labefeciſti.* Ovid 3. de Arte: Utend
ætate, *citò pede labitur ætas.*

## REGULA II.

*Nominativi* caſus Gerundia in D
ceſſitatem ſignificant, & vel Dativu
ſonæ juxta ſe habent, vel ſine e
nuntur: ut, Liv. l. 1. Bell. Pun. *H*
vincendum, *aut* moriendum, *mil*
Juven. Orandum eſt, *ut ſit mens ſan*
*pore ſanò.*

## REGULA III.

*Genitivi* caſus Gerundia in DI, al
minibus adjiciuntur, præcipuè v
tem aut facultatem ſignificantibu
Cic. pro Mil. *Maxima* illecebra pe
*impunitatis* ſpes.

### Nota.

Aliqvando ante ſe habent Nomen *Adj*

Digitized by Google

Cic. 2. de Orat. *Sum* cupidus *te* audiendi. Virg.
Æneid. *Æneas celſa in puppi jam* certus eundi.

## REGULA IV.

*Accuſativi* caſus Gerundia in DUM, præ-
ſitione annectuntur Nominibus aut
erbis: ut, Cic. pro Leg. Manil. *Hic locus*
agendum ampliſſimus, ad dicendum
natiſſimus *eſt viſus*. Liv. 2. ab Urb. *Et*
inter ſpoliandum *corpus hoſtis, veruto*
*rcuſſus* exſpiravit.

## REGULA V.

*Ablativi* caſus Gerundia in DO, ſeqvun-
r Verbum vel cum Præpoſitione vel ſine
æpoſitione: ut, Cic. *Ex* defendendo,
*vàm* accuſando *major gloria comparatur*:
iv. Audendo *atq;* agendo *res Romana* cre-
t. Manil. *Omnia conando docilis ſolertia*
ncit.

## OBSERVATIO I.

Eam ob cauſam Regulâ primâ expreſsè tradimus Ge-
ndia *activè* ſignificantia regere caſum ſuorum Verborum,
juventuti in memoriam revocemus, Gerundia *paſſivè* ſi-
ificantia nullum poſt ſe caſum admittere. Et initiò qvi-
m, qvod ad Gerundia in DI attinet, ea rariùs paſſivam ſi-
ificationem habent; ita tamen, ut naſcimur ergo non re-
nt. Juſtin. l. 17. *Athenas qvoq;* erudiendi gratiâ *miſſus*,
*antò doctior moribus ſuis, tantò gratior populo fuit*.
c. 2. Verr. *Convenit hæc* freqventia cenſendi cauſâ. Eo-
m modô Gerundia in DUM, qvando paſſivè ſignificant

caſu ſeqvente non gaudent. Apul. ... *cus, à qvo mulier* ad inſpiciendum ... ceretur. Cic. 2. de Nat. Deor. ... ſcendum *hominibus apta*, ... Salluſt. *Pauca ſupra repetam* ... *illuſtria magis magisq; in aperto ſunt*. Gerundia ... qventiùs paſſivè uſurpantur. Qvint. l. 2. c. ... colendo, *ſicut alia omnia* ... Virg. ... *tur ſitiens, ſibilq;* tegendo. Idem Eclog. 8. ... *tis* cantando *rumpitur anguis*. Qvem in locum ... Cantando, dum ei incantatur. Nam Gerundi... omni verbo ſimiliter procreatur. Unde ... paſſivo ait, cùm ſupra activè dixerit: ut Cant... Tale eſt illud in Salluſtio; *Cum ipſe* ad imper... *dium vocaretur*, i. e. ut ei imperaretur. Hacte... Nec illud omittendum, qvòd Gerundia ... tionem à fronte admittantia, *caſu ſeqvente* ... teſte Alvarô p. 357. Nonnulla tamen exem... in contrarium adducemus. Cic. l. 5. Ep. ... tumen ſuam. Plin. l. 7. c. 40. *Una mortalium* ... ſcribendum ſeipſam *ingenioſa*.

## Observatio II.

Structuram Dativi Gerundiorum in De... cantium ſcholiis reſervavimus, ob rariorem ... tantò diligentiores erimus in eâ afferendâ & ... ſtrandâ. Virg. 10 Æneid. — *ſimul* aptat habe... *clypeumq;* — Plin. l. 13. c. 15. *Rubens ſe...* tundendo. Idem l. 23. c. 15. *Bituminata* ... eſt bibendo. Cic. *Magna animi contentio* ... explicando *Ariſtotelem*. Ovid. 15. Metam. ... vando *Crura dat*. Plin. l. ... c. 7. *Telum* (*cu...* *reciprocâ generabit arte*, ut fodiendo acumina... ſorbendóq; ſtimulum eſſet. Idem l. 19. c. ... *ultra qvadrimatum* utile eſt ferendo. Plaut. T... *opinum ne ſit reliqvum* Poſcendo atq; auferend...

Digitized by Google

la ſi voles conſule Etymologiæ pag. 514, 515. Nec non malium hujus Regulæ Anomal. 3.

## OBSERVATIO III.

Accuſativi Gerundiorum in DUM non tantùm præ-tionem AD ante ſe poſtulant, ſed etiam INTER, OB, TE, CIRCA, INTER, ut, Virg. Eclog. 9. — & inter idum *Occurſare capro, cornu ferit ille, caveto.* Livius: accipiendum *de ſuis commodis rationes.* Verùm no-ſtum eſt, qvòd poſt hanc præpoſitionem INTER, ali-ndo Gerundium in Gerundivum mutetur, veluti exem-n Livii Regulæ ſubjectum docet. OB: ut, Cic. 1. Verr. *ba pecuniam* ob abſolvendum *hoc acceptam.* ANTE: Virg. 3. Georg. — *námq; ante domandum Ingentes tolle animos* — CIRCA: ut, Qvint. *Plurìs loqventia* circa *rendum ſolet.* Notandum verò eſt, *accuſativum ſine poſitione* uſurpari, qvando neceſſitatem ſignificant: ut, *Nam iſtos, qvi linguam cantum intelligunt, magis tu al-o jecore ſapiunt, qvàm ſuo*, audiendum, qvàm auſcul-dum cenſeo. Participium verò hunc eſſe qvidam putant.

## OBSERVATIO IV.

Præpoſitio AD præpoſita Gerundiorum in DUM frequen-ſeqvitur Adjectiva: *Facilis, difficilis, paratus, promptus, editus, idoneus, aptus, ſegnis, vehemens*; & ſimilia. Cic. 1. ſcul. *Qvod non modò* facile ad credendum eſt. Qvint. c. 5. *Qvid ſi plerunqve accidit, ut* faciliora ſint ad intelli-ndum, & *lucidiora multò, qvæ à doctiſſimo qvoqve dicun-* Cic. 1. Offic. Difficilius eſt ad eloqvendum, *ſed ſatis intelligi.* Idem 1. de Orat. *Præſidiis doctrinæ & naturæ* dicendum paratus. Qvintil. l. 1. c. 1. Ad diſcendum promp-s. Cic. Qvint. Fr. Ad explicandum expeditiſſima res. m 2. de Legib. *Eſt enim ratio ménsq; ſapientis* ad juben-m & deterrendum idonea. Qvint. l. 1. c. 2. Animi ad cipiendum apti. Cic. l. 1. de Finib. *Neqve me* ad reſpon-ndum ſegniorem, *reddidiſti.* Terent. Andr. — *ne hæc dem ſatis* vehemens *cauſa* ad objurgandum. Talia com-



Digitized by Google

plura leges paſſim in Latinorum monum
356. obſervat, Præpoſitionem Ad cum G
freqventer ſeqvi verba motus. Id qvod
Teſtimonia tamen, qvibus id probat n
rum, qvàm Gerundivorum (ut appellant

## Observatio V

Præpoſitiones ſeqventes, In, De, E
Pro, ablativis Gerundiorum in Do, pr
In: ut, Cic. pro Mil. *Hujus interfector f*
do. De. Idem Att. l. 9. *Tu qvid cogites*
*Epirum, ſcire ſanè velim.* Ex. De præpoſ
gulam ipſam. A b: Idem de Amicit. *Ex*
*amore ſive amicitia, utrumqve enim dictum*
Et 2. de Orat. *In qvo iſti nos Jureconſul*
ſcendóq; deterrent. Cum. Qvintil. l. 1.
*ſcribendi juncta* cum loqvendo *eſt.* Pro
*Heu ſenex* pro vapulando *hercle ego abs te*

## Observatio V

Gerundia in Do præpoſitionem à fr
licet rarò caſum à tergo poſtulent; tamen
rum exempla annotavit Immanuel Alva
qvens tribuitur caſus. Varro de Re ruſt. l
pendo ora *obſervant, ut numerà ſint impa*
*Ab invidendo autem rectè invidentia dici*
*mus ambiguum nomen invidia; qvod ver*
nimis intuendo fortunã *alterius*. Gell. l.
*libris diſciplinarum ſcripſit, obſervaſſe ſe in*
*qvòd omni modo qvintus ſemipes verbum*
*priores qvinq; ſemipedes aqvè magnam vim*
ciendo verſum, *atq; alii poſteriores ſeptem*

## Anomalia I.

Budæus in prioribus Annot. in Pand
fanius in indice Lucret nec non Vechner
c. 33 conſtructionem Græcam appellant,
-ivus Gerundii in Dum Accuſativum re

Digitized by Google

dicunt: Φοβητέον ἐκ ἀνδρὸς ἀπειλὰς, ἀλλὰ φωνὴν h. e. Timendum eſt non viri minas, ſed legis: Eodem planè modò Latini Græcorum æmuli lo-
nt. Lucret. l. 5. *Æternas quoniam pœnas in morte*
dum. Virg. 11. Æneid. — *alia arma Latinis Quæren-*
*u* pacem *Trojano à Rege* petendum. Cic. de Senect.
*us ſanè, niſi moleſtum, Cato, tanquam longam aliquam*
*onfeceris*, quam *nobis quoq;* ingrediundum ſit. &c. Var-
ReRuſt. crebrò hoc loquend genere utitur. *Singulis*
*riant* faciendum aras quatuor. Idem l. 2. c. 16. *In*
dandum *potiùs* hordeaceos, *quàm* triticeos panes.
tius etiam hôc ſæpe utitur. l. 3. *Certè ut opinor* eam
dum eſt *ſenſibus* auctam. Idem l. 2. *ſi fortè voles va-*
*figuras*, Addendum partes alias erit — Et 1. Multa
*verbis præſertim* [illegible] ſit agendum. Ibid. *Aut igitur*
privandum eſt corpora quæq;. Et l. 5. *At niſi purga-*
*ſt pectus*, quæ prælia *nobis*. *Atq;* pericula *tunc ingrata*
andum. Et 6. *Hoc genus in rebus* firmandum eſt mul-
*umquam Ipſius res rationem reddere poſſis.* Nonnun-
etiam leges Accuſativum Gerundiorum in DUM aliò
re Accuſativô. Cic. de Senect. *Sed* notandum pu-
bidinem. Cæſar: Omnes cruciatus eſſe perferendum.
autem peculiare eſt illud Lucretii l. 3. *Nec tamen* hæc
ex *nobis* natura putandum eſt. Ubi Nominativus eſt,
Accuſativi. Plura ſi voles, conſule August. Saturnium
c. 8. p. 319, & alios ſub initium Anomaliæ hujus no-
tos.

## ANOMALIA II.

Genitivus pluralis locô Accuſativi per Enallagen
am interdum Gerundiis in DI additur: ut, Cic. de Div.
*o tantam Stoicos noſtros Epicureis* irridendi ſui *faculta-*
*dediſſe*. Cæſ. l. 4. Bell. Gall. *Frequentes omnibus prin-*
*bus majoribusq; natu adhibitis, ad eum in caſtra vene-*
*, ſimul ut dicebatur*, ſui purgandi *cauſâ, quod contra at*
*dictum, & ipſi petiſſent, prælium pridie commiſiſſent.*

Sui

*Sui* hic eſt Genitivus pluralis, pro ... poſitus. Crebrò ſic loqvitur Cæſar, ... Genitivô plurali uſurpatur. Liv. 1. Bell. ... *reor, ne qvis hoc me* veſtri adhortandi *cauſâ* ... *exiſtimet, ipſum aliter animô affectum eſſe.* ... c. 98. *Iisdem etiam epulum in conſpectu ſuo præ* ... *imò exactâ jocandi licentiâ*, diripiendiq; ... in Prolog. Heaut. *Facite æqvi ſitis, date creſc* ... *Novarum* qvi ſpectandi *faciunt copiam.* Plaut. ... nandi *tibi* iſtorum *erit magis, qvàm* edundi ... *Bnatblus* cauſarum ornandi *cupidus.*

## ANOMALIA III.

Interdum Subſtantivum Gerundii in Di ... per ellipſin intelligitur: ut Terent. Adelph. ... *coràm in os te laudare ampliùs, Ne id* aſſentandi ... *qvòd habeam gratum, facerè exiſtimes,* aſſentandi ... *cauſâ.* Sic: Cic. ad Terentiam: *Cum haberemus* ... vigandi, ſc. *propoſitum, voluntatem*, qvomodo ... plet. l. 6. Volunt etiam illud Taciti l. 15. Annal. ... cùm: *Vologeſi vetus, & penitùs inſitum* ... vitandi.

## ANOMALIA IV.

Dativi caſus Gerundia in Do, cùm qvâdam ... juncta eſſe ſolent. Qvint. Declam. 9. *Plures* ... *fortunæ pater*, pauperi ſolvendo *non* ſumus. ... l. 2. Caput eſt inficiando *reus.* Corn. Celſ. l. 7. ... *ſecundum ad medicamenta*, qvæ puri movendo ... l. 11. c. 2. *Telum verò* perfodiendo tergori, *qvò* ... *genio.* In his & ſimilibus deeſt Adjectivum aliqv... *tus, par, ſufficiens, idoneus*, &c. qvod nonnunqvam ... additur, ut Columell. l. 1 c. 9. *Mediaſtinus qv* ... *tus poteſt eſſe, dummodo* perpetiendo labori ſit id... Plin. l. 13. c. 2. verbum *ſufficiebat*, addidit: N... *Auguſta tenuitas* tollendis *non* ſufficiebat calam... Anomaliam 3. Regulæ Dativi Nominum p. 864.

Digitized by Google

## ANOMALIA V.

icò *Gerundii* in DUM neceſſitatem ſignificantis,
ur Nomen *Verbale* in Io, per Enallagen, Comicis in
amiliarem. Nimirum: dicunt, *cautio eſt*, pro, ca-
eſt. Terent. Andr. 2. 3. *Puerum autem ne reſciſcat*
*ab illa*, cautio eſt. Idem Adelph. 3, 3. *Hi mihi ne*
*untur*, cautio eſt. Plaut. Pſeud. *Ne qvicqvam pertin-*
*uenam*, cautio eſt. Et Symmachus Ep. 18. Infinitivo
*Longùm de his loqvi* cautio eſt, *ne blanditia longio-*
*ampant veri dignitatem.* Eandem ſtructuram iis-
rbis expreſſit Ep. 50. Eòdem etiam modò utitur,
*eſt*, pro, curandum eſt, ep. 49. *Sed mihi opinionum*
*qva ſine autore prodierunt*, nulla curatio eſt. Et ep.
*m mihi* ſumma curatio eſt.

## ELEGANTIA I.

bſtantiva GRATIA, CAUSA abſolutè poſita in Ab-
Gerundiis in DI, & rectiùs & elegantiùs poſtpo-
. Exempla vide Obſervat. I. p. 1079. Qvare non di-
n erit: *Veni hùc* gratiâ auſcultandi, causâ diſcendi
l, *auſcultandi causâ, diſcendi gratiâ.* Id qvod probè
dverterunt Gieſſenſes c. 8. Synt. p. 344. ex Bonciario
qvi aſſerit, neminem Latinorum autorum, qvi ante
recentos annos floruerunt, dixiſſe: *Causâ diſcendi,*
*tia diſputandi*, &c. præponendo hos Ablativos, ſed
r poſtpoſuiſſe. Qvare non ſeqvendus eſt Auguſtinus,
4. de Mend. dicit: causâ fallendi. Qvandò verò non
tè ponuntur in Ablativo, ſed vel cum verbo Subſtan-
Nominativo, vel in Accuſativo ob præpoſitionem
rbum, iſte ſitus non obſervatur. Cæſar: Per cauſam
ndi. Cic. Cauſa fuit veniendi.

## ELEGANTIA II.

Gerundia, qvæ Accuſativo caſu gaudent, ferè elegan-
iore Adjectivorum eòdem genere, numerò & caſu
ubſtantivo, vel cum eo qvod vicem ſubſtantivi obit,
ntur: ut, Cic. in Anton Phil. 4. *Princeps* veſtræ li-
bertatis

bertatis defendendæ *ſemper fui.* Idem
*qvid attigi, non feci* inflammandi tui cau
amoris mei Liv. 2. ab Urb. *Interjecto d*
*ſpacio, qvod vulneribus curandis*, ſupplend
*eſſet.* Cic. Appio l. 3. *Animum tuum pron*
*perſpexi* ad defendendam Remp. Idem T
*deſiderium* literis mittendis, accipiendisq
ab Urb. *Prælia de* occupando ponte *creb*
tandum porrò eſt, qvòd hæc ſtructura no
vis, ſed etiam in Deponentibus locum
Fin. *Voluptates omittuntur* majorum v
ſcendarum gratiâ. Idem 1. de Leg. *Intellig*
*à natura ſubornatus in vitam venerit, qva*
*habeat* ad obtinendam adipiſcendámq; ſ
2. de Orat. *Tamen ſunt omnes in eodem* v
*genere verſati.* Idem 2. Offic. *Oris pulchr*
poris imitandi *ſpem auferebat.* Idem Phil.
*ſtudia cognoſcuntur in decretis faciendis*, p
dis, &c. Idem in Rull. 2 *Primum permi*
*teſtas pecuniæ conficiendæ de veſtris vectig*
dis, *ſed alienandis* Idem de ſomn Scip.
ad tutandam Remp. Et de Seneſt. *Xen*
tuenda re familiari. Idem 1. Offic. Ad
luptates, &c.

## Elegantia III

Accuſativus Nominativis Gerundio
di ſolitus à priſcis Latinorum, exemplô G
elegantiùs ſeqvitur ſtructuram ſubſtantivi
ctivo conſtruitur, in eodem genere, num
pro eo, qvod Virgilius ſic extulit, pacem
petendum, venuſtius dixeris, pacem *ab. reg*
dam. Sic Livius locutus eſt lib. 1. Bell. Pu
*gatis*, pacem *illis priùs* petendam *à Pop. R*
*ut rex, ſociusq; & amicus appelletur.* Sic e
Eunucho loqvi voluit. Ejiciunda eſt *hercl*
licies. Cic. 2. l. Offic. *Qvamobrem nec i*

milicaris, *ut eam benignitas aperire non poſſit: nec ita* ...nda, *ut pateat omnibus.* Qvantò, inqvit Alvarus, eſe... ſvaviúsq; hæc dicuntur, qvàm ſi dictum eſſet: Eji...um eſt *hercle* hanc *animi* molliciem: *nec ita* clauden...ſi rem familiarem, &c. Qvis te ferat, ſi dicas: Colen... eſt præceptores, Evolvendum eſt diligenter ſcripta ...*nis*, fugiendum eſt *improborum* conſvetudinem. Fac ...rticipialia activa genere, numerô & caſu conſentiant Subſtantivis, hôc modô: Colendi ſunt præceptores, ...venda ſunt *diligenter* ſcripta Ciceronis, fugienda eſt ...*borum* conſvetudo: qvantò hæc elegantiùs? Hacte... Alvarus. Et hæc de Syntaxi GERUNDIORUM; nunc ...NORUM ſtructura tradenda venit.

# ...E SYNTAXI SUPINORUM

## REGULA I.

...upina priora ſi *active* ſignificant, caſum ...bi ſui regunt, & cum verbis ſignifican...s motum ad rem junguntur: ut, Sal... in Catilin. *Dum paucis ſceleſtis parcunt,* ...os omnes perditum eunt.

### Nota.

...upina in UM ſæpè etiam ſine caſu adhibentur: Ovid. Spectatum veniunt, *veniunt ſpectentur ut*

## REGULA II.

Poſteriora Supina *paſſive* ſignificant, & ...ſtruuntur cum *Adjectivis facultatem* a...vam aut *modum* ſignificantibus, vel cum ...*bis* ſignificantibus *motum de loco*: ut, ...gil. 3. Æneid. *Nec viſu facilis, nec dictu*

affa...

affabilis ulli. Plaut. [illegible]
*ſerbareq. haut* facta facile [illegible]
4. *Conſilia callida & audacia pri*[illegible]
tractatu dura, eventu triſtia [illegible]
de re ruſt. c. 5. *Primus* cubitu[illegible]
*mus cubitum eat*.

OBSERVATIO

QVamvis Supina priora *activum* [illegible]
admittant; nonnunqvam tamen *neutra*[illegible]
*ſam* ſignificationem habent, qvando à [illegible]
Neutro-paſſivo proficiſcuntur. Teren. [illegible]
bulatum. Liv. 2. ab Urb. *Curiolanus d*[illegible]
*Volſcos* exulatum abiit. Plaut. Aulul. *Co*[illegible]
latum *dudum* conductus ſum. Qvand[illegible]
uſurpantur, nullum poſt ſe caſum habe[illegible]

OBSERVATIO

Alvarus obſervat, qvod Supina in [illegible]
rentia nullum poſt ſe caſum deſiderent, [illegible]
verum non eſt. nam aliqvando *Ablat*[illegible]
gunt, non ſecus ac ipſa activa verba; ut, [illegible]
*Vaticinatus eſt*, madefactum iri *minus* [illegible]
*ciam* ſangvine. Aliqvando *Dativum* poſt[illegible]
*Interpres cecinit* tibi *anum hic* dicatum [illegible]
conſtruuntur cum præpoſitione regen[illegible]
paſſivorum; ſed ita ut ſtructura ab [illegible]
Cicero ſcribit Att. l. 15. *Brutum, ut ſcri*[illegible]
puto; hic exiſtimamus cum Alvaro [illegible]
cum præpoſitione, ſimul regi à verbo iri, [illegible]
luti enim, qvando dicimus, *liber lectus* [illegible]
non regitur à voce *lectus*, nec à verbo [illegible]
mul in unum Verbum coaleſcente; Sic [illegible]
verbum paſſivum, coaleſcit. Et enim [illegible]
iam paſſivè conjugabant, veluti Gellius, [illegible]

nis pro ſe contra Caſſium probat: *Atq; venit ita, Qvi-*, *uti in hac contumelia*, qvæ *mihi per hujusce petulan-* factum itur, *vei qvoq; publice melius Fidius miſerear*, *rites*. Probus autem docet, qvod paſſivitas (ita enim loqvitur) præcipuè ex Verbo IRI oriatur. Porrò no-um venit, qvòd Supinum hoc paſſivum aliqvandò uſur-r abſolutè ſine caſu alio, vel præpoſitione regente ca-aliqvem: ut, Hirt. de Bell. Alex. *Repentina latrocinia* tum iri videbatur. Cic. *Scias acta Cæſaris* comproba-iri. Deniqve, de hiſce Supinis in UM in genere obſer-lum, qvod propriè ante ſe nullum habeant caſum.

## ANOMALIA I.

Sæpe per Enallagen leguntur *Infinitivi* verbis motus tum adjuncti pro *Supinis*. Terent. *Vultisne* eamus e. Livius: *Se* miſſas rogare *Annibalem*. Sed qvia alibi âc Enallage egimus, hic brevitati ſtudebimus. Videſis mol. p. 518.

## ANOMALIA II.

Simili Enallage pro *Supino poſteriore* utimur nonnun-n *præſenti Infinitivi paſſivi*, ut: Qvintil. *Lyricorum Ho-us ferè ſolus* legi dignus. pro, *lectu*. Mela: Aſpici cogno-dignißimus. pro, *aſpectu, cognituq;*. Plin. l. 19. Facilia coqvi. Sed vide Etymol. p. 251 Imò, pro *hoc Supino*, n Cicero uſus eſt, *activo Infinitivo*. Sic enim loqvitur Tuſc. Qvæſt. *Hominum qvanta ſit mens*, difficile eſt exi-are. Id. de Orat. *Non* eſt difficile cognoſcere. Nec non iqve, ipſa interdum *Verbalia* vicem *Supini poſterioris* olent. Gell. l. 12. Dignus *ſane Seneca videtur* lectione. , 1. Offic. *In rebus* cognitione dignis.

## ANOMALIA III.

Peculiari planè dicendi charactere *poſteriori Supino* icito *verbum*, & à Prudentio *Subſtantivum* præponitur. itus in vita Agricolæ: Pudet dictu. Prudentius in Apo-ſi: — *velut ipſa Dei pars*, *Qvod* dictu ſcelus eſt, *tetras it oblita culpas*.

E L [illegible]

Quamvis utriſque [illegible]
pulcherrima, plurimum [illegible]
tamen ſunt ſubſtantiva, [illegible]
jectivorum adhibita cum Supino [illegible]
tionem venuſtam. Cic. l. 4. Tuſc. [illegible]
ctu. Idem de Senect. Nefas dictu [illegible]
*ſenectutem*. Ovid. 4. Faſt. [illegible]
*Sola novum*, dictuq; *nefas Harpyia Celæno* [illegible]
*& triſtes denunciat iras*. ubi plane [illegible]
ſubſtantivo, *Prodigium*. quomodo & [illegible]
Milone: *Is cui* nihil *unquam* [illegible]
*in libidine*. Videtur igitur Adjectivi [illegible]
quando jungitur Supino poſterior. [illegible]
NOMINUM: nunc ſaltem in Verbo IMPER[illegible]
ctura tradenda reſtat.

## DE SYNTAXI IMPER[illegible] LIUM.

### REGULA I.

*Intereſt* & *Refert*, adſciſcunt [illegible]
lios, tùm etiam hos Geniti[illegible]
*quanti, parvi, magni, perma*[illegible]
Cic. de Fin. Intereſt omnium [illegible]
Idem: Refert omnium, *anima*[illegible]
*los*. Idem: Permagni intereſt [illegible]
*tempore epiſtola reddita ſit*.

### Nota.

*Intereſt* & *Refert* adjungunt ſibi [illegible]
lativos: *Meâ, tuâ, ſuâ, noſtrâ, ve*[illegible]
Terent. Hecyr. 5, 5. Tuâ *quod nihil* [illegible]
*tari deſinas*.

Regula II.

*iſeret*, *miſereſcit*, *piget*, *pœnitet*, *pudet*, ,regunt Accuſativum cum Genitivo: ſerent. *Nonne* te miſeret mei? Idem: piæ te *nunc* miſereſcat meæ. Cic. l. 6. . Fam. Suæ qvemq; fortunæ pœnitet. n: *Sunt homines*, qvos infamiæ libidi- ; ſuæ *neq;* pudeat *neq;* tædeat.

Nota.

i Genitivi per Infinitivum etiam efferuntur: ic. Me *valde* pœnitet vivere.

Regula III.

*ibet*, *collibet*, *licet*, *liqvet*, & Imperſona- x Perſonalibus facta, Dativum poſtu- , ſeqvente ſæpe Infinitivô: ut, Cic. de ect. *Non* libet mihi deplorare *vitam*, *d multi fecerunt*. Horat. *Non* cuivis ho- i contingit adire *Corinthum*.

Nota.

nperſonalia ex Perſonalibus facta, qvæ Da- n regunt, hæc ſunt: *Conſtat*, *præſtat*, *reſtat*, *t*: *apparet*, *patet*, *placet*: *accidit*, *conducit*, *it*, *convenit*, *evenit*, *expedit*, *prodeſt*, &c. Cic. *non ſatis* conſtat.

Regula IV.

*Decet*, *delectat*, *juvat*, Accuſativum ad- unt, ſeqventibûs mox Infinitivis: ut,

Sall. Omnes homines ... ne vitam ſilentio tranſ...

# OBSERVATIO ...

De PERSONALI ... qvod abſolutè ſine expreſſo Nomina... præſente Infinitivo, qvi non raro ... vicem Nominativi ſubit: ut, Virg. ... cebat. Ovid. ... juvat ire *per altum* ... *ſus* renovare *ortus*. Terent. Eunuch. ... eſſe *ſervum Domini pauperis*. Cic. ... pugnare *naturæ*. Juven. ... ber. Terent. Pudet dicere *hæc præ*... *illud* facere *nullo modo* piguit. Cic. ... *qvàm* ſervire præſtat. Virg. *Et* vacet ... dire *laborum*. Sic, qvando Neutrum ... SUM in certa perſona adjunctum ... uſurpatur, e.g. *Certum eſt, verum eſt*. ... *ſilvis inter ſpolæa ferarũ* Malle pati — Ho... *ſuo* modulo, *ac pede*, verum eſt. Vide ... rentiam attulimus Reg. Nom. VERBO... 968, 969, & confer Alvarum de Conſt...

# OBSERVATIO II.

Nonnunqvam vero ſvadet conſt... nitivi Conjunctivus adhibeatur, jam cum ... qvod ſæpe contingit, jam cum Dubi... Andr. 5, 6. *More hominum* evenit, ut ... *prius* reſciſceres *tu*, *qvàm ego qvod* ... Verr. Accidit, *cum iſte à Cn. Dolabella* ... *Regem Nicomedem*, *Regémq. Sadalam* ... *illo itinere* veniret *Lampſacum cum* ... *prope pernicie civitatis*. Cic. 2. de Or... *in Privernati* eſſemus. Idem 13. ep. ... conſtiterat, *cum ...* ... *benter te Athenis* viſurus eſſem. Idem ... *noſtrum magni* intereſt, *prius* ut *te* conve...

Digitized by Google

Sic Conjunctivus ſæpe adhibetur in conſtructione rſonalium INTEREST & REFERT cum particulis rogativis, AN, UTRUM, UTRUMNE, NECNE, &c. . Max. l. 6. c. 2. *Meâ qvidem nihil* intereſt, humine, *blime* putreſcam. Terent. Hecyr.— *Verùm id tuâ nihil*, utrum *illa* fecerint, *Qvando hæc abierit*. Cic. *Sic. Penultùm* intereſt, utrúmne *perturbatione*, &c. de Fin. *Ut nihil* intereſſe *noſtrâ fateamur*, ſint *illa* ſint. Aliqvando tamen uſurpatur Conjunctivus, liarticula Cauſalis & Interrogativæ non adſint. Cic. 1. *Et ipſi animi, magni refert, qvali in corpore* locati Plin. l. 7. c. 18. *Etenim plurimùm refert, in qva cujusrema tempora* inciderit. Mart. l. 9. *Multum crede mihi , à fonte* bibatur *Qvi fluit, an pigro, qva ſtupet unda* Quintil. l. 3. c. 6. *Nec intereſt diſcentium, qvibus nominibus* appelletur, *dum res ipſa manifeſta ſit*.

## OBSERVATIO III.

Illud etiam in hac Imperſonalium ſtructura præſcire ntium magni intereſt, qvòd non paucis Imperſonalium *inativus Rei* addatur, more Perſonalium. qvi *Nominus Rei* ſæpe exprimitur per Neutrum aliqvod Pronis, ID, QVOD, IDEM, HOC, &c. aliqvanſtam licet rariùs, per *Nomen*. Per *Neutrum Pronis*: ut, Terent. Adelph. *Facite* qvod *vobis* libet. Cic. Orat. *Si tibi* id *minùs* libebit, *non te urgebo*. Idem 4. *Non idem mihi* licet, qvod *iis, qvi nobili genere nati* Idem 4. Acad. *Si habes*, qvod *tibi* liqveat, *neq; reſponſuperbis*. Idem pro Cornel. *Eſt enim aliqvid*, qvod *non* eat, *etiamſi* liceat. Terent. *Ne plus minusve faxit, nos poſtea* pigeat. Et hoc freqvens eſt in Verbis INEST & REFERT. Cic. l. 2. Ep. 18 Qvod *meâ & b.* intereſt. Idem Att. l. 11. ep. 18. Illud *meâ magni* eſt, *te ut videam*. Idem in Partit. Qvod *enim permaintereſt, ſæpe pro neceſſario habetur*. Idem 5. Famil *Non id*, qvod *tua nihil* referebat. Terent. *Qvid tua (ma*) id refert. Cic. pro Sylla: *Veſtra enim, qvi vixiſtis*, &c.



Digitized by Google

&c. hoc maxime ſpectat [illegible]
nibus, additur [illegible] primi [illegible]
oportet, juvat, piget, pudet, [illegible]
uſitatius accidit Imperſonali [illegible]
eſt, hic exemplis [illegible]
mis uſitatis in ANOMALIA [illegible]
Tribuum. Deos decet [illegible]
hæc me veſtis deceat. Ovid. [illegible]
cet alba [illegible] pudor ora — [illegible]
neglecta decet — [illegible]
[illegible] contemplantes [illegible]
[illegible] moderari, nec [illegible]
[illegible]orat. Parvum parva decent — [illegible]
pudicam. DEDECET] Ovid. [illegible]
me dedecet uſus. Senec. l. 2. de [illegible]
cent. REFERT] Plin. [illegible]
TEREST] Cic. Att. Nec quo [illegible]

## OBSERVATIO[illegible]

Imperſonalia Paſſivæ vocis ante [illegible]
poſt ſe autem omnes caſus Verbi [illegible]
ter Accuſativum Verbi Activi: ut, [illegible]
vivi, niſi cum virtute vivatur. [illegible]
reſolvere licet Imperſonale in [illegible]
nativum. e. g. Non poſſunt ulli vivere [illegible]
tute vivant. Sic illud Terentii, Itur [illegible]
Poſt ſe autem Verbi caſum ſit [illegible]
tivum, ut, Plaut. Epid. 2, 2. Mihi [illegible]
tur. Accuſativum ſine præpoſitione [illegible]
biduum. CUM præpoſitione, Virg. [illegible]
qvam ſilvam. Ablativum cum [illegible]
bell. Gall. Cum ab hoſtibus [illegible]
gnaretur.

## OBSERVATIO[illegible]

INTEREST ob alios ſignifica[illegible]
ctionis legibus paret. nam qvando [illegible]
utile eſſe, Genitivum vel Ablativum [illegible]

Digitized by Google

Cum verò ſignificat *præſens eſſe*, Dativum ama-
impersonale eſt. Cic. Brut. l. 11 ep. 7. *Qui* noſtro
intererit. Eodem etiam ſenſu legitur cum IN &
. Cic. Planc. l. 10. ep. 2. *Si qvid erit*, in qvo *me in-
teceſſe ſit, nunqvam deero.* Cum *differentiam* notat,
s præpoſitione INTER conſtruitur, jam Dativo
Cic. l. 1. Off. Inter hominem & belluam *hoc maxi-*
eſt. Senec. 1. Nat. Qvæſt. *Qvid* vobis & nobis in-
*ſi exigua menſura corpuſculi?* Peculiare eſt illud Te-
delph. 1, 2. *Hoc* dominus *ac* pater intereſt. Item il-
eronis Att. l. 5. ep. 19. *Qvoniam* νεμεσᾶν intereſt
νεῖν. Deniq; pro *Interponi*, vel *Interjacere* abſolutè
ur. Liv. 2. Bell. Pun. *Id morari victoriam rati, qvòd*
et amnis. Plaut. Bacch. Triduum *non* intereſt *æta-*
*r major fiet: Verùm ingenium plus triginta annis*
*ſt, qvàm alteri.*

# OBSERVATIO VI.

nterdum INTEREST cum gemino Genitivo con-
r: ut, Cic. 8. Att. ep. 6. Qvanti Reipub. intereſt, *co-*
*opias in unum locum convenire.* Idem l. 3. App. Il-
noſtrum magni intereſt, *prius ut te conveniam, qvàm*
*s.* Idem Att. *Cupio excurrere in Græciam*, magni in-
Ciceronis, *vel meâ potiùs, vel mehercule* utriusq; *me*
*enire diſcenti.*

# OBSERVATIO VII.

Nonnunqvam utraq; ſtructura Genitivi & Ablativi
ngitur: Cic. Cat. l. 15. *Summa tua autheritas fecit,*
*t* magni meâ intereſſe *putarem, & res eas, qvas geſſiſ-*
*ibi notas eſſe.* Idem pro Cluent. Magni *autem illi* ſuâ
eſſe *arbitrabantur, hunc à cauſa Martialium dimovere.*
t. *Nihilò* plúris tuâ *hoc qvàm* qvanti *illud* refert meâ.
Att. 11. ep. 22. *Illud* meâ magni intereſt, *te ut videam.*
Att. Permagni noſtra intereſt *te eſſe Romæ.* Nec au-
dus eſt hic Saturnius, qvi l. 3. c. 21, perſvadere conatur,
m Latinitatis jure & uſu dici, *Intereſt meâ oratoris,*



Digitized by Google

quo dicitur [illegible]
quando [illegible]
[illegible]
leges, nihil [illegible]
[illegible]
*[illegible] fœdere*, [illegible]
Plinius, I. Ep. 8. [illegible]
viri eruditissimi; [illegible]
supra [illegible] p. [illegible]
Pronominum Nominibus [illegible]
[illegible] non [illegible]
[illegible]
loquendo eos [illegible] Genitivum [illegible]
[illegible] Ablativum [illegible]
*Idmea* [illegible]
[illegible], *mea refert* [illegible]
*hominem* intereſt [illegible] qui [illegible]
*patrum intereſt* [illegible]
[illegible] Saturnalia [illegible]
Cicero ſcribens Attico [illegible]
[illegible], ſed [illegible]
Eadem eſt ſententia [illegible] Voſſ. [illegible]
208. Qui autem [illegible]
[illegible] ipſi viderint. [illegible]

## Observatio V[illegible]

Cl. Voſſius Gramm. [illegible]
[illegible] quibus [illegible] jungatur Genitivus [illegible]
quàm iis, qui pretium ſignificant [illegible]
*parvi, magni, permagni, pluris* [illegible]
*tereſt Reipublicæ*, vel, *intereſt ſalu*[illegible]
*refert ſalutis*, &c. Cic. tamen [illegible]

## Observatio [illegible]

Verbis Impersonalibus I[illegible]
duntur etiam quædam Adverbia, [illegible]
bio more uſurpata, ut: *Tantum, quantum* [illegible]
*tum, plùs, plurimum, infinitum,* [illegible]

[illegible] minimè, minimum, vehe-
[illegible] quicquam. TANTUM] Cic. de
[illegible] quod gravitas in honeſtis rebus, jo-
[illegible] Idem de Fin. Tantum refert, quam
[illegible] QUANTUM] Cic. pro Muren. *Oſtendam*
[illegible] communis interſit, *duos conſules*
[illegible] Idem: Multum intereſt rei familiaris
[illegible] *conſentire*. PERMULTUM] Idem
[illegible] permultum intereſſe, *quibus illa modis fi-*
[illegible] de Clar. Orat. *Athenienſium* plus in-
[illegible] *habere*, qvàm &c. PLUR-
[illegible] Idem [illegible] Orat. *In philoſophia* plurimum intereſt.
Quo Adverbio tutò uſus fueris, quando alii ejus
[illegible] dicunt *plurimi intereſt*. INFINI-
[illegible] multùm refert *luminis ratio*. PARUM, ALI-
[illegible] Cic. in Parad. *Navem everti*[illegible] *tat gubernat-*
[illegible] aliqvantum, *in gubernatoris inſcitia pa-*
[illegible] PAULULUM] Idem Att. *Mihi nihil vi-*
[illegible] paululum intereſſet, *utrum per procura-*
[illegible] *an per teipſum*. NON MULTUM] Colum.
[illegible] loqvens; Non multum refert, *an villatici*
[illegible] *parum veloces ſint*. MAGIS] Liv. l. 2.
[illegible] *fundata leviter fides, ut ubi ſim, qvam qui ſim,*
[illegible] MAXIME] Cic. in Ant. *Id potiſſimum fa-*
[illegible] maximè intereſſe Reip. *judicabo*. Idem Att. Tua
[illegible] refert. MINIME] Ter. Id meâ minimè re-
[illegible] natu maximus. MINIMUM] Cic. de Leg.
[illegible] *quidem, utrum adſint vel abſint*, intereſt.
[illegible] placet; *minimi intereſt*, iis autoritate opus
[illegible] MENTER] Idem ad Q. Fr. Hoc vehemen-
[illegible] *Reipub*. MAGNOPERE] Idem Att. Magno-
[illegible] *opprimi Dolobellam*. Idem pro Cæl. *At qui-*
[illegible] refert enim magnopere *id ipſum*. NIHIL] Cic.
[illegible] intereſt, *quod in Senatum non venis*. hic ſæpe
[illegible] NIHIL. QUICQUAM] Idem de Divin. *Quaſi*
[illegible] interfuit, *mures ſorex an cribra corroſerint*.



ANO-

Archaiſmus [illegible] ſ. [illegible] adſcitus [illegible] ut Terent. Plaut. [illegible] [illegible] Terent. Adelph. [illegible] [illegible] Quæ indicio [illegible] ſonalia. Quò fit [illegible] ſonat [illegible] pudet, &c. [illegible] ſonat [illegible]

ANOMALIA [illegible]

Decet, Impe[illegible]
loquendi rationé aliquando cum Dat[illegible]
Plautus Amph. 1,2. [illegible]
generi non decet. *Tu ſine* [illegible]
*pere.* Ibid. 3, ſc. ult. *Ne* [illegible]
decet, potis, i. e. ebriis. Ita legunt Henric[illegible]
& Antonius Muret. l. 10. Var. Lect. [illegible]
Taubmannus legant [illegible] *decet.* [illegible]
*Fateor ego profectò me eſſe, ut decet* [illegible]
Capt. 2, 2. *Ne patri,* [illegible]
*gis. Me ſaturum ſervire apud te* [illegible]
*tius quàm* illi, *ubi minimè honeſtum eſt* [illegible]
Terent. Adelph. 4. ſc. 3. *Hæc primum* [illegible]
*ut* vobis decet. Ubi ſic Donat. Græcè dic[illegible]
Idem Donatus ad illud Adelph. 5, 8. *Ha*[illegible]
*Imo hercle ita* nobis decet. Antiqui, inq[illegible]
tim verbum *facere, Nos decet facere,* di[illegible]
bant, *Nobis decet,* dicebant. Sed ſi hæc[illegible]
lib. de Conſtruct. c. 35. p. 130. quod ait [illegible]
nativus erit ſermo, *Nobis decet,* ut, conſe[illegible]
*nos,* erit ἐλλειπτικόν, quia *facere* intelli[illegible]
dem at eadenti propriam ſignificationem[illegible]

Græci προσήκει, omninò videtur non tam Helleni- qvàm convenientia utriusq; ſermonis, cujus causâ am ab arbitrio hominis, qvàm rerum naturâ debeat t. Sanè in aliis qvoq; lingvis, ubi caſuum diſcrimen um eſt, dandi caſum hic videas ſociari. Hactenus Voſ- Eodem modô locutus eſt Salluſtius. *Locum editiorem,* victoribus decebat. Item Liv. l. 34. *Honeſta, aut ſola ima certè penſari,* decet principi *orbis terrarum* popu- tanto regi. Et in lib. Juris: Decet *enim tantæ maje- as ſervare leges, qvibus ipſe ſolutus videtur.* Apul. de lo: *Sed condacere, ac decere tam bonas res, & ejusmodi* ingenuitati ſuæ profeſſionis, credidit. Gellius 9. c. 9. *ſcens præfatur elatiùs, qvàm ætati ejus* decebat. Con- modô uſurpatur & *Indecet.* Idem Gell. l. 7. c. 12. Fœ- ſolis *veſtem longè latèq; diffuſam* indecere *exiſtima- t, ad ulnas crurâq; adverſus oculos protegenda.* Sic O- ET conſtruitur. Plaut. Milit. 2. ſc. ult.— Homini ſer- *os domitos habere* oportet *oculos, & manus, oratio-* 4. JUVAT] Plaut. Ciſtel. 1, 1. *Qvando ita* tibi juvat,

## ANOMALIA III.

Pleriq; Grammaticorum tradunt, qvod Pronomina , *tuâ, ſuâ, noſtrâ, veſtrâ,* juncta Imperſonalibus IN- EST & REFERT, patiantur aliqvam Ellipſin: verùm vo ea ellipſis conſiſtat, non ſatis inter eos convenit. nulli enim exiſtimantes hic deeſſe præpoſitionem AD, Accuſativi caſus eſſe contendunt, in qvibus eſt Dona- qvi explicaturus illud Terentii Phorm. 5, 4. Qvid tua, um, id refert ait: Et qvære, inqvit, qvomodo dicatur: *d mea, qvid tua?* an deeſt *ad?* ut ſit, *ad mea,* aut *ad tua.* ra ſanè loqvendi ratione ipſi Latini minimè abhorrent. tus enim ita loqvitur Perſ. 4, 3. *Qvid id* ad me, *aut* ad m rem refert, *Perſæ qvid rerum gerant?* Et ibid. 4, 4. *s percontari volo, Qvæ* ad rem referunt. Et plura hujus exempla, mox in ipſa ELEGANTIA ſubjungemus. defuerunt, qvi ea Nominativi caſus eſſe putârunt, ea in

primis

[illegible] [illegible] quod [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] Plaut. in Aulul. [illegible]
Plaut. [illegible]
[illegible]
[illegible] Pronom. [illegible] p. [illegible]
Ablativi casus [illegible] R [illegible]
[illegible]
[illegible] [illegible]
*Pronominibus,* [illegible]
[illegible]
[illegible]
noſtrâ, veſtrâ [illegible]
[illegible]
[illegible] Quòd [illegible]
tus illuſam compoſitionem [illegible]
his diſtinctis vocibus, I. N. R E [illegible]
Deſpaut. Ninivita magis adhuc decorpu[illegible]
[illegible], pro R E dici T E R. Quam ſin[illegible]
nem confirmaturus Lancilotus citat illud
3, 3. *Si in re eſt utriq. [illegible] faciunt,* [illegible]
legit Linacer l. 3. p. 109. Sed Muretus [illegible]
in rem. & ita in antiquis libris extare [illegible]
tamen negat in nonnullis MSS. reperi[illegible]
Accuſativi, *in rem,* inde robur acquirit [illegible]
tores ſæpe loquuntur. Plaut. in Aulul. [illegible]
rem *hoc* [illegible] eſt. Idem Trin. *Si in* [illegible]
*eſſe videtur,* &c. Terent. Hecyr. [illegible]
*magis in rem & noſtram & veſtram* [illegible]
til. In rem fore *credens, univerſos* [illegible]
*Hac conquiri, tradiq.* in rem fuerit. [illegible]
ſtram lectionem ſatis eſſe latinam oſten[illegible]
dum erit, ſuapte ſponte cadet ruinoſa L[illegible]
Quod autem ad Plauti locum, quem ali[illegible]
cum putat Saturnius, nuſquam appa[illegible]
ſunt, qui conentur farcire & ſupplere, [illegible]

votum, additâ voce GRATIA. Cui ſententiæ ut fidem
ant, ad partes vocant Plautum, qvem Perſæ Act. 4. ſc. 3.
unc modum loqvutum eſſe putant: Mea *iſtuc nihil* re-
tuâ refert gratiâ. Qvæ qvidem ſententia ſanior foret,
vidò conſtaret, hæc & non alia eſſe Plauti verba. Nam
omannus, Douſa, Lambinus, hòc modo Plauti verba ci-
: Mea *qvidem iſtuc nihil* refert, tuâ *ego* refero gratiâ.
lectio dictam ſupplendi rationem, non tam aſtruit,
a deſtruit. Sed in hòc ſententiarum divortio, nobis
licet eſſe tacitis. *Duo* igitur dicimus: *primum*, Prono-
hæc, *meâ, tuâ, ſuâ*, &c. Ablativi eſſe caſûs, certum eſt
erentii Phorm. c. 8 — vos me indotatis modò Patro-
i fortaſſe arbitramini: Etiam dotatis ſoleo. C. qvid id
râ? P. nihil. ubi penultimus pes, noſtrâ, ſpondeus eſſe
c. id qvod non tam noſtris, qvàm Saturnii verbis Mero.
l. 5. c. 17. p. 165. ediſſeremus. *Ut ei*, inqvit Saturnius,
*ter ceſſerim eſſe Subſtantiva, perinde Accuſandi caſus,
meri pluralis nullò pactò dederim, refragante inprimis
a certâ qvantitate: qvam eſſe longam*, Terentianus ille
rius in Phormione mihi facilè perſvadet: *Etiam dotatis
, qvid id* noſtra? *nihil. Eſt enim jambicus acatalecti-
ujus penultimus pes ſpondeus eſt, qvando ejusmodi ver-
ondeon etiam qvinta in ſede, gravitatis causâ, non rarò
iunt. Prorſus ut carminis hujus primus pes anapeſtus
ter ſpondeus, tertius dactylus, qvartus anapeſtus, qvintus
leus* (trocheum ſiqvidem eò loci nunqvam admit-
) *poſtremus pyrrichius*, hæc ille. *Secundum*: Imperſo-
INTEREST neutiqvam ridiculâ plane compoſitione
N RE EST componitur; vel Horatiò arbitrò qvi IN-
EST diſtinctis vocibus in INTER & EST reſolvit. l.
rm. *Rem patris oblimare malum eſt ubicunq;*, qvid in-
ſt, *in matronis, ancilla peccesſve togata?* ubi altera vocis
cula fini, altera principio carminis aſcribitur, qvô
ponendi genere, nihil certius. Qvod autem eam ſup-
di rationem ſpectat, qvâ additur *gratiâ*, tutiorem dixe-
s, ſiqvando ſolidiore & certiore Latinorum autoritate
confirmata.

EL E-

## ELEG[illegible]

INTEREST loco G[illegible] tivo cum præpoſitione. Cic. ad [illegible] ſtram laudem [illegible] Video [illegible] tionem meam *qvidem* intereſt, [illegible] Planco: *Hic ò præfectura* [illegible] *qvantum* intereſſe vis ad rationem [illegible] Deor. *Magni* intereſt ad decus *&* laud[illegible] *ſeri*. Idem Ep. *Magni* ad honorem noſtr[illegible] *primum ad urbem te venire*, Idem Att. [illegible] *ris multum* intereſt. Idem de Aruſp. Reſp[illegible] ſpoſitionem intereſt, *adeſſe qvam plurimo*[illegible] intereſt ad *beatè* vivendum, *qvalis ularis* [illegible] *ambitu, an de majeſtate*, *nihil ad* rem in[illegible] Orat. dicit: *Nihil* ad rem eſt.

## ELEGANTIA [illegible]

Sylvius Ambianus Progymnaſm. C[illegible] qvòd eleganter utamur Verbo Imperſo[illegible] qvando generalis eſt ſermo: ut, Qvint. [illegible] *viginti linguas, qvot nationibus imperaſſ*[illegible] *fuiſſe*. Idem: *Citò ſcribendo non fit* [illegible] *ſed benè ſcribendo fit, ut citò*. Cic. *Suſcip*[illegible] *bella ob eam cauſam, ut ſine injuria in pa*[illegible] Invidetur *commodis hominum ipſorum*, [illegible] *moderatis* favetur. Horat. Vivitur *parv*[illegible] *ſplendet in menſa tenui ſalinum*. Lucr. [illegible] *mentes, ò pectora cæca, Qvalibus in tene*[illegible] *periclis* Degitur *hoc ævi* — Perſ. *Velle* [illegible] *voto* vivitur *uno*.

## ELEGANTIA I[illegible]

Imperſonale & venuſtè jungitur [illegible] & eidem concinnè in oratione ſubjungit[illegible] dici poteſt *qvantò libentiùs imitentur* [illegible] Idem: Qværi ſolet, *an etiam ſi diſcendi* [illegible] *pore tradi omnia & percipi poſſint*. Ide[illegible]

Digitized by Google

*ritis ac veſte longa, qvæ ſunt ornamenta fœminarum, ...entur viri: ita nec habitus triumphalis, qvò nihil ex-* ...ri poteſt *anguſtius, fœminas deceat.* Gell. *In iis autem ...ôs* placari oportet, *uti mala à nobis vel à frugibus a-...ntur, Averruncus qvoq; habeatur & Robigus.* Cic. *Ut ...rpuram volunt, ſufficiunt prius lanam medicamentis ...dam: ſic literis tabulisq; doctrina ante excoli animos, ...ſapientiam concipiendam* imbui *ac* præparari decet. ... *Horæ qvidem cedunt & dies, menſes & anni, nec præ-...n tempus unqvam revertitur, nec qvid ſeqvatur*, ſciri ... Atq; ſic longè latéq; patentem VERBORUM Syn-... divinâ freti ope, ad umbilicum duximus: jam ad ...ICIPIORUM ſtructuram, jubente ſic conſvetô par-... Orationis ordine, deſcendemus.

## ...E SYNTAXI PARTICIPIO-RUM.

### REGULA I.

...rticipia imitantur Verborum ſuorum ...ſtructionem, qvando poſt ſe regunt ...s: ut, Cic. Accuſandus es negligentiæ, ...en. *Pectora noſtra* duas *non* admitten-...uras. Valer. l. 7. c. 2. de Themiſt. *Malo ...m* pecuniâ, *qvàm pecuniam* virô indi-...tem.

### Nota.

... Participia cum Nomina fiunt, Genitivum ad-...unt: ut Salluſt. Catil. l. 1. *Corpus* patiens ine-... & vigiliæ, algoris, *ſupra qvam cuiqvam credi-...eſt.* Idem: Alieni appetens, ſui profuſus.

... EXOSUS, PEROSUS & ſæpe etiam PERTÆ-... Accuſativum adſciſcunt: Curt. l. 8. Patrios mores

mores ... Laeli...
venent ...
quum, Suetonius in C...
ſuam.

REGULA ...

Duo Ablativi, licet Nomini...
mini, alter Participii ab...
ut, Cic. Actore non prodente...
ur. Virg. *Non, me paſcente* ...
*tem cytiſum & ſalices carpetis* ...
*Nil non mortale tenemus, Pe...*
*ingeniiq;* bonis.

Nota.

I. Hi Ablativi exponi poſſunt per ...
Dum, Si, Postquam, Ubi ...
amiſſo *claudere ſepta*, grege. I. ...
*ſepta*, cùm grex amiſſus ſit.
II. Nonnunquam Pronomen ...
Nomina ſola in ablativo ...
*tunatam natam*, me Conſule. ...
*midabilior eſt exercitus cervorum* ...
*quàm leonum*, duce cervo. Sed ...
lativum, *exiſtente*, diſſimulari ...

OBSERVATIO ...

Participia futura in DUS, ne...
vel cum Dativo perſonæ eleganter ...
tivum cum præpoſitione admitt...
Perſonæ cum Participiis in DUS ...
z IA ultimâ. Hic verò exemplis co...

a cum præpoſitione iiſdem jungi. Cic. ad Marcel. *Qvæ mihi de Parthis nunciata ſunt, qvæ non putabam* unc ſcribenda eſſe *publicè* &c. Ibid. ad eundem: *Cùm rim matris tuæ graviſſimæ, atq; optimæ fœminæ majora lutem dignitatémq; meam ſtudia, qvàm erant* à mu- oſtulanda, *perſpexi.* In eodem ad Catonem: Admo- m *potiùs* te à me, *qvàm* rogandum *puto.* Idem contra n 2. *Hæc qvi proſpexerint, majores noſtros dico, Qvi- non eos in Deorum immortalium numero* venerandos s, & colendos *putatis?* Idem de Aruſp. Reſp. *Nego opere publico, de monumento, de templo tot Senatus conſulta, qvot de meâ domo: qvam Senatus unam poſt rbem conſtitutam,* ex ærario ædificandam, à Pontifi- berandam, à Magiſtratibus defendendam, à Judici- an.endam *putaret.* Idem Cornificio l 12. *Neq; enim, propter magnitudinem animi tui & ingenii, moderatè* te *non* ulciſcenda ſunt, *etiamſi non* dolenda. Ex qvi- eſtimoniis liqvet non uſqve adeo raram eſſe ſtructu- blativi Participiorum in D u s cum præpoſitione, ſi- nacer tradit l. 4. p. 307, eúmq; ſeqvutus Suſenbrotus .

## OBSERVATIO II.

articipia paſſiva præteriti temporis freqventiùs apud res, conſtruuntur cum præpoſitione regente Ablati- qvàm cum Dativo; ut, Cic. pro Milon. *Diu* vexati à iliſſimis *civibus, aliqvando per vos ac veſtram fidem,* em, ſapientiam recreemur. Qvintil. l. 2. c. 3. *Qvà de nini narràſſe mihi Julium Secundum, illum æqvalem atq;* à me, *ut notum eſt, familiariter* amatum. Non- am tamen cum Dativo etiam leguntur, verbô Sub- ô S u m, jam præſente, jam abſente. *Præſente*: ut, Cic. *Sperare videor Scipionis amicitiam & Lælii* notam rati fore. Idem in Bruto: Auditus eſt nobis *Læliæ filiæ ſæpe ſermo.* Gell. l. 5. *Verſus hic ſcitè* factus can- ; eſſe pueris, *totâ urbe fertur. Abſente*: ut, Amata *qvantum amabitur nulla.* Horat. 1. Ep. 16. *Si qvis*

*belli* ...
1023. In primis ...
cipiis cernitur ...
ſunt; *cognitus, perſpectus* ...
*ceptus, ſpectatus, deſpectus* ...
l. 1. Eleg. 7. *Et* ... illi cogn...

## OBSERVATIO

GENITUS, NATUS, PROGNATUS ...
TUS, EDITUS, ORTUS & ſimilia ...
GENITUS] Liv. l. ab Urb. ...
cumq; matre genitus ...
*te*, &c. NATUS] Cic. 3. Tuſc. ...
Brutum: Natus ſummô locô. ...
mo genere natas ...
Horat. l. 2. Sat. 3 Ovô prognatus ...
Virg. *Hortamur fari*, quô ſanguine cr...
tam, — ſangvine cretus Syſiphiô — ...
ſangvine *Divum* Liv. 8. bell. Maced. ...
ſangvine ſummô, *ſed* ſtirpe divinâ ...
Horat: Mæcenas atavis edite regibus ...
tus obſcurô loco. Horat. Divis orte ...
Orte Saturnô. Sed hæc enumerata ...
DITUS, cum præpoſitione & Ablativo ...
Mart. l. 10. *Nos Celtis* geniti *&* ex ...
*Talem tali genere atq; animo*, natum ex ...
Amph. Natus *Argus* ex Argo patre ...
genere natus eſt *illic Philocrates* ...
lice natus. Horat. 1. Serm. Sat 6. ...
*mam portare ducendum Artes*, ...
*Senator* A ſe prognatos. Ovid. ...
cretus eâdem *Acriſius* — Terent. ...
tum locô? Qvòd ſi verò idem obſer...
DITUS, tuæ hoc erit induſtriæ. ...
tibus, hujus rei nulla ſatis idonea ...
refer Adjectivum ORIUNDUS ...
jam cum præpoſitione, jam ſine pr...

ut, Liv. 1. ab Urbe; *Is longè princeps latini nominis fama credimus*, ab Ulyſſe, Deáq; Circe oriundus. Topicis: *Qvi* ab ingenuis oriundi ſunt. Lucret. l. 2. cœleſti *omnes* ſumus oriundi. Columell. l. 1. Liberis bus eſt oriundus.

## OBSERVATIO IV.

on abs re erit de EXOSUS & PEROSUS monere, ccuſativum ſibi jungi poſtulent, qvando *activè* acci-: ut Svet. in Tiber. c. 21. *Deos obſecro, ut te nobis ent, & valere nunc & ſemper patiantur, ſi non* popu-manum peroſi ſunt. Liv. 3. ab Urbe; Plebs *Conſu-*men *haud ſecus qvàm Regum* peroſa erat. Ovid. l. . — tædas exoſa jugales. Virg. 6. Æneid. *Jupiter otens ſi non* exoſus *ad unum Trojanos* — Sic & ſim-sus SUM, olim uſurpatum eſt. Plaut. Amph. 3. 2. os *ſemper* oſa ſum *obtuerier*. Gell. l. 4. c. 8. *Hunc ius non probabat, neq. amicò utebatur* oſúsq; eum *mo-uſà* fuit. Qvandò verò Exoſus *paſſivè* ſumitur, Dati-oſtuiat. Gell. l. 11. c. 18. *Ejus Epicteti etiam de ſe duo verſus feruntur, ex qvibus latenter intelligas non modo* Diis exoſos eſſe. i. e. inviſos. Porrò de PER-s notandum venit, qvod etiam cum Genitivo lega-d Tacitum l. 19. *Ac poſtremò* lenitudinis eorum per-*& in Campania agens* &c. ubi de Epicuri fœmina lo-. Citat Rob. Stephanus ad idem probandum, locum ti Moſtell. 1. 4. *Ita me ibi malè* convivii ſermonisq; ſum. Sed mutilatè hunc locum allegat. nam non tam cipium eſt, qvàm præteritum Verbi Imperſonalis, ve-eliores codices hôc modô legunt, additô EST; *Ita malè* convivii ſermonisq; Pertæſum eſt. Qvomodo ius loqvitur 3. ab Urbe; *Ne* qvidem nominis homines pertæſum eſſe. Et Virg. 5. Æneid. — & qvos Pertæ-nagni incepti rerumq; tuarum eſt. Sed ſine Accuſati-cero ad Qv. Fr. loqvitur l. 1. Pertæſum eſt *enim* le-s, aſſentationis *animorum, non officiis ſed temporibus itium.*

Cruſius in Quint.
tradunt Participia vera
nomina mutata ſunt.
modò actionem præſentem,
*leges, ut malus ſolus, ad tempus*
mina, firmam affectionem
*aut ſolus, habens propoſitum*
ſcrimen vix perpetuum dixeris.
ſcribit. *Homo ſemper amans* eſt.
breviq; tempore durans amor ſignif
ſed diuturnus & ſtabilis. Sic idem
dicit: *Ut mehercle paucos aquè*
me *exiſtimem*. neq; hic vulgaris & q
& amor exprimitur, ſed rara & inſign
& indubitatæ veritatis non eſt diſſimul
cipia eſſe demonſtrantur, quæ ſignifi
præſentem & ad breve tempus duratu
que, cùm ea, quæ modò citata ſunt,
præſtantem animi affectionem repræ
vum regentia & in Nomina mutata.
neris ſic uſurpari, plurima evincunt
Cic. pro Quint. *Eques Romanus*
rens. Idem pro Planc. *Deinde*
*deſeruiſti, ac dereliquiſti.* Cæſ. 1.
*tardus, aut* fugiens laboris, *quin*
*hominum ſalubria, &* ferentia laborum
*Et* illorum & ſui potens *ſit*. Valet
tes conſilii. Quam ſtructuram ſeq
ciò Alvari, participii ſpeciem præ
*lens, impotens, intolerans, impatiens,*
ſunt *compoſita*, id quod nos etiam
pag. 677, 678. Cic. Att. l. 2.
lens infamiæ. Liv. l. 9. Bell. Pun.
Curt. l. 8. Impotens animi. Liv. 7.
tiſſima laboris *corporis*. Plin. l. 10. c. 62.



Digitized by Google

*rulis parit vigintiferè numero: itaq; cæteri* tarditatis *entſ perrumpunt latera, occiſâ parente.* Plura qvi de-*at*, legat Sylvii Ambiani Progymnaſmata Centur. 2, *.* 389.

# OBSERVATIO VI.

*otandum eſt, qvòd non tantus ſit numerus *Præteri-* qvæ Genitivo jungi ſoleant, adeóq; in Nomina mu-*ſſeri* poſſint, qvantùs aliàs eſſe ſolet *præſentium* par-*rum* in N s. Liberiùs tamen Poëtæ, qvàm Oratores, *tis* cum Genitivo utuntur. Confer. Alv. p. 369. Sed *præteritis* prolixiores non erimus, cùm eorum Syn-*telligi* poſſit ab iis, qvæ diximus Reg. 3. Genitivi No-Obſer. I. p. Synt. 833. ſ. Neq; hic attinet fuſius per-*,* qvæ externum ſaltem Participiorum habitum re-*tant*, reverà tamen ſunt Nomina Denominativa, qva-*:* *pileatus, pilatus, chlamydatus, columnatus, virga-*q; qvæ nos recenſuimus in Etym. p. 679. Saturnius *Maj.* l. 6. c. 16. p. 302. vocat *Participialia*, non ideo, *articipiis* in Nomina tranſeunt, ut vir qvidam doctus *nunqvam* enim fuerunt Participia, ſed qvia his, ut *citatò* locô Saturnius, non parva cum Participiis in-*t* affinitas. qvænam tamen illa ſit, non expreſſit. Vix *alia* erit, qvàm aut exterior elementorum forma, aut *iò*, qvâ per participia Præterita exponi poſſunt. e. g. *, pileo tectus:* pilatus, *pilò armatus:* chlamydatus, *de velatus:* columnatus, *columnâ ſuffultus:* virga-*color & qvaſi virgatis ſegmentis contextus*, ut exponit *ius* Adv. l. 2. c. 4. Hæc tamen, tanti non ſunt mo-*nobis* ut perſvadeant, ut conſvetam *Denominativorũ* *ionem* cum *Participialium* novô nomine in gra-*turnii* commutatum velimus. Sed nunc porrò illud *ndũ* venit, ſintne vera *Participia* FRETUS & PRÆ-*.* Nos exiſtimamus, *peculiaria*, *qvædam Adjectiva* *orum* nullæ ſive à Nomine, ſive à Verbo extant ra-*Nam* qvod qvidam FRETUS præteritum participii FRUOR eſſe contendant, nempe Valla l. 5. Eleg. c. 5.

 Per-

Digitized by Google

Perottus, nec non Angelus D[illegible]
raria l. 3. c. 28. falluntur. [illegible]
*diſſimilitudo, ſignificationis* [illegible]
*toritas* prohibet, qvò minùs [illegible]
Fruor deſcendat. De *primo* dicere [illegible]
cuivis etiam abecedario characte[illegible]
ſit in Fruor & Fretus. Deinde [illegible]
mè differunt, qvippe cùm Fruor [illegible]
*ctum, voluptatémq; percipio*: Fretu[illegible]
*fultus*. Cic. *Partim* innocentiâ freti, [illegible]
*partim* potentiâ fulti, &c. Idem; Fre[illegible]
ſtrâ *diſſero breviùs, qvàm cauſa de*[illegible]
ſine gratiâ Latini ſermonis ſæpiùs uſurp[illegible]
optimos qvoſq; autores. Tertiò obſta[illegible]
etiam paſſivè uſurpatum reperitur. [illegible]
*Partis ac fundatis amicitiis* fretum [illegible]
At verò Fruor ejuſmodi deponens eſt, [illegible]
vè uſurpari ſoleat. Qvartò deniq; autorita[illegible]
ptorum docuit, qvòd Præterita Fru[illegible]
à Fruor veniant, veluti id exemplis [illegible]
tymol. p. 610. Et huic noſtræ ſententiæ, [illegible]
tos aſſentitur Mancinellus Italus Caſtigatio[illegible]
ſex de Lingva Latina. Qvare Fretus à F[illegible]
ſatis tutum non erit. Cæterùm, de adje[illegible]
ejuſq; eleganti uſu diximus in Syntaxi A[illegible]
2. Eleg. 1. p. 898. Conſimili ratione de [illegible]
dam participiorum monitum eſt in Ety[illegible]
etſi formæ ſunt paſſivæ, habeant tamen [illegible]
activam. Talia ſunt præter ea, qvæ dicto lo[illegible]
*contentus, diſſertus, ſcitus, tacitus, tutus*, [illegible]
varus, *cœnatus, pranſus, auſus, gaviſus, fiſus*, [illegible]
bus plura addere nil attineret, niſi eſſet, qv[illegible]
tionem reprehenderet. Etenim Orlandi[illegible]
lus veluti multa alia in Doctiſs. Alvari [illegible]
Grammaticis importunè culpat; ita Reprehe[illegible]
hôc modô in ipſum calamum ſtringit: Si [illegible]

Digitized by Google

*...ſpectus*, *&c. participia eſſent activæ ſignificationis: ...poſt ſe ſuorum verborum regerent: ſed ego non memini ...qvam ea ullô caſu juncta vidiſſe.* Hæc Peſcettius. Sed ...n animadvertit *primò*, qvòd horum Participiorum ferè ...a Nominum naturam induant, adeóq; legibus con-...ionis Participiorum, qvæ Verborum ſuorum caſum ...ntur, non obſtricta teneantur. Sic e. g. *Scitus* è parti-... in Nomen Adjectivum migrans, non Accuſativo, ſed ...ivo junctum legitur 9. Metam. Ovid. *Neſſus adit ...riq; valens*, ſcitusq; vadorum. i. e. *qvi ſcit & novit* ... Eôdem modô *doctus*, *expertus*, aliáq; multa è parti-...s nata Adjectiva, licet *activè* exponi poſſint, Genitivô ...n gaudent, vel more Adjectivorum jam adduntur ſub-...ivo, jam abſolutè uſurpantur. Qvomodo *ſcitus puer*, ... Terentius. & idem in Phorm. *Qvàm* ſcitum eſt, *eju-... parare animo cupiditates*, &c, *Deinde* non attendit ...ettius, qvòd Alvarus laxiore dictionis licentiâ *actionis* ...bulum ita ſumat, ut etiam neutris competat. Ita enim ...it p. 367. *Participia qvoad ſignificationem attinet, ſua ...imitantur. Qvæ ab activis & neutris naſcuntur, actio-... ſignificant (actionis vocabulum nunc paulò fuſius acci-...) ut, docens, docturus: ſerviens, ſerviturus, dormiens, ...iturus.* Non itaq; prorſus talis activa ſignificatio eſt, ...putat Peſcettius) qvalem habent activa participia, ſed ...ò modô accipitur, ita ut etiam verbis neutris conveniat, ...*Cautus* exponitur, non cui alii, ſed qvi ipſe ſibi cavet: ... verò notum eſt, qvòd neutra non eodem planè modô ...s rei regant, qvô activa, niſi aliqvando more Græcorum ...cuſativum cognatæ ſignificationis vel ſuæ originis, ac ...inde de omnibus Participiis nimis temerè ſine diſcrimi-... pronunciare non debuiſſet Peſcettius, qvod caſum ſuo-... verborum regerent ob activam ſignificationem, cùm ...dam, ut, *fluxus*, *cautus*, è neutris & abſolutis verbis orta ...tralem qvoq; ſeu abſolutam ſtructuram ſeqvantur. ...*tiò* Alvaro affingit, qvod hæc vocet Participia. Is hæc ...um recenſet, & in medio relinqvit Nomináne fuit an



Digitized by Google

Participia. *Quartò* Alvarus ... agit, quæ voce & formatione ... rita, & ſignificatione præſ... neutiqvam illa pari paſſu amb... ticipiis in Ns vel futuris in Rus ... ſuorum verborum Syntaxin ... niq; qvando dicit: Ego non me... caſu juncta vidiſſe: neutiqvam ... verbis ſtandum erit, ác memoriæ ... dum. Nam qvòd *Scitus* Genitivum ... Et qvòd *falſus*, *profuſus*, ... jungantur, & ipſi Peſcettio non ... meminiſſet, & à nobis in Syntaxi ... monſtratum eſt. Sed fortè inqvit ... qvem verbum regit. Neq; hic caſus ... negatur, ut putat Peſcettius. Nam ... regit, ita etiam *blandus*. Seneca: ... mini blandus, *paucis familiaris*, ... p. Synt. 850. Hic ex communi ſent... Dativo. Sic *Gaudeo* & *Gaviſus* cum Ac... veluti Cœl. Ciceroni ſcribit l. 8. ... *Hortenſius introiit*, *puto ut* ſuum gaudi... ita idem Cælius eodem libró ſcribit: ... ſos *homines* ſuum dolorem. Non itaq; om... ſunt verbi caſu; neq; tamen is eó penitus ... dus, qvô activis Participiis activorum verb... buitur, neq; omnibus tribui poteſt. ... hunc contra Peſcettium inſtitutum diſcu... mum eſto: Nomina Adjectiva, *Argutus*, ... *ſertus*, *profuſus*, &c. è Participiis nata eſſe ... mæ, admittere tamen expoſitionem activ... obligata eſſe ad regimen activorum Verbo... qvomodo Participia præſentia in Ns jun... aut futuri temporis, eorum qvoq; ſignif... tur, dictum eſt in Etym. p. 674. & plura q... lat Saturnium Merc. Maj. l. 6 c. 11. p. 292

Digitized by Google

alog. c. 14. p. 205. ſ. aliáq; ex Etymologia Particip. po-
tur, qvæ inibi dicta hic otiosè non repetemus. Nec non
*Præteritis* & *Futuris* è Neutris ortis in Etym. traditum
Nonnulla tamen *Præterita*, hic aſſignabimus ibi omiſ-
nimirum, *anteceſſus*, *diſceſſus*, *deflagratus*, *emerſus*, *eva-*
*interitus*, *nuptus*, *redundatus*, *ſenectus*. Petron. *Ubi*
eceſſa *latrocinia didiciſtis*. Ita legendum Scoppius in
riſimilibus docet. Cælius 4. Hiſtor. apud Priſcian. *Ca-*
*ibus* diſceſsis *multi interficiuntur*. Ennius apud Cice-
3. Tuſc. *Fana flammâ* deflagrata; *toſti alti ſtant*
*etes*. Cic. in Vatin. *Ecœno* emerſus. Liv. l. 22. Exer-
m cæſum, evaſumq; ſe eſſe. Claudius Qvadrig. apud
c. *Pugna acriter commiſſa*, multîs utrinq; interitîs.
ut. in Caſin. *Nobis* nuptus. Ovid. 3. Triſt. Eleg. 10. *Siſe*
undatas *flumine cogit* aqvas. Et 6. Faſt. *Anne* redunda-
*ſſa madebit aqvis*. Salluſt. 4. Hiſt. *Omnes, qvibus* ſene-
*corpore animus militaris erat*. Sic, Senecta *membra* apud
eret. l. 3 &, Senecta *ætas* l. 5. nec non apud Plaut. Amph.
Confer Saturnium Mercur. Maj. l. 6, c. 5. Adhæc, de
*teritis Deponentium activorum*, nonnunqvam *paſſivè*
arpatis, monuimus Etymol. p. 463. & 676. ſiqva verò
is locîs non tradita, hìc invenies & perſcripta & confir-
ta. Qvalia ſunt: *Adeptus*, *comitatus*, *conſolatus*, *depre-*
*tus*, *eblanditus*, *exſeqvutus*, *interpretatus*, *lamentatus*,
*ercatus*, *meritus*, *opinatus*, *profeſſus*. Cum Catone: *Se-*
*ectutem ut adipiſcantur omnes optant: eandem accuſant*
eptam. Ovid. 4. Triſt. 7. *Ne cadet, & multas palmas*
honeſtat adeptas. Cic. 2. Catul. *Illud etiam moleſtè fero,*
*òd ex urbe parùm* comitatus *exierit*. Ovid. de Art. — *Po-*
*lò per me* comitata *placebat*. Juſtin. l. 22. *Sic* conſolatis
*ilitibus, univerſas naves incendi jubet*. Idem l. 8. Depre-
ti *belli promiſſio*. Terent. Eunuch. 2, 2. — *Illis crucibus,*
*a nos, noſtrámq; adoleſcentiam habent* deſpicatam. Plin.
Paneg. Eblanditæ *preces*. Juſtin l. 7. *Brevi tempore*, ex-
qvutò *Regis imperiô*. Cic. l. 7. de Legib. *Veſta qvaſi focus*
*rbis, ut græcè nomine eſt appellata: qvod nos prope idem*

*Græcum* interpretatum [illegible] *ſunt tua fata per urbem* Lamen[illegible] LARGITUS paſſivè acceptum [illegible] 11. *Aut, ſi conditiò* largita *non ſit* [illegible] phanus Theſ. lingvæ Latinæ, & Al[illegible] p. 132. nec non Friſch. p. Gram. [illegible] no, *præſtita* ſeu *data*. Qvam etiam [illegible] mologe. p. 465. ſeqvuti ſumus, & Dalec[illegible] pitis 11. l. 17. Plinii notat, in MSS. ita [illegible] miſſum eſſe. Sed in ipſo textu ita legi[illegible] *jubet, ut ſolem pluviasq; combibant,* [illegible] *non ſit, ignes in medio fieri ante* [illegible] *imbres in his fieri.* qvæ lectio Cl. Voſſi[illegible] magis arridet. Certior autem & ſolidi[illegible] batio ex compoſito, *dilargitus*, qvod [illegible] luſtio, oſtendimus in Etymolog. p. 4[illegible] *Alius hic furor* H-S CL. M. *trullam* [illegible] *Annos* mercatam à matre familias, [illegible] 28. *Qvæ Trebia, Ticinus, aut Thraſyme*[illegible] *qvæ Cannis corona* merita? Cic. 1. Acad. [illegible] nata nobis. Ovid. l. 3. Amor. Eleg. [illegible] *culpa* profeſſa *facit*. Seneca Medeâ: Pr[illegible] *vindicta locum*. Confer Voſſium l. 4. [illegible] non Marci Dalbercuſii Præfationem Qva[illegible] maticâ Latinâ. *Ultimò* deniq;, de ſtruct[illegible] *factus, creditus, dictus, dicendus*, &c. egi[illegible] minum Obſerv. 23. p. 778.

## OBSERVATIO V

Cùm non pauci Grammaticorum [illegible] ſecundam, dicant duos Ablativos *deſigna*[illegible] libuit hic in Obſervationib. paucis expo[illegible] judiciô ſit, *deſignare conſeqventiam*. E[illegible] *conſeqventiam*, ita in oratione poni, ut [illegible] tegrum intelligatur, ſed ad perfectionem [illegible] aliqvid expectetur. Nos verò eô loqvend[illegible] obſcuriore & à pueris vix intellectô, con[illegible]

Digitized by Google

ces ſeqvuti Voſſium, Lithocomum & Friſchlinum, qvi ...jus locutionis intellectu difficilioris non meminerunt. ...eq; eò nomine qvicqvam perfectioni aut eorum Regulæ ...e noſtræ derogatum iri exiſtimamus, qvòd relictá ſale... ...oſâ docendi ratione, planam, tritam, ac tutam magis ...am ſeqvamur. Qvandò verò nos in Regulá hos duos ab...tivos *abſolutè* poni tradimus, neutiqvam tantâ eos liber...te donamus, ac ſi immunes prorſus forent ab omni verbi ...mine, & imperiò ac reliqvæ orationis fœdere; ſed *ut*, ...ait VVittenbergenſis Grammatica, ſicut *Ablativi tempo*... vel *modi*, verbis ſubjiciuntur, ad interrogationes, QVAN...o, vel QVOMODO, qvæ mente concipi poſſunt, ut: Qvan... Veneti ſunt graviter afflicti? Impetante Maximilianô. ...tq; hinc eſt, qvòd Gieſſenſes in ſua Gram. horum Abla...vorum ſtructuram proximè ſubjecerint Syntaxi Nomi...um temporis QVANDO, qvæ ablativò efferri ſolent. Id ...vod non ſatis animadverterunt Cruſius & Friſchlinus, ...vando ille affirmat p. Synt. 303, qvòd hi ablativi à *nul*... *verbo regantur*, hic verò p. 240, qvòd ponantur abſolute ...*ne Verbo*.

## OBSERVATIO VIII.

Nonnunqvam Ablativus Participii Perfecti *ſolus* po...itur, & exponi poteſt per *Imperſonale*: ut, Sall. 5. Hiſt. Auditô, *Regem in Ciliciam tendere*. i. e. *poſtqvam auditum* ...*ſſet*, &c. Tacit. l. 1. *Romæ nondum* cognitô, *qvi fuiſſet exi*...*us in Illyrico, trepida civitas increpare Tiberium*. i. e. *cum* ...*ondum cognitum eſſet*, &c. Idem l. 2. *Germanicus nondum* comppertô, *perfectionem eam incuſari*; *Nilo ſubvehebatur*. ...e. *cùm nondum compertum eſſet*. Idem l. 3. *Cæſar ob bel*...*um provinciæ illatum*, *Senatus nunqvam ſatis* creditô, *ſine* ...*raude Germanicum interiiſſe*, *ſcripſiſſent* i. e. *qvia nun*...*qvam ſatis creditum eſſet*. Idem l. 11. *Nunciatum Claudio*, ...*periiſſe Meſſallinam*, *non* diſtinctô, *ſuáne*, *an alienâ manu*. ...e. *ſed ſic, ut diſtinctum non fuerit*. Idem l. 12. *Gorſines* ...*lius* penſitatô, *Mithridatiſne rebus extremis*, *an patrio regno* ...*onſuleret*, *ad effigiem Cæſaris procubuit*. Intelligunt hic nonnul-

nonnulli Ablativum ſ o, vel ... *gem in Ciliciam tendere*, ipſis ... ciam tendere. Quæ tamen ſu... omne tulerit punctum. Videtur ... ti enim in Imperſonalibus non ... Ablativus *Auditô*, qvi Imperſon... net, eóq; in Imperſonale reſolvi ... tur, *auditô eó*. Satius igitur fuerit judic... ſcholiis Grammaticæ Lithocomi adjecti... illam, *In Ciliciam tendere*, locô Nomin... tam intelligi poſſe. Par qvoq; ratio fuer... in qvibus Conjunctivus adhibetur Hor... ceptô, *qvòd non ſimul eſſes, cætera lætus.*

## Anomalia I.

Enallage *Participii*, locô *Infiniti*... norum monumentis adhibita cernitur ; u... *do octogenos fætus* habens invenitur. p... ibid. *Vates reſpondêre, Neptunum patrem* ... *ſibi, Sext. Pompejô rejudicatô*. i. e. *Neptun*... *& Sext. Pompejum repudiâſſe*. Idem Cæci... *eſt, ſuô eſſe contentum : deinde, qvos præcip*... ſuſtentantem foventémq; i. e. *ſuſtentare f*... 3. *Helleborum fruſtrà, cùm jam cutis ægra* ... tes *videas* — pro, *videas poſcere*. Liv. l. 2... *plo animum pedeſtres acies, poſtqvam ju*... *æqvatô genere pugnæ, ſecum partem peric*... *dit*, pro, *ſuſtinere*. Idem l. 30. *Infinitiv*... priore *ſupinô*. *Ne antè dimitterent eos, qvòd*... *peratorem, qvi & qva* petentes veniſſent, *ce*... pro, petitum, &c.

## Anomalia II.

Antiptoſis *Nominativi* Participiorum ... etiam uſurpata extat. Plaut. Aſin. 3, 3. *Arg*... *næ, me modò ad mortem appulerunt, Qvas* ... *Diabolus ipſi* daturus *dixit*, pro, *ſe daturum*...

Digitized by Google

eg. 9. Viſura *& qvamvis nunqvam* ſperaret Ulyſſem.
rer viſura, pro, *ſe viſuram*. Vechnerus citat illud Ca-
Carm. 32. *Et negat mihi veſtra* redditura *Pugillaria*.
n, hanc lectionem hauſit ex opinione ſeu potiùs con-
rà Scaligeri. Puto, inqvit Scaliger in hunc locum, Ca-
n ſcripſiſſe *redditura*, qvamqvam vulgatam lectionem
s probari eſſe. Reliqvi enim interpretes legunt: *Ve-*
*ddituram*. Idem Vechnerus Hellen. l. 1. c. 29. notat
J. Scaliger in Catullum ita ſcripſerit Carm. 32. *Nam*
*t Veneri Cupidiniq; vovit*, &c. *Electiſſima peſſimi Poë-*
*cripta tardipedi Deo* datura. Qvòd tamen in Scaligeri
Pariſienſi Anni 1577 ex Officina Rob. Stephani non
rio. ibi enim ἀναλόγως ita legit Scaliger p. 19. *Nam*
*e Veneri Cupidiniq;* Vovet, *ſi ſibi reſtitutus eſſem, De-*
*q; truces vibrare jambos: Electiſſima peſſimi Poëtæ Scri-*
*tardipedi Deo* daturam *Infelicibus uſtulanda lignis*.
in Caſtigationibus ſuis (illius qvidem Editionis) in
llum, hujus lectionis meminit, qvam Vechnerus ipſi
ibit. Sed in editione Pariſienſi Anni 1604 Jac. Mo-
cum Commentariis Variorum in fol. dubitat Scaliger,
atullus dixerit, *daturam*. Noſtra tamen tanqvam La-
pſi ibidem, non improbatur, neq; ab aliis Catulli Com-
tatoribus locô movetur, puta, *Parthenio*, *Palladio*
, *Achille Statio*, *Antonio Mureto*, qvi unô ore legunt,
*ram*, non novè & parùm uſitatè *datura*. Carminis verò
umerus à Vechnero citatus non rectè ſe habet. Nam
Edit. Morelli & in Horatii Tuſcanellæ Florentini ex-
lari eſt 37. Sed majorem fidem meretur teſtimonium
ertii, qvod citat ex editione Scaligeri l. 1. 17. *Nec mihi*
*ope ſolito* viſura *carinam Ominat. Ingratô littore vota*
*nt*. Ubi Scaliger in Caſtigat. notat Græcam eſſe figu-
*ominat viſura*, pro, *ominat viſuram*. Qvæ lectio Bero-
, Anton. Mureto, utriq; Douſæ non diſplicet.

## ANOMALIA III.

Archaiſmum olet illud loqvendi genus, qvô Partici-

pium

pium Ablativi ſingularis, ju[illegible] plurali Nobis, Omnibus, [illegible] *Nec* nobis præſente *aliquis* [illegible] Eun. 4,3. *Neſcio quid* abſente nobis, [illegible] Porrò; à Nonio hæc veterum teſti[illegible] *apud forum* præſente teſtibus, [illegible] præſente Feneſtella: præſente & ab[illegible] ſente omnibus. Varro ad Marcellum: [illegible] omnibus *exercitui pronuntiat*. Et huic [illegible] tum *Ablativus* Participiorum obnoxius [illegible] *bus*. Catull. Carm. 108. *Reſtituis Cupi*[illegible] *ipſa* refer *te* Nobis. *O lucem candida*[illegible] in Caſtigat. porrò allegat Tibulli Eleg. [illegible] *meritò* nobis inimica merenti. Vechell[illegible] diſtinguit: *Perfida, nec meritò nobis inimi*[illegible] fida, *ſed quamvis perfida, cara tamen*. Et [illegible] & interpungi in omnibus ſcriptis libris, [illegible] ptô, teſtatur Achilles Statius Comment. [illegible] Ad hoc loquendi genus Scaliger Caſtig. [illegible] Eleg. ult. refert illud Virgilii: Vos, ô [illegible] aſpirate *canenti*.

## ANOMALIA IV.

Nonnunqvam Participia præſentis [illegible] Neutris orta, ad inſtar Verborum cum [illegible] leguntur: ut, Virg. 3. Georg. — *&* ſibila [illegible] Apul. 5 Metam. *Immanem colubrum* [illegible] *bus ſerpentem venenô noxiô* colla ſangvin[illegible]

## ANOMALIA V.

Etiam Participia præteriti temporis [illegible] cum Accuſativo conſtructa leges: ut, Virg. 7 [illegible] picti ſcuta *Labici*. Ibid. — *non illa colo* [illegible] Fœmineas adſveta manus — Idem 5. [illegible] humeros *oleô* perfuſa *niteſcit*. Ibid. [illegible] *tenis*. Idem Ecl. 6. Inflatum *heſternô* ven[illegible] Iaccho. Idem Ecl. 8. *Puniceô ſtabis* ſuras evin[illegible]

Digitized by Google

bell. Veniat longos incompta capillos. Horat. 1. Od. 1. ... membra *ſub arbuto* ſtratus. Stat. 3. Thebaid. *Cadme-* ... *ros Abcurrit* vultum dejectus. Ibid. *Ingentiq;* exce- ... terga *columnâ*. Sic & Hiſtorici loqvuntur: Sveton. ... uſt. Dextrum genu *lapide* ictus. Liv. 1. bell. Pun. Fe- ... *tragula graviter* ictus. Confer Syntaxeos Regul. 1. Ab- ... ivi Nom. Anom. 1. p. 878. & p. 848. Anom. 2.

## ELEGANTIA I.

Duo vel plura commata latini ſermonis eleganter in ... um contrahuntur, alterô Verborum in Participium mu- ... ô. Et in hâc qvidem Elegantia, exemplis planum facie- ... s, qvomodo Participium præſens, non tantùm in *recto* ... u eleganter jungatur Verbo locô Verbi & relativi vel ... rticulæ copulativæ vel alterius, ſed etiam in *obliqvis* ei- ... m adjungatur. Terent. Andr. *Sed poſtqvam* amans ac- ... ſſit, *precium* pollicens, *Unus & item alter accepit* condi- ... nem. amans acceſſit, i. e. *qvi amavit, acceſſit.* Idem Evn. ... *tro ad eam venies*, indicans *te amare, & ferre non poſſe.* ... nies indicans. i. e. *venies & indicabis.* Plaut. Amph. 2, 2. ... gilans ſomniat. i. e. ſomniat dum vigilat Cic. Att. l. 4. ... 9. *Ante diem qvartum Kalend. Maji*, iens *in Pompeja-* ... *m, benè manè hæc* ſcripſi: iens, i. e. cum eſſem in itiner... ... cum vellem ire. Et l. 16. ep. 1. *Nonis Qvintilibus vex* ... *Puteolanum Poſtridie* iens *ad Brutum in Neſidem, hæc* ... ipſi. Qvæ duo teſtimonia, ut id obiter notemus, clarè ... ncunt, falli Phocam, qvando Participium *iens* reſpuit p. ... t. Putſch. 1719. Eodem modô Priſcianus l. 11. de Tem- ... ribus & formatione Participiorum p. 922. citat Livium ... Erotopægniis, qvi ſimili ſtructura uſus participiô *Memi-* ... *s*: Meminens *Varro corde* volutat. Sed hoc partici- ... m non tam freqvens uſus commendat, qvàm elegantia ... ncturæ, qvam communem habet etiam cum uſitatiſſimis ... ticipiis verbo addi ſolitis. Neq; tamen omni uſu deſti- ... ur. Nam & Auſonius in tumulo Minervii Rhetoris hôc ... ur: *Vivis adhuc ævi, qvod ſupereſt*, meminens. Sidonius ... ô Apollinaris, notante Voſſiô, mirificè eô delectatus ... videtur

[illegible]

hæc vel[illegible]

neq; [illegible]

mentio. [illegible]

ſermoni Latino [illegible]

in ambulante [illegible]

[illegible]

Eodem [illegible]

præſtat compendium [illegible]

[illegible]

aut [illegible]

qui aut [illegible]

Vir [illegible]

Saturnius hoc non ſum [illegible]

[illegible] dinergentem & [illegible]

tes. In his & ſimilibus [illegible]

aliquem conatum, ſtu[illegible]

tem, i.e. voluntatem ſequentem [illegible]

bus truncatis manibus è [illegible]

præſervat Verbo non ſine [illegible]

ficiantur: idq; Elegantia [illegible]

ELEGAN[illegible]

Efflorefcet Latina oratio [illegible]
nitebit, ſi præteritum Participi[illegible]
appoſitè adhibeatur. In [illegible]
gloria, interdum cumulatior redit[illegible]
ptum conſilia, neq; revocari, neq; [illegible]
Salluſt, Eorum is demum mihi [illegible]
qui aliquo negotio intentus, præc[illegible]
famam quærit. Cic. Conſilium [illegible]
de manibus audaciſſimorum [illegible]
pro Cluent. Ne diutius [illegible]
[illegible] teneatur, ægrotat[illegible]

e depreſſa veritas emergit, & innocentia defenſio
ſa reſpirat. Plin. l. 20. Aniſum ſingultus deco-
oturnq; inhibet. Sic in plurali. Cic. de Leg. Agr.
lli miſeri nati in agris atq; educati, glebis ſubigendis
ti, quo ſe ſubitò conferant tempore belli, non habent.
id. Hoſtes ne quando recreati, exſurgere atq; erigere
r, funditus proſtravimus. In obliquis: ut, Cic. pro
Animum Adoleſcentis, nondum conſiliò & ratione
m, pellexit iis omnibus rebus, quibus illa ætas capi &
poteſt. Idem Ibid. Poſt mortem ejus, ne lituris co-
oſſet teſtamentum, in alias tabulas tranſcriptum ſi-
literimus obſignavit. Salluſt. Aliud clauſum in pe-
iud promptum in lingua habere. Liv. Inſitam inge-
eritatem, fortuna proſperò ſucceſſu alit. Sic Verba
ABEO, NOLO, MALO, VOLO, CUPIO, cum
o is Præteriti temporis in Accuſativo conſtructa,
raſin faciunt Verbi ejus, cujus Participium ſic uſur-
ut Terent. Eunuch. 2, 1. Dabo tibi hoc effectum, i.e.
. Idem Heaut —ſi vivo, adeo exornatum dabo,
epexum, ut dum vivat, meminerit ſemper mei. Plaut.
Dato excruciatum me. HABEO] Cic. de Amic.
o erunt homines delitiis affluentes audiendi, ſi quan-
micitia, quam nec uſu, nec ratione habent cognitam,
bunt. Liv. 6. ab Urb. Compertum habebat, facilem
ad murum tranſitum dari. Cœl. Ciceroni l. 8. Ta-
e de re puto te conſtitutum, quid facturus eſſes, ha-
Cicero de Divin. Illud tamen exploratum habeo, ni-
ſine cauſa. Plin. Ep. Ut notum haberes, his literis
juſſi. Cic. Brut. Clodii animum perſpectum, judi-
habeo. Plin. l. 23. c. 1. Perſvaſum habemus. Cic. 5.
De Cæſare ſatis hôc tempore dictum habeo. Plaut.
atis jam habeo dictum. Cæſar 7. bell. Gall. Idq; ſe
bè effectum habere. Plaut. Aſin. Semper tibi pro-
habeto hac lege, dum ſupereſt datis. Liv. 2. bell.
egem ipſum ſuſpectum habebant. NOLO] Liv. l. 5.
nu. Patres ordinem publicanorum in tali tempore



Digitized by Google

Plaut. ... Idem: Sene, qui volunt te conservatum ... humanum ... conservatum volo ... quam bonam potius ... volo. Singulare est illud ... bobis ... justam. ... salvatum cupiunt, ... unt, quam perditum. ... erit, inventum tibi ... phibum. Sic & cum Q v o r t ... venitur constructum apud Terent. ... gestum oportuit, i. e. gessisse ... portuit, i. e. misisse. Terent. ... i. e. reliqvisse.

ELEGANTIA ...

Consimili ratione non modo ... sed etiam pondus eidem addit ... apte adhibitum: ut Svetonius ... indicem ab obvio qvodam porrectum ... nistra manu gerebat, qvasi ... Cimber Tullius, qvi primas partes ... rogaturus propius accessit. ... cum habeo, nec inimicum, ... se in Tiberim. Qvintil. Cicero ... stibus fidem, & doctrinam ... fertur moriturus in hostes. Senec. ... confugit ad Cæsaris pedes, ... aliter periret, ne esca fieret. Et in ... luctaturi solent humeris ad ... Elephantes amnem transituri ... obliqvis. Tacitus lib. 2. Missi ... ros auxilia, i. e. qvi orarent ...

Digitized by Google

# ELEGANTIA. IV.

aud vulgare ornamentum ſermoni latino adfert
n CURO, cum Participiis in DUS conſtructum: ut,
ò factum eſt, ut ad te Lupus ſine meis literis rediret,
amen curaſſet tuas ad me perferendas. Idem: quos
ipſos, ſi quem cui rectè committam invenero, curabo
rferendos. Idem: Hunc tu ſi mihi reſtituendum cu-
m poſſum dicere, quàm mihi gratum futurum ſit. Id.
Fabricius reducendum curavit. Idem. Negotium
endum cures. Idem: Funus ei ſatis amplum facien-
ravi. Gell. Hos libros univerſos, multis pòſt tempe-
, Seleucus Rex, qui Nicanor appellatus eſt, referen-
enas curavit. Idem: Is me ſtatim rei capitalis dam-
dandúmq; ad beſtias curavit. Valer. Max. Merò
ſopitos, plauſtris in urbem devehendos curaverant.
t comperit unde advecti eſſent, quinqueremi repor-
Meletam, in templo Junonis collocandos curavit. Et
ſtructio Participiorum in DUS, etiam ab aliis verbis
E. g. Suſcipio, loco, do, depoſco, conduco, mando,
bitror, cenſeo, dico, habeo, & ſimilia. SUSCIPIO]
Verr. Is gloriam P. Africani tuendam conſervan-
ſcepit LOCO] Ibid. Senatus decrevit, ut quæ ſta-
erris eſſent, eas Quæſtores demoliendas locarent.
aut. Aſin. Spectandum ne cuiquam annulum det.
SCO] Cic. pro Domo ſuâ: Lollius Pompejum inter-
m depopoſcit. CONDUCO] Idem l. 2. de Divin.
ores columnam illam de Cotta & Torquato condu-
ciendam. MANDO] Sveton. in Cæſar. Gladia-
òs ſicuti infeſtis ſpectatoribus dimicarent, vi rapi-
ervandóſq; mandabat. PUTO] Cic. in Verr. Ut
em moriendum ſibi potiùs, quàm perpetiendum
ARBITROR] Cic. ad Lentul. Nam neq; pu-
arbitrarer contra tantas copias, neq; dolendum
m civium principatum, neq; permanendum in una
, converſis rebus, ſed temporibus aſſentiendum.
O] Plautus: Curandum cenſeo. DICO] Cic.



Digitized by Google

[illegible]

Quint. [illegible]

[illegible]

Sveron. in Gal. [illegible]

[illegible] & Quinctil[illegible]

faventem reprehendit. [illegible]

ſe non videre, cur Saturnio [illegible]

benda ſit fides. Verba [illegible]

ſunt: [illegible]

[illegible]

*Vela datum.* Ibidem [illegible]

[illegible]

[illegible] Hoc [illegible]

reprehenſor. Reprehenſ[illegible]

& intempeſtivè calumn[illegible]

intelligere hæc Virgilii verba [illegible]

nem. Sed verba tantum dat [illegible]

nullam afferat ſuæ accuſationi [illegible]

dictâ causâ judicio ciſſimi [illegible]

cio, & judicem & actorem [illegible]

Id quod Marianus Benedi[illegible]

Foſſa, contra Peſcettium [illegible]

O 3

rò Saturnius rationem adfert, qvâ motus, *Gerendum* tat potiùs Gerundium eſſe qvàm Participium, ei obmus. Ideo enim Participium eſſe negat, qvia *ſigni*-ì, inqvit, *habet activam*. Qvæ ratio nec arctè ſa-it, nec vera eſt. Nam *primò* ſi vel maximè, judiciò , haberet activam ſignificationem, non illicò deſi-ſe Participium. Notum enim eſt etiam in trivio, ia non abhorrere ab activa ſignificatione. Deinde iò, probandum Saturnio incumbit, qvòd *gerendum* poſſit & debeat hôc locô activè. nam nos jure merito Saturnium negamus, hic τὸ *Gerendum* activè ſigni-. Qvid enim prohibet, qvò minùs hæc Virgiliana *& dirâ bellum cum gente gerendum*, exponi poſſint, *òd diu cum gente bellum geri debeat*, vel *gerendum* rtiò, non ſatis ſibi conſtare videtur Saturnius, qvanteriùs l. 6. ſub finem capitis 19. docet Participia in otiùs facta *Nomina* eſſe, qvàm *Participia*: Sed hic l. p. 327. rotundè aſſerit eſſe *Gerundia*. Emmanuel p. 365 licet ancipiti curâ & cogitatione diſtractus, rotundè ſatis non pronunciet de hiſce in Dus, *No*- ſint, an *Participia*, eò tamen magis inclinare vide-*Nomina Verbalia* eſſe velit. *Qvòd ſi qvis*, inqvit, *hæc* *a Verbalia exiſtimet*, *non multùm ei adverſabor*. àt exiſtimet, cauſa, procul dubio erit, qvòd putet hæc n tempus, qvàm officium ſignificare ac neceſſitatem: ex ultimis verbis ejus 2. Append. de Conſtructione p. p. 371. haut obſcurè colligere licet. Verùm, ipſe t reſpondet p. 365. Licet Participia in Dus *officium atémq*, adſignificent, non ideò tamen Participii nomittunt. Nam veluti verba ipſa, qvæ licet futuri ſint ris ſine omni dubitatione, ſæpe tamen *officium* ac *nem* ſignificant. e. g. Si pater filium ſic alloqvatur: ejicies *iſtam animi mollitiem, qvæ te perdit? itane miliarem* claudes, *ut eam benignitás aperire non poſ*-voces, inqvit Alvarus, futuri ſunt temporis, nihil tamen, qvàm futurum adſignificant. Huc ſpectans

 illa

[illegible]

& [illegible]

tempore [illegible]

non designi [illegible]

[illegible]

qvod [illegible]

temporis [illegible]

nihil, ut opinor, [illegible]

[illegible]

[illegible]

judicium esse de Futuro [illegible]

dicetur Ejiciunda hereditas [illegible]

*facienda*, & aliqvid *necessarium* qvod [illegible]

pit. Accedit, inqvit Vossius, [illegible]

qveat, officium tam [illegible]

indicantis cujusmodi [illegible]

c. [illegible] Cic. l. 1. de Off. *Orationem* [illegible]

efficies *plebiorem*. h. e. *legdas* [illegible]

Exercenda *est etiam memoria* [illegible]

*plurimis & nostris scriptis* [illegible]

*cere debemus memoriam* [illegible]

bat vox VOLVENDA, qvæ crebro [illegible]

Æneid. *Triginta magnos volvendis* [illegible]

9. Æneid. *Turne, qvod optanti* [illegible]

*Auderet*, volvenda dies *en attulit* [illegible]

tur. Ennius apud Varronem l. 6. [illegible]

volvendum *per æthera fugit*. Lucre[illegible]

Idem l. 6. Glans volvenda, h. e. qvæ [illegible]

dicem G. Fanij Exercitio adjectum, [illegible]

tam *officium* & *necessitas*, qvàm [illegible]

Non itaq; certum est, ideo esse No[illegible]

qvia *officium* & *necessitatem* significa[illegible]

Digitized by Google

odô oſtendimus, qvæ eum ſenſum non admittunt.
nen ignoramus, qvin alibi hæc futurum, nec non oſ-
e neceſſitatem adſignificare poſſint. Qvibus rectè
s, nulli dubitamus potiùs adſcribere elegans illud
genus in Dus florentiſſimo Participiorum territo-
m Nominum claſſi.

## ELEGANTIA V.

Venuſtum cum primis & ſcitum orationi Latinæ
ndium præbent, Participia in Dus, jam *abſolutè*
ù uſurpata, jam *præſente Verbô ſubſtantivô*, cum Da-
hibita pro *debere* vel *oportere*. *Abſolutè* poſita: ut
le Arte. *Non mihi* veniſtis *Semele, Ledaq;* docendæ.
oid. *Turba* docenda venit. Cum *Dativo*: ut, Terent.
m. Expectandus eſt mihi *frater*. Cic. pro Fontejo:
us eſt nobis *amicus meus Pletorius*, *ut ſuos novos cli-*
*bello faciundo deterreat*. Ibid. *Ità verò ſi illi bellum*
*conabuntur*, excitandus nobis erit *ab inferis C. Ma-*
*i Induciomaro iſti minaci atq; arroganti par in belli-*
*o eſſe poſſit*. Interdum, monente Alvaro p. 371, utun-
ores, locô *Participii paſſivi* in Dus, *Debendi* Verbô:
ad Her. l. 4. *Primum dicemus*, *qvibus in generibus*
*omnis Oratoria elocutio* debeat eſſe: *deinde oſtende-*
*as res ſemper* habere debeat. Idem autor ad Herenn.
ultis locis docet participale in Dus infinito paſſivo,
bo per *Oportere* poſſe explicari. *Juſtitia partibus*, in-
*temur*, *&c. ſi oſtendemus benè merentibus gratiam* re-
onvenire: *ſi demonſtrabimus* ulciſci *malè meritos*
ere: *ſi fidem magnopere cenſebimus* conſervandam:
*& mores civitatis egregiè dicemus* ſervari oportere:
*tates atq; amicitias ſtudiosè dicemus* coli convenire:
*itia*, *clienteles*, *cognationes*, *affinitates caſtè* colendas
*cemus*. Vides, inqvit Alvarus, id qvod ſuprà diximus,
articipalia *debitum*, *officium*, *neceſſitatem*, deniq; *Con-*
, *Oportere*, potiùs adſignificare, qvàm *futurum tem-*
ed verò, mi Alvare, unum includere, non eſt alterum
ſere. Ita enim debitum officium notant, ut unà in-



Digitized by Google

illa & ſimilia: *Putabi ad te primò* eſſe milites. *Cenſeo non* redimend Liv. 1. bell. Pun. *Legatos* mittendo *&c.* Hæc Alvarus. ſed verò, Alvar manti, qvòd iſtis verbis, Nonne *tempus futurum* non adſignificetur non adſignificetur futurum, multò *teritum* ſignificabitur, ſeqvetúrq qvod formâ qvidem futurum, temporis id qvod ἄτοπον. Ut itaq nihil, ut opinor, veritati Grammat ctiſſimo Voſſio dixeris l. 4, c. 11. p. *cium & neceſſitatem* ſignare, ut ſim *rum*. qvæ certè duo in futuro *officie* judicium eſto de Futuris in Du s. dicit: Ejiciunda hercle eſt tibi anim *futuri*, & aliqvid *neceſſarii*, qvod off pit. Accedit, inqvit Voſſius, ibid. qveat, officium tùm notari, qvandò indicant; cujuſmodi aliqva comme c. 14. Cic. l. 1. de Off. *Orationem L.* efficies *pleniorem*. h. e. *legens noſtr* Exercenda *eſt etiam* memoria ediſc *plurimis & noſtris ſcriptis & alienis* *cere debemus memoriam ediſcentes*, & bat vox VOLVENDA, qvæ crebrò Æneid. *Triginta magnos* volvendis 9. Æneid. *Turne*, *qvod optanti D* *Auderet*, volvenda dies *en attulit ult* tur. Ennius apud Varronem l. 6 di volvendu' *per æthera vagit*. Lucr Idem l. 6. Glans volvenda. h. e. *qva* dicem G fanii Lucretio adjectum. I tam *officium* & *neceſſitas*, qvàm *præſe* Non itaq; certum eſt, ideo eſſe Nom qvia *officium* & *neceſſitatem* ſignifica

dô oſtendimus, qvæ eum ſenſum non admittunt. en ignoramus, qvin alibi hæc futurum, nec non of- neceſſitatem adſignificare poſſint. Qvibus rectè nulli dubitamus potiùs adſcribere elegans illud enus in Dus florentiſſimo Participiorum territo- n Nominum claſſi.

# ELEGANTIA V.

nuſtum cum primis & ſcitum orationi Latinæ tium præbent, Participia in Dus, jam *abſolutè* uſurpata, jam *præſente Verbô ſubſtantivô*, cum Da- bita pro *debere* vel *oportere*. *Abſolutè* poſita: ut Arte. *Non mihi* veniſtis *Semele, Ledæq́* docendæ. l. *Turba* docenda venit. Cum *Dativo*: ut, Terent. . Expectandus eſt mihi *frater*. Cic. pro Fontejo: eſt nobis *amicus meus Pletorius*, *ut ſuos novos cli- llo faciundo deterreat*. Ibid. *Ità verò ſi illi bellum abuntur*, excitandùs nobis erit *ab inferis C. Ma- nducioмaro iſti minaci atq́ arroganti par in belli- ſſe poſſit*. Interdum, monente Alvaro p. 371, utun- es, locô *Participii paſſivi* in Dus, *Debendi* Verbô: Her. l. 4. *Primum dicemus, qvibus in generibus nis Oratoria elocutio* debeat eſſe; *deinde oſtende- res ſemper* habere debeat. Idem autor ad Herenn. is locis docet participale in Dus infinito paſſivo, per *Oportere* poſſe explicari. *Juſtitiæ partibus*, in- ur, *&c. ſi oſtendemus benè merentibus gratiam* re- venire; *ſi demonſtrabimus* ulciſci *malè meritos* : *ſi fidem magnopere cenſebimus* conſervandam: *mores civitatis egregiè dicemus* ſervari oportere; *es atq́ amicitias ſtudioſè dicemus* coli convenire; , *clienteles, cognationes, affinitates caſtè* colendas *us*. Vides, inqvit Alvarus, id qvod ſuprà diximus, icipalia *debitum, officium, neceſſitatem*, deniq; *Con- portere*, potiùs adſignificare, qvàm *futurum tem-* verò, mi Alvare, unum includere, non eſt alterum e. Ita enim debitum officium notant, ut unà in-



Digitized by Google

… officii … neceſſit…
aliqvid …
poteſt & debet …
dit, qvod … 
ulciſci male meritos oporteret …
in finitum modum Conjunct…
poſſint hoc pacto: Si oſtend…
gratia referretur, vel, referre…
eſſet: ſi demonſtrabimus, qvod mal…
ret, vel qvod male meriti ulciſcend…
milibus non tantum officii neceſſita…
iſtius officii neglecti executio …
aſſignatur, qvod præterita vitia …
docente & corrigente. Adde, qvod …
habeat indolem, ut iis rebus ſoleat …
poſterum fieri debent & poſſunt. E…
TICIPIORUM longe elegantiſſim…
RUM Syntaxi tradendæ nos accinge…

# DE SYNTAXI ADV…

## REGULA …

Adverbia ſubjiciuntu…
piis, *Nominibus Adjectivis*, v…
patis, item aliis *Adverbiis*, …
corum circumſtantias: ut…
ſit, cito perit. Plaut. *Bon…*
haud perit. Cic. 2. Phil. …
dilabuntur. Idem: *Ædific…*
per victuri; *vivamus, qua…*
turi. *Patria eſt*, ubicunq…
*Qui non* eſt hodie *cras* …

*Ad Scipionem* admodum adoleſcen-
*mma imperii delata eſt*. Cato: Sat
*ſat* benè.

## Nota.

erbia in UM, *Parùm*, *multùm*, *nimiùm*,
*qvantùm*, *aliquantùm*, Poſitivîs gaudent:
tt. l. 10. Parùm *firma ſunt*, *qvæ de fratre*
*is*. Idem l. 2. de Fin. *In rebus apertiſſimis*
ongi *ſumus*.

erbia in O, *Qvò*, *eò*, *qvantò*, *tantò*, *multò*,
*niò*; item *Hòc* pro *eò*, *longè* pro *multò*, ele-
ngüntur Comparativis: ut, Cic. l. 1. Offic.
ſuperiores *ſumus*, tantò *nos* ſubmiſſiùs

*ltò* & *longè* pro *valde*, item *Tantò*, *qvantò*,
vis etiam adduntur: ut Cic. pro Leg. Ma-
*ectus veſter* multò jucundiſſimus. Catull.
one: Tantò peſſimus *omniũ poëta*, Qvan-
imus *omnium patronus*.

## OBSERVATIO I.

nulli Grammaticorum tradunt, qvòd pauciſſima
ſubjici poſsint *Verbis Subſtantivis*: ut, Fruſtrà
ecipior, fruſtror. non enim dicitur: *ille eſt benè*.
men Verbum Subſtantivum *Imperſonaliter* poni-
bia illi jungi poſſunt; ut, Cic. in Ep. *Si vales*, benè
nt. Adelph. *Et tibi* benè eſſe *ſoli*, *cum ſibi* ſit malè.
mverò, vix tam anguſtis finibus circumſcribere
ndium ſtructuræ Adverbiorum cum *Verbis Sub-*
vibus non *pauciſſima*, ſed *plurima* Adverbia ad-
 in autoribus melioris commatis. Cicero Fr. l. 2.
uerit *Cato*, *qvàm omnes leges*. Hic, τὸ *Plùs*, addi-

 tur

[illegible] ... [illegible]
[illegible]
quod Romanorum [illegible]
Temporis [illegible]
ne scribentem [illegible] l. 2. op. [illegible]
*ſcio.* Bene dicas, *ut jam,* addi [illegible]
aliud ex Ovidio depromemus [illegible]
ſupplendum. Nunc *aterna Sitis* eſt, [illegible]
*Kur'q; in hoc die eſt, qua veliſſet* [illegible]
*ill vetitum, illa qua* nunc eſt, [illegible]
verbum [illegible]
*futurâ uſui* [illegible]
ſunt Voluptati. Sic, *Poſt,* adverbium [illegible]
à Cæſare l. 4. Bell. Gall. [illegible]
[illegible] ſunt. Cicero de Amic. [illegible]
*poſſum.* Cæſar: Multum ſunt [illegible]
Cl[illegible] *Judicia parti* [illegible]
tim *etiam pro ea* ſunt. Plaut. Aulul. [illegible]
*bis peſſulis,* jam ego hic ero. Terent. [illegible]
eſt, *complures accerſi jubet.* [illegible]
*arma.* Hic *tripus* fuit — Plaut. [illegible]
intus nunc eſt. Idem Moſtell. [illegible]
tus eſt. Sed non opus eſt hic [illegible]
ductione, cùm ea omnia adferre [illegible]
τὸν ἄμετρον μετρεῖν. Idem affirm[illegible]
*Subſtantivis: Forem, ſio, exiſto.* Cic. l. [illegible]
*non erat, quin ille* jam jamq; foret [illegible]
*quod* bene ſit, *haud perit.* Cic. de [illegible]
*magiſtri dicendi multi* ſubitò extit[illegible]

## OBSERVATIO [illegible]

Quando Adverbia Nominibus [illegible]
uſurpatis adjunguntur, vel *intendunt* [illegible]
*Intendunt:* ut, Cic. Graviter impud[illegible]
*ſemel verecundiæ fines tranſierit.* Idem [illegible]
*quam fuit tum* inſigniter impudens [illegible]
*ment* planè orator. *Minuunt:* ut, [illegible]

*eqvidem, qve de fratre meo ſcribis.* Plin. parùm ... monium expertus. Terent. Phorm. 3. 2. *Ne pa-...ſis.* Qvint. l. 5. c. 9. *Mollis & parum viri ſigna.* ...s tamen ipſis *Adjectivis id* genus Adverbia jun-...àm *Subſtantivis* more *Adjectivorum* uſurpatis. ...utem ipſis *Subſtantivis* adjunguntur. Terent. ...i ſemper lenitas. Cic. Att. l. 11. *Neq; enim valde ... ejus*, opinio eſt.

# OBSERVATIO III.

...tia Adverbia, *Perqvam, ſanè, valdè, oppidò, ad-...modum*, & alia id genus, ut plurimùm *Poſitivis* ... ut, Cic. l. 2. Orat. *Qvod mihi qvidem* perqvam ...*ri ſolet.* Idem pro Planc. Perqvam grave *dictu*, ...*e dignior.* Idem de Senect. *Rem haud* ſanè *Sci-...* difficilem. Liv. *Bellum haud* ſanè incruentum. ...id. *Homo & acutus ut Pœnus, &* valde ſtudioſus ... Idem l. 14. ad Terent. *Sin ad nos pertinerent*, ...*præterqvam* oppidò pauci. Terent. Andr. *Dic* ...dò *eſſe invitam, atq; ſervari.* Idem ibid. — *nam* ... Apprimè *in vita eſſe* utile, *ut ne qvid nimis:* Cic. ... *Eum colere cœpi non* admodum grandem *natu.* ...erò hæc *ut plurimùm* poſitivis jungi, qvia *per-...*, *apprimè* nonnunqvam, licet rarò, cum ſuper-...ntur: ut, Curt. l. 4. Perqvam maximò *poteſt ex-...arato.* Svetonius de Vita Cæſaris: *Bellum* ſanè ...n *geſſit.* Cic. 5. de Fin. *Id* apprimè rectiſſimè *di-...*em modò, *In primis*, & *cum primis* uſitatiùs *Po-...*guntur, qvàm *Superlativo.* Salluſt. *Id facinus* ...s *memorabile exiſtimo.* Cic. 4. Acad. In primis ...*eprehenſio.* Idem 3. Verr. *Homo* cum primis pru-...*ni* nobilis. Ita legunt Janus Gruterus & Guliel-... Caroli Stephani editio addat voculam, *civitatis*, ... *Homo* cum primis civitatis prudens, &c. Rarò ...rlativo additur. Cic. in Verr. Homo *in primis* ...o reſpondet. Id etiam hìc obiter notandum, ...n compoſitis freqventiùs cum *Poſitivo* invenia-

tur,

tur, qvàm *ſuperlativo.* Cic. l. 3. de
perfacilis & perexpedita *defenſio.* Si
*amplus, perangustus, perantiqvus*, p
*perblandus, perbonus, perbrevis*, &c. in
gnificationem ac vim ſuperlativi obti
Adjectivum compoſitum cum, *per*, in
textu copulativâ particulâ annectatur
cero: *Simulachra duo* perampla & p
qvam tamen, *Per*, cum Superlativo c
Columella l. 3. ſub finem cap. 20. *Cred*
*vinitori, ſecordis eſt, cum qvòd longè ſ*
pauciſſimis *agricolis contigerit*, &c. P
*loco emit perbono, imò* peroptimo. Li
*peditis* perdifficillimum aditum. Sen
*Summa pars ejus eſt ſicciſſima calidiſſi*
pertenuiſſima. Idem de Conſol. *Vide*
cidiſſimi *ad imum ſtagni profundent*
rimùm *refert.*

## OBSERVATIO

QVAM, cùm admirationi, comm
rogationi cum admiratione permiſtè
tur: ut, Cic. *Heu* qvàm fallaces *ſunt*
inanes *cogitationes*. Idem de Amic.
*ſtrâ causâ nunqvam faceremus, facin*
Qvint. l. 10. c. 11. Qvàm multa, *in*
*Varro.* Terent. Eunuch. Qvàm *hoc*
*arbitrare eſſe.* Confer Horatium Tur
Latinæ orationis c. 143. Sic qvando
habet, *Poſitivo* qvidem addi poteſt; o
ſimè Superlativo. *Poſitivo:* ut, Cic. T
moroſi *qvi amant, vel ex hoc intelligi*
*Qvod hoc genus prædicandi* qvàm im
gnum *eſſe videretur.* Idem l. 3. T
*ægritudinis* qvàm multæ, qvàm amara
*ſô, omnes elidendæ ſunt.* Cæſar. l. 3.
*maritimæ res*, qvàm celerem *atq;* in

Digitized by Google

l. 1. bell. Civ. *Qui inopinantes pabulatores ag-*
n magnum *numerum jumentorum intercipiunt.*
ceroni: *Habeo* qvàm multa. Plin. l. 24. *Ex gutta*
*lis remedium eſt* qvàm efficax. Apul. l. 4. Met.
àm calido *deſtinatum confeciſſent.* Plin. l. 33. c. 11.
*o? niſi ut* qvàm multi *conſervi eas inferrent.* Sil.
im læta *fronte Sacerdos.* Gell. l. 14. c. 9. *Imò,*
*tiùs nos &* qvàm audaces & qvàm licentes *ſu-*
*frontem improbè, indoctéq; non virili genere dici-*
ura locò QVAM, adhibetur UT. Plaut. Epid. 5, 2.
n *eſt, pro benefactis, qvum mali meſſem metas.*
am etiam Comparativo additur QVAM. Cic. l.
*ed tamen videmus, qvibus extinctis oratoribus,*
*aucis ſpes,* qvàm *in* paucioribus *ſit facultas.* Ex
rioribus exemplis conſimilibus luce meridianâ
*Qvam,* ſenſu augendi, non modò *Poſitivo,* ſed
*parativo* adjungi. Qvomodo verò *Superlativo*
ratia jungatur, *Elegantiâ* VI. luculentis exemplis
detur. In hujus particulæ genuinò uſu conſtitu-
n convenit inter Vallam & Saturnium. Valla l. 1.
, juſtò præſumptuoſiùs & audaciùs tradit, *Qvam,*
ſeu *vehementer,* nunqvam cum *poſitivo,* ſed ſem-
*uperlativo* jungi; & contrà, *Qvàm,* pro *qvantùm,*
cum *Superlativo,* ſed ſemper cum *Poſitivo* con-
), inqvit Valla, ut ſi qvando reperiatur, *Qvàm,*
ivo pro *valde,* aut cum *ſuperlativo,* pro *qvantùm,*
mare mendoſè ſcriptum: ut in Procœmio de Ora-
n boni *perdiu nulli, qvaſi de valdè bonis, & non pe-*
*nis loqvatur. Vera ſcriptura erat,* boni perqvam
*ent potiùs,* cùm boni perdiu nulli: aliter enim vi-
congruè dici. Et hanc ultimam lectionem, *cùm*
*i nulli,* habent Gruterus, Gulielmus, Talæus, Ca-
hanus, & alii. Verum enimverò, qvòd, *Qvàm,*
, ſenſu intendendi, conſtrui poſſit cum *Poſitivo,*
, qvæ modò fuſè adduximus, vel illa Ciceronis
bant, qvæ in eodem Procœmio de Oratore ſeqvun-
tur:

Digitized by Google

tur: *Convertat animum ea ipſa*
*viátq qvi in iis floruerunt*, qvám
*valde*, nonnunqvam expreſsè a
l.11. *Suos* valde qvàm paucos *hab*
ſia plura qvi volet, conſulat Sat
26. 27. Mancinelli Caſtigation
Voſſium de Conſtruct. c. 61. Al
verbii p. 398.

## Observat

Tam & Qvam *Poſitiva* fr
rariùs, *Comparativa* rariſſimè c
Cic. in Orat., *Nemo orator* tam m
*otio ſcripſit*, qvàm multa *ſunt noſt*
qvàm audax *ad conandum*, tam *eſ*
*Superlativa*: ut, Salluſt. Qvam
maximè *tutus eſt*. Terent. Heaut.
minima *in ſpe ſitus erit*, Tam facil
*conficiet ſuas*. Catò de Re ruſt. Q
*ederit*, tam citiſſimùm *ſanus fiet*.
*ficies*, tam maximè *expediet*. Ibid
*erit, tam oleum* optimum *erit*. Va
paucisſimos *relinqves*, tam optimi
haut incommodè dixeris, *Tam Q*
*Superlativos* hos per Enallagen gr
adhiberi. Aliqvando Tam, ſeo
tur: ut Cic. Phil. 11. *Nondum erat*
támq; multis *judiciis, ignominiisq*
ut, Valer. Max. l. 4. *Poſterior æta*
*citiæ*, qvàm libentiùs tam *etiam* rel
pro Dejot. *Per dexteram te iſtam*
*hoſpes hoſpiti porrexiſti : iſtam inq*
*in bellis & in præliis*, qvàm *in prom*

## Observati

In ſermonis Latini contextu,
gnificatione comparandi prædita

terdum QVICQVAM, UNQVAM: ut, Qvintil. *de illam ſeriem, cum alia ſimili jungentes miſcen-* qvàm ullus *ſpiritus durare poſſit, extendunt.* Va- *Jamq; plus in exqviſito & novo cultu religionis,* llo *humano conſilio poſitum opus videbatur.* Idem: *gis fumante*, qvàm ullas *ignis habente reliqvias.* *Plus valuit*, qvàm *pro* ullo *alio valere potuiſſet.* *qværenda, de collocanda pecunia, etiam de utenda* *de qvibusdam optimis viris, & ad medium januæ* qvàm *ab* ullis *Philoſophis* ulla *in ſchola diſputa-* : *Nil turpiùs Phyſico*, qvàm *fieri ſine cauſa* qvic- *re.* Terent. *Eqvidem plus hodie feci boni impru-* *ſciens ante hunc diem* unqvam.

## OBSERVATIO VII.

ulæ, QVAM, ut varius ita elegans eſt uſus præter ioratos. Jam enim pro *qvantò*, jam pro *qvam-* eniq; pro *anteqvam*, non ſine gratia uſurpatur. næch. Qvàm magis *intendas*, *tantò aſtringunt* vàm magis i. e. *qvantò magis.* Veluti è diverſo, , pro *tantò magis*, uſurpatur. Lucret. *Et qvantò ge ſunt incluſa theatri Mœnia*, tam magis *hac in- lepôre.* Sic Virg. 7. Æneid. Tam magis *illa fre- riſtibus effera flammîs*, Qvàm magis *effuſô cru- gvine pugnæ*. Plin. l. 3. ep. 16. *Si tamdiu tantaq; vixerit tecum*, qvàm *ego cum Pæto, volo.* Qvam *qvamdiu ego.* Cic. in Bruto: *Vixitq; tamdiu, it in civitate benè beatéq; vivere.* De *Qvam*, pro, monebitur ELEGANTIA X. Nonnunqvam, utè ponitur, pro, *tantopere*, *uſqve adeo* Cic. Att. *o reprehendit, qvòd* tam *mare ſeqvuti ſunt.* Plaut. *Sed tu, qvi* tam *pro corrupto dicis cauſam filio*, &c. ndr. — *qvandoqvidem* tam *iners*, tam *nulli con-* Varro l. . de Ling. lat. *Sed hi qvi in loqvendo par- ubent nos conſvetudinem, partim rationem, non ant.* Sic etiam Tam pro *adeo* uſurpatur ſeqvente I. Cic. *Neq; cum id faciebamus* tam *eramus amentes.*

Digitized by Google

*amantes*, ut *explorata nobis eſſet*
1. 2. *Nunqvam dices* tam *commod*
*in fidem committam*. Seneca: N
*ventes, Craſtinum* ut *poſſet ſibi po*
*eſt*, tam *linceus*, qvi *in tantis tene*
Trinum. *An ille* tam *eſſet ſtultus*
*crederet?*

OBSERVATI

Adverbia in UM, *Tantùm*
nonnunqvam etiam Comparativ
Qvantùm *domô* inferior, tantùm
Eunuch. *Ejus fráter* aliqvantùm
nunqvam etiam, *Tantùm*, pro, *ta*
cyr. *Non, hercle, Parmeno verbis a*
*re ipſa navigare incommodum e*
ne nomen cum Adverbio confun
*giſtratibus* tantundem *detur in*
*datum ſit*. ubi, *qvantum*, Nome
*dem*, qvod pro *tantum*, ponitu
*qvi morte teſtamentôve ejus* tant
*omnes hæredes*. Sic, qvando pro,
*tum*, & pro, *qvantum*, *in qvan*
Qvantumq; *aut ruinis dejicitur*,
in tantum *munitiones proferunt*
tum *eſt eos furti actione teneri*, qv
In qvantum *edictô Prætoris acti*
*dare debere*.

OBSERVAT

Adverbium, LONGE, pro
etiam Nominibus diverſitatem
qvam ſignificantibus, utpote, *ali*
*ſus*, &c. nec non Adverbiis, *alite*
Longè *mihi* alia *mens eſt*, *Patres c*
tejo. *O fortunam* longè diſparem
Horat. l. 2. Serm. Sat. 8. Longè

a. Cic. in Top. Longè diverſus. Plaut. Trucul. *Sed aliter eſt amicus atq; amator.* Cic. de Amic. *Qvod ſi it: ut qvisq; valetudinis minimum in ſe eſſe arbitrare- tur ad amicitiam eſſet aptioris: qvod* longè ſecus *eſt.* ab Urb. Longè ante *alias ſpecie & pulcritudine in-*

## ANOMALIA I.

Antimeria ſive Enallage partis in primis conſpicua eſt dverbii ſtructura, qvod pro *Nomine* uſurpatur: & è ſo, Nomen locò *Adverbii* non modò in ſingulari, ſed plurali, adhibetur. De primo erit priùs dicendum, & m hâc Anomaliâ. Perſ. Sat. 3. — *jam* clarum manè *ras Intrat.* Sunt, qvi putent, τὸ *Mane*, hìc *nomen* eſſe, n *adverbium.* Servius qvidem in Artem ſecundam ti illud Virgilii Georg. 3. citans, *Dum* manè novum, *gramina canent*, ait, Adverbium *Mane*, Nomen eſſe- ſſe. Genus enim non recipit, niſi nomen, qvô nomine, it Servius) videmur ei adjicere poſſe præpoſitionem. ic non aſſentimur Servio. Nam primò, qvòd *nomen ſivum* etiam recipiant ea, qvæ Nomina non ſunt, ſed *bia*, teſtatur Perſius Satyrâ 5. *Jam* cras heſternum *mpſimus: ecce* aliud cras *Egerit hos annos* — Secundò, dò ait eô nomine Præpoſitionem ei adjici poſſe, qvia en effectum eſt, movet ſe qvidem, ſed parùm promo- Etenim, *Pridie*, licet adverbium temporis ſit & ma- , tamen Præpoſitionem A & AD admittit. Plin. l. 11. *Gignitur melericaum maximè arcturi exortu* à pri- *dus Septembris.* Cic. Att. l. 3. Ep. 17. *De Qvinto fra- untii nobis triſtes, nec varii venerant* ex ante *diem* Non. *uſqve* ad prid. Calend. Sept. Ex qvo loco patet *primò*, *ad* præponatur Adverbio, *pridie. Secundò*, qvòd Præ- io aliam ante ſe Præpoſitionem admittat. Id qvod & uit Varroni de Re ruſt. 3. Ex ante diem 7. Idus Februa- Cujus rei plura teſtimonia vide in Etymolog. Præpoſi- um pag. 722. Qvare illud teſtimonium Plauti Amph.

1,1. — *uſqve* à manè *ad veſperum*, no
*Manè*, eſſe *Nomen*, cùm jam oſtenſ
etiam *Adverbium* & Præpoſitionem a
Præpoſitionem. Manè itaq; manet *A*
petur pro *Nomine*; non ſecus ac, *ſcir*
licet adhibeatur locô *nominis*. Cœte
verbium pro aliis orationis partibus
crum traditum invenies lib. 2. cap. p

ANOMALI

*Nomen* è contrario vicem *Adve*
rarò deprehenditur; idq; *primò*, in n
l. 5. c. 9. *Repente in eum, qvid facer*
*ceret*, magnum *inclamavit*. Tacit. l.
*accola*, *Euphratem nullâ imbrium vi*
*attolli*. Idem l. 6. Annal. *Enim vero*
falſum renidens vultu. Virgil. l. 7.
*repente* Clámat — Sic apud eundem
*dens*, horrendum *ſtridens*, horrendu
rendum *intonat armis*, lævum *intren*
ſupremum *congemuit*, longum *vale*, lo
num *vale*, lugubre *rubent cometa*. E
Horatio l. 2. od. 19. Turbidum *lata*
*ridens*. & l. 1. Sat. 8. Reſonarent triſt
qvens eſt in voce, *longum*, pro *longè*, a
ſub finem epiſt. 78. *Opto has ipſas, q*
*ſalutationum vices, dum abſumus, int*
l. 5. ep. 10. Longum *frui*. Ibid. ep. 7
ep. 37. Longum *ſtetiſſe*. Ibid. ep. 33
ep. 61. Longum *putare*. & l. 7. ep. 2
*tibi valetudo*. & l. 6. ep. 61. Longum *p*
Longum *loqvi*. qvòd & ibid. ep. 63. 28
rò Neutrum *plurale* non minùs qvàm
operam adverbio præſtat. Lucret. ſub
*te in promiſſis* plura *morabor*. i. e. *plus*
*libus Æneas ardentem & torva tuente*
*mum* — Idem Eclog. 3. — tranſver

Digitized by Google

tionem imitatur etiam Flaccus Valerius l. 2.—
*iſeros* tranſverſa *tuentem Lathalesq; dapes, in-*
*la cerno.* Idem 5. Æneid. *Mutati* tranſverſa *fre-*
c apud eundem leges, acerba *ſonans*, acerba *fre-*
a *tonans*, crebra *fremit*, multa *gemens*, (qvod
ſurpavit) multa *reluctanti*, vana *tumentem, flos*
*ax*; ubi Servius, *apprima*, i. e. maxime. *appri-*
t antiqvum Nomen, teſte Gelliò l. 7. c. 7. ubi ci-
ivii in Odyſſea: *Ibi deniq; vir ſummus* adprimus
c, apud eundem Virgilium leges, — ſera co-
*rciſſum.* i. e. ſerò florentem. Neq; ab hoc lo-
ere abhorruêre Oratores & Hiſtorici. Cic. l. 6.
*Cum ignoverit omnibus, qvi* multa *Deos venerati*
*ejus ſalutem.* Tacit. l. 3. Annal. *Reo patronoq;*
*q;* diverſa *excuſantibus*. Huc qvoq; refert CL.
ia Adjectiva non modò *maſculini*, ſed &
eneris. In *fœminino* dixit Virgil. 4. Æneid. *Tu*
*m tectò interiore ſub auras Erige.* In *maſculino:*
Od. 6. — *qvod adeſt memento componere*
Stat. 3. Thebaid. *Signa feras*, lævusq; tones.
nuch. 1, 2. Nullus dixeris pro, *non dixeris*. De
ne plura lege ſuprà in Synt. p. 980. Horat. 1 ep.
vus *mane forum, & veſpertinus* pete *lectum.*

## ANOMALIA III.

nili pænè Enallage ALIQVID, QVICQVAM,
M, NIHIL, QVID, pro, *qvare*, ad inſtar ad-
ſæpiſsimè uſurpantur. Terent. *Subtriſtis viſus*
Plin. l. 5. c. 9. *Poſtea lenis & confractis aqvis,*
*olentia*, aliqvid *& ſpacio feſſus, multis qvamvis*
*Ægyptium mare ſe evomit.* De Nilo ſermo eſt.
efert Carolus Langius Annotat. in lib. 1. de Of-
iceronis pro Dejotaro: *Non enim jam metuo,*
*cenſeas; illud verò, ne, illum tibi ſuccenſere* ali-
*ere.* Eòdem torqvet illud Ciceronis l. 1. Offic.
*inthum* (ſcilicet, funditus ſublatam eſſe) *ſed*
id *ſeqventes, opportunitatem loci maximè, ne*



Digitized by Google

*poſſet aliqvando ad bellum faciendu*
ubi, *aliqvid*, tanqvam genuinus Acc
tur à verbo, *ſeqvutos*. Liv. bell. Pun
*rent, neq; qvid dicerent*, qvicqvam *u*
rent. Andr. 2, 5. *Num illi moleſtæ* q
*propter hoſpitæ hujuſce conſvetudin*
Tacit. l. 4. Nihil *intermiſſâ navigat*
*grippinâ Corcyram inſulam advehi*
Qvid *tibi odoratô referam ſudantia*
*cas ſemper frondentis acanthi?* Q
*molli carentia lanâ.*

## ANOMALIA

Adverbium Comparandi M
Pleonaſmô qvodam græcô interdu
Prolog. Menæch. *Nam niſi qvi arg*
*egerit: Qvi dederit*, magis, majores
in prolog. Pœnuli extat. Idem Mer
gis *multò patior* faciliùs *verba*. Ide
*enim, hic* magis *eſt* dulcius. Idem A
*ſum* mollior *miſer* magis, *qvàm ullu*
1, 1. *Igitur* magis majorem *in modu*
*tum*. Ibid 5, 1. *Nec me* miſerior *fæ*
*tur* magis. Valer. Max l. 3. c. 7. *Se*
*invidiâ, qvàm pecuniâ* locupletio
*Qvi* magis *optatô qveat eſſe* beatior *a*
c. 6. geminatô magis, de Hiſpania
gisq; latior *ad Occidentem abit.* Qv
dinem poſterioris etiam ætatis ſcrip
tante CL. Voſsiô: Arnobius l. 1. *Vi*
*cauſa ſit.* Cujus eſt geminum illud
verbio: *Et qvis* magis rectiùs *horum*
*num? Et, qvod inſolentius.* idem a
Ruffinus, eruditus Joſephi interpres,
*Joſeph habens compedes* Familiario
Boëthius l. 3. de conſolat. philoſ. Car
mage *labor*. Alcimus Avitus l. 1. *Q*

Digitized by Google

mior *extet*. Et Arator l. 1. Hiſtoriæ Apoſtolicæ:
*tunc hora*, magis qvâ rectius *horâ Prodiret jam*
—. Juſtinianus: Inſtitut. de Act. Magis pluribus
ſervat. Humanat Andr. Schott. L. 5. c. 34. Sa-
lerc. Maj. l. 9 c. 18. nec non noſtram Anoma-
Synt. p. 825. Reg. 2. Genit. Nomin. Eodem
ci loqvuti ſunt. Euripides Hecuba: Θανὼν δ'
λλον εὐτυχέςερ@, ἢ ζῶν. h. e. *Moriens ſed*
s felicior *Quam vivus*. Ariſtophanes in Pluto:
ένοιτο μᾶλλον ὀλβιώτερ@. i. e. *Qvis nam-*
*hóc* magis beatior? Ariſtotel. Topicor. l. 13. c. 1.
τὸ πρὸς τοῦ βίου τέλ@ αἱρετώτερον μᾶλ-
τὸ πρὸς ἄλλό τι. h. e. *Planéq; illud, qvod re-*
*itam, velut finem*, optabilius magis *eſt eô qvod ad*
*dirigitur*. Vide Franciſci Nanſii Notas ad Non-
raſin. c. 4. & in primis Voſsium de Conſtruct.
. qvi priore locô notat in hujuſmodi exemplis
*rativum* pro *poſitivo*, vel, *magis*, augere vim com-
ut fit in *demagis*, qvod in Gloſſario exponitur
,& Nonnius explicat, *valdè magis*; licet Feſtus
ninuendi vim habere, tradátq; ab antiqvis pro,
rpatum eſſe. Conſimili pleonaſmô verbo MALO,
POTIUS, ſubjici ſolet. MALO enim ipſam τοῦ
ificationem in ſe continet, qvippe cùm confla-
MAGIS & VOLO, teſte ipsô ſummô Latinita-
Cicerone, qvi in libro ad Marcum Brutum, qvi
ſcribitur, p. 272. ed. Rob. Steph. ita ſcribit: *Liben-*
*copulando verba jungebant, ut* ſodes, *pro*, ſi audes:
vis. *Jam in uno*, capſis, *tria verba ſunt*. Ain', *pro*,
qvire, *pro*, non qvire, MALLE *pro*, MAGIS
nolle *pro*, non velle. Dein, *etiam ſæpius & ex*in,
e & exinde *dicimus*, &c. Hinc in Plauro ſæpius le-
*olo*, *mavelim*, *mavellem*. & Terentius in Eunuch.
vocibus inqvit: *Nunqvam edepol qvicqvam, jam*

d[illegible]
vinde [illegible]
men [illegible]
Tali ac [illegible]
*[illegible]*, *[illegible]* [illegible]
Idem pro Ligario: *[illegible]* [illegible]
*dere, libido* potius, *[illegible]* [illegible]
*concordiſſimis fratribus, cum* [illegible]
maluiſſet? Idem in Verrem: [illegible]
*omnibus deſerere* potius, *quam* [illegible]
Terent. Adelph. 2, 3. SY. *Nunc* [illegible]
*[illegible] hominis Sannio.* SA. [illegible]
*[illegible] ego nunquam adeo* [illegible]
malles *[illegible]* potius *[illegible]*
*[illegible] ſe* malint potius, *quam* [illegible]

## ANOMALI[illegible]

Veluti MAGIS & POTIUS [illegible]
dari, modo luculentis autorum [illegible]
eſt: ita nunc porrò demonſtrabi[illegible]
nunqvam deficiant, id quod commi[illegible]
tur, pro MAGIS QVAM, POTIU[illegible]
dent, 3, 3. *Certum eſt mihi,* qvam [illegible]
Ad qvem locum annotat Lambin[illegible]
*ſius*, Græcorum more, qvi μᾶλλον [illegible]
ſteſ. *Nihilo ego, qvam nunc tu amo*[illegible]
*geſſi morem*, nihilo ſeſe magis. Idem [illegible]
*velis fieri, id facias, qvam adverſ*[illegible]
*Si qviſqvam eſt, qvi placere ſe ſtud*[illegible]
Idem Andr. *Qui in honeſte hic* [illegible]
*honeſte in patria pauper vivere.* Pl[illegible]
*vidua vivam*, qvam *tuos mores* [illegible]
qvam *bellum probabam*. Idem de [illegible]
*condere*, qvam *cremare*, *e more* [illegible]
Germanorum: *Cedere loco, dum* [illegible]
qvam *formidinis*, *arbitrantur*. [illegible]

docet, ac ſummus ejus interpres Lipſius, qvem
olicarum *Qvæſtion.* l. 5. ep. 23. Cic. l. 2. de In-
or. *Qvod ſi in cæteris qvoq; ſtudiis è multis eligere*
*mmodiſſimum qvodq;*, qvàm *ſe incerto vellent ad-*
*nùs in arrogantiam offenderent.* Hic Lambinus
os, *mallent addicere*, evulgavit. Amm Marcell.
*properans*, qvàm *fame abſumi.* Qvæ etiam El-
toribus Eccleſiaſticis placuit. Tertullianus
andis virginibus extremo, de Arabiæ fœminis:
*nt dimidiam frui lucem*, qvàm *totam faciem*
pro, *malunt luce frui* dimidiâ. Et Aggenus Ur-
*mentum itaq; providentia eſt*, qvàm profeſſio-
adjungunt alii & alia teſtimonia, qvibus probare
qvòd *magis* ſive *potiùs* etiam intelligantur, qvan-
t adjectivum poſitivi gradus. Andr. Schottus l. 5.
Human. c. 34. hæc citat. Plaut. Rud. 4, 4. *Tacita*
vàm *loqvens mulier*. Tacit. 5. Ann. *Agrippa cla-*
*us*, qvàm *vetuſtis.* Godeſcalcus Stevvechius de
tinæ lingvæ p. 420. profert Columellam ita lo-
. 2. c. 8. *Exhortandus eſt ad inſtrumento-*
*entorumq; curam: ut duplicia*, qvàm *numerus*
*igit, refecta & repoſita cuſtodiat.* Verumenim-
e & ſimilibus locis, potiùs *Enallage Poſitivi* pro
*a* ſtatuitur, qvàm *Ellipſis τοῦ magis* vel *potiùs*,
*us*, pro, *melior* in primo exemplo rectè uſurpari
luti oſtendimus ſupra in Synt. Nomin. Reg. 2.
n. 3 p. 825. ſ. Uſurpant & hanc formam Juriscon-
ciſcus Hotomanus in Comment. Verborum Ju-
imonia citat in voce *Magis*: Ulpian. l. 7. de De-
*poſſet non ſuſcipere talem cauſam*, qvàm *decipere*.
. parag. 6. D. de judic. *Alioqvin compelletur ju-*
*ipere*, qvam *invenire eos*, *qvi ſatis pro eo dent.*
2. parag 1. D. de reb. cred. *Qvia in genere ſua*
*recipiunt per ſolutionem*, qvàm ſpecie. & alia
vide apud eundem Hotomannum in voce *Potiùs*.
s verò tales loqvendi formulas diligentiſsimè

congeſsit Antonius Auguſtinus è
JCtorum ſcriptis l. 4. Emendat. c.
ejuſmodi locutionum agit. Confe
vvechjum Huſdanum de Particulis
dream Schottum, Obſervat. Huma
nium in Formulis. Colvium in App
de Uſu antiq. locut. l. 2. c. 11. Voſsiu
p. 235. ubi ex Marciano l. 1. D. de
citat Homerum, in qvo non uno in
Odyſs. P. Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλο
τῶνδε i. e. *Teipſum habere (hæc)*
*rum.* Idem Ill. A. βούλομ' ἐγὼ λ
ἀπόλεσθαι. *Volo ego populum ſal*
Idem ſenario iſtoc: Θέλω τύχης
πίθον. *Volo fortunæ bonorum gut*
*pientiæ.* Druſius Præteritorum l. 1.
ad hanc ellipticam loqvendi ratione
σοι ἐστὶ μονόφθαλμον εἰς τὴν ζ
ὀφθαλμοὺς ἔχοντα, βληθῆναι
πυρός. Καλὸν, inqvit Druſius, non
ἀγαθὸν i. e. bonum. nam ſubintell
magis. Sic autores Latini loqvuntur
*joribus*, qvàm *vetuſtis*. Plautus: *Bon*
*loqvax.* i. e. magis qvàm loqvax. S
βούλομ' ἐγὼ λαὸν ζωὸν ἔμμεν
Senſus, μᾶλλον ἢ ἀπόλεσθαι, ma
verò, Druſii inſignis diſcipulus juxt
Amama ab hac præceptoris expoſitic
Ebreæ c. 7. p. 199. qvando aſſerit ve
verſativè expoſuiſſe illud Homeri, q
ſine ellipſi τοῦ μᾶλλον; adeò, ut ἢ
οὐδὲ ἀπόλεσθαι. In qvam ſententia

Deſcendit hic (δεδικαιωμένος) juſtificatus in
uam, ἢ ἐκεῖν☉. ſita qvidem legit exemplar Hen-
ni, Criſpini, Junii & Tremellii cum textu Sy-
t exemplar Pariſienſe Benedicti Prætorii Anni
non Raphelengii Anni 1591. legunt ἢ γὰρ ἐκεῖ-
ἐκεῖν☉, ait Amama, qvàm ille, i. e. non autem
on ineptè illic exponas per ἐ, non, non ille, atqs
nentum illud magis non eſt neceſſarium. idipſum
particula Ebreorum מ ſive מִן, qvæ licet ſæpiùs
è accipiatur, veluti pag. 176. docet, tamen *ad-*
epe æqvipollet, ut Pſal. 118. v. 8. & 9. *Bonum eſt*
*Deo,* מִבְּטֹחַ *præ ſperare in homine.* h. e. In
rare bonum eſt, *non verò*, ſperare in homine. Sic
erit hôc locô intelligi יוֹתֵר. Cui etiam ſenten-
Doctiſs. Glaſſius in Grammatica Sacra, ſive Phi-
crâ, opere nunqvam ſatis laudato, & qvidem l. 3.
io. Canone 21. p. 455. qvô fit, ut l. 3. Tractat. 1.
Canon. 18. p. 65. dicat in adjectivo δεδικαιω-
beſſe Enallagen *poſitivi* pro *comparativo*: eodem
lô, qvô nos ſuperiùs diximus *poſitivum* in Latinis
dhiberi locô *comparativi*. Cæterùm, ut hanc A-
finiamus, notandum erit, non modò *magis* &
lligi, ut jam diximus, ſed etiam *TAM*. Plaut. Ru-
*adepol piſceis expeto*, qvàm *tui ſermonis ſum in-*
*non tam expeto*. Idem Bacchid. *Inimicos* qvàm,
*bum eſt me habere*. Liv. 5. bell. Maced. *Homo, non,*
*ſunt glorioſus*. i. e. *non tam glorioſus*.

## ANOMALIA VI.

nti QVAM aliqvando adeſt, abſente *magis*, *potius*:
ex ſententia Grammaticorum dictum eſt: Ita con-
, AMPLIUS, MINUS ſæpiſsimè adſunt, abſente
. Cic. pro Seſt. *Tribunum plebis* plùs *viginti vul-*
*ceptis, jacentem vidiſtis*. Idem de Cl. Orat. *Ora-*



Digitized by Google

*tiones* ampliùs *centum qvinqvagi*
*ves non* minùs *triginta adſint*. Id
*confirmant Solem* ampliùs *duode*
*eſſe, qvàm terram*. Idem ibiden
dit QVAM; *Solem* plùs qvàm *du*
*nem eſſe, qvàm terram*. Sic in Ep
*claſſem Dolabellæ* ampliùs, qvàn
Vide Regul. 4. Abl. Nomin. ubi
genuinam horum Comparativor
eorum traditione.

## Anomali

Antonius Muretus l. 10. var
Auſonius Popma Antiqvar. lectic
in primis in Cicerone, non rarò or
lam negativam NON; adeò, ut pr
*non modò*. Complura autem citat
Ant. Muretus, è qvibus hæc tanq
gimus. Cic. l. 1. ad fam. ep. 9. N
*apud me minimùm valent, ſed ne p*
*ullis*. Idem l. 9. ep. 17. *Hoc tamen*
*conſiliis non interſum, ſed ne princi*
*qvid futurum ſit*. Idem l. 10. Att.
*Romano homini, ſed ne Perſæ qvi*
Et eodem libro ep. 14. *Mihi* non
*injuriâ acceptâ, ſed ne dolere qvid*
in Verr. *Voluerunt eos ſuis rebus ip*
*mos* non modò *lege novâ, ſed ne*
*commoveri*. Idem pro S. Roſc. An
*commiſerunt*, non modò *ſine cura*
*qvidem ſine metu poſſunt*. Idem pro
*tutum* non modò *in moribus noſtri*
*periuntur*. Sed in eadem oratione i
gitur: *Huic oberit tuum maledict*
modò *ſuſpicione, ſed ne infamia q*
l. 2. de Offic. *Qvod eò firmiore an*
modò *illi invidetur ætati, verùm et*

Digitized by Google

*is, qvi non defendit injuriam, neq; propulſat à ſuis, cùm* *, injuſtè facit, ut in primo libro diſſerui, qvalis haben-* *is, qvi* non modò *repellit, ſed etiam* adjuvat injuriam. n locutionem etiam alii expreſſerunt. Varro l. 1. de ſt. *Bonô animô eſt,* inqvit *Agrius, nam* non modò *illud* *um eſt, qvod ludis Circenſibus noviſſimi curriculi finem* *qvadrigis: ſed ne illud qvidem vidimus, qvod in Ceriali* *ſolet eſſe primum.* Liv. l. 25. *Poſtremò ita aſſvetudi-* *ali efferaverant animos, ut* non modò *lacrimis, juſtóq;* *loratu proſeqverentur mortuos, ſed ne efferrent qvidem,* *pelirent.* Simile eſt illud Varronis Tanaqvile, apud um in Verbo *Ruminare:* Non modò *abſens qvicqvam,* *ſeqviùs cogitabit, ſed etiam ruminabitur humilitatem.* qvidem rectè (*cogitabit*) legit Editio Pariſienſis Ha- i Perier Anni 1614. licet Baſilienſis editio Valentini onis Ann. 1532. perperam legat, *cogitavit.* prior autem etiam Stevvechio probatur ad qvartum Arnobii. Et cum Tibulli l. 1. Eleg. 1. intelligit Carolus Sigonius in 2. Emendat. c. 59. contra Robortellum. Diſtichon lli ita habet: *Jam* modò non *poſſum contentus vivere* *, Nec ſemper longæ deditus eſſe viæ.* Si, inqvit Sigo- ſubaudienda ſit negatio, neſcio cur non poſſumus di- *Jam* modò non *poſſum* non *contentus vivere parvo.* explicatio, per Supplementum τȣ̃ *non,* à mente Poëtæ ius abit. qvippe qvi domeſticam qvietem, & in eâ re- exiguam copiam longè anteponit difficili itineri, au- aliáq; pretioſa promittenti. ipſi enim velut contento e parvô, domi parva ſeges ſatis fuit, ut ibidem loqvi- qvî ergò diceret, & qvidem bis repetitâ negatione; non ô non *poſſum contentus vivere parvô,* cùm anteà eàdem iâ dixiſſet: *Non, ego divitias patrum fructúsq; reqviro.* *n ſeges ſatis eſt* — Accedit, qvòd longæ viæ deditus nolit, ut divitias corradat. Contrarium igitur potius ittit hic verſus ſenſum, ſc. qvòd *omninò* Poëta *velit,* *ntus vivere parvo.* Qvare miſsâ hâc expoſitione, potiùs ſtimur nunqvam ſatis laudato Scaligero qvi ex ſuis

Excer-

Digitized by Google

Excerptis, qvorum meminit Caſ
modiùs legendum putat: *Qvippe*
lectio, Robortelli expoſitioni fav
*poſſum qvidem niſi contentus vive*
gruenter ſenſui, ac menti Poëtæ.
meritò reprehenditur à Sigoniô,
presſerit; licet teſtimonium Cæſa
tellus, ad illam expoſitionem pro
ciat, ut rectè oſtendit Sigonius. N
Brodæum lib. 8. Miſcellaneorum
démq; tutari ſententiam. nos eni
putamus, ut ab autoritate veritas
tiatur. Veluti verò Latinum, *non*
*modò non*; ita Græcorum οὐχ ὅπ
diligenter notavit Doctiſs. Budæ
gvæ. Confer Linacrum l. 6. de E
p. 400. Paulum Manutium l. 1. fa
Particulis Latinæ lingvæ. Ne ver
gatione, qvâ particula Mod o ut
gram formam ita expreſſerunt I
*ſummæ ſeveritas animadverſionis*
*ſed etiam popularis eſſet.* Idem l.
*tum pop. Rom.* non modò non *ce*
*etiam propiùs accedere* Idem Att
non *levat luctum hunc, ſed etiam*
c. 47. *Herba* non modò non *evel*
*iam non calcanda.* Vide Stevvec
244. Aliqvando Solum, Tan
tur. Varro de Lingva lat. 7. *Neg*
etiam eadem. Cajus D. De ver
*appellatio non utiq; ſcuta, & gla*
& *fuſtes & lapides.* Marcianus
*non ſolvendæ omnis pecuniæ caus*

Anomalia

Uſu venit ſæpenumerò, ut di

per Pleonaſmum conjungantur. e. g. *Citiùs ex-*
*idem certè, certè eqvidem, jam nunc, nunc jam,*
*dam, propere ociùs, repentè ſubitò, en ecce, ſaltem*
Plaut. Perſ. 3, 3. Citiùs extèmplò *à foro Fugiunt*
ect. in Varronem notat, *extemplò ſacrorum* ver-
icut, *Ilicèt, judiciorum.* Ut enim hoc, dimiſsò ſe-
lud, *ſacrifi.iò* patratô, à præcone pronunciaba-
ſignificabatur, ut exirent *extemplo*. Qvod qvia
,inde pro *cito* ſeu *properè* ſumi cœptum eſt Cic. l.
*Habetis ſermonem benè longum hominis utinam*
*enſis: illud* qvidem certè *non nimis verecundi.*
. 2, 2. Certè eqvidem *puerum pejorem, qvàm te,*
*em.* Idem Bacchid. 4, 9 *Hoc ageſis* jam nunc.
*aceam* nunc jam. Terent. Eun. 2, 2. Olim *iſti*
qvondam *qvæſtus apud ſectum prius*. Plaut. Ci-
. *Dic me — orare, ut aliqvis intùs prodeat* pro-
Idem Milit. 2, 2. *Neſcio, ita abripuit* repente
Appul. l. 1. En ecce, *præfamur veniam, ſiqvid*
*forenſis ſermonis rudis locutor offudero.* Idem l.
e, *prolatam coràm exhibeo; videat & ſuum ſigil-*
*noſcat.* Plaut. Pſeud. 1, 3. *Ut opperiare hos ſex*
modò. His adjungunt alii, *Ædepol qvidem*, Plaut.
. *Ædepol næ.* Menæchm. 5, 5. *Ædepol profectò.*
, *Næ mecaſtor* Menæchm. 4, 2. Huc etiam ſpe-
laut. Capt. 1, 2. Recipiam rurſum. Idem Prolog.
rti rurſus, Bacchid. 2, 3. Rurſum recipere. Sic,
*etere, rurſus reſcribere, rurſus reticere, rurſus re-*
em dixit. Sveton. Rurſus repetitâ Bithyniâ. Pe-
ſus *me ad bibendum* revocavit. Cic. 1. Verr. *Sed*
veſtigio *ex homine, tanqvam ex aliqvo Circæo po-*
*eſt Verres.* Qvô loqvendi more etiam Ebræi uſi
e 29. v. 5. וְהָיָה לְפֶתַע פִּתְאוֹם i. e. Et
nento ſubitò. Sic c. 30. v. 13. Numer. 6. v. 6. An-
ttus l. 5. Obſervat. Human. c. 16. obſervat, Ne-
dum redundare, citatq; illud Terentii in Phorm.
neq; *ejus eſſe patrem, ſi ſanè qvis fuerit.* Ubi
etiam

Digitized by Google

etiam Donatus notat; neqve, πλ
aut. Neq; *pretii majoris* nemo
Neq; *ullius nutantis impetum tr*
Sic Non abundat in illo Ovidii l.
*faciet, ne ſim, cum venerit, exul, N*
*qve non faciet.*

## Elegant

Particulæ Adverbialis, F
uſus in Latinorum monumentis,
tum exitum, qvô qvis fruſtratus e
tur. Salluſt. in Jugurt. *Qvò mihi*
*neq; vos capiamini, & illi* fruſtrà
*fuit*. Ibid *Cujus neq; conſilium*,
ſtrà *erat*. Celſ. l. 3. *Qvia curati*
*bus aſſiduè* fruſtrà *fuit*. Plaut. An
*vum & dominum*, fruſtrà *habet*
*bulo, qvæſitô diu præliô*, fruſtrà *ha*
*ad me it: ſalvus ſum, ſpes eſt de ar*
Fruſtrà *eſt homo*. Idem Menæch
*diem, pedem intrò ne feres, ne* fru
*operæ ſi ſit, plùs tecum loqvar: ſed*
Gell. l. 5. c. 1. *Tum ſcias & qvi di*
*eſſe: neq; illic Philoſophum loqvi*,
nius apud Gellium l. 18. c. 2. *Nam*
*rum fruſtrari. Qvem fruſtratur*,
*eſſe. Nam qvi ſeſe fruſtrari, qvem*
*ſtratur.* is fruſtrà eſt, *non id eſt* f
phus Caſtalio, qvi publicè & priv
Romæ docentem audivit ex eju
23. Variarum Lectionum: *Qvi vul*
*cere non debet errare, aut falli eum*
*Nam ubi qvis ſentit fruſtrà alium*
*tum, niſi is, cui dolus tenditur, f*
*qvi eum fruſtrari volebat.* Fruſtr
eſt falli, decipi. Hæc ille.

Digitized by Google

## ELEGANTIA II.

i Elegantiarum ſtudioſi aſſveverint hiſce loqven-
PARUM ABEST, QVIN: PAULUM ABEST,
ON LONGE ABEST, QVIN: NON MULTUM
VIN: HAUD PROCUL EST, QVIN: NIHIL
VIN: NON ABEST, QVIN: ABESSE NON
QVIN: PARUM EST, QVOD: PARUM EST,
bile dictu eſt, qvantum ornamenti & ſplendoris
latina oratio: inprimis cum ita comparatæ eſſe
t nulla orationis Latinæ pars, ſive publicè ſive
endum aut ſcribendum ſit, iis vacare poſſit. Cic.
t, qvin *occideretur*. Cæſ. 2. bell. civ. Paulumq;
*Varrus interficeret*. Svet. Calig. *Virgilii & Titi*
*, & imagines,* paulùm abfuit, qvin *ex omnibus*
*amoverit*. Cic. Att. l. 9. Aberit non longè,
*e decerni velit*. Cæſ. 2. bell. civ. Neq; multùm
*è caſtris expellerentur*. Liv. 4. bell. Maced. Non
uit, qvin *qvà intenderant, penetrarent*. Idem:
*imum memoria nepotum, ſciſcitandóq; eò perve-*
procul eſſet, qvin *Remum agnoſceret*. Cic. Att.
nihil abeſt, qvin *ſim miſerrimus*. Gell. l. 13. c.
erit, *qvin rideatur*. Cic. in Orator. Abeſſe non
*ejusmodi hominis ſit probos improbare, qvi im-*
. Salluſt. in Cic. *Atq;* parùm eſt, qvòd *impunè*
*etiam commemorando exprobras*. Plin. in Pa-
eſt, ut *in curiam venias, niſi & convoces & in-*
*i*. Atq; hæ duæ poſteriores locutiones ſenſu
rioribus. Nam Salluſtii verba, *Atq; parum eſt,*
*feciſti*, &c. tantundem valent qvod: tantoperè
ndum erit, qvòd impunè ſcelus admiſeris, ſed
ſe commemorando exprobres, magnoperè di-
enſione judicabitur. Et, *parùm eſt*, apud Plini-
*il eſt*. ſed ſuperiores loqvendi formæ nil aliud
vàm qvod aliàs Latini non minùs eleganter di-
*ropiùs eſt factum, propè eſt factum, propè eſt*, &c.
qventi Elegantiâ modò monebitur.



Digitized by Google

## Elegant

Latinum ſermonem non ſe
ornant hæ loqvendi rationes: Pr
Est Factum, Ut: Nihil P
Qvam Ut. Liv. dec. 1. l. 2. *Ap*
*dictator ille idem crearetur.* Ide
*Jam* prope erat, ut *in ſummun*
Plaut. Milit. *Qvid* propiùs fuit, q
c. 20. *In jure ſtans, clare nimis ac*
propè, ut *plecteretur*, fuit; *tan*
*animi foret.* Idem l. 5. bell. Pun.
*juſſu prætoris ſignis convulſis, in ac*
l. 1. ep. 2. Propiùs nihil eſt factu
Idem 5. Verr. Nihil qvicqvam pro
*illud Uticenſe exemplum de Ha*
*racuſas.*

## Elegant

Qvòd ſi in Latina oratione
Abest, non ſine gratia bis repet
det; ita tamen ut poſtremum, Ut,
xime, Minime, Valde, Et
tra, aliáq; adverbia, & voces
dunt. Cic. 2. Acad. Tantùm abeſ
*taneum eſſet*; ut maximè *repugn*
Tantùm abeſt, ut *amicitia propter*
*li qvi, &c.* minimè *alterius indige*
abeſt, ut *ille meam ſententiam move*
*de ſuâ ſententia diſceſſerit, pœniten*
ſcul. *Sed tamen* tantùm abeſt, ut
ut *id etiam* maximè *optemus.* Le
ep. 15. Tantùm *enim* abfuit, ut
*firmaremus claſſem*, ut *etiam à Rho*
&c. *prohiberentur noſtri milites.*
tùm abeſt ut *Panſa de exercitu ſuo*
*tribuat*, ut etiam *moleſtè ferat tam*

Digitized by Google

... *dicebat*, ut *id ei conſen-* ... *repugnaret*. Hirt. de bell. ... *milites noſtri* tantùm abeſt, ut ... *atq; incitati magnas accen-* ... Liv. l. 6. dec 4. *Cui ego rei*, tantùm abeſt, ... *ut contrà te, M. Manli, adhorter*. Cic. ... abeſt, ut *exprimatur oratio*, ut aliter *in ea* ... *eſſe poſſit*. Idem Brut. l. 11. ep. 10. ... *rei familiaris liberum ſit quicquam*, ut ... *ære alieno obſtrinxerim*. Aliquando ... Cic. in Orat. *In quo* tantùm abeſt, ut ... *difficiles, ac moroſi ſimus*, ut *nobis* ... Interdum vice verſâ ſe- ... Cic. Att. l. 6. ep. 2. *Dixerim me* ... *conjunctionis optare: &* ... tantùm abeſt, ut *ego ex eo, quod adſtri-* ... *aliquid velim*. Nonnunquam locô poſte- ... V1x, Cic. Att. l. 13. ep. 21. Tantùm ... *ſcriberent, vix ſingulos confecerunt*. ... tantùm abfuit, ut *inflammares noſtros* ... *ipſo loco* vix *tenebamus*. Eſt etiam, quan- ... Cic. 5. de Fin. ... *animo ſunt, capeſ-* ... *imperiiq; adipiſcendis: aut totos ſe* ... *conferunt*. *quâ in vita*, tantum abeſt, ut ... etiam *curas*, *ſolicitudineſq; vigilias* ...

## ELEGANTIA V.

TANTUM NON ad ſignificandam rem non ... peractam, venuſtè adhibetur, in primis à ... Liv. Dec. 4. l. 7. *Ut vidit non poſſe aqua-* ... *& tantùm non jam circumiri à dextro* ... Idem 4. ab Urbe. *Et quum hoſtes* tan- ... *exercitus conſcribi adverſus hoſtes non* ... in Cal. c. 52. *Itaq; ne mortuo quidem* ... tantùm non *ſtatim à funere ad ne-* ... *rediit*. Idem in Domitiano c. 15.

 Repente

Digitized by Google

*Repente ex tenuiſſima ſuſpicione t*
*ſulatu intereunt.* Val. Max. l. 1. c
*mini, ſed caſu illud* tantùm non *or*
Et ita qvidem legendum exiſtima
Humanarum l. 3. c. 30.

## Elegant

Perpulcros loqvendi modos
& Qvam. Initiò, qvando compa
nuſte Tam poſitivo, & Qvam ſ
l. 5. ep. 2. Tam *ſum* amicus *Reipub.*
l. 13 ep Tam *mihi* gratum *id erit*
Idem pro P. Sylla: Tam *ſum* miſe
tam lenis, qvàm *qvi* leniſſimus. N
qvin & extra nexum poſitivi & ſu
& Qvam ſenſu comparandi, uſur
20. *Populare nunc nihil* tam *eſt*,
Varro l. 1. c. 61. *Amurcam periti a*
*dunt*, qvàm *oleum aut vinum.* No
nitionem Horatii Turſellini aſſign
ticul. Lat. lingv. c. 178: Cum du
qvàm copulantur, non ſolet uſur
Tum, Tum: Et, Et: Vel, Ve
*cero declamabat* tam latinè, qvàm
tum græco: vel Latinè, vel Græc
*naturæ*, qvàm *bona fortunæ accepta*
*bona*, & naturæ & fortunæ &c. *bon*
næ. Item: *Virtus ſuſpicitur* tum *à*
tam *à bonis* qvàm *à malis.* & alia
comparatione cum diverſis verbis
l. 1. ep. 1. *Quæ qvidem non* tam expe
*nobis* eſt. Idem Att. l. 13. ep. 20. *V*
re poſſem, qvàm *iſta* contemnere
jungitur Superlativo, etiam teſte R
Latinorum monumentorum lectio
vi augendæ orationis pollet. Cic.
*mum eſt*, qvàm laxiſſimas *habere l*

[illegible] à te [illegible] celerrimè mihi libra- [illegible] Ciceronis [illegible]. Qvàm paratiſſimi ab [illegible]. Qvàm integerrimis viribus [illegible] exercitum habere [illegible]. Tacit. l. 14. Ut templum Divo qvàm [illegible] poterentur. Deniq;, qvando ex- [illegible] particula QVAM, ſæpiſſimè magnâ [illegible] Verbum POSSUM. Cæſar: Re fru- [illegible] celerrimè potuit comparatâ. Cic. ad Ca- [illegible] Videram à Cappadocia Parthorum copias [illegible] eſſe Ciliciæ, qvam potui maxi- [illegible] exercitum duxi. Idem 2. de Nat. [illegible] qvàm poſſunt molliſſimè [illegible] de Senect. Conſtitimus ad multam noctem, [illegible] ſermone producimus. Pro [illegible] eodem ſenſu adhibetur UT. Cic. Trebat. [illegible] & tradidi, ut graviſſimè diligen- [illegible]

## ELEGANTIA. VII.

[illegible] Stewechius, qvi Particulas Latinæ lin- [illegible] diligentiſſimè & pleniſſimè conſignavit pag. [illegible] QVAM non ſine magna venuſtate abſolutè [illegible] ſignificationem habet. Cic. Att. l. 6. [illegible] vellem Romæ manſiſſes. Idem Att. l. 5. ep. 18. [illegible] Romæ eſſes ſi fortè non es. Idem Att. l. 1. ep. 7. [illegible]: qvàm vellem etiam nunc in præ- [illegible] Idem 3. de Fin. Qvàm vellem, inqvit, ut te [illegible]. Terent. Heaut. Qvàm vellem Me- [illegible] nobiſcum eſſet hodiè amplius. Idem [illegible] nostri amicis operam, mos eſ- [illegible]

## ELEGANTIA VIII.

[illegible] Particula SANE, VALDE, OPPIDO, [illegible] venuſtè præcedunt QVAM, qvandò [illegible] Cic. l. 4. ep. 5. Sane qvàm pro-

 eo ac

*ro ac debui, graviter moleſtéq; tul*
6 Sanè qvàm *refrixi.* Cælius Ci
*Cæſaris ſumus commoti.* Brutus
*ſuos* valdè qvàm *paucos habet.* I
*multa ſolùm, ſed etiam pleraq;*
Gell. l. 15. c. 30. Oppidò qvàm
*tione inepti & frivoli.* Idem l. 16
*qvos ſcriptitavit*, oppidò qvàm *ve*
*oppidò, perqvàm*, velut qvodam P
ment. Cæſ. *Qvibus rebus* oppidò
*acqvieſcebant.* Plaut. Capt. *Qv*
*cupio, ut impetret.* Gell. l. 15. c.
*Julianus Rhetor, præterqvam ſe*
miùm qvàm *delectabiliter & feli*

## Elegant

Conſimili pænè dicendi fi
perè exaggeraturi, venuſtè dixe
TUM, IMMANE QVANTUM
TUM, MIRUM QVANTUM.
Cic. l. 4 de Fin. *Qvid Zeno? po*
*ratione ullò modò poſſe vivi, ſed*
*turpe*, nimium qvantùm, *neſcio q*
ultima verba, *neſcio qvid imme*
Antiqv. Lectionum Comment.
apparatu conatur explodere, & d
ceronis, veterum librorum ſuff
Gruterus Notis in hunc locum ca
cere poſſe de exemplaribus Pala
verborum in emendatiſſimo exe
p. 67. Tom. 4. Eandem qvoq;
Stephanus p. 96. Tom. 4. Idem C
ſententiam reſtituit locum Cicer
tum: *Huic generi orationis aſperg*
*dicendo* mirùm qvantùm *valent.*
miùm qvantùm veteres libros re
ſtatur, & verò ego in optimo illo C

ſe rem habere comperi. Gellii autem locus l.1.c.8. ...em ab eodem Carrione legitur & interpungitur è ...diano, ad rem nihil facit. *Neq*, inqvit Gellius, *ad...ſ, niſi qvi dabat, qvod popoſcerat. Poſcebat autem* ...a, qvantum vix *dari poterat*. Perperam exemplar ...ditum ab Henrico Petri cum Notis Petri Moſel... *Poſcebat autem illa* nimiam qvantitatem. Soſi...ſiſius Inſtitut. Gramm. l. 2. etiam tradit in Te...mione extare *nimiùm qvantùm*. intendit procul ...m Phormionis act. 4. ſc 3. C. Qvid? G. Nimi...m. C. qvantum? dic. G. ſi qvis daret. & ita qvi...dum exiſtimat Ludov. Carrion Antiqv. Lect l. 2. ...lectionem tanti facit, ut ſponſionem facere pa... non qvinqvaginta tantùm ex lege, ſed qvingen... ...ud Pontificem deponere, ſi ea vera non ſit. Opti... editiones Mureti, Faerni, Rivii, Fabricii legunt: ...nimium, qvantum *libuit*. Qvibus Carrion oppo... ...odò Lipſii conſenſum, & Pulmanni veterem li... antiqvorum Grammaticorum autoritatem, Cha... ...elſi apud eundem: qvi Celſus ait, *nimiùm qvan...* ...erentio dici, uti immane qvantùm, incredibile ... Vide porrò de hac particula Veriſimilia Schop... ...5. item Veriſimilia Guilielmii, nec non varias le... ...ureti & Lexicon Paræi Symmachianum, qvi hanc ...n Latinitati iterùm adſeruerunt. IMMANE ...UM] Horat. 1. Carm. Od 27. *Vino & lucernis* ...*naces* Immane qvantùm *diſcrepat* — Salluſt. l. 2. ...vantùm *animi exarsére*. Idem alibi pro hac uſur... ...*ne dictu, incredibile memoratu*. Symmachus l. 1. ...mane qvantùm *commodas in excurſus & recurſus* ... Ibid. ep. 65. Immane qvantùm *à literis deſidetis*, ...*itis, ne vos taliane ſilentii mordeamus*. IMMEN...ANTUM] Plin. l. 4. c. 20: A Pyrenæi *promon...ania incipit, anguſtior non Galliâ modò, verùm et...etipsâ, ut diximus*, immenſum qvantùm, *hinc ...llinc Iberico mari comprimentibus*, ubi Ferdinan-dus

dus Nonius Pintianus, vir eru
*qvantum* repoſuit: à qvo diſſent
ſius Sepulveda Cordubenſis, ac
*qvantum*, reſtituit. Videatur mo
Dalecampius & Andreas Schott
c. 8 noſtram lectionem probant
Liv. l. 1. Mirum qvantum *illi viro*

ELEGANT

Nomina Temporis venuſtè ſe
POST. Curt. l. 4. *Tyrus* ſeptim
*capta erat*, *capta eſt*. Cic. 2. de
*illa erant acta*. Plin. l. 8. c. 42. *T*
duô proximô, qvàm *ſit genitus*, *ne*
Cicero Tironi l. 16. *Tabellarii ve*
ſextum, qvàm *à nobis diſceſſerant*.

ELEGANTI

Præclari ſunt etiam illi loqvend
CEPS, LONGE PRIMUS, FAC
CILE PRÆCIPUUS. Qvint. l
*corum* longè *Pindarus* princeps. C
mus *civitatis eſt Epicrates*. Idem
*nobilitate* facile princeps. Qvint.
*fectibus tum omnibus*, *tum iis qvi m*
cilè præcipuus, *& admirandus m*
etiam Superlativis ſcitè addi ſolet.
*unum totius Græciæ* facilè docti ſſim
nus Regula *prima* Adverbiorum; ja

REGULA

Adverbia derivata, plen
rum conſtructionem ſeqv
de Clar. Orat. Maximè om
*græcis literis ſtuduit*. Plaut.
argenti largiter. Cic. 2. P

Digitized by Google

ceſſimus. Idem: Convenienter na-
ngruentérq; vivere. Virg. 1. Georg.
propiùs ſtabilis armenta tenerent.
iſt. ad Octav. Caſtra propiùs urbem
er. Mart. Quisqvis plùs juſtô non
ſapit.

## REGULA III.

ECCE, Nominativum vel Accuſati-
ciſcunt: ut, Virg. 4. Æneid. En dex-
sq;. Idem Eclog. 5. En qvatuor a-
. 6. Verr. Ecce autem nova turba &
l. 2. Fin. Ecce miſerum hominem.

### Nota.

interdum & admittit Dativum. Cic. Ec-
ncius.

## REGULA IV.

rbia Qvantitatis, Loci, Temporis, ge-
n exigunt: ut, Gell. l. 10. c. 15. & Sal-
Catil. Satis eloqventiæ, ſapientiæ
Terent. Paululum ſupplicii ſatis
ri. Idem Adelph. 1. 2. Nuſqvam
m. Cic. 2. Philipp. Ubicunq; terra-
ic. l. 1. ep. 4. Pridiè ejus diei. Cæſ. 1.
all. Poſtridiè ejus diei.

### Nota.

DIE & POSTRIDIE aliqvando etiam Ac-

*cuſativum adſciſcunt.* ...
Svet. Poſtridie ...

RE GULA ...

UBI, CUM, S...
MUL ATQUE, S...
NEC pro *uſquedum*, QU...
PRIUSQUAM, UT, ...
QUE, *Indicativ*...
ut, Terent. Andr. ...
pro Rabir. Ubi *qui ſimul* ...
*di poſtea non oportet.* Virg...
ciam *vitulâ pro frugibus* ...
Att. l. 8. Simul *aliquid* audi...
*te.* Idem 4. Æneid. *Quam* ...
ſenſit *peſte teneri.* Cic. de O...
poſita ſit *cauſa, habeantque* ...
Idem 2. de Fin. *Omne anim*...
tum eſt, *& ſeipſum, & p*...
Idem Att. l. 10. ep. 4. Sim...
*rionem.*

Nota.

POSTQUAM, POSTEAQU...
qvam, DONEC pro qvamdiu, D...
& nondum perfecta, Indicativ...
rent. Heaut. Poſtqvam aſpexi, i...
Att. l. 7. Ut *ab urbe* diſceſſi, *null*...

Digitized by Google

*aliqvid ad te literarum darem.* Ovid. Donec *felix, multos numerabis amicos.* Cic. pro Roſc. ... Dum *hominum genus* erit.

REGULA VI.

QUASI, QUASI VERO, (qvando ironia ſimulatio ſubeſt) CEU, TANQUAM, ...RINDE AC, PERINDE AC SI, *Conjunctivum* adſciſcunt: ut, Cic. 2. de Fin. ...aſi *me* pudeat *morum*, &c. Idem 3. Verr. ...aſi verò *cupiditate defendendæ nobilitatis* ...*udiô partium* fecerit. Idem contra Rull. ...*plané*, qvaſi *ea res nobis ſaluti futura* ſit, ...*cogit, ita imperat.*

REGULA VII.

NE Prohibendi ſignificationem habens, ...*perativo* ſecundæ perſonæ, aut *Conjun*...*modo* præponi ſolet, in primis à Plau... & Terentio. Plaut. Pſeud. Ne doce. Id. ...l. Ne *me* moneatis, *memini ego officium* ...*um.* Terent. Andr. Ne nega. Idem Eun. ...*poſt culpam* referas *in me.*

Nota.

... NE Jurandi & qvaſi Optandi, *Conjunctivum* ...per adſciſcit: ut, Cic. Att. l. 16. ep. 13. Ne ſim ...*ius, ſi aliter ſcribo ac ſentio.*

...I. Duæ negationes apud Latinos in una & ...em ſententia affirmant: ut, Cic. Non *ſum* ne-

 ſcius.

Digitized by Google

ſtrus. Idem ne Nemo ne
nihil tribuentes in

## REGULA

NE, AN, NUM, U
Interrogativis
Conjunctivis adſciſcunt.
Quid puer Aſcanius? ſu
aura? Cic. 12 Acad.
ſit juſta defenſio.

### Nota

Cum antecedit NE
ALT, ſed AN: ut, Cic.
tibi, an timeam?

### OBSERVAT

Ut ſinguli primus Regulæ
percipiantur, ex uſu erit eadem
gratiam juventutis diſcendi cupid
pro hujus Regulæ Adverbis Sup
velut hæreditario qvodam jure po
perlativa Nominum Adjectivorum
qvirunt, uti traditum invenies in Sy
Genitivi Nom. Nota 2. p. 810: pari
tiva Adverbia ſui ortus æmula Ge
uti Horatius dixit Od. 14. l. 4. Max
cero de Clar. Orat. Sæpiſſime audi
ratorum latine loqvi elegantiſſime
ſuô ambitu complectitur ſtructura
verbiorum cum Ablativo, qvæ ſlu
Syntaxi Adjectivorum Comparativo
qva ſuperiùs Ablativi Nominum R
dem faciunt teſtimonia & ibi & hic

Digitized by Google

Reg. Dativi Nominum p. 850, cumplura Adjectiva vô gaudere: ita ab iiſdem Adjectivis orta Adverbia em caſum poſtulant. Sicut ergò Adjectiva PRO- R, PROXIMUS *Dativum* habent: ita Adverbium PIUS eundem caſum amat, veluti exemplum Virgilia- —— propiùs ſtabulis *armenta tenerent*, ita accipit Dio- es. Etenim ſic etiam *Adjectivô* uſus eſt Livius l. 4. ab *Capuámq; ab duce eorum Capye, vel qvod* propius vero *à campeſtri agro appellatam*. Idem 3. bell. Pun. *Fama it, qva* propior vero *eſt, haud plus fuiſſe medii*. & rur- ntì PROPIOR *Accuſativo* jungitur: ita Adverbium PIUS. Illius exemplum citatum vide Anomal. 4. p. Hujus verò exemplum in Regula extat, & Livius dixit: *corpora* propiùs Albam. Ex qvô loco conatur Scaliger . L. L. l. 4. c. 101. probare, comparationem etiam tri- ndam eſſe Præpoſitionibus. Deniq; velut PROXIMUS *ὁ ἄλλος* nonnunqvam Accuſativo jungitur, prout do- r Anomal. 4. p. 864. conſimili modô & PROXIME erbium Accuſativum admittit. Cic. Phil. 10. *Brutus em dat, ut cum ſuis copiis qvàm* proximè Italiam ſit. nunqvam etiam cum præpoſitione PROPIUS junctum ur. Cic. de Nat. *Stella alia* propiùs à terris *moven-* aliæ remotiùs. Senec. Ep. *Qvotidie* propiùs ab ultimo *us*. Eodem ſc. modô, ipſum primitivum PROPE uſur- r. Cic. 7. Verr. *Bellum* propè à Sicilia. Idem 4. Verr. è ab domo detineri.

## OBSERVATIO II.

Obſervat Immanuel Alvarus de Conſtruct. Adverb. 9, qvòd EN tum *exprobrando*, tum *indicando*, utrumq; m admittat. *Indicando*: ut, Virg. 1. Æneid. En Pria- Idem Eclog. 5. —— en qvatuor aras, Plaut. Amphit. 4, n tectum, en tegulas, en obductas fores, en ludificatum m. *Exprobando*: ut, Cic. pro Dejot. En crimen, en a, *cur regem fugitivus, dominum ſervus accuſet*. Senec. gamem. Act. 2. En *Paridis* hoſtem. Apud Oratores

tamen,

Digitized by Google

tamen, inquit Alcæus di...
minerim. E N cum Accuſ...
Sæpe etiam abſolutè, ...
cur cæteri reges ſtabilem...
Plaut. Bacchid. Recede...
dium. E C C E cum Acc...
Merc. Milit. Perſ. Ecce...
qui id faciam vobis. Plaut...
ſum ingreſſum, ...
oppidò familiare eſt, idq...
de infrà Elegant. 2. Nec...
tur ſine caſu. Virg. 2...
mea Sergeſt. Crinibus...
C A M, E C C O S, E C C A S...
2. as dictum eſt in Etymol...

## OBSER...

Adverbiis Quantitatis ...
ribus, hæc annumerari ...
S A T I S, S A T, L A R G I T E R ...
& frequens abundè eſt. Svet...
tentiæ gloriæq; adeptum ...
triumphum ſuper Alexandr...
tum abundè & ingenii, & ...
Glad. Satis abundéq; ...
ſat eſt. Plaut. Bachid. Tibi divi...
ab Urb. Habetis affatim lignor...
materiæ præbent. Plaut. Ruden...
ineſſe auri & argenti largiter. ...
dis indipiſcar. Apul. Apol. 1. ...
tudine largiter aqvæ ſupereſt. ...
qviritur P A R T I M. Gell. l. 10. c. ...
runt, plerumq; dicitur, quod ſigni...
id eſt, Qvidam homines. nam P...
hinum eſt, neq; in caſus inclinatu...
num, dici poteſt, i. e cum qvib...
cum qvadam parte hominum ...

Digitized by Google

*a ſcripſit: cum* partim illorum *jam ſæpe ad eundem mo-eras. Imperitiores autem, cum* partim *legunt tanqvam* natum *ſit qvaſi vocabulum, non dictum qvaſi* Adver-. Hactenus Gellius, qvi validè patrocinatur iis, qvi tra-PARTIM potius *Adverbium* eſſe, qvàm *Accuſativum* vum. Negari interim vix poterit, qvin natum ſit hoc erbium è Nomine, non ſecus atq; plurima alia Adver-de qvibus ſuprà egimus. & qvid qvæſo obſtat, qvò mi-PARTIM ortum traxiſſe dicatur ab exoléto Accuſati-ARTIM, qvod uſurparunt veteres pro partem? ita Q. Claudius apud Gellium dictô locô loqvitur. *Eum cum* partim *copiæ hominum adoleſcentium* placentem Accedit, qvòd AMUSSIM Adverbium & compoſitum MUSSIM ex Accuſativo Nominis, haud diſſimili ortu, ùm duci cœptum ſit. *Amuſſim*, inqvit Feſtus, regula-; tractum à regula, ad qvam exæqvatur, qvæ amuſſis ur. Et deniq; in trivio notum eſt, qvòd qvorum Accu-us in IM deſinit, eorum Ablativus in I terminetur. Ve-ergo antiqvi dixêre PARTI, pro parte, ita PARTIM, *partem* dicere non dubitârunt. Plaut. Menæch. *Neqveo, loqvitur, exaudire clanculum: Satur nunc loqvitur de & de* parti mea. Lucret. l. 3. *Ut ſenſus alios in* parti *qvem-ſcâ ſcit Diſſolvi* — Idem l. 6. *Præterea magni ex* parti *e, montis ad ejus Radices frangit fluctus* — Ibid. *Ille eſtiferâ* parti *venit amnis ab Auſtro.* Cic. in verſibus teis: — parti *miſcetur in* una. Confer Collect. Gifa-n Lucret. nec non Voſſium l. 2. de Analog. c. 12. p. 306. ncludimus itaq; PARTIM Adverbium qvidem eſſe, ſed tum ex Accuſativo priſco. Qvare ſicut ipſum Nomen s Genitivo jungi amat: ita ejus ſoboles PARTIM ean-conſtructionem imitatur. Cic. l. 2. de Orat. *Sed* eo-partim *in pompa*, partim *in acie, illuſtres eſſe voluerunt.* n l. 2. Off. Eorum *autem* ipſorum partim *ejusmodi ſunt, d univerſos cives pertineant*, *partim ut ſingulos attin-t.* Párq; ratio in hoc Terentii in Prolog. Hecyr. Partim earum *exactus, partim vix ſteti.* Et hanc ſtructuram re-

feruni

ferunt etiam I[illegible] ...
eſſe probavimus ...
( i. e. gratiâ, causâ ) ...
mus de aliqvo, ſtatuâ ...
i. e. honoris virtutisq; ...
donari virtutis ergò ...
ergò. Virg. 6. Æneid. ...
particulæ ſede non ...
l. 2. de Emend ſtruct. p. ...
In citatis exemplis ...
ne Alii Nomen eſſe ...
ut *Illius ergò* valeat, ...
qvidem haud diſſimilis ...
nitivum poſtulant. In ...
mnes illæ Nominativi ...
ſint: ſed E R G O vicem ...

## O B S E R V A ...

Adverbia *Loci*, Genitivum ...
T I U M eleganter admittent ...
U B I, U B I N A M, U B I C U N Q ...
Q V O Q V O, N U S Q V A M, U S Q ...
Cic. l. 5. Att. ep. 97. *Quid ...*
*ſuſpicabar qvidem*, Plaut ...
ubiubi *eſt* gentium. Cic. in Catil. ...
Idem 2. Philipp. *Qvi* ubicunq; ...
*Reipub. præſidium.* Terent. Hecyr. ...
*ætatem*. Idem Heaut. *Abeat poti...*
Merc. *Mens mihi illam qværere*, ...
gentium. Terent. Adelph. *Fratr...*
rium. Idem Hecyr. *An qviſqvam* ...
*miſer*. Cic. l. 12. Fam. ep. 22. *Ne...*
gentium *abſunt*. Idem Att. l. 3. ...
Apul. 5. Met. Longè parentum ...
de *hæc igitur* gentium *eſt*? Sed hæc ...
& U N D E tantùm cum Genitivo ...

Digitized by Google

t obſervatum. Sic dixit Apul. 1. Metam. Ubiq; itine-
dem Apol. Ubiq; littorum, Idem 8. Metam. Undiq;
rn. & ibid. Intus ædium, *audito ruditu meô, qvadam*
*ndita in latibulis ædium rati.* Lucretius hunc Geni-
jam Accuſativo jam Ablativo permutavit & dixit:
*ſedibus*, & l. 6. *Cum mare permotum ventis ruit* intus
m. & Plaut. Mil 2.6. *Vide ſitne iſthæc voſtra* intùs do-
, *Incoram* etiam eſt apud Apul. 9. Metam. cum Ge-
*Statim ut cubiculô primùm proceſſerat, inſiſtens ju-*
*incoram ſui plagas mihi qvamplurimas irrogari.* Idem.
etam. *Juniorem filium* incoram ſui *funerari vide-*
dem Apul. *Seorſus* cum Genitivo junxit, ita enim lo-
r de Deo Socrat. *An non apud Homerum, ut in qva-*
*ingenti ſpecula clarius cernis hæc duo diſtributa* ſeor-
vinationis, ſeorſus ſapientiæ *officia?* Qvomodo, verò
*m* Ablativo jungatur, vide in Etymolog. pag. 698.

## OBSERVATIO V.

Pauca ſunt Nomina temporis Genitivum regentia. Et
*ris* locutio illa, *tunc temporis*, multis in ore freqvens
rò tamen apud idoneos legitur. Juſtin. lib. 1. eà cauſis
*Sed de gente obſcura* tunc temporis *Perſarum regi Cam-*
*mediocri viro*, &c. Porrò, phraſis illa, *Interea loci*, no-
qvidem videtur notare *locum*, ſenſu nihilo minùs &
à *Temporis* ſignificationem habet. Terent. Eunuch.
*Te* interea loci *cognovi.* Idem Heaut. 2, 3. *Dum ego*
*er te errans, patriâ careo demens, tu* interea loci *collo-*
*taſti te Antiphila.* Sic, UBI, EO LOCI uſurpantur pro,
ó ſtatu. Plaut. *Propemodum* ubi loci *tuæ fortunæ ſint,*
*intelligis.* Idem Merc. Ubi loci *res ſumma noſtra*
*ica?* Cic. *Res erat & cauſa noſtra* eo loci. Idem dixit
m loci. Att. l. 1. *Res* eodem loci *eſt, qvò reliqviſti.* l. 8.
dem ſtatu. Plinius tamen dixit, *eodem loci*, pro, *eodem*
*co.* In Paneg. *Inter aras & altaria* eodem loci, &c. De-
e nemini dubium eſſe poteſt, qvòd PRIDIE & PO-
IDIE ſæpe ſine caſu, more reliqvorum Adverbiorum

uſur-

uſurpatur. Claud. Phil...
ad aſſenſ, poſtridiè ad ...

## OBSER...

USQUE Temporibus ...
Rantiis, addi ſolet deter...
plerunq; cum Præpoſitio...
verò cum Præpoſitionibus ...
Sub. Plaut. Moſtell; Sub ...
ſperum. Horat. 1. Serm. ...
ad mala citaret Io Bacche ...
uſq;. Ovum enim olim ...
apud veteres ſecundæ men...
Cic. 4. Verr. Ut qui uſq; ...
garent. Plaut. Perſa: Quæ ...
uſq; Perſià. Hæc frequentior ...
bell. Pun. Romæ Conſules ...
tum Calendas Majas Latinas ...
extra ſolitudines deductam. Qvint...
Græcorum celebratum eſt, ...
Cic. pro Qvint. Trans Alpes uſq; ...
emplo Virgiliano confirmatum ...
qvandò USQUE additur Nominibus ...
ſine Præpoſitione. Cic. Qv. Fr. l. 1. Tra...
ſontans, ut uſq; Romam ſignificationes ...
Idem pro Flacco: Uſq; Tmolo. Qvæ c...
permovit, ut Præpoſitionum claſſi aſcri...
ctiùs tamen adverbium eſt Loci ...
Interdum verò USQUE abeſt. Cic...
tus; qvamvis ſit adoleſcens cui ſit ...
eſſe victurum? Idem: Vixit ad ſumma...
dine optimâ. Id qvod Qvintilianus ...
ſcipulorum amicitia uſq; ad ſenectut...
Neq; ſolis Temporibus & Locis præciſ...
USQUE, ſed nonnunqvam etiam aliis ...
terminandi vi præditis. qvomodo Cicero ...
Topicis: Uſq; à capite arceſſere, & Plaut...

Digitized by Google

... ab radicibus. Idem. Uſq; ab ... Cic. 2. de Nat. Deor. *Quid dicam quantus amor ... ſit in educandis cuſtodiendisq; iis, quæ procreaverint, ... eum finem dum poſſint ſe ipſa defendere.* De hac par- ... Sylvius Ambianus Cent. 3. c. 45, ſi lubet, videatur. ... id ſcire refert, quòd USQUE cum Adverbiis jun- ... reperiatur. Latini enim dicunt, *Uſq; adhuc, uſq; ante- ... uſq; adeo, uſq; eò, uſq; admodum, uſq; affatim, uſq; dum, ... hinc,* &c. Plaut. Aulul. *Quod celatum eſt atq; occultis- ...* uſq; adhuc *nunc non poteſt.* i. e. huc uſq. Terent. Andr. *... in ſpe, atq; in timore* uſqve antehac *attentus* ... Cic. pro Octav. *Qui huic urbi* uſq; adeo *eſt inimicus, ... diſſimulare poſſit.* uſq; adeo, i. e. adeò, tantopere. ... *Poſtea tempeſtas ipſos quoq; jactare cœpit*, uſq; adeo, ... adeo) *ut dominus navis in ſcapham confugerit.* De *Uſq; ...* SIGNIFICANT. Pro *uſq; eò*, vel *uſq; adeo* dixit Plautus *uſq;* ... Moſtell. *Nam ego ad id frugi* uſq; *& probus fui, in ... poteſtate dum fui.* Cato c. 156. *Poſtea ubi accipiet ... paulliſper dimittito*, uſqve admodum, *dum quinquies ... numeres.* Hoc tamen rarum eſt. Plaut. Pœn. *Ubi ... de alieno quantum velis* uſq; affatim. Cic. 3. Verr. dum *per me licuerit.* Idem Att. l. 3. *Quod eos* uſq; iſtinc *... putem.*

## OBSERVATIO VII.

De particula UBI pro *poſtqvam* obſervandum eſt, qvòd ... ratione adjuncta habeat Adverbia TUM, TUM DE- ... STATIM, REPENTE, CONTINUO, ILLICO, ... EXTEMPLO. pro his verò rariùs, IBI, JAM, JAM, QUAM PRIMUM, eidem annectuntur. Plaut. ... *hoc ubi egero, tum iſtuc agam.* Cato c. 45. *Ubi ... ſunt,* tum deniq; *matura ſunt.* Cato c. 83. Ubi *res di- ... facta erit,* ſtatim *ibidem conſumito.* ubi, *rem divinam ...* eſt, ſacrificare, interprete Macrob o l. 2. Sat. c 3. Gell. ... 14. *Hunc ille leo*, ubi *vidit procul* repentè *quaſi ad- ... ſtetit* Terent. Heaut. 2, 2. — *Hæc* ubi *aperuit oſtium* ... *hic ſe conjecit intrò.* Idem Eunuch. 1. 2. *Is ubi*

[illegible]
Ubi [illegible]
Plaut. Rudens. [illegible]
*rit, Qui bonum accepit* [illegible]
Andr. 2, 2. Ubi *te non* [illegible]
*salsum locum.* Idem Andr. [illegible]
*hic jam huc recurrat*, [illegible]
*erit*, quàmprimum [illegible]

OBSERVA[illegible]

Cùm pro [illegible]
TAMEN, ATTAMEN [illegible]
NILOMINUS. Cæsar 7. [illegible]
*frigore & aſſiduis imbribus* [illegible]
*labore omnia hæc ſuperaverant* [illegible]
*tiæ*, *facis* attamen [illegible]
*Qui* cum *in illa ſocietate* [illegible]
nus *oderant eum, cujus* [illegible]
*Itaq; in veſtitu* cum [illegible]
*bri, ſtola palliô*, tamen [illegible]
minus. Nonnunqvam [illegible]
cur. Cic. *Non enim hæc* [illegible]
*multa acceſſerint, ut vix pode* [illegible]

OBSERVA[illegible]

SIMUL nonnunqvam [illegible]
assumit particulas QVOD, [illegible]
qvòd *video, non, ut antehac* [illegible]
*mea*. Sallust. in Conjur. [illegible]
*procul eſſe volebat.* Cic. in Verr. [illegible]
*alterius patroni teſtimonio* [illegible]
Simul, *ne per inſolentiam* [illegible]
*unum laudando extollere.* [illegible]

OBSERVATIO[illegible]

Grammaticorum nonnulli obſervant
Præſens, Perfectum & Futurum Indicat[illegible]

Digitized by Google

atè ſignificatur: Præſens verò vel Futurum Conjun-
qvando qvodammodo cum conditione facti tempus
nificat. Prioris exempla ſunt: Cic. *Nonnihil me con-
r*, qvum recordor *qvanta*, &c. qvum i. e. qvando. Te-
Qvum *hæc reſpicio ad virginem.* Poſterioris exempla
Terent. Eunuch. *Qvum ipſum meminis, qvam elegans
tuum ſpectator ſiem.* Ibidem: *Virgo ipſa lacrimat, neq;
rogites, qvid ſit, audet dicere.* Notant etiam, qvòd
m, qvando ſignificat ſiqvidem, [illegible]
cat Imperfectum vel Plusqvamperfectum Conjuncti-
amen obſervatio perpetuæ veritatis non eſt. Ter.
1, 4. *Qvum hoc non poſſum, illud minus poſſem.* Plaut.
*iſthac res malè evenit.* Cic. Servio: *Qvum tantùm
tera potuerunt, ut his lectis*, &c.

## OBSERVATIO XI.

DUM & DONEC pro *usqve dum*, ita uſurpârunt La-
Plaut. Amph. *Neq; credebam mihimet, donec ſocia*, &c.
t. Adelph. *Certum eſt obſidere uſq;*, donec redierit.
pro *qvamdiu*, rarò uſurpatur. Ovid. Donec eris *felix*
UM pro donec, uſqvedum, vel qvoad. Colum.
II. *Paulum aqva maceratur*, dum inlentescat. Cic.
acc. *Qvi ſaluit tamdiu*, dum *hic prodiret.* Terent.
h. Dum *id reſcitum iri* credit, *tantiſper cavet: Si ſpe-
re clàm, rurſum ad ingenium redit.* DUM has parti-
ibi adjectas habet: NON, NE, MODO NE, TA-
MODO NE QVID, MODO NON, INTERIM,
ISPER. Plin. Paneg. *Atq; adeo nihil largiatur prin-
dum nihil auferat: non alat*, dum non occidat. Dum
. modò non. Cic. Att. l. 8. 11. *Ego ſi cui adhuc videor
fuiſſe*, dum ne *tibi videar, non laboro.* Cic. Qv. Fr.
*ma in jure dicendo ſeveritas*, dum eadò *ea ne varie-
tiâ.* Ulpian. *In his igitur publicè licet cuilibet ædifi-
deſtruere*: dum tamen *hoc ſine incommodo cujusqvam*
ic. *Venibilem cenſeo*, dum modo ne *qvid hæc ambi-
ſtinatio [illegible] ejus gloriæ*, *qvam conſeqvuti ſu-
lpian. [illegible] ad hoc erit manumiſſus; ne torqvea-*

 *tur.*

[illegible]

Ubi [illegible] [illegible]
[illegible] Plaut. Rudens. [illegible]
rit, Qui bonum [illegible]
Andr. [illegible] Ubi te non [illegible]
salſum locum. Idem [illegible]
hic jam huc [illegible]
erit, quamprimum [illegible]

## OBSERVAT[illegible]

CUM pro [illegible]
TAMEN, ATTAMEN, [illegible]
NIHILOMINUS. Cæſar. 7. [illegible]
frigore & aſſidui [illegible]
labore omnia hæc ſuperar[illegible]
tiam, facis attamen [illegible]
Qui cum in illa ſocietat[illegible]
nus oderant eum, cujus [illegible]
Itaq; in veſtitu cum [illegible]
bri, ſola pallio, tamen [illegible]
minus. Nonnunquam [illegible]
tur. Cic. Non enim [illegible]
multa acceſſerim, ut vix pede [illegible]

## OBSERVAT[illegible]

SIMUL nonnunquam [illegible]
aſſumit particulas QUOD, [illegible]
quod video, non, ut ante [illegible]
mea. Salluſt. in Conjur. [illegible]
procul eſſe volebat. Cic. in Verr. Simul [illegible]
alterius patroni [illegible]
Simul, ne per inſolentiam [illegible]
[illegible] laudando extollere. [illegible]

## OBSERVATIO[illegible]

Grammaticorum nonnulli obſer[illegible]
Præſens, Perfectum & Futurum Indica[illegible]

mea

Digitized by Google

itè ſignificatur: Præſens verò vel Futurum Conjun-
quando qvodammodo cum conditione facti tempus
ificat. Prioris exempla ſunt: Cic. *Nonnihil me con-*
r, qvum recordor *qvanta*, &c. qvum i. e. qvando. Te-
Qvum *hæc* reſpicio *ad virginem*. Poſterioris exempla
Terent. Eunuch. Qvum *ipſum me nôris*, qvam *elegans*
*tum ſpectator ſiem*. Ibidem: *Virgo ipſa lacrimat, neq;*
rogites, *qvid ſit, audet dicere*. Notant etiam, qvòd
m, qvando ſignificat ſiqvidem, [illegible]
at Imperfectum vel Plusqvamperfectum Conjuncti-
mtamen obſervatio perpetuæ veritatis non eſt. Ter.
1. 1, 4. Qvum *hoc non poſſum, illud minus poſſem*. Plaut.
*iſthac res malè* evenit. Cic. Servio: Qvum *tantùm*
*itera* potuêrunt, *ut tibi lectis*, &c.

## OBSERVATIO XI.

DUM & DONEC pro *uſqve dum*, ita uſurpârunt La-
laut. Amph. *Neq; credebam mihimet*, donec *ſocia*, &c.
t. Adelph. *Certum eſt obſidere uſq;*, donec redierit.
pro *qvamdiu*, rarò uſurpatur. Ovid. Donec eris *felix*
UM pro donec, uſqvedum, vel qvoad. Colum.
II. *Paulum aqva maceratur*, dum inleneſcat. Cic.
acc. *Qvi habuit tamdiu*, dum *hic prodiret*. Terent.
h. Dum *id reſcitum iri* credit, *tantiſper cavet: Si ſpe-*
*re clàm, rurſum ad ingenium redit*. DUM has parti-
ibi adjectas habet: NON, NE, MODO NE, TA-
MODO NE QVID, MODO NON, INTERIM,
TISPER. Plin. Paneg. *Atq; adeo nihil largiatur prin-*
dum *nihil auferat: non alat*, dum non occidat. Dum
E, modò non. Cic. Att. l. 8. 11. *Ego ſi cui adhuc videor*
*fuiſſe*, dum ne *tibi videar, non laboro*. Cic. Qv. Fr.
*mma in jure dicendo ſeveritas*, dum modò *ea ne varie-*
*atiâ*. Ulpian. *In his igitur publicè licet cuilibet ædifi-*
*deſtruere*: dum tamen *hoc ſine incommodò cujusqvam*
ie. *Veniebatam cenſeo*, dum modo ne *qvid hac ambi-*
*eſtinatio* [illegible] *ejus gloria*, *qvam conſeqvuti ſu-*
llpian. [illegible] *ne torqveda-*

hendis ſunt ... 
...
Ubi Caſarina ...
una, Plau. Rudens. ...
ris, Qui bonum ...
Andr. a. 2. Ubi te non ...
ſalſum locum ... Idem Andr. ...
fit, jam huc recurret, ...
eris, quàm primum ...

OBSERVATIO

... CUM pro quamvis ...
TAMEN, ATTAMEN ...
NILOMINUS. Caſar 7. ...
frigore & aſſiduis imbribus ...
labore omnia hac ſuperaſſent ...
tiam, facis attamen ...
Qui cum in illa ſocietate ...
nus oderant eum, cujus ...
Itaq; in veſtitu cum ...
bri, ſola pallio, tamen ...
minus. Nonnunquam ...
tur. Cic. Non enim hoc ...
multa acceſſerint, ut vix pede ...

OBSERVATIO

SIMUL nonnunquam ...
aſſumit particulas QUOD, ...
quòd vidro, non, ut ante ...
mea. Salluſt. in Conjur. ...
procul eſſe ſolebat. Cic. in Verr. ...
alterius patroni teſtimonio ...
Simul, ne per inſolentiam ...
nomen laudando extolleri. ...

OBSERVATIO

Grammaticorum nonnulli ...
Præſens, Perfectum & Futurum Indicativi ...

mod

Digitized by Google

ê ſignificatur: Præſens verò vel Futurum Conjun- quando qvodammodo cum conditione facti tempus ficat. Prioris exempla ſunt: Cic. *Nonnihil me con-* qvum recordor *qvanta*, &c. qvum i. e. qvando. Te- Qvum *huc reſpicio ad virginem*. Poſterioris exempla Terent. Eunuch. Qvum *ipſum me nôris*, qvam *elegans* *um ſpectator ſiem*. Ibidem: *Virgo ipſa lacrimat, neq;* rogites, *qvid ſit, audet dicere*. Notant etiam, qvòd s, qvando ſignificat ſiqvidem, [illegible] at Imperfectum vel Plusqvamperfectum Conjuncti- tamen obſervatio perpetuæ veritatis non eſt. Ter. 1, 4. Qvum *hoc non poſſum, illud minus poſſem*. Plaut. *iſthac res malè* evenit. Cic. Servio; Qvum *tantùm* *era* potuerunt, *ut his lectis*, &c.

## OBSERVATIO XI.

DUM & DONEC pro *uſqve dum*, ita uſurpârunt La- aut. Amph. *Neq; credebam mihimet*, donec *ſocia*, &c. . Adelph. *Certum eſt obſidere uſq;*, donec redierit. pro *qvamdiu*, rarò uſurpatur. Ovid. Donec eris *felix* UM pro donec, uſqvedum, vel qvoad. Colum. II. *Paulum aqva maceratur*, dum inlenteſcat. Cic. cc. *Qvi valuit tamdiu*, dum *hic prodiret*. Terent. . Dum *id reſtitum iri* credit, *tantiſper cavet: Si ſpe- e clàm, rurſum ad ingenium redit*. DUM has parti- bi adjectas habet: NON, NE, MODO NE, TA- MODO NE QVID, MODO NON, INTERIM, ISPER. Plin. Paneg. *Atq; adeo nihil largiatur prin-* *dum nihil auferat: non alat*, dum non occidat. Dum . modò non. Cic. Att. l. 8. 11. *Ego ſi cui adhuc videor* *fuiſſe*, dum ne *tibi videar, non laboro*. Cic. Qv. Fr. *ma in jure dicendo ſeveritas*, dum modò ea *ne varie-* *ia*. Ulpian. *In his igitur publicè licet cuilibet ædifi-* *deſtruere*; dum tamen *hoc ſine incommodò cujusqvam* ic. *Venibulam cenſeo*, dum modo ne *qvid hac ambi-* *ſtinatio imminuat ejus gloriæ, qvam conſeqvuti ſu-* lpian. *Si ſervus ad hoc erit manumiſſus; ne torqvea-*

 *tur*.

*tur, poſſe* [illegible]
*Sed* [illegible]
[illegible]
jam *Subjuncti* [illegible]
ut, Cic. 1. Philipp. [illegible]
*ea quærar de* [illegible]
Idem Facto [illegible]
*initum* conferant, [illegible]
*quam* non nullis [illegible]
*illi detrahendo* [illegible]
*ſendum*. Virg. 1. [illegible]
*mus æquor*, [illegible]

OBSERVAT[illegible]

DUDUM, PRIDEM [illegible] rum jungi postulant; ut, [illegible] *tu dudum* narratis [illegible] *vadem*. Cic. de Amic. [illegible] & NUPER tamen [illegible] dem incepta, nondum autem [illegible] admittunt; ut, Cic. 4. Att. [illegible] *randum eſt*. Terent. Hecat. [illegible] per *notitia admodum* est. [illegible] PRIDEM, JAMDIU *Præſens* [illegible] rat actio: *Præteritum* autem [illegible] gitur. Præsens, ut, Terent. [illegible] est *in patinis*. Cic. Att. [illegible] *ſerva* Idem. lib. 11. [illegible] *Præteritum*: ut, Plaut. [illegible] sabat. Cic. l. 11. Att. Jampridem [illegible] *meam*. Idem lib. 11 [illegible] Confer Grammaticam [illegible] Rhenium p. 498, 499.

OBSERVATIO

JAM, etsi cujvis Modo & [illegible] tamen præterito tempori [illegible]



Digitized by Google

us eſt, Præpoſitionem A vel Ab eidem præfigi poſtulat: icero: *Iſta me* jam à prima *adoleſcentia* delectârunt. 2. Fam. Jam ab *illo tempore, qvum in Cumanum mihi* m veniſti. Idem pro Balb. Jam à *principio Romani inis.*

## OBSERVATIO XIV.

Qvando QVASI eſt particula ſimilitudinis, *Indicativo* er & *Subjunctivo* gaudet. Idem valet, qvando pro *tam-* uſurpatur. Cic. l. 1. de Natura Deor. *Epicurus* qvaſi *delicati, nihil ceſſatione melius* exiſtimat. Idem 5. Tuſc. *s exponam,* qvaſi agatur *res, non qvaſi* narretur, ſit ab- è ſine modo. Id. 1. de Orat. *Philoſophia laudandarum ium artium procreatrix* qvædam & qvaſi parens. Con- t ratione QVASI, pro *ut, ſicut, velut,* & *Indicativo* & *nctivo* jungitur, atq; ei reſpondent particulæ ITEM, DEM, SIC, HAUD SECUS. Plaut. Rudent. *Qvaſi ita juncis,* item *ego vos virgis circumvinciam.* Idem t. Qvaſi *cum caletur cochleæ in occulto latent, ſuo ſibi vivunt, ſi non cadit:* Item *paraſiti rebus prolatis la- in occulto miſeri, victitant ſucco ſuo.* Idem Pſeud. i *Dircam olim (ut memorant) duo Gnati Jovis devin- d taurum,* item *hodie ſtringam ad carnarium, id tibi erbo taurus fiet.* Idem Aſin. Qvaſi *piſcis,* itidem *eſt a- r lenæ, neqvam eſt niſi recens.* Idem Trucul. Qvaſi *in num, vete qvi jaculum parat, &c.* Itidem *eſt amator.* Cic. aton. *Et* qvaſi *poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, avellun- ſi matura & cocta decidunt:* ſic *vitam adoleſcentibus vis rt, ſenibus maturitas.* Idem in Lælio: *Eſt igitur pru- is ſuſtinere, ut curſum, ſic impetum benevolentiæ, qvo u- ur in amicitia,* qvaſi *æqvis tentatis,* ſic *aliqva ex parte clinatis moribus amicorum.* Plaut. Trinum — qvaſi *ca-* haud ſecus *circumſtabant navem turbines venti.* Qvan- erò ſimulationem notat, Conjunctivum poſtulat, & ſe- ur particula ITA. Cic. 6. Ep. 8. *Ille mecum,* qvaſi *ſibi liceret in Sicilia diutius commorari,* ita *locutus erat, tu m* qvaſi conceſſum ſit, ita *deliberas.* Plaut. Amph. Qva-

 *incud*

*Incudem me miſerum homines octo* ...
*adVeniens hoſpitio publicitùs accip* ...
*ferè.* Cic. 2. Verr. *Ex his* qvaſi ...
*illum relictos eſſe.* Idem 2. Acad. ...
*mihi qvidem* qvaſi *pedalis.* Sed ...
contrahitur numerus, ſpacium, au ...
ceterone ... admodum eſt, ſec ...
*prope, propemodum* adhiberi con ...

## OBSERVAT ...

Reliqvas particulas ſimilitud ...
PERINDE AC, PERINDE AC ...
PERINDE ATQVE SI, PERIN ...
RINDE QVAM, PERINDE Q ...
QVAMSI, PERINDE UT, PERI ...
TER PERINDE PROUT, PER ...
RINDE UT, ITA, hoc modò uſu ...
nio freqventiſſimum eſt. l. 9. c. 7 ...
*qva ſemper defoſſa vivunt*; ceu ta ...
mè etiam uſus eſt. l. 12. Ceu verò ...
*in Cypro.* Idem præfat. ſui operis ...
*ſus Theophraſtum ſcripſiſſe etiam f* ...
Ceu verò *ullo modo ſpirandi ratio* ...
*bus diſtet:* TANQVAM ſæpè jung ...
parationibus & ſimilitudinibus a Q ...
tur, qvàm *velut.* Cic. 5. Tuſc. Tan ...
*nihil valent in aqva,* ſic *Stoicorum* ...
*potata delectant.* Idem pro Roſc. A ...
*reip. ſempiterna nox eſſet,* ſic *ruet* ...
c. 10. Tanqvam *ſcopulum,* ſic *fugia* ...
*verbum.* Cœl. Cic. l. 8. ep. 11. Tanq ...
*rogo.* Cic. in Bruto: *Ætatis illius i* ...
*nocentia,* ſic *Latinè loqvendi.* Eti ...
Cic. Att. l. 8. ep. 14. *Ego tecum;* ...
Sic TANQVAM SI apud Ciceron ...
legitur Philip. 2: *Qvi cùm eſſent* ...
*iſtum,* tanqvam ſi *conſul eſſet, ſalut* ...

Digitized by Google

... poterunt potentias mutuari, perinde ac ſua ... acere, ac frauſtra veſtiuere vellent. Juſtin. l. 2. Scythæ ... m & argentum perinde aſpernantur, perinde ac reliqui ... ales appetunt. Cic. in Partit: Quæ perdifficilia ſunt, ... nde habenda ſæpe ſunt, ac ſi effici non poſſint. Idem Att. ... ep. 4. Non perinde atq; ego putâram, arripere viſus ... dem pro Marcello: Vereor ut hoc, quod dicam, non per- ... intelligi auditu poſſit, atq; ego ipſe cogitans ſentio. Ul- ... Non eſt ita ea cauſa, ut perinde habeatur; atq; ſi meus ... vam fuiſſet. Autor ad Herenni. Nunc perinde atq; con- ... n hac re multùm valere artem, & præceptionem, ita ut ... loquemur. Sveton. Nullâ re perinde commotus eſt, quàm ... nsô, caſuq; Aſcletarionis mathematici. Salluſt. Jugurt. ... nde, quaſi ea honori, non prædæ habeant. Gell. Hoc per- ... eſt, tanqvam ſi ego dicam, eſt mihi nomen Julium. Cic. ... de Orat. Sed hæc ipſa omnia perinde ſunt, ut aguntur. ... t. Moſtell. Atq; hoc voſmetipſi ſcio perinde, uti nunc ego ... tutuerno, quando dicta audietis mea, haud aliter dicetis. ... ntil. l. 9. c. 4. Atq; cùm aliæ ſubjunguntur aliis, perinde ... riores erunt, prout oris hiatu ſimili, aut diverſo pronun- ... untur. Juſtin. Perinde, veluti ſui potiùs triumphi munus ... deberet, feſtinatâ velocitate contendit. Gell. l. 2. c. 2. Per ... ipſa neq; inhoneſta, neq; turpia ſunt: ſed perinde ut à ne- ... guntur, ita ipſis actionibus, aut probanda ſunt, aut repre- ... denda. Etiam hæc particula abſolutè nonnunqvam po- ... ur. Planc. Ciceroni l. 10. ep. 24. Hunc filii locô, & illius ... veſtrô judiciô ſubſtitutum, non perinde habere mihi turpe ... etur. Sveton. Quare adventu ejus non perinde gratius ... t. Quomodo verò PROINDE AC, pro perinde etiam ... oratione latina ponatur, vide Elegant. Etiam particulas ... ilitudinis AC, AC SI, ATQUE, aliæ voculæ præter perinde ... ecedere ſolent. Dicunt enim Latini IDEM AC, ITA AC, ... RITER AC, SIMILITER AC, IDEM AC SI, PA- ... TER AC SI, SIMILITER AC SI; IDEM ATQUE, ... DEM MODO ATQUE, EJUSDEM GENERIS AT- ... E, ITA ATQUE, PARITER ATQUE, SIMILITER

ATQUE [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] ATQUE, [illegible]
[illegible] l. 1. [illegible]
Syll. Idemque [illegible]
Deor. *Te autem* [illegible]
Cic. pro dom. ſua [illegible]
*de me ipſe nominatim* [illegible]
modò comparatio [illegible]
*inferiores ejuſdem generis* [illegible]
*[illegible] conſiſtentes.* Ulpian [illegible]
*[illegible] quemadmodum eſt; ita* [illegible]
*natus cenſuit.* Cic. Phil. [illegible]
*ipſe etiam commotum eſſe* [illegible]
culæ, quæ, AC atque AC [illegible]
ſolent, quas huc congerere [illegible]
quis potius eas tanquam [illegible]
ut ſecundæ menſæ reſer[illegible]

## OBSERVATIO [illegible]

Quamvis Adverbium [illegible]
[illegible] Latinis partibus ſolent [illegible]
*non ignoro, non ignorat* [illegible]
*quæ non*, in quibus geminata [illegible]
bent: tamen Latini autores [illegible]
non ſemper uſurparunt affirma[illegible]
turi. ita enim Ennius: *[illegible]*
*miſeret* neminis. Plaut. Milit. [illegible]
*eſſe hominem hac de re nemini* [illegible]
*tibi conſilium hodie quicquam dabo.* [illegible]
*tam, ut, ſi peccatum ſiet, feciſſe* [illegible]
Epid. 4, 1. Neque *ea nunc ubi ſit* neſcio [illegible]
*ille* haud *objiciet mihi pedibus ſe* [illegible]
Enn. 5, 8. *Ad omnia hæc magis opper*[illegible]
*tuo* Nemo *eſt.* Ovid. l. 1. de Pont. Eleg. [illegible]

nteum ſtatuerit, exul. Ne non peccârim, mors qvoq; non
t. Tibull. l. 4. el. 7. Ne legat id nemo, qvam meus, ante
t. Confer Voſſium de Conſtr. c. 61. & Vechner. Hel-
l. l. c. 35. Hactenus OBSERVATIONES; ſeqvuntur
OMALIÆ.

## ANOMALIA I.

Auſonius Popma de Uſu antiqvæ locutionis l. 2. p. 145.
it Adverbium *Copiæ* vel *Inopiæ* nonnunqvam uſurpari
r *Nominis*: id qvod hiſce teſtimoniis probat: Teren.
uch. 1. 2. *Me miſeram, forſitan hic mihi* parùm *habet fi-*
. i. e. interprete Popmâ, *parvam fidem*. Idem. Phorm.
*Itáne* parùm *mihi* fidem *eſſe apud te?* Cic. Att. l. 12. *Si*
conſilium *qvadam de re haberem*. Idem 1. Rhetor. *Vix*
otium *ſtudio ſuppeditare poſſumus*. Conſimilia plura
egit Vechnerus Hellenol. l. 1. c. 34. Sed verò, hic accu-
us potiùs è verbo ἀναλόγως pendet, qvàm ἀνωμά-
; aliunde ſtructuram mendicatur, & adverbia Verbi ap-
dices ſunt. Qvòd ſi hunc in modum ſtructuram exem-
um ordinaveris, nullus hic Anomaliæ relinqvetur lo-
e. g. *Itáne apud te mihi* fidem parùm eſſe? & *ſi* ſatis ha-
em conſilium, *qvadam de re: Vix ſtudio* ſatis ſuppedita-
*oſſumus* otium.

## ANOMALIA II.

Janus Rutgerſius Variar Lect. l. 5. c. 19. *Pleonaſmum*
iter ac *Græciſmum* agnoſcit in hiſce: INDIDEM AME-
A, INDIDEM THEBIS, INDIDEM MEGARIS, U-
NAM HIC. Cic. pro Sext. Roſc. Amer. *Si per alios fe-*
*dicis, qværo, ſervóſne an liberos? Qvos homines?* Indi-
me Ameria. *An hoſce ex urbe ſicarios?* Corn. Nepos
aminonda: *Habuit obtrectatorem Meneclidem qvendam*
idem Thebis. Gell. l. 6. c. 10. *Tum Euclides, qvi* indi-
n Megaris *erat, qvíq; ante id decretum, & eſſe Athenis, &*
*dire Socratem conſveverat*. Terent. Andr. 5. 6. *Pamphilus*
nam hic *eſt?* — In qvibus cùm qviddam vacet, alterum
m dixiſſe ſatis erat, vel, *indidem*, vel *urbis nomen*, & Pam-

[illegible]

Et Iliad. [illegible]

Sic, Antea Prius [illegible]

[illegible] Cornel. Nepos in Vita [illegible]

[illegible] Virg. [illegible] Æneid. [illegible]

Sallust. in Conjurat. [illegible]

[illegible]

A NUMA [illegible]

Donicum pro *Donec* [illegible] rit, in primis à Plauto. [illegible] *supposititiam* [illegible] *fuerit.* Idem [illegible] *jussero.* Idem Capt. [illegible] *non postulo.* Idem [illegible] *impedit Piscos, usque adeo* [illegible] modò Cato ac Lucretius locuti [illegible] cum *pecuniam satisfecerit, aut* [illegible] *quæ illic erit, pignori sunto,* ita [illegible] Cato de Re rust. c. 146. [illegible] cum *solutum erit, aut ita satis* [illegible] nicum *eos vitâ privârant* [illegible] *ad extremum crescendi perfecta* [illegible] Gifanius. Idem Lucretius l. 5. [illegible] *bene lumine fulsit.* De A no [illegible] Elegantiæ.

ELEGANTIA [illegible]

Eo, Huc, Quo ad [illegible] Geniti[illegible] tionem: ut, Plin. in Paneg. Eò insolen[illegible] bell. Pun. Eò consuetudinis *addicta* [illegible]

*Huc utilitatum ventum eſt.* Genitivum Pronominis E-
Cicero elegantiæ cauſâ τῷ QVOAD adjunxit. Att. l. 10.
*prætermittes*, qvoad ejus *facere poteris ſcribere ad me.*
l. 3. ep. *Si eam* (provinciam) quoad ejus *facere po-*
*,qvàm expeditiſſimam mihi tradideris.* Obſerva, qvòd,
*ad hoc, qvoad illud*, latinè non videatur dici, ſed *qvod ad*
*ſpectat, qvod ad illud pertinet.*

# ELEGANTIA II.

USQVE, qvando aſſiduitatem & perſeverantiam no-
ſolitarium venuſtè adhibetur: ut Cic. l. 12. ep. 10. *Mihi*
*...* uſq; *curæ erit, qvid agat.* Terent Hecyr. *Ita* uſq;
*...rsâ tempeſtate uſi ſumus.* Plaut. Caſin. Uſq; *adero domi.*
*.* Eclog. 4. *Cantantes licet* uſq; *minus viâ lædet, eamus.*
t. l. 13. *Naſutus ſis* uſq; *licet, ſis deniq; naſus.* Idem etiam
m hanc particulam eòdem ſignificatu geminavit. l. 1. *Et*
*qvid petit* uſq; *&* uſq; *donat.* Idem l. 5. *Adlatres licet*
*nos &* uſq; *& gannitibus improbis laceſſas.* Parem ve-
atem ſapiunt USQVE & USQVE EO, pro Tamdiu, uſur-
, ſeqventibus DONEC, QVOAD, DUM. Terent. A-
. 4. 6: — *nunc verò domi certum obſidere eſt*, uſq; do-
*rediierit.* Horat. in Arte — & uſq; *Seſſuri, donec can-*
*vos plaudite, dicat.* Plaut. Rudent. — *te in carcerem*
*pingier eſt æqvum, ataleámq; ibi Te* uſq; *habitare, donec*
*m carcerem contriveris.* Cic. in Bruto: *Cum cognitionis*
*eſſet, & ipſe Rutilius rogatu ſociorum domum ad Gal-*
*manè veniſſet, & eum admoneret, & ad dicendi tempus*
*uceret*, uſq; *illum*, qvoad *ei nunciatum eſſet conſules de-*
*diſſe, omnibus excluſis, commentatum in qvâdam teſtu-*
*cum ſervis literatis fuiſſe.* Idem pro Dejor. Uſq; eò *ſe*
*...*, qvoad *à Cn. Pompejo ad eum legati literæq; venerunt.*
m ſiþ initium 1. Verr. Uſq; eò *timui, ne qvis de mea fide*
*integritate dubitaret*, donec *ad rejiciendos judices veni-*
. Hirt. de bell. Affr. *Oppidani* uſq; eò *paſſi propiùs eum*
*edere*, donec *ad ipſas portas ac murum appropinqvaret.*
. 4. Acad. *Situs earum rerum qvas intuemur, & interval-*
*aut contrahimus, aut diducimus ſtrictâq; facimus* uſq;
eò,

[illegible]

eò, dum [illegible]

pis. Si igi[illegible]

[illegible]

[illegible], dum [illegible]

transferri [illegible]

[illegible] possum [illegible]

Consimili modò Us Q[illegible]

rentius, & Cato. [illegible]

*adjuvat animum*, [illegible]

[illegible]

[illegible], usq; adeo [illegible]

adeo in [illegible]

[illegible] usq; adeo, donec [illegible]

[illegible]. Us Q[illegible]

eleganter usurpari [illegible]

*Quod ubi ipse audivit*, [illegible]

Orat. Usq; eò *mo*[illegible]

[illegible]. Idem pro C[illegible]

[illegible] usq; eò, ne [illegible]

Sex. *Nobili & [illegible]*

[illegible] ponitur pro *adeo*. Cic. [illegible]

[illegible], *Judices, cum* [illegible]

*novi.* Idem pro Rosc. [illegible]

*& magnifice circumspicit* [illegible]

ELEGANT[illegible]

Diligentiſſimus ille [illegible]

veſtigator, Godeſcalcus [illegible]

quod Adverbium UBI, elegante[illegible]

nominat h. e. UBI usurpetur [illegible]

qui, quæ, quod. Cic. l. 6. ep. [illegible]

*eſt ratio ac moderatio [illegible]*

*Ut is cuiq;* locus, ubi *ipſe* [illegible]

l. 2. de Orat. Porticus [illegible]

Quinct. *Neq; nobis adhuc* [illegible]

*ſtrum jus contra illos obtinere* [illegible]

ad portum [illegible], ubi [illegible]

Digitized by Google

a Scheuchius monet uſurpari UNDE & IAI poſt Ne-
a. Cic. 1. de Orat. *Equidem tibi* fontes, unde haurie-
*atq. itinera ipſa putabo eſſe demonſtranda.* Idem. *Dicat*
*ſa eum*, unde *ſibi, ſi non populi & reges, at omnes ſui cives,*
*ſ limum expetant.* Idem pro Flacco: *Adſunt* Athenienſes,
e *humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges orta,*
*ad tempus terras diſtributa putantur.* Hirt. de bell. Affric.
*rumentum acceſſit*, ibi *præſidium erat adverſariorum.*
ro de Re ruſt. c. 6. *Qui ager frigidior & macrior erit,*
*oleam liciniana ſeri oportet.* Idem ibid. *Si locus hu-*
*ctus erit*, ibi *cacumina populorum ſerito.*

# ELEGANTIA IV.

Particula Temporis, CUM, pari dictionis lepore & ve-
ſtate ſequitur jam *Tempus* communiùs acceptum, jam
*mporis partes, dies, nox, annus, biennium, triennium,* &c.
n denique; *Adverbia* præſertim *Temporis*: *Diu jam, jam diu*
*m dudum, jampridem, jam olim, olim cum, jam tum, vix,*
*dum, dudum, nondum, commodum, poſt id, poſtea.* Sic
ſt locutiones, *propè adeſt, jam adeſt.* *Tempus*: ut, Cic.
16. ep. 3. *Scis profectò fuiſſe quoddam* tempus, cùm *homi-*
*s exiſtimarent, te nimis ſervire temporibus, cùm* pro *quò.*
*mporis partes*: ut, Gell. l. 10. 24. Dies hic ſextus, cùm *nihil*
*i. ciam, pſo. ex quo.* Cic. pro Plancio. *Nunquam obliviſcar*
octis iſtius, cùm *tibi vigilanti pollicebar.* Idem l. 15 ep. 14.
ubi enim anni ſunt, cùm *ille in meo ære eſt.* Ibid. ep. 16.
*jam biennium aut* triennium *eſt*, cùm *virtuti nuntium re-*
*iſti, delenitus illecebris voluptatis, in integro res nobis*
*ſt.* Plaut. Bacchid. *Jam adeſt tempus*, cùm *ſapientiam ipſe*
*eit.* Plaut. Aſin. Jam diu *eſt*, cùm *diſceſſi ab hero.* Idem
ſin. *Jube dare vinum*, jam dudum factum eſt, cùm *primùm*
*ibi.* Cic. Att. l. 12. 21. Jam pridem *ſcito eſſe*, cùm *unum te*
*lurio, quidem omnes illos putem.* Virg. 2. Georg. *At jam olim*
*rrar poſuit*, cùm *vinea frondes Frigidus & ſilvis Aquilo de-*
*uſſit honorem.* Terent. Hecyr. 4. 2. 5 — *nunc mihi in mentem*
*rit venit, ex hac re, quod locuta es olim*, cùm *illum genui-*
*ſſe cepimus.* Cic. l. 1. ep. 9. *Jacebat enim quæ jam mihi* cùm
*aderat*

adoriat, offendat [illegible]
rat: Vir autem [illegible]
mea, cùm iſte [illegible]
6. Æneid. Vix [illegible]
ſub oravibri [illegible]
dum epiſtolam tuam leg[illegible]
Poſthumus Curtius [illegible]
ctus. Liv. Dec. 3. l. 7. [illegible]
fuga certatim ruunt [illegible]
te dudum feci, cùm [illegible]
credidi. Ovid. 5. Heroid. [illegible]
tenta marito Edita [illegible]
Att. l. 13. ep. 19. Cum [illegible]
tabellarius. Plaut. Ca[illegible]
melicus, Noctu ut condig[illegible]
Civ. Poſtea verò, cùm [illegible]
gnovit. Terent. Andr. [illegible]
dum eſt mibi. Idem Hec[illegible]
quoq; oderit. Abſolutè [illegible]
verbum, nulla adjecta [illegible]
Fuit, cùm hæc dici poterat [illegible]

## ELEG[illegible]

Orationis etiam [illegible]
quum primum, ſequen[illegible]
abſolutè ſine iiſdem [illegible]
abſolutè poſita, vel ſeq[illegible]
IULLICO. Hirt. de bell. Hiſp. [illegible]
eſt, confeſtim [illegible]
[illegible]
[illegible] Cic. Att. [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Idem bell. Hiſp. [illegible]
[illegible]
[illegible] ſcribam. Idem [illegible]
eſt, rem [illegible] Idem [illegible]

...um delata eſt, *homo impuriſſimus* ſtatim *cœpit in ejus* ...*imente & cogitatione verſari: nihil eſſe, &c.* Idem in ... *Qui* ſimul atq; *in oppidum venerat, immittebantur illi* ...*imò Cibyritici canes.* Idem pro Murena: Simulatq; ...*gnis ſuſpicio tumultus, artes* illicò *noſtra conticeſcunt.*

## ELEGANTIA VI.

Nec omittendum qvod, SIMUL, ſit elegans tranſitio- ...particula, ſeqventibus QVOD, QVIA, UT, NE, Cic. ...ep. 7. SIMUL, qvòd *video, non, ut antehac putabam, no-* ...*ti eſſe inviſum mea.* Salluſt. in Conjur. Simul, qvia *vobis* ...*, qvæ mihi bona maláq; eſſe intellexi*: Hirt. de bell. Alex- ... Simul, ut *contra Q. Caſſium æqvè potentem opponeret* ...*itatem.* Sall. Jugurt. Simul ne *per inſolentiam qvis ex-* ...*ret memet ſtudium in eum laudando extollere.*

## ELEGANTIA VII.

Plurimum ornamenti dictioni attuleris, ſi particulis ..., AC SI, ATQVE, rectè uſus fueris. Iis itaq; hòc utare ...dò: ÆQVE AC, ALIUS AC, ALIUS MODI AC, A- ...TER AC, CONTRA AC, JUXTA AC, MINUS AC, ...R AC, PARITER AC, PROPE AC, PROINDE AC ...N SECUS AC: ÆQVE AC SI, ALITER AC SI, JUX- ... AC SI, PAR AC SI, PARITER AC SI, PROPE AC ... NON SECUS AC SI: ÆQVE ATQVE, ÆQVUS AT- ...e, ALIUS ATQVE, ALITER ATQVE, CONTRA ...TQVE, CONTRARIUS ATQVE, JUXTA ATQVE, ...R ATQVE, PARITER ATQVE, PROPE ATQVE, ...OINDE ATQVE, SECUS ATQVE, HAUD SECUS ...TQVE, NON LONGE SECUS ATQVE. Qvam lectiſ- ...am particularum phalangem ita armamus, Cic. in Lælio: ...*us eſſet tantus fructus in proſperis rebus, niſi haberes, qui* ...*s,* æqvè ac *tu ipſe gauderet.* Idem pro domo ſua: *Nihil* ...ud *videtur eſſe,* ac *meorum bonorum direptio.* Idem l. 2. de ...vent. *Opinio dupliciter fallit homines,* cùm *aut res* aliuſ- ...odi *eſt,* ac *putatur; aut non is eventus eſt, qvem arbitrati* ...*nt.* Idem l. 16. ep. 12. *Ne ſim ſalvus, ſi* aliter *ſcribo,* ac *ſen-*

*tio.*

itio. Cic. in [illegible]
Salluſt. in C[illegible]
de ratione [illegible]
ſpectes hoſ[illegible]
alebus, [illegible]
ribus, maxim[illegible]
Æneid. Haud [illegible]
Neq; mihi [illegible]
Trucidant [illegible]
debeo ſperare. [illegible]
mihi ac merc[illegible]
31. Conſili[illegible]
moueret. A[illegible]
metſi nemo [illegible]
ac dignus eſt, [illegible]
etiam hodie, pr[illegible]
pro perinde. [illegible]
ac meum [illegible]
jus eſſed, quod [illegible]
Cic. Att. l. 13. ep. 49. [illegible]
πρὸς ἴσον ὁμο[illegible]
Idem poſt reditum [illegible]
ea, ac ſi meus frater [illegible]
mum, quod [illegible]
par, ac ſi prope [illegible]
ſent, munito [illegible]
tur: aut elicienda [illegible]
imitatur confeſſionem, pro eo, ac [illegible]
oportebit argument[illegible]
omnia officia [illegible]
Hecyr. 2, 3: — [illegible]
pata. Cic. l. 6. ep. 11. [illegible]
beneuolentia ſum complexus. [illegible]
conſignationem facere inſtitue[illegible]
atq; ille congeſſus ex [illegible]
promiſſa mihi ſolutiſſima, [illegible]

Digitized by Google

-ſunt. Idem l. 3. de Nat. Deor. *Illud profectò confitemi-* longè aliter *rem ſe habere*, atq; *hominum opinio ſit.* Cæſ. ell. Gall. *Ad eum in caſtra venerunt, ſimul, ut dicebatur rgandi causâ, qvod* contrà, atq; *eſſet dictum, & ipſi pe-t, prælium pridie commiſiſſent: ſimul, ut, ſi qvid poſ-de induciis fallendo impetrarent.* Varro de Re ruſt, l. 1. Contra, atq; *apud nos fieri ſolet.* Cic. Somn. Scip. *Ver-ur retrò,* contrariò *motu* atq; *cælum.* Liv. l. 5. ab Urbe *tendebant q; & animis, & corporibus ſuis virilem pati-n ineſſe, & ſe* juxtà *hieme,* atq; *æſtate bella gerere poſ-*ic. l. 2. de Invent. *Si par in nobis hujus artis,* atq; *in illo ræ, ſcientia fuiſſet.* Salluſt. Jugurt. *Vultu, colore, ac corporis* pariter atq; *animo, varius.* Gell. *Homo inſ-bitate, lingva* pariter atq; *vita.* Ulpian. *Qvicqvid aut. remiſſione fit, vel aliâ, qvod locô remiſſionis habetur, pro bendũ eſt,* atq; ſi *nullô jure factũ eſſet.* Pom. *Plerumq; fit, ã ea, qvæ nobis abire poſſint,* proinde *in eô ſtatu ſint,* atq; *eſſant ejus conditionis, ut abire poſſent.* Cic. in Orat. liqvando ſecus, atq; *in tradenda arte dici ſolet.* Idem ato. *Non ſeqvitur illico eſſe cauſas immutabiles eáſq; a-æ, qvæ prohibeant qvicqvam* ſecus *cadere,* atq; *caſurũ* Salluſt. Jugurt. *Solet in illis locis tempeſtas* haud ſecus *in mari retinere.* Gellius l. 11. c. 13. *Qvi verò ita dicit, pidè feceris, cupidè feciſſe dixeris,* non longè ſecus *dicit,* ſi *diceret, ſi cupidè feceris, cupidè feceris.* Confer ſupra ervationem 13.

## ELEGANTIA VIII.

NEDUM eleganter in oratione ſubjici ſolet, præce-te negatione, ſervitq; parti inferiori, ſeu deteriori. Cic. Cluent. *Optimis temporibus non potuerunt, &c.* nedum emporibus, &c. Idem: *Qvæ tantum habent myſterio-, ut ea ne librariis qvidem, committamus,* nedum cuili-librario. Idem pro Planc. *Ego verò, ne immortalitatem lem accipiendam putarem,* nedum emori *cum pernicie ub.* Idem pro Domo ſua: *In ſcelere religio non valu-*

vel; nedum valeas id, quod ...
dicatur.

## Elegan...

Næ per diphthongum Pronom...
Indicativo vel Conjunctivo ...
Nat. Deor. Næ ego incautus, qui ...
Rhetore congredi conatus ſum. ...
quidem ſumma, næ ego multò ...
Terracina. Ibid. ep. 1. Næ tu ...
habuiſti, quàm quibus noſtrum. Idem ...
morietur. Idem 1. Catil. Næ illi ...
Næ tu ſi id feciſſes, melius famæ tuæ ...
Adelph. Næ ego homo ſum infelix. A...
etiam ſine Pronomine uſurpatur, à Cice...
de Syntaxi Adverbiorum, Prœpoſi...
sitionum ſtructuram ſubjungemus.

## De Syntaxi Præpo...
## sitionu...

### Regula I.

*Accuſativum regunt* ... *Præpoſitio-*
nes ſeqventes: *Ad, adverſus, ...*
*ante, apud: Cis, citra, circum, ...*
*contra: Erga, extra: Inter, intra ...*
*Ob: Penes, per, pone, poſt, præ...*
*pter: Secundum, ſecus, ſupra: ...*
*ultra*: ut, Horat. *Impiger ex...*
*mercator* ad Indos. Per mare ...
giens, per ſaxa, per ignes. O...
*atus*, Ante obitum *nemo ſup...*
*debet*.

# OBSERVATIO I.

ntacticam PRÆPOSITIONUM doctrinam traditu- in primis penſi habebimus, ut in juniorum gratiam ſo- ſolicitâ mentis indagine inveſtigemus uſum & vari- elegantem particularum Latini ſermonis. Incredibile ictu eſt, qvàm venuſtent Latinam orationem apposi- bitæ; contrà, uſurpatæ perperam, id qvod non ra- ngit, eandem vitiosè deturpent. Inter has famili- Præpoſitio AD, cui tanqvam anteſignano militant ſtra ADVERSUS vel ADVERSUM. In eorum igitur indo- ulò penitiùs, qvam vulgò fieri ſolet, inqviremus. Et æpoſitionis AD uſus licet longè lateq; pateat, ad duo in primis deſcribenda & deſignanda revocatur ab o Grammatico, Nicodemo Friſchlino Paral. p. p. *um* & *Tempus. Locum*: ut, Curt. l. 3. *Jam* ad teli *pervenerant, cùm Perſarum eqvites ferociter lævum ſtium invecti ſunt.* Sic ſemper uſurpatur cum *Ver-*, *Eo, venio, &c. Tempus*: ut, Cic. Ad horam no- *eſtabant in anchoris, i. e. usq; ad nonam,* Sic, Cæſ. Civ. *Qvin* ad id tempus *partem ſenatus Cordubam* Cic. Att. l. 12. *Aut neſcio qvid interſit, utrum il- veniam; an* ad decem annos. Sic *ad id locorum*, pro, *temp9*. Liv. 5. dec. *Nec ſe* ad id locorum *ſcire, propter ſam conſuli pro hoſtibus fuerint.* Et Salluſtius dixit, *corũ*, pro, *poſt illud temp9* His duob9 paulò commu- ſignificatis jungi poteſt & illa vis hujus vocis, qvâ ujus rei exprimitur. Cic. Qv. Fr. l. 1. ep. 1. Ad tem- umentumq; *pecuniam decrevêre.* Sic, ad memoriã *ntare*, pro, *in memoriã*. Cic. Phil. *Ut extet* ad me- *poſteritatis* ſempiternam. Huc referas licet ſignifi- non inelegantem, qvâ [AD] *Terminum* adſignifica- Plin. *Aqva coqvitur* ad dimidias. ſc. *usq; ad dimi- es*; ita ſupplente & explanante eôdem Pliniô. l. 14. *ſtâ* usq; ad tertiam partem *decoctô*. Nec immeritò edit ea vocis forma, qvæ adhiberi ſæpiùs ſolet, cum

Accuſativis Gerundiorum : ut,
dum *ampliſsimus*, ad dicendum
rùm, omnes hujus particulæ
locupletatur, huc convectare
Syntacticæ Methodi ratio: ſi qua
merò & plurimæ & uſu pulcerrimæ
cis reſervatæ ſunto. Simplici partic
poſita ADVERSUS vel ADVERSUM,
Idem valent 1. qvod erga, nec ſol
piuntur, ſed ſæpiùs etiam in *bonam*
*Pietas & juſtitia* adverſus Deos. Idem
*da eſt reverentia qvadam* adverſus hom
Terent, Adr. *Id gratum fuiſſe adver*
pro, *erga te*, vel *tibi gratum*. 2. Hinc
ſurpatur *Adverſus*: ut, Cic. 1. Verr.
verſus leges, adverſus rempub. 3. No
Aſin. *Calcari qvadrupedem agitabo* adv
loqvendi modò Cic. 1. de Divin.
Præpoſitionem *ex*, præpoſuit, qvò de in
*verſum*, pro, *è regione*. Plin. l. 3. c. 5.
Antipolim. A Comicis verò, ADVERSUM
bii uſurpatum reperies. Plaut. Menæch
*venies ante ſolis occaſum*. Terent. Adelp
*qvicqvam* qvi adversùm *ierant*.

## OBSERVATIO

Huic Præverbiorum *ternioni*, ſucced
*trias* ANTE, APUD, CIS, qvod ultimum
CITRA. ANTE qvoties caſum regit,
*pus* & *Perſonam* accommodatur. *Locum*
*Clodius* ante ſuum fundum *Miloni inſidi*
*ſonam*: ut, Cic. 6. Verr. Ante hoſce
*Tempus*: ut, Idem 2 Verr. *Cauſam inter*
*diceret*. Interdum *Perſonæ* additum deſig
Cic. 3. Verr. *Minutius mortuus eſt ante*
Qvando vero *Adverbium* eſt, nullum

nitur ei, *Poſt*. Cic. 1. Tuſcul. *Paucis* ante *diebus, cum* *è cuſtodia educi noluit*. Caveant verò hic juniores, ne hos Ablativos, *paucis diebus, annis*, &c. regi à Præ-one, *Ante*, nam *paucis diebus, annis*, &c. ſunt Ablati-mporis, ac ſi diceretur, *paucis diebus* vel *menſibus* an-is, præteritis. Apud] Hæc Præpoſitio ab omni compo-is lege immunis, vulgò exponitur, *Juxta*. Accommo- verò rebus jam *Locum*, jam *Perſonam* denotantibus. ut, Salluſt. Jugurth. *Cæterum*, apud aqvam *Syllam* *ſitibus noctem agitare jubet*. *Perſonam*; ut, Cic. Apud inium *caſtra poſuit Cæſar*. Et autore Feſtô, nonnunqvam am *Loci & Perſonæ* conjunctionem ſignificat, ut cum mus: *Cœno* apud amicum. Idem Feſtus ſcitè & ſoler-ſtingvit Apud à Penes. Apud enim tradit ſignificare *ſonam cum* Loco. Penes vero ipsô interprete, *Perſonam*, *minum* & *poteſtatem* includit. Raró etiam pro In uſur- tradunt. Plaut. Epid. 2, 2. *Qvin hodie allatæ ſunt ta- ad eam à Stratippode, eum Argentum ſumpſiſſe* apud *as à Daniſta fœnore*. Tacit. l. 13 Apud Cappadociam. *in Cappadocia*, & l. 4. Apud Achajam, pro, *in Achaja*. fer VVeitzium in Terentium p. 49 & Adamum Dür-m de Particulis p. 57. Nonnunqvam ſuo caſui poſtponi-; ut, Tacit l. 5. Ripam apud *Euphratis*. Cis, Citra] Ex-untur vulgò, *ab hâc parte*, paa denne ſide. Hæc jungi-s, eò qvòd originis qvodam naturali nexu & vinculo juncta ſint. Citra enim à Cis ortum ducit, veluti Ul- ab Uls, monente Gelliô l. 12. c. 13. *Hæ* inqvit Gellius, *rticulæ qvoniam parvô exiguoq; ſonitu obſcuriùs prome-ntur, addita eſt tribus omnibus eadem ſyllaba*, Cis Tybe-& Uls Tyberim *dici cœptum eſt*, Citra Tyberim, & Ul- Tyberim. Et Feſtus ait: Uls *facit ultra, ultimus*: Cis, *ci- citimus*. Nec non Scaliger in hunc locum innuit decli-ta olim eſſe, *Cis, citis*: *Uls, ultis*. Pomponius de origine is dixit: Ultis Tyberim. Idem & Varro alicubi. Hoc verò er Cis & Citra maximè intereſt, qvod Cis freqventiûs *viorum & montium nominibus propriis* præponatur. Cic.

Att. l. 7. *Hoſtis* cis Euphratem
Cis *Tempori* tribuitur, qvomo
Plaut. Moſtell. 1, 1. Cis paucas
*tempus*. Idem Trucul. 2, 3. Cis
*qm*, notante Turnebô l. 4. c. 15.
Sext. Victor: *Cum Conſtantin*
*vundia vi dejectum Imperium i*
Qvando verò Rob. Stephanus &
nantur novam aliqvam τοῦ Cis
trudere, ex illo Salluſtii in Jugur
mare noſtrum & Oceanum, ni
perdomita: in aſſerendo paulò
nim τὸ *Intra*, certo eſt indicio
Rheni partem, qvàm *citeriorem*
compoſitis invenitur: ut, *Cisal*
Lege Manil. *Gallia* Cisalpina *pr*
*ta*. Et cum Verbo Pello, Cispell
*de optumè ſic* cispellam *virum*. i.
c. 15. *aſpellam, repellam, non ſin*
Nam ut idem ait l. 19 c. 13 *Qvi*
*gitur, non ultra progredi permitt*
cuipiam videri poteſt, qvi factum
trarium ponat *Aſpello*, cùm *Aſpell*
contrariã ſignificationem admi
qvàm amiciſſimè conſpirent: idc
te, Capt. 3, 3: *Neq; exilium exi*
*mihi hunc* aſpellat *metum*. Qvi
Taubmannus *Aſpello* ſit *Depello*
apud Virgilium 2. Æneid. Servi
hoc Verbum & Mercat. 1, 2. clar
Nec aliter Cicero 2. Tuſc. ipſ
*mortis terminum inqviro mali*:
aſpellor *Jovis*. In Merc. verò ita
Taubmannus: — *vix ſuff ro her*
*tem pleniſſimè eos, qvi adverſum*
*turba in viam*. Aſpellito, i. e.

licat. Et ita legunt editi codices exceptô Joann. & Paræô, qvi *Aſpellito* refingunt in *Ciſpellito.* ii ut colorem aliqvem inducant, exponunt *Ciſpel-* ſit, *diverſum & ex loco pellito; Aſpellito* verò, Acidalius Capt. 3, 3. Palmerianæ Lectionis tibi- olupe ducit legens, pro Aſpellat virum, *Ciſpellat.* ſuccinit Paræus in Lexico Plautino, & *Ciſpello* tur, abigo; & contrarium ejus facit, *Aſpello.* Et ſeqvutus autor nominatus contrarium ſenſum *re* affingere non dubitat, repugnante contextu, litîs & M S S librîs melioribûs, ipſoq; Turnebô, nô, &c. Sed de hac critica ſatis: plura & ple- bus lubet & vacat, alii. Nec illud omitten- onnunqvam abſolutè uſurpari. Plaut. Merc. *Atq ſectatum undiq.* Deniq;, CITRA ferè, per *Sine* ex- ſt. Columell. l. 7 c. 6: *Nec tamen ea ſola creant d etiam glans, cum* citra *ſatietatem data eſt*, i. e. *ate*, vel *non ad ſatietatem*, Sic Plin. l. 3. Citra fa- *minare*, i. e. *ſine faſtidio.* Idem l. 11. Citra per- l. 7. Citra invidiam, hoc eſt, *ſine pernicie, in-*

## OBSERVATIO III.

æpoſitionum Triadi, aliam jam ſubjungere, ejus- n uſum ex variis autorum fide dignîs locîs de- animus eſt. Illa has continet Præpoſitiones: CIRCA, CIRCITER. CIRCUM] Notæ ſignificatio- ula à *circo* originem habens, ſc. ea notans, qvæ unt in circo, in orbe, in ordine circulari. Virg. —*atq hanc ſine* tempora circum. *Inter victri- m tibi ſerpere lauros.* Uſurpatur etiam inſtar Ad- Plaut. Moſtell. 1, 4.—*age tu Interim da ab Del- antharum* circùm. *Dominus enim*, inqvit Tur- o finem cap. 13 l. 19. *convivii ſic ſæpè jubebat ab m poculum per alios omnes convivas, circumagi, ἐπιπερισοβεῖν dicebant.* Et Joann. de VVovve-

ren ad illud Sid. Appollinaris:
ter inqvit: *Circumferebatur ph*
*bibebant. Athenæus* περιφορ
*tharum circùm Lucian. Lapith.*
λους σύνεχως περιεσοβεῖτο
καὶ ὁμιλίαι &c. *Hinc man*
*Nam ab eo, qvi ſummus accumb*
*cæna factum, h. e. ipſa promulſi*
*tur. Athenæus* περιπόματι πε
*Ita & Apul. Miles 9. Ut primùm*
*biis contigerat &c. Et Plaut. Pe*
*ſum: bibere da usq; plenis canth*
*tatur, in orbem præbere à ſumm*
varia parit compoſita, qvibus m
eſt immorari; ſaltem illud Cice
tetur, qvò *circumpedes* ſervos d
nim ait 3. Verr. ubi Maleoli fili
fortunis ſpoliatum conqveritur
*diit nullam literam pupillo, null*
*vibus reddidit: ſervos artifices*
circum pedes *autem homines fo*
*bat* Ita legit Calderinus: Et Ag
proprietate ac differentia ſermo
Circumpedes, inqvit, *ſunt obſe*
*amicorum.* Juven. *Togati* Ante
verſar. l. 3. ſub finem cap. 23.
Nomine & legit: *Circum pedes,*
Calderin. l. 3. Obſerv. c. 1. Ma
ton. Tranq. & Durrer. Circa
*juxta, propè,* & ad *Perſonam* &
*nam:* ut, Cic. 3. Verr. *Multa ſi*
*ſuis, qvos* circa ſe *haberet,* i. e. *ci*
men dixit in Ep. famil. *Ex liter*
*tibi eſſe animum meum* circa c
non tam ad *Locum* & *Perſonam*

... Circa caprificos ferus, innoxius alio-
... prope. 2. idem qvod Circiter. Sueton.
... tamen moriens, & in tertiis hæredibus
... legatô etiam circa ſeſter-
... 3. Idem qvod In. Qvint. Proœm. l. 8.
circa partis hujus præcepta elaboraſſit. Et non-
abſolutè invenitur. Cic. Att. l. 4. Noſtram am-
& Laconicum, eáq; quæ circà ſunt, velim, cum
... Circiter] Pro ferè, propè, vel ferè circa
& accommodatur in primis Tempori & Nume-
... etiam Loco, Tempori: ut, Plaut. Moſtell.
... hinc circiter meridiem. Ubi tamen nonnulla
... meridie. Numero: ut, Plaut. Mil. Nam illic
... fortaſſe circiter triennium. Nota, Salluſtius in
... non Accuſativô ſed Nominativô utitur præſen-
... Adeò ut vel hinc manifeſtum evadat, Nomen
... nonnunqvam ſuam conſtructionem non
... icula Circiter accerſere, qvàm à Verbo. Salluſtii
... Sed ex omni copia circiter pars qvarta erat
... armis inſtructa. Nec non lucem & pondus ad-
... ſervationi Romuli nepotum diſertiſſimus Cic.
... Accuſativum Præpoſitioni AD, etiam præſente
... endum tradidit. Verba ejus ſunt: Verùm hæc
... ad ſextum circiter idus Majas non defleamus.
... locis inſtar Adverbiorum, ferè, fermè, propè,
... plus, minùs, Græcorum ὡσεὶ, nec non Ebre-
... Caph הַשִּׁיוּר i. e. Caph conjecturalis (qvo de in E-
... 688) uſurpatur. Deniq; notandum eſt, qvòd qvo-
... pus, aut Numerus ſignificatur, non tam Circiter,
... rca ab elegantibus ſcriptoribus dici ſoleat. Loco
... odatur: ut, Plaut. Ciſtell. 2, 4. Loca hæc circiter
... ibi, ut homines.

## OBSERVATIO IV.

... ſi ſingulis Obſervationibus ſuperioribus tres aſſi-
... Præpoſitiones; tam qvoqve huic obſervationi tres
... haſce,



Digitized by Google

haſce, Contra, Erga, Extra, inc
In vulgus nota eſt hujus particulæ ſi
Græcorum τῶ ἀντι. Cic. 1. Of
*In veri inveſtigatione verſantur;*
*gerendis abduci*, contra officium
præverbium Adverbii vicem ſu
bûs Latinum ſermonem floſculis
tim ſuperius in Syntaxi Adverbio
1183. monuimus, partim mox in
Veluti Contra adverſum plane affe
vel perſonam deſignare ſolet: ita ex
penſum & pronum affectum, ac
belleq; affectam notare, locupleti
ubiq; ferè locorum in ſuis ſcriptis,
*modô* erga amicum *affecti ſimus*,
Et ad Att. *Tua voluntas* erga me *m*
*mutua*. Plura qvi volet conſulat Ob
Extra] Contrà ſignificat atqve
Tuſcul. *Solâne beata vita relinqvit*
qve *carceris?* Idem Acad. *Qvid*
univerſa. Deinde pro *Præter*, hoc l
Extra ducem paucosq; *præterea*, &
tra collegium *ſacerdotum ne qviſq*
*eſſent conſtituta, noſſet*. Tralatitie
dô à Cicerone haud rarò τὸ Extr
qvo de Elegantia II.

## Observati

Qvantum in indagando vero uſ
mus ſtudii, tantum etiam in hiſce
tra, Infra enucleandis opera
Hæc Præpoſitio medium vel commu
cujus participatum duæ pluresve re
Tribuitur verò in primis *Loco* vel *P*
Amic. *Ea caritas qvæ eſt* inter nat
Orator. Inter ingenium & diligent

Digitized by Google

*eſt arti.* Et 1. qvidem tantundem valet, qvòd *Apud*, : ut, Cic. de Orat. *Non ſum neſcius iſta* inter Græ- *& deſceptari ſolere.* i. e. *à Græcis*, vel, *apud Græ-* m de Somn. *Homines, qvi terram incolunt, interru- eſſe, ut nihil* inter ipſos *ab aliis ad alios manare poſ- apud ipſos.* 2. Exponi poteſt *Invicem, mutuò.* Idem *iceronis pueri amant* inter ſe, *diſcunt*, &c. 3. Red- oteris *In*, vel *Cùm*, additô Conjunctivô; ut, Cic. *Hæc* inter cœnam *tironi dictavi, ne mirere aliâ ma-* id eſt, *cum cœnarem*, vel *in cœna.* 4. Expoſueris In- nut. — *qvot potiones mulſi? Qvot autem prandia,* er continuum *perdidi* triennium. 5. *Aliqvando* let; Cic. de *Amic. Conſtat* (ut opinor) *bonis* inter *qvaſi neceſſariam benevolentiam eſſe, qvi eſt amici- à natura conſtitutus.* Rariùs verò *Temporibus* tri- Cic. pro Qvint: *Qvi* inter tot annos *ne appellaret Qvintium.* Idem pro Pomp. *Qvi* inter tot annos *ventus eſt, qvem ſocii in urbes ſuas cum exercitu ve- ideant.* Nonnunqvam etiam ſuo caſui poſtpoſitum s: Cic de Amic. *Qvaſi* qvos inter *ſocietas eſt, aut t futura eſt, eorum eſt habendus ad ſummum naturà ptimus beatiſſimusq; comitatus.* Hujus particulæ ge- im tantò ſtudioſiùs inveſtigavimꝰ, qvantò parciores ιμυεςέϱυς heic comperimꝰ Franc. Sylv. Ambian. alcum, Stevvechium, Horat. Turſelin. perſpicaces oculatos particularũ etiam minutularũ ſcrutatores. s qvidem Durrerus ſolicitô, ut videtur, ſcrutiniô ve- num ſignificatũ τȣ̃ Inter pro *In* è *Plauto*, Ter. &c. c glaciem ipſô priùs ſecuit *Philippꝰ Paræus* in Lexi- ino, qvem è veſtigio ſeqvitur. Intra] 1. Sæpe ſtatũ rei in loco interiore, vel Temporis certum inter- declarat: ut, Cic. Brut. Cùm tantum inſideat intra nali. *Plin.* ep. *Qvi igitur* intra hos proximos decem *amnati*, &c. 2. Notat *Inter*: Liv. 5. Bel. Pun. *Hæc eſt d Traſimenum pugna, atq;* intra pauca *memorata mani clades.* 3. Significat *Apud*: Plin. l. 3. ep. 10.
*Præ-*

*Præcipuè cum affirmaveris* intra e
*emittere*. Et abſolutè; ut, Colum
*& opercula extrinſecus &* intrà *d*
*bant*. Infra] Præpoſitio contra
Cic. l. 6. de Rep. Supra lunam *ſun*
*tem nihil eſt niſi mortale*. Præpo
uſus etiam eidem Ciceroni placui
*homini accidant*, infra ſe *eſſe judi*
Ciceronis locus in Bruto, qvô *Inf*
*noris æſtimari*. Ejus verba hæc ſun
curgum fuit. De *infra* & *ſupra*, n
diſſerit Valla l. 2. Elegant. c. 53. p
*in eodem loco ſedere poſſint, tamen*
*qvod illud* contiguum *eſt*: *hoc inte*
per lapidem, *magis qvàm*, ſupra la
*lat*, *vel nubes pendent* ſupra nos,
*Non tamen ſic ſemper, ut apud Q*
ſupra terras *adeo rabioſa bellua, cu*
Et Livium l. 44. *Ubi circa muros* ſu
*decim pugnatum* eſt. *Intra & Inf*
*intra ad numerum & ſpacium refe*
es & intra muros, *non autem* inf
*Infra ad dignitatem & ad locum*:
am *eſt*, & infra tectum, i. e. *fub*
*habet relativum Extra: Infra verò*
*tivum habet ſuper: ideoq; factum*
*urinator mirificè natat duratq;* ſup
la. Cujus diſſertatio partim ſuapt
ipſe hujus inventor Valla inventæ
ni, qva contiguam loci rationem τ
τῷ *ſupra* interjectum ſpacium, ſt
jus adimat. Accedit qvod Cicero
dubitârit de terra ſuperobruentib
cinctâ: *Mare qvod* ſupra terram e
illud certè de rebus etiam aliis cer
& non tantum in contiguo locatis

tis promis.— condis Plin. ep. 87. *De hujus negò-ſinariiq; ſententiis in commune omnes* ſuper cœ-*ſebantur.* Nec diſcrimen Vallæ inter *Intra* & *Infra* ium eſt. Etenim Plin. l. 11. c. 44. τῷ infra numero ndo accomodavit: Qvæ hunc *numerum pedum ex-erreſtria, ut pleriq; vermes,* non infra duodenos *ha-tqva verò & centenos.* Et l. 18. c. 26. *In eundiem na ſubjicito æſtate totâ, hyeme pauciora, non tamen* vena. Deinde cùm ipſe Valla dicendum præcipiat, *ctum,* qvidni eodem fori Romani jure dixeris, *In-os.* Deniq;, Qvintilianus l. 11. c. 3. dixit, *Horten-a tantùm* intra famam *ſunt.*

## OBSERVATIO VI.

rbiorum qvinqvies ternorum uſu enucleatô, ad re-inqvies terna excutienda pergemus: JUXTA, OB, PER, PONE, POST, PRÆTER, PROPE, PROPTER, SE-, SECUS, SUPRA, TRANS, VERSUS, ULTRA. JUXTA] genuina indoles etiam in vulgus nota eſt. 1. namq; ſæne ſenſu adhibetur, qvô *Apud:* ut, Cic. Att. *Se-t* juxta viam Appiam, *ad V lapidem.* Virg. 7 Æneid. enitorem *aſtat Lavinia virgo.* 2. Idem valet, in pri-d Hiſtoricos, qvod *Secundum.* Tacit. l. 5. Juxta De-*manu eſt.* Idem: Juxta libertatem, *paucorum do-, regia ibidem proprior..* De JUXTA Adverbio, aliàs-utè uſurpato fuſiùs & elegantiùs alibi. OB] 1. ſæ-nificat *cauſam efficientem,* uti & finalem, atq; ſic ex-et, *propter.* Cic. pro Marc. *Ut mihi qvidem videan-mortales, etiamſi pœnas à Pop. Romano* ob aliqvod *n expetiverunt.* Idem pro Fontej. Ob aliqvod emo-im ſuum, *ſi qvi aliqvid cupidiùs dicere viderentur.* valet τῷ *Ante:* ut, Cic. Ob oculos *mihi hæc mors ſt.* Idem pro Sext. *Mihi* ob oculos *exitium verſa-*lim etiam *Ad* ſignificârat, teſte Feſtô. Ennius: Ob *noctu legiones ducere cœpit.* Hinc compoſitô *obſerò ero* uſus eſt Lucilius l. 29. *Ut nunc hæc re mihi òpem*

*atq;*

*atqve auxilium* obferas. Penes
næ jungitur, & dominii, poteſta
Vid. Obſ. 2. Liv. 7. bell. Pun. Pen
Plin. *Fides* penes autores *erit*. *Ap*
*iſthæc jam* penes vos *pſaltria eſt*.
*adſunt ei*, qvem penes *eſt virtus*. P
nim tantundem valet, qvod Græc
nem: ut, Plaut. Amph. *Eant* p
Geor. per purũ *immiſſo habenis*.
de la Cerda p. 342. v. 17 Hor. Od. 34
*eqvos*. 2. *Inſtrumentũ* vel *perſonã*, p
vel cujus opera utimur, ut, Col. l.
*tarios* per cornu *faucibꝰ infũdito*.
*utrũ* per procuratorẽ *agas*, *an* per
nata eſt illa locutio Ciceroniana. P
râ, ac propriô marte efficere aliqvi
pro Syl. *Nihil audacter ipſos* per ſe,
*iſſe*. Idẽ pro Seſt. P*er ſe ipſa ſplendet*
*unqvam ſordibꝰ obſoleſcit*. 3. Joh. L
versũ Virgilian. 1. Georg. Per duod
*aſtra*, Per *exponi poſſe*, propter, ſed
ſa efficiens denotatur Præpoſitione
nicntius qvadrat locꝰ Plautin. Stic
nam *incœnato Gelaſime, eſſe hodie*
*cœnã, ad qvam te invitavi, tuã tibi a*
4. Ad *Tempꝰ* denotandũ refertur:
triennium, *niſi ad nutum iſtius eſt ju*
*um rei alicujꝰ*: ut, Cic. pro Roſc. An
*vitam amittere*. Idem 7. Ver. *P*er lu
*honores pervenire*. Sic, *Per ſimulati*
*cauſam*: Cic. ad Qvir. Per ſimulatior
*diderunt*. Liv. l. 1. Per ſpeciem *aliena*
*firmavit*. Idem: *Ut cum appropinqvar*
*cauſam ſuſtineret à tergo agmen*. Pe
tudinem, Per Otium, Elegantiaru

Digitized by Google

*Deprecantis, Confidentis, Obſecrantis:* ... *Ad ipſa recuperanda* per fortunas *incumbe.* ... *Sed* ... per Deos. *Deprecantis:* ... qvam ... vius fuit, qvàm in depre- ... Præpoſitionem ejusq; caſum interponere ... Terent. Per ego *Deos,* &c. Virg. Per ego ... *tuam te oro.* Plaut. Per ego *vobis* De- ... Senec. Per te *parentis* memoriam *ob-* ... Per te ſacra *precor,* i. e. *te per ſacra pre-* ... Briſſonium in Formulis, & Taubmannum in ... Obſervation... Turnebi Adverſar. ... Ciceronem 1. Tuſcul. Per ipſum animum, ... *ſi nihil eſſet in eo niſi ut* per eum *viveremus* ... *hominis vitam ſuſtentari, qvdm vitis &* ... inqvit Turnebus, per animum ipſum, *juran-* ... *eſſe credo, ut ſi diceret:* *Juro eum* ... *qvo nunc diſſerimus.* Hæc ille. *Conceden-* ... Philip. *Petiit ut tibi* per me liceat *qvendam* ... Idem pro Mil. *Clodium nihil delectat,* ... *fas ſit, aut* per leges *liceat.* Deniq; ... Per auget. Plaut. Menæch. 1, 2. *Oculum* ... *Mihi, Menæchme, ſi ullum verbum faxo,* ... *Oculum perſolum,* i. e. *oculum prorſus ſo-* ... inqvit Turnebus Adverſar. l. 18. c. 14. *Infum ſe* ... *particula augendi data eſt verbo, qvod o-* ... *incrementi.* Qvod ſi lectio Turnebi vera ſit, ... Adverſ. l. 11. c. 7. è Plautinis Menæchmis 1, 2. ... huc referatur. Sed Hainisfeldus notat in ... legi, *perſolla,* hinc ille legit dicto loco: ... *oculis odium me vocas? Ebriola* per- ... *Eſt autem* perſolla, veluti Gloſſarium ejusdem ... *perſona minor.* PONE] Præverbium ipſa antiqvi- ... ſignificans *poſt.* Plaut. Cur. Ponè ædem ... l. 18. c. 1. *Qvi* ponè arbores *eſt.* POST] Hujus ... in trivio notiſſima eſt. Virg. Ecl. 3. —— *Tu* ... Liv. l. 5. Annum poſt qvintū decimum

*creat*

*creati conſules.* Qvæ teſtimonia inc
*locū* referri, id qvod primo verſus c
luti ultimum exemplū monſtrat.
Phil. 1. *Cum ei nihil adhuc* præter
*neruq; acciderit.* 2 *Supra.* Idē 1. Div
*Albanꝯ.* 3 *Præ.* C. Qv. Fr. *Qvod ſi ut*
*remur, unꝯ* præter cæteros *adjuviſ*
*eo genere* præter cæteros *excellunt*
Cic. *Amicum ſibi ex Conſulibus ne*
Lucullum, idem pro Cluent. *Om*
nam *Scamander damnatus eſt.* Et a
pætum, non rarò transfertur: Liv
*maris Neapolim transmiſit,* i. e. ex
tantur *Ante*, minùs animadverter
tem in loco adſignificari: cùm p
*Ante*, ſed unà menti cogitandum
*cum*, Id qvod ipſa Latinorum te
Liv. Præter Caralitem paludem *ag*
Præter ripam *euntibus Galli Matr*
currere. Plaut. Prolog. Pœn. *Ne*
*ambulet.* In hiſce tribus locis vi
æqvivalens: noſtrate verò idiomat
ris, forbi. Prope] *Juxta, non l*
in Bruto: *Cum plebs* prope ripam
l. 7 ep. 24 *Ut non modò* prope m
*raret.* Liv. l. 1. *Eò majore gaudio,*
*erat.* Tacitus: Prope ſeditionem
*Ob*: Cic: de Orat. *Non* propter *rel*
*nas jure & lege perſolvo* 2. *Prope,*
de Nat. Deor. *Vulcanus tenuit inſ*
*Vulcania nominantur.* Idem con
*rotas, qvi* propter Lacedæmonem
*præterlabitur.* Idèm de Clar. Orat
*tonis* ſtatuam *conſedimus.* i. e. *ante*
Idem pro Sext. Roſc. *Duo filij* pro
*coram patre.* Secundum] 1. *Juxt*

[illegible] de hoc [illegible]

[illegible] Matth. 5. [illegible]

[illegible] secundum [illegible]

[illegible] potest.

Digitized by Google

[illegible] effitate præcipi-
[illegible] petitio in Curia quis-
[illegible] beneficii ſive principii
[illegible] fuerint ? e. g. Quando
[illegible] eſſe, & quid
[illegible] inambularet cum
[illegible] Lælius ſenex; tum
[illegible] ablativus, (Lælio,
[illegible] (Ennio,) propter
[illegible] adſiſtens,
[illegible] minis neceſſaria,
[illegible] in memoriam revocare juvat.
[illegible] ſive juxta cujus
[illegible] &c. Confer Syntaxin pag.

## [illegible] VIII.

[illegible] illa, quæ com-
[illegible] immunis eſt ;
[illegible] ad Verrem. Hinc
[illegible] p. 383. amant
[illegible] ex Præpoſitionibus : A, ab, ad, con,
[illegible] Abducta [illegible]
[illegible] alii ad Philoſophiã,
[illegible] applicant. Item pro
[illegible] P. Syl-
[illegible] Idem.
[illegible] Sic
[illegible] Aliquando
[illegible] appoſitum [illegible]
[illegible] pro Miloq. [illegible]
[illegible]
[illegible] 4 Cael. [illegible]
[illegible]
[illegible]

 Repe-

Reperitur etiam In, cum qvies ſign
*Digni ſunt amicitiâ, qvibus* in *ipſi*
*tur.* Idem pro Dejotaro: *In exluc*
*crimen* inſidet. Vide p. 1030. Re
Ex his nonnulla Dativum poſtula
qvemadmodum traditum inveni
ſerv. 2. p. 1014. Huic Obſervati
mus, commodùm monemus, Ci
maximam partem uti, *Præpoſitio*
In *Galliam Antonius* invaſit, in
*uam uterq; provinciam.* Sic fuere
Anomalias.

## Anomali

*Præ*poſitionum gemellos, in
nullâ obſtante vel interveniente a
perit. Id qvod & Taubmannus in
animadvertit. *Solebant* inqvit, *Pr*
*nare:* ut, *In circum*, pro circumq
*ante, adex, ad ultra, ab ante, in*
*ex usq, in usq.* Papinianus: *ſtrict*
*re,* hoc eſt, *ejus, qvod ſuperabund*
*id qvod abundat, negligere plerum*
*ſimè Cujacius inſuper habere, pro*
*tur eſt.* Eodem ſenſu, Agell. l. 1,
*viâ atq; attentiore animô ſit, tan*
*amq; non* in ſuper *habendam intel*
vardi JC. Item notes inſcriptioni
de ſuprà Anomal. 1. Reg. Præp.
mus exempla. Cic. 3. Att. de Q
*triſtes, nec varii tenentur* ex ant
ad pridie *Kalend. Septemb.* Terent
*eſt fabrica.* Alvarus de Conſtr. Pr
plum ex Cic. 7. Verr. *At cum in*
Sicilia, *tamen in Siciliam non fuit.*
ùs à vero, *Præpoſitio* conſtituitur,

Digitized by Google

*ſcire ex te, cur urbanas res tam* deſu
re: deſubito *hilarus, triſtis, ſaltat,*
Q. Ligario: *Sic, cum hoc domi fac*
*& ut ſpero, non fruſtra fecimus, ty*
*clamare cœpiſſes: Cæſar, cave igno*
nianum exemplar accuratè interp
Notis Jan. Gulielmii & Jan. Grute
Stephani in fol. & Nizolius in Obſ
ge ejusdem Ciceronis teſtimoniu
*quid oculis rapere viſu eſt* derepent
particula, *de improviſo*, bis peccat
tam conſtituit. 2. Quod disjunct
ruloquitur pro Roſc. Amer. ſub fi
laudata Edit. Frobeniana: *Solent*
*cere, cum prælium committunt,*
*hoſtium fore arbitrentur, milites c*
*acie fugerint*, de improviſo *incida*
lectio ex analogia ſimilis loci Cice
ex improviſo, *ſi qua res nata eſſen*
*nere*. Quæ eſt lectio Caroli Steph.
Editione ſecunda ita ſentit: *Præp*
*non applicabitur; quamvis legerim*
repente & exinde, & abusq; & d
*unam partem orationis ſub uno*
De his quidem exemplis nihil à ve
tus: de omnibus verò idem ferre
net) cum, *à mane, à pridie*, dixiſſe
vimus. Et has particulas è Præpo
ſitas, non minus quàm Donatus
rationis partem Adverbium ſc. ref
qui voluerit de Præpoſitionibus
tis, cognoſcere, videat, ſi vacet, N
rum indagine p. 519, 918. Edit. Pa
1614. Taubmannus in Plauti Merc
tat facilè probari poſſe, geminatas
tas fuiſſe. Certè Taubmanno hi

[illegible] demuis quod ...
[illegible] qui in eum ... 
[illegible] Virgil. ...
[illegible] legendum esse ...
[illegible]
[illegible] Itemque ...
[illegible] legitur in ...
[illegible] de Asino ...
[illegible] non solum ...
[illegible] Ita enim habet
[illegible] aliquid ...
[illegible] est quod ...
[illegible] Prepo-
[illegible] Praepositionibus
[illegible] prosecutus ...
[illegible] Alvarus Hispanus
[illegible]

[illegible]

[illegible] Præpositiones ...
[illegible] Calendas Majas de
[illegible] pridie ante Ca-
[illegible] ... nunc
[illegible] modo, i. e. ob
[illegible] Magis id
[illegible] Id quod
[illegible] Idem
[illegible] ... lament, sunt id
[illegible] exempla infra Ob-
[illegible] Æneid. Ibis in Ita-
[illegible] Observ. in Synt. Ver-
[illegible] p. ... 67. Hactenus
[illegible]
[illegible]
[illegible] Præpositionem
[illegible]

[illegible] *ſentium* [illegible]
[illegible] *ſiveq non adjectum* [illegible]
[illegible] *laudabile* [illegible]
[illegible] ad naturam ipſa-
[illegible] *poris,* &c. [illegible] *Et in* [illegible]
[illegible] *Ad* [illegible]
[illegible] *Ad liquidum, Ad prop-*
[illegible] *Ad iſtum, Ad aſſeq.* Plaut.
[illegible] *quicquam* [illegible] Cic.
[illegible] Ibid. *Illud te ad* [illegible]
[illegible] *variis coloribus*
[illegible] *confectio.*
[illegible] lib. *Pietatem con-*
[illegible] *fratri præſtitiſ-*
[illegible] Lib. [illegible]
[illegible] pro Milon. *Quatenus ad*
[illegible] *Milonis cauſam non per-*
[illegible] *libris tractatum lo-*
[illegible] *carmen repre-*
[illegible] *coërcens, atque*
[illegible] Colum. l. 6. c. 12.
[illegible] *extrema pars ipſius*
[illegible] Plin. ep. 15. *Heus*
[illegible] ; ad alteram *in-*
[illegible] uſus placuit
[illegible] ſubtilius aliquid
[illegible] *qui hæc ſubtili-*
[illegible] porius uſurpa-
[illegible] præcc. Virg.
[illegible] dera *palmas,*
[illegible] *ſenſus,*
[illegible] adhibitâ, qui
[illegible] de Orat. *Licini*
[illegible] *Ad verbum* pro
[illegible] *Ad ſummam,*
[illegible] *latinas ad*

 ver-

Digitized by Google

[illegible] per ætatem [illegible] cum poſſes vendere [illegible] dicitur. Liv. 7. Bell. [illegible] per ordinem [illegible] hominibus [illegible] ſed [illegible] cit. [illegible] Liv. 5. Verr. Nemo [illegible] ſtrenuitor, vigilantior, [illegible] nos homines natos [illegible] in libris [illegible] Liv. [illegible] Qv. Fr. Ecce ſupra caput homo [illegible] exercitu ſupra [illegible] dixit, ſupra ætatem [illegible] Livius, ſupra [illegible] ſupra [illegible] ſequitur. II.

[illegible] Præpoſitio [illegible] Cum, coram, De, E, ex, [illegible] Sine, Tenus: ut, Cic. [illegible] agendi capiens [illegible] de Apelle: Nulla dies [illegible]

[illegible] modo [illegible], modo [illegible] ſignificatione poſtulante [illegible] erga, contra, [illegible]

vul-

... in ſingulari ...

... ſtabilem eſt.

... auditant, hunc ...

... contra na-

... jura, i. e. ſtabiliter,

...

... inde-

... eſt, qve-

... experiemur

... ex-

... A. Ar-

... quidam junctum

... Cic. in

... hic ſe effici-

... temporis,

... Nam

Digitized by Google

Huic ...

... b in Antonia ...

... India. Plaut. ...

... collegit ...

... ABS), Raro eſt ...

... frequentius utuntur. Abs...

... accipere ...

... ſequente litera T, ...

... ſequente Q, ut in ...

... ABSQUE, frequentius ...

... ipſum. Plaut. Perſ. Si abs...

... Nam absque te eſſet ...

... Ter. Phor. — Nam

## ... VATIO II.

... ſuccedit ...

... Præpoſitio ...

... comitem ... perſona...

... Plaut. ... cum

... Cic. pro

... cum ferro ...

... per Q ſcribatur,

... habet, hic verò per

... per G fuiſſe ſcriptum,

... diſcriminis cauſa

... ſcribendum CUM. Confer

... in ...

... Mihi verò ipſi ...

... latronis ... D. Ad. L. Tri-

buitur

Digitized by Google

[illegible] Horat. [illegible] PROCUL] [illegible] capio, & L. [illegible] Procul mari [illegible] procul igne. A [illegible] adducunt locu Livii & [illegible] PROCUL. [illegible] procul muros [illegible] verba ita referunt [illegible] Sed in meliorib [illegible] Plinianis, procul Neapo- [illegible] & optima editio [illegible] l. 4. c. 22. p. 229 [illegible]] [illegible] bell. Pun. [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] in [illegible] Liv. [illegible]

Digitized by Google

[illegible] Cic. [illegible] [illegible] [illegible] templo. [illegible] [illegible] bellum, [illegible] [illegible] est. Plin. [illegible] [illegible], disertissimus super [illegible] Virg. 6. Æneid. — super [illegible] — Et plus [illegible] [illegible] & quadraginta [illegible] [illegible]. Nota: [illegible] Cic. 2. de Fin. [illegible] Virg. [illegible] Cum verò Ablati[illegible] exemplum docet, 2. [illegible] Virg. [illegible] Virg. [illegible] super [illegible] Præpositionem super [illegible] [illegible] : [illegible] exempla [illegible]

[illegible]

[illegible] ut in breui de [illegible]
[illegible] Hyſpanis & quis in [illegible]
[illegible] in hoc ſtro [illegible]
[illegible]
[illegible] Mart. Nam [illegible]
[illegible] conſumatur [illegible]
[illegible] rebus reddita, pro [illegible]
[illegible] ſolum [illegible]
[illegible] pro [illegible]
[illegible] ciuitas Athenienſi [illegible]
[illegible] Gifanius in indi [illegible]
[illegible] tempore habent.
[illegible] poſitis redundan [illegible]
[illegible] ad [illegible]
[illegible] dicbus [illegible]
[illegible] & [illegible]
[illegible]
[illegible] Propoſiti [illegible]
[illegible]
[illegible] Cl. V [illegible] de [illegible]
[illegible]
[illegible] ab ſentia [illegible]
[illegible]

Digitized by Google

Digitized by Google

[illegible] *Diuitiarū opibus*, pro [illegible]
[illegible] Fin. De misero [illegible]
[illegible] *propter virtutem* [illegible]
[illegible] lamur. *Dolorem* capere
[illegible] Ordine dicere, pro,
[illegible] ex ordine, Idem
[illegible] 4, 11 Ordine di-
[illegible] &c Virg. 11 Æneid.
[illegible], veluti idem 1 Æne.
[illegible] Iove nate *Hercules* sal-
[illegible]. —de pellice ha-
[illegible] est *illic Philocratem*.
[illegible] summi virtu-
[illegible], id est, *summa* [illegible]
[illegible] copiis, id est, [illegible]
[illegible] id est, *cum primò* [illegible]
[illegible] hac *singulis in* [illegible]

[illegible]

[illegible] CL. Voss.
[illegible], In, Ex, non-
[illegible] *Gessi-*
[illegible] *apud Paulum* L.
[illegible] super pecu-
[illegible]
[illegible] *& Gross* [illegible]
[illegible] in aliquis codicibus [illegible]
[illegible] operis *sui* [illegible]
[illegible] *Florentina* [illegible]
[illegible] est lib. eodem c. 4.
[illegible] *suis* [illegible]
[illegible] *Florenti* [illegible]
[illegible] c. 7. habet [illegible]
[illegible] collocandi [illegible]
[illegible]. Idem l. 5. [illegible]

[illegible] c. l. 3; [illegible]
[illegible] l. 4. [illegible] In
[illegible] Apposit[illegible]
[illegible] quert, in medio [illegible]
[illegible] apud Gellium l. 17. c. 8.
[illegible] illud dictum [illegible]
[illegible] deligendum [illegible]
[illegible] , quod [illegible]
[illegible] esse in [illegible] pote-
[illegible] charactere ſcribe, vi-
[illegible] Priſcianum l. 17. [illegible]
[illegible] in Propert. Eleg. [illegible]
[illegible] de beneficiis c. 37. [illegible]
[illegible] Schottum lib. 1.
[illegible] voce [illegible]
[illegible] , quo [illegible] heic
[illegible]
[illegible] jam [illegible]
[illegible] , ita
[illegible] Accuſativi, [illegible]
[illegible] Obſerv. Oiſſ.
[illegible] 57. hac addidit [illegible] , Cic. l. de
[illegible] ſ[illegible]ceret in herba
[illegible] vulg. habe-
[illegible] conjectu in
[illegible] in Me-
[illegible] in lecto [illegible]
[illegible] medius [illegible]
[illegible] invaſit in corde in-
[illegible] venit in regio-
[illegible] de A[illegible]-
[illegible]
[illegible] , & ita libros aliquos
[illegible] vero pro [illegible] ,
[illegible] in ædibus [illegible] . Varro
[illegible] . Conſer eundem Pop-

Digitized by Google

... perant c'ete'um; in
... patear, Liciniani fy-
... nodo fuit intelligendus
... tantum Diœceſis ...
... tenſas. Eodem ...
... ſuus ad Sparti-
... cebet ad ...
... ad Orachum
... Ephet gerea Ae-
... Sarili ...
... ad Orathos. Ab
... Cyathos. Sic &
... commodum probe
... io de Fulli:
... de Cœnobio.
... Servus
... Bonandis &
... s, in Ti-
... quoq; exco-
... ſuo per ladum
... adiſſet, &
... ſſe. Et in Ne-
... probatiſſimo,
... exceptis ...
... ſius Comme...
... ebatur à commend...
... in S. Martino de
... Commendatarius ...
... ſeſſione,
... rinus, qui à pugione
... aquæductu. A cum-
... iis iungo non paucis
... regia, ab

aurea

Digitized by Google

...ſecunda...
...pecuniam...
...accipere poſſet.
...Cic. Att. A me ſtatu...
...Habrenat...
...ab omni
...Idem. Di...
...Cæſar. 1. de B. Civ.
...facibus. Macrobius 1.
...Ab ſæculo...
...Ciceronem...
...Att. li. 6. Tam nunc e-
...eundem dixit. At
...Terentio placet,
...& guſtus
...Ab ungui-
...Horat.
...ad imos,
...Nonne ab
...conjectu-
...fraude, falla-
...Epiſt. Contempla...
...Plin. lib. 7. c. 17.
...idest a
...ceres,
...Nec ſe-
...
...Cic. 12. Tu
...humili ſerè
...apud Horat. 1. Serm.
ſat.

Digitized by Google

[illegible] ter à natura instructus. Ibid. Nudis [illegible]. Id. pro Dom. Ta[illegible] [illegible] nuda ves à magistratibus? Idem [illegible] Oratoribus quidam *in foro* solitudo. [illegible] causis & judiciis districtior *sum*. Id. [illegible] à labore *praestiterit*. Huc refer illud [illegible] Curc. *Tam à me pudica est, quasi soror mea sit.* à [illegible] *quod attinet*, & Terentii Hecyr. *Nam atque ut* [illegible] *aetatem tum fiet*. Idem Phorm. Otiosus ab [illegible] etiam elegantem dicendi rationem parti-[illegible] cum his Praeverbiis constructa. Cic. pro Mu-[illegible] à me defuit. Idem pro Milon. *Tibi T. Anni* [illegible] *meris, nullum studii, nullum pietatis officium* [illegible] ludit illud ejusdem Ciceronis Att. *Cum Ro-*[illegible] *forum* refrixerit, id est, *judicia quod attinet*: [illegible] ascribas licet, *Doleo ab animo, doleo ab ocu-*[illegible] *gritudine*, quae Plautina sunt. Id. Trucul. *Bis* [illegible] ab re, *atque* animo *simul*. Nec inconditus est [illegible] *versus, in*, vel eo, quod vulgo dici solet, à [illegible] Cic. Brut. *Firmos omnino & duces habemus* [illegible] *& exercitus*, id est, *in occidente, versus plagam* [illegible] Plin. l. 12. c. 14 *Undique rupibus invia, &* à dex-[illegible] *inaccessa*. Caes. lib. 7. bell. Gall. de Uris: [illegible] *studiose conquisita*, ab labris *argento circum-*[illegible] *partes laborum ipsorum cornuum*. Ter. Andr. [illegible] Liv. 3 Ded. Ab Romanis [illegible] *acciverant*. Liv. 2. ab Urb. *Illiusque* ab latere, [illegible] *tutum est*. Cic. 1. Div. *Quod fu-*[illegible] *requirens Jupiterne cornicem* à leva [illegible] *jussisset*. Plin. lib. 24. c. 15. *Rubi folia* [illegible] à summa sinistra, pro, *à sinistra parte* [illegible] Virg. *Ne dimudetur* à pectore, *ne cicatri-*[illegible] Plin. lib. l. 16. *Hylas traxit nocturnum* [illegible] *capitum per-*[illegible] *utri* [illegible] l. 17. c. 2. *Qua in re falluntur plerique cum in vi-*

 *neis*

*neis pedamenta non ſint* à vento
à ſeptemtrione *ſervandum*, pro
*flat ventus*. Id qvod integrè inte
Pli. l. 13. c. 25. *Laudatiſſimo* à p
*Myrta caudex craſſior, qvam th*
reliqva ſui parte. Cæſ. l. 8. A pa
*ri ſubjicienda eſt*. Idem l. 7. c. 2
*uncus*. A nobis domo *eſt*, pulc
*domo*. Ter. Adelph. *Qvinam* à
*res*, ubi Donatus exponit, *meæ*
Lect. Ep. 7. notat non ex loco,
ſignificare, qvando vocis com
*Læta* ad ſe abducit domum, pr
Ad me abducta eſt domum, pro
tivus Perſonæ apud Plautum &
domum, familiam. Terent. An
A vobis, id eſt, *à domo veſtra*.
*rio*, apud eundem. Plautus Tr
Aliqvando *ab eo*, *ab illo*, pro *eju*
tio autore mundiſſimo. Eunuc
hanc *qvam video velle*, *inibo*. U
*inibo*, pro, *ejus gratiam merebo*
illo *animadvertenda injuria eſt*
*illo injuria, qvam facit, non qvam*
*juria ejus*, *amphiboliam feciſſet*
*lio, an qvam ipſe aliis intulit*, Pla
id eſt, *ſervum ejus*. Id. Bacchid.
*ejus*. Similis dicendi figura etiam
nitivum deſcribunt. Lucret, l. 2,
*tur* ab auro, pro, *fulgorē auri*. Id
*moſa* Ceres *eſt ipſa* ab Jaccho :
*labioſa, phileina*, pro, Jacchi Cer
*reus Milonis*, vel accuſante Mil
Plautum : *Foris* concrepuit à ſe
Molleri Specilegia. Raritate

ſus, qvô ad *per* ſignificandum adhibetur. Cic. pro *lars ſæpe ſpoliantem atq; exultantem evertit, atq;* per- ejecto, pro, *per abjectum*, Ovid. 13 Metam. Occidit *ſic Dî ſolviſtis*, Achille. pro, *per ſortem*. Huc etiam um uſum harum vocum non minùs ſuamet raritate , qvô *cauſa propter qvam* exprimitur: ut Ab illo fri- le calet, &c. Taubmannus ſuper Menæch. act. 1. ſc. 2. *Ab ſe*, pulcrè dici pro ſponte ſuâ. Verba Plauti hæc *lave, mane obſecro hercle*: ab ſe *ecca exit*. Sic Rudent. *c literata eſt*, ab ſe *cantat cuja ſit*. Truc. *Ecce* ab ſeſe *r foras*. ab ſe. id eſt, *ſponte, ultro*, &c. Noſtrate idi- dicimus, aff ſig ſelff, / ſelffwilligen. Effe- c ipſum aliàs Latini per *A ſe, ex ſe*. Cic. l. 1. de Orat. *non ipſo aliud* à me *prompſiſſe, ſed fortuito in ſermo- rem incidiſſe*. Ibid. A ſe *aliqvid facere*. Plaut Pœn. *ia omnia. Nimium exhibent negotium hominibus ex* atioribus Latinitatis prægustatoribus ſapiunt & il- aliqva re *ocium eſſe, habere, tempus dari*. Cic. Att. ne ab re tua eſt ocii *tibi, ut etiam Oratorem legas*. Phorm. *Nunc una res reſtat mihi, qvæ etiam conſici-* ium à ſenibus *ad potandum ut habeam*, hoc eſt, *ut potare mihi liceat*. Cic. in Verr. *Et qvi omne tem- l mihi ab amicorum* negotiis *datur, in his ſtudiis la- , conſumam*. Ad ſummam, & illa ſuâ clarent luce, *arceſſere, à fundamento movere, à limine diſcipli- tare, à matre pulli, à ſummo bibere, à ſtirpe, à puppi* s. Cic. *Ut rem qvod dicitur*, à capite arceſſamus. Pla. *qi* à fundamento *mihi usq;* moviſti *mare*, pro, *fundo*. 49. *Nec ego nego proſpicienda iſta, ſed proſpicienda & à* limine ſalutanda. Colum. l. 8 c. 5. *Verum ſub- locis, ubi* à matre pulli *non exiguis pretiis veneunt, nuperè à nido erepti*. Plaut. Aſin. 5, 2. *Da, puere ab ſage tu interibi ab infimo*. *Ab ſummo bibere*, inter- pſio, qvod Græcis dicitur ἐν κύκλῳ πίνειν ab eo, ſe. qvi primus accumbit ad ultimum, & morem omanis ſolemnem in conviviis fuiſſe cùm paulò hi-

 larius

lariùs ſe invitare vellent, facil
ſa 5, 1. *Age Puere*, A ſummo *ſe*
*dos*, h. e. in orbem fac cyathiſ
& qvod Varro ait: *Circumfe*
*dum eſt in lecto, ſi qvid* de ſum
*ite foras, nolo ego* pro ſummo
ris illud Ciceronis in Catone
à ſummo *adhibetur* in poculis
mann. ad Perſ 5.2. exploſâ v
Aſin. 5, 2. pag. 136. & Turneb
Douzam. Li. 4. bell. Maced.
*cium atq; amicum Pop. Rom.*
*lit*, à ſtirpe, i. e. *ab initio ætat*
l. 1. de Inv. *Et inde funiculo,*
*annexam trahebat, navem qvo*
A & AB eleganter cum USQV
notum eſt. Cic. pro Cluent.
*mam proficiſci*, &c. Id: Div.
heroicis *ducta* temporibus. C
714. Nec non Veitzium in Te
l. 7. Æneid. p. 776. ABSQVE] I
riſimil. l. 2 c. 1. inſignem huju
ſtituens locum Plautinum in
ſonant: *Et tibi Dii ſemper ad*
*ne. Nam* absq; te eſſet, *hodie*
*verem. Perperam enim antea l*
tini dicti ſenſus eſt. Menæch
dum fuiſſe ante ſolis occaſum
liò caruiſſet. Illud verò, ad ſo
qvis eſt deſumptum, in qvibu
*tempeſtas eſto*. Et hujus forma
Turnebus Adverſ. l 2. c. 28.
lectioni, qvam modò ex Frute
lum addidit; ita infit: *locutio*
qvâ & Terentium uſum obſer
te eſſet, *ego mihi vidiſſem*

## ELEGANTIA II.

vis ſuprà monitum eſt Anomaliâ 1. Præverbium
erdum cum qvodam Pleonaſmo conjunctum vi-
græcâ conſvetudine: tamen non ſine magno or-
orationi latinæ interſeri, operæ eſt, ut animadver-
ac politæ Dictionis ſtudioſa Juventus. Pla. ut Moſt.
cum jure. Catul Bona cum bona nubit alite. Cic.
cum animo. Idem 5 Verr. *Statutum ac delibera-*
nimo habere. Idem 2 de Orat *Erit explicandum*
*ſtitia, qvid* cum fide, *qvid* cum æqvabilitate, &c.
em pro Cluent. *Semper eqvidem* magno cum me-
*dicere: Qvotieſcunq; dico, toties videor in judici-*
*non ingenii ſolum, ſed etiam virtutis atq; officii:*
*profiteri videar, qvod non poſſim implere, qvod eſt*
*ia: aut id non efficere, qvod poſſim, qvod eſt aut*
*ut negligentiæ: Tum verò ita ſum perturbatus ut*
*erem: Si nihil dixiſſem, ne infantiſſimus, ſi multa*
*li cauſa dixiſſem, ne imprudentiſſimus exiſtima-*
em dixit: *Cum labore operoſo, cum pace aliqvid*
*m lætitia vivere, cum bona gratia demittere ali-*
*n imperio eſſe,* &c. Turnebus Adverſariorum lib.
. obſervat, *cum primis,* eleganter dici comparati-
n, qvæ in qvoq; genere prima ſunt & præcipuè ex-
ucr. lib. 6. *Hinc tibi ſubtilem* cum primis *ignibus*
irg. lib. 1. Georg. *Area* cum primis *ingenti a-*
*ylindro.* Plaut *Eradicare certum eſt,* cum primis

## ELEGANTIA III.

m juxtà ac pondus habet uſus particulæ DE pro
Cic. dixit: *de ſententia, de conſilio, de voluntate,*
ff. *Ut res nummaria* de communi ſententia *con-*
r. Id. Epiſt. *Omnia* de meo conſilio *& vos feciſſe-*
-Moſt. *Ædificare* de exemplo *alterius, De ſcripto*
*rſo ac mundo dicendi charactere,* dixit Tullius, pro
vulgus aliàs ſuo modo & more efferre ſolet, *ex*

*chartis recitare orationem.* D
*minem ſolitum viâ nec arte,* ſ
pro *pleroſq;* dicere, &c. Ide
*ſententia eſt.* Idem 10. Phill.
ſcripto. Plaut. Pſeud. 1,5. di
de compacto *faciunt conſuti*
porrò, qvæ habet Joh. Ludov
Sub finem pag. 163. Plautus
lâ pro eo, qvod aliâs dicitur,
*net.* Rudent. 4, 7. De illo vidu
De lanificio *neminem metuo.*
Curc. 4, 1. Truc. 2, 6. Moſt.
exercitu. Etiam in aliis part
conciſum dicendi genus pari
tini, *de cætero*, pro, *cætera qvo*
bus accommodatur. Plin. lib
*tre nihil eſt*, pro, *cætera qvod*
*liberius monuiſti qvam debeb*
*fendiſti.* De cætero *vide, non*
*tis: Sed an ille cui dicitur, fe*
elegantioris ſermonis compe
*qvo.* Cic. ep. *De reliqvo, ſi id q*
*tuâ amicitiâ, hoſpitioq; cogno*
Idem ad Att. De reliqvo, *ne*
*acturus ſim ſcio.* Plin. l. 17. c. 1
*tuâ ſecuritate.* Sic, *de nihilo,*
*proviſo, de induſtria, de mor*
commatis ſunt. Ter. Hæc. *No*
*nunc me conventam eſſe expe*
*nihil eſt iraſci.* Liv. 4. Bell. M
nihilo *hoſpites corripi.* Cic. 4.
*ſules.* Terent. Heaut. *Ratio*
Plaut. Epidic. De præfacili *e*
*In qvos ſiqvi ex acie fugerunt,*
Aſin. — *qvod nolebam ac ve*
Plin. in Paneg. *Tibi aſcendent*

Digitized by Google

...s autem de transverſo *Lucius Cæſar, ut veniam ... in montem.* *De meo, de ſuo, de tuo, noſtro,* vulgaria ...ed elegantia *ſunt.* Terent. Heaut. *Potat, olet ung-*...eo. Plaut. Bacch. *Ad eam operam facere ſumpti* ...em Truc. De noſtro *ſæpè edunt.* Liv. *Cum ante id* ...ſuo *qvisq; ſunctus eo munere eſſet.* Perſæpe etiam ... *ſimilis conditioni,* lectò dictionis compendiò, ... *DE* accommodatam videbis. Cic, de Orat. *Non* ...matorem de ludo, *aut* rabulam de foro *qværi-*...2 de Orat. Hominem *audietis* de Schola. Id. Att. ...aſelo *epiſtolam* dedi. Cicero pro Flacco. *Si qvis* ... noſtris hominibus *fuit?* Qvò etiam pertinent ...: *Unus de multis, unus de ſeptem, unus de populo.* ...etiam haud vulgarem meretur, *De* uſurpatū loco ...*oter, pro.* Cic. 3 Verr. *Flebat uterq; non* de ſuo ... *Sed pater* de *filij* morte, de *patris filius.* Sic, ve-... Cicero, *de re aliqva* gratias agere, ad Att. lib. 1. ...*team* gratias *mihi* agere de Matre, *gaudeo.* Idem ...*s tibi* de Lentulo gratias egiſſem. Cæſari vero non ...vulgare illud, *pro re aliqva gratias agere,* Gratias, ... *eorum* ſtudio *erga ſe* egit.

## ELEGANTIA IV.

...n E elegans eſt, e.g. *E regione* pro ex adverſo, *è* ... *veſtigio, è longinqvo, è contrario, è diverſo,* ornant ...m appoſitè uſurpata. Cic. 7 Accad. *Nonne etiam* ...ſt è regione *nobis è contraria parte terræ, qvi ad-*...*igiis ſtent contra noſtra veſtigia.* Plaut. Aulul. *Cujus* ...*nis? S. Vicini hujus Euclionis* è proximo. Plin. ep. ...*dit non ſunt paſſa* (*Occupationes*) *profectum* è veſti-...*qvi.* Plin. lib. 12. cap 22. 3. *Calamus præſtantior odo-*... è longinqvo *invitat.* Idem l. 10. c. 38. 3. *Multæ aves* ...rio, *ſemper in volatu ſilent.* Plin lib. 12, c. 21. 3. E di-...*rabica glans viridis ac tenuior.* Venuſtiora ſunt & ... And. Gravida è Pamphilo eſt. Id. Peperit è Pam-...tem illa. Ter. And. 1, 5. Laborare è dolore. Cic. 2.



Digitized by Google

Tuſc. Laborare è renibus. E r...
modo reipublicæ, paucis ſed e...
ro, Svetonius, Plinius, Livius. ...
*tribus Senatusconſultis* è Repu...
*ad lucrum prædamq́ revocavit.* ...
*lerunt, ne Catone quidem abnu...*
publica fieri. Plin. *Probatâ le...*
*coegit*, è Repub. eſſe, *quod cenſu...*
pub. fideq; ſua duceret.

## Elegan...

Seqventia, *Ex æqvo, ex* ...
*cto. ex compoſito, ex confeſſo, ex* ...
*trario, ex adverſo, ex improviſo,* ...
*præcepto, præparato, præſcripto* ...
qvæq; ſenſu recte adhibita, orn...
*Diſcrimen ac periculum* ex æqv...
*idem mihi decretum eſt, nihil ta...*
*non cogitanti tibi in promptu ſit.* ...
*mulos, ut* ex aperto *atq interdi...*
*ris* Svet. *Productus pro roſtris, a...*
naret. Liv. Ex compoſito orta *v...*
poſito orditur Sen. ep. 77. *Si quis...*
*lus* ex confeſſo ſit, *improbabis illu...*
*rare quæ* ex confeſſo ſint *turpia.* ...
*resq bellicas ſemel attigit, neq* ex ...
*Invidiâ* conſiſtentes ex diverſo *pa...*
*reliquorum Imperatorum res adve...*
*Sic* ex contrario *dignitas, incomm...*
*batur*. Plin. lib. 4. Ex adverſo *intra...*
*tur*. Plaut. Rud. Ex improviſo *fi...*
*Cum* ex inſperato *repente* in ſiſtis ...
Plin. Recaleſcere ex integro id eſt ...
*his alii multum diſpares, ſimplices* ...
culto, *nihil ex inſidiis* agendum p...
*fraudis inimici*. Plin. l. 9. c. 35. Ex ...

abâ amicum poſtero acati. Senec. Non ex præpara-
tus eſt, ſed ſubitò deprehenſus. Col. Neqve ſemper,
ex præſcripto, habitum gerunt. Qvint. Ex profeſſo
ſophiam oſtentare. Sen. ep. 94. Si qvis recta habet &
decreta, hic ex ſupervacuo admonetur. Ex animo
& animi ſententia jurare, ex alicujus autoritate &
te, ex conſvetudine, more aliqvid facere, Ciceroniano
fulgent. Cic. Qv. Fr. Te autem alienum hominem
ex animo. Idem 3 Off. Non enim falſum jurare, pejerare
: ſed qvod ex animi tui ſententia juràris, ſicut verbis
... non facere perjurium eſt. Eſt enim
jurandi forma, jurare ex animi ſententia. Aliàs di-
ſententia, ex mea ſententia, pro, ut volo & opto. Ter.
... rem eventuram nobis ex ſententia. Plaut. Men.
..., ex mea ſententia. Idem Cicero dixit, ex
..., Plautus, ex voto. Ille in Piſonem: Illud accidit
ex voluntate. Hic Stich. Hac veniſſe mihi jam opus eſt
... ut decimam partem ex voto Herculi pollu-
... minus qvàm E accommodatur utilitati deſig-
... Certò ſcio, qva ſtudio dixerit, ex Repub. dixiſ-
t. Menæch. Ex re tua, ut opinor, feceris. Sic, ex uti-
... ex uſu, ex uſu alicui, ex uſu tuo vel ſuo, ex uſu
pari uſu & ornatu dixeris. Cic. 1 de Invent. Legem
... eſt, ex utilitate Reip. conſideratè. Terent. Hec
... meum conſilium: ex uſu qvod eſt, id perſe-
... Heaut. Scitum eſt, periculum ex aliis facere, tibi
ex uſu ſiet. Plaut. Ex tuo, inqvam, uſu eſt, eme hanc.
... Qvi plebem primoribus tradidit ex ſuo uſu. Ter.
... ſi ex uſu eſſet noſtro hoc matrimonium. Ex, pulcer
præterito ſæpè tempori junxeris. Cic. 1 Phil. Nec verò
diſcedebam ex eo die, qvò ad ædem Telluris convo-
... Idem 3 Verr. Ex eâ die ad hanc diem, qvæ feci-
... judicium voco. Ex intervallo, pro, interjecto aliqvo
... ſpacio, interdum, aliqvando, ſcitè uſurparunt Lati-
... Bel. Pun. Multa, qva ex intervallo non apparent,

*bellum aperit*. Cicero lib. 4 Att
ex intervallo reguſtandus eſt,
*terpoſitâ morâ*.

## Elegant

Venuſtat latinum ſermon
idem valet qvod, *ac ſi, perinde*
dicunt, *pro facto habere, pro inf*
*ferre, pro certo habere, affirm*
*concesſo & probato ſumere, pro*
*pro nihilo putare, ducere, videri*
*pro ridiculo ac delectamento pu*
13. *Itaq; iſtud jam* pro facto hab
*qvod judicatum non ſit*, pro inf
Bel. Mac. *Unum de auxiliarib*
*eum; qvi* pro comperto afferre
*Neq; nuntiabatur qvicqvam,*
Liv. 1. ab Urb. *Qvis enim rem*
met. Cic. Att. lib. 5. *Sed poſt ha*
pro certo negato. Cæſ. 7 bel.
*videtur* pro certo eſſe ponen
*adulterio convincendum eſt, ut*
*to, fiat incerti argumentum*. Ci
*pertinet eorum qva antè docue*
& probato. Idem Att. lib. 11. *I*
to. Idem 6 Verr. *Qvum jam* p
Cic. 1 pro Verr. Contemnere
cere *aliqvem*. Idem 4 Verr. *T*
*præda tot res ſanctiſſimas* duc
*Ariſtoni & Pyrrhoni omnia*
*optimè valere, & graviſſimè a*
*intereſſe*. Terent. Heaut. 5, 1.
*adeo depexum, ut dum vivat, n*
*me* pro ridiculo *ac* delectame
rupto fœdus habere. Gifani
cenſetur dictio, vulgoq; non

Digitized by Google

..., pro tempore, ſc. prout res vel tempus poſtulat.
... pro re ac pro tempore caperet. Virg. Æne.
... pauca loquar —— Lucr. lib. 6. Quisque ſuum pro re
... Cic. Att. l. 7. Animadverteram
... re nata, te non incommodè ad me in Albanum ve-
... uſurpantur illa: pro noſtra facultate, pro ingenio,
..., pro noſtra, mea conſvetudine, pro tua prudentia,
... authoritate, pro tuo, ſuo, meo jure, pro diligentia, re-
... &c. Quint. lib. 6. His pro noſtra facultate tracta-
... Ter. lib. 16; Hæc pro tuo ingenio conſidera.
... Dom. Nemo fuit, qui non me pro ſuis opibus in il-
... defenderit. Idem pro Arch. Quæ de cauſa pro
... conſvetudine breviter ſimpliciterq; dixi Judices, ea con-
... omnibus. Idem ad Att. Pro noſtra conſve-
... æſtimare potes. Idem ad Brut. Non dubito autem
... ſingulari prudentia, quin perſpicias, id eſt, prout eſt
... tibi prudentia. Idem pro Font. Quare ſi etiam me-
... me, quod non eſſis, Judices, videor hoc leviter
... authoritate vobis præcipere. Idem pro Flac. Neq; ta-
... ipſe, pro meo jure, dico, vobis Judicibus damnatus
... Plautus Rud. Si ſapies tacebis: tum te mihi, benignè
... addecet, benè merenti benè ferre gratiam. L. nempe
... jure oras. D. ... tuum jus meo periclo ex-
... Cicero 7 Verr. Tum deprecabitur à vobis, tum etiam
... jure contendet, &c. Plinius lib. 2. Tu quidem pro
... diligentia admones me. Idem l. 3. Facis pro ca-
... reverentia, quam mihi præſtas, &c. Ut autem intelligat
... quid ſibi velint hæ locutiones, idem valet, pro ſuo
... arbitratu aut dicere aliquid, quod ſuo jure, ac pro poteſtate
... habeat in aliquam rem, dicere aliquid, aut facere ſine
... offenſionis metu, quod nemo poſſit id jure reprehendere.
... etiam ſunt: Pro mea, ſua parte, pro quibus dicit,
... ego potui efficere, præſtare. Et, pro virili parte, quan-
... vit vel aliquis, omnibus viribus potuit allaborare.
... lib. 5. ep. 8. Ut ita fieret, pro mea parte adjuvi. Idem
... Omnes qui adſunt pro ſua parte & autoritate de-
fen-

Digitized by Google

fendunt. Cicero pro Seſt. *Hæ*
fendunt. *Idem* pro Phil. *Tum me*
virili parte obligatum puto. Liv
pro virili parte annitendum ſcire
Cic. pro ſuâ quisque facultate,
*ceperunt, afferebat.* Liv. Pro ſe qui
*in publicum conferunt.* Idem. Pro
*atque inimica loca pervadunt irrun*
*rata portione, proportione,* ſcitè u
*tummodum, rationem, proportio*
*Agros ex ſuis poſſeſſionibus pollicet*
*jugera,* & pro rata parte *centurio*
*Omnia iſta perinde, ut cuique data ſ*
*longa aut brevia dicuntur.* Ciceri
*ille qui intervallis conjunctus impa*
portione diſtinctis, *impulſu & mo*
*tur.* Cicer. de Orat. *Sed oportet, ut*
*ta, & aditus, ſic cauſis principia p*
Varro de re Ruſt. cap. 3. *Ut & la*
beant pro portione.

# Elegantia

Ignotum penè eſt in vulgus
nitor, quando aut *comparationem*
primum quidem, cum *cauſam* nota
Cic. ad Att. *Non hercule* præ lacrim
*ra.* Ibidem. Præ ſolicitudine *ac*
*non poſſum.* In Verr. Præ cup. dita
habet. *Comparationem* ſignificat hô
*Qui in ipſa ſenectute* præ cæteris flo
*pericula* præ ſalute ſua levia duxeru
præ ſe neminem putare Ad Her. Pr
ducere. In Ver. Præ ſe alios nihilo d
Locutionem, *præ ſe ferre*, ut eleganti
tinctum teſtimoniis illuſtrat. Eten
*dicto ſuccubere, & ipſo ſtatim vultu &*

Digitized by Google

icero pro Rab. *Quamobrem fateor, atq; etiam Tite* *e profiteor, &* præ me fero, *te. ex illa crudeli actione,* *nſilio, virtute, autoritate eſſe depulſum.* Qvint, lib.5. Fiduciam *igitur* præ ſe ferat *Orator.* Cicero 1 Offi. ɛciem præ ſe *boni viri ferat.* 2 Agr, Vocem præ vobis *n veſtrarum voluntatum* tuliſtis. *Idem* ad *Att. Pri-* ræ me tuli, *me nihil malle, qvàm pacem.*

## ELEGANTIA VIII.

*ocul dubiò, procul verò, procul ambitione, procul gra-* ſcitè dixeris. Svet. in Claud. *Reliqvit filium omnibus* *ia* procul dubio *præferendum.* Colum. in Præf. *Nam* rocul vero eſt, *qvod pleriq; crediderunt, facillimam* *ullius acuminis ruſticationem* Horat. 1. Serm. Sat. 6. ione procul — Tac. lib. 2. Hiſt. *Ut conqvirere fabu-* *fictis oblectare legentium animos,* procul gravitate *peris crediderim, ita vulgatis traditisq; demere fidem* *ſim.*

## ELEGANTIA IX.

mvis TENUS freqventiùs ſingulari ablativo junctum, , veluti Obſervatione 3 ſuprà monitum eſt: tamen, tivus pluralis, & ablativus hic meretur gratiam, non apud proſæ orationis ſcriptores, ſed & ligatæ. Plin. L. *Ipſe* corporum TENUS curioſus de pictore eſt ſermo. l. 12. aurium tenus. Lucret. lib. 4. Labrorum tenus. Georg. Corporum tenus. Et 10 Æneid. Laterum te- atul. carm. 65: Nutricum tenus. Ovid. 5 Metam. Pe- usq; tenus, *molles erectus in auras. Idem*; Pectori- tenus, *mediâ ſublimis in æde.* Celſus: *Dimittere ſe* bus tenus *in aqvam calidam.*

## ELEGANTIA X.

rmane dictu eſt, qvàm ferax ſit Elegantiarum parti- . Earum vero præcipuas adducturi, conſtructionis res Syntacticæ initiò Accuſativo gaudentes prome-

mus

mus iisdemq; *Ablativo* juncta
net dicere de illis locutionibus
*los, in ſingulas noctes, in diem, i*
*pus, in poſterum tempus, in rel*
*prateritum, in craſtinum, in pe*
ſius monitum ſit in Syntaxi Ve
qvare ad alia pergemus. Scitè
*lere, conſultare, dicere, loqvi, c*
*Id oro te,* in commune *ut* conſu
conſultant, *an in tecto ſubſiſt an*
*Reliqva* in commune dicentur
*gvinariisq; ſententiis,* in commu
qvebantur. Cicero 4. Verr. *Ut*
*ne Sicilia* conferrent. *In* comm
medium. Virg. II. Æneid. Con
*ſuccurrite feſſis.* Id 1. Georg. —
*In aurem dicere,* pro, ſecreto, *in*
*in memoriam redire, in mentem*
*venire, in rem præſentem perduce*
gni uſu meritò commendantur.
*ximo anno; dum conſularis viro* i
*nus.* Qvint. l. 7. *A qvo factum ſi*
Petron. *Nec enim res, qva viderem*
*ſed longe aliud qværi.* Vide Turn.
*demum* in memoriam redeo, *qvu*
mentem *tibi non* venit *cauſam p*
*mentem eſſe.* Plaut. *Amph. Sum v*
mihi in mentem fuit. id eſt, nun
*Ablativo* uſus eſt, eôdem ſenſu. E
mihi. Cic. I. Offi. *Ut ſi conſtituer*
in rem præſentem eſſe venturum,
*us ægrotare cœperit, non ſit contra*
*dixeris.* Id. de Orat. *An vero ſi de r*
in rem præſentem *non* venimus, *ſ*
*nibus controverſia eſt, contortas res*
*vio perdiſcimus.* Qvid vero ſit, *i*

Digitized by Google

xplicandum esit; *In rem præſentem* olim ſeniebant, cum oculis ac digitis deſignare volebant. Ut hodie, at Judex pronuntiat, aut inter litigantes convenit, qvem controverſiam facere volumus, aut reo deſig- t teſtibus per inqviſitorem demonſtrari certis fini- umſcriptum, videlicet, ut ille deliberare de re con- poſſit cedere nec ne vindicanti debeat, hi ut certi imonii ſui. Plin. Epiſt. lib. 3. *Non potui te magis* in ſentem perducere, id eſt, non potui planius omnia, unt ſcribere, ut perinde omnia teneres, atq; ſi ipſe fuiſſes. Cic. *In* ſpem *tamen* venio *adventum tuum* ogbare. Etiam hæ elegantioris commatis locutiones *n modum, in hanc, in eam ſententiam, in hæc verba, o, in numerum, in ſpeciem.* Cic. 2. Verr. Servilem in cruciari. *Id.* Miſerandum in modum necari. *Idem*, m in modum cruciari, necariq;. Liv. lib. 1. Vatici- in modum cecinit. Cic. *Att.* Miſerandum in modum eſt. *Id.* Mirandum in modum gaudeo. *Item*, mirum um, mirabilem in modum. Plaut. Trin. Exornetur egrinum modum. Cic. de Div. *Hoc idem ſignificat s ille* ſcriptis in hanc ſententiam *verſus*. *Id. Hæc eſt* ſententiam *cum multa* dixiſſet. Liv. 5. bel. Pun. *Pri- mine Cumenſis* prædicta *clades* in hæc *ferme* verba iv. l. 5. *Sena hora* in orbem *operi attributa ſunt.* *Id. imperitabant, unus cum inſignibus Imperij & lictori- ant; qvinq; dierum finiebatur imperium, ac* per omnes em ibat. Cic. 7. Verr. *Præclara claſſis* in ſpeciem, *ſed & infirma*, &c. Virg. Eclog. *Tum vero* in numerum *sq; feras q; videres* ludere. —*In rem eſſe*, pro, commo- utile eſſe, Plautinæ dictionis decus & ornamentum aut. *Ago ut rem eſſe in noſtram putas. Id.* Aulul. — in rem eſſe *utriq; arbitremur & mihi te, & tibi me con- & munere. In lucem edi & ſuſcipi*, eleganter dixit Ci- Simulatq; inqvit, in lucem editi & ſuſcepti ſumus, roq; parente intelligit. Edit enim Mater, qvæ parit: it pater qvi tollit. Tuſc. lib. 2. cap. 5. *In tantum, in*

qvam

*qvantum, in totum, in aſſem, i*
*in infinitum*, etiam ſermonem
cap. 5. *Aliqvæ* in tantum, *ut e*
qvantum *inviſus peſſimo fuit.*
Col. lib. 2. c. 13. *Ut* ſit in aſſem
*ducentorum qvinqvaginta.* In
Qvint. *Verum antè qvàm de ſ*
verſum *de varietate opinionum*
*Vaſtô ibi meatu bis dierum, ne*
*effuſus* in immenſum agitur. *In*
extendam *ſi gaudio meo indulg*
*In partem vocare*, pro participe
*re*, pro participem fieri. Cic. pro
vocatæ ſunt. Virg. 3. Æneid. —
dam partemq; *Jovem*. Turn. lib
*care*, juris verbum eſt, pro *parti*
admittere. Qvint. in *Procem.* l
*cujus* partem *memoria ac pronu*
Elegantèr etiam *In* diſtribution
*um* in capita ſtatuiſſent. Cic. 4. V
*nos* in ſingulas civitates. Huc r
precium pertinent. Cic. 5. Ver
ſingulos, *duodenos ſeſtertios* ex
*ternos denarios* in ſingulas *bini*
exegit. Qvomodo *In* cum Acc
dam gratiâ junctum legatur, obſ
864. Eleg. 1.

ELEGANT

Haut minorem latino ſerm
*Præverbium In* cum Ablativo co
cuſativo, cujus modò meminimu
veniamus: hæ loqvendi formæ,
Ablativo gignit, in deliciis ſint *ju*
*in dubio eſſe, in dubio ponere, in c*
*ſtum eſſe, in facili eſſe, in incerto*

Digitized by Google

[illegible] in procliui eſſe, in promptu eſſe, in propatulo, [illegible] in proximo, in privato, in publico, in ſu- [illegible] in tranqvillo, in tuto eſſe, in numerato ha- [illegible] Trin. In ambiguo eſt nunc qvid de hac re fiat, Ter. [illegible] in dubio eſt *animus, paulo momento huc illuc* [illegible] id eſt, *incertus eſt animus*. Hirt. 6. bel. Hiſp. No- [illegible] *nonnulli etiam timere, qvòd in eum locum res for-* [illegible] *deducerentur, ut qvicqvid poſt horam caſtris* [illegible]bio poneretur. Sen. de Ben. l. 3. c. 11: *Horum* in [illegible]perita ſunt. Plin. l. 17. c. 22: *Pampinatio verna* in [illegible]eſt, *ab idibus Maju, &c. fieri intra dies decem* Qvin. [illegible] *hoc*, & in expedito poſitum, *excercitatione* [illegible]. Plin. l. 18. *Contentum ita probaſſe, opes ſibi* in [illegible] fore. Plaut. capt. 11. *Res omnis* in incerto ſi- [illegible] Ruf. l. 5. *De Tribunorum militarium congreſ-* [illegible] integro. Ter. And.—*ſed ſi id non poterit: id* [illegible] proclivi qvod eſt, *per me ſtetiſſe ut credat*. Cic. I. [illegible] *qvum illa pateant*, in promptuq; ſint *omnibus*, [illegible] *interpretatione meâ aut ornatius explicari, aut pla-* [illegible] *poſſint*, &c. Plin ep. 8. *Etenim hunc ipſum ſer-* [illegible] *apud populum ſed apud Decuriones habui, nec* [illegible]*plo, ſed in curia*. Liv. 6 *Jam* in propinqvo *certa-* [illegible] erent Heaut. *Qvanqvam hæc inter nos nuper no-* [illegible] *eſt, inde adeò qvod agrum* in proximo *hic* [illegible] Liv. 9. bel. Maced. *Mulieres damnatas cognà-* [illegible] *qvorum manu eſſent, tradebant; ut ipſi* in privato [illegible]rerent *in eas*, &c. Idem 5. bel. Pun. *Nec jam in ſe-* [illegible] *atq; intra parietes ac poſtes contemnebantur Ro-* [illegible], *ſed* in publico *etiam ac foro* &c. Id. *Exiſtimabam* [illegible] *ergò rem totam dum te conſulerem*, in ſuſpenſo re- [illegible] Eunuch.—*tum autem Phædriæ meo fratri gau-* [illegible] eſſe omnem in tranqvillo. Plaut. *Res adhuc qvi-* [illegible] in tuto eſt. Qvint. l. 6. *De actore facile dicente,* [illegible] *dictum eſt ingenium eum* in numerato habere. [illegible] *promptum & ſolers*. Venuſta ſunt & illa: *In continen-* [illegible] *in præſentia, in præſenti, in loco, in tempore, in*

*triduo*, pro, intra triduum. Jūr
cutio, *in continenti*, idem ſignifi
*intermiſſione, ſtatim*. Ulp. l. 23.
nenti *filiam* occidat. Ter. Phor.
tiā *hæc hinc abeat*. Cic. ad Att.
*cem nos habere*, id eſt, *nunc*. Id.
Plaut. capt. —*optime mihi* in te
*Pecuniam* in loco *negligere, ma*
Plin. l. 9. c. 51. *Cætera fœmina*
*attigit*. Et hæc ſeqventia gratia
*eſſe, in armis eſſe, in culpa eſſe, i*
*ſtatione eſſe, in gloria eſſe, in h*
*medio eſſe, in metu eſſe, in mor*
*in odio eſſe, in partu eſſe, in pre*
*tis eſſe*. Cic. 6. Verr. *Non modò* i
*is nummis multis eſſe & ſemper* f
erant. Cicero 1. de Fin. Simil
*deſerunt* mollitiā animi. Liv. 7. b
*qvi* in noxa erant. Plaut. Caſ. 2,
*inimicos meos:* Cic. Sum in ex
*qvid in Gallia*, &c. Plin. l. 11. c.
*Bythinus ferè* in gloria eſt. Idem
*minum*. Cic. pro Mur. In exitu
eſt, abſolvitur tempus conſulat
*ferme* in exitu *annus* erat, id eſt
—*mater virginis* in medio eſt, &
Phorm. —*neſcis* qvo in metu, &
l. 16. c. 4: *Ludos ineunti ſempe*
more eſt. Cic. pro Planco: Fu
*ratione*, &c. Id. Ibid. Habitavi i
*nem à congreſſu meo*. Id. *Videmus*
toq; in odio *apud qvosdam hom*
*num virtus & induſtria*. Idem a
*tibus* es *prope ſolus* in portu. P N
*ii* in precio eſſe *noluerunt*. Liv.
ſpe fuerant &c. Plin. ep 176; In

...iberem. Elegans eſt uſus IN pro *inter*. Cic. de Amic. ...*primum cenſeo, niſi in bonis amicitiam eſſe non poſ*...*t, inter bonos.* Idem, Perfice, *ut* ſis in *Cæſaris* familia...*Itaq; perbrevi tempore, qvi ne in noviſsimis qvidem* ...ſtrionibus, *ad primas pervenit comœdos.* Sermonis ...menta ſunt & illa: *In deliciis habere, eſſe, in inſidiis* ...Cic. in Vat. *Illi autem* qvibus eras in deliciis, *vix riſum* ...*ant.* Plaut. Aſin. *Surripiam in deliciis pallam* qvam ...c. De re dicitur, qvam qvis tenerrimo amore magno ...animi voluptate proſeqvitur. Ter. Phorm. — *ego in* ...is *hic ero ſuccenturiatus, ſiqvid deficies. In manibus eſ*...*bere* diverſimodè uſurpatur. Cic. Att. l. 4. de libris Ora...s: *Factum eſt a me diligenter, diuq; multumq;* in manibus ...ant. *In manibus*, id eſt, qvod vulgo dicitur, *in opere*, ...er Hænder. Liv. l. 4. *Cum tantum belli* in manibus eſ...d eſt, imminerer, vaar i Hænderne/vaar for Haanden ..., Liv. *Victoria eſt* in manibus, id eſt, *tam certi ſumus de* ...*ſi manu noſtra teneretur. In manu eſſe*, id eſt, *in pote*...*eſſe.* Cic. *Qvam velis eum obligare*, in tua manu eſt. ...t. Pœn. — *dicam tamen ſiqvidem licebit per illos*, qvi...eſt in manu. Sic, *in manu poſitum eſſe, habere*, Cic. pro ...nt. *Propterea qvod omnes, qvorum in alterius manu vita* ...a, *ſæpius illud cogitant.* Liv. *Et nos in manu & tutela* ...n ſervitio *debetis eas* habere. Et ut huic ELEGANTIÆ fi... inponamus: Commendantur & ea: *In primis*, pro ...omnia, *in ſumma*, pro breviter. Salluſt. *Id facinus ego* ...imis memorabile *exiſtimo*. Cic. ad Tir. *Omnes cupimus*, ...n primis, *qvam primum te videre.* Et hæc Orthogra...evincit, *imprimis* vel *inprimus* qvæ vulgò in uſu ſunt, ...rectè ſatis ſcribi. Plin. l. 7. c. 34: In ſumma, *ei in patria* ...*e non licuit.*

## ELEGANTIA XII.

Conſimili ſtructura SUB, jam Accuſativo, jam Ablati...enuſtè jungitur. *Accuſativo*: ut, *ſub finem, ſub idem tem*... *ſub lucem, ſub ſolſtitium primum, ſub veſperum, ſub manum*,

*ſub aſpectum, ſub ſenſus cadit, ſu*
Sub *eqveſtris* finem *certaminis*
eſt, qvod vulgò dicitur, *in fine*
Idem 1. ab Urb. *Utrinqve lega*
*res repetundas miſſi*. id eſt, *circa*
*Partim togati tectis veſte gladii*
*tis Urbes ingrederentur*. id eſ
Virg. 6. Æneid. Primi ſub lu
Comment. Sub veſperum *Cæſa*
*deducit*. Plaut. Mil. *Bono anim*
*redit ſub manus*, id eſt, *facilè*, *no*
ctum & tactum cadit. Idem 1. A
bel. Pun. Sub adventum *Prætor*
*nō excesſit*. i. e. *circa*. Jam vero
*ronā*, *ſub diô* vel *ſub divo*, *ſub exi*
*mento militare*, *ſub oculis*, *ſub*
*cis*, *ſub pœna mortis*. Liv. l. 5.
*ctator* ſub corona vendidit. C
(*ſigna*) ſub dîo vidimus. id eſt,
*Nullus dies tam intolerabilis e*
*aliqvid* poſſit. id eſt, liqvido a
Svet. in Ner. Sub exitu *qvidan*
*incolumis ſtatus permanſiſſet*.
naſcitur. id eſt, *facilè*. Planc.
*ut eſſent*, *per qvorum loca fidelit*
bel. Maced. Sub hoc ſacramen
ſitavi. Cæſ. 1. bel. Civ. *Neq; ver*
ſub oculis *acceptô detrimentô*
Urb. *Nam ſi etiam nunc* ſub fœ
*pati poſſumus*. Liv. 6. bel. Mace
*affirmavit Philippum ægrè pati*
*tutis ſibi impoſitas*. Svet. in Cal
denuntiaſſet.

## Elegant.

Super eleganti uſu pro *præt*

Digitized by Google

*Urbs foret* ſuper bellum *annona* premente, &c. Tiber. Super veteres amicos *ac* familiares, *viginti numero principum civitatis depopoſcerat velut conſiliarios negotiis publicis.* Nec non pro, *de*, uſurpatum, gratiatur. Cic. ad Att. Hac ſuper re *ſcribam ad te.* Idem ſuper hac re *nimis.* Item, *ſimulq; cogites qvid agendum ſit* ſuper legatione votiva. Hor. Od. 8. *Mitte civiles* ſuper urbe *curas.* Nec ab re fuerit obſervaſſe illud, Turnebus lib. 23. Adverſ. c. 5. notat, Præverbia per-er pro verbis poni. Veluti enim Græci dicunt pro μένεσι, πάρα pro πάρεστιν: ita Latini ſuper ereſt. Valer. *Nec ſpes ulla* ſuper. Et ante eum Maro id. *O mihi ſola mei* ſuper *Aſtyanactis* imago. Hæc de PRÆPOSITIONUM: ſeqvitur CONJUNCTIONUM aras.

# DE SYNTAXI CONJUNCTIONUM.

## REGULA I.

Conjunctio Copulativa *ſimiles caſus* & *tempora* plerunq; conjungit: ut, Horat. *Pulvis* & umbra ſumus. Id. *Multa* tulit, fecitq; *puer* ſudavit & alſit.

## Nota:

Conjunctiones etiam Disjunctivæ, item particulæ QVAM, NISI, AN, PRÆTERQVAM ſimiles caſus copulant: ut, Ter. Aut *eqvos alere*, aut canes *ad venandum.* Cic. 3. Catil. *Pro tantis rebus* nullum *a vobis* præmium poſtulo, *præterqvam hujus diei memoriam* ſempiternam.



Digitized by Google

Regu

Etsi, Tametsi, ( cipio ſtatim ſententi poſtulant: ut, Cic. Et *tamen magis offendit* Id. Qvanqvam abeſt *men non caret.*

Sed in medio & fin *junctivô* gaudent, lice cativô: ut, Cic. *Ubi* *ei credi poſteà,* etſi *per p oportet.*

Regul

Qvamvis, Licet, *Conjunctivum* adſciſcu *non* fueris *ſuaſor profe tor certè fuiſti* Ovid. *Tu per amici fallere nomen:* ſit *via, crimen habet.* Id. *men eſt laudanda volunt*

Regula

Si, Sin, Siqvidem, Ni, *tivum*, modò *Conjunct* prout ſententia finita ſ nita ſeu potentialis ſign

Digitized by Google

acis, *hodie me poſtremum vides*. Idem
ôſſem *cauſam, crederem vera hunc*

### Nota.

N ponitur, ubi SI præceſſerit: ut, Cic. Si *mi-am, quam peto*, dederit, *utar illius conditio-* minùs, *impetrabo aliquid à me ipſo*.
ISI *corrigendi* particula, ſemper Indicativo tur: ut, Cic. *Nemo ferè ſaltat ſobrius*, niſi *for-* nit.

### REGULA V.

VIA, QVONIAM, QVANDO, QVANDO-EM & QVATENUS ferè *Indicativum* exi-, præſertim ſub initium ſententiæ: ut, Qvia *paululum vobis* acceſſit *pecuniæ, ti animi ſunt*. Id. Andr. Qvoniam *nemi- rudis* poteſt, *itur ad me*. Id. Qvando *ego non* curo, *ne cura meum*.

### Nota.

l qvando QVIA ſignificat Eò QVOD, Con-vum habet: ut, Cic. *Recordatione noſtræ ami-c fruor, ut beatè vixiſſe videar*, qvia *cum Sci-* vixerim.

### REGULA VI.

T Cauſalis, & qvæ ſimilem vim ha-, v. g. NE, QVO, QVIN, *Conjunctivum*



Digitized by Google

adſciſcunt: ut, Cic. *Q*
*largiatur*, ut *ex hac ætat*
*recuſem: nec vero velim*
*calce ad carceres revoca*
*luntur in altum, ut lapſu*
*Nulla res tam facilis eſt,*
*invitus facias.*

## Nota.

I. Cum Verbum *Præſens*
ſeqvitur Conjunctivus *P*
Cic. *In eo vis maxima* eſt,
*volumus*. Horat. Ut jugule
*nocte latrones.*

Cum verò *Præteritum* præ
Conjunctivus *præteriti imp*
cepi *dolorem*, ut *conſolation*

Attamen *præſens* Conju
locum, ſi ſermo ſit de *actio*
Terentius. *Orare* juſſit *be*
venias.

II. Diligenter pueri nota
Ut & Qvod.

Qvod plerunq; de *cauſa*
*lente* atq; de *re geſta* dicitur
Qvia: ut, Cic. *Qvod conval*
ticula Ut de *cauſa finali &*
utuntur autores: Cicer. *Ho*
*qvàm* ut *ab iis* poſtulandum

It poſt Verba, *vereor, timeo, metuo* negat,
firmat: ut, Ter. *At* vereor ut *placari* poſſit.
*s Labores te excipere video*, timeo ut ſuſtineas.
, Timeo, ne *hac tandem palam* fiat. Poſt
n Verba NE NON, negandi vim habent: ut,
Timeo, ne non impetrem.

## OBSERVATIO I.

*njunctionum* Syntaxis tantò diligentius tradenda ve-
antò validius univerſo Orationis Latinæ corpori ro-
nexum præſtat. Veluti enim nervi humani corporis
pagem vinciunt & ligant: ita nervosâ qvâdam Con-
tionum vi efficitur, ut Orationis variæ & multiplices
es velut catenâ qvadam junctæ cohæreant, belleq; ſibi
tent. *Principiò* igitur obſervandum erit, Conjunctio-
*copulativam* QVE nunqvam intermediam ſeorsùm po-
er copulata, ſed vel ſoli poſteriori annecti, vel unicui-
adjici: ut, Hor. *Multa* tulit, fecitq; *puer, ſudavit &*
Virg 4. Æneid, *Omnia Mercurio ſimilis*, vocemq; co-
mq;. Hor. tamen Nomina duo copulans, verbo adjun-
o QVE; *certus ut denos decies per annos Orbis & Can-*
eferatq; ludos. pro *referat cantus ludosq.* *Deinde* &
notandum, qvod nonnunqvam huic Syntaxi, qvâ Con-
ctio ſimiles caſus conjungit, adverſetur certa dictionis
cedentis proprietas, qvâ diſſidet à ſeqventi dictione:
Cic. Aut Brunduſii aut Sulmone *mortuus eſt*, Interdum &
e caſuum diverſitatem, cauſatur ſeqventis dictionis el-
s: Ter. *Salvus ſum meô præſidiô*, atq; hoſpitis. ſc. *præſi-*
*Tertiò*, nonnunqvam & diverſi gradus conjunguntur:
Cic. in Læl. *Sed hi nec comparentur Catoni*, maximo, &
ctato viro. Idem in lib. 1. Ep. 2. ad Qv. Fr. *Homo & mei*
ſervantiſſimus & *ſui juris dignitatisq;* retinens. *Qvartò*
niq;, diverſa tempora nonnunqvam conjunguntur. Ter.
c. *Et me hac ſuſpicione* exſolvam, *& illis morem* geſſero.
m ad And. *Niſi* lactaſſes *amantem, & falſa ſpe* produce-

 res.

Digitized by Google

res. Cic. ad Att. Confidebam, *ac mihi ... omnia placarentur inter vos*. Perſ. Sat ... nôris, *qvam ſit tibi turta ſupellex*. Juv ... *qvis non* vidit *vulnera pali?*

## Observatio

Emmanuel Alvarus de conſtruc... ticulis, Etsi, Qvanqvam monet, qvòd ... *orationum* ac *epiſtolarum* accommo... qvente particula Tamen. Nos pervol... *bros*, *Orationes*, & *Epiſtolas* periculum ... ſervationis, verane eſſet, nec ne. In ... qvod ſpectat: inchoat librum 1 Rhet ... Qvæſt. Acad. nec non l. de Pet. Conſu... bir. Milon. Philipp. 12, nec non Epiſt... l. 9. c. 14. ad Varr. lib. 10. ep. 12 & 10 ... Brut. 13, 1. ad Mem. ſic 28, 43, 44, 74, ... Mem. 15, 12. 15, ad Coſſ 16, 11. ad Tir. ... dem. Ad Atticum l. 3, 22. 5, 16. 6, 3. 9 ... Qv. Fr. 1, 1. Ad App. l. 3, 8. Sulp. 4, 7 ... Torqvat. 6, 1, 13, 12. Cœlii ad Ciceronem ... Qvanqvam l. 1. de Offic. & l. de con... Curioni l. 2. ep. 1 Metel. 5, 13 l. 10, ... mus, qvòd Si & Cum freqventiſſime ... & Epiſtolarum occurrant. Si in Ora... cin. pro Arch. poſt Reditum in Senat... um, pro Cœl. pro Corn. Balbo, de pr... lipp. 13. Et in Orat. anteqvam iret in ... qvinqvies & trigeſies inchoat. Cum ... extat; qvinqvies in principio orationi... trigeſies in ipſo epiſtolarum limine. T... ca non ſigno. Tametsi ſub initium *In*... vix invenies: *Epiſtolam* qvidem ad ... hôc modô: Tametſi *nihil mihi fuit op*... etsi, Qvanqvam. cum primum locu... di occupant, *Indicativum* poſcunt:

Digitized by Google

conjunctionem, Cic. l. de Amicit. *Sed nec illa extin-*
*aluntur à potius, & augentur cogitatione, & memo-*
*à planè illus orbatus* eſſem, *magnum tamen afferret*
*as ipſa ſolatium.* Idem 5. in Verr. *Non mehercu-*
*oqvor crederem judices,* tametſi vulgò audirem. Id.
rat. *Erantq; qvi* qvanqvam *ita ſe habere* arbitraren-
*men qvo facilius,*&c. Freqventius tamen hæc in me-
ine periodi cum *Indicativo* junguntur. Idem ad Caſ-
15: *Præpoſteros habes tabellarios,* etſi *me qvidem non*
int, *ſed tamen, cùm à me diſcedunt, efflagitant litæ-*
m Att. 8: *Nec verò hæc extrema qvinqvam poteſt re-*
*lere, qvod mare transierim, id enim,* etſi erat *delibe-*
, *tamen obire non potui.* Idem pro S. Roſc. *Qvod*
miſerum & indignum eſt, *ferret tamen æqvô animô.*
. Andr. *Obtundis,* tametſi intelligo. Cic. pro S. Roſc.
*us eſt qvispiam, verùm tamē* qvanqvam abeſt *à culpa,*
*ie tamen non caret.* Idem Caſſio l. 15. *In integro res*
*it,* qvanqvam *qvi* cum loqvor? Vide Alvarum cita-
. Inficiari tamen nemo poterit, qvin QVANQVAM,
iam jungi poſſint Conjunctivo, licet primum in ora-
ccupant locum, & rariùs qvidem QVANQVAM, cre-
utem ETSI. Cic. Lent l. 1 Ep 2. qvanqvam *apertè*
*io* aſſentirentur; Idem Att. l. 1. ep. 14. Qvanqvam
*ſe* divellerentur. Cic. de Senect. Etſi *planè illis* orba-
m, *magnum tamen afferret mihi ætas ipſa ſolatium.*
5. ep. 6. Etſi *cujus in me officia* deſiderent. Idem Att.
5. Etſi *aliqvantum via* proceſſero, & 7 Etſi *Eteſiæ*
teſtaverint. l. 7. ep. 3. Etſi *cupidiſſimè expreſſum, &*
*tum à me* ſit. Cæſ. l. 6. bel. gall. Etſi *pars aliqva cir-*
*ta* ceciderit. Deinde Alvarus deſiderat exempla,
probare licet ETIAMSI legi cum indicativo: Sed hæc
navit CLmus Voſſius de conſtr. p. 265. Cic. de Opt.
rat. Etiamſi eſt *in fœnore tolerabili, certè non eſt in*
. Idem l. 1. de Orat. Qvibus etiamſi *ingenium, ut tu*
*non maximè* defuit. Idem Att. l. 3. ep. 24. *Nam iſta*
, etiamſi *jucunda non eſt, mihi tamen grata eſt.* Qvin.
lib.

lib. 11. c. 3. Etiamſi *non utiq; ſoc*
dicium de ſtructura ]8 Qvamvi
gaudet *Subſtantivô*, reperies tam
ctum, maximè apud Poetas. Ho
vis *Lamiæ pietas, & cura* mora
*Scæva, ſatis per te tibi* conſulis,
*nia conduntur, quæ* qvamvis *par*
*dit tranſiliiſſe Remo*. Idem l. 1.
vis eſt *igitur meritis indebita noſ*
*bonitate Dei*. Columel. l. 2. c. 9.
*ctoribus minùs* convenit, *hanc tan*
*giſter uſus docuit*. Verum Indica
moniis probat Voſſius l. de Con

## Observat

Qvamvis, Qvantumvis, &
jectivo præponuntur; ut, Cic. pr
*mihi difficile ſit*, qvamvis multos
l. 2. ep. 2. *Poſt hæc ille catus*, qvant
nunqvam etiam Adverbio addunt
*facere in ejuſmodi rebus*, qvamv
cter, qvamvis impudenter.

## Observat

Licet Conceſſivis Etsi, Qvamq
freqventiſſimè reſpondeat Adverſ
nùs & alias Adverſativas his nonu
mirum Etsi reſpondent interdum
Sed, Sed tamen, Veruntamen,
Nihilo minus; Qvanqvam adſci
Sed Certe, Veruntamen, Nihil
lo Minus, At Tamen, Verum; Q
do Attamen, Certe, Nihilo Min
hilo Minus Tamen, Nihilo Mag
Oratore: Etſi *magiſter ejus Iſocra*
Idem 3. de Orat. Etſi *neqvaqvam pa*

Digitized by Google

*tamen ſtudio meritam gratiam debitámq́ referamus.* l. 9. ep. 16. *Nam*, etſi *non facilè dijudicatur amor verus* *ſus*, &c. *ſed ego uno utor argumento, qvamobrem me ex* *, vereq́ arbitrer diligi.* Id. l. 15. ep. 15. Etſi *me qvidem* *fendunt*: ſed tamen *cum à me diſcedunt flagitans l-* Idem Att. l. 13. ep. 43. *Suaves tuas literas*, etſi *acerb.* *s*: veruntamen *ſcire omnia, non acerbum eſt*. Terent. *t.* 4. 18 — *id qvidem*, etſi *tu neges*, certe *ſcio*. Ulp. *Sed* *egaverint*, nihilo minus *publicantur*. Paul. Etſi *poſt* *tatus ruperit teſtamentum & diſceſſerit*: nihilo minùs *illi valent*. Et hæc eadem particula nonnunqvam ſine à ſibi reſpondente Adverſativa abſolutè ponitur. Cic. 9. ep. 9. *Do, do pœnas temeritatis meæ.* Etſi *qvæ fuit temeritas?* Idem l. 10. ep. 10: qvanqvam *ipſum non vi-* *, ſed ex familiariſſimo ejus audiebam*. Id. 3. de Orat. iqvam *ſunt omnes virtutes æqvales & pares*, ſed tamen *cies alia magis, alia formoſa & illuſtris*. Idem l. 1. ep. 9. qvam *tuâ qvidem cauſâ*, &c. *ut debeo, lætor*, ſed certè, dem lib. 5. epiſt. 21. *Puto autem mea non nihil intereſſe*, qvam *id ipſum qvid interſit, non ſanè intelligo*, verun- n *qvicqvid*, &c. Plaut. Caſ. — *at* qvanqvam *unicus eſt*. o magis *unicus eſt ille mihi filius, qvàm ego illi pater*. . 4. ep. 13. Qvanqvàm *enim nulla me ipſum privatim* *ſit inſignis injuria*, tamen nihilo minùs *conficior curis*. Et qvanqvam ſint *de his facinoribus etiam criminum* *tiones*, at tamen *rectè prætor fecit*, &c. Idem, Qvan- *adverſus patronũ liberto injuriarum actio non detur*: n *marito libertæ nomine cum patrono actio competit*. etiam particula aliqvando abſolute adhibetur. Cic. l. 25. *Si licebit, more noſtrô tuebimur;* qvanqvam *ad-* *um ſumus jam defatigati*. Idem 2 Philip. *Res bello geſſe-* qvamvis *Reip. calamitoſas*, attamen magnas. Idem Att. ep. 6. Qvamvis *non fueris impulſor profectionis meæ*, *qbator* certè *fuiſti*. Colum. Qvamvis *tenue* nihilo mi- *aliqvam induſtriam deſiderant*. Varr. *Qvæ tamen* qvam- *nt fructuoſæ*, nihilo magis *ſunt agriculturæ partes*: Afri-

can. Qvamvis *ex fidejuſſoria* … nus tamen *pignus obligatum n* … *ſtate parentis eſt, teſtamenti fa* … qvamvis *pater ei permittat*, ni… *poſſit*. Præcedit Tamen, qvod u… *abſolutè* ut, Cic. l. 9 ſub initiū … *diſcedis*. Id. pro Clu. Tamen *ne* … *men*. Vel ſeqvente Etsi, Sed, Si … *Non* tamen, etſi *hoc te ex aliis* … *nos gerimus*. Id. l 6. ep. 2. *Pro A* … *honeſtè* tamen, ſed *planè libente* … *mediocriter commotus, neq;* tam … *ſermonis fuit*.

## Observa…

Conditionali Si reſpondent … Sin Aliter, Sin Secus, Sin … Minus, Si Vero, Vero, At, … tem, Qvod, Certe, Nihilo … Utiqve, Tamen, Tum, Cito, … festim, Extemplo, E Vestigi… qvam, Ibi, Ita. Cicero lib. … *me judex, condemnabo eodem* … *cere nolis: Te mihi æqvum pr* … *ſtatim, nuntiô miſsô, condicam* … *tero vindicare*. Cic. lib 7. epiſt … *datione tuam dignitatem obtine* … *rium: ſin autem iſta frigeban* … lib 11. epiſt. 14. *Id ſi ita eſt, o* … *magnum negotium*. Plaut. Caſin … *lumus eveniet, gaudebimus*, ſi … *aqvis*. Cicero 1. Tuſcul. *Cupe* … poſſet, ſin id *non poteſt, niſi hac* … *plicatâ, nunc ſi videtur hoc, illud* … epiſt. 4. *Igitur S. C.* ſi *erit factu* …

rem tamen conficies: Idem lib. 2. de Oratore. Omnis
mea ſolet in hoc verſari ſemper (dicam non ſæpiùs)
ſum, ut boni aliqvid efficiam dicendo, ſin id minùs,
rtè ne qvid mali. Planc. Cic. lib. 10. epiſt. 11. Si
huc ſe Antonius conferret, facile mihi videor per
ſtinere poſſe: ſi verò copiarum aliqvid ſecum addu-
ne qvid detrimenti fiat, dabitur opera à me. Cicero
. epiſt. 33. Qvæ ſi ut volumus exceperimus, ego verò
am ſalutem & foro dicam & curiæ. Plaut. Bacch. Si
nt virga varii; at mihi tergum domi eſt. Terent. Eu-
. 3, 2. Nempe incommoditas deniq; huc omnis redit. Si
iat, qvod dii prohibeant, diſceſſio. At ſi corrigitur, qvot
oditates, vide. Ibidem 5, 2, —— ſi ego digna hac con-
liâ ſum maximè, at tu indignus qvi faceres tamen.
tus Truculent. Si alia membra vinô madeant, cor ſit
m ſobrium. Cic. lib. 13. epiſt. 40. Si ulla mea apud te
endatio valuit, qvòd ſcio multas plurimùm valuiſſe,
t valeat, rogo. Idem lib. 4. ep. 7. Victi ſumus igitur, aut
ci dignitas non poteſt, fracti certè & abjecti. Colum.
. cap. 20 Qvod ſi fecerimus, nihilo minùs defrutum
tertiam partem vaſis conſedit. Varro libro 7. de L.
ad eam inſiſtent, qvæ eſt depravata, nihilo magis
nur. Qvint. lib 5. cap. 10. Si ſapientia bonum virum
bonus vir eſt utiqve ſapiens. Cic. l. 5. ep. 13. Si eſſe unà
s poterimus, qvàm volumus, amicorum tamen conjun-
, iisdem ſtudiis ita fruemur, ut nunqvam non unà
ideamur. Cœl. Cic. l. 8. ep. 15. Si ſcias qvàm ſollicitus
um hanc meam gloriam, qvæ ad me nihil pertinet deri-
Terent. Heaut. 5, 2. Si non eſt verum, ad miſericordiam
s adducet cito. Idem Andr. 3. 2. —— ſi qvid narra-
æpi, continuò dari Tibi verba cenſes. —— Cicero
ib. 9. A qvo ſi erit nobis reſcriptum, ſtatim, qvæ ſen-
s, ad te ſcribemus. Ibidem lib. 8. Si ſecundum mare
ire cœpiſſet, confeſtim in Samnium ad me venturum.
Bacch. —— ſi attingas eum manu, Ex templo puer pe-
a tabula dirumpit caput. Cæſ. 2. bell. Civ. Si
impe-

Digitized by Google

*imperata non facerent, ad n*
Ter. Heaut. 4, 2.—ſi *nunc a*
*relinqvis Noſter reſciſſet* illic
Cœl. Cic. l. 8,7. Si *ad numer*
*proximi cujusq; collegii in ſort*
2.1.—ſi *moleſtus pergis eſſe*, ja
ſi *me ſenſerit Eum qværitare*, n
Andr. 2,3. *Sed* ſi *tu negaris duc*
*ret.* Plaut. Amph. — *qvadrig*
*qve hinc fugias*, ita *vix poteris*
nunqvam Si abſolutè ponitur.
*ris iſtiusmodi me delectat, pict*
intelligi poteſt. Si Minus adſci
Certè, Nihilo Minus, Utiqv
At, At Tamen, Certe, At C
At Saltem, Si, Sin, Tum, &
in Stevvechio de Part. Lat. Ling
qvitur At Certe, vel aliqvid ej
si, ſed Si Non vel Si Minus.

## Observat

*Velim ſcire, Neſcio, Haut ſc*
ejusmodi, niſi præcedat negatio,
Utrum, Numqvid. Cic. l. 13. ep.
*huic.* Idem 5 de Fin. *Qvod* haut ſc
l. 9. ep. *Illud verò te putabat eſſe*
*eſſet*, an innumerabilia. Idem lib.
ſis, an *jam profectus.* Vide Turſ
cap. 168.

## Observat

Conditionali Nisi adjungi ſo
Ne, Ut Ne, Ut Ne Qvidem, Ne
5,2 *Nec rationem capio*, niſi qvod
Plaut. Rudent. *Neſcio, neq; ego iſ*
*ſcio*, Niſi qvia *hunc meum eſſe dico.*

*per ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducere,*
*feminem*, niſi ut *virum à viro lectum eſſe diceres*. Plaut.
ſtell. *Nunc hinc exemplum capere vult*, niſi *tu ne vis*. Cic.
l. 13. ep. 20. *Qvicqvam ne me putas curare in toto*, niſi
*ine deſim* Liv. *Qvid ſeqvitur*, niſi ut ne *beneficium* qvi-
n *debeat populo, ſi cum duobus patritiis unus petierit ple-*
*us*. Idem l 3. ep. 6. *Ubi te viſurus ſim*, niſi *ad me ſcripſe-*
ne *ſuſpicari* qvidem *poſſum*.

## OBSERVATIO VIII.

Cauſalis QVIA in ſermone latino jam præcedit, jam ſe-
tur. Præcedit ſeqventibus EO, IDCIRCO, NON IDCIRCO,
O, PROPTEREA. Salluſt. in Conjur. Qvia *bona aliena lar-*
*, liberalitas, malarum rerum audacia, fortitudo vocatur:*
*reipub. in extremo ſita eſt*. Plaut. Perſ. Qvia *ei fidem non*
*ui argenti*, eò *mihi eas machinas molitu'ſt*. Cic. Att. l.
21. *Qva omnia*, qvia *Cato laudibus extulerat in cœlum,*
*ſcribendaq́ cenſuerat*, idcirco *in ejus ſententiam eſt fa-*
*diſceſſio* Idem 2 de Nat. Deor. *Ægri* qvia *non omnes con-*
*eſcunt*, non idcirco *nulla eſt medicina*. Idem. l. 3. ep. 7.
qvia *confido mihiq́ perſvadeo*, &c. ideo *à te dubitavi con-*
*dere, ut hanc cauſam illi integram conſervares*. Ibidem
ſt. 11. Qvia *ſemper animadverti ſtudioſè te operam dare,*
*e qvid meorum tibi eſſet ignotum*, propterea *non dubito,*
*n ſciat cujus municipii ſim* Nonnunqvam particula, re-
ndens Cauſali QVIA, circumſcribitur. Cic. l 13. ep. 70.
ia *non eſt obſcura tua in me benevolentia*; ſic fit, ut *mul-*
*er me tibi velint commendari*. Salluſt. in Conjur. Qvia
*dum freqventes armati convenerant*, ea res *conſilium de-*
*it*. Aliqvando repetitur QVIA. Colum. l. 1. c. 3. *Magis,*
*a ſuperbum videbatur tantum loci detinere, qvàm* qvia
*itioſum*. Cic. l. 3, 8. *Vel* qvia *munus magnificum dederat:*
qvia *facultates non erant*. Ovid. *Non* qvia *tu dignus, ſed*
*mitis ego*. Cic. 2. de Leg. *Neq; verò hoc*, qvia *ſum ipſe au-*
*, ita ſentio: ſed* qvia *ſic exiſtimari eſt neceſſe*. Seqvitur
IA, præcedentibus EA RE, EA, EO, NON EO, CAUSA,



Digitized by Google

HOC, IDCIRCO, IDEO, ID, NON IDE
PTER, SIMUL, Cic. Att. l 12. ep. 1
*tem*, quia *nihil attinuit*. Plaut. Pe
*atq; ago*, qvia *probè ſum ultus meum*
*Id autem* eò *faciliùs credebatur*, qv
Idem Att. l 9. ep. 2. *Qvod ego* non
*ſed* qvia *ingrati animi crimen horr*
*ſin ea eſt* cauſa *retinendi apud vos*,
Rud. —hòc *ſeſe excruciat animi*,
*ei*. —Cic. lib. 1. de Invent. Idcirc
*ſam habebam*, *brevi perorabam*.
*ornata hoc ipsò*, *qvod ornamenta n*
*res*, ideo *benè olere*, qvia *nihil olet*
Andr. 2, 3. *Si* id *ſuccenſeat nunc*,
*Chremes*. Plaut. Stich 1. *An* id *dol*
*cium colunt*. Ulp. *Competit enim*
*abeſt*; *ſed qvia nonnunqvam abſu*
*illum prodire pudet in conſpectum*
*qvia te ſcire*, *ſcit*. Ulp. *Non daren*
pter, qvia *& ipſe injuriarum actio*
jur. *Qvippe fœdum hominem à re*
mul, qvia *boni complures præſidiu*

## OBSERVAT

Cauſali QVONIAM præmitti ſol
REA, &c. Gell. l. 7. c. 13: *Hoc* eò
*in M. Ciceronis oratione*, *qvâ Vo*
*ſolet*, *qvid claſſicus*, *qvid infra claſ*
*agnoverat ſententiam*, qvoniam *ge*
*Si qvis autem eſt*, *qvi* propterea *p*
*dixit Tiro*, qvoniam *prima ſyllaba*
*producta eſt*. Etiam nonnunqvam
lib. 12. c. 5. *Sed enim*, qvoniam *his*
*luptatiq; ante conſilii & rationis e*
*mo imbutus eſt*: idcirco, &c. No
cum *cauſa* redditur, rarum eſt. N

b. 4. epiſt. 5: *Tamen ei moriendum fuit*, qvoniam *bo-ta erat*. Ibi QVONIAM uſurpatur pro SIQVIDEM.

## OBSERVATIO X.

ſervatione haud indignum erit, qvod non rarò præ- NUNC, ubi QVANDO pro QVANDOQVIDEM uſurpatur. b. 11. ep. 16. Nunc *ſi me tanti facis, qvanti certè facis, lo eqvitum turmas tenes, mitte ad Lupum.* Idem lib. 56: Nunc, qvando *mihi ab amico officioſiſſimo tan- neris imponitur, ego qvoq; tibi imponam pro tuis in me s officiis.* Idem lib. 14. ep. 1. Nunc, qvando *ſperare nici jubent, dabo operam, ne mea valetudo tuo labori* . Sic l. 7. ep. 2. & l. 8. ep. 7.

## OBSERVATIO XI.

QVATENUS pro QVANDOQVIDEM crebriùs *Indicativum* . Plin. l. 3. ep. 51: *Et* qvatenus *nobis* denegatur *diu vi- relinqvamq aliqvid, qvo nos vixiſſe teſtemur.* Idem ep. 7. *nim non usqveqvaq; Homericis verbis agam tecum*, qva- *tu me ſuis agere non* pateris: *qvorum tantâ cupiditate , ut videar mibi hac ſola mercede poſſe corrumpi?* Qv. . 3: *Propria tamen vis nominis, & exprimenda natura* atenus *appellatione ipsâ non ſatis ſignificari* videtur. ari tamen nemo poteſt, qvin aliqvando etiam hôc ſen- rpatum, *Conjunctivum* admittat. Svet in Claud. c. 26: *mavitq; pro concione apud Prætorianos*, qvatenus *atrimonia malè* cederent, *permanſurum ſe in cæ-* .

## OBSERVATIO XII.

UM pro QVAMVIS Conjunctivô præcipuè gaudet, ſe- ibus particulis TAMEN, ATTAMEN, NIHILO MINUS, E, TAMEN, NIHILO MINUS. Cic. l. 1. ep. 8: Cùm *et- s* contenderimus, *qvâm poſſumus, minùs* tamen *faci- qvâm debemus.* Mart. *Nil benè* cùm facias, *facis* atta- *mnia bellè.* Hirt. de bell. Alex. *Qvi*, cúm *in illa ſocie- erſarentur* *rapinarum*, nihilo minùs *oderant eum, cu-*

 *jus*

*jus nomine peccabant*. Ulpian. *Si*
*utiq; tam filio, qvàm patri, acq*
utiq; *facienda æſtimatio eſt*. Varr
*tu*, cùm *diſſimillima* ſit *virilis tog*
*lio*, tamen *inæqvalitatem hanc ſe*
dum hoc ſenſu accepta particula
Cicero 2. de Leg. *Nec enim ullu*
*tigi*, cùm *ad multa* acceſſerim
*poſſim*.

## Observat

Cum pro Qvod uſurpatum *I*
Att. *Gratulor tibi*, cùm *tantum*
*Mihi gratiſſimum feciſti*, cùm *eu*
*vum* maluiſti. Idem: *Tibi maxim*
*meæ literæ* potuerunt. Idem in
*leviſſime*, cùm *ea* culpas *qvæ in*
Plaut. Rud. Cùm *iſtæc res tib*
*gratulor*. Terent. Andr. 2, 2. *Qv*
*nô*, cùm *huic* veritus eſt *optimæ a*
Sed pro Qvoniam ſumptum, à
cum Præſenti vel Perfecto Conj
vexent *mala fata bonos* (ignoſc
*eſſe putare Deos*. Cic. 3. Offic.
*mercaturam bonarum artium* ſis
*turpiſſimum eſt, dedecorantem &*
*giſtri*. Raro vero cum *Imperfect*
*accuſabar, culpa* vacarem.

## Obsevati

Dummodo, & Dum pro Du
Modo Non, *Conjunctivum* exig
*qvam*, dummodo *otioſi* eſſent, *re*
*pitis periculum adire*, dum proſin
dum metuant. Ter. Andr. 5, 3. *Q*
*me falli* comperiar. Sic & Du
Dummodo Non paſſim dicitur a

Digitized by Google

b. II. *Sit ſumma in jure dicendo ſeveritas*, dummodo varietur gratiâ.

## OBSERVATIO XV.

ectiva particula QUAM plerumq; additur Comparati- at Verbis vim comparativam habentibus. Plaut Mi- 5. Plus *oportet* ſcire *ſervum*, qvàm *loqvi*. Cic. Att. l. 17. 17. *Mea mihi conſcientia* pluris *eſt*, qvàm *omnium ſer-* idem 4. Verr. Malo *emere*, qvàm rogare.

## OBSERVATIO XVI.

ectivæ particulæ utplurimùm *Indicativum* adſciſcunt, *Conjunctivum*: & ſæpe ſubjiciuntur Nominibus & Ad- is, qvæ ſimilitudinem aut diverſitatem ſignificant: a ſunt; *ſimilis*, *ſimiliter*, *æqvè*, *alius*, *aliter*, *ſecus*: ut, ent. *Ne* ſimili *utamur fortunâ*, atq; *uſi ſumus*. Cic. 3. de Deor. Similiter *facis* ac ſi *me roges*, *cur te duobus contu- culis*. Idem l. 16. ep. 11: *Ne ſim ſalvus*, *ſi* aliter *ſcribo* ac o. Tacit. 5. Hiſt. *Judæos in deſerto*, *nihil* æqvè qvàm *ia aqva fatigabat*. Virg. 3. Æneid. *Haud* ſecus ac *juſſi unt*. Legitur etiam, PRO EO AC, PRO EO ATQUE, PRO AC SI, de qvibus vide ſuprà pag. 1183. Elegant. 7. ut & tes paticulas ſimilitudinis Obſervat. 15. in Synt. Adverb. 74, 1175. & Linacrum l. 5. p. 354.

## OBSERVATIO XVII.

UT pro PROUT, *Indicativum*; pro UTPOTE ſeqvente QUI, *junctivum* adſciſcit: ut, Cic. in Piſ. *Dices enim*, ut es *be- facetus*. Idem pro Mur. *Ille*, ut fuit *ſemper apertiſſimus*, *purgavit*, *ſed indicavit*. Idem pro Roſc Amer. *Homo*, ut *furioſus reſpondet*. Qvint. l. 1. c. 2. *Deinde cum profe- la ſunt ſtudia*, *caligat in ſole*, & *omnia nova offendit*, ut- e qvi *ſolus* didicerit, *qvod inter multos faciendum eſt*.

## OBSERVATIO XVIII.

RGO & IGITUR brevioribus concluſionibus competunt: ARE & QUAMOBREM longioribus: ut, Terent. Andr. 3, 5.

Ergo *precium ob ſtultitiam fer*...
*vocatio iſtâ lege datur.* Idem lib...
*commendo, ut unum de meis do*...
*ris.* Idem 2. fam. Qvamobren...
*argumentum relictum eſt, utar*...
*ſtudium ſummæ laudis cohorta*...
initio orationis interdum ſigni...
*ationem materiæ*: ut, Cic. pro...
Andr. 2, 2. *Qvid* igitur *ſibi vul*...
Eun. 1, 1. *Qvid* igitur *faciam*?...
lib. 5. p. 343.

## OBSERVA...

Abuſus & confuſio particu...
cos in Latium ſolæcismos inve...
rit, in earum ſtructuram dilige...

QVOD igitur reſpondet Græco...
*Efficiente* vel *Impulſiva*, & latin...
betur autem poſt Verba ſenſu...
*ſpero, ſuſpicor, audio, video,*...
*confido, cenſeo, exiſtimo, judic*...
*minit, reminiſcor, gaudeo, læt*...
*Eventu* aut *re geſta*, ad actione...
lente, agunt. Qvando autem ...
poſtulant; ut, *Præceptorem au*...
ut elabar. *Videbo* ut efficiam,...
Vallam l. 2. c. 37. & Paral. Gra...

3. n. 3. UT autem reſpondet G...
*ſa Finali.* Proinde poſt verba ...
*Faciendi*, & qvæcunq; alia vol...
ſicantia, ſeqvitur UT, Talia ſun...
*moneo, hortor, jubeo, impero*...
*permitto, debeo, timeo, vereor,*...
*cogito, curo, laboro, paro, incip*...
*cio, efficio, enitor*, & his ſimili...
*Finali* loqvuntur. Qvando a...

Digitized by Google

entem reſpiciunt, QVOD poſtulant; ut, *Facere hæc de-* vòd *pater* juſſerit. *Strenuè laboro,* qvòd *video ingruere* *em.* *Nunc demum incipio,* qvòd *aliis hactenus occupa-* *rim,* &c. Similiter adhibetur UT poſt Verba contin-m qvandam ſignificantia; ut, *Accidit, evenit, fit, fa-* *eſt,* & ſimilia. Item poſt voces Intendendi ſignificatio-habentes; ut, *Talis, tantus, tam magnus, tam multus,* , *toties, tanti, tam, adeo, ſic, ita,* & ſimilia; Ubi r eſt ἀποδοτικὸν, pro ὥστε: Talis *eſt,* ut *verbis de-* *ſatis neqveat.* Tanta *pertuli,* ut *jures qvenqvam majora* Plin. l. 8. c. 22. *Nullum* tam impudens *mendacium eſt,* *e careat.* Cic. de Sen. *Senectus plerisq;* ſic odioſa *eſt,* ut *Ætna gravius dicant ſe in humeris portare.* Item poſt culam *Ejusmodi,* aut Comparativum cum QVAM: ut *Reliqva ſunt* ejusmodi, ut, &c. Idem l. de Nat. Deor. *ſunt dicta ſubtiliùs,* qvàm ut *qvibus poſſit ea agnoſcere.* 1. de Orat. *Hoc majus eſt qviddam,* qvàm ut *ab iis po-* *ndum* ſit. *Qvanqvam* poſt hæc poſtrema, pro UT, etiam poteſt Relativum, *Qvi, Qva, Qvod:* ut, Cicero pro p. *Genus belli eſt* ejusmodi, qvod *maximè veſtros ani-* *excitare debet.* *Morbus major eſt, qvàm* qvi *ferri poſſit.* *ritudo* major, *qvàm* qvæ *verbis explicari poſſit.* *Majus* qvod *homini conveniat.* Vide Vallam l. 3. c. 27. & lib. 2. , Linacrum l. 6 & in primis Paralip. Gramm. Vittemb. 6, 397, 308. Rhenium pag. 518.

## OBSERVATIO XX.

erbum VIDEOR Conjunctionem *Qvod* reſpuit. Ne er-ixeris: Videtur *mihi,* qvòd *ſum doctus,* qvòd *es doctus,* *ille eſt vir doctus* Sed, *videor mihi eſſe doctus.* *Videris* *eſſe doctus* *Ille ſibi videtur eſſe vir doctus.* Et numero citudinis eodem modò. *Videmur nobis eſſe docti.* *Vide-* *i nobis eſſe docti.* *Illi videntur ſibi eſſe viri docti.* Cicero l. 9. Amens mihi fuiſſe videor. Idem lib. 2. Relegatus i videor, *poſtea qvam in Formiano ſum.* Idem Phil. 2. *ſcio qvid* turbatus mihi eſſe videris. Terent. Andr. Sub-



Digitized by Google

triſtis viſus eſt eſſe *aliqvantul,*
cidiſſe mihi *è mundo* videtur.
*Corneli cum ex alto Africam*
Hiſpaniæ tuæ videbuntur. Co

## Observa

*Qvod* Cauſale in ſententia
*Præſentis*, aut *Præteriti tempo*
facis, qvòd *me* adjuvas. Ide
qvòd *aliud à terra* ſumpſimus,
tia verò *infinita* ſeu *potentiali,*
Cic. *Facilè apparet*, qvòd *me*
*Mihi* qvod *Naſicam* defendiſſ
de Div. *Mirari ſe dicebat*, qvò
*ſpicem qvum vidiſſet.* Nota.
pro Qvantum Ad Id, habet In
ep. 2. *Qvod ad me ſæpe ſcripſiſt*
*feci & expertus ſum omnia.*

## Observa

*Qvamvis* Cauſale QVO ſolun
ut Cic. l. 6. ep. 18. *Tum velim mihi*
qvò *magis expetam promiſſum tu*
ſtate idem Cicero particulæ Qvo
epiſt. 15. *Neq; hæc* eò *ſcribo*, qvò
*dolore eſſe affectum ſciam.* Ibidem
*ſtificor, me expertem belli fuiſſe, e*
*omen* eò *ſcripſi*, qvò *in ſuadendo pl*
pro Qvint. *Non* eò *dico C. Aqvili,*
*um tua fides & conſtantia.* Idem
*verum* eò *gravior eſt dolor*, qvò *cul*

## Observatio

Cauſalem Qvin pro Qvod Non
tiva Non: ſed pro Ut Non à fron
Non Est Dubium, Parum vel Nih
termitto, Facere Non Possum

c. l. 17. ep. 24: *Etſi novi nihil erat, iisdem de rebus ve-*
*te ſæpius ſcribere*, non qvin *conſiderem diligentia*
*id rei me magnitudo movebat.* Idem l. 4. ep. 7. *Eô te*
*conſiliô uſum intelligo, ut id reprehendere non aude-*
on qvin *ab eo ipſe diſſentiam, ſed qvòd eâ te ſapientiâ*
*ſcem, ut meum conſilium non anteponam tuo.* Teren.
ubium eſt, qvin *uxorem nolet filius*, Cic. Att lib. 14.
*o* nihil abeſt, qvin *ſim miſerrimus.* Sveton. Minimùm
, qvin *interciperetur.* Cic. 2. Phil. Nihil prætermiſi,
um *facere potui*, qvin *Pompejum à Cæſaris conjunctio-*
*carem.* Idem Att. l. 12. Facere non poſſum, qvin *qvo-*
*mittam.* Idem pro Qvin. Cauſæ nihil dico, qvin *ita*
OTA. QVIN pro QVI, QVÆ, QVOD NON ſeqvitur ferè,
lo præceſſerunt NEMO, NEMO OMNIUM, NEMO QVIS-
, NEC QVISQVAM. Cic. Nemo *eſt*, qvin exiſtime. id eſt,
on exiſtimet. Idem lib. 1. ep. 4. *Dignitatis autem tuæ*
*eſt*, qvin exiſtimet *habitam eſſe rationem ab ſenatu.*
r 3 bell. Civ. *In caſtello* nemo *fuit* omnium *militum*,
*ulneraretur.* Ter. Hecyr. ſc. 1.—nemo *illorum* qvis-
, *ſcito ad te venit*, qvin *ita paret ſeſe, abs te ut blandi-*
*is Qvàm minimò preciò ſuam voluptatem expleat.* Cic.
ep. *Nec* qvisqvam *eſt*, qvin *ita exiſtimet.* Hactenus
RVATIONES; proximum eſt, ut ANOMALIAS
ngamus.

## ANOMALIA I.

ud rarò uſu venit, Copulativas in oratione abundare,
POLYSYNDETON vocant; ut, Virg. *Unà* Eurùsq; No-
*ruunt.*—Idem 1. Georg. Arboribusq; ſatisq; *Notus*,
iq; ſiniſter Idem 11. Æneid. Clòreaq;, Sibarimq;, Da-
, Terſilochumq; Idem 9. Æneid. Alcandrumq;, Hali-
Noëmonaq;, Prytanimq;.

## ANOMALIA II.

luti *eandem Copulativam* aliqvoties repeti, jam oſten-
: ita *diverſas* Copulativas, Conceſſivas, Ratiocinati-



Digitized by Google

vas, Cauſales, Pleonaſmô qvodam iterari compe
*latiƲas*: ut, Ter. Hec. 5, 1. *Ego* qvoq; etiam *credi*
*Ego pol* qvoq; etiam *timida ſum*. Sic Plaut. Epid.
logo Pœnuli. Item Lucretius l. 5. v. 714. *ConceſſiƲ*
Att. l 16. e. 7. Etſi qvamvis *non fueris ſuaſor & im*
*fectionis meæ, approbator certè fuiſti*. Apulej.
etſi *diſtrictius magum me dixiſſet, poſſet Ʋideri, ex*
*ſe filio, Ʋim meam, qƲam Ʋoluntatem, cauſar*
Ulp. *Qvanqvam* etſi *ſine hac adjectione caƲeret*
*tamen exceptione patrem, Ʋel dominum ſubmoƲer*
lib. 6. *Proinde* licet qvamvis *cœlum terramq; rea*
*rupta fore.* — Cic. In Lælio. Qvamvis licet *excell*
*natƲias*: ut, Plaut. Trin. 3, 3 ME. *QƲô pactô ergo ig*
*Clam dos depromi poteſt.* Apul. 1. Met. Ergo igit
*ci celeritate fatigatus, commodùm Ʋeſperâ orient*
*as proceſſeram.* Idem lib. 4. Ergo igitur *cum*
*tationis ſolo fluctuarem.* Terentius Eunuch. 2. 3.
*amantur.* — Liv. lib. 28. *Itaq;* ergo *prima Ro*
*proƲinciarum, poſtrema omnium noſtrâ demum*
*auſpicioq;, Auguſti Cæſaris perdomita eſt. Cauſa*
*Ulciſcar,* ut ne *impunè in nos illuſeris.* Cicero
*Opera datur* ut *judicia* ne *fiant.* Idem: *Num*
*aliud in judicium Ʋenit, niſi uter utri inſidias f*
*fectò nihil, ſi hic illi,* ut ne *ſit impunè.* Idem
Sen. Ut *lex Ælia, & Fuſia* ne *Ʋalerent.* Idem pr
ne *longiùs abeam.* Idem l. 2 ep. 7. *PetiƲi ſæpe pe*
*ut decernatur aliqƲid noƲi, ſed* ut ne *qƲid noƲi*
Idem 4. Verr. *Poſtulant enim non* ut ne *cogan*
*quid igitur?* ut *ipſis* ne liceat. Plaut. *At ego*
*onem habebo,* ut ne ſucurrat. Terentius, *Si*
ut ne *pater per me ſtetiſſe credat.* In his & ſimili
NE ponitur pro NE, & reſpondet Græcorum
ὥστε μή.

## ANOMALIA III.

Nec ſua deeſt Conjunctionibus Ellipſis,

Digitized by Google

ndeton vocat, qvæ conſpicitur in *Copulativis*, *Disjuncti-* *Concesſivis*; *Adverſativis*, *Cauſalibus*, *Ratiocinativis*, *Con-* *nalibus*, *Copulativis*: ut, Cicer. Abiit, exceſſit, evaſit, it. Salluſtius in Catil. Genus, ætas, eloqventia, *prope* *fuerunt*. Ibidem *Qvæ homines* arant, navigant, ædi- *t*, *omnia virtuti parent*. Sic Cicero dixit, *Terra* ij *Dictis factis*, Livius, *Eqvis viris*. ICti, *Emptum* *litum*, id qvod etiam longè uſitatiſſimum eſt in nu- *s*: ut, *tertius decimus*, *qvartus decimus*, *terni de-* c. Item *decem ſeptem*. Vide ſupra Syntaxin pag. 772. ervation. 13. ſeqvent. Sic QVOQVE, ETIAM nonnun- ſupprimuntur, poſt SED, VERUM. Cic. ad Lentulum: *ibus negotiis non interfuit ſolùm*, ſed *præfuit*. Ulpian. Senator. *Liberos Senatorum accipere debemus*, *non* *ùm Senatorum filios*, verùm *omnes*, *qvi geniti ſunt* ex *Disjunctivis*: ut, Cicer. Velit, nolit, *difficile eſt*, pro *elit*, *ſeu nolit*. Catull. epiſt. 4. — læva, *ſive dextera* *ret aura*. — pro, ſive læva. *Conceſſivis*: ut, Cicero Mil. Qvi *nondum liberâ civitate*, *tamen Populi Romani* *tiis liberatus*. pro, *Qvi qvamvis nondum* Idem 7. Verr. *ilium* capit *primò ſtultum*, *veruntamen clemens*. *rſativis*: ut, Cicero 2. Phil. *Tu cùm principem* *torem domi habeas ad eum nihil refers*: ad eos *refers* *uam domum nullam habent*, *tuam exhauriunt*. pro, *ad* *utem*, &c. Horat. lib. 1. Od. 24. *Multis ille qvidem fle-* *occidit Nulli flebilior*, *qvàm tibi*, Virgili. pro, *ſed* Ulp. *Etſi venditio remanſiſſet*, nihil *hæc res emptori* *erat*. pro, *nihil tamen*. *Cauſalibus*: ut, Virg Ecl. 2.— *um ne crede colori*: Alba *liguſtra cadunt*: *vaccinia ni-* *leguntur*. pro, *nam alba*, &c. Sic eâdem Eclogâ: *Nec ſum* *informis*, nuper *me in litore vidi*. pro, *nuper enim*. ſæpe deſideratur in primis poſt Verba: *Volo*, *nolo*, *precor*, *rogo* & ſimilia: qva de re ſup. in Syntaxi in- pag. 1073. Reg. 1. Anomal. 2. *Ratiocinativis*: ut, Ter. r. 4, 1. *Hàc non ſucceſſit*, aliâ *aggrediamur viâ*. pro, *ergo* *alia igitur*. *Conditionalibus*: Cicero Parad. Poſcis,

*dan-*

Digitized by Google

*dandum eſt*, vocat, *veniendu*
*extimeſcendum.* Terent. A
*argentum*, —Fores effregit
*reſarcietur?* —Virg *Parten*
*lcare haberes.* pro, *ſi ſineret.*
*cœlum* juſſeris, *ibit.* pro, ſi j
Conjunctionum; reſtat ut E

## Elegan

Sylvius Ambianus tradit P
voces polyſyllabas particulis
ter conjungi: ut, Qvint. *Sub P*
*pleriſq; vitia latuerunt. Non e*
*rentur Philoſophi laborabant*
*diſſentientem à cæteris habitu*
*bant.* Varro: *Diſtractione civ*
*um civitatis*, atq; ægrotare *in*
*Nunqvam tacet, qvem morbus*
*ternoſum* bibendi ac dormien

## Elegan

Pulcerrimus eſt uſus Copul
4. epiſt. 13. Cùm *cæteris*, *ut*
*diſplicea.* Idem l. 13. e. 13 Cùm
*na, ſi qvid hoc ad rem pertinet*,
ep. 1. *Qvæ* cum *abhorrent à lit*
*rò contraria ſunt imperio ac dig*
*noſter*, cùm *animo & benevole*
*tione vivendi.* Idem in Lælio: *Se*
*gentia plectimur*, tum *maximè*
*lendis.* Idem l. 6. ep. 4. *Et ſerm*
*nis*, tum *optimi & prudentiſſim*
cùm *ſemper valere cupio*, tum *c*
Jugurt. Cùm *propter bonas artes*
Cum *propter uſum belli*, tum *qv*
l. 1. c. 8. *Nam cum multum prode*
*obeſt perperam feciſſe.*

Digitized by Google

## ELEGANTIA III.

ſelliniObſervatio eſt,de part.L.L.c.168.p.313. Condi-
Si, eleganter Pronominib9 præcipuè poſtponi. Cic.
*Hoc* nos ſi *facere velimus*. Idem, *Tantum moneo*, hoc
*ris*, *te eſſe nullum unqvam reperturum* Idem l.14. ep.
*otidie tabellarios veſtros expectamus*, qvi ſi *venerint*
*erimus certiores*, *qvid nobis faciendum ſit*.

## ELEGANTIA IV.

ceſſuri aliqvid venuſtè utimur, SI MAXIME. Cic. 4.
*Neq. enim* ſi maximè *ſtatuæ delectæ eſſent*, *eas ego*
*vobis jacentes oſtendere*. Idem pro Qvint. Si maximè

## ELEGANTIA V.

tiam etiam merentur, SI MODO, SI QVISQVAM. PRO-
, SI QVÆRIS, SI NON MAXIMUS. Cic. Att. l. 13. *Sunt*
*vehementer πιϑανὰ Antiochia*, *qvæ diligenter à me*
*a acumen habent Antiochi*, *nitorem orationis noſtrũ*,
*ò eſt áliqvis in nobis*. Plin Jun. *Et habebit*, ſi modò
*teſtamenta dictaverit*. Idem l. 8.ep. *Neminem magis*
*ctute*, ſi modò *ſeneſcere datum eſt*, *æmulari velim*.
15. ep. 4. Si qvisqvam *fuit unqvam remotus*, &c. *ego*
*ò is ſum*. Idem 3 Offic. *Eares*, ſi qværis, *magno ei bo-*
*it*, Idem l. 7. ep. 1. *Omnino*, ſi qværis, *ludi apparatiſ-*
*d non tui ſtomachi*. Uſurpatur autem SI QVÆRIS in iis
qvas ſcire ad eum, qvi cum agimus, non magnoperè
eat. Cic. in orat. *Hôc unò profectò magnus orator eſt*,
maximus.

## ELEGANTIA VI.

VIS, SI QVA, SI QVID, SI QVOD, SI QVANDO, SICUBI, ele-
s dicuntur, qvàm SI ALIQVIS, SI ALIQVA, SI ALI-
SI ALIQVOD, SI ALIQVANDO, SI ALICUBI. Salluſt.
m *maledicendo voluptatem cepiſti*, *eam malè audien-*
*ittas*. Qvint. *Neq.* ſi qvis *Achillis gloriam in bellicis*
*vi non poteſt*, *Ajacis aut Diomedis laudem aſpernabi-*
*tur*

Digitized by Google

*tur.* Cic. *tanta vis eſt loci &*
*ſam ſit acturus, in itinere,*
*meditetur, aut* ſi qvid *aliud att*
*datur. At hoc idem ſi in convivi*
*ſcitia temporis.* Idem: ſi qvid
*ſiciam, ne te fruſtra ſcripſiſſ*
*ris peccatum,* ſi qvod *eſt anim*
*tum videtur. Stultitia auten*
Idem: *Imbecillis autem eſt pud*
do *paululum aberraverit, ſtat*
Idem: *In Philoſophos veſtros* ſi
*dicibus librorum, qvi ſunt ferè*
*ſtribus, de virtute, de juſtitia,*
*verbum prorſus nullum intelligo.*
*diſputationibus illigati.* Idem:
*dum, poſtremò ſoleo cogitare, qv*
do *id primùm invenire volui,*
*aut exile, aut nugatorium,*
Terent. Sicub *eum ſacietas bon*
*odium ceperat, reqvieſcere ubi*

## Eleganti

Particulæ Si, magno cum o
te accedit Qvod, ſeqventibus
At certe, Tamen, Nihilo
Tunc, Jam qvidem. Cic. l. 1 e
*ſum viſus in* Republi. *fortis,* cert
*tus eſſet.* Idem lib. 3. epiſt. 2.
*mea voluntate erga te ſpem habea*
*fallet.* Idem Att. l. 6. Qvòd ſi *non*
*optima fide, & optimo animo pro*
Qvòd ſi *liceret,* tamen *non debe*
ſi *ut ſpero, victis hoſtibus noſtri*
*tate veſtra reſpublica exſurget.* Pl
Qvòd ſi *nihil profecero,* nihilo m

4. ep. 4. Qvòd ſi *nos ad aliqvam alicujus commodi*
*o recuperandi ſpem fortuna reſervavit, minùs eſt*
*à nobis,* ſi *hæc mala fixa ſunt, ego verò te qvàm pri-*
*ea vita, cupio videre.* Idem 2. Tuſcul. Qvod ſi *hæc*
*adducta erunt ad noſtros,* ne *bibliothecis* qvidem *ege-*
Mart. lib. 2, 8. Qvod ſi *non illum ſed me peccaſſe pu-*
unc *ego te credam cordis habere nihil.* Ulp. Qvod ſi
*t,* jam qvidem *periculum ipſius eſt.*

## ELEGANTIA VIII.

a interdum adſciſcit *Si*, elegantiæ causâ, Teren-
dr. Niſi ſi *id eſt, qvod ſuſpicor, Aliqvid monſtri alunt.*
delph. Niſi ſi *me in illo credidiſti eſſe hominum nu-*
ic. 2 de Orat. *miſeros illudi nolunt,* niſi ſi *ſe jactant.*
urſellinum p. 176.

## ELEGANTIA IX.

eluti Elegantia *VI.* venuſtiùs dici *Si Qvis*, qvàm
vis, obſervatum eſt: ita pro NISI ALIQVIS ele-
dicitur NISI QVIS, NISI SI QVIS. Ciceró Att. lib. 1.
*s nos Deus reſpexerit.* Idem in Bruto: Niſi qvid *de*
*enda ſuſpicari licet.* Id. 2. Cat. Niſi *verò* ſi qvis *eſt,*
*lina ſimilis cum Catilina ſentire non putet.* Id. Att.
i qvid *erit.*

## ELEGANTIA X.

ormulæ, in qvibus imperiti has voces, PROPTER
QVAM, QVOD, aut OB QVEM, OB QVAM, OB
uſurpant, ornatiores erunt, ſi harum vocum locô
iis CUR, QVARE, & QVAMOBREM utamur: ut,
*Nulla res eſt,* qvamobrem *iſtum nolim ex pater-*
*ris ac vitiis emergere.* Idem: *Neq; adhuc cau-*
*am excogitare potui,* qvamobrem *commiſerit.*
*Si tibi nulla cauſa eſt,* cur *hunc miſerum tantà ca-*
*affici velis.* Idem: *Sederant cauſa,* cur *hoc tem-*
*pore*

Digitized by Google

*pore iſtic eſſe nollem.* Idem,
*ſe videor*, qvare *hoc bellum eſſ*

ELEGAN

UTPOTE, & QVIPPE pro UT
*Indicativo* & *Conjunctivo* jun
*Cunjunctivo*: ut, Cic. Att l.
qvi *nihil contemnere* ſolemus
l. 11. c 13. *Capparis cultu aut n*
qvippe qvæ *res etiam in deſe*
convaleſcit. Cic pro Roſc. A
*inibat*, utpote qvi *ne in oppidu*
ret. Idem 2 Offic. *Ad fidem ſ*
qvippe cum *ea ſine prudentia*
TA. QVIPPE & UTPOTE nonn
leguntur: Cicero 1 de Fin. *So*
qvippe *homini erudito*.

ELEGANT

Cauſalis UT in medio orat
alio in loco, collocatur elegant
*ſimulavi, vos* ut pertentarem. I
*mum* ut neqveam *ad cogitandu*
*bat tabulam domi, poteſtas* ut eſ
*Qva ſic ab illo acta eſſe conſtaba*
*lacrimas*, ut tenere *non* poſſent.

ELEGANTI

QVO pro UT, aliàs cum Co
parativo, primi in dicendo nomi
ut, Terent. *Id amabo adjuta me,*
*Pythagoreis certè mos fuit, cum e*
*excitare*, qvò *eſſent ad agendum e*
rabilius *feramus igniculum deſi*
*appellato*. Idem, *Omnia faciat*, q
Terentius, *Hanc ſimulant pare*
*ſterreant*.

Digitized by Google

## ELEGANTIA XIV.

NIHIL EST, NON EST, pro nihil cauſæ eſt, non eſt opus, a oportet, & EST pro CAUSA EST, venuſtè dixeris, ſeqven- QVOD: ut, Cic. *Epiſtola copioſa & ſuaviter ſcripta,* nihil qvòd *multa reſpondeam.* Idem, Nihil eſt, qvòd *me invi-* Id. Nihil eſt, qvòd *vereare, ego enim ne pilo qvidem mi- s te amo.* Id. *Dignitatem qvidem illam conſularem fortis e conſtantis* nihil eſt, qvòd *cogitemus.* Id. *Excruciat me va- udo Tulliæ noſtræ, de qva* nihil eſt, qvòd *ad te plura ſcri- m.* Id. *De eruditione ejus* qvòd *labores,* nihil eſt. Terent. hil eſt, qvòd *dicas mihi, qværebam alium.* Idem, *Nam ni-* eſt *illic,* qvòd moremur *diutius.* Virg. *Si vitulam ſpectes,* nil eſt qvòd *pocula laudes.* Idem, Nihil eſt qvòd *dicta re- ctent Ignavi Æneadæ*—Horat. Non eſt, qvòd *multa lo- amur.* Ovid. 3. Triſt. Non eſt, qvòd *timeas, fortuna miſer- na noſtra eſt.* Cic. l. 7. ep. 10 Eſt qvòd *gaudeas, te in iſta ca veniſſe.* Terent. And. 2, 5. —ſed eſt qvòd *ſuccenſeat* tibi. ... QVID EST QVOD, eleganter uſurpaveris pro QVARE. er. Heaut. —Qvid eſt, qvòd *tam à nobis graviter crepuere res?* Cic. Att. 4, 8. Qvid ſit, qvòd *ſcribis ... malè ...bis, ignoro.* Idem l. 9. epiſt. 14. Qvid eſt, qvòd *...r,* &c.

## ELEGANTIA XV.

Membra orationis clauſuri & ad alia tranſituri, pulcer- mò dicendi charactere utimur Cauſali UT, & tranſeundi articulis, hôc modô: RELIQVUM EST UT, RELINQVITUR T, RESTAT UT, EXTREMUM EST UT, SEQVITUR UT. Cic. Q. r. 1. ep. 1. Reliqvum eſt, ut *te orem, ut valetudini tuæ, ſi me omnes tuos valere vis, diligentiſſimè ſervias.* Cæſar. 3. bell. iv. Relinqvebatur, ut *extremam belli rationem ſeqvens, ... plurimos colles occuparet.* Idem l. 4. epiſt. 2. Reſtat *... diſcedendum putem.* Horat. ep. 1. Reſtat ut *his ego me ipſe ...gam, ſolerq; elementis.* Cic. lib. 15. ep. 4. Extremum illud t, ne *... diſſuadeas ... tioni meæ, Philoſophiam ad ... gem.*

*gem*, Idem l. 4. ep. 13. Extrem
*ſecrem animô ut maximô ſis.* I
*cauſa ponatur, in qvo videnda*
*veniat.* Sunt & aliæ perelega
qvales ſunt hæ, *Qvod reliqvum*
*ſupereſt, ſed hac hactenus, de*
*ctum eſt, habeo iſta,* &c. De qv
rimis transgreſſionum formul
gentiſſimè egit Godeſcalcus S
pag. 359, 360, ſeq Hactenus Sy
pereſt modò, ut INTERJ
perſeqvamur.

## DE SYNTAX
## JECTIO

Regu

O exclamantis *No*
*vum*, vel *Vocativum* adſc
fortis *atq.* amicus! I
confidentiam! Ibid. C
*mnor abs te?*

### Nota

O Vocandi, Compellan
*cativum* adſciſcit: ut, Vir
don, *qva te dementia cepit*
*Deus nobis hac otia fecit.*

Regula

Hem & Heu *Dativum*
*Vocativum* adſciſcunt: u
ſero mihi! Idem; Hem

Digitized by Google

mphile! Plaut. Hem miſero mihi! Vir.
a ſtirpem inviſam! Idem: Heu pietas,
priſca fides!

## REGULA III.

EI & VÆ *Dativum* adſciſcunt: ut, Virg.
mihi *qualis erat!* Plautus, Væ capiti
!

## REGULA IV.

PRÒ vel PROH, AH, & VAH, regunt *Ac-
cuſativum* vel *Vocativum*: ut, Trent. Prò
*deûm atq; hominem* fidem! Idem: Ah me
ſerum! Plaut. Proh ſancte Jupiter!

## REGULA V.

HEUS & OHE *Vocativum* regunt: ut, Te-
r. Heus Syre! Mart. Ohe *jam ſatis eſt,*
e libelle!

## OBSERVATIO I.

Non rarò uſu venit, Interjectiones, qvæ alibi caſum po-
, nonnunqvam abſolutè & ſeorſum adhiberi, ſine omni
um regimine; ut, Terent. Andr. Hei *vereor!* Virg. Eheu!
 *pingvis macer eſt mihi taurus in arvo.* Horat. 1. Carm.
4. O! *quid agis.* Terent. Andr. O! *Salve Pamphile.*

## OBSERVATIO II.

unt tamen nonnullæ Interjectiones, qvæ omne caſuum
erium detrectant: nimirum, PAPÆ, EUOEPÆ, HUI, AT-
ATATE, EVAX, HAHAHE, OH, PHY, ST, & nonnulla an-
a apud Chariſium BAT, MU, MUT, &c. Terent. Eun.—
æ! *hæc ſuperat ipſam Thaidem.* Plaut. 4, 1. *Sed adis ea-*
*clo-*

*cluſerunt.* Eugepæ! qvod videt
*pa*, qvô utitur Plautus Merc. 3. 4
*dentis* & *approbantis* Plauto paſ
Hui! *totiésne me literas dediſſe*
*rem?* Sic, Plaut. Milit. 3, 2. Per
Ibid. Atat! *eccam adeſt propinq*
*qvi*. Sic Curc. act. 3. Perſ. 4, 7.
& 3, 6. & 5, 2. Pœn. 4, 1. Iden
*neſcio qvare videtur.* CH. Atate
*qvem video: ibo alloqvar. Time*
rò apud eundem Plautum *Incr*
3, 1. Atate! *cadundus tu homo e.*
4, 4. —evax! *Nunc pol demum*
molog. pag. 749. ubi etiam ext
*os, & pulpamentum qværis*. G
Pſeud. 4, 5. Ha hæ! *nunc demu*
*co*. Idem Caſin. Oh! *pueri mani*
2, 4. & 2, 4. Moſtell. 1, 1. & 2, 1.
*Syre, præceptorum plenus iſtoru*
*unde diceret.* In Plauti Pſeudulo
ria legunt, *Phui.* Plauti verba ſ
*le*, phui! *in malam crucem.* L
citante Taubmannô, per F ſcr
qvid perhorreſcimus, &c. licet
*ſe*, idq; ut ex ſeqventibus G
emendatè: *Numqvid ergo*, inqv
*literam addit, & pro y u loqu*
*ſola u litera vituperatio videtu*
*concrepuerunt fores.* Sic, Cur. 1,
eundem.

## Observ

In ſtructura Interjectionis C
ſociatur *Dativus*: ut Tibull.
diem. Qvando *Optandi & Deſi*
*tivè* modô gaudet, & tunc poti

Digitized by Google

...ut, Plautus, Pœn. 1, 1. O *Di tibi* dent *multa bona*.
...us 8. Æneid. O mihi *præteritos* referat ſi *Jupiter*

## OBSEVATIO IV.

...ætermemoratas Interjectiones, qvarum tradita eſt
...ura, etiam paucas alias reperies ita conſtructas: EHO,
...EHEM, Io, *Vocativo* junguntur, & EHEU *Accuſa-*
...x, Plaut Pſeud. — eho Pſeudole! *i gladium effer*.
...t. Andr. Ehodum bone vir! *qvid ais?* Idem Adelph.
Demea! *haud aſpexeram te: qvid agitur?* Cic. Eheu
...tionem *hujus temporis!* Horat. 4. Carm. Od. 2. *Tuq;*
...*rocedis*, io triumphe! *Non ſemel dicemus*, io trium-
...&c. Qvam ſtructuram nonnunqvam etiam ſeqvitur
... qvod *Dativum* aliàs adſciſcere ſuperiùs docuimus.
... Aulul. Hei Megadore, haud decorum facinus tuis
...facis. Et ſic OBSERVATIONES Interjectionum attuli-
...jam de ANOMALIIS diſpiciemus.

## ANOMALIA I.

...rchaiſmum redolet illarum Interjectionum conſtru-
...qvarum meminit Chariſius inſtitut. Grammat. lib. 2.
...13. Edit Putſch, Præcipuæ hæ ſunt: TAX PAX, TRIT,
...ATAT, TATE, MU, MUT, AU, BUTU, BATTA. Nævius in
...toria: *Age, ne te mihi adverſari dicas, hunc unum di-*
... *meo ſeqvor ſinam, Ego illos eſſe* tax pax, *poſtea curren-*
...*o illos vendam, niſi tu viceris.* TRIT vox eſt, ut ait Cha-
..., Nævio uſitata in Corollaria, & ſignificat *vocem mu-*
...it Plautus inqvit Curcul. 2, 3. *Ejiciam* (licet Taubman-
...egat, exciam) *crepitum polentarium*. id eſt, peditum,
...o vide Meurſium Exercit. Crit. l. 2 c. 5. & Taubman.
...in Curcul Plaut. Pſeud. 5, 3. Ps. *petin' aliam rem ut*
...? CA. at. Ps. bat Chariſius tradit ſonum eſſe cornicin...
...tuum ex ore eximentis, de ſententia Cæſellii vindicis.
...us in Tarentilla: Atat tatæ *cave cadas amabo*. Plautus
...co aut in prædonibus, citante Chariſio, *Qvis tu es, qvi*
...*me?* mu, *peri hercle, Afer eſt*. Idem Stich. 2, 3. *Negato*

 *eſſe*

Digitized by Google

*eſſe qvod dem, ne* mu, *nec muti*
*hoc qvod habeo pallium.* Apul.
nius in Emancipato: Au *mi*
*mum meum concelebretis diem*
dico au! *feriatus ne ſis.* Sic ap
Butu Batta ait Chariſius à Pl
pari. His junge & alia antiqva I
Aha, Hau, & ſimilia. Plaut. P
Ps. *fugitive* Ba. bombax! Sic
1, 2. *Manum da & ſeqvere.* P
Hau! voluiſti iſtuc ſeverum fa

## Anoma

Cum levior ſubeſt affectus,
ticula O deeſt. Cic. in Piſon. N
*ſte, atq; labe confero.* Idem Att.
*antea non viderim.* Plin. Jun. a
entem, *vel potiùs* durum *ac pæn*
*libros tam diu teneas.* Qvod ſi,
13. excandeſceremus, dicendum
*tem,* &c. Terent. Eun. Homin
illum ſacrilegum! Ibid. Scitum
*nes prorſus ex ſtultis inſanos fac*
*tem eorum diligentiamq; cognoſ*
teſtes egregios! *Deinde temere*
vitati deditos!

## Anoma

Exclamationes, indignatione
nunqvam etiam per *Infinitivum*
ſolutè efferuntur, excluſis Inter
org. —*ſic omnia fatis In pejus* ru
ri! Terent. Andr. Adeon' infel
qvam eſſe, *ut ego ſum?* Has orati
ſi interpretando reſolvere debe
additâ Interjectione, hôc modô

*r, & retro* ſublapſa feruntur. Plinius Junior ad Adr
éſtne Romanum *tam grave* loqvi? Et hac ratione
civus ME Infinitivo haud rarò ſociatur. Virg. 1. Æne.
méne *incepto* deſiſtere victam? Idem — méne *Iliacis*
bere *campis Non* potuiſſe? *tuaq; animam hanc* effun-
*xtrâ*. Cic. Méne miſerum, *in tantas te calamitates*
*lpa* incidiſſe?

## ANOMALIA IV.

ndo Interjectio O, Vocandi vim habet, nonnunqvam
reticetur; ut, Cic. *Credo vos mirari*, judices. Virg.
*, tu patulæ recubans ſub tegmine fagi.*

## ANOMALIA V.

nnunqvam Interjectiones additæ Adverbiis ſenten-
uſpendunt, ob defectum qvarundam vocum, qvæ ad-
ent. Mart O benè! *qvod ſilvâ colitur Tirynthius iſtâ*
*benè factum*. Terent. Adelph. Ehem opportunè! *te-*
*qværito*. pro, *oportunè veniſti*.

## ANOMALIA VI.

Exclamandi particula PRO, aliqvando ἀνομάλως
tur Genitivo plurali; ut, Terent. Andr. Prò Deûm
omnium. Idem Phorm. Prò Deûm immortalium. Vi-
tamen potiùs ἐλλειπτικῶς dici, ut intelligatur *Ac-*
*vus, Fidem*: veluti ipſemet Terentius alibi ſupplet;
e vide Reg. 4. ſup. Hæc de ANOMALIIS: reſtat, ut
GANTIAS ſubjiciamus.

## ELEGANTIA I.

mina qvædam Neutrô genere uſurpata, vice Interje-
m, eleganter funguntur, qvalia ſunt; MALUM, NE-
NEFANDUM, MIRUM. Ad primum qvod ſpectat, jam eſt
*nantis* particula, jam *execrantis*. Plaut. Menæ. 2, 2.
malum! *ego nugor, ſi tibi qvod me rogas, reſpondeo?*
Rud. 2, 3. — *qvò*, malum! *properas Labrax!* Sic Stich.

 4, 2.

4, 2 Truc. 4, 3. & 5, 1. Moſte
Pſeud. 5, 2. Catull. *Troja* (
*Europæ Aſiæq.* Virgilius 1. *Æ*
*amiſſis unius ob iram Prodim*
dum! *ſiſtunt amnes, terræq. d*
rum! *qvin tuâ nunc me cau*
*regem, aut Darium trivenefica*
QVANTUM, IMMANE QVANT
NIMIUM QVANTUM. qvæ excla
lent. Sed de illis ſupra in Synt
1156, 1157. Confer Diomedem

# ELEGAN

*Verbis* QVÆSO, OBSECRO,
di AGE, AGEDUM, CEDO, & ſ
conjunctis inſtar *Interjection*
in primis Comici. Plautus Mo
*dicendum eſt tibi?* Id. Amph
*qvoq. inſanis, cum id me interr*
ſecro *Qvem video? Eſtne hic C*
Bacch 5, 2. *Viden' ſtimulis*, obſe
nach, 2. 3. *Jam jam*, amabo,
*mecum ſimul.* Idem Bacchid. 1
amabo *obticuiſti?* Idem: Age
Adelph. — age, *ſcis qvid loqva*
*re, maximum interdum eſt lucr*
dum, *iſtum oſtende qvem conſcr*
plurali. Cic. pro Sylla: Agedum
*tavitam P. Syllæ, vobis populoq.*
Andr. Adesdum, *paucis te volo.*
*te obſecro tam abhorret hilaritu*
*ſi hæc arbitabis, amorem te hic re*
particulæ CEDO permo Dail
eam Interjectionum claſſi aſcrib

HACTENUS S
SEQVUNTUR

# DE FIGURIS GRAMMATICIS. (a)

*ura Grammatica* eſt forma loqvendi ut ſcribendi, arte àliqvâ novata, neceſ- is vel ornatus gratiâ. (*b*)

Figuræ ſunt *quadruplices*: *Orthographica, Etymologica, Syntactica &* *ſodica.*

Figuræ *Orthographica* ſunt, qvæ ipſam ſtantiam vocis variant, literæ aut ſyl- æ *Additione, Ablatione, Permutatione* vel *anspoſitione.*

Figuræ Orthographicæ ſunt *duodecim*: *oſtheſis, Aphæreſis, Epentheſis, Diplaſia- mus, Syncope: Paragoge, Apocope: Synæreſis, æreſis: Metatheſis, Antitheſis: Tmeſis.* æ omnes communi nomine vocantur *etaplasmus.*

(*a*) Qvanqvam Figuratarum locutionum, in primis ea- n, qvæ è vocum conſecutione ſeu conſtructione fiunt, ictatem & uſum hactenus ſatis ſuperq; oſtendimus, ſu- cuiq; penè Syntactico canoni Figuram ſive Anomali- adjungendo: tamen qvia figurarum *Orthographicarum* unquam, & *Etymologicarum* rariùs meminimus, imò *ntacticarum* non tam præceptiones rudioribus accom- odavimus, qvàm rariores Obſervationes ingeniis adulti- ibus & Poëtarum ac Oratorum lectioni qvodammodo ſuetis deſtinavimus, ex uſu diſcentium fuerit Figuratas dictio-

dictiones ac locutiones certis
ſimul & ſemel complecti, qvò
tantò citiùs & certiùs innoteſ
mo & uſu Figuræ non nihil n
Figurâ à *Fingendo*, hoc eſt, arti
formando, non ſecus ac figul
eandem originem ſapiunt. *Q*
Etymo ad uſum expendendu
ſtrictiore ſignificandi modo Lo
clationem Figuræ ad *res inani*
boratas, ſive Mathematicas, e. g
*circulum*, &c. hinc verſus: *For*
*Figurā*. 2. Laxiore verò dictionis
dam exteriorem qvamvis rei ſiv
formā & ſpeciem, Cic. l. 2. Off. *P*
*gnā natura ipſa videtur habuiſſe r*
*reliqvamq;* figuram, *in qva eſſet ſp*
*promptu*. 3. Deniq; Qvintilianus &
ræ deſignant dictionis vel oratio
conſveto loqvendi genere paulul
nos aſcitâ ſaltem voce *ſcribendi*, c
*loqvendi aut ſcribendi arte aliqvâ*
cero verò maluit retinere Græcan
Ita enim loqvitur de Cl. Orat. *E*
*& ſententiarum illa lumina, qva*
*qvibꝰ tanqvam inſignibꝰ in ornatu*
*rio*. Item: *Sententiarum orationi*
σχήματα. Item: Σχήματα
*ea maximè ornant orationem, eaq*
*dia habent pondꝰ, qvàm in illumina*
verò Ciceronum nomine Figuræ u
res Rhetores, notat Voſſius l. 5. *Inſ*
(*b*) *Geminum* Figurarum finem
primus eſt *neceſſitas*: ut in co
menti leges vocabula ſiant apti

ecisimus ſæpe figuræ nomine excuſatur. Alter ornatus cauſa; ut quotidiani, & eodem ſemper modò formonis faſtidium ſublevet varietas: quæ non minùs tium aures percellit, quàm picturæ coloribus diſtinæ prata variegatis ornata floribus, intuentium oculos nt. Vide Bentzium Bruxellenſem de Figuris l. 1. claſs.

Sed nunc in rem præſentem veniamus: initiò ORAPHICARUM Figurarum doctrinam propoſituri.

*Proſtheſis* (*a*) eſt additio literæ vel ſyllaad initium dictionis: ut, Cicero, *Homignavi & induſtrii in Aſia negociantur.* rent. *Si id ſciſſem, nunquam huc* tetuliſ*pedem.*

*Aphæreſis* (*b*) eſt ablatio literæ vel ſyllaà principio dictionis: ut, Mitto, *pro* itto. Temno *pro* contemno. Cic. Mit*prælia.* Virg. *Diſcite juſtitiam moniti & n* temnere *divos.*

*Epentheſis* (*c*) eſt interpoſitio literæ vel llabæ in medio dictionis: ut, Navita, *o*, nauta. Propertius, Navita *de ventis, de uris narrat arator.* Hujus ſpecies habetur *iplaſiasmus.*

*Diplaſiasmus* (*d*) eſt unus ejusdemq; connantis in medio dictionis geminatio: ut elligio, *pro*, religio. Virg. — *rivos deduce nulla* Relligio *potuit.*

*Syncope* (*a*) eſt ablatio literæ vel ſyllabæ è me-

è medio dictionis; u
poſitus: Occlûſti, *pro*
—— *manet altâ men*
Occlûſti *lingvam*, *n*
*deam*.

*Paragoge* (*f*) eſt ad
bæ ad finem dictionis
er. Dicier, *pro*, dici. P
Pers. *At pulcrum eſt di*
cier, *HIC EST*.

*Apocope* (*g*) eſt ablat
è fine dictionis; ut Fa
Lucret. —famul *infimu*

*Synæreſis* (*h*) eſt c
ſyllabarum in unam:
culii. Virgilius, *Nec ſpe*
*cura* peculî.

*Diæreſis* (*i*) eſt diſtra
in duas: ut, Aulăi, *pro*,
*medio*. ——

*Metatheſis* (*k*) eſt lite
rum transpoſitio: ut,
præi.

*Antitheſis* (*l*) eſt lit
tio: ut, Olli, *pro*, illi. V
*hominum ſator*, ——

*meſis* (*m*) eſt diſſectio vocis compoſi-
ut, Virgilius, Qvæ me cunqve *vocant*
æ. —

ſus vulgares de his duodecim Figuris,
juvandæ memoriæ ergò
ſubjungantur.

*Proſthèſis* apponit capiti, ſed *Aphæreſis* auferi. (dit.
*Syncope* de medio tollit, ſed *Epentheſis* ad-
Conſona qvod gemina in medio ſit, dat *Diplaſiasmus*.
Aufert *Apocope* finem, ſed dat *Paragoge*.
Dicitur è binis conflare *Synæreſis* unam.
Rurſus & in binas difflare *Diæreſis* unã.
Litera ſi legitur tranſpoſita, *Metatheſis* extat.
*Antitheſin* dices, aliam ſi litera mutant.
Compoſitæ vocis diſſectio, *Tmeſis* habetur.

De ſingulis Figuris ordine dicetur. Qvarum prima (*a*) *theſis*, nomen habet à προσθίθημι, h. e. *appono*: tan-
lem namq; valet quod *Appoſitio*, ob literam vel ſylla-
initio dictionis appoſitam. Non deſunt præclari auto-
qui *geminam* hic conſtituant Figuram. Literæ appoſi-
em *Proſtheſin* vocant, ſyllabæ verò primæ vel ſecundæ
ctionem, *Anadiploſin* i. e. reduplicationem. Et huic
ntiæ favet Valentinus Erythræus, qvi Figurarum do-
am duobus libris erudité complexus eſt, nec non Li-
nacer,

nacor, qvi tradit uſitatè hanc
re in præteritis Verborum,
τίθημι; item, *cucurri*, *mom*
*anadiploſin* patitur. *Id* qvod
tingit. Qvomodo Homerús
ἔτυμος dixere. Homer.
ἐτήτυμον, ὡς Ἀχιλῆα Τ
γοις: — Ἐγὼ δέ με πέρσ
Nos verò veluti ſyllabæ ad ini
ferendam putamus ad *Proth*
cundæ ſyllabæ adjectionem *E*
*Aphæreſis* dicta eſt ab ἀφ
*aufero*, q. d. *ablatio*. Hæc
ἔνδεια, & qvando totius
αρεσις. *Litera* abjicitur: ut, V
*læti*, & *ſpumas ſalis ære* rueb
2. Æneid. —— *dabit ille ra*
*fatis*, ruet *omnia latè*. *pro*, er
*unum verbum* mittit, *pro*,
α: Κάρτιστοι δὴ κεῖνοι ἐπ
δρῶν pro, ἐκεῖνοι. *Syllaba* ab
Tendimus *in Latium*, *ſedes ubi*
*pro*, contendimus, &c. Idem
*tum hoſpitium & dare claſſibus*
Itèm 3. Æneid. *Fata viam invenie*
*pro*, invocatus. Et 1. Æneid. Po
*immota tuorum Fata tibi.* — *pr*
*cætera ludicra* pono. *pro*, depo
citatorum *dextrâ contorſit eqvo*
Plaut. *Qvid* ſpicis? *pro*, *qvid* con
μεγάροις ποτιδέγμεναι. pro
duæ priores Figuræ, *Proſtheſis* &
ſunt Græcorum, qvàm Latinoru

Digitized by Google

Attica Figura eſt: ut *ἐώνημαι, ἑώρακα.* In
eſi verò ſimplex uſurpatur locô compoſiti; atq;
Enallagen Etymologicam etiam referri poteſt. (c)
*eſis* ab ἐπενετίθημι *interpono*, ſonatq; *interpoſitio*:
ut. Amph. *Virtute ambire oportet non* favitoribus.
toribus. Ubi litera medio dictionis additur. Sic Hom.
λήλουθας, pro ἐλήλυθας. Et *ſyllaba*: ut: Virg. 1.
*omulus excipiet gentem, & Mavortia condet Mœnia.*
rtia. Juv. Sat. 10. *Romanus, Grajusq; & Barbarus*, in-
tor. *pro*, imperator. Plaut. Pſeud. *Credo eqvidem,*
*te ſcelus Maſſici montis uberrimos qvattuor Fru-*
*bere inbera una. pro*, poſſe. Erythræus Epenthe-
tiliùs in ſua membra diſtingvit. Qvando enim li-
ocalis interſeritur, ab ipſo vocatur *Parentheſis*: ut,
. l. 2. *Nam qvod* fluvidum *eſt. pro*, fluidum. Ovid. 4.
. —fluvidoq; *cruore rubentem induitur faciem.*—
*Nonne vides qvacunq; mora* fluvidoq; *calore*. Lucret.
ag. 21. ——— *neq; ulla Præterea* reij. — Et lib. 6.
eij *rationem reddere poſſis.* Qvando eadem con-
repetitur, ipſi dicitur *Diplaſiaſmus*: ubi verò di-
onſonans interponitur, *Paremptoſis.* Syllabæ deniq;
ectio, ipſi eſt *Epectaſis.* Et hæc ſubtilior diſtingvendi
dam Linacro placuit de Art. Gram. p. 518. ſ. Chari-
*Parentheſin* refert *Diplaſiaſmum, Epectaſin, Parem-*
eamq; generalem figuram conſtituit, veluti nos
*ntheſi, Epectaſin, Paremptoſin*; & *Parentheſin* com-
dimus. Et ſi qvis ad eandem tanqvam communiorem
a revocatum velit *Diplaſiaſmum*, ut ſpecialem, ei non
bimur; qvo de jam dicetur. (d) *Diplaſiaſmus* à
σιάζω *gemino* & latinè exponitur *geminatio*, ob ge-
in medio dictionis conſonante. Virg. 1. Æn. —*jacta-*
*re totô Troas*: relliqvias *Danaũ atq; immitis Achilli.*
ep. Rettulit *& ferro Rheſum, Dolonaq; cæſos.* Virg. 7.
Qvattuor *in medio dirimit plaga ſolis iniqvi.* Home.
α. Ὣς ἔφατ', ἔδδεισεν δ' ὁ γέρων, καὶ
ἐπει-

ἐπείθετο μύθῳ. pro ἐδε
nium Gifanii ad vocem *Va*
*concido*, & propriè redditu
interdum ἔλλειψιν, &
nominant: qvando vocalis
diminutione eliditur: nos
*laba* è medio dictionis abla
*Litera*: ut Virg. 3 Eclog.
*capellas*, pro, rejice. De ha
gilianum, & Voſs. de arte G
Lenibant *curas, & corda ob*
2 Æneid. *Suſtulit exutas* vi
*Rurſus ad* oraclum *Ortygi*
*pater ire mari.*—Sic Home
ἑταίροισι. *Syllaba*: ut, Virg
virûm, *ſtridorq́; rudentum.*
*hominum conſilia ſola hæc*
contracto vide Etymologia
col. Erythræi indicem Virgi
Ed Scal. Virg 4 Æneid. *Imp*
*patremq́; Cum genere* extinx
Idem 4. Æneid. Extinxti *te*
1 Æneid. *Vos & Scyllæam*
ſtis *ſcopulos*,—Idem 8 Æne
*cula* porgite *dextris*. Sic Ho
τες pro καταχείοντες. (*f*)
*produco*, exponiturq; *produ*
προπαράληψις, cùm *lit*
ſumptio, & προσχηματισ
nis acceſſio. *Litera*: ut, Plau
*iſtuc mi vir ex* ted *audio*? *p*
Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν
χερσί. *Syllaba*: ut, Plaut. A

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

[illegible] Græci Logici [illegible]

[illegible] ETYMOLOGICA.

[illegible]

## [illegible]OLOGICIS.

[illegible] dictionem [illegible]

Nnnn 5 Ety-

Digitized by Google

*tranſverſa tuetur*, & conſimilia
Synt. Adverb. pag. 1138. & Ve
*Nullus*, pro, *non*. Ter. *Etſi* null
Reg. Nom. cum Verbis pag. 98
Adverbiorum ſæpe uſurpatur,
Adverb. p. 1139. C. *Subſtantivi*
ætatem *lites ſunt inter eos factæ*
*ſolis vapor* ætatem *non poſſe vide*
am ætatem *poſſent reperire proſ*
tem *velim ſervire*. i. e. per omn
tiſſimè. Græci dicunt, διὰ βίȣ,
διὰ παντὸς. i.e. ſemper. Juven
*lant* & Bacchanalia *vivunt*. id e
nus interpretatur, vivunt illorũ
chanalia, in qvibus omnium ſce
do vigebat. Huc etiam refert Li
*Nec vox* hominem *ſonat*. pro, *h*
Sic Nomen pro *Interjectione*. T
lum *alii*? Idem: *Qvid* (malum)
*dem* perii. Vide Syntaxin Interj
MINIS. 1. Pro *Nomine*; ut, Virg.
*præmia laudi*. Terent Phor. 2,
*prius*. Vide Eleg 1. Synt. Prono
*verbio*: Virg. 2. Georg. Qvid
Sic *qvicqvam*, *qvippiam*, nonn
Syntaxin Adverb. Anom. 3. pa
Cic. l. 1. Off. *Et huic conjuncta*
*vel benignitatem vel liberalitat*
etiam interprete Vallâ l. 2. c. 5.
*Nomine ſubſtantivo*. Mart. lib. 3
*nolle volo*. pro *voluntas*. Pers. S
*triſte*. pro, *vita*. Vide Synt. No
Hell. Vechn. lib. 1. c. 10. pag 10
*dientiæ*. Cic. Att lib. 15. 8. *Sed*
*valetudinis tuæ feceris*. Vide Syn

Digitized by Google

Digitized by Google

ſecuntur

Digitized by Google

Digitized by Google

*poſitum* pro *Simplici*: ut apud Plautum Caſin. 2, 4. *dum*. Aulul. 4, 4. *agedum, excutedum pallium*, & paſſim eundem. 8. *Primitivum* pro *Derivato*. Virg.— *libamus & aurô*, pro, *aureis*. 9. *Derivatum* pro *Primitivo*. Plaut Caſin. 4. 4. *Meum corculum, melliculum, verculum*. Ibid *Corpuſculum, melliculum, uxorcula, bellatula, bellula*. Hæc & alia idem Plautus freqventat, blandi-tiva. Vide Etymolog. p. 409. 10. *Patronymicum* pro *proprio*: ut, *Anchiſiades* pro *Ænea*, *Pelides* pro *Achille*. 5. Æneid. *Magnanimusq;* Anchiſiades.—Ovid ep. 8. *mutinã vitaſſet Apollinis arcus*. 11. *Patronymicum* pro *vo*. Virg. Ecl. 4. Sicelides *muſæ* pro *ſicula*. Huc refer *gen Numeralium*, Nam aliqvando uſurpatur 1. *Car-* pro *Ordinali*: ut, Cicero ad Terentiam: De návi ex-ous nobis, Achaſtus cum literis præſto fuit, unô & vi-ô *die*. Idem de Seneƈt. *Qvi uno & octogeſimò annô ſcri-pertuus eſt*. In his enim, *unô*, pro *primô* poſitum vide-tereq;, inqvit Linacer, ita leges, non aliter. 2. *Ordina-Cardinali*: Juven. Sat. 1. Sextâ *cervice feratur*. pro, *rvicibus*. Sex enim leƈticarii ſervi leƈticis magnatum bus pompoſè circumferebantur, ſuccollabant. Sic *ale* pro *multiplicativo* iuvenies: Plin. l. 18 c. 16. *Ne-cum* centeſimo *grano*, i. e. centuplo. 3. *Diſtributivum ordinali*: ut, Luc. 8. *Gurgite* ſeptenô. pro, *ſeptem ibus*. 4. *Partitivum* pro *Cardinali*. Cic. l. 7 epiſt. 8. *enim eſt in unô aut* alterô *die*. prô, unô aut duobus. Et *rdinali*, idem Phill. 2. Proximô, alterô, tertiô & re-conſecutis diebus. *Altero* pro, *ſecundo*. 5. *Numerus* & *certus*, pro *incerto*. Terent. Sexcentas *potius mihi dicas*. pro, *plurimas*. II. Enallage GRADUUM. I. *Po-* pro *Comparativo* uſurpatur. Cic. Att. *Non ſolùm glo-conſiliis utamur, ſed etiam paulò* ſalubribûs, pro, *ſalu-bus*. Vid. Synt. Nom. Anomal. 3. p. 825, 825. 2. *Com-vus* pro *Poſitivo*. Cic. 1. Offic. *Cum duo ſint genera de-di, unum per diſceptationem, alterum per vim. Cumq; it proprium hominis, hoc belluarum: confugiendum eſt*

*ad* poſterius, *ſi uti non liceat* ſupe *denti*, Idem 2. Offic. *Quemadm honeſtate atq; ab omni genere Vi trer librò* ſuperiore. pro, *præce* 2 p. 827. ſ. 3. *Comparativus* pro majorum *omnium navigia ſubm* An. 4. Synt. Nom. p. 826. 4. *Su* Eun. 1,2. *Tute ſcis pòſt illa qvàm* Anomal. 5. Synt. Nom p. 826. *rativo*. Vide Ibidem. III. Enallag pro *Fœminino*; ut. Virg. 5. *Æ ſuſtulit ales in auras*, pro, *ipſa* nere Nom. p. 102. 2. *Fœmininu* 2. Æneid. Hæc finis *Priami Fa trum* pro *Maſculino*. *In eo filio n* rum eſt. pro, *ſolus is mihi carus nino*. Plin. *Nube gravidâ candic tem albâ grando imminebit*. pro lege NUMERI. 1. *Singularis* pro *amore, ut non cognoſcas*, eunde *Et fleſti, & noſtros vidiſti* flenti *Totum negocium non eſt dignu onera in Repub. ſuſtinere* & poſſ *& ſoleamus*. 2. *Pluralis* pro *Sin igitur, niſi* vos, narravit *mihi il An etiam id tu ſcis*. Ubi Alcume *Niſi vos*. Virg. 9. Æneid. Vos *canenti*. Cic. de ſe ſolo loqvens Ad Brutum: Nos (ſc. Cicero) *p res viſi* fuimus. Et pro Archia; *ei fortè miretur, qvòd alia qva nis, neq; hac dicendi ratio aut di is* cuncti *ſtudio penitus unqvam ctô*, Juſtus Reinhardus Robbi bus Criticis, defendere & Latin ſcriptiones diplomatum in aulis

… gratia, &c. mandamus
… pro Singulari freqventer
… loqvuntur. V. Enallage Ca-
… pro … Liv. 1. Decad. 5 Periti
… ordinarii Conſilii
… ferre … periiſſet, ſuffectum conſi-
… poſſe: pro, peritorum alter.
… formulas haud inelegantes:
… id genus, id genus alia, pro, cu-
… ejus generis, ejus generis alia:
… Accuſativo, qvàm Nominativo uſur-
… Elog. 5. pag. 809. 2. Nominativus
… 9. Tutum … putabit jam bonus eſſe
… opulentis inhoneſte parare hic ditiis-
… patria honeſte pauper vivere. Vide Synt.
… 4. p. 1073. 1074. & p. 077. Anomal. 2.
… Vocativo. Perſ. Sat. 1. — Vos ô patricius
… Synt. Verb. pag. 77. Vech. l. c. 1313.
… pro Ablativo. Horat. Occurrent animæ,
… Terra tales: pro, qvalibus. 5 Genitiv-
… Virg. 3. Æneid. — Et celſam Buthroti
… pro, urbem Buthrotum. Vide Anomal.
1079. & Synt. Verb. Anomal. 2. pag. 1038. 6.
… Cic. 5. Att. In oppido Antiochia.
… Vide Anomal. Syntax. Præp. Super,
… Genitivum loco Ablativi. 7. Dativus
… Virg. 1. Æneid. Puer Aſcanius, cui nunc
… pro Iulus. Vid. Synt. Nom. p. 256. 8. De-
… Ovid. … Metam. Ille pater Rectorq; De-
… [illegible] ignibus armata eſt, pro cujus dex-
… Accuſativo. Mart. lib. 9. Nobis non licet
… [illegible] Vide Obſer.
… Dativus pro Accuſativo cum Præ-
… Æneid. It clamor cœlo, pro, ad cœlum.
… Antenna [illegible] ab hinc triennio
… hic vicinia, pro, ad hanc Sicilia

*niam.* Hunc caſum *octavum*
*vus* pro *Ablativo cum Prapoſ*
*cernitur* ulli. pro, *ab ullo.* H
*fortis & hoſtium victor.* pro,
*miniſtratur* pueris tribus. pr
*Verſus hic ſcitè factꝰ cantatu*
Catull. *Amata* nobis *qvantu*
di genus Servius vocat *Græc*
Eodem enim modò Xenoph
*δικαίως ἅπαντα τὸν βίον*
p. 1042. 11. *Accuſativus* pro
*in qvibus ſim gaudiis*, pro, *eg*
qvam *ſtatuo veſtra eſt.* pro, *u*
3. Synt. Verb. p. 977. 12. *Ac*
Id ne eſtis *autores mihi.* pr
qvendi formulas haut inele
aliqvid id genus, id genus al
*aliqvid ejus generis, ejus gene*
Nominativo qvàm Accuſati
Vide ſup. p. 809. Item Priſca
*cuſativus* vice *Genitivi* adbil
*Qvid tibi* hanc rem curatio
*tivus* pro *Dativo.* Sall. Prop
Synt. Nom. Anom. 4. p. 864
Teren. Eun. 2, 2. *Ubi video m*
*in tanto honore.* Sic *Accuſa*
adſciſcunt Verba: *Potior, fr*
Aſin. *Hanc frui.* Vide Anom
Sic, *ſolliciti vitem*, pro, *de vic*
Similiter, *cætera egregius*, *p*
*partem oratio conſtat Jambic*
*gua ex parte.* Vide Eleg. 3. Sy
c. 16. 15. *Vocativus* pro Nomi
*bus Hector ab oris* Expectate
Sat 3. *Stemmate qvod Tuſcè*
*milleſimus.* Virg. 10. Æneid.

Digitized by Google

*leſacres.* pro, *miſerandus.* Vide Anom. 4. Synt. Verb. 77. 16. *Ablativus cum Præpoſitione* pro *Genitivo.* Ter. 3, 5. *Adibo atq; ab eo gratiam hanc inibo.* pro *ejus gra-* metebor. Idem Andr. 1, 2. *Ea primùm ab eo animad-* nda injuria eſt. pro; *ejus injuria,* & ſine Præpoſitione. 1. Georg.— *&* iniqvo pondere *raſtri.* 17. *Ablativus* Dativo, à Valentino Erythræo, induſtrio Figurarum ce l. 1. de Figuris Conſtruct. uſurpari traditur, & ad il- robandum ad partes vocatur Virgilius Virg. 10. Æn. *it* pede *pes, denſusq;* viro *vir.* pro, *pedi.* Idem 1. Æneid, *e* metu *Cytherea.* Et idem: Venatu *invigilant pueri.* qvo minùs Erythræo ſubſcribamus, facit evidens Ar- mus, qvi latet in vocibus, *pede metu, venatu.* Etenim um exemplum qvod attinet; oſtendimus in Etymol. Sub initium declinat. 3. Dativum ſingularem antiqvis e E, & qvidem tribus exemplis: qvibus & alia addi poſ- Varro de re ruſt. 1. *Facilius enim eis, qvàm* minore *na-* *ut dicto audientes.* Idem: *Infrita* ſene *papaverem.* Vel- Paterculus; Diſcriminé veſtrò *me ſubtrahebam.* Idem; m profeſſione *ejus, qvâ ſemper uſus erat, congruebat.* iger Caſtigat. in Propert. eodem modô legit illud ejus- Propertii. l. 3. Eleg. 5. p. 218. *Si placet* inſultet, *Lyda-* morte meæ. Qvam lectionem probat teſtimonió Lu- apud Nonium: Eſuriente leoni *ex ore* exſculpere *præ-* . Cui lectioni etiam favet autor Notar. in Non. p. 120. Pariſ. Perier 1614. Ratio hujus *archaiſmi* de facili cui- onſtiterit, ſi cogitaverit, 1. eidem etiam legi ſubjectos tivos, qvorum complures non modô in I, ſed & in E unt. 2. Facilem eſſe permutationem harum vocalium, icinitatem ſoni; ut, *heri* & *here, benevolus* & *benivolus.* itaq; mirum eſt, autores, & in primis Poëtas termina- em E pro I in Dativis ſibi permiſiſſe. Et hoc etiam con- t in Dativis 5. Declinat. Lucil l. 8. *Ætati* facieq; *tuæ.* *faciei.* Horat. l. 1. Sat 3. *Prodiderit commiſſa* fide. pro, Et hæc antiqva Apocope etiam in Genitivos Qvintæ inium tenet, ubi docuimus Etym. Decl. 5. p. 98. Porrò



Digitized by Google

in regibus ...
Dativo ...
ſis, de qva ...
de eadem in ...
*omnes conca...*
*qvam ſenatui ...*
*dicit, non ...*
*atq, epulas ...*
*eo, inqvit ...*
*tui. Teq;* aſpectu ...
concubitu *...*
*lingva, in ...*
dominatuq;. *...*
*honori erant & ...*
*limmodi ſine ...*
Cæſar, re & opere ...
Gall. *Cujus* conſen...
*re.* & l. 1. ibidem ...
*Cum* exercitu *...*
Receptu *ſuo timens* ...
luxu *atq, inertia* ...
*affluentia* luxu *...* Tacit. ...
*nio cuncta perbia eſſe.* Terent. ...
*dulges : nimium ineptus es.* Lucre...
*ſis oculorum ſubdere* viſu. Petr. ...
getium, notat illa verba l. 1. c. 9. ...
*ſuefaciendi ſunt juniores,* in tribus ...
legi, *ſed &* curſu, *pro*, curſui : ...
qvo tamen nos cum Voſſio diſſ...
thræo hic conſtituit Enallagen ...
ti enim ex *ſenatuis* per Synæreſin fit ...
*ctus*, ut Etym. pag. 15 traditum eſt ...
non ſecus ac ex *peculii* fit *peculi*. ...
Antiq. locut. c. 9. p. 72. Voſſium ...
cem Gifanii ad Lucret. in voce, ...
ge Casuum, ſive Antiptoſi : jam ad ...

Digitized by Google

gredimur. Hæc autem in triplici verſatur diſcrimine:
ſIGNIFICATIONIS, NUMERI, & FIGURÆ. I. Enallage SIGNI-
ATIONIS. 1. *Primitivæ ſpeciei* pronomina vicem *deriva-*
*orum* obeunt. Cic. 2 Phil. *Freqventia* veſtrum, &c. pro,
*freqventia* veſtra: Terent. Adelph. *Tetigine* tui *qvicqvam.*
*qvicqvam* tuum. Vid. Anom. 2. Synt. Pronom. p. 935.
E diverſo *derivata* ſive *poſſeſſiva* locô *primitivorum* uſur-
*atas* reperies. Terent. *Ut facilè ſcires deſiderio id fieri* tuô.
Id. *Non id odiô feci* tuô. pro, *tui.* Vide Anomal. 3.
Pronom. p 935. 3. *Reciprocum* pro *relativo.* Ovid.—
*ut* ſua *lumina condas.* pro, *ejus.* Sen. de Conſol. c. 8.
*ad tuum formetur arbitrium: multum* ſibi *dabis, eti-*
*ſi nihil dederis, præter exemplum.* Terentius Andr. 4, 2.
*de ſe ... ad ſe ut venias.* Juſtin. l. 9. *Trecentos*
*judices rectoresq́ civitati dedit, apud qvos cum poten-*
*qve rei ipſius criminis poſtularentur, qvod per inju-*
*ſe in exilium exegiſſent.* pro, *eos.* Cic. Octav. *Cur aut*
*crudeliter aut immemor beneficii* ſui *ſceleratè cir-*
*nſcribis ſenatum?* Terent. Hecyr. 4. 4. *Mater* qvod ſua
ſua adoleſcens fecit, mirandúmne id eſt? pro, ejus. Hæc
men neutiqvam in exemplum trahenda ſunt, ſed tanqvam
λοκοφανῆ erunt in ſcribendo vitanda. Et hujus Solœ-
ſmi ſæpe reus eſt vulgatus interpres in Novo pariter & Ve-
ri Teſtamento. In Novo: ut, *Jeſus antè ſciens omnia qvæ*
*ntura erant* ſuper eum. pro, *ſuper ſe.* Talia plura exempla
ongeſſit Valla Annotat in 15 cap. Johannis. In Veteri: ut,
*cuerunt ut gladium linguas* eorum. pro, *ſuas.* Vide Vallam
Recip. c 9. 4. *Relativum* pro *Reciproco.* Autor Declam.
Salluſt. *Salluſtius timens, ne facinora* ejus *clandeſtina*
*ara nobis eſſent, confeſſus eſt vobis adulterium* pro, *ſua.* Cic.
de Off. *Perfuga Fabricio pollicitus eſt, ſi præmium* ei *pro-*
*ſuiſſet, ſe Pyrrhum veneno necaturum.* pro, *ſibi.* Sed hujus
nallages cumplura exempla collegimus de Synt. Pronom.
n. 1. p. 951. Confer Vallæ libellum de Reciprocis cap. 8.
oſſium l. de Conſtr. c. 56 5. *Demonſtrativum* pro *Poſſeſ-*

 *ſivo.*

ſio, Plaut. [illegible]
bens, [illegible]
tibum pro [illegible]
tis, iſtorum [illegible]
NUMERI. Singular[illegible]
omnes facimus [illegible]
ter cætera ſtudium [illegible]
ralis pro Singulari [illegible]
meminimus, pro [illegible]
dem ſimplicis pro [illegible]
adhiberi ſolet, q[illegible]
ut, Cic. 2. Philip. [illegible]
l. 1, 11: Niſi quis [illegible]
de Epaminonda ſ[illegible]
agrum conſecrato. [illegible]
Egomet memet [illegible]
Accidentium Pro[illegible]
tationes videbimus [illegible]
Enallage: GENERIS, [illegible]
& FIGURÆ. I. Enallage [illegible]
pro Paſſivo: ut, [illegible]
pro, ſedor: verte, pro, [illegible]
pito, pro, præcipitor: turbo, pro, [illegible]
geminor: accendo, pro, accendor [illegible]
Annona haud multum laxaverat [illegible]
ſidiô, ſubvehi frumentum non poſſe [illegible]
Hiſt. 4: Tum repente viſus [illegible]
Mil, 2, 6: Me occultabo aliquo [illegible]
turba, atq; ira leniunt, pro, leniuntur [illegible]
tempeſtas ſedavit, pro, ſedata eſt [illegible]
to. Livius 2 ab Urb, Libertatem [illegible]
ſervitutem, inter ſe quærebantur [illegible]
Ann. Sic extra domum ſucceſſor [illegible]
Auguſti, ne nomen Cæſarum in ludibrium [illegible]
verteret, metuebat. Livius 5: Jam [illegible]
ſt quam ludus in artem paulatim verteret [illegible]

Digitized by Google

... 3. bell. Civ. *Detrimentum in bonum* verterat. Sic, *bene vertere*, pro, *verti, evenire*, & *malè vertere*, pro, *malè cedere*, Latinis familiaria ſunt. Plautus Aulul. *Nunc quæ res tibi ... gesta tua*, Benè feliciterq; vertat, *ita di faxint*, inquiunt. Idem Truc. Malè vertit *res pecuaria mihi apud vos*. Sic, *vertens annus*, pro, *anno qui vertitur* & *vertens menſis*, pro ..., *qui vertitur*. Propert. l. 4 el. 2: *Sed quia* vertentis *fructum percepimus* anni. Quid verò ſit *vertens annus*, tradit Macrobius l. 1. Satur. c. 14: dicens, *annum vertentem eſſe*, ... *ſol ad id ſignum denuo ſe vertit, unde digreſſus eſt*: Naar Aaret er omme/ ganſke omløben. Plautus Perſ. —*tu ſi hanc emeris, Nunquam hercle* hunc menſem *vertentem credo ſervibit tibi*, inden Maaneden er ude. Vide ... Etym. de Part. p. 673. Sic, *Averto*, Sil. lib. 15: —*jam rurſus ... ibi arma*, Avertiſſe *ſuo cognovit devia vallo*. Virgilius 1 Æn. *Franguntur remi, tum prora* avertit *& undis Dat latus*.— Cæſar. *Hiems jam* præcipitarat. Lucret. 6. —*eodem fertur, quò* præcipitavit *Jam ſemel*.— pro, *præcipitata eſt*. Cicero ... de Leg. *Fibienus ſtatim* præcipitat *in Lirim, & quaſi in familiam patriciam venerit, amittit nomen obſcurius, Liremq; multò gelidiorem facit*, pro, *præcipitatur*. Idem pro Sext. *Qui* præcipitanti *patriæ non ſubvenirent*. Virgilius 2 Æneid. *Et ſeptem gemini* turbant *trepida oſtia* Nili. Varro: *Cum mare turbat*. Lucret. lib. 5: *Sinit hæc violentis omnia verti Turbinibus, ſinit in certis* turbare *procellis*, pro, *turbari*. Virgilius 5 Æneid. *Tum verò* ingeminat *clamor cunctiq; fremendem Inſtigant ſtudiis*, — pro, *ingeminatur*, Livius 2. Accendunt *inſuper ferocius multò, ut ſtatuiſſe non pugnare conſules cognitum eſt*, pro, *accenduntur*. Ovidius 4 Metam. *Mille greges illi, totidemq; armenta per herbas Paſcebant*, pro, *paſcebantur*. Sic, Virgilius: Siſtunt *amnes*, pro, *ſiſtuntur*. *Cum venti* poſuere, pro, *poſiti ſunt*. —*per pectora cunctis* inſinuat *pudor*, pro, *inſinuatur*, Cic. *Terra* movet, prò, *movetur*. Apul. *Vivo gracili lare, pauciores habeo, parcius paſco, levius veſtio, minùs obſono*, pro, *veſtior*, & ſimilia, quæ vide apud Vechner. Hellenolex. l. 1. c. 6. & l. 3. Voſſi. c. 3.

[illegible]

[illegible] *Accidentium* [illegible] ἐναλλαγὴ videbimus [illegible]

Enallage: Generalis [illegible] FIGURÆ. I. Enallage [illegible] pro *Paſſivo*: ut, [illegible] pro, *ſedet* [illegible] pro, *præcipitant* [illegible] *ascendere* [illegible] *Annona haud* [illegible] *ſubſidia, ſubſtabiſ*[illegible] Hiſt. 4: *Tum* [illegible] Mil, 2, 6: *Ne* [illegible] *turbas atque iræ leniunt* [illegible] *tempeſtas* ſedavit, [illegible] *ſo*. Livius 2. ab Urb. [illegible] *ſervitutem, inter ſe* [illegible] Ann. *Sic* [illegible] *Auguſti, ne nomen* [illegible] verteret, [illegible] *Poſtquam ludus in artem paulatim* [illegible]

...ſ. 3. bell. Civ. *Detrimentum in bonum* verterat. Sic, *benè*
...rtere, pro, *verti, evenire*, & *malè vertere*, pro, *malè cede*-
..., Latinis familiaria ſunt. Plautus Aulul. *Nunc quæ res tibi*
*...gnata tua*, Benè feliciterq; vertat, *ita di faxint, inqui*-
... Idem Truc. Malè vertit *res pecuaria mihi apud nos*. Sic,
*...rtens annus*, pro, *anno qui vertitur* & *vertens menſis*, pro
..., *qui vertitur*. Propert. l. 4 el. 2: *Sed quia* vertentis *fru*-
*...m percepimus* anni. Quid verò ſit *vertens annus*, tradit
...crobius l. 1. Satur. c. 14: dicens, *annum vertentem eſſe*,
*...m ſol ad id ſignum denuo ſe vertit, unde digreſſus eſt*:
...aat Jaret er omme/ gandſte omloben. Plautus Perſ.
*...tu ſi hanc emeris, Nunquam hercle* hunc menſem verten-
*...credo ſerviet tibi*, in dat Maaneden er ude. Vide
...m. de Part. p. 673. Sic, *Averto*, Sil. lib. 15: *—jam rurſus*
*...arma*, Avertiſſe *ſuo cognorit devia vallo*. Virgilius 1 Æn.
*...guntur rami, tum prora* avertit *& undis Dat latus.*—
...ar. *Hiems jam* præcipitarat. Lucret. 6. —*eodem fertur*,
...præcipitavit *Jam ſemel*.— pro, *præcipitata eſt*. Cicero
... Leg. *Fibienus ſtatim* præcipitat *in Lirim, & quaſi in fa*-
*...am patriciam venerit, amittit nomen obſcurius, Liremq;*
*...ò gelidiorem facit*, pro, *præcipitatur*. Idem pro Sext.
...præcipitanti *patriæ non ſubvenirent*. Virgilius 2 Æneid.
*...tem gemini* turbant *trepida oſtia* Nili. Varro: *Cum*
*... turbat*. Lucret. lib. 5: *Sinit hæc violentis omnia verti*
*...inibus, ſinit in certis* turbare *procellis*, pro, *turbari*.
...lius 5 Æneid. *Tum verò* ingeminat *clamor cunctiq; ſe*-
*...tu Inſtigant ſtudiis*, — pro, *ingeminatur*, Livius 2.
...ndunt *inſuper ferocius multò, ut ſtatuiſſe non pugnare*
*...es cognitum eſt*, pro, *accenduntur*. Ovidius 4 Metam.
*...greges illi, totidemq; armenta per herbas Paſcebant*,
*...ſcebantur*. Sic, Virgilius: Siſtunt *amnes*, pro, *ſiſtuntur*.
*...enti* poſuere, pro, *poſiti ſunt*. —*per pectora cunctis* inſi-
*...pudor*, pro, *inſinuatur*, Cic. *Terra* movet, prò, *move*-
...pul. *Vivo gracili lare, pauciores habeo, parcius paſco*,
*...eſtio, minus obſono*, pro, *veſtior*, & ſimilia, quæ vide
...echner. Hellenolex. l. 1. c. 6. & l. 3. Voſſ. c. 3. de

[illegible]

[illegible] probat, & [illegible]
[illegible] Martino [illegible]
[illegible] copulantur [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] dici notat [illegible]
[illegible] populi [illegible]
[illegible] adhuc [illegible]
[illegible] Cicero lib. [illegible] de [illegible]
[illegible] quid [illegible]

Digitized by Google

elius Cic. ep. 9 : Curionem *prorſus non medi-*
gatus. Sed P. Manutius, Paſſeratius ac Lambi-
n ſuſpicantur, *objurgat*. Vellejus : *Peragratus*
. Apul. l. 3. Metam. *Ab imis ungvibus* ſeſe to-
*ſummos capillos* perlita, *multumq́; cum lucerna*
*ta, membra tremulo ſucceſſu qvatit*. De *Pi-*
ur Gellius l. 18. c. 12. Virgilius 1 Æneid. — vo-
*s* prævertitur Hebrum. Lucr. lib 6. — *hinc*
*in mare venti Vis & fervorem mirum concin-*
pro, *prorumpit*. De *ſacrificor*, conſule Gellium
Varro : ſpectatus eſt ſuem. Sic *ſignificor*, pro,
s in uſu fuiſſe teſtatur Gellius l. 18. 12. Nonius
eneribus Verborum conſimilia plura collegit,
toritate confirmavit: qvalia ſunt, *adjutor*, *con-*
*or*, *excalceor*, *fatiſcor*, *focillor*, *gliſcor*, *ignoſcor*,
*ficor*, *manducor & commanducor*, *commurmu-*
*expalpor*, *præſagior*, *ſpolior*, *urinor*. Hiſce ad-
os obſervavimus in Etym. de Verbis Abun-
61. Vechner. Hel. l. 1. c. 8. Voſſ. l. 3 de An. c. 5
ro *Activo*: ut, *Abſtineo*, *annuo*, *aſſueſco*, *cachin-*
*ſueſco*, *conſiſto*, *declino*, *deſino*, *ejulo*, *emergo*,
*ſco*, *inſueſco*, *inoleſco*, *juvo*, *latro*, *nigro*, *muſſi-*
*etro*, *plaudo*, *prorumpo*, *reqvieſco*, *reſono*, *re-*
*ro*, *ſuperſedeo*, *trepido*, *vergo*, *uro*. Livius lib. 1.
*omnium ſatis conſtat*, omne jus *belli Achivos*
rgilius 12. Æneid. *Sin* noſtrum annuerit *nobis*
em. Idem 6 Æneid —*Non* tanta *animis* aſve-
ul. l 3. Metam. *Inſuper* exitium meum cachin-
4. Æneid. *Per medios ruit*, *ac* morientem *no-*
Lucret. *l.* 6 : *Ac tum* brachia conſveſcunt, *fir-*
*s*. Ibidem, *Et per qva poſſunt* vitam conſiſtere
*jam fermè mortalibus eſſe parata*. Plautus
*Jam ego modò* declinavi me *paulùm extra vi-*
*di ego*, *qvi juvenis* ſeros deſiſſet amores. Apul.
*Hæc identidem mecum replicans*, fortunas me-
Cicero de Aruſp. Reſp. *Jam iſta ſerpens*, *qvæ*
*ſum*

[illegible]

... *ſuperinfundens* ... [illegible]

... ignem ... [illegible]

... in compoſitis, [illegible]

Virgilius 6 Æneid. [illegible]

*infundit*, Ovidius 7 [illegible]

chelia ... [illegible]

pro, *ſuperinfundens* ... [illegible]

[illegible] ... *federe* [illegible]

Digitized by Google

*ir*, *qvia* nullos apertos evergerent rivulos, *occultos con*-*re latices*, *qvorum vena in mare promanantes*, *unda mi*-*ntur*, pro, *effunderent*. Qvare etiam Lucret. l. 2, v. 212 eſt Paſſivo, *Vergor*: *In terras igitur Solis qvoq*; vergitur *ur*. Lucan l. 1: *Et polus adverſi calidus*, *qvo* vergitur *au*- Papin. l. 4. Sylv. — *Nos facta aliena canendo* Vergimus *nium*. — Virgilius 7 Æneid. Urit adoratam *nocturna in ina* cedrum. Confer Voſſium l. 3. de Anal. c. 4. Vech- Hell. l. c. 7. II. Enallage Modi. 1. Uſurpatur *Indicati*- pro *Imperativo*: ut, Cicero 7 Ep. *Sed* valebis, *meaq*; *ne*-*a* videbis: *meq*; *Diis juvantibus ante brumam* expecta- pro, *vale*, *vide*, *expecta*. Plura exempla vide in Etym. 79 2. *Indicativus* pro *Conjunctivo*, maxime *Potentiali*: Cicero Att. *Dices qvid? qvaſi iſtuc* erat *magnum*, pro, . Nonnulli hic legunt, *Qvid qvaſo iſtuc erat? magnum*. tus Moſtel. 1, 3: — *rem vides*; *qva* ſim, *& qva* fui *ante*, *fuerim*. Idem Epid. 1, 1: *Loqvere ubi* eſt, pro, *ſit*. Idem d. 2, 2: *Scin' qvid* eſt, pro, *qvid ſit*. Caſi. 3, 5: *Cerebrum* ercutiam, *excetra tu*. — Virgilius 2 Georg. *Etſi non alt*-*latè jactaret odorem*, *Laurus* erat, — pro, *eſſet*. Confer m. p. 475. 3. *Imperativus* pro *Futuro Indicativi*. Virgilius 6: *Si fœtura gregem ſuppleverit*, *aureus* eſto, pro. *eris* dius, — dent *ocy omnes*, *Qvas meruere pati*, *ſic ſtat ſen*-*ia*, *pœnas*, pro, *dabunt*. 4. *Conjunctivus* vel *Potentialis Indicativo*. Terentius Adelph. *Ita* velim *me promeren*-*omnes*, pro, *volo*. Et hæc Enallage longè creberrima eſt: ra vide Etym. p. 475. 5. *Conjunctivus* vel *Potentialis* pro *rativo*; ut, Terentius Andr. 3, 4: *Qvieſcas*, pro, *qvi*- Adi Etym. p. 481. 6. *Infinitivus* pro *Imperfecto Indica*- Virgilius 2 Æneid. — *Ulyſſes Criminibus* terrere *novis*, ſpargere *voces*, pro, *terrebat*, *ſpargebat*. Terentius And. *Facile omnes* perferre, *ac* pati, *cum qvibus erat*, pro, *per*-*at ac patiebatur*. Plautus Bacchid. 3, 3: *Me præſente*, *udere qvicqvam*; *qvid verbis opus eſt*? pro, *pudebat*. Moſtel. 2, 3: *Inſtare usq; adeo*, *donec ſe adjurat anus mihi monſtrare*, pro, inſtabat, &c. Idem Merc. 2, 1: In-

ſtare

[illegible]

Id. Curc. I, 3: *Tu Veneri* pervigilare [illegible]

Digitized by Google

ſigillaturum. Perſ 3, 2: Qvi mihi juratus eſt ſeſe hodie ar-
tum dare, pro, daturum. Sic Moſt, 3, 1. Ciſt, 2, 2. & 2, 3. Cur.
4. Imperfectū pro Plusqvamperfecto. Ter. Adel. 1, 2: Nam
ſet, unde id fieret, faceremus, pro, fuiſſet & feciſſemus.
erfectum pro Præſenti. Virg 2. Æn. Qvanqvam animus
niniſſe horret, luctuq; refugit. 6. Perfectū pro Imperfecto.
. Eun. Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi, pro,
. 7. Perfectum pro Plusqvamperfecto: ut, Virg.— & ni
curreſiſtat, jam flammæ tulerint, inimicus & hauſerit
, pro, tuliſſent, hauſiſſet, ut Aſcenſius rectè exponit.
cianus l. 18. De Imperſon. Conſtruct. interpretatur, po-
unt tuliſſe, & poterant habuiſſe, qvam interpretationem
is probant Jacobus à Foſſa & Marianus Benedictus à S. Vi-
n Efflatione Pulveris contra Orlandum Peſcettium Re-
henſ 34. 8 Perfectum pro Futuro. Liv. Si tales animos in
lio habebitis, qvales hic oſtenditis, vicimus, pro, vincemus,
maximè in potentiali modo. Ter. Hecyr. 3, 4: Deniq; her-
ufugerim potiùs qvàm redeam, ſi eò mihi redeundum ſci-
pro, aufugero. Jacobus à Foſſa dicit eſſe Futurum in R.im
entialis modi cum Alvaro, qvi illud Futurum primus ex-
itavit, Nos verò in Etym p. 492 illius Futuri fundamenta
timus & deſtruximus. Neq; Donato aut Orlando Pe-
tio hic aſſentire licet, qvi contendunt aufugerim eſſe
unctivum pro Indicativo & exponi debere, aufugiam.
lusqvamperfectum pro Imperfecto. Cic. Att. l. 2. ep. 24:
enatus conſultum, ut Vettius qvod confeſſus eſſet ſe cum
fuiſſe, in vincula conjiceretur qvi emiſiſſet, contra rem-
eſſe facturum, pro, qvi emitteret. 10. Futurum Infinitivi
Præſenti. Cic. Att. l. 5. ep. 22: Addis ſi qvid ſcey, te ad me
venturum, pro, eſſe. Sulpit. Cicer. lib. 4. Epiſt. 6:
er mihi ratio affore non poteſt, qvàm conjunctio con-
dinis ſermonumq; noſtrorum, pro, eſſe. Vide Etymol.
506. 11. Verbum Futuri temporis cum Futuro Par-
ii pro ſimplici Futuro: ut, Ovidius de art. Tu procul
ti cura futurus eris, pro, eris. Mart. lib. 14: Mergi-
fluctus, cum rediturus ero, id eſt, cum rediero. IV.
lage Personæ. 1. Tertia perſona pro prima: ut, Ter.
Phor.

[illegible]

*ſæpe* uſurpatur [illegible]

pro Rabir. [illegible]

[illegible]

rus [illegible]

tius Ange. [illegible]

*ſunt.* 2. *Pluralis* pro [illegible]

[illegible] locum [illegible]

Sinchen [illegible]

quo *Simplex* pro [illegible]

ferri commode queunt exempl[illegible]

Hactenus de Enallage [illegible]

mus, quomodo [illegible]

Enallage GENERIS. 1. [illegible]

[illegible] uſurpatum extat, ut [illegible]

benti *regnum* [illegible]

[illegible] *conſecravit* [illegible]

[illegible] *felices* quo vehentes [illegible]

pro eo nonnunquam, cui [illegible]

nus dixit, indulgentiſſimus. C[illegible]

ticipium *Deponens* [illegible]

*plum, comitatum, conſ*[illegible]

1113. 2. Participium [illegible]

*gulum, circumſpectus,* [illegible]

1110. ¶ Et hæc Enallage in Gr[illegible]

ut Ovidius lib. 2. Amor. el. [illegible]

dejectos modeſtos. Virgilius [illegible]

ultum demiſſa *profatur.* Vide [illegible]

Digitized by Google

g. 1118, 1119. & p. 878, 849. II. Enallage CASUS. *Nomina-*
*u* locô *Accuſativi* ponitur: ut, Propert. *Nec mihi Caſſio-*
*ſolito viſura carinam* Ominat. *ingrato littore vota cadunt.*
*ſuſer* Anom. 2. Synt. Part. p 1117. ubi pro vata (qvod in
ria typothetæ accidit) legendum vota. III. Enallage Nu-
...: ut, *abſente nobis*, pro, *abſentibus nobis*. Vide Anom.
Synt. Particip. p. 1117, 1118. Hactenus de Enallage *Acci-*
*...ium Participiorum*. In *Adverbiis* occurrit. I. Enallage
...IFICATIONIS. Uſurpatur namq; Adverbium *Loci* pro
dverbio *Temporis*. Terentius Eunuch. 2, 2: Hic *ego illum*
*...tempſi præ me*. Ibidem: Ibi *homo cœpit me obſecrare: ut*
*...liceret diſcere id de me*. In qvibus exemplis, *hic* & *ibi*,
... *tunc* accipit Comicus. Sic Adverbia *Qvalitatis* pro Ad-
rbiis *Intendendi*; ut, *benè*, pro *valdè*. Cic. 2. de Oratore:
*...betis orationem* benè *longam*. II. Enallage FIGURÆ; *Sim-*
*...a* pro *Compoſita*. Ovidius. — qvà *terra patet, fera regnat*
*...nyſ*; prô, *qvacunq.* III. Enallage GRADUS: *Comparativi*
*...oſitivo*: ut, Terent. — *Interea hæc ſoror Qvam dixi,*
*flammam acceſſit* imprudentiùs. Præpoſitionum Enalla-
in primis proficiſcitur è *Significationis* varietate, qvam
is operosè ac fusè ſuprà perſeqvuti ſumus, hic de tabula
bis manus tollenda. *Videatur Linacer* l. 1. p. 60, 61. ſeq. &
enius in Figuris Etymologicis p. 168. ſ. Supereſt Enalla-
*Conjunctionis*. 1. *Copulativa* pro *Adverſativa*: ut, Cicero
ffic *Non nobis ſolùm nati ſumus*, ortusq; *noſtri partem*
*ria vendicat, partem parentes, partem amici*, pro, *ſed or-*
*noſtri*. 2. *Copulativa* pro *Disjunctiva*: ut, Virgilius 2 Æn.
*... pelago Danaûm inſidias ſuſpectaq; dona præcipitare ju-*
*ſubjectisq; urere flammis*, pro, *aut ſubjectis*. Vide Linacr.
... 129. Rhen. p. 194. Atqve hæc de *Enallage* dicta ſun-
... Jam in Germanam *Hellenismi* indolem inqviremus. (e)
*...lenismus* à verbo ἑλληνίζω, i. e. *Græcos imitor, ſeqvor,*
*...cum refero, Græcus ſum*. Unde, jam tantundem valet
...ηνισμὸς, *qvod imitatio Græcorum*, jam *proprietas Græ-*
*...i ſermonis*. ἑλληνίζω autem primum ortum debet filiô

Nam ſibi laudaſſe hoſce ait ...

Ne quoq; dolis ...

... Æthiops, Æthiopis, ...

matis, Glaucoma ...

tum, ſed Arabum ... Æthiopes

Glaucoma ... Latinam formam in ...

Sic Getis ...

bilye parent ...

... dicet liberis ...

ſemas formā Latinā ...

ſchema, Glaucoma, ab ...

de Ecyra, p. 44. Ex hac Obſervatio-

num, Nomina Græca ... terminatione ...

tiquos retinentia, Græcorum more ...

terminationem in Latinam mutant ...

neq; tantum ſequi ...: ut, Circe, huius

Circæ, huius Circæ, hanc Circam ...

Tertia Circam Solis filiam, Vi...

Digitized by Google

hner. Hellen. l. 1. p. 13. Obſervarunt Grammatici, Lati- novas ſibi voces effórmaſſe à certis caſibus Græcorum, nunqvam à Genitivo, ut ab *Abax, abacos*, Latinum *Abaci*, factum eſt; à *Delphin, inos*, *Delphinus, i*: ab *Ele-*, *antos*, *Elephantus, ti*. Nonuunqvam ab Accuſativo; *aſſis*, *caſſida*, fecerunt *Caſſida, a*: à *Lynx, ca*, *Lynca, a*: *ater, ra*, *Cratera, a*: ab *Æther, ra*, *Æthera, a*: à θέμις *ιστα*, Latinum fit *Themiſta, a*: Cic. Themiſtâ *ſapienti-* Deinde nec illud inſuper habendum Romanæ lingvæ didatis, nomina própria apud Græcos diverſis termina- ibus inflecti. Sic propria in ευς Æolicè in ης finiebant; ρευς, πέρσης: Ὀδυσσεὺς, Ὀδύσσης: Ἀχιλλεὺς, λλης. Contrà in ης finita, ut & alia per ευς non rarò exa leguntur, Ζιμωνίδης, Ζιμωνιδεὺς: Ευριπίδης, ριπιδεὺς. Sic pro Τάνταλος, Ταντα λεὺς, pro ωνις, Αἰδωνεὺς, pro Ηρακλῆς, Ηρακλεὺς. Cum ur *Nomina propria* apud Græcos variis terminationibus ectantur hinc eſt, qvòd eadem etiam apud Latinos di- am declinandi rationem admittant. Qvare propria in Latinis & in *Tertia* declinatione inflectuntur, & non- qvam etiam in *Prima*, ſæpe in *Secunda*. Ratio diverſita- ſt, qvòd Græcis in ης finita in Prima Contractorum, & rima Simplicium autoribus uſurpentur; ſæpe etiam ter- atio ης in ευς mutetur, qvemadmodum ſuprà monui- . Sic ex Epidico Plauti, *Periphanes* proprium ſenis, tri- declinationibꝰ inflecti obſervamus. In *Prima*: ut, Epid. ibi nominat *Stratippoclem* Periphanæ *filium*. In *Secun-* Epid. 3, 4: *Stratippoclem audiVi* Periphani *filium ab- m curaviſſe, ut fieret libera*. Ep. 5, 5: *Videon' ego Tele- m te* Periphani *filiam*. In *Tertia*: Epid 2, 2: *Dii im- ales, utinam conveniam domi* Periphanem! Ex hac va- te, inqvit Vechnerus, manifeſtum eſt apud Græcos ; idem in tribus declinationibus inflecti poſſe: 1. in *a* Simplicium: περιφάνης, περιφάνου, 2. In *Tertia*

[illegible]

Plautus Rud. [illegible]

[illegible] Herculeſ [illegible]

Herculi eſt, [illegible]

[illegible]

Ibid. [illegible]

[illegible] Ibid. [illegible]

[illegible]

Stat. 2. Sylv. [illegible]

hiſce vide Etym. [illegible]

de Carm. Virgilius [illegible]

lio uberrimam hujus contradict[illegible]

tem congeſtam videre licet. [illegible]

[illegible] & Perſeus, [illegible] Propert. [illegible]

[illegible] Achillis. Videmus [illegible]

Exempla Helleniſmi [illegible] Etymologia [illegible]

Etymologia, in qua traditur [illegible]

nicas voces, e.g. p. 34. Græcorum [illegible]

na exhibetur. p. 35. Græcorum [illegible]

Digitized by Google

..p. 39. Græca in E declinantur. p. 38. Græca in Eus vari-
an. p. 43. Græca Tertiæ Moly, Echo, Melos inflectun-
p. 64. Græcis in Ts Genitivus aſſignatur Tos vel Toi&
Thetys, Thetyos. Pan, Panos. Amaryllis, Amaryllidis.
77, 78, 79, 80. alii caſus Græcorum ejusdem declinati-
monſtrantur. Hæc de *Hellenismo Etymologico*, cui ſi
imitationem compoſitionis Græcæ in Latinis expreſſ
eddere velit, adeat & conſulat Vechner. l. 1. Hellen c. 4.
hæc de re eruditè agit. (d) Reſtat nunc ut *Archaiſmi*
mologici nonnulla ſubjungamus teſtimonia majoris lu-
ergo. Et qvia vix uſſibi in alio ſcriptore probato
gis conſpicua viſuntur antiqvarum vocum veſtigia
m in Plauto, ejus in primis ductum, & qvidem ſerie Al-
beticâ, ſeqvemur. *Adaxint*, *Adduce*, *Aperibo*, *Audibis*,
*ulcitarier*, *Capſimus*, *Dano*, *Eſtur*, *Frauſus*, *Gnarures*,
*ia*, *Impercere*, *Lacte*, *Moriri*, *Nevis*, *Optaſſis*, *Poſſiem*, *ies*,
*potuit*, *Rebito*, *Siris*, *Strint*, *Tago*, *Voluptabilis*. Aul. 1, 1.
*dum me divi* adaxint *ad ſuſpendium potiùs qvidem, qvàm*
*pacto apud te ſerviam*. pro, *adegerint*. Pœn 1 3. Adduce
*is tecum*. pro, *adduc*. Vide Etym. p. 642. Trucul. 42.
*edepol jam tua probra* aperibo *omnia*. Capt. 3, 4 *Ex me*
*ibis vera, qvæ nunc falſa opinare*. Moſtel. 1, 1 *Decet me*
*re, & te* bubulcitarier. *De* Capſimus *pro* ceperimus vi-
Etym. p. 654. *De* Dano *itidem videatur Etymolog*. pag.
, 654. Moſtel. 1, 3. *Dies noctesq;* eſtur, Bibitur &c. Aſin.
*Metuo in commune ne qvam fraudem* frauſus ſit Moſtel.
*Simul* gnarures *volo hanc rem mecum*. i. e *gnaros*. Sic
ion. *Non cultor inſtans, non* arator gnaruris. Vide Joſe-
Schaligeri Notas in Feſtum, & Append. Conject in
onem. Rud. 4 2. *Salute* horiæ, *qva in mari fluctuoſo*
*atu novo me ubere* compotivit. Eſt autem *horia* navicu-
iſcatoria. Caſin. 4. 4. *Amabo, integra atq; imperita huic*
ercito. De *Lacte* vide Etymolog. p. 46. *Moriri* vide ſu-
in Paragoge. Moſtel. 3, 2. *Nunc hinc exemplum capere*
, *niſi tu* nevis. pro, *non vis*. Milit. 3, 1. *Qvid ad illas* op-
is: *ſi optio eveniat tibi*, Stich. 3, 2.-- *non graver ſi* poſſiem.

Menæch. 5, 9. — *Utinam efficere,* … Pœn 4, 2. *Qvid igitur dubitas, q…* *…, qvod* poſſiet *Facere, faciat mal…* Qvotumas *adis dixerit, id ego adm…* 2, 3: *Et meâ operâ, ſi hinc* rebito, *ſ…* i. e. *redeo.* Epid. 3, 3: — *cave* ſi… *hanc,* — pro *ſiveris.* Merc. 3, 4. N… Aſin. 2, 1. — *ſi me* tagis, *Ne hodie…* *commutaveris,* pro, *tangis.* Epid. … *nuncium tuô adventu attuliſti.* H… ſuppeditare poterit Plautina lecti… deſideres, adi & conſule Antiqv… Lubino concinnatum, nec non Ja… bulorum abſtruſiorum, Plauto ac… Plautinum Phillippi Parei, in vo… grandem obſeletorum verborū ſt… cellus, Feſtus, Donatus, Servius … convectarunt.

## DE FIGURIS SY…

Figuræ Syntacticæ ſu… ita formant & mutant, u… ſtruendi ratione non ni…

Figuræ Syntacticæ … rum *qvatuor generales* … *lipſis, Pleonasmus, Hellen…* *Qvinq;* verò *ſpeciales:* … *Syllepſis, Prolepſis* & *Syne…*

## DE FIGURIS SY… GENERAL…

*Ellipſis* eſt, qvando v…

Digitized by Google

ad ſenſum & conſtructionem neceſſa-
q; eſt omiſſa: ut, Horatius, Sunt,
*s curriculo pulverem Olympicum collegiſſe
at.* —— ſc. aliqvi, nonnulli, qvidam. Ter.
ucis, *te volo*, ſc. verbis alloqvi.

Nota.

Hujus Ellipſis ſpecies eſt *Aſyndeton*, qvando
njunctiones omittuntur, in primis Copulativæ:
Terent. Eun. *Ego ille* agreſtis, ſævus, triſtis,
cus, truculentus, tenax.

*Pleonasmus* eſt, cum aliqvid in oratione
ſimpliciter abundat, vel emphaſeos
aſâ: ut, Cicer. *Accipies igitur hoc* parvum
uſculum. Idem: Neſcius *in pace*, nec in
*lo vivere.*

Nota.

Hujus Pleonaſmi ſpecies eſt *Polyſyndeton*,
ando Conjunctiones Copulativæ crebrius re-
untur: ut, Virgilius, Unà Eurusq; nothúsqve
nt.——

*Hellenismus* eſt, qvi Græcam loqvendi
tionem potiùs, qvàm Latinam imitatur:
, Cicer. *Omnium rerum* mors eſt extre-
um. pro, *extrema*. Virgil. Triſte lupus
*bulis, maturis frugibus imbres*. pro, *lupus
triſtis, imbres ſunt triſtes*, &c. Eodem

enim modò Demo
πονηρὸν συκοφάντης ἀεὶ
phantra ſemper. pro,

*Archaismus Synta*
antiqva, obſoleta,
Terent. *Neſcio qvid*
*turbatum eſt domi.* pr
Hanc *ſibi* rem *præſidi*
*futuram.* Ovidius
*timens* cupidusq; m

N

Non uſurpanda tem
datæ Latinitatis ſermo
verbis aut allegandis, a
tandis.

Figurarum Syntacticaru
derunt Græci à Verbo ἐλ
*prætereo, deficio.* Unde ἔλλ
*defectus.* Qvintilianus, D
des maluerunt pro hac uti v
tiliani l. 8. c. 6. ita habent
*qvum & id in contextu ſer*
*Verbum enim ex verbo inte*
ψις *vocatur, Arcades ad po*
um, multis in locis ἔκλειψ
*Qvod plerią omnes faciunt*
*qvod ſtudiū adjungant, aut*
*dum, aut ad Philoſophos.*

Digitized by Google

parem & familiarem Terentio, nam poſſumus ſubaudire ...endos, ſive ſectandos. Sed in hiſce locis Henric. Steph. ...ds dici putat ἔλλειψις, qvàm ἔκλειψις. Imò Voſſi... ...ratorum, Min. pag. 96, monet perperam multis Eclipſin ...nè dici. Nos igitur ſeqvuti Ariſtotelem, Athenæum, ...ſtachium, Chariſium geminatô λλ ἔλλειψιν vocamus. ...ſtoteles l. 2. Eth. c. 6 τὸ δ' ἴσον μέσον τι ὑπερβολῆς ἐλλείψεως. i. e *aeqvale autem dicitur id qvod medium inter exceſſum & defectum.* Athenæus ſcribit σισαμοῦς ...um eſſe καὶ ἔλλειψιν τὸν ἄρτον. Euſtathius multis in ...s hâc vocis formâ utitur, & Chariſius lib. 4. Inſtitut. ...mmat. Edit. Putſch. 242 Et hæc de appellatione & ety... ἐλλείψεως. Jam ejus uſum, qvi latiſſimè patet, per o... ...es Orationis Latinæ partes luſtrabimus. Et *primò* qvi... ...n *Ellipſis* NOMINUM occurrit. 1. Omittitur *Subſtantivum* ...jectivo adjiciendum: ut, *Suilla*, *Ferina*, ſc. *caro*. Celſus ...t. c. 17. *Inter domeſticas verò qvadrupedes leviſſima* ſuilla ... *graviſſima* bubula. Virg 1. Æneid. *Implentur veteris Bacchi pingvisq;* ferinæ Vide ſuprà Anom. 1. Synt. Nom. p. 780, ...2. Qvando duo ſubſtantiva concurrunt, alterum inter... ...m reticetur. Cic. pro Milon. *Cum falcibus ad* Caſtoris, ... *gladiis toto foro volitarunt.* Vide ſupra Anom. 3. Synt. ...m. p. 804, 805. Vech. lib. 1. Hellenol. cap. 3. 3. *Subſtan*... Adjectivo aptandi Ellipſis contingit, qvando ſeqvitur ...*itivum*. Exempla vide Anom. 1. Synt. Nom. p. 824. 4. ...ficit nonnunqvam Adjectivum Dativo addendum. Exempla itidem vide Anom. 3. Synt Nom. p. 864. & Synt. ...rb. p. 1084. 5. Nominativus Nominum Verbis præpo...ndus reticetur. Vide Anom. 1. Synt. Verb. pag. 966. Plu... Nominum Ellipſes ex aliorum ſententia attulimus Synt. ...rb. p. 984, 985, 991, 992, 998, 1010. 6 *Dativus* omitti tra...ur Anom. 3. Synt. Verb. p. 1026. Secundò *Ellipſis* PRO...MINUM. 1. *Demonſtrativi*: ut, Virg. Incute *vim ventis.*— ..., tu incute, 2, *Relativi*. Vide Anom. 2. Synt. Pronom.

pag. 927. 3. *Reciproci* SE. *An*
4. *Poſſeſſivi*. Terent Gnata
VERBORUM *Ellipſis*. Verbū Su
*Sed vos* qvi *tandem? qvibo a*
Idem: *Hinc mihi prima labe*
Fas *mihi Grajorum ſecreta*
*ros* —pto, *eſto* vel *ſit*. In
Soſia adeo venuſtô, adeo me
In *Infinitivo*. Virg. *Promiſi* ul
Vide *Anom*. 1 Synt. Verboru
orum Verborū aliqvando de
ſimiliter & alia Verba *Ellipſi*
*jurationem nobilitas fecit, E*
*ſuis cum omnibus copiis exire*
*omnibus præſtarent, totius G*
*per facile eſſe*. Idem; Se *ita*
ciſſe, *ut magis virtute, qvàm*
hoc locum habet in *Tranſiti*
*bis hactenus*. ſc. *dictum eſt*.
*dicenda ſunt, dicam. Qvid m*
l. 1. Æn. *Hæc ſecum*-- ſc. *dixit*.
*tationibo*, e.g. *Benè Ennius, P*
*Attica ſalutē*. ſc. *dices*. Dec
derari tradunt. Virg 1 Æn.
ſc. *decet*, vel *oportet*. Id uſu v
*melio, Dii meliora*. ſc. *facian*
Verba, qvæ in oratione omi
facili intelligi poteſt non ta
ſunt, ſed etiam ex Synt. *Anon*
preciū duco *Qvartò, Ellipſis*
*Att*. l. 4 e. 14: *Occupationum*
*epiſtola librarii manu* eſt. ſ.
*epiſtolas tuas, qvas ego ſexce*
*aliâ jucundiores, qva qvide*
*Qvintò, Ellipſis* ADVERBIOR
*Qvadringenteſimò anno, q*

Digitized by Google

ec.1. *Anni trecenteſimô alterô*, qvàm *Roma condita erat*, *um mutatur forma civitatis à conſulibus ad decemviros.* *pòſt qvam Roma condita erat.* Item, *Magis*, *Potius inter-* desiderantur. Vide Anom.5.Synt. Adver. p 1142. Ali- ndo *qvam* omittitur ibidem Anom.6 p.1145. Etiam *Non* oſin patitur, ibid. Anom.7.p.1146 *Sextò Ellipſis* PRÆPO- ONUM. *Ad.* Virg. 1. Æn. — Italiam *fato profugg* Lavinaq; Littora, &c. pro, *ad Italiã.* Vide Vech. l.1.c.5. p.68. Sic Accuſativos, *Calendas*, *Nonas*, *Idq* vult Linacer plerũq; lligi Præpoſitionem *Ante*: ut Cic. *Decimoqvarto* Calen- *Janvarii.* Id *Datum* 4 Nonas Junias. Et: *Tertio* Idq *Maij*, *decimo qvartò*, *Qvartò*, *Tertiò* ante Calendas, Nonas, s. *Propter.* Ter. Andr. 1, 1: *Magis id adeo*, *mihi ut incom-* *let.* Id. Eun. 5, 7: *Nunc* id prodeo, *ut conveniam Parmeno-* i. e. *propter id*, *ob id.* Ex Ovid. l.1. Faſt. *Jupiter* arce ſua *cum ſpectet in orbem*, Vir. l.1. Æn. -- *cum Jupiter* Ætho- ummo *deſpiciens*, — pro, *ex arce*, *ex Æthere.* In. Colum. c.10. *Nec* denſa *naſcitur* humo, pro, *in.* Virg. l.12. Æneid. *um antiqvum ingens*, campo *qvod forte jacebat*, pro, *in* *po.* Vide Synt. Verb. p. 1067. *Cum.* Plin. l. 20. c.1. *Cujus* *à*, *niſi maturius incidatur*, *ſemen exilit oculorum etiam* iculo, pro, *cum periculo.* Sæpiſſimè verò Præpoſitio *IN*, itandis autoribus omiſſa eſt: uti Anom.2. Synt. Nom. p. monitum eſt. & Anom. 2. Synt. Præpo. 122, 1212. *Septimò* *pſis* CONJUNCTIONUM, in qva familiam ducit Aſyndeton, Conjunctionum defectus: de qvo dictum eſt in Synt. njunct. Anom. 3. p. 1275. & qvomodo *Ut*, *Qvod*, *Ne* deſi- nt, monitum eſt Synt. Verb. Anom. 2. p. 1073. *Octavò* IN- JECTIONUM *Ellipſis* in primis ſpectatur in Particula clamandi & Vocandi O omiſſa: qva de re videatur om. 2. & 4. Synt. Interject. Hactenus de ELLIPSI Syntea- a: jam ad PLEONASMUM. *Pleonaſmus* nomen habet à bo πλεονάζω, id eſt, *redundo.* *Primò*, *Pleonaſmus* MINUM ſe offert. *Subſtantiva & Appellativa*, ſic undare tradunt. Virgilius, — *ſic* ore loqvuta

Terentius, Hiſce oculis *egomet* vidi. Idem: Ego

homi-

hominem *callidiorem vidi n*
*profecto* hominem *ex omnib*
*aut etiam comparaſſem.* No
autores Pleonaſticis locution
çauſa ubiq; uti. Nam qvan
*cémq; bis auribus hauſi,* vehe
Pleonaſmi otioſi aut ſupe
affirmandi vim habent, v
cuſantur. Nonnullos con
tuetur. Qvomodo huc et
*Gentium,* qvos poſt Adverb
Plaut. Aſin. *Ubi eſt* iſtuc ter
ganti-ſtructura vide Obſerva
non Adjectiva πλεονάζουσι
*qvam, Nemo alius, Nemo al*
*Nihil qvicqvam:* pro, *nemo,*
Nemo *illorum* qvisqvam *ſcit*
Nemo qvisqvam *acceptior.*
*bus, ac tam non prætextatis,*
*randũ illud connubii pudici*
alium *dixiſſe.* Plautus Ampl
*præter me* nemo *eſt* alter Am
lus *leno te* alter *erit opulentio*
*in terra* nullam *eſſe* alteram.
*venit mulier, qvâ muliere* ali
1, 1. *Comperiebam* nihil *ad*
Ubi tamen, *qvicqvã* vim affir
*nò.* Item Ajectiva *Alter, a*
dant poſt Negativa, *Neq;, Non*
Neq; *perjurior,* neq; *pejor* alt
*herus meus.* Idem Rud. 2, 3.
*anum me* qvenqvam. Idem
*profectò* qvisqvam *tantâ aud*
*ter* qvicqvam, *qvam qva mul*
*dem illuc ætatis qvi ſit,* non i
*omnes res.* Menæch. 5, 9. *E*

Digitized by Google

am *Vidi* alterum. Par eſt ratio *Interrogativorum*, qvæ
ta *Negativis* in oratione æqvipollent. Plaut. Amph.
is *me* alter *eſt audacior homo*? h. e. nemo eſt audaci-
m Amphit. 4, 5. Qvis *me Thebis* alter *vivit miſerior*?
ud. 5, 1. Qvis *me eſt mortalium miſerior qvi vivat* al-
*lie*? Idem Aulul. 5, 1. Qvis *me Athenis nunc magis*
*am eſt homo, cui dii ſunt propitii*? Aliqvando Com-
yus *Pleonaſmum* patitur: ut, Plaut. Pœn. 1, 2. *Nullæ*
*res duæ* plus *negotii habent*. Plura exempla vide in
Adverb. Anom. 4. p. 1140. & Synt. Nom. p. 825 Ano-
nec non pag. 913. Idem *Pleonaſmus* in *Superlativis*
locum habet; uti Anom. 2. Synt. Nom. p. 825. ob-
um eſt. *Secundò, Pleonaſmus* PRONOMINUM. Et 1 qvi-
*Demonſtrativorum* MIHI, TIBI, NOBIS, qvæ Græcè
πλεονάζουσι. MIHI: ut, Terent. Phorm. 5, 4: *Sed*
*ne* mihi *ceſſo*. & 1, 4. *Aufer* mihi oportet. Plaut. Mil.
*m hanc Macharam* mihi *conſolari volo*. Virg. Ecl. 8,
ihi *ſeu magni ſuperas jam ſaxa Timavi, Sive oram Illy-*
*gis æqvoris, en erit unqvam*. Horat. epiſt. 1, 3 *Qvod* mi-
*ſus* agit? Eodem modò Græci Dativum Pleonaſticum,
dmittere haud dubitant. Oppian. 1. Κυνηγ v. 89.
μοι δέμας ὧδε κεραστάμενοι Φοιτώντων.
ph. τόδε μάλιστα πάντων μέμνησό μοι Nonnun-
MIHI geminatur. Plaut. Aulul. 3, 6. *Qvi* mihi *omnes*
*os furum* implevisti *in ædibus miſero* mihi. Sed qvandò
n locô geminantur *Demonſtrativa*, ſingularem impor-
mphaſin, & ferè exclamandi vim habent. Virg. l. 9.
d. Meme *adſum qvi feci, in* me *convertite ferrum* O
li— Ibidem, *Verte omnes* tete *in facies*.— Qvint. De-
19: Tete *hôc locô mulier interrogo*. Et in Nominativo:
Phil. 2: Tutu *faces illas incendiſti*. TIBI: ut, Cic. Fam.
2. *At* tibi *repentè paucis pòſt diebus, cum minimè ex-*
*rem*, venit *ad me Caninius manè*. Plautus Mil. 1, 1. *Hic*
*Achilles* eſt, *in qvit* tibi. Terent. Eunuch. 4, 7. *Scin' tu,*
*i res ſe* habeat? Sic Euripedes, τί σοι θεῷ κατεύξο-
μεσθα.

μεσθαι. Nobis. Terent. A
*nio.* Virg. 5 Æn. *Ubi nunc* n
lativum παρέλκει. Ter. A
*jusjurandum, neq;* illum *miſ*
Ibid. 3,3: *Si* illum *poteſt, qvi*
*qvitiam abducere.* Plautus
*amabo te, qvam tibi dudum*
*Interrogativis.* id. Curc. 4,4
dat. Huc refer Anom. 1. Syn
geminatum Pleonasmum pa
*ella vidit, Joco* ſe *lepidè vove*
Pronom. p. 953. Servius obſ
*geminatum uſurpari,* qvando
sit: ut, Ter. Andr. 1, 1: *Qvi*
Se verò ſimplex adhiberi aït
qvid feciſſe fatetur. *Tertiò P*
emplîs confirmare ſolent au
*velit reducere uxorem, licet,*
*patrue, culpam* ut *Antipho in*
Donatô interprete. *A*fferunt
aliiq; ejus exempla alia qvæ
ſervavit: ſed qvia idem Linac
ferenda ſunt, ingenuè fatetur
conſtructionis fieri injuriam
one ſuperſedemus. *Qvartò,* P
habet. Virg. —*aſtrum Græc*
*Sæpe volutabris pulſos ſylve*
agens. — Id. Æn. — *Clypeoq;*
In his redundant Participia

*Qvintò, Adverbium* ita πλε
*prorſus omninò, proſus valdè,*
*continuò, rurſ9 denuò, ſimilite*
Ter. Eun. 3,5. *Et de iſtac* ſimu
*conſiliũ volo capere* unà *tecum*
*video hic* unà *Simeonem* ſimu

Digitized by Google

:Qui non juſta injuſta prorſus omnia omninò obſeqvar
iam. Hoc mihi prorſus valde placet. Pla. Pſe. 2, 1. Poſt ad
hoc Vetus continuò mecum exercitū protinus abducā.
Æn. Haud mora continuò perfectis ordine donis. Plau.
Caſin. Poſt id rurſum denuò Latinè fecit. Id. Pſeud. 1, 3.
iho ego illum ſimiliter itidē ut murenam coqus. Id. Curc.
u nocte in ſomnis viſus cum viderier procul ſedere longè
Æſculapiū. Ter. Eun. 4, 4. Utrum taceamus, an prædicē.
adde ea, qvæ ſuprà attulimus Synt. Adv. p. 1149. Sextò,
oſitionum Pleonaſmus petatur è Synt. Præpoſitionū,
Septimò, Conjunctionū Pleonaſmus etiam ſuprà tradi-
Syn. Conj. Anom. 2 Hactenus Pleonaſmus Syntacticus:
d Hellenismum progrediemur. Veluti verò ampla ſunt
i ſermonis latifundia, Ionicò ſolò non contenta, ſed in
im usq; promota, in qvo ingentes Atticarum vocum
cutionum coloniæ usq; adeo firmā fixerunt ſedem, ut
non tam peregrinæ videantur, qvàm partæ & natæ in
o Romuli nepotum gremio: ita Hellenismus Syntacti-
tiſſimè patet, & in ſuperioribus omnibus ferè Orthogra-
tymologicis & Syntacticis figuris, velut dominus in pro-
ædibus habitat. De Orthographicis Figuris non eſt qvod
eſ, cum clarè & velut ad oculū id oſtenſum ſit teſtimo-
Græcorum cuiq; Figuræ additis, ut nihil jam dicam de
ατοποιΐα, & Hellenismo Etymologico, qvæ hujus rei
plis ſcatent, Supereſt modò, ut in Enallage, Etymologi-
gura, & in Ellipſi ac Pleonaſmo Figuris Syntacticis Hel-
mum locum habere, paucis demonſtremus. 1. Enallage
ca conſpicua eſt in iſtis Virgilii: Acerba ſonans, acerba
ens, multa gemens, Vana tumens, &c. de qvibus Synt.
erb. An. 2. p. 1139. Eodem enim modò Græci locuti ſunt
ian. 2. Κυνηγ. Ὀξέα κεκλήγοντες, acuta frementes. i. e.
. Ibid. βαρέα στενάζων, gravia gemens, i. e. graviter.
ἄγρια θυμαίνοντι Acerba æſtuante. i. e. acerbe.
Nec minùs freqvens apud Græcos eſt Adjectivum
Maſcu-

Maſculinum vel Fœmin
Theocr. ἀλέκτωρ ὄρθρ
tinus *cucuriens.* Qvod lo
in primis Poëtæ. Virg 8.
tinus agebat. Id. 3.Georg.
lat. Horat. 1.Sat. 3. *Et qvi*
Epod.16. *Nec* veſpertinus
2. Serus *in cælum* redeas.
*nia* nocturni ſubrepere. I
πειτα παννυχομόωντες
bantur *toti* nocturni. Sic
obſervatum eſt Synt. Adv
Hellen. c. 9.3. Veluti *Infini*
*Nominatívi*, ita apud Lati
σόν ἐστι τὸ ζῆν Φρουτίδων
Cic. de Amic. *Apertè vel c*
*qvàm fronte occultare ſent*
*ſtui Rempub non modò* tur
nefarium. Hæc etiam fit ab
τὸ γὰρ τραφῆναι μὴ κα
*liberalis educatio pudorem*
artes Emollit *mores.* — Per
*re & palmis* venit. Lucret.
*vétq; ſopore.* pro, memoria.
vicem Adjectivi gentilis. A
στής, *Sophiſta Theſſalus.* Si
*gloria rara jugo.* pro, *Tigri*
Præpoſitionis. 5. *Adverbi*
*Subſtantivo.* Athen. 1. ὁ τ
οὗτος ἦν, τεχνίτης ὥστε, &
*it artifex.* pro, *talis*, Terent
*mitte.* pro, *hic eſt talis vel h*
*homo* eſt *perpaucorum homi*
*minativi* pro *Vocativo*, Hom

Digitized by Google

προσέφη νεφεληγερέτα ζεύς. pro νεφε-
λητερέτης Virg. 10. Æneid. *Dardania ſtratus dextra mi-*
... *jaceres*. pro, *miſerando*. 8. *Imperfectum* pro *Præſenti*.
... Odyſſ. τ. πολλοὶ δὲ μὲν ἐσθλὸν ἔειπον, *Multi eju*
*... prædicant*. pro, *prædicabant*. Horatius hoc ip-
... itatus eſt l. 1. Od. 37. *Nunc eſt bibendum, nunc pede*
*... pulſanda tellus, nunc Saliaribus ornare pulvinar Deo-*
*... tempus* erat *dapibus ſodales*. *Tempus erat*, pro, *eſt*: ut
... in primo verſu, *nunc eſt*, &c. 9. *Præteritum Infinitivi*
... *præſenti*. Luc. 15. v. 16. καὶ ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν
... αὐτοῦ. Nam τὸ γεμίσαι Præteriti ſignificationē
... duit, *deſiderabat implevisse ventrem ſuum*. Perſ. Sat. 4.
*... commota fervet plebecula bile, Fert animus calida*
*... ſilentia turba*. pro, *facere*. Horat. 1. Od. 1. *Sunt quos*
*... culo pulverem Olympicum* collegiſſe *juvat*.— pro, *col-*
... 10. *Neutrum* genus pro *Maſculino* vel *Fæminino*. Pro
*... ulino*: ut Demoſth. πονηρὸν ὁ συκοφάντης, id eſt,
*... bunta malum*. Pſalm. 146. ἀγαθὸν ψάλμος,
*... eſt* Pſalmus. Virg. El. 3. Dulce *ſatis* humor, *depulſis*
*... us hædis*. Ovid. Turpe *ſenex miles*: turpe ſenilis amor.
... us Pœn. 1. 2. Modus *omnibus in rebus* optimum eſt. Se-
... Rarū *eſt* felix idemq; ſenex. Pro *Fæminino*: ut, Laër.
... γῆ, ἄπιστον ἡ θάλασσα, *Fidum terra, infidum ma-*
... irg. 4. Æn. Varium & mutabile *ſemper* fœmina. Stat.
... eb. Dulcis amor *regni* blandumq; poteſtas. Cic. *Omni-*
*... num* mors *eſt* extremum. Ex his manifeſtum evadit,
... niſmum in *Enallage* velut domeſticam ſedem habere:
... tendendum erit, non minùs in *Ellipſi* eandem ſtabula-
... Joſeph. Scaliger Obſervat. in Catull. tradit Nomina-
... ante Verbum Finitum Græcorum imitatione non

Qqqq rarò.

raró omitti. Theocr. ὅσσον
ματρὸς ἀκȣ́ειν, ſupple,
μητέρα τῶν μȣσῶν ἐμ
σύνην. ſupple, ποιηταὶ.
*ita* complebant *Ephyreæ La*
Cam 2. *Ut ſolatiolum ſui dol*
*eſcit ardor*. ſupple, *homines*
p. 967. f. Sic in modo Infini
*minativus* verbi finiti mutat
Φῆ δημοτικὸς εἶναι, *Cum*
ὑπέσχετο βοηθήσειν i. e. *Pol*
Terent. *Pollicitus ſum factu*
*tantū tantâ deformitate & o*
Terent. Heaut. 4, 1. *Quid rem*
tus 11. Famil ep. 2. *Quod ſi i*
*id facere concede nobis, ut do*
*nativus partitivi verbo*
qvente Genitivô Plurali, Tuc
μενόντων εἶναι. *Volebat eſſe*
*mentium*, h. e. *è numero mane*
τῶν ȣ̓κ ἀσήμων πόλεων. H
*tu qvoq;* fontium pro, *unus nob*
*bilium fontium*. Plautus Pro
*ſunt, non norunt, ſcio*. 3. Qva
runt, nonnunqvam contingit a
telligi. Dionyſ. Halicarnaſ. πα
ſc. filio Tuchydide. παρὰ τῷ
ſc. filio Platone. Sic Ζωέρας
ἐράστος παῖς τȣ̃ Πρ[illegible]
*igitur ingentium culinarum cu*
Perſ. Sat. 4. Diomaches *ego ſu*
Martis *te obſecro, pacem dar*
nius. I. *Nerienem* Marortis vo

Digitized by Google

n. p. 804, 805. Vechner. l. 1. Heſlen. c. 3. 4. Omittitur
ſtantivum Adjectivo addendum ſeqvente Genitivô. Xe-
.. Αἰσχρὸν, τοὺς μὲν γραφεῖς ἀπεικάζειν τὰ κα-
τῶν ζώων, τοὺς δὲ παῖδας μὴ μιμεῖσθαι τοὺς ἀγα-
ς τῶν γονέων. Gell. l. 5. c. 20 ; Nos neq; ſolæciſmum, neq;
uriſmum apud Græcorum idoneos adhuc invenimus.
de hoc loqvendi genere fusè dictum eſt Anom. 1. Synt.
. p. 824, 825. 5. Verbum Subſtantivum Est in eleganti
exaggerandi formula omitti tradunt. Ariſt. διαφέρουσι
θαυμαστὸν ὅσον. Mirum (ſc. eſt) qvantum præſtant. Ari-
h. in Ranis ; εὐθὺς γὰρ ἡμάρτηκεν οὐράνιον ὅσον,
im enim aberrabit cæleſte qvantum. i. e. tantum qvan-
cælum à terris diſtat. Cic. Orat. Huic generi orationis
rgentur etiam ſales, qvi in dicendo mirum qvantum va-
. Liv. 2. Id mirum qvantum profuit ad concordiam civi-
, jungendosq; patribus plebis animos. Nec ſemper Adver-
inſtar uſurpatur ultima dictio, qvantum. Tacit. 19 An. In
bianus exercitu immane qvantum animo exitum Valen-
ut finem belli, accepit. Apul. 1. Apol. Qvod qvidem ma-
monium noſtrum Æmiliano huic immane qvanto angori,
ntaq; invidiæ fuit. Juſtin. Incredibile qvantam terres
d omnes nationes Philippo gloriam dedit. Et ne dubites
pac Ellipſi, eam ſupplevit Cicero in Orat. In Oratoribus
Græcis qvidem admirabile eſt, qvantum inter omnes
s excellat. 6. Obſervatum eſt Anom. 5. Synt Adver. p.
2. committi interdum Ellipſin Adverbiorum, Magis vel
tius : ut Soph. Ajace. ἐμοὶ πικρὸς τέθνηκεν, ἢ κείνοις
υκύς. pro, μᾶλλον ἐμοὶ ἢ κείνοις. Tacitus : Pacem
m bellum probabam, pro, magis probabam. 7. Inveniun-
qvi Ellipſin Præpoſitionis, Græcorum modô adhibitam,
ais locutionibus notent. Lucil. Paſceolas alutâ, pro, ex
ta. Virgil. Ære clypeus, pro, ex ære. Plautus Aſin. 2, 4 ;
iphanes Rhodô mercator. pro, ex Rhodo. Gel 3. 15 ; Nobi-
mulier Naxo inſula. pro, è Naxo inſula. Terentius Heaut.

Apud Corinthô. Cic. Servus
Syn. Verbor. pag. 1066. Sic
Σελίνε στέφανος πὴν ῥητός
Suidas: ἐν ταρσοῖς καλάμ
*arundine.* Plutarch. καὶ τὰς
φευκτέον ἔρωτας. Et amor
giendum. pro, *Amores à The*
*Elienſis.* 8. Etiam veſtigia A
minibus propriis majorum
hentes. Cic. pro Leg. Manil
*exploravit, inde* Sardiniam *c*
am. Vide Obſervat. 7. Synt.
ci. Homer. Odyſſ. 13. ἀλλ'
ἄκρον Ἀθηνῶν, *ſed cum Su*
*montorium Athenienſium.*
Verba ſignificantia motum
Odyſſ. 3. Μαλειάων ὄρος
*rum montem excelſum perve*
Devenére locos lætos, & am
luncam *Dido, dux & Trojan*
3. Æneid. *Tollite me Teucri,*
7. Æneid. *Conſilio hanc, ani*
mur. —Idem 9 Æn. *Dardan*
arva. Ovid. 3. Metam. *Verb*
noſtras. Stat. 3. Thebaid. *Ut*
nefandam Perventum—P
*ibi hominem videas quaſi* Ac
2, 1: Malam crucem ibo *poti*
ſpecialibus etiam locum ha
Herodot. ἐς πόντον νέμοντ
*pontum usq;* habitant Taurica
χαίρουσι, *Multitudo popula*
*terum* Platonica familia *mil*
*tum, & ſolenne & ſuperum &*

Digitized by Google

eſticam ſedem obtineat, qvæ ea propter κατ' ἐξοχὴν, *Synecdoche* dicta eſt. Sed qvia de hac ſuſe dictum eſt m. 1. Synt. Nom. p. 878, 879, ſeq. ibi dicta orioſe hic mus repetere. his adde, qvæ ſupra Synt. Verb. p. 1037, 1038. Synt. Particip. An. 5 dicta ſunt. Sunt & alia .o- di genera, in qvibus *Helleniſmus* elucet. 1. in *Appoſitio-* Euripedes Andromach. dixit πόλις Φαρσαλία. pro, ρσαλος. Athen. γύνη γαμετὴ, *mulier uxor*. Lucian. ας ἀνὴρ, *homo amicus*. Demoſth. ἰδιώτης ἀνὴρ, *homo* *ta*. Pind. Pyth. 1. ἀγαθὴς ἀνὴρ *vir princeps*. Homer. ß 3. ἀοιδὸς ἀνὴρ, *vir cantor*. Sic Latini. Cæſ. 1. bell. l. *Eam rem non minùs ex uſu* terræ Galliæ, *qvam Pop.* *accidiſſe*. Plautus Merc. 4, 1. Mulier meretrix. Idem 2, 6: Hominem ſervum *ſuos domitos habere oportet ocu-* *manus, orationemq́*. Cic. 2. Orat. *Cum mihi ardere ocu-* ominis hiſtrionis *viderentur*. Gell. *Herodotus*, homo fa- ator. Virg 11. Æneid.—ferro *ſonat alta* bipenni Fraxi- .—Qvem locum Joh. Hartungus ex Homero illuſtrat, ad hanc formam non ſemel dixit. νηυσὶ πρυμνῇσι, *na-* *puppibus*, pro, *poſtremis navibus*. Lucr. l. 2. v. 44.— *ſactis* tempore punctô *Carceribus*.—Ibidem v. 50.— punctô tempore *cernis Diffugere*.—*Tempore punctô*, *momentaneo*. Verbalia in TOR ad hunc modum crebrò rpantur. Cic. pro Leg Manil. *Bellum in Africa maxi-* *m confecit*, victorem exercitum *deportavit*. Virg. 3. Ge- . Victor eqvus.— Stat. 3. Theb. Taurus bellator. His ge, qvæ doctiſs. Meurſius, amicus honorandus, ad Ly- ph. notavit *Adriuni mare*. Horat. *Sexum marem*, pro, ſculino. Arnob. l. 4. Tertull. de pallio lib. 3. *Audaciam* *atiam*, *Horatia pila*, Propert. *Lucinas horas*, Prudentius. *ympi palaſtram*, Martialis. *Oceanas aqvas*, Venantius in nice: *Graciam juventutem*, Vellejus. Iſaacus Caſaubo- s hæc obſervavit: Virgilius dixit: *Arcadium magiſtrum*, *Laticem Lyæum*, pro, *Arcadico*, & *Lyæo*. Horat. Ster-

 tinium

tinium acumen, & Sulpitia
heroas ſenſus. Joſeph. *Scali*
ait. ut *metra verba*, Virgilio
*arvus ager*, *laniena taberna*
*ſcutum*, *lapidem ſilicem*, *tib*
Ciceronem; *fidicina fides*,
*nubia machæra*. Truculent.
*menta*. Sic, *machæra Hiſpan*
c. 24. qvod notat J. Grut.
*Notitia*, &c. qvæ Vechneru
dit: qvod plenè à nobis tra
Nom. p. 846, 847. 3. Eade
&c. Conſtructa cum Infini
lem referunt: ut Eurip,
θεραμμέναι, *Manus benè*
*ad laborandum*, vel, *ut labo*
*cuſſo populum* ſuſpendere
va affectuum Dativum
verò Infinitivis juncta: qv
1. p. 862, 863. 4. Veluti in
non ſemel interſeritur Ge
Græci Genitivum αὐτοῦ ve
runt orationi: Luc. 2. v. 35
διελεύσεται ῥομφαία. v.
940, 941. 5. In *Verbis affe*
cum habere Hellenismum,
Anom. p. 1001. & in Elega
vel Inopiæ tam apud Græc
vum amant. Herodot.
ϛται. i. e. *alterum habet*,
*noſtri neq;* conſilii *neq;* auda
Qvarum & abundemus rer
noph. μάλα πεινῶσι
*tiarum*, Apul. de Deo Soc

μ

Digitized by Google

e vita, & prudentiæ fortunatiſſimæ eſurit & ſitit. Eo-
Græciſmo *Regno & dominor* cum Genitivo reperiun-
Velut Iſocrates dixit, τῶν οἰκετῶν ἄρχειν: Ita Horat.
d. 30. *Et qua pauper aqua Daunus* agreſtium Regnavit
alorum. Aug. lib. 19. De Civ. *Dei*. c. 15: *Hoc naturalis*
*præſcribit, ita Deus hominem condidit. Nam* domine-
*inquit* piſcium maris & volatilium cœli, & omnium re
tium, *quæ repunt ſuprà terram.* Idem eſto judicium de
bis *Abſtinendi* & *Deſinendi*, Græcô more, Genitivo jun-
pag 1051 6. Etiam ſtructura Verborum, *Certo, Diſto,*
*ero*, &c. cum Dativo Græciſmum ſapit, uti docuimus
om. 1. Synt. Verb. p. 1022, 1023. Huc refer illud Horatij,
dem facit occidenti, qvod examuſſim Græcô dicendi
adſeri reſpondere probatum eſt Anomal. 2. Syn. Nom.
63, 864. Vid. Maxim. Sandæum in Gram Pro. pag. 425.
ſimiliter *ſeqvor* & *comitor*, conſvetudine Græcâ, Dati-
audere obſervatum eſt. Synt. Verb. Anom. 2. p. 1024.
eutra qvædam *ſuæ originis* Accuſativos regere imitati-
Atticorum, notavit Ritterhuſius Comment. in lib. 4.
eut. Oppiani p. 298. Euriped. Helena: εὑρίσκειν εὑ-
α, Herc. fur. ὑβρίζειν ὕβρεις. εὕδειν ὕπνον. Homer.
ʃ. 4. βουλὰς βουλεύσομεν. Sic Heſiod. δῶρον δω-
αι. Ariſt. 7. Eth. c. ult. χαίρειν ἡδονήν. Heracl. in ep-
εῖν νόσον. Latinorum teſtimonia vide Synt. Verb. Ob-
t. 2. p. 1028, qvibus addimus Accuſativos Pronominum
Neutris conſtructos. Terent. Adelph. 4, 5: Hæc *dum*
itas, *menſes abierunt decem.* Idem Eunuch 5, 1: *Nunc*
crumat *virgo*: Ibidem 2, 3: Id *ego adveniens* ſtomacha-
modò. Liv. *Nec tu* id indignari *poſſis*. Plaut. Perſ. 2, 1:
*Ecpol miſera*, id *tuum* ſcatet *animum*. Cic. 4. Fam. 4.
*d aliter* rem cecidiſſe exiſtimas atq; opinatus ſis; id *il-*
*lo modo* aſſentior. Terent. Eunuch. Id, *amabo*, adjuta
*pſo id fiat facilius.* Hoc loqvendi genus annotavit etiam
tiſs, Budæus in comment. Græcæ Lingvæ & Fulv. Urſi-
ad librum 12. Æneid. Virgilii. 8. Duos Accuſativos,

Græcâ Figurâ, adhiberi e
1. p. 1037. 9. Etiam Græca
*rundii Infinitivi Subſtanti*
Rheſo, καιρὸς γὰρ ἀκȣ
tempus eſt *malas pejores*
*qvibus arva* tueri. Qvo de
Simili Græcismô, Infiniti
loсô *Supini* vel *Subjunctiv*
Verb. pag. 1074. 11. Qvòd
Græcô more, regat Accuſ
Synt. Verb. p. 1082, 1083. 12
Græcos qvam Latinos regu
σκοπȣ̃ πόῤῥω τοξεύει,
*rus*. Homerus, Ἐκτορος ἀ
geminata negatio apud *Lat*
men nonnunqvam conting
one Græcorum, vehementi
*omnem libavit qvadrupes.* –
*hic errat, ait*, nulla ſine *lege*
*lege* i. e. *ſine lege omni*. Ita h
menſis Annot. cap. 4 Vide
1176, 14. Nobile illud lingvar
qvantùm conſpirent in uſur
Participium, & verba Subſt
ὑπάρχω, γίνομαι. Ἐστ
מַבְדִּיל & *erit dividens*, h.
9. v. 2. מַמְרִים הֱיִתֶם
*ſtis*. Nehem. c. 1. v. 4: ...
*jejunans & orans*, h. e. *jejunavi*
res ſacros pariter & profanos.
καὶ ἦν ἐκβάλλον δαιμόνιον.
pro, *ejiciebat*. Marc. 1. ; ἐγέν

Digitized by Google

ῶν ϰ κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας, & erat Jo-
es baptizans in deſerto & prædicans baptiſma reſipiſcen-
pro *baptizabat* & *prædicabat*. Act. 8, v. 9: *Vir autem*
*lã nomine Simon* προϋπῆρχεν ἐν τῇ πόλει μαγεύ-
id eſt, *antea erat in urbe illa magiam exercens* h. e. *an-*
*magiam exercebat. Profani*: ut. Sophocl. χάρις χά-
ἐστιν ἡ τίκτουσα ἀεὶ, *Beneficiũ ſemper eſt pariens bene-*
*m.* h.e. *parit*. Idem εἰ φρονοῦσα ἐτύγχανες, *ſi ſapi-*
*s eſſes*, i.e. *ſi ſaperes*. Idem: ἐ σιωπήσας ἔσῃ pro, ἐ σιω-
τεις, *non tacebis*. Ariſt. ἀνῃρημένος ὑπάρχει, id eſt,
ῄρηται. *ſublatus eſt*. Hac circuitione uſi ſunt non rarò
m Latini. Cic. Orat. Eſt, *ut ſcis, qvaſi extrema pagina*
*edri his ipſis* loqvens *Socrates*, pro, *loqvitur*. Idem 4.
ſc. *Cum illis interim ſilentibus C Amaſinio* extitit dicens,
, *dixit*. Idem 13. Fam. Eſt *præterea, qvod apud te valet*
*ſſimùm*. *à noſtris ſtudiis non* abhorrens. pro, *non abhor-*
. Terentius Andr. 2, 3: *Id ego jam nunc tibi renuncio here*
*urum, ut* ſis ſciens, pro, *ut ſcias*. Terentius Eunuch. 4, 6:
*i cum res tibi eſt, peregrinus* eſt, *minùs* potens *qvàm tu,*
*ùs notus, amicorum hic* habens *minus*, pro. *habet*. Plin.
*luber* eſt *in aqva* vivens. Liv. *Illa longa oratio nec ad vos*
tinens ſit. pro, *pertineat*. Gell. l. 5 c. 9: *Sed & qvispiam*
*mius athleta, cùm antea non* loqvens fuiſſet, *ob ſimilem*
*itur cauſam loqvi cœpiſſe*. Horat. 4 Od. 8: —— *non tibi*
*tum Res* eſt, *aut animo deliciarum* egens, pro, *eget*. Ovid.
Pont. 3. *Omnia* ſunt *hominum tenui* pendentia *filô*. pro,
*dent*. Plautus Aſin. 3, 3: *Qvia oculi* ſunt *tibi* lacriman-
. Idem Pœn. 5, 2: *Carthagini ego ſum natus, ut tu* ſis ſci-
, pro, *ut ſcias*. NOTA. Eadem Periphraſis aliqvando etiam
*Infinitivo* locum habet. Plaut. Curc. 2, 31: *Qvos ſemper*
*las* bibentes eſſe. pro, *bibere*. Idem Ciſt. 2, 1: *Suarum*
*um nos ſolunt* eſſe indigentes, pro, *indigere*. Hujus gene-
& illa Periphraſis eſt, qvæ fit per Participium verbo *Ha-*
*re* additum. Lucret. l. 6: —*qvia multa qvoq; in ſe Semi-*

*na* habent *ignis ſtuppa, teda,*
*tenent*. Ita loqvitur Phavori
προσδεόμϵνος. pro. πρ
φαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ β
φαν. 15. Fit etiam Periphra
Infinitivo additum. Oppian.
πᾶσαν τραφέρην, πᾶσα
*bere univerſam terram & un*
Halieut. 2.v.15,16: Κεῖνοι κ
ϑρώποισι δῶκαν ἔχειν
*bus* dederunt habere, pro, *d*
κε δὲ ἄγειν ἑταίροισιν ὑπε
ποδ' ὠτώεντα φέρειν. h.
*nimis mplierem, & tripodem*
Ferre *ſui* dederat *monument*
Æn, *Rectores juvenum & rer*
12. *Æn.*—Da ſternere *corp*
*rare revulſam*. Idem 5. Ænei
—Id. 10. Æneid *Armaq; L.*
9 *Æn.*—*Ille ſuo moriens* d
—*tandem ſua monſtra prof*
Deniq;, peculiares qvasdan
mutuò ſumpſiſſe videntur:
jiciemus. Petrus Victorius
tinos, loqvendi modum, in n
piſſe, qvi dicunt, Εἰς μέσον
ut omnibus, qvi adſunt, obv
καὶ ἐπιδείξωγε ἐὰν καὶ ὑμ
το ὅ,τι ἕκαστος ἐπίσταιτο ἀ
*ita à nobis accipietis, ut vos,*
*lata, remuneremini nos, at,*
*Nemo enim omnia poteſt ſcir*

Digitized by Google

s in medium proferebatur. Idem 2. de Orator. *Ut qvid de re ſua cogitârit*, in medium proferat. παρα-ψαθαι τὸ μέτωπον vel, τρίψαι τὸ μέτωπον, *fricare frontem*, Græci dicunt de eo, qvi verecundiam, omnem pudorem exuit. Qvintil. Perfrica frontem, *& dic digniorem qvi prætor fieres, qvàm Catonem.* Cic. 3 Tuſc. *Qvid tergiverſamur, Epicure, nec fatemur eam nos dicere voluptatem qvam tu idem, cum* os perfricuiſti, *ſoles dicere.* ... παταγῆσαι μέτωπα, de indignantibus dicitur, ut Lambinus ad Hor. 1. e. 2. At ſecúndum Achillem Statium Obſervat. difficilium aliqvot locorũ Græc. Latinorumq; Percuſſio frontis admirantis eſt, ut percuſſio femoris indignantis. D. Halicar. l. 10. παίοντες τὰ μέτωπα, καὶ κατηφεῖς τὰς ὄψεις ποιήσαντες, Ferientes frontes, *& animi triſtes præ ſe ferentes.* Nonnus de Nathanaële *Servatoris* ... voces, ac divinã rerum, etiam longè repoſitarum per... mirantè: θαύματι πιστὰ μέτωπα θεῷ θεῖ ... h. e. *præ admiratione* fidèlem frontem *manu percutiens.* Cic. Att. lib. 1. *Puto, te in hoc aut ri... aut ingemuiſſe, ut* frontem ferias. Idem Bruto: *Nulla perturbatio animi, nulla corporis,* frons percuſſa, *non femur, ... qvod minimum eſt, nulla* ſupploſio. *Scribere qvod in buccam venerit*, Cicero non ſemel dixit, de tumultuaria ſcriptione, & qvæ fit ſine delectu rerum & elocutionis. Sic Græcos qvoq; loqvi γράφειν ἢ λέγειν ὅ ἐπὶ στόμα ἦλθε, Petrus Victor, teſtatur 11. Varr. Lect. cap. 16. *Secare fluctus, aeqvora, mare*, Poëtis eſt navigare, Græcis κύματα τέμνειν. Opp. 1. Halie. ὅσσοι βυθὸν ἐπ' ἄγρια κύματα τέμνουσι. Virg. 5. Æneid. — fluctusq; atros *aqvilone* ſecabat. Idem ibi Æneid. — Mediã *Æneas* freta *nocte* ſecabat. ... temporis diuturnitatem expreſſuri, hyperbolicè dicunt, *Poſt homines natos.* Cic. pro Dom. ſua: *Qvi provinciam homini, poſt homines natos, turpiſſimo, ſceleratiſſimo, contaminatiſſimo dedit?* Ibidem, *Sed tuas res poſt* homi-

homines natos *paleerrima.*
γόνασιν ἄνθρωποι. *Sub*
pinqvum eſt, Demoſth. con
πολλὰ ἐνίοις, οὐκ εἰς τοὺ
χεῖρας μάλιστα τὴν ὀργὴ
*qve qvosdam non in autores,*
*maximè iram dimittere.* Pla
*hac in loço eligendo, Vocunt*
*vium loca mihi fideliter pate*
qvem fusè perſeqvitur Priſc
ment. Ling. Græcæ. Thoma
à pag 490. usq; ad pag. 51
niel Vechnerus Aurimonta
ob id *Hellenolexia* ſive *Par*
ſcribitur, cujus induſtria plu
cendi genere. *S*parſim verò
hoſius Comment. in Cyneg
Victorius Variar. Lect. alii
*Archaismo Syntactico* nonn
autem ἔτυμον expendendu
*imitor*, nomen accepit ἀρχ
*tio* ἀρχαΐζω autem ab
& hoc ab ἀρχὴ principium
tur. Unde *Archaismus*, eſt
potiſſimùm uſi ſunt, vel rar
tur, vel prorſus ſe abdicarun
dum eritinter dictionem
*tam*. Virgilius, Catullus, O
ab omni prorſus *Archaismo*
dius 14 Metam. fab. 5. —*m*
ri. Et Virg. *Olli*, *ollis*, *aulai*,
propius *Archaismum Etym*
verò in primis erit, de qvibu
ctio antiqvitatem redolens.

mere hæc effutivit, ſed de induſtria, ut majorem car-
gratiam conciliaret, pondusq; gravitatis adderet; de
s loqvens, vel veteres Latii incolas loqventes intro-
as &c; ita de Aboriginibus, Caſcis, antiqvis Latinis, &
mè ſenibus locuturi ſermone, qvem gravis antiqvitas
ndat, decorè utimur. Præit hic nobis ſuô exemplô
us, qvi in perſona Tiberii, antiqvitatis ſtudiô incenſi
vitur 4 Annal. *Intelligentem humani diviniq; juris au-*
Huc ſpectat ſtructura τῦ *Decet cum Dativo*, qvô uſi
Salluſtius, Livius, Terentius, Plautus, Gellius, uti mo-
eſt Anomal. 2. Synt. Verb. p. 1098 Antiqvo igitur
nis generi nonnunqvam locus conceditur *in oratione*
*ica, hiſtorica narratione, de re antiqva & gravi, in lite-*
*l eruditos amicos ſcriptis, & demiq; in familiari & joco-*
*mone.* Et Dionyſius Halicarn. lib περὶ συνθέσεως ὀνο-
*ων* etiam tradit Archaiſmum locum mereri in auſtera
ione. Tantùm igitur abeſt, ut eorum ſententiæ adſcipu-
r, qvi omnem antiqvitatem è circo literatorum explo-
& exſibilatam cupiunt, nullumq; dicendi characterem
lum limâ Ciceronianâ non expolitum probant, ut po-
delicatulos iſtos ad ipſum puræ & floridæ Latinitatis
num vindicem Tullium ablegatos velimus, qvi neceſ-
e rei ita poſtulante, non abhorret ab iis dictionibus,
antiqvitatem ſapiunt: utpote, *averruncare, muginari,*
*ri, noctuabundus.* Suus itaq; vetùſtati, qvæ modum &
orum ſervat, honos debetur, adeò ut Plinius l. 1 ep. 16.
mmēdet in Pompejo Saturnino *verba ſonantia* & *antiqva.*
Qvintilianus dicat: *proprius verbis dignitatem dat anti-*
*tas*: namq; & *ſanctiorem & magis admirabilem oratio-*
, & ut Cicero alicubi ait, *grandiorem faciunt ea, qvibus*
*qvilibet fuerat uſurus.* Sed utendum judiciô & in primis
dô, qvô non ſervatô apparet affectatio & deformitas. In
ore humano, qvid pulcrius oculo? ſi tamen totum cor-
eſſet oculus, qvid foret aſpectu deterius? Qvod ſi verò
lora viſa fuerint, cautâ & modeſtâ caſtigatione erunt

mol-

mollienda: nempe, *ut ut*
*ajunt*, *ut ita loqvar*, *ut*
idqve exemplo Ciceronis,
dictione, *proſapia*, velut q
nit: *Jovem*, *Junonem*, *reli*
verbô, *proſapiam*. Neç p
mus, qvi obſoletam, antiqv
loqvendi κακοζηλίαν ſol
lento Lucilii veterno ſe inq
riginibus, Pelasgis, Aruncis
vetuſtiſſimis Italiæ incolis ip
ronis, Cæſaris, Terentii ni
ſtatuere pretium, qvâ univ
Qvod ſi verò hirtam illam,
togam contemplari geſtias
Attii, Nævii, Livii Andronici
ſtros centunculos, Livius *An*
*mnamitis ſonorinas imagine*
*mnô pepula*. Accius in Melea
*teſſeras*. *Non Hercle apluda e*
Nicol. Cauſſinum de Eloqve
Priſco huic ac obſoleto dictio
dam ſedes fuit in *Janualibus*,
*bus*, *Numæ Pompilii hymnis*, &
rone l.6. de L.L.p.76. è car
ita habent: *Omnia verò adpa*
*Muſes*, *Ruſe*, *dumq; Janus vene*
ita ſuſtulit Joſeph. Scaliger a
204: *Omnia dapatilia comiſſ*
*divius Janusq; venit*. Hæc ut
erit. Vox *omnia*, non eſt ipſ
liger præcedentis: *Dapatilia c*
*mediſſe*. Nam commeſſe pro co
pro comedit uſurpatur. De qv
*curiones*, vel *miniſtri curantes*
operantes, & R hic in S mutati

l. 6. de L. L. p. 76. *Caſmena* pro *carmena*, unde *carmina*, *arvires à guaro*. *Duonus* priſcis eſt *bonus*, ut, *duellum*, pro *bellum*, *duidens* pro *bidens* apud Feſtum. *Cerus* pro *Cerus*, *guarures* pro *guaro*. Auſon. *Non premo inſtans non ara*- naurores. *Cerus* autẽ Caſeò ſermone eſt *creator*, & *cereo*, . Unde antiqvi excuſi codices apud Varr. lib. 5. pag. 65. illis, *dictum cerno à creo*, legunt, *dictum cerno à cereo*. *Janus* vel *Divianus*, idem eſt, qvi *Sol*, qvi *dictus ja*- vocatus eſt, ut *Luna*, (qvam Varro lib. 1. de. R R. c. 73. *nam* vocat) dicta eſt *divajana*, vel *deja jana*, vel unâ *ce*, *Dejana*, aut *Deiviana*. Eundem priſcæ dictionis ge- m refert carmen Priami apud *Accium*, qvod Varro l. 6. ut his verbis: *Veteres caſmenas caſcas res volo profari*. eſt, *O Camena*, *volo profari veteres & caſcas res*, nimirum mum. Nam non de *Caſmenarum* appellatione ibi am- as agit, ſed de *Caſco*. *Caſcum*, inqvit Varro *ſignificat* *us*, *ejus origo Sabina*, *qva ug radices in Oſcam lingvam* . *Caſcum*, *vetus eſſe*, *ſignificat Ennius*, *cum ait*, *Qvam* *imam Caſci populi genuere Latini*. Ubi Scaliger in Con- t. ad Varronem p. 22 *Caſcos Latinos* interpretatur eos, i ante Romam conditam in colonias deducti ſunt à La- no Silvio Albanorum. Sed Paulus apud Feſtum, eos pro- iè PRISCOS eſſe & vocari tradit, qvi prius qvàm condere- r Roma, fuerunt. Livius ſub initium lib. 1. ab Urb. cond. erit, colonias aliqvot à Latino Silvio, Rege Albæ de- ctas, PRISCOS *Latinos* appellatos eſſe. In Dionyſio legi- r. Λατῖνοι οἱ καλούμενοι Πρίσκοι. Iſidoro lib. 9. Ori- nes, *Priſca* lingva eſt, qvâ vetuſtiſſimi Italiæ incolæ ſub no & *Saturno* ſunt uſi incondita, ut ſe habent carmi- ſaliorum. Sed hæc velut ἐν παρόδῳ. Plura antiqvata- m & è civitate Romanâ dudum proſcriptarum locutio- m exempla tædiosè huc convectare animus non eſt, cum rum ingentem copiam ſubminiſtrare poſſint laceræ reli- iæ Lucilii, Pacuvii, Actii, Ennii; nec non doctiſſimi toga- ium Varro, Nonius, Feſtus, Donatus, Servius, antiqvitatis

magni

Digitized by Google

magni promi-condi. Tem
qvin ex Dialogo tanqvam
*Mariangelus Accurſius* eſſe
junioribus ob oculos ponan
qvatæ dictionis monſtrum
qviliarum Oſcarum & Volſc
ipſum Oſcum, qvi à Marian
*Vitulatio eſt mi phyſiculanti*
*ti. Nam ſuditer, fulguriter*
*naturam non novercam gnix*
*enthecata protinam, verum N*
poſtea, *Mantiſſam adjice, in*
*zatam, venalitiam, qvæ an*
*niasq; Sphragidonichargocom*

ma vox extat apud Ariſtop.
ἀσφραγὶς, ὄνυξ ἀργὸς
comati. i. e. homines otioſi
annulis plenos habent, & co
κακοζηλίαν doctiſſimus N
humana Eloqventia exagitat.
in Orat. 3. qvæ CACOZELUS
ſcribitur. l. 2. p. 89. Cæterum
riculamenta angve & cane pe
ne velut lolium ex agris exſti
*tis, qvi veſci glandibus audet,*
*erit.* ibiq; malè digerendum
*qvid Pacuviusq; vomunt.* Mar
olidum & hoc rancidum ſcrib
lat è mundò & terſo ſermone,
matre, Caſcis, Olſcis & Volſc
amus, qvod Martialis *Sexto* o
*is opus eſt, ſed Apolline libris*: i
mis rudi, jejuna, omnisq; antiq
ris, qvaſi ſermo eſſet tibi cum li
utroq; hoc extremo gravis a

Digitized by Google

... præclarè diſſerit: *Multò est alieno ſeculo petunt verba: decim tabulas loqvuntur; Gracchus illis, aut Craſſus ni... culsi & recentes ſunt: ad Appium usq, & ad Corunca... redeunt. Qvidam contrà, dum nihil niſi tritum & uſ... ... volunt, in ſordes incidunt. Utrumq, diverſo genere ... ptum eſt, tam mehercules, qvàm ſi vellent ſplendidis uti, ... nantibus, & poëticis, neceſſaria, & in uſu poſita vitare: ... hunc dicam peccare, qvàm illum. Alter ſe juſto plus co... alter ſe juſto plus negligit.* Hæc de Syntacticis *Figuris* ...*eralibus*: ſeqvuntur *Speciales*.

## DE FIGURIS SYNTACTICIS SPECIALIBUS.

*Syntheſis* eſt cùm conſtructio ad id, ...od voce intelligitur, non ad ipſam vo...m refertur. Eſt autem ſyntheſis *duplex*: ...*umeri* & *Generis*.

Syntheſis *Numeri* eſt, cum Nomini ſin...ulari *Collectivo* vel *Partitivo* jungitur Ver...m vel Adjectivum plurale: ut, Ovidius: ...urba ruunt. Virgil. Pars *epulis* onerant ...*nſas*, & *plena* reponunt *Pocula*. —— ...em: Qvisqve *ſuos* patimur *manes*. Vir...lius 5. Æneid. Viſuri *Æneadas*, pars & *cer*...*re* parati.

Syntheſis *Generis* eſt, cum Subſtantivo ...ngitur Adjectivum diverſi generis: Ad...ctivum autem reſpicit non vocem Sub...ntivi, ſed qvod voce ſubſtantivi intelli-

Digitized by Google

tia *maximè homines ad maleficium* impellunt. Ovid. *Non benè cum ſocius* regna venusq; manent.

Syllepſis *Generum* eſt, quando pluribus ubſtantivis diverſorum generum ſubjiitur unum Adjectivum plurale, qvod dinıori reſpondet in genere: ut, Ter. Pacer & mater mortui.

Syllepſis *Perſonarum* eſt, cum diverſaum perſonarum nominativis inter ſe unctis Verbum plurale additur, quod perſonæ *digniori* reſpondet: ut, Virg. *Egregim verò laudē & ſpolia ampla* refertis Tuq; *uerq́; tuus.*—— Cic. *Si* tu, *& Tullia, lux noſtra*, valetis; ego *& ſuaviſſimus Cicero* valemus.

Prolepſis eſt, cum generi ſeu toti alicui *pluralis* numeri, partes in numero *ſingulari* ſubjiciuntur, Verbò non repetitò: ut, Liv. *Qvando* duo ordinarii conſules *ejus anni* alter *morbò*, alter *ferrō periiſſet.*

Nota.

I. Maſculinum genus, dignius Fœmininô & Neutrô. Prima perſona dignior ſecundâ, ſecunda dignior tertiâ.

II. Qvando duo vel plura Subſtantiva rerum inanimatarum conjunguntur, Adjectivum plu-

[illegible] & [illegible]
[illegible] eruditi, [illegible]
[illegible] Quô fit, ut [illegible]
[illegible] conſtructio, refertur ad [illegible]
[illegible] quod V [illegible]
[illegible] ſermo ſenſu, non [illegible]
[illegible] plures res [illegible]
[illegible] vocis [illegible] eſt, quod [illegible]
[illegible] Συν [illegible]
[illegible] in [illegible] ad N. T. eſt, in voce Syn [illegible]
[illegible] ad vitandam [illegible]
[illegible] Lacè ſumitur [illegible]
[illegible] & [illegible] Heſychio [illegible]
[illegible] ſenſu. Ariſtoteles [illegible]
[illegible] Rex [illegible]
[illegible]
[illegible] ut [illegible]
[illegible] apud [illegible]
[illegible]
[illegible] in [illegible] notant apud
[illegible]
[illegible]
[illegible] Syntheſi [illegible]
[illegible] Stephanus Stephanius [illegible]
[illegible] Latino-Danico [illegible]
[illegible] Syntheſis [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Syntheſis [illegible]
[illegible]
[illegible] Syntheſibus [illegible]
[illegible]
[illegible]

5. Significat *complexum plu*
ut, Demet. Phalar. καθόλ
πλὴν σύνθεσις ποιά. de q
*vorum diſpoſitio* in oratione
ὀνομάτων. ut Voſſio placet
7. Qvando *ex duobus verbis*
morem, Syntheſis dicitur, G
κη, Latinis *ſubunio*, de qvo in
tiores Grammatici eo ſenſu u
ipſis præceptis. Huic poſtrem
vehementer ſe opponit Linac
Verborum Anom. 2. pag. 973
Dabercuſius, Petrus Silvius A
tus in Figurata Synt. p. 191, 19
videntur, uti ex Tractatu ſingu
matibus edidit, colligere lice
& 50. Qvamvis verò hic nemin
remotam velimus, modò de
tamen ab iis libenter ſtamus, q
hilominus veterem ἀταξίαν
cuiq; claſſi præceptum concin
defectu laborantibus aut inju
bus ſubveniunt, addendo omiſ
miſſa, omniaq; ad faſtigium pe
forte tanti momenti fuerint Li
veritatis & publicæ utilitatis lib
tiorum ſtudium tanqvam evani
lis & concinnanda Syntheſi mu
erunt. Objicit 1. Linacer de Em
pag. 442. *Syntheſin veterum au*
ipſi, Veteres non pauca præteri
& utiliter obſervarunt & tradid
matibus agens, nullô vel apice m
ſtructionis Collectivorum & Par
aut Donatus Schematum doct

[illegible]

[illegible] necō [illegible]

[illegible] reliquerint? [illegible]

[illegible] inevitabili lege [illegible]

[illegible] ad hoc facerent plu-

[illegible] orum [illegible] hoc

[illegible] Cimmeriis [illegible]

[illegible] confusam [illegible]

[illegible] merito [illegible],

[illegible] Grammaticorum & Rhe-

[illegible] revocarunt,

[illegible] quantum obscuraret,

[illegible], comparatus hujus confu-

[illegible] Idem: [illegible]

[illegible]

[illegible] Quid ipſi

[illegible] Lati-

[illegible]

[illegible] si [illegible]

[illegible] redigere ac [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible], ut ipſe loquitur,

[illegible]

[illegible] publicum [illegible] in,

[illegible], quod dici-

[illegible] erit

[illegible]

[illegible]

[illegible] certam [illegible]

[illegible]

ordinem & ingeniis novam aff...
ner, *ſibi piaculum fore, veterum*...
*vel infantiâ damnare, ut qvib*...
*theſi) hic præſertim nomina ſ*...
*vertiſſe, aut eloqvi non potuiſſ*...
*diis placet tot ſeculis deſideraſſ*...
partim cum Linacro feceris, ...
Qvando *Evocationem* elimin...
neceſſariam, ei aſſentiri licet; ...
demnat crimine, diſſentire ne...
rem piaculo dignam à ſe vel q...
reatur, rei novæ novô impoſit...
emplô præeat, & Modum in ...
primus POTENTIALEM nomi...
ſtruct. p. 14 hactenus hic *Mo*...
*Potentialem vocavimus.* Sec...
ejus vel inſcitiæ vel infantiæ L...
erit, ut putarit eos aut parum ...
tuiſſe, qvibus verborum mod...
ſe tot ſeculis deſideraſſe, à qv...
is Alexandrum, aliosq; Synth...
inexpiabiles patet, ſibimet ...
ſocio nigrum præfigi theta. ...
ander aut qvivis alius dicat...
cum potiùs illud à Græcis acc...
patum, in ſuum converterit u...
autorum. Cicero ipſe, cu...
mandare aggreſſus eſt, nova ...
Latinũ ſermonem inducere ...
*Paradoxon*, ut eruditè demo...
Folieta de Lingvæ Latinæ uſu...
3. Dicat aliqvis, Donatus ad T...
*ubi illic eſt ſcelus qvi me perd*...
etiam pertinere putat illud u...
*ſcant.* Reſpond. 1. Qvand...
profeſſo agit, planè tacet nec...

[illegible] modo [illegible] habita
[illegible] poſſeſſum [illegible]
[illegible] ad [illegible]
[illegible] *Lehmann* [illegible]
[illegible] *Dominum* [illegible]
[illegible] *Rhenum* (*Nec* [illegible]
[illegible] (*G. Major.*) *Sylvester* [illegible]
[illegible] in quibus tamen duobus
[illegible] Deo nato igitur [illegible]
[illegible] & [illegible] methodi
[illegible] Alraſt [illegible]
[illegible] Rheticus [illegible] cum Li-
[illegible] ſum [illegible] Gramma-
[illegible] familiam [illegible] Gram-
[illegible] *Saturninus* [illegible]
[illegible] de [illegible] pueri-
[illegible]
[illegible] *Philippus* p. [illegible] atque
[illegible] *Fabricius Chemnicenſis*
[illegible] in Phi-
[illegible] p. 29. *Diſputatio*
[illegible] Rhetor
[illegible] Glareanus p. 188. *Petrus*
[illegible] L. *Joannes* [illegible] *Parte-*
[illegible] *Pontifex.* [illegible]
[illegible] *Rhenus* Inſtitut. Gramm. de Ei-
[illegible] p. 204. Mindanus 184.
[illegible] *Christoph. Helv.* pag. 18.
[illegible] Vitemberg. p. 486. *Rhenius* p. 635.
[illegible] pag. [illegible] D. M. *Nicolaus Kragius* juris
[illegible] Hauniensis in Syn-
[illegible] l. de Figuris pag. 80. *Valerius*
[illegible] &c. Alios complures, tædii vitandi
[illegible] III. Videndum in quibus oratio-
[illegible] habeat. In [illegible] vero Latina

Rrrr 5 oratio-

orationis partibus locus
nomine & *Verbo*. In No
*ſtantivi*: In Pronomine
*Nominativi* & *Verbi*. IV
tingat Syntheſis. In No
Syntheſis *qvinqve modis*
*tis tollendæ* causâ, qvod
Grammaticis *Epicœna* c
*ſæpe hoc vulgò dicier, ſol*
*decem eſſe annos*. *Elep*
Adjectivum ad ſexum f
tellectum refertur; non
lini. 2 *Supplementi gra*
*nonnegat Perſonae tran*
*ea* —— tc. *fabulam*; cum
*urbe*. 3. Per *Nomina co*
juventus Romana indic
roſa domus. Ibid. Con
ſimplex. Et *Genere* & 
manus *ob patriam pugn*
unt *in me* luxurioſa pro
*mœnia* ſcandunt. Idem
Thebaid. —— *tacitis huc*
hors. Hac etiam Hiſto
Urb. Maxima pars *ab eq*
Pars *per agros* dilapſi, p
*duce*, & alibi: Magna p
Maxima pars vulnerati,
ſaucii *aut* palantes *in m*
qvendi genus vetus in
vi 49. *Sed* turba hæc,
ὁ ὄχλος οὗτος ὁ μὴ γι
σιν. 4 Per *Nomina diſ*
*Paridi* potuere *videri*. 
mus. Idem, Impliciti *la*

Digitized by Google

*Venuſ.* Hor. 1. Serm. Legati miſſi *magnis de rebus* uter-
. Tacit. *Tum* intimus qvisq; *liberorum* vincti, abreptiq;
m: *Eo ſuffragio* turpiſſimus qvisq; delecti. Sic & vulga-
interpres Joh. 7. v. 53. *Et* reverſi ſunt unusqvisq; *in do-
m ſuam.* Hôc modô & Græci profani locuti ſunt. Herod.
πάντον νεμόμενον Ταυρικὸν ἔθνος. h. e. *Ad Pon-
tum* habitant Taurica gens. Lucian. ὁ πολὺς λεὼς
ἔχουσι. i. e. multitudo popularis gaudent. Homer. Il.
ὡς φάσαν ἡ πληθύς. & alibi: ἡ πληθὸς ἐπὶ νῆας
χαλκῶν ἀπονέοντο. Et Demoſth. οἱ δὲ λόγους πλά-
ντες ἕκαστος περιερχόμεθα. 5. Per *Nomen abſtractū*
*concreto* poſitum. Terent. *Ut illum dii deæq;* ſenium
*perdant*: pro, *ſenem*. Sic, ſcelus, pro, *ſceleratus*. Vide ſupra
... Nominum Anom. 3. p. 781. In Pronomine Syntheſis
... *Relativi* totidem modis fieri poteſt. Teren.
*... illic* ſcelus *eſt*, qvi *me perdidit*. Ibid. Senium, qvi *me bo-
... remoratus eſt*. Apul. 4. Metam. *Tunc* ignobile vulgus,
*vos inſulta pauperies ſine defectu ciborum tenuato ventri
... ſordentia ſupplemēta, & dapes gravidas qværere, paſſim
... jacentes epulas accurrere.* Vide Synt. Pron. Anomal. 3.
928. Eadem Figurâ etiam Sancta Lingva delectatur. Gen.
. v. 13. Peregrinū erit זַרְעֲךָ *ſemen tuum*, &c. & *affligent*
אֹתָם *eas*. *Semen* collectivè ſumitur, & *poſteros* ſignificat,
reſpondet Pronomen plurale in fœminino genere. Num.
6. v. 8. *Nam omnis cœtus* כֻּלָּם קְדֹשִׁים *omnes illi ſancti
ſunt*: Et in Novo Fœdere. Acti 15 v. 36 *Revertentes viſitemq
fratres noſtros*, κατὰ πᾶσαν πόλιν, ἐν αἷς, *per* omnem
civitatem in qvibus *prædicavimus* Verbum Domini πόλις
collectivè ſumitur, unde plurale relativum ei ſubjicitur.
Phil. 3. v. 15. τέκνα θεοῦ ἀμώμητα ἐν μέσῳ γενεᾶς σκο-
λιᾶς καὶ διεστραμμένης, ἐν οἷς φαίνεσθε, ἐν οἷς pro
ἧς. Porro, in *Verbo* fit Syntheſis *duobus* modis. 1. Per *col-*

*lectiva ſingularia*, qvibus reſp
Jactamus *jam pridem* omnis *te*
*Romani*. Stat. 2. Teb. — *en* utr
Virg. Pars *pedibus* plaudunt.
ventus conveniunt. — Tacit.
Synt. Verb p. 973. 2. Per *Partiti*
dent Verba pluralia: ut, Sil. l.
te *hoc decus*. Ovid. *Artis & inge*
*Partiq;* dedere *oſcula* qvisq; *ſu*
*teras* miſcuere. Idem. Leviſſim
*audax*, *dubiæ poſſeſſionis ſolum*
Uterq; inſaniunt. Sveton. *Pra*
lere. V. *Uſus* hujus Figuræ i
Qvinam verò ſcriptores Figu
Synt. Verb. Anom. 2. pag. 97
*Zeugma* deſcendemus. 1. *Ori*
à Græco fonte Latini derivarū
vel Ζεύγνυμι i. e. *copulo*, *ju*
*xio*, *adjunctio*: eò qvòd Zeug
ctivum cum diverſis Subſtant
ita, ut viciniori expreſsè co
mentum. II. *Ambiguitas re*
*Rhetoricum* & *Grammaticum*
um Erythræo definitur Figu
ctivum ad diverſa Subſtantiva
bus per omnia conveniat: ut,
*timorem audacia*, *rationem*
*meos caſus ingravat*, *illa levat*,
*vat hæc*, *qvod præſtat amorem.*
prà in ipſis præceptis definitu
Verbi vel Adjectivi attenden
*plex* exſurgit Zeugma. Primu
πρωτόζευγμα, *cum commu*
*nitur ab initio*; ut, Virg. 1. Æ
poſtum judicium *Paridis*: *ſpr*

Digitized by Google

iſum; & rapti *Ganymedis* honores. Idem 4. Æneid. *Cum* et omnis ager, pecudes, pictæq; volucres. Cicero pro Poſth. Delectat ampliſſimus *civitatis* gradus, ſella curulis, faſces, imperia, provinciæ, &c. Virg. Silet omnis aper, pecudes, piſcesq; volucres. Secundum Μεσόζευγμα, *cum ubi in medio collocatur Verbum vel Adjectivum quod diverſis rebus reſpondet*: ut, Virg. 1. Æn. *Tempore jam ex illo Caſus mihi* cognitus *urbis Trojanæ*, nomenq; tuum regesq; Pelaſgi. Idem 7. Æneid. Hunc decus egregium *formæ movet*, *atq; juventa*: *Hunc* atavi reges; *hunc claris* dextera *factis*. Idem 2. Æn. *Quos neq;* Tytides, *nec* Lariſſæus Achilles, *Non* anni domuere *decem*, *non* mille carinæ. Ibid.— *Ut de nobis* Troja *videri*, & *Danaum* ſolitæ naves, & Achaja caſtra. Cic. pro Poſth. *In quo* æqui *ſperaſſe Poſthumum* dicunt *peccaſſe* iniqui. Idem pro Planc. Qvis *noſtrum ſe* dedit M. *Curio*, qvis *C. Fabricio*, qvis *P. Duellio parem*? qvis *Attilio Calatino*? qvis *Cn.* & *P. Scipionibus*? qvis *Africano*, *Marcello Maximo*. Hoc autor ad Herenn. *Conjunctionem* vocat. Tertium ὑπόζευγμα vel ὑςρόζευγμα, *cum in fine reperitur Verbum præcedentibus ſubjectis applicandum*. ut, Virgil. 1. Æn. Omnia tuta *vides*, claſſem ſociosq; receptos. Ibid. *Semper* honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt. Idem Ecl 2. *Quamvis* ille niger, *quamvis tu* candidus eſſes. Id. 2. Æn. *Et ſi* fata *Deum*, *ſi* mens *non* læva fuiſſet. Ibid.— *cui* parvus Iulus, *cui* Pater, & conjux *quondam* tua dicta relinqvor. Cic. Att. Hæc *tibi celerius* rumor, *quàm illius noſtram* literæ nunciarunt. Idem pro Pomp. *Itaq; mihi non tam* copia *quàm* modus *in dicendo* qværendus eſt. Id. *Non enim illum* eximia vis *remigum*, *aut* ars inaudita qvædam *gubernandi*, *aut* venti aliqvi novi *tam celeriter in ultimas terras* pertulerunt. Sed hæc fuit forma *Zeugmatis* qvà *ordinem*: jam IV ejusdem forma, ratione aliorum accidentium, *Generis* & *Numeri*, proponenda. Zeugma *Generis*: ut, Terent. Andr. 3, 1. *Utinam aut* hic ſurdus, *aut* hæc muta facta ſit. Idem Eun. 3, 4. Dati annuli, locus, tempus conſti-



Digitized by Google

Google

[illegible] temporari [illegible]
[illegible] Frisius scholarum [illegible]
[illegible] legendum censet,
[illegible] demonstravit Vossius [illegible]
[illegible] Oxymoron Syllep-
[illegible] Syllepsis supra definita
[illegible] [illegible] explicanda. Triplex [illegible]
[illegible] & *Personarum*. De Syllepsi
[illegible] duobus modis fit, I. Quan-
[illegible] *singularibus* respondet
[illegible] *Hinc* — furor iraque mentem
[illegible] *diversarum* [illegible]
[illegible] [illegible] *adjectivum plurale* [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] color
[illegible] [illegible] [illegible] Et
[illegible] [illegible]
[illegible] supra data. De Syllepsi [illegible]
[illegible] locum habet, vel in [illegible]
[illegible] [illegible] & [illegible] vel [illegible]
[illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] mutuas
[illegible] exemplo, in *Masculino* & *Neutro*, Sallust.
[illegible] [illegible] duo, In *Fe-*
[illegible] [illegible] *Placuit* [illegible] dictum glo-
[illegible] [illegible] *Genus*, ætas, eloquentia, prope
[illegible] duobus exemplis etiam. *Numero*, enim
[illegible] de Figuris [illegible] pag.
[illegible] quod [illegible] conjunctionis. *Copula-*
[illegible] Syllepsis sursum [illegible]. *Ex-*
[illegible] *Expedit*, in qua utrumque substantivum
[illegible] explicatur, [illegible] se
[illegible] [illegible] pertinens. *Superessa di-*
[illegible] [illegible] exprimi-
[illegible] [illegible] [illegible], ac in-
[illegible] [illegible] [illegible]: ut,
[illegible] [illegible] *Mons* &, *Ve-*
[illegible] [illegible] *Negari*
Sego-

contigit. Grammatica *Prolepſis* ſuprà definita eſt. III. *Modúsve Forma* Prolepſeos internoſcendæ. Contingit autem Prolepſis 1. In *diſcrepantibus perſonis*. Terent. Curemus *æquam* uterq; *partem* : tu *alterum*, ego *alterum*, ſc. curabo. Virg. 5. Eclog. *Cur non* Mopſe, *boni qvoniam* convenimus ambo, Tu *calamos inflare leves*, ego dicere verſus. In *Numeris diverſis* : ut, Liv. l. 1. Principes *utrinq; pugnam* ciebant, *ab Sabinis* Metius Curtius, *ab Romanis* Hoſtius Hoſtilius. Virg. 7. Eclog. Compulerántq; *greges* Corydon, *&* *Thyrſis in unum* : Thyrſis *oves*, Corydon *diſtentas lacte capellas*. Idem 1. Æn. Inſtant ardentes Tyrii, pars *ducere muros*, *Molirią; arcem & manibus ſubvolvere ſaxa: Pars aptare locum tecto & concludere ſulcô*. Subtiliores aliorum diviſiones, utpote *Prolepſin expreſſam* & *implicitam*; item, Prolepſin *locutionis* & *conſtructionis*, fuſius perſeqvi operæ precium non ducimus, in primis cùm non tam ſolidæ ſint, qvàm ſpecioſæ & ingenioſæ. Anteqvam hinc ad alia tranſeamus; cautè præmonemus, plures Figuras nonnunqvam inter ſe committi & commiſceri. ut, e. g. 1. Virg. 1. Æneid. Unde hominum genus, & pecudes, unde imber & ignis. Eſt enim hic *Ellipſis* Verbi ſubſtantivi ſum; & vel *Syllepſis* vel *Zeugma:* propterea qvod, *ſit*, vel *ſint*, non niſi mutatum omnibus poſſit applicari. 2. Syllepſis *Numeri & Generis* ſimul. Liv. *Fregellis* murus, *&* porta *de cœlo* tacta erant. 3. Syllepſis & Ellipſis *Copulativa*. Salluſt. *Genus, ætas*, eloqventia *prope* paria fuerunt. 4. *Enallage, Ellipſis, Synthesis*. ut: Virg. Triſte lupus ſtabulis—nam hæc locutio excuſari poterit vel per *Enallagen*, qvod Neutrum uſurpetur locô Maſculini, vel per *Ellipſin*, ut intelligatur *aliqvid, qvid*, &c. uti oſtenſum eſt in Etymol. p. 162. vel deniq; per *Synthesin* : de qva in Synt. Nom. Ap. 3. p. 281. 5. *Prolepſis, Enallage & Syllepſis:* ut Saluſt. *Igitur initio* reges [*nam in terris id nomen imperii primum fuit*] diverſi, pars *ingenium*, alii *corpus* exercebant. Hæc haſtenus: nunc de SYNECDOCHE. Ubi I. *Origo vocis notanda*. à verbo συνεκδέχομαι. i. e. comprehendo, complector, ſimul

 capio

capio deducta eſt *Synecbdoc*
*λέξιν* expoſita *Comprebenſio*
comprehendat, vel partes co
*gnificatio vocis* cognoſcenda.
nechdoche: *Rhetorica* & *Gr*
doche, juxta Fabium, variat
intelligamus, parte totum, ſp
qventia, vel contrà. Qvæ ta
intelligi ſeqventia, potiùs *M*
*Synecdoches*, ut rectè contra
Soarez obſervat Voſſius l. 4.
*stica* Synecdoche ſupra in præ
*Synecdoches* obſervandi. Va
rietate trium partium oratio
*cipii*. I. In *Nomine* fit, per *A*
Incorrupte fidem, *nulloſq; ex*
*Cynthia forma potens*, *Cynth*
necdoches genere fuſè dictu
An. 1. p. 878, 879, ſ. 2. In *Ver*
*Neutra*: ut, Virg. l. —trem t
1032. Per *Paſſiva*: ut, Ovid. 1
*Gryneus* lumina *mmò*, Eruitú
cutimurq; caput. It. 1 Eleg.
ora *lupatis*. Cavendum tame
ſiva accommodemus. Cujus
qvi Lucretianum carmen exp
*dicimus*, læditur manum, *ſic*
amatur Deum. Reqviritur eni
1. *Totum* 2. *Pars ejus Accuſati*
*veniens*, qvæ in dictis loqvend
Manifeſtus ergò ſoloeciſmus eſ
*S*aturnius in Baptiſtâ Pio l 3.
mnat. 3. In Participio per Pr
explicatum vid. Anom. 5. Syn
*Figuræ Syntacticæ Speciales*: ja

Digitized by Google

perbato, nec non de *Barbariſmo* & *Solœciſmo* nonnulla ſubjungemus.

## DE FIGURIS ORDINIS, ſive Hyperbato.

I. *Hyperbaton* dicitur cùm dictionum vel clauſularum ordo conſvetus mutatur. Cic. pro Cluent. *Animadverti, judices, omnem accuſatoris orationem* in duas diviſam eſse partes.

II. Ejus ſpecies numerantur: *Anaſtrophe, Hyſterologia*, ſive *Hyſteron Proteron, Hypallage*: qvibus alii addunt, *Tmeſin, Parenthesin* & *Hypallagen*.

III. *Anaſtrophe* eſt dictionum, & in primis Præpoſitionum præpoſterus ordo: ut, Virg. 1. Æneid. Italiam contra. pro, *contra Italiam*.

IV. *Hyſterologia* eſt, cum Verba compoſita caſum Præpoſitionis admittunt: ut, Virg. Eclog. 9: —— argutos interſtrepit anſer olores.

*Synchyſis* eſt, cum ordo dictionum valdè perturbatur: ut, Hor. l. 1. Sat. 5: Pænè macros arſit dum turdos verſat in igne. pro, *Pænè arſit, dum verſat turdos macros in igne.*

# DE VITIIS LAT

Appendicis locô,
*ram* dabunt, ut cavea
mis Latinæ orationis
*riſmô*, & *Solœciſmo*.

*Barbariſmus* eſt uſu
no barbaræ & peregr
rum rectève loqven
Latinæ qvidem, ſed v
pronunciatæ, vel for
ra, tempora, &c. ut, S
*bar*, *perveſtigabam*. N
naufragium fecerun
pro, unione. *Cœla*, pr
poteſt.

*Solœciſmus* eſt vitio
nis conſtructio, reguli
ria, nec uſu Latinoru
approbata: ut, *Bona d*
*lam*, *templum*: pro, bo
ſchola, templo. *Ignar*
*nos non placet*: pro, ign
ota bonis non placet. S
*aut Paulus*, *vel Paulus?* p

Hactenus perſeqvuti ſumus il
mata, qvibus *conſeqvutio* ſive *Syn*
eſt, ut eas Figuras, qvæ *ordinem* C

Digitized by Google

...damus & expediamus, iisq; *Vitia Latini ſermonis* ſub-
...amus. In Figuris Ordinis familiam ducit *Hyperbaton*,
...cam qvod dicitur, paginam facit; nam apud Græcos
...qvas Figuras mutati ordinis ſuô ambitu complectitur;
... propter communi nomine illæ vocantur HYPERBATON
...Orthographicæ Figuræ METAPLASMUS. Originem ejus
...ras, non ſecus ac reliqvarum ſuperiorum Græca eſt;
...bo ὑπερβαίνω tranſgredior, tranſeo, trajicio, tran-
...do; qvia ordinem Verborum cohærentium ὑπερβαί-
... i. e. tranſgreditur, ſive tranſit. Unde à Qvintiliano l.
... 6. exponitur *Verbi tranſgreſsio*. Et qvamvis *Hyperbaton*
...eralis habeatur Figura, ad qvam tanqvam ad caput σχή-
... πάντα referuntur; tamen ſpeciali nomine Hyper-
...on dicunt, qvando dictio longiùs à ſuo loco ſubmove-
... Huc accommodat Qvintilianus l. 8. c. 6. exemplum
...ceronis à nobis citatũ & qvidẽ his verbis; *At, cum decoris*
...*tiâ abstrahitur longiùs verbũ, propriè Hyperbati* tenet no-
... : ut, Animadverti *judices, omnẽ accuſationis* orationẽ in
...as diviſã eſſe partes. Nã in duas partes diviſã eſſe, rectũ e-
... Hæc ille. Huc pertinent etiam ſeqventia dicta. Cic. pro
...mp. *Unde qvinqvageſimô die* totã ad imperiũ Pop. R. Cili-
... *adjunxit.* Virg. 4. Georg. *Nam qvis te juvenum con-*
...*entiſſime*, noſtras juſſit adire domos? — Cic. pro Arch.
... hoc eſſe hunc numero, qvem *patres noſtri viderunt*, divi-
... hominem Africanum. Longior hæc verborum tra-
...ctio fortè occaſionem dedit Bentzio confundendi *Ana-*
...*rophen* cum *Hyperbato*. nam is *Hyperbaton* & *Anaſtrophen*
...ari paſſu ambulare putat, nec *Hyperbaton* generalem con-
...ituit Figuram. Ad hujusmodi *Hyperbaton*, judice Linacrô,
...ferri poteſt & dictio, qvæ ponitur inter Adjectivum uſur-
...tum in Accuſativo, & appellativum in genitivo, qvod
...pe factitatum ab autoribus leges. Terent. Eunuch. 2, 3:
...ululum da mihi operæ. Cic. l. 10. fam. 5: *Sed amor volu-*
...*atisq; conjunctio* plus habet ſvavitatis. Terent. Eun. 4, 6:
...*q; repeto pro illa* qvicqvam abs te precii. ANASTROPHE

 Græcis

Græcis Ἀναστροφὴ, à verbo
vel *præpoſterò ordine colloco*. H
*verſio, præpoſtera collocatio*,
Autor ad Herenn. *Perverſion*
tor, ὑπερβιβασμὸν. Hæc Fi
bus, Pronominibus, Adverb
primis Præpoſitione. *Nomini*
*antea per ætatem* hujus autor
*rem.* Ibid. *Ne illud qvidem v*
multorum bona civium *Rom.*
Synt. Nom. p. 785. *Pronomin*
*aditu laudis, &c, non* mea m
*nes ab ineunte ætate ſuſcepta*
*nam* nullam ſuo dignam *ſcele*
ſar 1. bell. Gall. Diutius cum
*poſſent.* pro, *cum diutius* Il
pro, *cum diu.* Id l. 2. bell.
*copiæ eſſe inciperet,* pro, *cum*
miliaris. *Conjunctionibus* : ut,
*vit hodie cogere, illam* ut duce
nias. Id. *Atq; incommodis ali*
da Cæſar l. 1. bell. Gall. *Eaq*
Terent. Adelph. 2, 1. Enim n
*Ore pedès* tetigitq; crura. Id.
*ſcamnum* faceret ne Priapun
nacer, mutatio in Qve & Ne
dum nón cenſeo. *Præpoſitio*
contra. Ib His accenſa ſupe
Id. *Spémq;* metúmq; inter *d*
*ctum.* Id Qvem penes *ărbit*
*Anaſtrophen* Præpoſitio relat
fam. 39 : Cujus cum *patre n*
Tuſc. l. 3 : Cujus *ob oculos G*
Fin. l. 2 · Qvorum è *numero p*
*gias in convsntu poſcere qvæſt*

Google

*Laberii veteres Comici, etiam cum illi maledicerent,* &c. *porem habitaſſe, dixerunt.* Id. de Perf. Orat. Cujus ad *ex-pictatam ſpeciem imitando referuntur ea, qvæ ſub oculos ipſa ... cadunt.* Atq; ex his teſtimoniis planum eſt, freqven-... eſſe hujus figuræ uſum, non ſolum apud Poëtas, ad ...mmoditatem verſuum: ſed etiam apud Oratores & Hi-...ricos, ad ſolutæ orationis decus & ornamentum. *Hyſte-...logia* à ὕϛερ☉ *poſterior*, & λογ☉ *ſermo*; qvia verbum ...oſteriori locô collocatur, qvod præcedere ſolet; & con-...rà. Præpoſitio verbo à fronte adjungitur & cùm eo com-...onitur, qvæ idem ſeqvi ſolet ſeorsùm & absq; compoſiti-...nis lege: ut, Virg. — Tyriam qvi adveneris urbem, pro, *...vi veneris ad urbem Tyriam.* Idem: *Atq; votis* ſummas *levi-...us* perlabitur undas, pro, *atq; labitur votis levibus per ſum-...mas undas.* Horat. Art. Innati triviis, pro, *in trivis.* Vid. ...eg. 2 Synt. Accuſ. Verbor. p. 1027. 1028. Huc refert B-...rerhæus *Relativum* Pronomini Demonſtrativo præpoſitum ...t, Cic. *Sed hoc non concedo, ut* qvibus *rebus gloriemini in ...obis*, easdem *in aliis reprehendatis.* Idem: *Qvotus enim ...ud qvisq; feciſſet? ut à* qvibus *partibus in diſſenſione civi-...i moniſſet receptus, eſſétq; jam cum credulitate ejectus, ad* ...as ipſas *rediret.* Huc pertinent & illa. Virg. Urbem qvam *...atuo*, veſtra *eſt*. Plaut. Amph 4, 1: *Naucratem* qvem con-...enire volui, *in nave non fuit.* Rectum enim erat: Qvam ...rbem ſtatuo. &, Qvem Naucratem convenire volui. Huic ...iguræ cognatum eſt; *Hyſteron Proteron*, in qvo ipſe rerum ...rdo commutatur. Differt enim ab *Hyſterologia*, qvòd hæc ...rum tantùm mutatum ordinem notet; ſed *Hyſteron Pro-...teron ſenſuum* ſive *rerum* præpoſterum ordinem, qvando ...e. id, qvod ſecundo locô eſt aut fit, primò loco in oratione ...onitur. Virg. 1. Æn. Et torrere parant flammis & frange-...e ſaxo. Idem: *Poſtqvam* altos tetigit fluctus, & ad æqvora ...enit. Idem: *Poſtqvam* Phœbeâ luſtrabat lampade terras, ...umentémq; aurora polô dimoverat umbram. Idem: Æ-...eid. Moriamur & in media arma ruamus. Ibid. Referes ...rgo hæc, & nuncius ibis Pelidæ genitori; — Licet verò Do-

 natus

Digitized by Google

natus huic Figuræ patrocinetur
ad conſtructionis rationem pa
bq; in ipſis præceptis ejus facim

*rologia* ad *Synchyſin* deſcendim
*confundo, commiſceo, perturbo:*
ordo verborū ex omni parte c
Qvintilianus l. 8. c. 2. interpre

afferens hunc verſū Maronis 1.
1 3 4 8
*qvæ in fluctibus, aras.* Ordo ve
tis pateſcit. Autor ad Herenn. t
ὑπέρβατον καθ' ὑπέρθεσιν

omni parte confuſum. Virg. 1.
8 7 5
*cadis onerârat Aceſtes Littore*
2
*tibus heroës Dividit*—In qvo c
tur ordo verborum, ut comma

tio, uti numeri additi oſtendu
7 4 5 6 3
*vuleis unum de cri nibus angve*
14 13 15 11
*cordia ad intima ſubdit*, Horat

*Synchyſi* magnopere gaudet. 1.
2 5 6
*nt, altera cerea: major*, &c. —
2 5
*nas errare canes, Lunámq; rube*
vat ſic ferè diſponere Horatiu
1
locô ponat. Idem in Art. *Qvi*
5 8 9 6
*unam, Delphinem ſylvis apping*
Sat. 1. *Qvisqvis erit vitæ, ſcriba*
*ſi qvis judice condiderit laudat*
*ne macros arſis, dum turdos ver*
gò qvidem legitur: *Ordo: pen*

Digitized by Google

inqvit Voſſius, cùm ordo ſit, *pene arſit, dum verſat* … Ab hac *Synchyſi* ſibi metuens Lambinus, conveni… em, ut putat, verborum ordinem excogitavit, ſic le… *Pene arſit, macros dum turdos verſat in igne*. Sed mi… dubium eſt Poëtam de induſtria confuſiori hoc verbo… delectatum eſse, ut rem verſatilem pari verborū …ſione & mutatione æqvaret. Qvare novô hôc verbo… ordine non opus erit, contra fidem antiqvarem editi… nec non MSS, in qvibus unô exceptô, Lambinus fa… ſe priorem lectionem inveniſse, uti & Cruqvius eam… in ſuis omnibus codd. ſe reperiſse teſtatur. Obſervan… igitur eſt, qvod licet *Synchyſis*, confuſio, & obſcuritas …cendo Oratoribus vitio vertatur: Poëtis tamen deco… habetur, *Synchyſi* ſive *confuſiore* verborum ordine uti … confuſis & perturbatis rebus. Sic Virgilius locum deſcri… s impeditum, ſaxis latentibus invium, nec non procel… ſum notum maria perturbantem, ſumma imis miſcentem …nfuſô & impeditô utitur carmine, verba locô movet, …rbat, miſcet, & ita infit 1. Æneid. *Treis notus abreptas in … latentia torqvet: Saxa, vocant Itali mediis qvæ in flucti… Aras, Dorſum immane mari ſummo*— & mox idem Vir… lius ad exprimendam ejusdem rei perturbationem, orati… s curſum velut medium frangit & ſecat interjectâ pa… enthesi: — *treis Eurus ab alto in brevia & Syrteis urget* (miſerabile viſu) *illiditq; vadis, atq; aggere cingit arena*. Ta… utitur *Synchyſi* Virg. 2. Æn. in ſtatu rerum omnium per… urbatiſſimo, captâ jam Trojâ: — *juvenes, fortiſſima fru… tra Pectora, ſi vobis audentem extrema cupido Certa ſeqvi: … ſit rebus fortuna, videtis. Exceſſere omnes, adijtis arisq; … relictis, Dii qvibus imperium hoc ſteterat: ſuccurritis urbi incenſæ: moriamur, & in media arma ruamus.* Servius & … ex eo Iſidorus l. 1. Orig. c. 36. verba ita ordinant: *juvenes fortiſſima pectora, fruſtra ſuccurritis urbi incenſæ, qvia ex… ceſſerunt omnes dii. Unde, ſi vobis cupido certa eſt, me ſeqvi, audentem extrema, moriamur, & in media arma ruamus.* De hac *Synchyſi* vide Andr. Alciat. l 10. παρέργων juris c

11. & Voſſium de Inſtitut O-
chyſis: jam rectè veniendu
ſed qvia de *Tmeſi* dictum eſt
graphicarum, & de *Parenth*
*bus*, iis miſsis, ad *Hypallagen*
*lage* nomen accepit ab ὑπ
*muto*; q. d. *ſubmutatio* κα
tributorum ordo ita mutar
catur, qvòd de altero dici
qvod attribuendum eſſet al
*mus*, cum animatarum reru
aſſignantur, aut contrà: ut
ſceleratam, *intorſerit haſtam*
*ſci patriam*, & ſceleratas *fu*
5. Æn. *Colligere arma jubet,*
validos Id. 3. Æn. *Provehim*
dunt. pro, *nos recedimus à*
*mihi* proſpera *dixit Religio.*
*cundus* modus eſt, qvò rerum
mutantur: ut, Virg. 3. Æn.
*dare* claſſibus auſtros — p
— *cui plurimus* ignem *Sub*
*cucurrit.* pro, *ignis ruborem*
*effuſo per vulnera nigra* vene
etiam Ebræi delectantur ac
menti tabulis. Jud. 1, 8: ...
*civitatem miſerunt in ignem.*
Sic Pſal. 74, v. 7. 2. Reg. 9,
*lem, & Iſabel id audivit,* ...
*in fuco oculos ſuos.* h. e. *adpoſu*
30: Ubi obiter nota, qvòd La
Ebræo פוך, veluti & Græc
qvâ lana inficitur, & muliere
& Φυκόω *fuco.* Eſa. 47, 2:

*& non occurram homini.* i. e. *non occurret mihi ho-*
*tu, non ferum obſtare qvenqvam mihi, aut intercedere.*
m, 2, 3: *In igne tadarum (erunt) currus*, h. e. *in curri-*
*bus eorum erunt tadæ ignitæ*, qvibus ſc. utantur noctu,
ne, qvò eant, qvomodo & tempus occupatæ urbis
res qvodammodo minuitur; vel interdiu ut illis incen-
oſtium ædes. Ita D. Tarnovius. Job. 31, 27: וַתִּשַּׁק
ידי *& oſculta eſt manus mea ad os meum*, h. e. *os me-*
*oſculatum eſt manum meam.* Druſius l. 1. Obſerv. c. 10.
Minutio Felice in Octavio: Apuleio, apol. 1. Plin. l.
ritum illum veterum idolatrarum demonſtrat, ut
fanum aliqvod præterirent, *manum ori admoverent,*
*ad oſculum referrent.* & Mercerus cum Ezra, hic ali-
idololatriæ ſpeciem agnoſcit, à qva ſe Jobus purgat.
referunt Lingvæ Sanctæ idiotiſmum, *vocari nomen ali-*
*in vel ſuper aliqvo*, h. e. aliqvem vocari de nomine ali-
Gen. 48, 16: Eſa. 4, 1: Jacob. 2, 7: Vide Druſium
adverſ. l. 2, c. 20. Bertramum in Lucubrationibus
thalenſibus. Ab hoc Veteris Teſtamenti modo lo-
li non abhorret Novi Fœderis dictio. Act. 21, v. 3:
ἀναφανέντες δὲ τὴν κύπρον, *cum apparuiſſemus Cyprô,*
ἀναφανείσης ἡμῖν τῆς κύπρου, *cum apparuiſſet no-*
*Cyprus.* Pro hoc, *aperire* dixit Virgilius 3 Æn. *Qvarto*
*die ſe attollere tandem viſa*, aperire *procul montes ac*
*vere fumum.* Porrò nonnulli etiam ad *Hyperbaton* refe-
ἀνακόλουθον, ἀνανταπόδοτον, ἓν διὰ δύο. Ἀνα-
κόλουθον ſeu inconſeqventia eſt, cum ab ea, qvæ in propo-
ione ponitur, diſſidet vox qvædam, qvæ adhibetur in red-
ione: ut, Terent. Eun. 4, 7: Omnia *priùs experiri, qvàm*
nis *ſapientem decet* Ubi Donatus ἀνακόλουθον ait eſſe
is, pro, *arma.* Sed hoc Schema rectiùs alii Enallages im-
io ſubjiciunt. Ἀνανταπόδοτον inter vitia obſcuræ orati-
is infrà ponimus. Ἓν διὰ δύο ſive ἓν διὰ δυοῖν (barba-
rè vocatus

rè vocat Hendiadys) eſt uniu
ente particulâ : ut, Virg. 1. *Æ*
montes inſuper altosImpoſui
*tium*. Idém Ecl. *Cum canere*
*prælia*. Id. 2. Georg. —pater
*aureis*. Huc ſpectare putant n
Arma virumq; *cano*—pro, *v*
nus, Naſcimbænius nullam hi
verſu videatur Pierius Valeri
lomæus Maranta Peruſinus l.
Mattius Brixianus l. 1. Opin
conciliare orationi emphaſin
mos irámq; tuam *qvi cætera*
enim ſolius metri causâ in h
enim hæc figura ut oratio fia
Sic in illo : *In* brevia & ſyrte
qvàm ſi poëta dixiſſet, *in ſy*
oratio redditur emphatica. S
nis Latinæ vitia excutienda p
RISMUS primum obtinet locu
cis etymon inqviremus. In qv
tùm diſcrepent autores. Sunt
hujus vocis originationem, l
mnium primæ & antiqviſſim
ejús natales qværunt. Alii è
lunt. Nonnulli tutiùs putant
aſcribere. 1. Geropius Becan
tur deducere τὸ *Barbarum*,
war-war/h. e. *Cuſtodi verit*
ritatis cuſtodia. Hoc etymon
gum refutationis. 2. E lingv
qvi *Barbaros* dictos vult, à *b*
pagani, & nunqvam in urbib
mon ſuapte vanitate ruit. C
Perottum ejusdem vanitati

*aros* à *barba* derivâſſe. Sed nimis hic in Pontificem Si-
... num injurius eſt. Qvippe cum is in Cornu Copiæ ſatis
... rq; ſuam mentem explicet, aſſerens, ſtultè qvosdam,
... à *barbaro* deduxiſſe, qvod eam barbari prælongam
... conſveverunt. *Barba* enim primogenium nomen eſt,
... de hominibus, qvàm de brutis dicitur. Hæc Perot-
... eq; enim ſeqvitur, primogenium nomen eſt, & non
... um. Ergo *barbarus* eſt *à barba*. 3. Martinus Antoni-
... rius Comment. in Medeam Senecæ p. 27. putat τὸ
... *rum* vocem eſſe, ortu Græcam. A qvo Strabo ſtat, qvi
... Geograph. exiſtimat hanc vocem per Onomatopœ-
... effictam eſſe. Cujus verba hæc ſunt: Οἶμαι τὸ Βάρβα-
... κατ᾽ ἀρχὰς ἐκπεφωνῆσθαι οὕτως κατ᾽ ὀνοματο-
... ὰν ἐπὶ τῶν δυσεκφόρως καὶ σκληρῶς καὶ τρα-
... λαλούντων i. e. *exiſtimo vocem barbarum ita fuiſſe*
... *tio attributum his, qvæ non niſi difficulter, duriter, &*
... *poſſent pronunciari* Et mox: ἐκείνους ἰδίως ἐκάλε-
... βαρβάρους, ἐν ἀρχαῖς μὲν κατὰ τὸ λοίδορον, ὡς
... παχυστόμους ἢ τραχυστόμους· εἶτα κατεχρησά-
... ὡς ἐθνικῷ ὀνόματι ἀντιδιαιροῦντες πρὸς τοὺς
... ας i. e. *hos initiò vocarunt Barbaros, tanqvam di-*
*ctionem aut aſperitatem oris exprobrantes: deinde tanqvam*
*... uni qvodam gentili nomine abuſi ſumus in nationum*
*... ſione, barbaros Græcis opponentes.* Alvariana notatio,
... affert in Gramm. de Fig. Conſt. huc qvadrat: Pero-
... ii, inqvit, in Græciam profecti, cùm Græcè loqvi cona-
... ur, atq; in voces abſonas, ut ajunt, βαρ, βαρ, bar, bar,
... prorumperent, *Barbari* dicti ſunt; unde vitium poſte-
... *barismum* dixerunt. 4. Georgius Crucigerus in Har-
... nia qvatuor Lingvarum ſuo more vacillat, & jam ab E-
... o בָּרַךְ purificavit, per Antiphraſin derivatum putat:
alibi à פֶּרֶךְ ferocia; ſævitia τὸ *Barbarum* deducit. Sed
... originationem tanqvam nimis longè petitam & tor-
tam

tam, non tutum erit ſeqv
ctum ejus erga Lingvam
duſtriæ laudem illi tribui
cem ab Ebræa lingva der
tamen ſæpe ſua etyma ma
qvam ſuapte ſponte è rei
cit. 5. Jo. Guilielmus St
ab Ebræo דָּבָר i. e. verb
catâ. 6. Jul. Cæſar Scaliger
cedit, ita ſcribens Excercit
*tates tuas*, inqvit Scaliger, *c*
*dum tibi cenſeo rationem.*
ce Arabibus *El barbar*, qv
nominantur, & *barbar* eſt
objectum ab Arabibus, pro
nô. Idem teſtatur Leo Afri
hâc miſsâ vocis notatione,
cupâtos exiſtîmans. *Qvanq*
*dictos. Barbar enim arabicè*
*rum inepto ingenio, & p*
*vitium conceperunt, non b*
*qvod ajunt Graci βεβαρ*
Idem in Theoph. de Plantis
*qvà arvum eſt. Sola námq. a*
*ſta ſunt. Unde & barbaria. Q*
*ſignificat: more Ebræo Barba*
ventia qvid ſtatuendum ſit, n
in hoc ſententiarum divortio
nire: tamen ne noſtram hic i
experiemur vires, & qvid ver
adiſſertabimus. Qvod ſi qvis
accerſiverit è lingva Aramæa
*yei*. Etenim בַּר Chaldæis &
*foras*. 2. *Qvicqvid foris eſt*, c.

nte Schindlerô, Syris eſt *externus* & *peregrinus*. Id ip-
ſum firmat Elias Levita in Thisbi aſſerens apud Rabbi-
בר ſignificare *agreſtem*, *ſylveſtrem*, qvomodo eam vo-
uſurpat Thargum ad Pſal. 50, v. 10: *Animalia in mon-*
*mille*; ibi Thargum habet, ותור בר, *& bos ſylveſtris*
*depaſcit ſingulis diebus mille montes.* Sic mel ברא i. e.
*ſtre* à Syro interprete dicitur Matth. 3, 4. Marc. 1, 6.
iva ברא Rom. 11. 24. nec non *externus* eidem inter-
dicitur בריא 2. Cor. 4, v. 16. & בריא Ebr. 9. 6.
modo etiam tenebræ dicuntur בריא *externa* Matth.
12, & 22, 13: 25, 30. Cognationem habet cum voce A-
æa & Thargumica בורא vel בור, qvô ſignificatur
*ſti*, *ſylveſtris*, *ſtultus*, *ſtolidus*, *brutus*, *bliteus*, *ruſticus*,
*dus*, unde Germanicum Baur deducit Johan. Buxtor-
. Ex eodem fonte derivaveris nomen *Baro*, pro, bardo,
pido & ſtolido, qvi uſus vocis licet in vulgus non ſit ſatis
tus, è tenebris tamen eruendus erit, in primis cùm hic
viam habeamus Ciceronis autoritatem. Cicero l. 2. de
. *Hæc cum loqveris nos barones ſtupemus, videlicet ipſe*
*iam rides.* Barones i. e. *nos ignari, ſtulti.* Ita Gruterus le-
& teſtantur omnia MSS. Perperam enim *varones* aut *var-*
*es* alii excuſi libri habent. Id. 2. de Divin. *Huic eqvidem*
*ipho*, baro, *inqvit*, *te victum eſſe?* Baro. i. e. ſtulte, qvam
tionem probant Gruterus & Victorius. Idem l. 9. Fam.
16: *Ille baro te putabat qvæſiturum, unum cœlum eſſet, an*
*umerabilia.* In qvem locum ſic P. Victorius: recte Epi-
eos vocat *barones* Cicero, & hic & ad Atticum. Nam in
eri Gloſſario, *baro* exponitur βάνηλος i. e. interpre-
us Suidâ & Heſychiô, *fatuus ſimul & effœminatus.* Qva-
ſruſtrà ſunt, qvi hic, *varro* malunt. Hæc ille. Eandem le-
onem probat Gruterus è laudatiſſimo codice Palatino,
ſimè editum eſt; illo verò Schottus in Notis Ci-
on. l. 4. c. 20. huic etiam lectioni patrocinatur. Pari

qvoq;

qvoq; ratione P. Pithœus
Vare *reguſtatum digitô ter*
—legendum putat è veter
In MSS, inqvit Pithœus
gloſſa hæc: *Baro, vel Varo*
*rum Varones dicuntur ſe*
*ſunt*. Qvod ego (pergit)
Nam qvàmvis hodie apud
neroſorum hominum ſit,
ra, interdum etiam mollior
in hoc Perſii verſu magnop
priſcus Grammaticus legit
tur Simeon Boſius Animad
necnon Theodorus Marc
manda Cornuti lectione.
*Varo* habet. Joannes Bri
*Vare*. Nos Eilhardi Lubi
cenſemus, qvi Pithœum ſe
*ſtatum digito terebrare ſali*
velut in παρόδῳ ex occaſi
ſe juverit, ut obſoleſcentem
Sed ad τὸ *Barbarum* ut rev
mitivi ac ſimplicis בַּר Bar
deris ac contuleris cum uſu
βάρβαρος & Latinæ *B*
erit. qvàm Bar Orientale,
*Barbarus*. Etenim Bar Orie
traneum. 2. Incultum, agre
BAPBAPOΣ Græcum, &
vocis placuit Lucæ Act. 26,
(וּבְרְבַרְיָא) præſtabant no
qvæ vox repetitur ibid. v.
*exteri Melitenſes*. Cicero e
cat *barbara*. Poſteriorem v

Digitized by Google

... XI 3 *Ubi non eſt Græcus & Judæus, Circumciſio &* ... *barbarus, Schyta, ſervus, liber.* Barbarus, ſc. ...us & vivendi ratione agreſti. Sanè *Agreſtis* & *barbarus* ...ngüntur à Galeno tanqvam ſignificatione convenien-... ...ιεις, inqvit, ὄυτε Γερμανοῖς, ὄυτε ἄλλοις τισὶν ἀ-...ς ἢ βαρβάροις ταῦτα γράφομεν, ἀλλ' ἕλλησι. ...*os neq; Germani, neq; aliis agreſtibus aut barbaris hæc* ...*mus, ſed Græcis.* Cic. pro Marcell. *Immanitate bar-* ...*gentes.* Cæterùm, cum curâ expendendum eſt, qvòd ...es Græci olim in primis accommodârint nomencla-...m *peregrinæ lingvæ barbarorum* gentibus. Hinc Ste-...us inqvit: βάρβαρος οὐκ ἐπὶ ἔθνους ἀλλ' ἐπὶ φω-...ελαμβάνετο. h. e. *Barbarus non de gente, ſed de vo-...batur.* ſc. antiqvitus. Etenim veluti Syri, Chaldæi, ...hargumiſtæ ſuum ברבר jam ad *incultum, horridum, & a-*... aliqvid ſignificandū, jam ad *externū & peregrinum* a-...m indigitandum referunt: ita Græci initiò ſuum BAR-...RUM nūnc ad βαρβαροστομίαν h. e. bardam, barbaram ...craſſam dicendi rationem deſignandam accommodârunt ...nc ad extraneos & exoticos, qvi videbantur ipſis βαρβα-...φωνοι h. e. barbarè loqventes, qvòd ignorâ uterentur ...gvâ. Etenim, cùm omnis ſermo peregrinus & exoticus ...eriūs lingvæ & nationis hominibus ingratus & inconcin-...s videatur, cùm ignari lingvæ bruto tantùm verborum ...o ſtupidi inhient, ſermonis fructu dulciſſimo, intellectu ...carentes; facilè contingere potuit, ut Græci Orientales ...venas appellârint BARBAROS tanqvam homines extrane-... & exoticos, nec non peregrinâ lingvâ utentes, qvæ ...s Græcis minùs intellecta BARBARA & barda puta-...ur. Nec dubium eſt, qvin Græci hujus vocis uſum ab ip-... Orientalibus, cum qvibus converſati ſunt, didicerint, po-...q; uſurpârint. Eqvidem, ex Plutarcho in vita Pyrrhi co-...oſcimus, qvòd Græci Italos βαρβαρους ἐξωτικους vo-...int, ubi voces (*Barbari & exotici*) loco junctò. etiam



Digitized by Google

ſenſu & uſu conveniunt. 
vocat *Græciam exoticam,*
*Hiſpanos, Maſſilienſes, Illu*
ámq; exoticam, *Oráſq; Itali*
*ſumus circumvecti.* Elegan
ad Feſtum diſſerit: *Qvare,*
*bitetur, ſed qvare major Gr*
*tum à Romanis, qvia propior*
*Græcia, qvemadmodũ conti*
*marini* vocabant ἐξωτικ
*ſervus apud Plautum vocat* e
*ni* majorem Græciã, *non qvia*
*culus, neq; vocaſſet conſultò ſ*
*κῶς ex perſonâ Græcorum i*
*vocabant* ἕλληνας ἐξωτικ
rodotus memorat, qvòd Æg
eni & peregrini idiomatis ho
Verba ejus l. 2. ita habent: βα
πάντοιχαλέουσι τοὺς μὴ σφι
barbaros *omnes vocant, qvi*
Nemini ergo mirum aut novu
BARUS à Paulo uſurpetur 1. Co
*ed, peregrino & minus intelle*
inqvit, *ſcivero vim vocis ero ei,*
*& qvi loqvitur, mihi* βάρβαρ
*ſermonem.* Ubi Syrus vo
originis æmulam retinuit. Sic qv
legitur: *Cum egrederetur Iſrael*
מֵעַם לֹעֵז h. e. *de populo peregr*
gum de populo בַּרְבְּרָאִין i. e.
Rem. Am. Barbara *ſermone eſt?*
Barbara i. e. *ſermonis peregrini,*
ad lineam redeamus, latiſſimè h

Digitized by Google

…, vocantes omnes alias nationes exteras, præterqvam …, BARBARAS. Confirmat id Feſtus: BARBARI *antiqvi-tus omnes gentes dicebantur, exceptis Græcis.* Addit Paulus … epitomator: *Fortaſſe hinc noſter Apoſtolus* Græcis & *Bar-*baris *ſe debitorem eſſe fatetur,* Rom. 1, v. 14 Strabo l. 1. …r eſt, qvod Græci mundum in duas partes diviſerint, in *Græ-cos* ſeu *Pelaſgos,* & *Barbaros:* qvod Platoni, in Civili …itò diſplicuit; ut & Eratoſtheni, qvi malebat homines *in bonos* & *malos* dividi, tales enim tum ex Græcis, tum ex … omnes. Qvô factum eſt, ut Græci de peregrinis genti-*bus* ſigillatim loqvuturi, e. g. Ebræis. Latinis. Phrygibus, &c. eas BARBARAS appellârint; Imò aliqvandò & eorum *no*mina, voces, & literas BARBARAS ſalutarint. Initio de E-*bræ*is res manifeſta eſt, ſi conſulamus monumenta Græco-*ru*m. Jamblichus Chalcidenſis nobiliſſimus inter Platoni-*c*os Philoſophus in Theologia Phœnicum, Græcorum levi-*ta*tem cum Ebræorum conſtantia committens, hac utitur *ra*tione: Φύσει γὰρ Ἕλληνές εἰσι νεωτεροποιοὶ, καὶ …ττοντες φέρονται πανταχῆ, &c. βάρβαροι δὲ μόνιμοι …τοῖς ἤθεσιν ὄντες καὶ τοῖς λόγοις βεβαίως τοῖς αὐτοῖς ἐμμένουσι. διόπερ αὐτοί τε εἰσὶ προσφιλεῖς τοῖς θεοῖς. &c, h. e. *Græci natura novitatis ſunt ſtudioſi, leviq; qvovis momento feruntur* &c. ſed BARBARI *ſtabiles moribus, etiam in verbis iisdem conſtanter perſeverant; qvapropter Deo cari ſunt* &c. βάρβαροι i. e. *Ebræi,* interprete Hadriano Junio Animadv. l. 4, c. 25. Amelius qvoq; Apamenſis, Platonicus Philoſophus, Johannem Evangeliſtā BARBARUM vocat, qvòd *Ebræus* eſſet & peregrinæ lingvæ. Sic autem ſonant Amelii verba: καὶ νὴ δί᾽ ὃν ὁ βάρβαρος ἀξιοῖ ἐν τῇ τῆς ἀρχῆς τάξει τε καὶ ἀταξία καθεστηκότα πρὸς θεὸν εἶ-*ναι* &c h. e. *Ne* BARBARUS *ille cenſet ſermonem in princi-pii ordine & confuſione conſtitutum apud Deum eſſe,* &c. Explicat hoc Cyrillus l. 8. adverſus Julianum: βάρβαρον …ν ὡς οἶμαι τὸν θεῖον Ἰωάννην καλεῖ, διὰ τὸ ἀλλόθρουν

 ἴσως,

ἴσως, &c. h e. Barbarum n
num Johannem vocat, eò qv
Ebræus enim ex Ebræis fuit.
Jamblichus in Theol. Phœn.
cat Barbara: ἔχει δὲ τὰ βα
ἔμφασιν &c. h.e. Barbara
ſin. Cauſam hujus rei reddit
ferentibus dictionibus, dum
ὄνομα τὸ οὐχ ἑλληνικὸν, h
non Græcum. Hanc Græco
imitatus eſt Plautus, qvandò
baram, Latinum Poëtam Ba
am. Plaut. Prol. Aſin. Dem
barbarè. Aſinariam volt eſſe,
tinè. Sic in Milite de Nævio.
eſſe audivi barbaro, i. e. Latin
Lyde es, barbarus? Qvem ego
Thalem, Is ſtultior es barbar
Capt. 2, 3. Nunc barbarica le
perſeqvi. barbarica i. e. Latin
in barbaria qvod dixiſſe dicitu
barbaria inqvit Feſtus, eſt in I
perſona Græcorum hôc loqve
ger ad Feſtum innuit. Confer G
l 4, c. 18. Turnebum Adverſ.
6. Secundò qvòd Phryges dict
rum literis memoriæ prodictum
βάρβαρον Φρύγα. Plato in C
Ficinô, ita loqvitur: Reor eqvia
Barbaris, eos præſertim, qvi ſub B
nam verò ſint illi Barbari mox ex
inqvit, ne nomen hoc πῦρ barba
eſt illud Græca lingva accommod
ges nominare parum qvid declina

Digitized by Google

κύνας, i. e. *canes aliáq;* permulta. Hunc loqvendi mo-
m à Græcis mutuatum non raro ſibi permiſerunt Latini,
. . . primis Virg. In Ciri: *Buxus* barbara. Idem Æn. l. 9: *Pic-*
*. . . acus tunicas, & barbara tegmina crurum.* *Barbara* i. e.
*Phrygia.* Hæc verò intelligi, evidenti indicio eſt, artem acu
. . . ngendi proprium *Phrygum* inventum eſſe. Plin. l. 8, c. 48:
*. . . pictas veſtes jam apud Homerum fuiſſe, unde triumphales*
*. . . . Acu facere, id* Phryges *invenerunt: ideóq;* Phrygiones
*. . . pellati ſunt*, Lucret. *Jam tibi* barbaricæ *veſtes, Melibæ-*
*. . . fulgens.* Virg. l. 2. Æn. Barbaricô *poſtes* auro *ſpoliisq; ſu-*
*. . . bi, Procubuêre — Barbarico* i. e. *Phrygio. Phryges* enim
. . . ibus & aurô abundabant, ut & Perſæ. Qvod autem duo
. . . regna opulentiſſima fuerint, *Barbaricum* aurum dixit
. . . . & vetus Poëta apud Ciceronem. 2. Tuſcul. *Qvibus*
*. . . gis palæſtra, Eurotas, ſol, pulvis, labor, militia in ſtudio*
*. . ., qvàm fertilitas* barbara. i. e. qvàm *barbarorum* (Phry-
. . ., Perſarum) deliciæ & copiæ. Horat. 1. ep. 2: *Græcia*
. . . barie *lentô colliſa duellô. Barbariæ* i. e. *Phrygiæ*, inter-
. . . Bondô Catull. *Tibia* barbara i. e. *Phrygia*. Confer
. . . urneb. Adverſ. l. 9. c. 18. Goropii Becani Hermath. l. 9.
. . . ruſii obſervat. l. 8. c. 8. Amamæ Cenſuram in Exod. c. 26.
. . . ertiò LATINOS etiam BARBAROS à Græcis vocatos eſſe, te-
. . . atur Græcus autor Xenophon in libro Æqvivocorum:
Barbaris verò inquit, *omne ſpacium circulare ultimum,*
*. . . mpus dictus eſt, & cum interiori area Olympus, à qvo Aſtro-*
*. . . bium Olympus, & ſacrum pomœrium Olympus eſt.* Cum
*. . . arbaros* dicit Xenophon *Latinos* in univerſum ſignificat,
. . . i lymbi voce & Olympi in ea ſignificatione utebantur,
. . . terprete Hieron. Magiô l. 2. Miſcell. c. 13. Videantur et-
. . . ejusdem Annotat. in Procem. Inſtit. Juſtin. Qvod imi-
. . . ti Latini etiam Barbarum pro extero uſurparunt. Silius
. . . nqvam Latinus Hiſpanica carmina appellat *barbara — vitæ*
*. . . moris Iberi Carmina pulſatâ fundentem* barbara *cetrâ.*
. . . ndem verò ad inculti & inconditi ſermonis vitia indigi-
. . . nda in qvacunq; lingva vox BARBARI adhiberi cœpta eſt,
. . . Homerus 1. 6. Cares vocavit Barbarophonos, qvod ſer-

 mone

mone Græcô minimè purô ute
nim inqvit: —Νάστης ἀν᾽ Κα
φώνων οἳ μίλητον ἔχον. Ide
φωνοι vocantur ab Homero,e
ri eſſent, & eorum ſacerdotes
rentur. Hinc βαρβαροφωνεῖ
Strabo κακῶς ἑλληνίζειν. Eo
& inconcinnam dictionem BA
Tuſcul, *Ut enim Grammaticum*
rè *loqvitur*, &c. Et hic locus
ni בר ארא Syrorum, qvâ ad *ag*
*aſperum* aliqvid denotandum a
tare liceat, ſive vim vocis ſpec
tum intueare, τὸ Barbarum v
*verò Græcam & Latinam.* Nec
cùm in Chaldaica Lingva mini
labas: ut, רברבין *Rabrebin*,
*gnates mei* Dan. 4, v. 33. qvæ ſu
Latinum ab Ebræo תור i. e. *t*
tum geminatam habeat forma
Syriaco & Pœno Tur per redu
dem Scaligeri etymon à noſtr
Arabico *Bar* ro *Barbarum* dedu
um *Bar* agreſte, *ſylveſtre, incul*
in Arab. Lexico: בר *terra in*
*foris*: ברברי barbarus. Con
vocis unô ſignificatu & literar
Lodovici de Diev Commentar
contendit בר, בור, ברא, om
בור inqvit, ſignificat *incultum*
noſtram τῦ βαρβάρυ origin
Doctiſſimi Druſii autoritas, qv

...dem ſententiam differit: *Vocabulum* barbarus *uſurpat* ...*olus* (1. Cor. 14. 11.) *de eo, qui utitur lingvâ peregrinâ* ...*nota. rectè ſanè, ſic uſurpavit autor translationis Chalda-* ...*in Pſalmum* 114, 1. *Sic Ægyptii* barbaros *omnes vocant,* ...*non ipſorum lingvâ loqvuntur teſte.* Herod. l. 2. *Germana* ...*ropria ſignificatio vocis, id eruo ex origine, qvam ex Sy-* ...*eſſe, qvicqvid alii dicant, non dubito. Nam in lingva Sy-* ... Bar, i. e. *extra; unde geminatis ſyllabis barbar,* &c. ...dem ſententiam tuetur Valentinus Schindlerus in Lexi- ...Pentaglotto ad radicem לעז: בַּרְבְּרִי, inqvit, *extraneus* ...*regrinus eſt Chaldaicum, à* בַּר *extra per geminationem,* ...*de &* בַּרְבַּר *barbaria. Et, 1. Cor. 14 barbarus, de eo, qvi* ...*itur lingvâ peregrinâ & ignotâ.* Idem placet Matthiæ Mar-...nio in Lexico Philologico, nec non Chriſtian. Becmanus ... Origin. LL. eò inclinat. Cùm itaq; de *notatione & ſigni-*...*atione* hujus vocis conſtet aliqvid certi nobis: nunc porrò ...*forma* hujus dictionis deſpiciemus. Gellius l. 5. c. 20. vo-...*es Barbariſmi* & *Solœciſmi* impugnat contendens potiùs ...άρβαρον & σολοίκον ſive *Barbarum* & *Solœcum* dicen-...um eſſe, qvàm *Barbariſmum* & *Solœciſmum.* Verba ejus ita ...abent: *Cum Græcum autem vocabulum ſit* ſolœciſmus: *an* ...*ttici homines, qvi elegantiùs locuti ſunt, uſi eò ſint, qværi* ...*let. Sed nos neq;* Solœciſmum *neq;* Barbariſmum *apud Græ-*...*rum idoneos adhuc invenimus. Nam ſicut* βάρβαρον *ita* ...σολοίκον *dixerunt. Noſtri qvoq; antiqviores* ſolœcum *facti-*..., ſolœciſmum *haud ſcio an unqvam dixerint. Qvod ſi ita eſt* ...*eq; in Græco, neq; in Latino,* Solœciſmus *probè dicitur.* Sed ...erò, non modò Græcorum idonei ſcriptores uſi ſunt voce ...*olœciſmi,* qvicqvid dixerit Gellius, ſed etiam dictione *Bar-*...*bariſmi.* Plutarch. Sympon. 8. Probl. 9: τοῖς τῶ λόγου με-...ρίοις, καὶ ταῖς πρὸς ἄλληλα τούτων συντάξεσι καινὸν ...γένεσθαι βαρβαρισμὸν ἢ σολοικισμὸν, ἐξαίφνης ...υνατόν ἐστι. h. e. *in partibus orationis & verborum ſtructu-*

 *ra.* Bar-

*ra.* Barbariſmum *aut* Solœciſmun *ſolens, ſtatim facile contingit.* Et σολοικισμὸν ποιεῖν & in σολο qvod ſpectat, non tantùm Diom dimus Gellio, qvi ſi Stigelio in Q vixit paulò poſt tempus Qvintilia nimus ipſius Fabii autoritatem, qventiùs utitur. Et Chronologru tate prior eſt, qvippe cum tempor ca annum Chriſti 85: Gellius verò citer annum Chriſti 124. demum tò igitur qvis mirari poterit hanc Gellio tanqvam juniore non fuiſſ Sed proderit ipſius Qvintiliani v gendam melius *Barbariſmi* indolo Fabius l. 1. c. 5. de eo diſſerit: B *dis accipimus. Unum gente qvale ſ num Latinæ orationi inſerat:* ut *tur, dici ſolet* canthus, *qvanqvam Perſius, ſicut Catullus,* ploxenum *in oratione Labieni, ſive illa Corn* caſnar *aſſectator* è Gallia ductum *Sardum eſt, illudens Cicero ex ina nus* Barbariſmi *accipitur, qvod ſi inſolenter qvid aut minaciter aut* barè *locutus exiſtimetur. Tertium* mi, *cujus exempla vulgo ſunt plu fingere poteſt, ut verbo, cui libebit vel detrahat, aut aliam pro alia, rectum eſt loco ponat. Sed qvidam tionis ſumere illa ex Poetis ſolent: criminantur. Scire autem debet carminum aut veniâ digna, aut e illa docendi erunt minus vulgata. faciebat barbariſmos Tinca Plac Hortenſia credimus*] proculam pr

...tione, cum c pro g uteretur: & transmutatione, cum r ...poneret e antecedenti. At in eadem vitii geminatione, ...tieo, ſuffetieo dicens Ennius, poeticè jure defenditur. Sed ...in proſa qvoq; jam eſt qvædam recepta immutatio. Nam ...cero Canopitarum exercitum dicit, ipſi Canobon vocant: Tharſomenum pro Tharſumeno multi autores, etiamſi ... transmutatio, vendicaverunt: ſimiliter alia, &c. In ... Qvintiliani diſsertatione primò notamus vocem Barba... à Latinis fuiſſe uſurpatam, qvicqvid dixerit Gellius. ...ndò obſervamus, judice Qvintiliano, committi Barba...um, qvando peregrinum nomen Latinæ orationi inſe...ir. Hæc prima Barbariſmi ſpecies à Donato & Chariſio ... voce dicitur βαρβαρόλεξις; Sed duabus vocibus, à ...omede l. 2. vocatur βάρβαρος λέξις i. e. barbara dictio ...atur Joh. Lud. Strebæus de Elect. & Colloc. Verb. l. ... 11. p. 59. Lud. Creſollius Vacat. Autumn. l. 2. p. 347. ...Diomedes barbarolexin ità Barbariſmo differre ait, ut ...barismus in Latina dictione fiat; barbara autem lexis to... peregrina ſit dictio: ut gaza. Qvomodo & Cl. Verderius ... Cenſione autorum p. 50. Virgilium ſugillat, qvòd gaza ... mapalia uſurpet, cùm judice Verderio, voces ſint planè ...barae. Qvod ſi verò mapalia & gaza, ut Verderius pu..., in Lingva Latina purè barbara ſint, non pauca alia è ling...is exoticis in Latium invecta vocabula, Barbariſmi inſimu...abuntur. e. g. Punica, Magalia, Mapalia, qvæ ſunt apud ...rgilium, Mappa apud Martialem, item Suſes, apud Sen. ...llica, Rheda & Petorritum Horatio uſurpata: Medicum, ...maces, Britaunicum, Eſſedum pro rheda, Sabinum Caſcy, ... jam Romanâ velut civitate donata ſunt, minimèq; bar... amplius cenſeri debent. Eandem ſententiam fovet Cla...iſſimus vir, Dn. M. Jacobus Matthias Arhuſius, collega & ...micus honorandus in publicâ Diſp. de Philologiæ uſu ...§. 8. Confer Velkirchium, Oratoriæ qvondam Profeſ...orem VVittenbergenſem, qvi Comment. in libr. Eraſmi ...e copia Verborum de his agit p. 49. Tertiò, Qvintilianus

laxô dicendi genere illud qvo
dicitur, Barbarismum vocat
ci Chariſius, Diomedes & D
Barbarismum fieri qvatuor
one, immutatione & Transmu
voce Barbarismi, omnes C
Barbarismi, uti ſupra monit
omiſsâ hâc communiore ſign
& antiqvis Grammaticis allat
minùs conveniente, qvartum
tanqvam puræ & illibatæ Lati
rioni adverſum meritò cenſor
dum Barbarismorum nefas im
ſione Pontificiis Doctoribus
ri viri meritò notârunt, & tan
felix lolium exſtirpandum piè
faciamus; ad partes vocamus
Rev. & Excell. virum Dn. D.
feſſorem S. S. Theol. Regium
midum plurimum honorandu
gatæ Verſionis hanc veriſſima
troverſ. Sacrar. de Verbo De
*portunius urgere, Vulgatam ve*
*nere laudem, qvàm ſcripta me*
*Nam ut de eo jam non dicam,*
*ſu & ſententiâ textus primiger*
*ſione deſideramus orationis puri*
*tinis, non optimis illis, ſed med*
*ni enim, vel mediocriter verſ*
*nis, ignotum eſt, ſcatere eam v*
*vocum* barbararum *&* obſolet
*ritò poſſunt hæ, qvæ in Vulgat*
tator *Jacob* 1. v. 13. Infrunitus
*Eccleſ.* 4. v. 30. Scopare *Pſal.* 7
aporiatus *Eſa.* 59. v. 16. naufra
are *Zach.* 11. v. 13. *Matth.* 27.

Digitized by Google

...ſua Voces alias, in Vulgata Verſione paſſim occurrentes, ...ibus lingVam Romanam probè doctis adeo ignotas, ut ...ſibi Velint Vix ac ne Vix qVidē conjecturâ aſſeqVi poſſint. ...ter ejusdem Syſtema Theolog. Qvæſt. 12. p. 40, 41. ...nelius Crocus in Farragine ſordidorum verborum com-...à ejusdem farraginis vocabula in Latino ſermone planè ...bara notavit, e. g. *Braggenare* pro oſtentare, *Canoni-...*, *Chorizare*, *Defalcare*, *Licentiare*, *indulgentia*, &c. ...dem notæ & adulterinæ monetæ ſunt voces illæ ...uritate Latini ſermonis prorſus alienæ, qvas anti-...patres Latini ſeculi vitio & parva loqvendi conſvetu-...e imbuti ſibi permiſerunt. Apud Tertullianum hæc in-...iuntur: *Delinqventia*, *Obſervantia*, *Deditor*; pro eo qvi ...lit. *Multinubentia*, *Exancillata*, *Ingratia*, pro, ingratitu-...ne. *Peccatela*, *Utenſilitas*, *Intellectualitas*, *Novellitas*, *Igno-...ntia*, *Infortunitas*, *Inſomnia*, pro vigilia. *Abſolentes*, pro ...itum uſum abdicentes. *Tempotatim*, pro ſecundum tem-...ra. *PaſſiVitùs*, *Gentilitùs*, *Planitùs*, *NatiVitùs*. Apud Ar-...bium: *Minuties*, *Prognare*, *Gnaricavit*, *Gnariores*, *Oli-...tas*, *Nebuloſitas*, *Honoratio*, *Cultio*, *Muccinium*, h. e. lin-...olum, muco naſi capiendo, *Repetentia*. Apud Auguſti-...m: *Magnè*, *Siltum eſt*, *Inſignitores*, *Principiare*, *Tra-...gare*. *Spernentius*, *Minutularius*, *Fœtanda*. Apud Hiero-...mum: *DeVirginata*, *Impudorata*, *Nuptiator*, *Dulcorare*. ...jus farinæ plurima Joann. Buſæus è Petro Bleſenſi col-...git; qvæ licet ſuperioris ſeculi barbariem redoleant: pa-...onum tamen fervidum invenerunt Maximilianum Sandæ-...m, qvi in Grammatico PROFANO Comment. 12. non mo-...ò patrocinatur iis *Barbariſmorū* monſtris, qvæ jam indigi-...ta ſunt ſed & aliis formidandis verborū portentis adblan-...tur & favet, qvalia ſunt: *Abocellus ſenex*, pro ſemi cœcus; ...*ſſiduare*, *Baculare*, pro verberare, *Barbatores*, pro tonſo-...es; *Canonicari*, *Caputiari*, pro cucullo indui. *Coanxiari*, ...*ohumiliari*, *Compauperatus*, *Deitare*, id eſt, modum in vi-...tu certum tenere; *Epiſcopari*, *ExſangVinari*, *Fœtulentia*, ...*uliginari*, pro fuligine tingi; *Impretiabilis*, *Inacinerare*, *In-*

*duciare*

Digitized by Google

*duciare*, pro moras nectere; *In*
*Modicitas*, pro ruditas; *Mordica*
*Plebeſcere*, pro divulgari; *Popula*
*Prætaxare*, *Prævilegiare*, *Querula*
*zare*, *Scenopegizare*, *Sententiare*
cucurbitæ; *Tertiare*, pro tertiò
*Tympanizare*. *Vinculari*, pro in v
num eheu meminiſſe horret! Hæc
lamenta ita prenſat, polit & colit
470, ut eorum aliqva, ipſô judice,
magis Latina, ut ipſe ait, qvàm *Rh*
*lia* & *Magalia*, *Mappa* & *Gaza*.
ſuæ Societatis elegantioribus ſtud
bus humaniores literas & cultam
mopere promotum ivit, putidàm
allaboravit. Idem pretium ſtatuit
laſticorum oblivüs, qvalia ſunt: *S*
*poſtaſiari*, *Intraneitas*, *Subſtantific*
& ſimilia merito deteſtatus eſt feli
rator Philippus Melancthon in C
ipſe Lutherus de miſſa privata, co
nomine tanqvam leviculos duos c
ſcindit conviciis dictus Sandæus in
470. cavillatus Lutherum & Phi
Scholaſticorum cacoëthes, Doct
ter, tot ſcurrilibus læderiis, & ſib
dos propinare. Sed omni vocabit
tus eſt dicere. Cum viros incomp
los cavillatores inſectatur Sandæu
orum & ſibilorum dicam ſcribit, e
tiandi libidinem & lingvæ intempe
dicam de aliis conviciatricibus pa
tas, qvàm bilis Sandæo dictavit. C
peroſi, voces minùs puras & proba
qventium Latio obtruſas meritò p
neutiqvam ſumus animo, ut ſcie

...utatum vocabula neceſſaria, emphatica, ex inopia ...gvæ & copia novarum rerum orta, eruditorum conſen... approbata & ad analogiam reducta eliminare paremus, ...s generis ſunt illa Eccleſiaſtica: *Trinitas, unio Hypoſta...* ...; *idiomata, baptiſmus*, &c. & illa Philoſophica, qvæ ma... ...am partem unà cum Philoſophia & diſciplinis è Græcia ...ar...um migrârunt, e. g. Infinita penè Mathematicorum, ...metrarum, Phyſicorum, Politicorum, Logicorum, Rhe...icorum & Grammaticorum vocabula, qvibus omnibus ...ngulis memorandis immorari nimis longum foret; de ...bus eruditè diſſerit apud Ubertũ Folietam Antonius San... de L.L. uſu & præſtantia l. 2. p. 127. & Goclen. in Ana... & Adm. 17. 28. Nimis igitur hìc vani & ſuperſtitioſi ſunt, ...eò temeritatis progrediuntur, ut ſpretis ſcientiarũ & ar... ...vocibus propriis, nihil admittant, in rerum Divinarũ & ...manarum tractatione, qvod non prius Ciceronianæ di... ...onis limâ fuerit expolitum. Hujus cacozelias eruditi jam ...lum poſtulârunt Cardinalem Bembum, qvi elegantiarum ...llianarum ubiq; nimis tenax, orationem Latinam tor...endo perdit & enervat, & affectatâ loqvendi cum Cice...ne, induſtriâ rerum pondus elevat. Sic l. 3. ep. 21. ſpiritus ...pſi eſt *aura Zephyri cœleſtis*; & alibi, *divinæ mentis aura*; ...ccatum, *animorum contracta labes*: qvaſi ſc. corpus ſit ...ἀμαρτία: Sacræ literæ, *antiqvæ litera*: Excommu...atio, *aqvæ & ignis interdicti pœna*: Fides, *perſvaſio*: Pro...gnaculum ſive agger è terra, *turris terrea*: Deus, *Dii im...rtales*, adeo ut ad Julium Pontificem ſcribat: *ut fidat Diis ...mortalibus, qvorum vicem gerit in terris.* Juſtus Lipſius ...ptam hanc & pravam imitandi rationem Bembo famili...em in Notis ad lib. 1 Polit. c. 9. ita perſtringit: *Bembus ...oſtri dignitate, & famâ vir fuit, qvem tamen hiſtoriâ ſuâ ...netà apud me non auxit. Jacet in narrationibus vel friget; ...verbis affectatiunculas habet, materie, aut viro ſacrò pa... ...m dignas. Nulla vox niſi ex Tulliano, aut Juliano penu: & ...t ſic dici non poſſunt (qvippe nova, vel iis ignota) mirò ver... ...um ambitu comprehendit. Ipſa etiam tota ſcriptio, & for...*

*mula*

*mula ſic compoſita, qvaſi hæc*
*illa ſtante. Sunt in qvibus ria*
*& cum tam curioſè à verbis ſib*
*dicam Tulliana non ſint, ſed*
ſunt, qvi in Philoſophicam
huntur multáq; ingrátiis culp
ut præ cæteris puritati ſtudui
tã criticô faſtu expungi, qvàn
Hâc cenſurâ nimis ſuperſtitio
diolanenſis Comment. in lib.
*Vorium,* ſummum virum per
eſſet, *contrarietatis* vocabulum
muſtaceo laureolam philologi
-nim *Macrobius* ante Victorium
Scipionis l. 2. c. 14: *Nunqvam*
*undémq; rem, unô eodémq; temp*
*ſitatis pertinentes eveniant.* Pa
*Marius Nizolius* vocem *Unive*
loſophos. Edidit enim qvatuor
bus eorum dogmata & diction
ctè ipſi reſponſum eſt ab anta
Pontarliano, *Univerſale* eſſe vo
ro de LL dixerit cauſam *univerſ*
*niverſalem*: & Qvintilianus, vo
onem *univerſalem*. Veluti igitu
nis autoribus relinqvimus voca
moda: ita è diverſo barbaroru
ipsô ſonô metuenda, cujusmod
ſophia & Theologia ſcatet, fugi
in primis nomine, cùm Hermola
tem politiſſimus & cultiſſimus(
Philoſophos, qvos Joannes Picu
ſed exercendi ingenii causâ con
ſuſcepit) moneat *barbaros & ſo*
*xiſſe unà cũ monſtroſis vocabulis*
*bus cùm res nulla ſubſint, intelligi*

Digitized by Google

...aberè ſint, ut Græci dicunt, πάντα μία κόνις. e. g. ...ecceitas, Ecceitas, complexionatus, organizatio, groſſô mo- ...dô pingvi Minerva. Breviter: Sit Philoſophorum dictio ſuperſtitioſa nimis nec ſupina, neq; ambitioſa nec ſordi- ...& horrida nimis. Hactenus peregrinas, barbaras, uſuq; rectè ...bentium minùs receptas examinavimus & excuſſimus: ...ne deinceps pronuntiationis barbariem & vitia ſub incu- ...n vocabimus. De qvibus audiamus Qvintilianum l. 1. c. 5: ...illa per ſonos accidunt, qvæ demonſtrari ſcriptô non poſ- ...t: vitia oris & lingvæ & ἰωτακισμοὺς & λαμβδακισμοὺς, ...ἰσχνότητας & πλατειασμοὺς, feliciores fingendis ...minibus Græci vocant: ſicut κοιλοστομίαν, cum vox qvaſi ...receſſu oris audiatur. Sunt etiam proprii qvidam & inexpli- ...iles ſoni, qvibus nonnunqvam nationes reprehendimus. ...motis igitur omnibus, qvæ ſuprà diximus, vitiis, erit illa ...vocatur ὀρθοέπεια, i. e. emendata cum ſuavitate vocum ...planatio, nam ſic accipi poteſt recta. Hæc Fabius. De ſin- ...lis ordine dicemus. Jotacismus Diomedi l. 1 eſt, cum i li- ...ra ſupra juſtum extenditur. e. g. qvando ultimum i in do- ...ni pronunciaturi continuant ac ſi eſſet litera gemina, jo- ...cismum vocant: uti placet Franciſco Pharaonio l. 2. p. 72. ...artianus Capella l. 5. de Elocut. jotacismum vocant ine- ...am literæ i repetitionem. Conſentit Iſidorus l. 1. c. 31 di- ...ns contingere jotacismum, qvoties in Iota litera duplica- ...r ſonus, ut Troiia, Maiia, ubi earum literarum adeo exi- ...erit pronunciatio, ut unum jota, non duo ſonare videa- ...r. Hinc ἰωτακίζω, jota freqventer repeto. Lambdacismus ...doro l. 1. Orig. c. 31. dicitur, ſi pro uno L duo pronuncie- ...us: ut Afri faciunt; ſicut Collogvium pro Conloqvium, ...l qvoties unum L exiliùs, duo largiùs proferuntur. Dio- ...edes l. 2. Lambdacismum committi ait, ſi Lucem primâ ...llabâ, vel Alma nimiùm pleno pronuncietur. Sed à Capel- ...l. 5. de Elocut. ad tædioſam hujus literæ repetitionem re- ...tur Lambdacismus ſic enim ſcribit: Lambdacismus eſt, ...ubi L plurimum diſſonat; ut, ſi dicas: Sol, & Luna, luce lu- cebant

*cebant albâ levi lactea.* Lab
natur, qvia veteres λάϐδα
chiô teſte in λαϐδα: qvod
cibus retinuit, dum dicit;
καλεῖ τὰς Λεσϐίας. *Iſch*
liter pronunciatur: eſtq; c
git cum aliæ conſonantes a
ut; *Crates* pro *grates*, *Bibo* p
*da.* De aſpiratorum nimio
*a* 5. *Parciſſimè eâ* (litera H)
*cum ados ircósq; dicebant,*
*nantibus aſpiraretur, ut in* C
*vi tempore nimius uſus, ut* ch
nes *adhuc qvibusdam inſcrip*
*tulli nobile epigramma eſt.* H
p. 242. putat indigitari à Q
qvod jam ſubjungemus; C
commoda vellet *Dicere, &* hi
*mirificè ſperabat ſe eſſe locutu*
*rat* hinſidias. *Credo ſic mater,*
*ternus avus dixerat, atq; avi*
*runt omnibus aures, Audibant*
*Nec ſibi poſt illa metuebant ta*
*nuncius horribilis: Ionios fluct*
*Jam non* Ionios *eſſe, ſed* Hioni
um aſpirationis exagitavit. In
rationem plerisq; vocibus ve
disq;, ut ſonus eorum eſſet viv
l. 2. Et Cicero ad Brutum ſcrib
*ita majores loqvutos eſſe, ut nuſ*
*uterentur, loqvebar ſic ut* pulcr
taginem *dicerem. Aliqvando ta*
*extorta mibi veritas eſſet, uſum*
*entiam mibi reſervavi.* Hæc illé
rat ſe vidiſſe aureolum numiſma

Digitized by Google

quo *Triumpus* ſine aſpiratione ſcribebatur. *Platiaſ-mus* eſt, cum vocales hiatu vaſto pronunciantur, de quo Quintilianus l. 9. c. 4. *Tum vocalium concurſus, qui cum accidit, hiat & interſiſtit, & quaſi laborat oratio. Peſſimè longa, quæ eadem inter ſe literas committunt, ſonabunt. Præcipuus tamen erit hiatus earum, quæ cavò, et patulò maximè ore efferuntur.* Sed de hoc vitio ex auctore ad Herenn. ſuperius dictum eſt in Synt. Nom. Anom. p. 783. unde etiam exempla peti poſſunt. Huic tamen crimini non obnoxia eſt Paronomaſia, quæ modicè & aptè adhibita ornamentum & condimentum quoddam orationis exiſtit. Quomodo illum verſum Ciceronis (*O fortunatam natam me Conſule Romam.*) à Quintiliano, & Juvenali Sat. 10. exagitatum, ob earundem ſyllabarum iterationem, magno verborum apparatu & conatu defendit Adamus Theodorus Siberus in Oratione de Cicerone habita VVittebergæ. Etenim Veteres Paronomaſiam in delitiis habuerunt. Cicero ad Brutum: *Res mihi* invisæ visæ *ſunt Brute.* Hoc Ciceroni excidiſſe ait Fabius l. 9. c. 4. Mihi, inquit Voſsius l. 4. Inſtitut. Orat. c. 53. ſecus videtur. *Nec enim dubito, quin placuerit id Tullio ob παρονομασίαν, vel ὀξύμωρον. Fabii judicium ſecutus eſt Eraſmus: quem eo nomine valde exagitat Caſar Scaliger, oratione illâ, quam adverſus eum doctiùs, quàm modeſtiùs, magisq; ad oſtentationem, & famæ aucupium ex magnitudine adverſarii, quàm veritatis ſtudio ſcripſit. Sed hanc culpam heros ille poſtmodo, pænitudine ductus, quodammodo eluit divino epigrammate, quo Eraſmum uſque adeo extulit.* Hæc ille. Sed plura hac de re Chriſtianus Becmanus in Manuduct. ad Lingv. Lat. c. 16. & P. Victorius Var. Lect. l. 36. c. 20. & l. 27. c. 11. Nec illud omittendum, quod aſperitas ſoni & durior literarum potestas nonnunquam de induſtria deſtinetur ipſius rei gravitati & vivo affectui exprimendo. Giſanius notat, à Lucretio l. 4. excogitatum eſſe aſperum hunc verſum: *Et boat, raucum retrò citâ barbara bombum,* Catullus de

Nupt. Pel. & Thetidos: *Multaque rauciſonos efflabant cornua bombos.* Lucret. de Serra: — *ſerra ſtridentis acerbum Horrorem* — Virgilius ſimiliter æmulatus eſt clamorem cornicis, dum pluviam provocat, ſexies A repetendo: 1 Georg. *Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.* Idem Æneid. 5. — *aſſiduè longè ſale ſaxa ſonabant.* Plurima id genus alia in Virgilio obſervavit Bartholomæus Maranta, Venuſinus in Lucullianis ſuis quæſtionibus, qui velut Latinus quidam Maſoreta incredibili induſtriâ ſingula pænè elementa Maronis expendit & in numerato habet, oſtendens ne vel tantillum à Virgilio fruſtrà aut temerè poſitum eſſe. Confer Jovianum Pontanum in Dialogo, qui *Accius* inſcribitur. Hæc de vitiis *Barbara & incondita* pronunciationis à Quintiliano recenſitis: quibus à Rodolpho Goclenio Problem. Grammat. l. 5. p. 223. hæc ſequentia adjunguntur: *Metaciſmus*, *Syrigmus*, κολοβότης, *Trauliſmus*. *Metaciſmus*, definiente Capellâ l. 5. eſt, cum verborum conjunctio M literæ aſſiduitate colliditur: ut ſi dicas: *Mammam ipſam amo quaſi meam animam.* At Diomedi vitium eſt *pronunciationis*, cum M profertur, ubi debet abſorberi: ut ſi vocem claudat, & ſequens dictio incipiat à vocali. Voſſius Orat. Inſtitut. l. 4. in utroque Grammatico Capella & Diomede legendum docet pro *Metaciſmus*, *Mytaciſmus*, quia eſt à Græco μῦ. *Syrigmus* eſt, cum S craſſiſſimè & pæne ſibilantes edimus: ut, ſi quis S tanquam ש Schin Ebræorum ſpumoſum pronunciarit, more Gileaditarum, Jud. 12. v. 6. Κολοβότης cum aliquid inter pronunciandum mutilatur & abſorbetur: ut, *Reminiſco* pro *reminiſcor*; de quo ſcitè Auſonius: *Qui* reminiſco *putat ſe dicere poſſe latinè. Is ubi* Co *ſcriptum eſt faceret* Cor *ſi cor haberet.* A Cicerone vocatur *ſpiritus defectio*, quia efficit ut ambitus orationis non niſi curtus & mutilus pronuncietur; aut ſyllabæ curtæ & aliqua parte truncatæ proferantur. A Plutarcho deſcribente vitia Demoſthenis in pronunciando, ap-

pellatur

pellatur πνεύματος κολοβότης, animæ anguſtia. *Traulismus* eſt balbuties, quando L locô R pronunciatur, quod vitium Alcibiadi ab Ariſtophane objicitur. De Demoſthene refert Cicero l. 1. de Orat. *Cum ita* balbus *eſſet, ut ejus ipſius artis, cui ſtuderat primam literam, non poſſet dicere, perfecit meditando, ut nemo planius eô locutus putaretur. Deinde cum ſpiritus ejus eſſet anguſtior, tantùm continendâ animâ in dicendo eſt aſſequutus, ut unâ continuatione verborum (id quod ejus ſcripta declarant) binæ ei contentiones vocis, & remiſſiones continerentur.* Et Plutarchus ait: *Cùm timidior eſſet Demoſthenes, quàm ut populi ferret clamores; ipſos canes acceſſerit, ut iis magiſtris hanc literam diſceret, itemque tophis ſubter linguam poſitis, magnam vim vocum, in quibus R eſſet identidem pronunciârit, ac in litore quoque cum maximè mare tempeſtuoſum eſſet, orationem recitârit, quò aſſueſceret contemnere fremitum inſanæ multitudinis.* Videatur Paulus Leopardus l. 12. c. 6. qui Plutarchi hac de re verba emendat, nec non Photius in Bibliotheca cod. 265. Balbis *affines, ſunt* blæſi, *qui impeditioris ſunt linguæ.* Mart. l. 10. *Os* blæſum *tibi debilisque lingua eſt.* Ovid. l. 1. de Art. Blæſaque *ſit juſſo lingua coacta ſono.* Hæc & alia pronunciationis vitia, quæ vel naturæ quâdam pravitate, cum tenera ætate ſuccreverunt, vel malignâ conſuetudine inoleverunt, ut infelix lolium ſtatim exſtirpanda, & velut in ipſa ſtirpe enecanda. — *nam ſerò medicina paratur, Cum mala per longas invaluêre moras.* Imò, *Quô ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem Teſta diu* — Hinc Fabius l. 1. c. 1. *jubet cavendum eſſe ante omnia, ne ſit vitioſus ſermo nutricibus. Has primùm audiet puer, harum verba effingere imitando conabitur. Et naturâ tenaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus annis percipimus: ut ſapor quò nova imbuas durat: nec lanarum colores quibus ſimplex ille candor mutatus eſt, elui poſſunt. Et hæc ipſa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora ſunt. Nam bona facilè mutantur in pejus: nunc quando in bonum verteris vitia? Non aſſueſcat*



Digitized by Google

*ergo, ne dum infans quidem eſt, ſermoni qui dediſcendus ſit.* Hæc Fabius. Quod ſi verò contingat, (ut ſæpe proh dolor! fit) ut puer quaſi cum lacte nutricis diſtortioris linguæ vitia ſuxerit, arte & diſciplinâ opus erit, ut illa emendentur. Dabit igitur operam prudens teneræ pubis moderator, ut diſcipuli etiam nunc tirones, & linguæ Latinæ rudes jam inde à principio claræ, diſtinctæ & cultæ pronunciationi aſſueſcant. Quod quò faciliùs aſſequatur, ſtudioſè diligenterque obſervabit, in quod quisque vitium magis propendet, & vel in primis, quibus præcipuè vitiis laboret ea natio, in qua ſibi commiſſam juventutem inſtituet: nam ſingulis ferè nationibus domeſtica quædam, ac nativa inſunt vitia, quibus Latini ſermonis ſplendor obſcuratur, atque pœne obruitur. Hoc munus Poetis olim Horatius aſſignavit 2. Ep. 1. *Os tenerum pueri, balbumque poeta figurat.* Olim quidem corrigendæ voci habebant Φωνασκὰς, ex quorum præſcripto inter alia remedia utebantur liquidis plaſmatis, h. e. medicamentis: unde Perſ. Sat. 1. — liquido *cum* plaſmate *guttur Mobile collueris* — Et quia, ut Menander apud Stobæum ait, Ἁλωτὰ γίγνετ' ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ Ἅπαντα — h. e. Labore curaque aſſequi quidvis datum eſt; ideò incommoda naturæ commodâ aliquâ ratione vincere oportet. Præcipiunt formandæ vocis magiſtri congerendam eſſe magnam verborum ſylvam, quorum pronunciatio difficilior ſit, quibus cum tam diu barbarophoni luctabuntur; donec linguæ barbariem excuſſerint, & dedidicerint. Hoc idem Quintilianus l. 1. initio vehementer præceptoribus commendat, his verbis: *Non alienum fuerit ab iis ætatibus, quo ſit abſolutius os, & expreſſior ſermo, ut nomina quædam verſusq; affectatæ difficultatis ex pluribus aſperrimè coeuntibus inter ſe ſyllabis catenatos, & velut confragoſos quàm citatiſſimè volvant, χαλινοὶ Græcè vocantur. Res modica dictu, qua tamen omiſſa multa linguæ vitia, niſi primis eximuntur annis inemendabili in poſterum pravitate durant.*

[illegible]. Plura de vocis vitiis & virtutibus vide paſſim a-
[illegible]undem Quintilianum l. 1, c. 1 & 11. nec non apud Ju-
[illegible] Pollucem Onomaſt. l. 2. c. 26. Lud. Vivem l. 3. de
[illegible]endis diſciplinis, Eraſm. Roterodamum de Pronun-
[illegible]one Græcæ & Latinæ Lingvæ, Theodorum Biblian-
drum de Ratione communi omnium linguarum p. 155, 156.
Hæc de BARBARISMO ejusque varietate: nunc por-
rò in SOLOECISMI originationem, ſignificationem
& uſum inquiremus. Ubi I. vocis etymon expendendum,
SOLOECISMO à *Solone* ſapientiſſimo primùm hâc
occaſione nomen inditum eſt, ut Diogenes Laertius refert
in vita Solonis. Etenim l. 1. de Vita Philoſophorum ſcri-
bit Laertius, Solonem à Crœſo in Ciliciam profectum, ur-
bem ibi condidiſſe & à ſuo nomine *Solos* appellaſſe, in quam
paucos Athenienſes tranſtulit, qui progreſſu temporis
τὴν φωνὴν ἀποξενωθέντες h. e. patrium ſermonem
corrumpentes, dicti fuerint σολοικίζειν, q. d. ipſo ſono
& voce ſeſe prodere *Solis* habitaſſe, ibique concinnum &
Atticum loquendi genus Solœcenſi & barbaro permutâſſe.
Valeat ergo iſta notatio vocis, eamque ſibimet habeat Eu-
ſtathius, quâ *Solœciſmus* dicitur ὁ τοῦ σόου λόγου αἰκισ-
μός id eſt, integræ orationis corruptio, quippe quæ ex
plurium vocum centone conſuta & conflata, tanquam in-
commoda, longéque petita, meritò exploditur. II. *Si-
gnificationem* quod attinet: jam laxô dicendi genere pro
*quovis errore* etiam *morum* ſumitur: ut, Juv. — Solœ-
ciſmum *liceat feciſſe marito*, & Martialis: *Unus cum ſitis,
duo Calliodore ſedetis: Surge*, Solœciſmum *Calliodore fa-
cis*. Unde Nigrinus apud Lucianum taxat quoſdam
σολοικισμοὺς τῶν ἡδονῶν, ſeu, homines περὶ τὰς ἡδο-
νὰς σολοικίζοντας, *qui immoderatè utuntur voluptati-
bus*. Jam preſſius uſurpatur pro *vitio orationis*, quando
ut ait autor ad Herennium l. 4. *verbis pluribus conſequens
verbum ſuperiori non accommodatur*: ſeu, ut Diomedes
l. 2. *Solœciſmus eſt contra rationem Romani ſermonis
diſtur-*

*diſturbans orationem, & vitium in contextu partium orationis contra regulam artis Grammaticæ factum, id eſt, non conveniens rationi ſermonis junctura verborum.* Dicitur etiam Latinis *Imparilitas*, à vetuſtioribus, *Stribiligo*; à verſura videlicet, & pravitate tortuoſæ orationis. nam *Stribiligo* eſt à verbo στρεβλόω *torqueo, depravo*: de quare Gellius l. 5. c. 20: Solœciſmus *Latino vocabulo ab Aſinio Capitone ejusdemq́; ætatis aliis* Imparibilitas *appellatus, à vetuſtioribus Latinis* Stribiligo *dicebatur, à verſura videlicet & gravitate tortuoſæ orationis, tanquam* ſterobligo *quædam. Quod vitium Aſinius Capito in literis, quas ad Clodium Thuſcum dedit, hiſce verbis definit:* Solœciſmus *eſt, inquit, impar & inconveniens compoſitura partium orationis.* III. Diſcrimen inter *Solœciſmum* & *Barbariſmum* conſtituendum. Barbariſmus *dictionem*, Solœciſmus *orationem* vitiat: ille *unam vocem*, hic *plures* corrumpit. Unde Chariſius: *Barbariſmus* eſt *una* pars orationis corrupta: Solœciſmus *oratio* inconſequens. Autor ad Herenn. *Vitia in ſermone quo minùs is Latinus ſit, duo poſſunt eſſe: Solœciſmus & Barbariſmus. Solœciſmus eſt, cum verbis pluribus conſequens verbum ſuperiori non accommodatur. Barbariſmus eſt, cùm verbum aliquod vitiosè effertur.* Quæ verba probat & fuſiùs explicat in Comment. Mic. Toxitæ Rhætus p. 415. Hæc differentia etiam Græcis placuit. Euſtathius: ὁ μὲν βαρβαρισμὸς, ἁμαρτία ἐστι προφορᾶς περὶ λέξεις ἢ τόνους γινομένη. ὁ δὲ σολοικισμὸς, περὶ σύνταξιν ἐννοίας, σῶον λόγον αἰκίζων. i. e. *Barbariſmus* eſt vitium pronunciationis, quod fit circa *dictiones* aut *tonos*: *Solœciſmus* verò eſt in *conſtructione* ſententiæ integram orationem fœdans. Et *Suidas*, *Barbariſmus* eſt λέξις i. e *dictio* è vitiis contra conſuetudinem celebrium Græcorum. Solœciſmus eſt λόγος ἀκαταλλήλως συντεταγμένος id eſt, *oratio inconcinne compoſita.* v. g. *Ego deambulans corruit murus.* Hoc

Græ-

Digitized by Google

[illegible]rum & Latinorum diſcrimen nonnulli penſi non [illegible], confundentes *Barbariſmum* & *Solœciſmum*. Jo-[illegible] Starckius Inſtitut. Philolog. & Rhetoricâ de Stilo [illegible] Sect. 1. exiſtimat *Solœciſmum eſſe vocum Latinarum* [illegible]*ionem & inflexionem, eamq; fieri ſecundum omnes* [illegible] *Grammaticæ; idque* 1. *quando vocabula non rectè* [illegible]*tur, ut*: Muſeum *pro* Muſæo. 2. *Quando vox non* [illegible]*nunciatur*, ut: Compéritor *pro* Competitor. Re-[illegible] *pro* Régimen. 3. *Quando vox non rectè inflecti-*[illegible]: Paragraphus *Gen. Maſcul.* pro Fœmin. Sal, gen. [illegible] pro Maſc. Corbis gen. Maſc. pro Fœm. Sed hæc [illegible] propria ſunt *Barbariſmi*, ut ſuprà oſtenſum eſt. [illegible], ſi quis dixerit, nullum metuendum eſſe ſive *Barbariſ-*[illegible] ſive Solœciſmum, ut Starckius putat, ſicubi *Sal* Neutro genere fuerit uſurpatum, à vero nihil alienum affirmaverit. Auſonius Eidyl. 17. Irritamentum quibus additur æquoreum *Sal*. Columell. l. 12. c. 53. *Deinde in ſeriam ſubſternitur* Sal coctum, *ſed modicè (ut ſuprà diximus)* infractum *deinde offulæ carnis ſpiſſè componuntur, & alternis ſal ingeritur.* Confer Etymolog. p. 124. IV. Diſtinguendum erit inter *verum Solœciſmum* & inter *Solœcophanes ſive apparentem Solœciſmum*; ſic dictum, quòd ſpeciem quaſi aliquam Solœciſmi præ ſe ferat, licèt Solœciſmus reverà non ſit. Utrumque majoris lucis causâ exemplis illuſtraturi ibimus. Solœciſmi ſunt: *Stare cum vel pro aliquo, Civitate recipere, Civem facere, Attendere alicui, Curam alicujus ſuſcipere, facere*, quando Medico attribuitur, *deficit mihi aliquid, intentare proceſſum, Invenire gratiam apud aliquem, Dicere in aure, Emere promptâ pecuniâ. Secũdum meum ſenſum, Comparere ante aliquem, Pecuniam ad intereſſe accipere, Perdere proceſſum, amittere jus, judicium.* Pro quibus Cicero dixit: *Ab aliquo, vel cum aliquo eſſe vel ſtare, Aſcribere aliquem in civitatem, vel civitati, Attendere aliquem, Curationes adhibere morbis, id me deficit, jure experiri, inire ab aliquo gratiam, Inſuſurrare alteri in aurem, vel ad aurem. Repræſentare, aut Repræſentatione*

*emere. Ex animi meì ſententia, Siſtere ſe, Facere verſuram, Causâ cadere.* Conſimiliter σολοικίζειν cenſentur corruptæ illæ locutiones: *Opus operatum, facere ſermonem, multum de ſe tenet, venit in magnam impietatem, ſtat pro ſpeculo, eqvitat in aſino, pro mea perſona, pro poſſe & velle noſtro, legere bibliam.* Nec illud omittendum, quòd *Solœciſmorum* numerum augeant *idiotiſmi nationum,* qvi pro earundem varietate variant. Id qvod Latinæ lingvæ decus nunc uſq; adeo obſcuravit, ut non modò diſſimilima ſit illi genio lingvæ, qvô olim integro incorruptóque Romani ſunt uſi: ſed & alia nunc Itali, alia Galli, alia Germani, alia Dani, alia Angli, alia *Belgæ* lingvâ Latinè loqvi videantur. Quæque enim gens & natio eam ad ſuæ lingvæ modum deflexit, & vernaculis qvibusdam Solœciſmis contaminavit. Cujus rei exempla, licèt ubertima è qvotidiana κακοζηλίᾳ & domeſticâ loqvendi pravitate peti poſſint: tamen ut fictam Latinitatis larvam juventuti ob oculos ponamus, atque qvam maximè inviſam & odioſam reddamus; age duorum in primis ſcriptorum ſuæ lingvæ Idiotiſmos in Latina oſtendentium veſtigia ſeqvamur. Conſtantinus Cajetanus Italus ut contra Roſvveidum evincat, ſcriptorem libelli de Imitatione Chriſti, qvi vulgo Thomas à Kempis audit, eſſe natione Italum, ſc. Ioann. Gerſen Abbatem Vercellenſem *Benedictinum*, has inter alias loqvutiones collegit è libro nominato de Imitatione Chriſti, quæ, ipsô Judice Italicum idiotiſmum ſapiunt. l. 1. c. 3. *Qvanto aliqvis magis ſibi unitus & interius ſimplicatus fuerit.* c. 4. *Cùm ſapientia & conſcientioſo viro conſilium habe.* l. 2. c. 3. *Homo paſſionatus etiam bonum in malum trahit.* l. 3. c. 8. *Si autem me viliſicavero, & ad nihilum redegero, atque ſicut ſum pulverizavero.* & c. 15. *In manu tua ſum, gyra & reverſa me.* & c. 50. *Non me ſinas ſecundum auditum aurium hominum imperitorum ſententiare.* l. 4. c. 12. *Ille nihil aliud habeat ad retribuendum beneficiis ejus, niſi ſe humiliando, & ei regratiando.* E contrario Roſvveidus probaturus

turus

quus ſcripti de imitatione Chriſti autorem *Belgam* aut Flandrum eſſe, pari induſtriâ *Belgicæ* ſive Flandricæ linguæ proprias loqvendi rationes conqviſivit & ex eodem libro excerpſit. l. 1. c. 1. *ſi ſcires totam Bibliam exteriùs* &c. 55. *Magna ſapientia eſt, non eſſe præcipitem in agendis, nec pertinaciter in propriis ſtare ſenſibus*. l. 3. c. 44. *Si benè ſteteris cum Deo, facilius te victum portabis*. c. 46. *Quare tam parva tibi ad cor tranſeunt?* c. 47. *O ſi tibi hæc ſaperent, & profundè ad cor tranſirent*, &c. Hos loqvendi modos tanqvam Italiciſmum & Flandriſmum ſpirantes adferunt, ut alter probet Italum, alter *Belgam* dicti opuſculi autorem fuiſſe. nos verò eô fine eoſdem recenſuimus non ut patronum habeant cœleſtis ſapientiæ Myſtæ, dum popularium ſaluti conſulentes, Latini ſermonis elegantias ad gentis ſuæ idiotiſmos deflectunt. Hæc enim calva eſt violandæ Latinitatis excuſatio, qvam in Grammatico profano Comment. 127. p. 475. prætendit Sandæus. Qvin potius has loquendi formulas eò attulimus, ut cynoſuram habeat prætextata ætas ob oculos poſitam, cujus ſignô præmonita caveat ſibi, ſi qvando inciderit in autores minimè Latinos, ne impingat, in ſcopulos Solœciſmorum, exſurgentium è vernaculi ſermonis impuro fundo, aut è barbari ſeculi corruptâ loqvendi conſvetudine. Hujus qvia tenaciores ſunt teneræ & in lapſum pronæ mentes, non tam confirmandæ, qvàm abſterrendæ ſunt, ut ſordes orationis vitent. Imò tantò magis cautô opus erit, qvantô citiùs & ſæpiùs hic, etiam à viris magni nominis, peccetur. Exempla in promptu ſunt. Holofernes Krigſœderus in Reſponſione pro Caſparo Scioppio Caſaubonum Latinarum & Græcarum literarum peritiſſimum, & antiqvitatis Sacræ & profanæ antiſtitem clariſſimum hujus vitii inſimulavit, eique dicam neglectæ Latinitatis ſcripſit. Etenim manipulum Solœciſmorum & barbariſmorum è paucis Caſauboni, ut ait, ad Cardinalem Perronium pagellis collegit, qvem ille ſpecimen Elegantiarum Cazoboniarum per Ironiam vocat. Nobis hæc paucula aſſignaſſe ſuffecerit, *Juſſit*

*me, ut hoc tibi ſignificarem*, pro, juſſit mihi *ut ſignificarem*. *In ditione aliqva degere*, pro in regione. *Rebus ſic ſtantibus* &c. His addit Barbariſmum *Impræſentiarum*, pro *Impræſentia*. In qvo ipſe Holofernes bis hallucinatur. Primò qvòd cavilletur vocem *Impræſentiarum* vitioſam & barbaram eſſe. Nam eam facilè vindicaverint Latini autores. M. Porcius Cato, de Re Ruſt. c. 144. *Ne qvis concedat, qvo olea legunda & faciunda carius locetur extra qvam ſi qvem ſocium* impræſentiarum *dixerit*. *Siqvis adverſum ea fecerit, ſi dominus aut cuſtos volent, jurent omnes ſocii*. Ita legit doctiſs. Meurſius à qvo Cato poſt ultimam A. Popmæ editionem centum amplius locis auctus & correctus eſt. Et ne dicas hunc proletarium eſſe autorem, à Salluſtio l. 1. Hiſt. tanqvam *Romani generis diſſertiſſimus* laudatur, ejusque orationes à Cicerone in Bruto & *rebus & verbis illuſtribus referta* perhibentur. Tacitus l. 4. Hiſt. *Plerumque tamen qvid* impræſentiarum *conduceret oblitum*. Secundò, qvòd Holofernes ſuam ipſius prodat barbariem, ſubſtituendo vocem corruptam & vitioſam, Impræſentia. nam, *In præſentia*, Latinum eſſe ſuprà Synt. Præpoſit. p. 1250. teſtimoniis Latinorum probatum eſt; *Impræſentia* verò rectè & Latinè dici, nec dum ulla Latinorum autoritate confirmatum eſt. Hujusmodi Solœca notavit in Cardano Julius Scaliger, & Gaſpar Scioppius in ejus filio: qvippe qvi in Scaligero Hypobolimæo p. 231. 238. 240. dictionem Joſephi Scaligeri virgulâ cenſoriâ caſtigat; parique cenſura Richardus Montacutius in Analect. Eccleſiaſt. Exercit. 7. Sect 8. p. 261. Baronii orationem tanqvam minùs Latinam ſugillat, excuſante eum fruſtrà Bulingerô. Cæterùm, non eſt qvod qvisqvam demiretur excidiſſe viris eruditis locutiones nonnunqvam Latinitati adverſas, qvi toti in ſententiarum pondere expendendo occupati, & variis profundarum rerum cogitationibus diſtracti, minùs ad verba animum adverterunt, cum etiam non dubitent nonnulli eloqventiæ Romanæ parentem Solœciſmorum inexcuſabilium accuſare, Eraſmus in Ciceroniano p. 20. Edit. Toloſ.

o[illegible]. 1623. ait: *Eruditi non negant in Ciceronis ſcriptis in-* e[illegible] *Solœciſmos inexcuſabiles.* Sed Eraſmus acrem ſatis a[illegible]torem nactus eſt Julium Cæſarem Scaligerum, qvi, [illegible]ratione primâ contra Eraſmum p. 38, 39. Ciceronem ve-ementer defendit, eumque *Solœciſmorum* crimine abſol-it. non immeritò. multa enim occurrunt in lectione bo-norum autorum, qvæ faciem qvidem Solœciſmi habent, e vera tamen *Solœciſmi* non ſunt, ſed ut Euſtathius loqui-tur σολοικοφανῆ σχήματα. h. e Schemata ſive figuræ qvæ *Solœciſmi* faciem habent. Qua de re eleganter Phi-lippus Rubenius l. 2. Elect. c. 16. *Sunt, inqvit, in optimis autoribus, qva utique non ferant Grammaticorum leges.* Tale id Agellii l. 1. c. 14 *Multis magnisq́ rebus*, qvæ *benè ac benevolè feciſſet* pro, qvas. Idem l. 4 c. 18. *Quàm fue-rit altus animô, atq́ magnificus, & quâ ſui conſcientiâ ni-xus, pluribus* rebus qvæ *dixerit, qvæqve fecerit declaratum eſt.* Etiam ille Romanâ primus Criſpus in hiſtoria: *Abun-dantia earum* rerum, qvæ *prima mortales ducunt.* Ad rem ſc. ipſam, non ad voculam attendere nos voluerunt. Sic Gellius l. 1 c. 25. *Idcirco ex iis*, qvibus *dixi vocibus*, pro, *quas dixi.* & l. 2 c. 26. *Sed in iis tamen coloribus*, qvibus *modò dixiſti.* pro, *qvos dixiſti.* Hirt. de bell. Afric. Dum hæc ita fierent, rex Juba cognitis Cæſaris difficultatibus, non eſt viſum ſpacium convaleſcendi. Hæc & id genus alia in autoribus etiam melioris commatis obſervare eſt, qvæ licèt ab imperitioribus tanqvam turpia Solœciſmo-rum vitia traducantur, tamen nil aliud qvàm σολοικοφανῆ σχήματα ſunt, h e. figuræ ſive ſchemata, qvæ exte-riorem *Solœciſmi* habitum præ ſe ferunt. Auguſt. l. 23. contra Fauſt. c. 25. hujus rei meminit his verbis: *Si-miles autem ſunt, qvi in magnis iſta reprehendunt, pueris imperitis in ſchola, qvi qvum pro magno didicerint, nomini numeri ſingularis, verbum numeri ſingularis eſſe reddendum, reprehendunt Latinæ lingvæ doctiſſi-mum autorem, qvia dixit:* pars in fruſtra ſecant. *Debuit*

*enim,*

Digitized by Google

*enim, inquiunt, dicere*, ſecat. *Et, quia norunt religionem dici, culpant eum, quia geminatâ literâ dixit*: Relligione patrum. Hæc Auguſtinus: quæ ſi ad animum ſumerent audaculi nonnulli & parum religioſi *Solæciſmorum* architecti, nequaquam atrâ calami notâ divinis Novi Fœderis tabulis *Solæciſmi* labem affricarent. Beza in verbis cœnæ apud Lucam diſertè ſcribit eſſe *Solæciſmum*, ut notat Caſp. Finckius in Schediaſm. part. 1. ſched. 54. p. 164. Eundem quidam Goclenii Collega Marpurg. teſte Finckiô, obtrudit verbis Matthæi c. ult. πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη βαπτίζοντες αὐτούς. Verùm hic *Syntheſis antecedentis & relativi* eſt, quæ paſſim obvia in Latino, Græco, & Ebræo ſermone, uti ſuprà claris teſtimoniis evicimus p. 1370. de Figuris Syntacticis. Fruſtrà etiam ſolicitant locum Apoc 1. v. 4, Eraſmus, Caſtalio, Alphonſus Salmeron, Gagneius: quem locum Franc. Ribera & Beza ſtudiosè defendendum ſuſcipiunt. De ſimilibus quæ Goclenius citat, l. 5. Gram. Probl. Miſc. 25. p. 259. idem eſto judicium. Hic enim diſtichon doctiſſimi viri, Georgii Paſoris, Græcarum literarum in Franeqverâna Academia Profeſſoris Clariſſimi vehementer arridet, quô ſuum erga ſacra biblia affectum teſtatur hoc modô: *Falx critica in quosvis per me graſſetur: At unis à bibliis fas eſt abſtinuiſſe manum.* Caveant itaque ſibi κριτικώτατοι illi Solæciſmorum lynces. Caveant etiam ſibi naſutuli tirones, ne ipſis Latinitatis ſummis autoribus *Solæciſmi* notam inurant, ſiqvandò qvædam in iis aliter ſcripta offenderint, quàm ipſi didicerunt. Quotus enim qvisque hæc ferret, *punitus es inimicos tuos, videtur Ariſtotelem multa obſcurè tradidiſſe, graviſſimè me nocuiſti*, niſi Latinorum accederet autoritas. Cic. Pro Mil. Inimiciſſimum punitus es. Idem 5. Tuſcul. *Non* videtur *ad beatè vivendum ſatis* poſſe virtutem. Gell. l. 19. c. 8. Videtúrne tibi *C. Cæſarem de ſtatu verbi contra te ſatis apertè, ſatisq́ue conſtanter pronunciaſſe*? Id. l. 1. c. 16. Videbatur *qvibusdam* Metellum Cenſorem, *cui cum conſilium*

*urum eſſet, ad uxores ducendas populum hortari*, non oportuiſſe, *nec de modeſtia, incommodisq́; perpetuis rei uxoriæ* commentari: *nec* adhortari *magis*, qvàm *diſſvadere. Nocere* non ſolùm Accuſativo junxit Plautus, ſed etiam Senec. l. 5. controv. contr. ult. *Dum filium vindico, ubi* me *graviſſimè* nocere *poſſit, oſtendit. Quàm multa* (inqvit Alvarus de Conſtr. Figur. p. 414.) *olim benè Latinè dicta ſunt, qvæ hodie barbarè, atque ruſticè dici putantur, cum reperta, lectáq; fuerint apud eos, qvi Conſtantini Cæſaris ætate, vel proximo ſeculo ſcripſerint, qvæ apud Ciceronem, Cæſarem, Quintilianum, aliósque qvi modò extant, non leguntur. Quaſi verò non fuerint eodem tempore referta bibliotheca optimis ſcriptoribus, qvorum vix nomina modò ſuperſunt.* Hæc ille. Diffiteri tamen non poſſumus, qvin veteres Grammatici *Solœciſmum* latiùs extenderint, adeo, ut nullum ſchema, Etymologicum vel Syntacticum fuerit, quod non eorum judiciò cum *Solœciſmo* aliquid commercii habuerit. Hinc Diomedes l. 2. tradit *Solœciſmum* fieri *qvatuordecim* modis: *Immutatione generum*, tam *Nominis*, qvàm *Pronominis, Caſuum, numerorum, perſonarum, temporum, per qvalitatem verborum, per modos verborum, per adverbia, per præpoſitiones, per gradus collationis, per geminationem, per accentum, per ordinis immutationes.* Hæc ille. Conſentit Quintilianus l. 1. c. 5. *Qui pleniſſimè qvadripartitam volunt eſſe rationem* (Solœciſmi) *nec alia qvam Barbariſmi: ut fiat Adjectione:* ut, *Veni* de *Suſis* in Alexandriam. *Detractione*, Ambulo viam, *Ægypto* venio. Ne hoc fecit. *Tranſmutatione, qvâ ordo turbatur.* Qvoque ego, Enim hoc *voluit*, Autem non *habuit. Et mox: Hæc tria genera quidam deducunt à* Solœciſmo, *& adjectionis vitium,* πλεονασμὸν: *detractionis,* ἔλλειψιν: *inverſionis,* ἀναστροφὴν *vocant: qvæ ſi in ſpeciem Solœciſmi cadant,* ὑπέρβατον *eodem qvoque modo appellari poſſe.* Ex hac Quintiliani & Diomedis ſententia, (quam Chariſius & Donatus probant, & ex recentioribus Nicolaus Perottus in

Rudim

Rudim. Gram. p. 107. Franciſcus Pharaonius Inſtit. Gram. p. 93. ſeqvitur, *Pleonaſmum, Ellipſin, Enallagen, Antimeriam, Antiptoſin, Hyperbaton* &c. Solœciſmos redolere. Sed latiùs hìc ſumitur vox *Solæciſmi*, pro qvovis ſchemate ſive Etymologico, ſive *Syntactico*, qvod à communi loqvendi ratione deflectit. Id qvod ipſe Diomedes indicat. *Apud Poëtas*, inqvit, *Barbariſmus* Metaplaſmus *dicitur; Solœciſmus Schema nominàtur*. eadem planè habet Chariſius l. 4. Inſtitut. Grammat. Breviter & rotundè ut dicamus, quævis Anomalia juſtam inter ſe partium conſtructionem mutans, communi nomine ab antiqvis Grammaticis vocatur *Solæciſmus*. Sed verò neutiquam *Schema* dici meretur Solœciſmus, qvando ſtrictius ſumitur pro vitioſa plane partium Orationis conſtructione, qvo modo à nobis ſuprà definitus eſt. Atque hôc ſenſu rectè Caſparus Finckius in Schediaſm. p. 1. p. 161. negat *Solœciſmum* eſſe Schema ſive figuram Grammaticam. Hæc de duobus *communibus* ſermonis Latini vitiis eorúmque variâ ſignificatione & uſu dicta ſuffecerint; qvibus nonnulla magis *ſpecialia* non modò *obſcura*, ſed etiam *inornata* orationis vitia ſubjungemus. *Obſcura* orationis vitia vulgò ſunt βραχυλογία, μακρολογία ſive περισσολογία, ἀκυρολογία, ἀμφιβολία, & ὑπέρβατον obſcurum.

I. Βραχυλογία eſt *nimia ſermonis brevitas*. Fit autem *bifariam*: *primò*, cum ſermoni deeſt aliqvid, qvo qvod minùs plenus ſit, obſcuratur oratio. Quintiliano vocatur jam μείωσις, jam Synecdoche, jam Eclipſis. Μείωσις: ut, l. 8. c. 3. *Vitanda & μείωσις, cum ſermoni qvidem deeſt aliqvid, qvo minus plenus ſit: qvanqvam obſcura potiùs, qvam inornata orationis vitium eſt. Sed hoc qvoque cum à prudentibus fit*, ſchema *dici ſolet*. Hæc ille. Hujus generis βραχυλογίαν ſive μείωσιν habes in Plinio l. 18. c. 7. *In Transpadana Italia ſcio* vicenas qvinas *libras farris modios pendere, circa Cluſium* & ſenas. pro, *vicenas, & ſenas* Synecdoche, ut idem l. 9. c. 3. *Atque per detractionem fiunt figuræ*

[illegible], *brevitatis novitatis maximè gratiâ petuntur*. *Qva*[illegible] *eſt una ea, qvam libro proximo in Figura Diaſtoles, Sy*[illegible]*oche, cum ſubtractum verbum aliqvod ſatis ex cæteris* [illegible]*igitur*. ut, Cœl. in Ant. Stupere *gaudiò Græcus*. *ſi*[illegible] *enim auditur*, cœpit. Eclipſis. ut l. 1. c. 5. qvi locus [illegible] nunc adductus eſt. *Secundò* fit βραχυλογία, qvando res amplæ, graves & naturâ difficiles anguſtò nimis & conciſo ſermone efferuntur, de qvo βραχυλογίας genere ita Cicero in Bruto: *Huic ætati ſuppares Alcibiades, Critias, Theramenes: qvibus temporibus qvod dicendi genus viguerit, ex Thucydidis ſcriptis, qvi ipſe tum fuit, intelligi maximè poteſt. Grandes erant verbis, crebri ſententiis, compreſſione rerum breves. & ob eam cauſam interdum ſubobſcuri.* utroq; βραχυλογίας genere nec non Metaphorarum denſâ copiâ Perſianum carmen deformatur & obſcuratur. A conciſa itaque & affectata nimis brevitate abſtinendum, in qva Ellipſium multitudo & abruptæ periodi tenebras Orationi offundunt, adeo ut ſæpe plus triplo oporteat intelligi, qvàm legitur. Verè olim Horatius in Art. Poët. — *brevis eſſe laboro, Obſcurus fio* — *Brachylogia* affine eſt ἀνανταπόδοτον i. e. non reddens, vel redditione carens, cum ſc. prætereitur ἀπόδοσις, ſive membrum illud qvod priori reſpondere deberet, Luc. 13 v. 9. *Et ſi qvidem tulerit fructum: ſin minus poſtea exſcindes eam.* pro, ſi tulerit fructum, ſines eam creſcere. Omni tamen vitiò vacat conciſum hoc ἀνανταπόδοτον ab Evangeliſta uſurpatum, qvippe Atticis familiare & Æliano crebrum; ut nihil jam dicam de Athenæo, Thucydide & Xenophonte, in qvibus hujus exempla jam dudum obſervârunt eruditi. Et à Qvintiliano l. 8. c. 3. qvædam ſermonis brevitas & βραχυλογία laudatur. *Eſt verò*, inquit, *pulcerrima, cum plura paucis complectimur*, qvale illud Saluſtii eſt: *Mithridates corpore ingenti perinde armatus. Hoc malè imitantes ſeqvitur obſcuritas.* Rectè olim Lipſius: *Nihil melius brevitate, ſed ſi ſimplex,*

Digitized by Google

*ſimplex* ...
*tum* ...
*γία*, ...
Quintilian ...
*non impeti* ...
Sic Bembi quan ...
tellectum ...
Bembus ...
*bilitatem, &* ...
*imperio poſſ* ...
*me repetuntur* ...
*temporum* ...
*eam ſententiam* ...
*ſtatuerent* ...
*ſent: Deum Opt. Maximum* ...
*quam de terra* ...
*de flebili* ...
*caelum ipſum* ...
*acriſsimarum* ...
*utilitatis atque* ...
*mulierum* ... *initiis* ...
*tientiaq; ſua* ... *fructus* ...
*ret.* Hæc ille. Magna hæc, verb...
rant, quàm ornant Orationem, ...
ctum turbant. Prudenter magno...
landis virginibus ait: *Naturalis* ...
*gratum & neceſſarium eſt, quam* ...
*roſus & vanus eſt.* Huic adju...
tanqvam vitium vicinum eſt ...
*μακρολογία*, ſitq; cum ſuperva...
tio, qvibus nec intellectus adjuva...
tur: Nam illud Virgilii 4. Æneid...
*hauſi*, vitioſum non eſt, qvia, qvod ...
gratiâ adhibetur. Huic vicina Per...
tur, inqvit Fabius: de qva Vechner...

III. Ἀκυρολογία, cum vocibus impropriis ſermo ... ratur. e. g. qvando meros Tropos & Catachreſes ... t oratio, mox umbra verborum rebus lucem adimit. ... Qvintilianus l. 8. ſub initium cap. 2. *Perſpicuitas in ... præcipuam habet proprietatem.* & Ariſtoteles Top. 6. ... πᾶν ἀσαφὲς τὸ κατὰ μεταφορὰν λεγόμενον ... omne id obſcurum, qvod per metaphoram dictum ... Etenim mens noſtra, ſignificationis varietate diſtra... impeditur, qvo minùs facile & cito res vocibus tropicis ...tas intelligat. Quare proprietas verborum magnope... commendatur, tanqvam ſermonis lumen. Ariſtoteles Rhet. l. 3. c. 2. ait; *Ex nominibus & verbis perſpicuam qvi... orationem efficiunt* τὰ κύρια id eſt, *propria.* Qvæ... verò ſint *propria* indicat Cicero l. 3. de Orat. *Propria ... & certa qvaſi vocabula rerum pene unà nata cum rebus ipſis.* & Auguſtino l. 2. c. 20. de doctr. Chriſt. *Propria dicuntur, cum his rebus ſignificandis adhibentur, propter qvas ſunt inſtituta, ſicut cùm dicimus bovem, intelligimus pecus, qvod omnes nobiſcum Lingva Latinæ homines hoc nomine vocant.* Quando verò proprietatem vocis commendamus, neutiqvam *tropica* prorſus eliminata volumus. nam locum habent in Orationibus, Hortationibus, ita tamen ut modus adſit, ne omnes periodi metaphoris, catachriſticis locutionibus, allegoriis, proverbiis, ænigmatis, parabolis, & ſimilibus tumeant. Hinc Fabio l. 8. c. 2. *qvæ benè translata ſunt*, propria *dici ſolent.* IV. Ἀμφιβολία eſt conſtructionis ambiguitas, qvæ non parum officit perſpicuitati. Terent. Hec. 2. 1. *Itaque adeo uno animo* omnes ſocrus oderunt nurus. Nam *Socrus* poteſt eſſe & Nominativi caſus, eſt Accuſativi, uti & *nurus.* Huic affinis eſt Homonymia, vocis ambiguitas: qva tamen nonnunqvam ſcitè & feſtivè utuntur autores, Plaut. Milit. Act. 2. — *ſat edepol certo ſcio* Occiſam ſæpe ſapere *plus multo* ſuem. Nam *ſapere* hic ad *ſaporem*, non ad ſapientiam ſignificandam adhibetur. Breviter ut dicam, ſi orationis perſpicuitatem a-

mes, Sordida, Priſca, Nova, Antiquata, Poetica, Dura, Turpia, rara nimis, vel Peregrina fuge. Cujus diſtichi ſingula verba ſi explicanda & ad vivum reſecanda forent, in vaſtam nimis molem excreſceret opus. Suffecerit certa autorum loca indigitaſſe, ex qvibus uberior eorum explicatio peti poteſt. De obſcœnis, ſordidis & exoletis vocibus Quintilianus l. 8. c. 2. De ſordidis, poëticis, obſoletis, novis, &c. Eraſmus l. 1. de Copia Verbor. & Veltkirchius, qvi in eundem librum commentatus eſt. Voſſius l. 4. Inſtitut. Orat. Chriſtianus Becmanus in Manuduct. ad Ling. Lat. Chriſtophorus Heidmanus in Juſti Lipſii Epiſtolicam inſtitutionem, Joachim. Vagetius de Stilo Latino. Goclenius in Analect. Supereſt unum obſcuræ Orationis vitium, *Hyperbaton* ſcilicet, qvod licèt nonnunqvam inter virtutes Orationis habeatur, cum ratio compoſitionis & decor id poſcit: tamen cum nonnulli confuſas periodos plus juſtô ament & æſtiment, ſciant perplexum illum & impeditum conſtructionis ordinem, non parùm turbare intellectum & perſpicuitati obeſſe. De qvo vitio cùm ſuprà à nobis copioſiùs dictum ſit, actum agere nolumus. Hæc itaque vitia obſcuritatis ſi ſtudioſè vitârit juventus, *dilucida* erit oratio. Non enim audiendus eſt ille præceptor apud T. Livium, de qvo memorat Qvintilianus l. 8. c. 2. qvòd diſcipulis juſſerit obſcurare qvæ dicerent, Græco verbo utens: σκότισον. Qvin potiùs præceptorum ad diſcipulos perpetua vox erit: Φώτισον. Hactenus de *obſcuræ* orationis vitiis: jam *Inornati* Sermonis vitia reſtant. Hæc autem à Qvintiliano l. 8. c. 5. recenſentur: Κακόφατον, ταπείνωσις, μείωσις, ταυτολογία, ὁμοιολογία, μακρολογία, πλεονασμὸς, περιεργία, κακόζηλον, ἀσχήματον, κοινισμὸς. I. κακόφατον Fabio eſt, cum ſermo obſcœna conſvetudine in obſcœnum intellectum detortus eſt, & junctura deformiter ſonat, ut, *Ductare exercitum, & Patrare bellum*, apud Salluſtium dicta ſanctè & antiquè

Digitized by Google

antiqvè ridentur à vobis, ſi diis placet, inqvit Quintilianus. Quare oportet obſcœnas voces ab omni Chriſtianorum ſermone procul abeſſe. Nec audiendi ſunt Cynici, qvi nihil putant turpe dictu, qvod turpe factu non ſit. Rivio l. 2. Rhet. Κακόφατον eſt etiam aſperitas ſoni, cum duriter & deformiter inter ſe cohærent literæ vel ſyllabæ. Quod vitium proſodiæ eſt in verſu maximè cavendum, niſi ubi res ipſa talem reqvirit aſperitatem, ut Virg. *Quadrupedante putrem ſonitu qvatit ungula campum.* Sed de hoc ſuprà. II. Ταπείνωσις eſt, qvâ rei magnitudo vel dignitas minuitur: ut *ſaxea eſt verruca in ſummo montis vertice.* III. Μείωσις, hoc vitium nos cum Qvintiliano ſuprà numeravimus inter *Obſcura* Orationis vitia. IV. Ταυτολογία eſt inepta ejuſdem Verbi vel ſermonis tædioſa iteratio. Verbi: ut, *Nam cujus rationis ratio non extat, ei rationi ratio non eſt fidem habere.* Gell. l. 18. c. 2. *Nam qvi lepide poſtulat alterum fruſtrari; qvem fruſtratur, fruſtra eum dicit fruſtra eſſe. Nam qvi ſeſe fruſtrari, qvem fruſtra ſentit, qvi fruſtratur, is fruſtra eſt, ſi non ille eſt fruſtra.* De qvo verſu videatur Jo. Caſtalio Var. Lect. c. 33. Plaut. Capt. 2. 2. *Qui cavet, ne decipiatur, vix cavet, cum etiam cavet. Etiam cum caviſſe ratus eſt, ſæpe is cautor captus eſt.* Sermonis: ut, Ovid. *Si niſi qvæ facie poterit te digna videri, Nulla futura tua eſt: nulla futura tua eſt.* Ταυτότητι affinis eſt βαττολογία, qvod vitium etiam ipſe Servator Chriſtus in precibus fundendis damnat. Matth. 6. v. 7. προσευχόμενοι μὴ βαττολογήσητε ὥσπερ οἱ ἐθνικοί. h. e. *Orantes ne utamini battologia, ſicut Ethnici.* Beza vertit, *ne eadem blaterate:* Caſtalio, *ne garrite:* Arabs apud Kirſtenium, *ne multiplicate verba.* Id expreſſit Syrach c. 7. v. 15. μὴ δευτερώσῃς λόγον ἐν προσευχῇ σου: *Ne iteres ſermonem in precibus tuis,* videſis Caſaubonum de Battologia eruditè diſſerentem Excert. 34. ad Annales Baronii; Item Jacobum

 Capel-

Digitized by Google

Capellum pro Caſaubono contra Andr. Eudæmon-Johannem c 11; Joannem Seldenum in Prolegomenis de Diis Syris, & Abrahamum Sculretum Exercit. Evang. l. 2. c. 30. V. ὁμοιολογία Fabio eſt, quæ nulla varietatis gratiâ levat tædium, atque eſt tota coloris unius. In hoc vitium Joachimus Vagetius de Stilo Latin. Diſqviſit. 3. ſect. 1. p. 29. ita invehitur: *Phaaces illi inuſitata dum timent, ſordes amant, & toti nil niſi pellis ac macror jejuna verba exili ſonô tinniunt: nunqvam variant, eadem utuntur compoſitione, eandem ſemper crambem recoqvunt, eâdem chordâ oberrant, eôdem modô Periodos omnes terminant. Hinc hians & inſulſa verborum connexio, inconditus ſenſus, ſtructura tarda & iners: verbo dicam, exſangvis & elumbis ſtilus.* VI. Μακρολογία; hoc vitium ad obſcuritatem Orationis relatum eſt, ibique explicatum. VII. Idem eſto judicium de πλεονασμῷ. VIII. Περιεργία Fabio dicitur ſupervacua operoſitas, cum in re tenui multum verborum, & ſupervacaneam operam conſumimus, ac nimiùm immoremur: id qvod copiam malè affectantibus accidit. IX. Κακόζηλον Qvintiliano exponitur mala affectatio, qvod per omne dicendi genus peccat. nam, inqvit, *& tumida, & exilia & prædulcia & abundantia & arceſſita, & exſultantia ſub idem nomen cadunt. Denique κακόζηλον vocatur, qvicqvid eſt ultra virtutem; qvoties ingenium judiciô caret, & ſpecie boni fallitur, omnium in eloqventia vitiorum peſſimum. Nam cætera cum vitentur, hoc petitur.* Hæc ille. Cum itaque non rarò contingat, rerum humanarum vitiô, ut mala bonis vicina ſint, adeoque in bono dijudicando ſæpe aberremus: ſedulo cavebimus nobis à vitiorum imitatione, quæ incauti virtutes putant. Fallit enim vitium ſpecie virtutis & umbrâ. Ne audiamus illud: *O imitatores ſervum pecus!* Hac κακοζηλίᾳ laborant illi Ciceronis ſimii, qvi, qvando Cicero voces ſingulares & parum uſitatas rarò tanqvam condimenta & emblemata ſermonis uſurpavit, tertio quoque verbô putidè nimis ad nau-

ſeam

Digitized by Google

[illegible] uſque inculcant. Nemo inficias iverit, qvin imita[illegible] Ciceronianæ dictionis plurimam laudem mereatur, id [illegible]d viri docti jam dudum obſervarunt, Franciſcus Ben[illegible] Orat. 11. in Sextianam Ciceronis. Jacobus Pontanus [illegible]log. Progymn. Tom. 1. Joannes Perpinianus Orat. 11. de avita dicendi laude recuperanda, Julius Fogianus de Ciceronis imitandi ratione, Barlandus Epiſt. de ratione ſtudii, Ricardus Vitus Orat. 2. de Eloqventia & Cicerone. Sed verò, qvomodo imitandus ſit Cicero, & an ſolus, juventutis ſcire plurimùm intereſt. Nam ad *Primum* qvod ſpectat: Inter eos, qvi Ciceroniani dici volunt, quosdam eſſe, qui ridiculo ineptoque labore, ſic ipſum, velut hominem ſimioli, non qvod naturale eſt, velut filii patrem referant. Nam & pagellas expilant manifeſtè, & verba capiunt importunè, & vim faciunt ſententiæ, & deformem ſerviunt ſervitutem. Et ſunt, qvi ſenſa vocibus ligent, nactique phraſes pulcras & plauſibiles, rem qvam libet in eas tanqvam in vincula conjiciunt, qvod olim conqveſtus eſt Emundus Campianus. *Secundum* qvod attinet: inveniuntur, qvi [illegible] Ciceronem imitandum eſſe fervidè contendunt, e. g. Corteſius, ep. ad Politianum. Omphalius l. 1. de Elocutionis apparatu, Rochus Peruſinus de *Scrib.* Epiſt. c. 62, Romulus Amaſæus, G. Fabricius, &c. Alii variorum imitationem probant, e. g. Politianus & Franciſcus Picus. Quidem phraſin & ſtili indolem ex Cicerone accerſendam & ex variis autoribus verba petenda monent, materiæque habendam eſſe rationem prudenter tradunt: e. g. Campianus, Calcagninus de Imitat. Pogianus, Marius Corradus l. 13, de Ling. Lat. Muretus, Joh. *B*ernartius in lib. 1. Boëthii de Conſol. Philoſoph. Martinus Antonius Delrio. Nonnulli denique inter *puerilem & adultam* imitationem diſtingvunt: illam à ſolo Cicerone petendam, hanc verò è variis iisque optimis autoribus expectandam cenſent. e. g. Lipſius de Inſtitut. Epiſt. Heidmannus in eundem, Lilius Gregor. Giraldus, Nicolaus Cauſſinus l. 3. de Sacr. & Human. Eloqvent, c. 12. cujus hæc

*ſunt verbis [illegible]*
*magnificentia [illegible]*
*ſunt. [illegible]*
*à primariis [illegible]*
*imprudenter [illegible]*
*qvod tunc [illegible]*
*digerere [illegible]*
*cipiis fuerint [illegible]*
*ut ab aliorum [illegible]*
*ſtruant ſuis [illegible]*
*erroribus in ſtylo, [illegible]*
Omnium autem ſuaviſſime [illegible]
ctiſs. Andr. Schottus in Quæſt[illegible]
c. 4. eò inclinat, ut tradat, Cic[illegible]
dum videri, & apud alios quoſd[illegible]
ætate proximos. Hæc de Imitatione [illegible]
dicta ſuffecerint. X. Ἀσχημάτιστος [illegible]
verborum & figurarum ornatu caret [illegible]
figurata. nam in vitium ducit [illegible]
XI. Κοινισμὸς à Fabio appellatur [illegible]
ria ratione lingvarum oratio, ut [illegible]
Æolica etiam dicta confundas. [illegible]
pud nos, ſi qvis ſublimia humilibus [illegible]
vulgaribus, miſceat. Id enim [illegible]
Horatius in prima parte libri de Arte [illegible]
mano capiti cervicem pictor eqvinam [illegible]
His addit Rivius 1. Σωμ[illegible]
viculæ efferuntur nimis tumide [illegible]
jure ad περιεργίαν refertur. [illegible]
eſt in oratione rectum aut propri[illegible]
cè figurata & nimis picturata [illegible]
puſeii. Qvem cum Philippus Bero[illegible]
optimo dicendi charactere, ſed vig[illegible]
lè uſus eſt. Ejusque auditor & diſc[illegible]
ejus veſtigia premens, præpoſterò ſtu[illegible]

…inarem effingere maluit, quàm Ciceronem. Sed hoc …λογίας vitium ad ἀκυρολογίαν non incommo… tuleris. 3. Κακοσύνθετον, i. e. malè collocatum, ſive …mpoſitum, ubi verba malè collocantur, pejusque, co…t, alioqvi bona, ſi in loco ponerentur. Verùm ad Hy… …ton hoc reduci poteſt. Hactenus de Latini ſermonis …is: jam de RATIONE DISTINGVENDI.

# DE RATIONE DISTINGVENDI.

Diſtinctio eſt ratio, qvâ ſermonem ſcriptum certîs notîs, aut pronunciatum juſtis reſpirandi intervallîs partimur, ad faciliorem ſcriptorum vel dictorum intellectum.

Diſtinctio vel eſt *ſermonis*, ſive *pronunciationis*, vel *ſcripti*.

Utraque pro *triplici* reſpirationis humanæ intervallo, eſt *triplex*. Nam vel *minima* eſt, quæ ſententiam pauliſper ſuſtinet: vel *media*, quæ eam longiùs ſuſpendit: vel denique *plena*, qvæ ſententiam penitus deponit & claudit.

*Prima* vulgò dicitur *Comma*, cujus nota eſt ſemicirculus (,). *Secunda* vocatur *Colon*, cujus nota ſunt duo puncta (:). *Tertia* denique *Periodus* dicitur, cujus nota eſt punctum (.), ſequente literâ majuſculâ. Hiſce accedunt *Semicolon* & *Semiperiodus*.



Digitized by Google

*Semicolon* medium eſt diſtinctioni ſignum inter Comma & Colon, cujus nota, eſt punctum cum ſubjecto ſemicirculo (;).

*Semiperiodus* eſt medium diſtinctionis ſignum inter Colon & Periodum, ſeqvente literâ minuſculâ. Sed hæc uſus & exempla illuſtrabunt.

## NOTA.

*Commatis* magnus eſt uſus in diſtingvendis *Nominibus*, *Verbis*, & *Adverbiis*.

*Nominibus:* ut,

Horat. *Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne, Mæſtum ac ſolicitum eſt cantoris morte Tigilli.*

*Verbis:* ut,

Cæſ. *Veni, vidi, vici.* Sall. *Quæ homines arant, navigant, ædificant, virtuti omnia parent.*

*Adverbiis:* ut,

Cic. *Eſt oratoris proprium aptè, diſtinctè, ornatéq; dicere.*

*Semicoli* uſus eſt in *Disjunctis*, *Oppoſitis*, ac *partitione varia:* ut, Sall. *Ambitio multos mortales falſos fieri coëgit; aliud clauſum in pectore, aliud promptum in lingva habere; amicitias inimicitiásque non ex re, ſed ex*

*commodo æſtimare; magisq́; vultum, qvàm animum bonùm habere.*

*Coli* uſus eſt in ſententia qvidem integrà, ſed adhuc pendente. Veluti, cùm ſententiæ ſunt duæ, qvarum utraque ſuo ſuſtineatur verbô: ut, Senec. *Ante omnia neceſſe eſt, ſeipſum æſtimare: qvia ferè plus nobis videmur poſſe, qvàm poſſimus.*

*Semiperiodi* uſus eſt in ſententia qvidém perfecta, ſed minore & breviore, qvàm qvæ repræſentari ſoleat Periodô; hanc ſeqvitur litera minuſcula: ut, Sen. *Non eſt fides niſi in ſapiente. apud ſapientem ſunt ipſa honeſta. apud vulgum ſimulacra rerum honeſtarum.* Gell. l. 6. c. 1. *Si qvid turpe feceris cum voluptate; voluptas abit, turpitudo manet. ſi qvid honeſtè feceris cum labore, labor abit, honeſtas manet.*

*Periodi* uſus eſt in ſententia penitùs abſoluta, ſeqvente literâ majuſculà: ut, Sall. *Multi mortales dediti ventri atque ſomno, indocti incultiq́; vitam ſicut peregrinantes transegere; qvibus profectò contra naturam corpus voluptati, anima oneri fuit. eorum ego vitam mortémque juxtà æſtimo: qvoniam de utraque ſiletur. Verùm enimverò, is*

*demum mihi vivere, atque frui anima vide-tur, qvi aliqvo negotio intentus, præclari faci-noris aut artis bonæ famam qværit.* Et in hoc exemplo omnes diſtinctionum notæ concurrunt.

Veluti univerſis rebus humanis plurimum ornamen-ti & emolumenti adferre ſolet concinnus Ordo & blan-dum Lumen: ita Distinguendi ratione velut qua-dam Ordinis & Luminis altrice efficitur, ut oratio-ni ſcriptæ vel dictæ non modò ſua conſtet perſpicuitas, ſed etiam perpulcra εὐταξία. Etenim notæ diſtinctionis ſunt velut ſtatuæ qvædam Mercuriales ob oculos poſitæ ad ſi-gnandam & limitandam dubiam ſcriptionis viam, & dein ad menſuranda interreſpirationis humanæ intervalla, qvas qvi irretortô oculô non ſeqvitur, fugientem ſæpe ſenſum minimè aſſeqvitur; ſed veri incertus vagatur & hallucina-tur, ac in Solœciſmorum & Barbariſmorum devia ſæpenu-mero incautiùs abripitur. Eqvidem, Interpunctio-nis vitio ſuum Solœciſmum debent Grammatici, qvando verbum Misereor Dativo jungi tradunt. Deſpau-terius Ninivita ut hoc evincat, illud Ciceronis 2. Tuſcul. allegat; *Perge, aude nate, illacrima, patris peſtibus miſe-rere, gentes noſtras flebunt miſerias.* Sed huic Solœciſmo larvam detraxit accurata interpungendi ratio, qvæ in pri-mis elucet in emendatiſſimo exemplari Operum Ciceronis emendatorum ſtudiô atque induſtriâ Jani Gulielmi, & Ja-ni Gruteri editorum Hamburgi ex bibliopolio Frobe-niano 1618. in illo exemplari accuratè interpunctô non conjungitur Dativus, *Peſtibus*, cum verbo, *Miſerere*; ſed cum Imperativo, *illacrima*, hôc modô: *Perge, aude nate, illacrima patris peſtibus: Miſerere, gentes noſtras flebunt miſerias.* Fruſtrà igitur eſt Maximilianus Sandæus, quan-do in Grammatico Profano Comment. 12. p. 467. vitioſam precum formulam Monachis familiarem, *Miſerere nobis*

Gramma

grammatici Deſpauterii autoritate fulcire & confirmare naſtur, cùm Ninivita in hunc Solœciſmum inciderit deceptus errore exemplariorum ſubleſtâ fide interpunctorum & aberrante manu ſcriptorum vel editorum. Pari interpunctionis errore faſcinatus ſciolus aliqvis legens illud Ciceronis contra Rullum: *An obliti eſtis Italico bello*, perſuaderet ſibi Verbi *Obliviſcor* inuſitatam ſtructuram, ac cum Ablativo conſtrui poſſet, cùm in nonnullis codicibus non interſeratur Comma inter Verbum & Ablativum. Sed exemplar Frobenii modò laudatum rectè interpungit & legit: *An obliti eſtis, Italicô bellô, amiſſis Pateris vectigalibus, qvantos agri Campani fructibus exercitus alueritis?* Ubi Ablativi, *Italicô bellô*, non reguntur â verbo, *obliti eſtis*, ſed abſolutè ponuntur, pro, *Italicô bellô exiſtente*, vel cum gereretur Italicum bellum. Illud Horatii l. 1. Od. 34. vulgò in omnibus pænè exemplaribus ita diſtingvitur: — *Dieſpiter Igni coruſcô nubila dividens, Plerunque per purum tonantes Egit eqvos, voluctremque currum.* Ubi Comma voci, *dividens*, ſubjicitur. Qvam interpungendi rationem ſeqvuntur edita exemplaria complura, *Chabotii, Lambini, Torrentii, Cruqvii, Heinſii, Bersmani, Stephani, Glareani, Fabricii, Mureti, Bondi*, nec non Turnebus eandem ſæpiùs uſurpavit, Adverſ. l. 9. c. 9, 13. l. 22, c. 20, l. 24. c. 31. & l. 29, c. 29. Sed qvando Horatius canit: *Plerunque per purum tonanteis Egit eqvos* — ipſi experientiæ planè contradicit, qvæ teſtatur tonitru rariùs purô ſerenóve aëre audiri: id qvod CL. Libertus Fromondus eruditè probat l. 2. Meteorolog. art. 9. contra Bodinum. Hoc etiam Lucretius obſervavit l. 6: — *nam cœlô nulla ſerenô Nec leviter denſis mittuntur nubibus unqvam.* Et poſtea: *Denique cur nunqvam cœlo jacit undique puro Jupiter in terras fulmen?* — Et qvia prodigii inſtar habebant Ethnici, uti & hôc locô Horatius, qvando aere ſerenô tonitruavit, qvomodo qvæſo plerumqve & ſæpiùs id fieri affirmare auſit Horatius? Huic dubio unicô Commate voci, *plerunque*, appoſito, facilè obviam iveris, hôc pactô:

Digitized by Google

pactò : — *Namque Dieſpiter Igni coruſco nubila dividens Plerunque, per purum tonantes Egit eqvos volucremque currum.* Hâc enim ratione Horatium cum Lucretio de faci li conciliaveris, eúmque faculâ diſtinctionis commodè illuſtraveris. Conſimili ratione Cæſar Baronius genuinæ diſtinctionis cynoſuram non ſeqvutus, in Barbariſmi ſcopulum impegit, cum Annal. Eccleſiaſt. tom. 4. Anno 392. n. 26, portentum illud vocis Erogenium adfert ex reſcripto Theodoſii adverſus Gentilium cultum l. 16, ita legens : *Nullus omnino hominum, in nullo penitus loco, ſimulacris ſenſu carentibus vel inſontem victimam cadat, vel ſecretiore piaculò larem ignem* Erogenium, *penates odore veneratus accendat, lumina imponat tura ſerta ſuſpendat.* Hujus loci manifeſtam labem & ulcus vix certiùs reſtitueris & citiùs perſanaveris, qvàm ſi ei applicueris *Interpunctionis* malagma, & rituum Paganorum antiqvitatem unà conſulueris, idque hôc pactô tentaveris : *Secretiore piaculo larem igne, mero genium, penates odore veneratus, accendat lumina, imponat tura, ſerta ſuſpendat.* Magnum illud Theologorum lumen ac columen *Martinus Chemnitius*, locum Act. 19, v. 4, 5, in Examine Concil. Trident. aſſerturus contra Spiritum Anabaptiſticum, *Diſtinctionis* gladiò etiam utitur ad ſecandum nodum impeditiorem. Summus ille Ebraicæ veritatis vindex, ac ſacrarum Ebræarúmque literarum apud Pariſienſes Profeſſor Regius, SIMEON DE MUIS, velut qvodam *Diſtinctionis* ſole diſpulit nebulas Joannis Dallæi, ac illuſtravit verſum 10 Pſalmi 19; rectè cum Buxtorfio obſervans in Epiſtola, qvam pro ſuâ erga me humanitate, Pariſiis ad me nuperè miſit, *Athnach non ſemper diſtingvendi officiò fungi.* Nam Reges qvidem diſtingvendi ſententias jus univerſale obtinent, etſi non ſemper illud exerceant, teſte Buxtorfiò. Ex his modò, allatis exemplis manifeſtum evadit, qvod recta diſtingvendi ratio magnam facem orationi dubiæ & obſcuræ, perplexo Solœco, locis corruptis & barbaræ cujusdam confuſionis fuligine obfuſcatis,

[illegible]ivinis V. & N. Teſtamenti tabulis alluceat. Recte
[illegible] *Lipſius* olim dixit ep. 39. Centur. Miſcell. *confuſam*
[illegible] *lectionem & intellectionem, niſi nota ſua diſti-*
[illegible] *& quaſi manuducant.* Et *Erycius Puteanus* diſtin-
[illegible]m FACULAM LITERARUM vocare conſvevit,
[illegible] quidam rectam diſtinctionem COMMENTARII
[illegible]ſſe affirmavit. Unde Sapiens Aben Eſræ: עִקָּר
[illegible] גָּדוֹל הוּא לִשְׁמוֹר דֶּרֶךְ הַטְּעָמִים h. e. *Magnum*
[illegible]*ntum eſt obſervare rationem accentuum. intellige, di-*
[illegible]*ſtinctionum.* Solent enim Ebræi per accentuum varias
[illegible]s diſtingvere. Hæc doctrina olim tanti fuit æſtima-
[illegible] Nicanor Hermiæ filius, teſte Suidâ, περὶ στιγμῆς ſi-
[illegible] Interpunctione (in primis Poetica) libros integros
[illegible]nſcripſerit. Cum itaque hanc Diſtinctionis Helicen
[illegible] oporteat, ſive explicatiùs cum doctis loqvi velis, ſive
[illegible]rum ſcripta ita legere pares ut intelligas, ſive ad di-
[illegible]è perorandum aut perſpicuâ qvadam facilitate com-
[illegible]andum animum convertas, ſive denique ad facile car-
[illegible] pangendum & literas exarandas te conferas: nulla
certè Latini ſermonis pars eſt, qvæ herciſcundæ orationis
lege carere poteſt aut debet. Ut itaque in rem præſentem
veniamus: initiò, more noſtrô, de vocis ratione & vario
uſu erimus ſoliciti. *Diſtinctiones* non unô vocabulô au-
tores exprimere ſolent. Græci, θέσεις ſive στιγμὰς vo-
cant, Latini novitio vocabulô, *Poſituras*; Cicero jam
*Clauſulas interpunctas*, jam *Diſtincta & Interpuncta inter-*
*valla*, jam *intervalla*, jam *Interpunctiones* verborum, jam
*Clauſulas & Interpuncta*, jam denique *Intervallorum per-*
*cuſſiones* nominat. Hæc ordine idoneis teſtimoniis con-
firmabimus & illuſtrabimus. Diomedes l. 2. de Pronun-
ciat. ita loquitur: *Lectioni* Poſituras *accedere, vel Diſtin-*
*ctiones oportet, quas Græci* θέσεις (Puteanus hic adden-
dum cenſet, vel στιγμὰς) *vocant.* Iſidorus l. 1. c. 19. Poſi-
tura *eſt figura ad diſtinguendos ſenſus per Cola & Com-*
*mata*

Digitized by Google

*mata & Periodos : quæ dum ordine ſuô apponitur, ſen nobis lectionis oſtendit. Dictæ autem* Poſituræ, *vel q* Punctis poſitis *annotantur; vel qvia ibi vox pro interv diſtinctionis deponitur.* Has Græci θέσεις *vocant, Lati* Poſituras. Cicero l. 3. de Orat. *Interſpirationis enim, n defatigationis noſtræ, neque librariorum notis, ſed verb rum & ſententiarum modo* Interpunctas Clauſulas *in or tionibus eſſe voluerunt.* Puteanus *librariorum notas* h interpretatur, *puncta poſt ſingula verba. Verborum* ver & *ſententiarum modum* exponit *Diviſionem illam* ſive *pa titionem in Commata, Cola, Periodos.* Cicero de Ora Diſtincta *alios &* Interpuncta Intervalla *delectant.* Idem de Orat. *Nam ſi rudis & indocta putanda eſt illa ſine* I tervallis *loqvacitas perennis & profluens, qvid eſt aliud ca ſæ cur repudietur, niſi qvòd hominum aures vocem natur modulantur ipsâ?* Idem pro Muræna: *Dignitas in tan tenui ſcientia qvæ poteſt eſſe? res enim ſunt parvæ, prop in ſingulis literis, atque* Interpunctionibus verborum *oc cupatæ.* ubi per *Interpunctiones Verborum* ſignificari a Puteanus puncta ſingulis verbis aſcripta. Recte id quidem nam Seneca epiſt. 40. etiam repetitam hanc poſt ſingul verba punctorum θέσιν Romanis uſitatam fuiſſe obſerva *Nos,* (inqvit,) *etiam cum ſcribimus,* interpungere *conſve vimus.* h. e. *notare ſingula verba punctis.* Solebant enim veteres Romani verba ſingula majuſculô charactere ſcul pta vel ſcripta diſparare pungente ſtilô, punctiſque inter jectis vocem à voce diſtingvere, partim ad ornatum, partim ne coaleſcerent: veluti è Romana antiqvitate, Inſcriptio nibus monumentorum, columnarum, vel ſtatuarum clar demonſtratur, e. g. Ænigmaticum illud monumentum Bo nonienſe, qvod multorum ingenia exercuit, hâc Interpun gendi ratione gaudet: A M. P P. D. ÆLIA. LÆLIA CRISPIS. NEC. VIR. NEC. MULIER. NEC. AN DROGUNA. NEC. PUELLA. NEC JUVENIS. NEC ANUS. NEC. MERETRIX. NEC. PUDICA. SED OMNIA. SUBLATA. NEQUE. FAME. NEC. FERRO

NEQUE

Digitized by Google

ROMÆ. VENENO. SED. OMNIBUS. &c. Eruditiſſ. ... erius Boxhornius in Quæſt. Rom. 17. p. 32. de tem... re exponi poſſe putat. In monumento lapideo agri Va... ani hæc inſcriptio extat, qvam Kirchmannus l. 3. de Fu... rib. Rom. c. 16. expreſſit hôc modô: PALÆMON. L. L. D. F. GRAMMA. VEICIT. ATQUE. RHET. SIBI. T. ... UBERONIÆ. CONTUBERNALI. FEMINÆ. ...QUENTISSIMÆ. ATQUE. BENEMERENTI. A... DEUM. STUXIT. TUMULUM. &c. Liv. l. 38. ... ÇIENS. FALLO. TUM. ME. JUPPITER. SALVA. R... E. ARCEQUE. BONIS. EJICIAT. UTI. EGO. ... C. LAPIDEM. Carmen hoc Fæcialium eſt, qvô ... tas antiqvô more, pro ſalute patriæ nuncuparunt. Cujus ... meminit Juſtus Rycqvius in Comment. de Capitolio Ro... ano c. 46. Eandem interpungendi rationem noſtri ma... res in antiqvâ Danorum Literatura, Runica ſcilicet, ſe... vati ſunt, ſua ſingulis vocibus puncta appingentes. Calen... arium Runicum ante annos trecentes in volumine mem... raneo exaratum & inſigni commentariô illuſtratum ab ... xcellentiſſimo ac Experientiſſimo Viro Dn. D. OLAO ... VORM, Magnifico p. t. Academiæ Regiæ Haunienſis ... ectore, uberrimam hujus rei exemplorum copiam ſup... editat, è qvibus hæc pauca verba mutuari & aſſignare ſuf... ecerit: ᛆᚦᛆᛘᛁ. ᛚᛂᚠᚦᛁ. ᚼᛁᛆᚱ. ᛁ. ᚢᛂᚱᛁᛚ-
ᛐᛁᚿᚿᛁ. ᚢᛘ. ᚿᛁᚢ. ᚼᚢᚿᛑᚱᛆᚦ, ᛆᚱ. ᚮᚴ.
ᚦᚱᛁᛆᛐᛁᚼᛁ. ᛆᚱ. ᚮᚴ. ᛐᚢ. ᛆᚱ.

d qvod hodierno Charactere noſtrate ita expreſſeris: Adami leſdi hiar i verel tinni um niu Hundrad ir og drjatthi ar og tu ar/ Adamus vixit in hoc mun... do 932. annos. Hæc interpunctio in ſaxis & monumen... tis antiqvis Danorum Runicis viſitur, ut in Boringholmi... co qvodam, qvod ſummus ille Antiqvitatum Danicarum vindex, Doct. OLAUS VVORM *Akirkebyenſe* nomi... nat, in egregio opere, qvod de Monumentorum priſca lite-

literatura Danica ſcripſit, inimitabili prorſus induſtriâ felici labore, à nullo hactenus tentato. Cui confectó c dum nil modò accedere poteſt, niſi ſola Typographi m nus & cura. Eandem puncti unius iteratam poſt ſingu Verba poſituram oſtendunt ejuſdem Cimbrica monumen ta, *Humenſe* & *Oddumenſe*, item inter Norvagica, *Holmen ſe* primum, & ſecundum. Omnium autem freqventiſſim Runarum Maſorethæ dua puncta ſingulis vocibus addide runt, veluti Cimbrica monumenta 19, Scanica 20, Seland ca 2, Bergholmica 11, Fionica 2, Lalandica 3, clarè ad o culum demonſtrant. Nonnunqvam dictiones ſingul interpungebantur crucis unico ſigno: qvomodo duo Nor vagica ſaxa, & tria Scanica diſtincta cernuntur. Raric gemino crucis ſigno, uti inter Norvagica, *Totenſe*, & *Grammenſe* 1. & 2. Rariſſimè tria crucis ſigna appoſit cuique voci conſpiciuntur, ut in *Stodenſe* Norvagi co. Aliqvando verò antiqvarum Runarum antiſtites ab omnibus prorſus ſignis & vocum interpunctionibus abſti nuerunt, uti ex Monumento Trygveldenſi, qvod editum eſt, ad oculum patet. Quem modum ſculpendi puncti carentem repræſentant Fionica tria, *Flemloſenſe*, *Aſſinsloen ſe*, *Albeecenſe*, Lalandicum, *Tirſtedenſe*; Cimbrica 3, Nor vagica 3, Gothlandica 2, & Blekingica 2. Hæc poſtrema ſi ne notis ſcribendi conſvetudo etiam Romanis placuit: ut JOVI STATORI HERCULI VICTORI M. ULP. NERVA TRAJANUS CÆSAR VICTO DECEBALO DOMITA DACIA VOTUM SOLVIT. qvam Inſcri ptionem adduxit Erycius Puteanus in erudito libello, qvem FACULAM Diſtinctionum inſcripſit l. 2. c. 11. Magnam certè lecturo & intellecturo difficultatem & impedimen tum afferebat vaga hæc & punctis deſtituta ſculpendi vel ſcribendi ratio. Sed unus adhuc Ciceronis locus ſupereſt, 3. de Orat. hâc verborum forma deſcriptus: *Hoc in omni bus item partibus orationis evenit, ut utilitatem ac prope ne ceſſitatem ſuavitas quædam ac lepos conſeqvatur.* Clauſulæ *enim atque* interpuncta verborum, *animæ interclusio*, *atq anguſtiæ*

guſtia ſpiritum attulerant. Id inventum eſt ita ſuave, ut ſi ſit infinitus Spiritus datus, tamen eum perpetuare verba limus. Id enim auribus noſtris gratum eſt inventum, qvod minum lateribus non tolerabile ſolùm, ſed etiam facile poſſit. Longiſſima eſt igitur complexio verborum, quæ vi unò ſpiritu poteſt. Sed hic naturæ modus eſt, artis ius. In his Ciceronis verbis duo obſervanda ſunt; Primum, qvòd Cicero Clauſulas & Interpuncta verborum arti etoricæ & numero Oratorio accommodet. id qvod ex qventi diſſertatione ejus patet, in qva Diſtinctio vocatur tervallorum percuſſio. Verba ejus hæc ſunt; Diſtinctio, æqvalium & ſæpe variorum intervallorum percuſſio nuerum conficit: qvem in cadendis guttis, qvod intervallis ſtingvuntur, notare poſſumus: in amni præcipitante non ſumus. Quòd ſi continuatio verborum hæc ſoluta multo aptior atque jucundior, ſi eſt articulis membrisq; diſtina, quàm ſi continuata & producta, verba illa modificata e debebunt: qvæ ſi in extremo breviora ſunt, infringitur e qvaſi verborum ambitus. ſic enim has orationes Conveṙones Græci nominant. Qvalia aut paria eſſe debent poſteora ſuperioribus, extrema primis: aut, qvod eſt melius & cundius, longiora. Secundum, qvod in Ciceroniana diſrtatione notandum occurrit, eſt qvod Clauſularum & terpunctorum verborum doctrina, naturæ cuidam neſſitati accepta ferenda ſit. Etenim cùm humanum gutur & pulmonis follis infinitæ alicui Spiritus efflandi connuationi non ſufficiat, anguſtiæ ſpiritus ſubveniendum it, ne vox faucibus hæreret aut anima interciperetur, oatióque intervallis punctiſque quibusdam velut ſufflaminanda fuit, ut anhelus ſpiritus inſtauraretur, curſúsque erbórum nimius & perennis illa ac profluens loqvacitas teretur. Huic naturæ ductui & facultati ars poſtea aceſſit, eámque Rhetorum induſtria ad ſummum tandem erfectionis faſtigium perduxit. Non enim, ut nunc, ita imi mortales aut locuti ſunt, aut ſcripſerunt. quippe um ſcriptionis & elocutionis ut aliarum rerum infantia

Digitized by Google

Digitized by Google

ſententiis: Γνῶθι σεαυτόν. Ἕπου θεῷ. Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ: *Noſce teipſum. Morem gere, Deo. Dionyſius Corinthi.* Quod ultimum Laconicum fuit reſponſum Lacedæmoniorum, qvô velut aculeô animum Philippi Regis Macedonum pupugerunt, cum exitium eis & cladem minitarentur, & duobus verbis plurima complexi ſunt; qvæ ex-plicatiùs ſic extuleris: *Dionyſius cùm aliqvando præpotens tyrannus fuerit, uti tu es, nunc tamen regno exutus, privatam Corinthi vitam agit. Vide, ne, dum aliorum libertatem ſtudes opprimere, idem tibi qvoque contingat.* Olim ſolites adverſæ parti aliqvid graviùs mordens repoſituri, multò pungentibus ejuſmodi verborum ſuccinctorum aculeis delectabantur. Velut una aculeata ſpina & acutus aciculæ mucro altiùs penetrat & graviùs cruciat, qvam magna & majores plumbei pugiones; ita unica gravis dictio tempori adhibita majores ſæpe aculeos in animo relinqvit, qvàm multa inutilium verborum plauſtra. Sic, cum olim Argivis cum Lacedæmoniis controverſia intercederet de finibus, & Argivi magnas ſpirarent minas, verbosâ ſatis ad Lacedæmonios ſcriptâ epiſtolâ, ut ſuos intra continerent limites: nil aliud à Lacedæmoniis reſponſum eſt, qvam αἴκα, h. e. ſi. Qvod qvò conciſiùs reſponſum fuit, hoc magis irritavit & momordit Argivos. Hæc βραχυλογία magis decet Reges, Principes, & illuſtres perſonas, graves & venerandos ſenes, qvàm aliqvem de fæce vulgi. Et vulgò dicitur, *verba Regum & Dominorum ſunt monoſyllaba.* eorum qvippe ſingula dicta, ſingula ſæpe edicta. Græci principes & primarias ſententias tanqvam Dominorum proprias, & vi ac ſenſu graves, κυρίας γνώμας vocant. & Epicuri fuére qvædam κυρίαι δόξαι. h. e. ut Cicero reddit, ſententiæ maximè ratæ. Ebræi proverbium ſeu ſententiam ſcitè graviterque dictam, & paucis comprehenſam appoſitè vocant מָשָׁל, qvaſi dominantem; à מָשַׁל dominatus eſt, ſive dominium

Digitized by Google

*incidum eſt.* Puteano definitur pars membri, in fiſſo, (ut ait) pede deſinens. Latinis Inciſio, Cæſum, Sectio: ut, naſe | ctum eſi | tur. Pes fiſſus & veluti laborans hic
- – | – ∪∪∪ | –

tertius: nondum enim expletus, atque binæ iſtæ voces truncum velut membrum reddunt, & à corpore amputant. De qvo Commatis genere plura videantur apud Poetas. Ultimò de uſu Commatis, nonnulla ſubjungenda putamus. Utimur autem Commatibus ſive Inciſis 1. ad diſtingvendas breviores ſententiæ partes: ut qvando Ovidius de ætate canit: *Nec bona tam ſeqvitur, qvàm bona prima fuit.* 2. ad tollendam ambiguitatem ſejungit duas voces. Qvemadmodum in illo Ciceronis 2. Offic. *Summâ qvidem autoritate Philoſophi, ſeverè ſanè atque honeſtè, hæc tria genera* confuſa, cogitatione *diſtingvunt.* Ubi *Comma* ponitur poſt *confuſa,* ne conjungendum putetur cum *cogitatione*, qvod proximè ſeqvitur. Alii hic virgulâ uti maluunt. 3. In affectibus motis aut movendis, cùm aliquem refellimus, cùm in aliqvam rem vel perſonam acriùs invehimur, aliqvid vehementiùs laudamus, probamus, aſſeveramus, vel triſte qvid narramus. Cic. pro Domo ſua: *Hunc igitur funeſtâ Reipub peſtis, hunc tu civem ferrô & armis, & exercitus terrore, & conſulum ſcelere, & audaciſſimorum hominum minis, ſervorum delectu, obſeſſione templorum, occupatione fori, oppreſſione curiæ, domô & patriâ, ne cum improbis boni ferrô dimicarent, cedere curâſti: qvem à ſenatu, qvem à bonis omnibus, qvem à cunctâ Italia deſideratum, accerſitum, revocatum conſervanda Reipub. causâ conſiteris?* Idem pro Cluent. *Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.* Iratorum qvippe hominum, proprium eſt *Commatibus* uti, ſicut & Colis: ut Simo apud Terent. *Vos iſthæc intrò auferte: abite, Soſia, Adesdum, paucis te volo.* Veriſimile etiam eſt, teſte Sturmiô, naturam ab inciſis atque membris principium ſumpſiſſe. Cujuſmodi eſt ille Virgilianus paſtoris compoſitus Sermo. Ecl. 3. *Palæmon. Dic mihi, Damœta, cujum pecus? an Melibœi? Da-*

imo loco: ſed pars loco ſecundo. Ex qvo conficitur, embrum nihil aliud eſſe; qvàm circumductionis alicujus æcunque illa ſit, pars major, in qvam ſolvitur, autore ythræô. *Tralatitia*, qvia metaphorâ Græcanicæ vocis ꝺta eſt ab animantium membris. Veluti enim κῶλον e membrum integri & vivi corporis pars eſt, conſtatque ſibus, compagibus, muſculis, arteriis, nervis, venis, cuteæ velut communi tegmine veſtitur: Ita Periodi tanqvam ntegri corporis in oratione pars eſt Colon, & conflatur è luribus verbis, & aliqvando è pluribus Commatibus. am veluti è literis fit Syllaba, è Syllabis dictio: ita è Comnatibus Colon, & è Colis, Periodus oritur; licèt id non, erpetuò contingat. Qvemadmodum enim eadem voula interdum litera, Syllaba, & verbum eſt, e. g. Litera , interdum eſt verbum *Imperativi* ab *Eo*: Conſimili modo adem oratio, Comma, Colon, ac Periodus eſt: ut, Horat. *errupit Acheronta Herculeus labor. Nil mortalibus arduum eſt.* Sed de hoc ſatis ſupérque ſuprà dictum eſt. *Tertiò*, Diſcrimen conſtituendum erit inter *Colon Grammaticum*, *Rhetoricum*, & *Poëticum*. *Coli Grammatici* indoles ex ipſis præceptis facilè perſpicitur. *Colon Rhetoricum* latiùs ſe diffundit. Rhetores enim, qvod Grammatici nuncupant *Periodum*, ſæpe non *Periodum*, ſed *Colon* dicunt. De Commate idem ſuprà oſtenſum eſt. e. g. illud Virgilii Ecl. 2. — *trahit ſua qvemqve voluptas*, Grammaticis cenſetur *Periodus*, cùm aliqvid perfectè abſolutéque ſignificet. At ab Oratoribus, teſtè Voſſiô, plusqvam Colon, cenſeri neqvit. *Colon Poëticum*, definiente Puteanô, eſt pars metri, qvæ finitis conſtat pedibus, tanquam membrum integris Conjugationibus compoſitum: ut, *Infe* | *ctum elui* |

- - | - ∪ ∪ |

*tur ſcelus* | cum tertio pede verbum qvoque finitur, mem-

- ∪ ∪ |

brumque conſiſtit. De qvo plura videantur apud Puteanum in Facula Diſtinctionum. *Quartò*, Uſus Coli oſtendendus eſt. Veluti *Commatibus* utimur in vehementiori

animi

Google

*magnus monet, atque obteſtatur, ut memores priſtinæ virtutis & victoriæ, ſeſe regnumque ſuum ab Romanorum avaritia defendant: cum iis certamen fore, qvos antea victos ſub jugum miſerint: ducem illis, non animum mutatum, qvæ ab imperatore decuerint, omnia ſuis proviſa: locum ſuperiorem, uti prudentes cum imperitis, ne pauciores cum pluribus, aut rudes cum bello melioribus manum conſererent: proinde parati intentique eſſent, ſignô datô, Romanos invadere: illum diem aut omnes labores, & victorias confirmaturum, aut maximarum ærumnarum initium fore.* Porrò, *Colis* etiam gaudent *Similitudines, Redditiones, orationes adverſativæ.* Senec. ep. 51. *Qvemadmodum virtutes retenta exire non poſſunt, facilisque earum tutela eſt: ita initium ad illas eundi arduum, quia hoc primum imbecillæ mentis atque ægræ eſt formidare inexperta.* Cic. Att. l. 13. *Svaves tuas literas, etſi acerba pompa: verumtamen ſcire omnia non acerbum eſt.* Trebon. Cicer. l. 12 ep. 16. *Cum etiamſi odio par fuerit in eos qvos læſit: tamen certè non magis dignos habuerit, in qvos tantâ libertate verborum incurreret.* Hæc de Coli nomine, diſcrimine, & uſu; jam paucis *Semicolon* expediemus. *Semicolon* Commatis & Coli mediam qvandam naturam ſortitum eſt, nam plùs Commate, & minùs Colo diſtingvit. Unde à Puteano Minus Colon appellatur, qvod ſententiam minus abſolutam finiet, ad differentiam ſc. *Majoris Coli*, qvod ἁπλῶς *Colon* eſt, & pleniorem periodi partem conſtituit. Notatur autem Semicolon punctô supernô & Commate infernô ſic [;]. Uſus ejus in ipſis præceptis ſuprà traditus eſt. Jam ſupereſt *Periodus*, qvæ ut *Colon*, in *Majorem* & *Minorem* dividi poteſt. *Minor periodus*, inqvit Puteanus, perfecta qvidem eſt, ſed novum ex ſe ſenſum gignit, à qvo trahitur. *Semiperiodū* non ineptè voces, ad ſimilitudinem *Semicoli*; cum è Colo participet: ut Semicolon è Commate. Notatur punctô, & Minuſcula excipitur. Salluſt. *Noſtra omnis vis in animo & corpore ſita eſt, animi imperiô, corporis ſervitiô magis utimur. alterum nobis cum Dis, alterum cum belluis commune eſt.* Hor. l. 3. Od. 16. *Qvantò qviſque plura ſibi negaverit. A Dis plura feret.*

rum *Græci* περίοδον, *nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehenſionem aut continuationem aut circumſcriptionem dicimus*. Qvint l. 9. c. 4. idem in Cicerone obſervavit: *Periodo*, inqvit, *plurima nomina dat Cicero, ambitum, circuitum, comprehenſionem, continuationem, circumſcriptionem*. Varias *Periodi* Definitiones & Diviſiones tanqvam ab inſtituto noſtro alieniores, Oratori evolvendas relinqvimus: Saltem uſum ejus paucis indicabimus. Elucet is in hiſtoriis, narrationibus, locis communibus, in gravi dicendi genere & ſententiarum pleno. Exempla tanqvam paſſim obvia brevitatis ſtudiô omittimus. Et hæc de *Periodo*: Jam de *Notis Interrogationis, Admirationis & Parentheſeos* nonnulla breviter commentabimur. Neqve enim opus eſt, de tetricâ & in vulgus nota longos texere λόγους. Nam veluti affectus noſtros foris anxiô ſtudiô non qvæſitum imus, qvippe domi noſtræ in gremio pectoris natos, nimis eheu, qvam vellemus, ſæpe notos: ita literata affectuum ſigna conſpectiora ſunt, & prætextatæ ætati ab ipſis pæne incunabulis literarum cognita, niſi enim hos obices & ſcrupos mox locô moverit literio, invia manet rectæ lectionis via, qvam tironculus tenerâ prætentat lingvâ. Sermo autem ad humanorum affectuum arbitrium duobus flecti ſolet modis. Etenim aut mens noſtra ea ſcire avet, qvorum ignara & dubia eſt, & qvæ latebris alterius pectoris clauſa & fixa ſedent: aut magnô afficitur deſiderio expromendi & exprimendi ea, qvorum gnara eſt, qvæque in alterius ſinum effundere geſtit. Utrumque affectum expleveris *expiſcando, ſciſcitando & inqvirendo, qvæſtiones movendo* & notaveris, *punctô infernô, ſuperimpendente Circumflexô*, hoc modô (?) Virgil. Eclog. 3. *Dic mihi Damæta, cujum pecus? an Melibæi?* Simplex eſt hæc ignotæ rei qvæſtio. At verò nonnunqvam uſu venit, ut de re notâ inſtituatur qvæſtio, non noſtri causâ, ſed ejus cui loqvimur aut ſcribimus, ut is certior reddatur, moveatur, excitetur & perſvadeatur. Seneca l. 4. ep. 31. *Qvid aliud voces rectum, bonum & magnum animum, qvam Deum in humano corpore hoſpitem?*

# TRIPLEX
# BSERVATIONUM
# ET
# RÆCEPTORUM
# ETYMOLOGICORUM
# INDEX.

Concinnatus

à

*THOMA BANGIO*

*Sanctæ Linguæ Prof. P.*

HAUNIÆ

*Typis & ſumptib. Salomonis Sartorij*
*R. & Acad. Typ. M. DC. XXXIIX.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# INDEX

## Rerum & Verborum Latinus.

A Notatur Aulus p. 25
A mutatur in E & I pag 20
A terminatio primæ Declinat. 34
A terminatio 3. Decl. 43
A Præpoſitio 714
*Ab* Præpoſitio ibid.
*Ab* qvomodo mutetur 20
*Abagio* 266
*Abax*, abacus 395
*Abdo*, ĭdi, ĭtum 569
*Abdomen* an ſcribendũ 14
*Abeo*, ii, itum 633, 613, 614
*Abiens* 67
*Abies* 99, 55
*Abjegnus* unde 416
*Abigo*, egi, actum 578
*Abitio* & *abitus* 397
*Ablativus* unde dictus 426
*Ablativus* qvid 26, 27
*Ablativus caſus, ineptè ſic vocatur* 28
*Ablativus* eſt locô Dativi 26
*Ablativus contractus* Tæreô 39
*Ablativus & Dat.* 1. Decl. qvalis 37
*Ablativus* 3. Declin. ejus formatio 93
*Ablativus, ſeptimus* à Diomede appellatus 28
*Abligurio non eſſe deſiderativum*, ut vulgò putatur, *evincitur* 629
*Abluo* 606
*Abnuo* ibid.
*Aboleo*, evi, itum 548, 550
*Abominor* 106, 463
*Aborigenes* 332
*Abortio* & abortus 397
*Abraham*, Abrahas, Abrahamus 34
*Abronites* 132
*Abs*, absqve 714
*Abſcondo*, di, didi, ſum, itum 568, 572
*Abſenti* pro abſente 88
*Abſinthia* plur. 276
*Abſinthītes* 35, 132
*Abſiſto*, ſtiti, ſine Sup. 604
*Abſoluta Nomina* 427
*Abſtergo*, ſi, ſum 581
*Abſtineo*, ui, entum 551
*Abſtentus* pro excommunicato 552
*Abſtulo* pro aufero 559
*Abſum* 636
*Abundãtia Nomina* qvænã & qvotuplicia 377. sũt ejusdẽ ſignificationis 378. Primæ Decl. ibid. Secundæ Declin. ibid. Tertiæ Dec. 384.

 Qvar-

Digitized by Google

Qvartæ Decl. 385. Primæ & Secundæ ib. Primæ & Tertiæ 389. Primæ & Qvintæ 391. Secundæ & Tertiæ 392. Secundæ & Qvart. 395. Tertiæ & Qvartæ 396. Tertiæ & Qvintæ 398
*Abundantia Verba* qvæ 660
*Abundè* 687
*ABUS* Dativus plur. 1. Declin. qvomodo inventus 37
*Abutor* 609, 473
*Ac* 689, 724, 739
*Ac ſi* 687
*Acarnan* 406
*Accedi* pro Acceſſi 558, 559
*Accentu gravi* ſignantur Adverbia ſimilia Nominibus 15
*Accentu circumflexô* notatur Gen. ſing. qvart. Item Nom. Accuſ. & Voc. plur. ibid.
*Accerſitu* 244
*Accendo*, di, enſum 568
*Accidens* 150
*Accidit* 656
*Accido* 568
*Accino*, nui, entum 594
*Accipio*, epi, eptum 589
*Accitu* 244
*Acclivus*, Acclivis 176, 395
*Accubatio* 529
*Accubatio & Accubitus* 396
*Accumbo*, ui, itum 55
*Accubita* Neut. plur. 56
*Aculeus* 409. aliud ſignificat qvā primit. acus 41
*Accurro*, per c ab initio ſcribitur 20
*Accurro*, urri, urſum 597
*Accuſativus caſus* qvid? 26. ſeqq.
*Accuſativus* olim dictus Cauſalis 27
*Accuſ. contractus* Typhôea 39
*Accuſ. 3.* Dec. formatio 94, 74
*Acèo*, *Aceſco*, acui 564, 565
*Acer* 51
*Acer* cujus generis 110
*Acer & Alacer* uſurp. Cic. non *Acris & Alacris* 175
*Acer* in Fœm. uſurp. 176
*Acervus* unde 416
*Acetum*, 276. pro acumine & prudentia, 277. unde dicatur 423
*Achais* Fœm. ab Achæus 168
*Achaïas* pro Achæis ibid.
*Acheron* 48
*Achilles* 220, 79
*Achilleis* 402
*Achille* 79
*Achillêus* pro Achillêus, & *Achilli* pro Achillëi 39 218, 220
Eſt Dativus Priſciano 223
*Acibus* 97



Digitized by Google

*cidulæ* plur. 351
*cidula*, æ ibid.
*ce* pro aciei 98
*cinaces* 132
*cita* 193
*cingas* 53, 130
*crimonia* unde 414
*crisione* 405
*crisioniades* 403
*croceraunea* 377
*cqviro* 20
*Actum* in ſingulari 367
*Acta & geſta* qvomodo differant ibid.
*Actus* hic, Actum hoc 379
*Actutum* 685
*Acubus* 97
*Acus* 138
*Acus*, eris, & Acus, acûs 396
*Ad* 18
*Ad* qvomodo mutetur 20
*Ad incitas redigere* qvid ſit 246
*Ad, adverſus vel adverſum* 712, 720
*Adam* 34
*Adamas* 52, 130
*Adamus* 34
*Adas* pro Adam ibid.
*Adbibo* per d ſcribitur 20
*Addendo* fiunt compoſita 19
*Addiſco*, addidici 527
*Addo*, idi, itum 568, 634
*Adduce* pro adduc 642
*Adedo*, edi, eſum 569, 573
*Adelphi* 120
*Adeo* 688
*Adeo*, ii, itum 613, 614
*Adeps* 151
*Adhæc*, adhoc 732
*Adhæreo*, æſi, ſum 553
*Adhibeo*, per d ſcribitur 20
*Adhuc* 685
*Adjectivum nomen* qvid 23
*Adjectiva noſtrm* habent in *Gen. I U S* & *Dat. I.* 40
*Adject.* uſu facta Subſt. 23
*Adj. Propr.* vel Appell. 24
*Adject.* per 3. genera moventur 161. Sæpe induunt naturam Subſt. ibid.
*Adject. participialia* qvomodo forment Abl. 88
*Adjectivi genus ex Subſtan. intellecto ſæpe cognoſcitur* 162
*Adjectiva unius terminationis* Nom. Acc. & Voc. pluralibus Neutris carentia ibid.
*Adjectivorũ* duarum terminationum motio 173
*Adject.* trium terminationum motio ibid.
*Adj. unius terminationis motio* 172
*Adj. Declinationes* in qvovis genere & gradu ibid.
*Adj. decem in IS* Maſc. etiam terminant in E R ib.
*Adject.* duarum & trium terminat. 176



Digitized by Google

*Adjectivi in comparabile & Incomparabile diviſio* 177
*Adjectiva* non omnia comparantur ibid.
*Adj. ſummum gradum* & rem perfectā ſignificātia non comparantur 178
*Adject. in Bundus, plex, imus timus, ſimus, inus, ivus, ſter deſinentia, nō comparantur* ibid.
*Adject.* qvænam incomparabilia ibid.
*Adject. in US* purum deſinentia qvomodo cō parentur 183
*Adject. irregularia* 185
*Adagio* 269
*Adiens* 67
*Adigo*, egi, actum 578
*Adimo*, emi, mptum 593
*Adipiſcor*, eptus ſum 608, 610
*Adipiſcendus* 676
*Aditus* part. præt. 674
*Adjutorium* ab adjutum 424
*Adjuvo*, uvi, utum 533
*Adjungo*, xi, ctum 579
*Admemordi* 526
*Adminiculor* 526
paſſivè uſurpatum 463
*Admiror* paſſivè ibid.
*Adoleo*, ui, evi, ultum 548, 550
*Adoleſcō* ab adoleo 556
*Adoleſcens* 23
cujus generis 111
Superlativo caret 19[illegible]
*Adoleſcenturia* 6[illegible]
*Adōnis* 5[illegible]
*Adoptivꝰ* incomparabile 178
*Ador* 129
Neut. ſing. 313
*Ador* qvot & qvos caſus habeat 254
*Adoris* in pen. nunc producitur, nunc corripitur 254
*Adorare* unde 129
*Adoriendūs* 676
*Adorior*, tus 621, 463
& adorſus ibid.
*Adoritur* pen. longâ 666
*Adraſtīne* 36, 406
*Adria* 117
*Adſciſco* per d ſcribitur 20
*Adſto*, adſtiti 527
*Adſum* 636
*Adveho*, xi, ctum 587
*Advena* 115
*Advenio* paſſivè acceptum 551
*Adverbium* qvid 679
qvare ſic dictum 680. aliis etiam Orationis partibꝰ adjicitur, qvàm Verbo ib. Significatio in iis variè diſponendis attendēda ibid. Eorum accidentia 681. Significatio ibid. Adverbia Loci 682. Temporis 685. Nūeri 686. Qvātitatis

Digitized by Google

tatis 687. Qvalitatis ib. Similitudinis ibid. Intendendi 688. Remittendi ib. Minuēdi 689. Comparandi ibid. Elevandi ibid. Dubitandi 690. Interrogandi ib. Affirmandi ib. Negandi, Demōſtrandi, Hortandi 692. Optādi 694. Concedēdi, Prohibendi, Reſtringendi, Corrigēndi 696. Eligendi, Excludendi, Separandi & Diſtribuendi 697. Congregandi, Comitandi, Eventus 698. Eorum ſpecies 700. Cōparatio 704. Figura 706
*Adverbia* qvô tonô efferenda 15
*Adverbia* locô Nominum poſita 111
*Adverbia, magis, maximè* &c. Adjectivorum incomparabiliū gradus compenſant 180
*Adverbialia* 400
*Adverſor* 536
*Adverſarium* pro Adverſariorum 30
*Adverſaria* Neut. p. 363, 369 qvid ſint 670, unde dicta ibid.
*Advesperaſcit* 656
*Adulor* 536. & *paſſivè* 463
*Adulter* 40
*Adulteror & adultero* 661, 662
*Adus* 63
*Æ* mutatur in I 20
*Æcaſtor* 691, 692
*Ædepol* ibid.
*Ædes* in plur. & ſing. 351, 352
*Ædis* hæc, Nom ſing. 352
*Ædicula* dimin, ab ædis ibid.
*Ædifico* 635
*Ædilis*, ædile, ædili 83
*Ædilitius* 408. unde dic. 413
*Ædilitius* per t, nôn ædilicius per c ſcribendū 13
*Aëdon* 125
*Aëllo* 46, 108
*Aër* 279. Aëres 281, Aëra 77. Aëribus 281
*Ægæum mare* 283
*Ægeïdæ* 401
*Ægis* 57
*Ægoceros* 61
*Ægreſco* unde 567
*Ægyptius* 405
*Æmulor* 536
*Æneas* 12
*Æneas*, Ænea 34, 29
*Æneam*, Ænean 35
*Æneis* 402
*Æneades* 402, 403
*Æneade* 401
*Æolidem* & Æoliden 36
*Æqvidiale* pro Æqvinoctio 286
*Æqvor* 129



Digitized by Google

*Æra* in plur. numero *qvid* & unde 272
*Ærêi* pro Ærëi 222
*Ærarium* 272
*Æreus*, *aeneus* ab æs 416
*Æribus*, abl. pl. ab æs 270
*Ærugo* 121
*Ærum*, Gen. pl. ab æs 416
*Æs*, æris 56, 133, 272
ejus uſus prior ferro 272
*Æſtiva* Neut plur. Adjectiv. 363, 366
*Æſtivus* 408
*Ætatèm* 685
*Ætatum* nomina ſunt ſingularia tantùm 278
*Æternùm* 685
*Æther* 279, 390. nonnunqvam pro Jove ſumitur 284
*Æthera* 77
*Æther* & *Æthra* 390
*Æthra*, Æthræ 284, 390
*Æthiops* 406, 91
*Æthiopiſſa* 169, 171
*Æthiopis* fœmina qvomodo dicatur 171
*Afer* 405
*Affatim* 687
*Affatu* Monopt. 240
*Affectiones dictionū* qvot & qvæ 18
*Affectiones Nominis* qvomodo ortæ ſint 25
*Afferò*, attuli, allatùm 597
*Afficio*, eci, ctum 587
Per f ab initio ſcribitur 2[illegible]
*Affigo*, xi, xum 578
*Affinitati* pro affinitate 85
*Affinis* 23. cujus gener. ſit 111
*Affini* pro affine 83
*Affligo* 634, 578
*Africanus* unde dictus 25
Eſt Gentile 406
*Aganippides* 402
*Agaſo* unde 423
*Age*, agedum 649
Etiam plurali junguntur 690, 691. agite, agedum ibid.
*Aggredior*, ſus 608. *paſſivè uſurpatur* 463
*Agillimus* autoritatis indiget 184
*Ag-men* an ſcribendum 12, 14
qvid ſit 25
*Agnoſco*, ovi, itum 561
*Agnoſco* ut ſcribatur 20
*Agnomen* 25
*Ago*, egi, ctum 578
*Agon* 125
*Agragas* 53
*Agreſtis* unde 414
*Agreſtûm* pro agreſtium 31
*Agricola* 115
*Agrigentum* 53
*Ab* 748, 749
Ai qvomodo ſcribendum 12
Ai Genitivus antiqvus 34
Ai Græcorum ſonat Æ 6
Ai--ax 6



Digitized by Google

i-jo ibid.
jo 943, 644. Qvartæ Conj. eſt ibid. qvibus temporib9 conjugetur ibid. Perfecti ſolida autoritas deſideratur ibid.
*Ain'* 16
*Al* qvaſi *All* 10
*Alacer* 51
*Alacer*, alacris 175
*Albico* propriè non eſt Diminutivum 632
*Albis* 107, 74
*Albula* 107
*Album* Neut. ſing. 298. qvid ſignificet, & unde nomen habeat 302
*Album judicum*, Citharædorum 302
*Albus* 24
*Alcedo* 126, 121
*Alcyon* 126. Alcyone ibid.
*Aleator* ab alea 413
*Alec* 123
*Alecto* 108, 77, 46
*Ales* 55, 133, 102
*Ales* caret Neutro pl. 162
*Alex* 123
*Algeo*, alſi, ſine *Sup.* 546 Alſum habet *Priſc.* ſine autoritate. Alſius Cic. 547
*Algor* & *Algus* 394
*Alicubi* 682. Aliubi ibid.
*Alid* antiqvè pro aliud 38
*Alimodi* pro aliuſmodi 199
*Alimonia* unde 423
*Aliò* 683. aliqvò ibid. aliorſum, aliovorſum 684
*Allegatu* 144
*Allicio*, xi, ctum 587 allicui antiqvè ibid.
*Allido*, di, ſum 569. unde 20
*Allino*, evi, itum 594
*Aliqvando* 685
*Aliqvantiſper* ibid.
*Aliqvid* 123
*Aliqvid* ſubſtantivè 161
*Aliqvot* indecl. 193
*Aliqvoties* 686
*Alis* pro alius antiqvè 38
*Aliter* 687
*Alitus* rarò pro altus, undealtor, altrix 592
*Aliud* 123
*Aliud* pertinet ad 2. Dec. 38
*Aliud* pro alium 173
*Alius* 38, 40, 730
*Aliuſmodi* 200
*Allia* 107
*Allobrox* 406, 71
*Alluvio* & *alluvies* 122, 398
*Almus* incomparabile 178 unde dicatur 425
*Alo*, ui, itum 591
*Alpha* 207. unde dicatur 208
*Alpes* 352. Ejus ſingulare extat ib. unde dicatur ib.
*Alpinus* 405
*Altar* 393
*Altare* ab altum 414
*Altè* 687
*Alter* 40



Digitized by Google

*Altera* Dat. pro alteri 448
*Alternis* adverb. 702
*Altercor* 536
*Altercor & alterco* 661, 662
*Alteruter*, alterutrius 40
*Alumnus* 23
*Alvus* 138
*Alvus* fœm. ſing. 287. in pl. num. tamen extat 290
*Am* vel *An* 711, 716, 717, 719 Non duæ, ſed una tãtùm Præpoſitio inſeparabilis ibid. unde 721
*In Am Ebraica* qvomodo declinata 34
*Amabo* 694
*Amandi* 22
*Amaracus* 143
*Amaracus & amaracũ* 379, 144
*Amare* 22
*Amaror* ab amarus 413
*Amàrunt* qvô tonô efferendum 15
*Amaryllis* 78, 79
*Amaryllida* 78
*Amàſſo* pro amavero 654
*Amatu* 22
*Amazones virgines* 165, 106
*Amba* 37
*Ambage* 266, 352
*Ambages* 716, 267, 352, 92
*Ambagibus* 267
*Ambagio* 266
*Ambarvalis* 716
*Ambarvalia* unde 20
*Ambe* antiqvè 20, 716
*Ambedo*, edi, eſum 569, 573
*Ambeſſum* ibid.
*Ambeſus* 20, 716
*Ambibam* pro ambiebam 639
*Ambiens* 67
*Ambigo* 427. ſine præt. & ſup. 579. in ambegi autoritatem deſideramus 581
*Ambigua Nomina* qvæ 427
*Ambio* 613, 614, 716. & unde 20. & qvomodo cõjungetur 639
*Ambitio* 122
*Ambitioſus* 716
*Ambitus* ibid.
*Ambo* 122
*Ambo* qvomodo declin. 211
*Ambo* acc. pl. pro ambos ib.
*Ambulo* 633
*Amburbialis* 716
*Ambuſtus* 20, 716
*Amfractum* 716
*Amen* vox Ebræa & Sacra. affirmantis & non jurantis eſſe evincitur 691
*Ames* 131, 55
*Amethyſtus* 141
*Amicei* 6
*Amicitia*, non, amicicia ſcribendum 13
*Amicio*, xi, cui, ctum 614 Malè ad tertiam conjugationem refertur à Diomede 616
*Amicibor* pro amiciar ibid.
*Amictus* qvaſi am-jectus 716



Digitized by Google

*Amicus* 20, 23
*Amiſti* pro amiſiſti 474
*Amnis* unde 101, 84, 717
*Amni* pro anne 85
*Amo* 19, 21, 634
*Amor* paſſivè 50, 129
*Amphitryoniades* 404
*Amplector*, xus ſum 608
*Amplexor* 556. & *paſſivè* 463
*Ampullor* 537
*Amuſſis* 74
*Amyclæ* 363
*Amygdalinus* incomparabile 178. unde 416
*Amyntiades* 404
*An* 690
*Analogia* qvid? unde 193
*An analogiâ ſermonis uſus conſtet* 193
*Anates* maſculæ 105
*Anceps* 65. & unde 717
*Anchiſe* dativus anom. 35
*Anchiſen* 36
*Anchiſa* 34, 378
*Anchiſes* 34, 35, 29, 378
*Anchiſiades* 403
*Ancile* 93
*Ancilia* 93, 717
*Ancilium*, orum 93
*Ancillor* 536
*Ancipes*, pitis 65
*Androdus à Leone ſervatus & paſtus* 178
*Androgeo* gen. androgei 38
*Androgeōna* accuſat. ibid.
*Anfractus* 716
*Angiportum & Angiportus* 395
unde dictũ Varroni ibid.
*Ango*, anxi ſine ſup. 578, 581
*Angve* 85, 84
*Angvilla* 409. aliud ſignificat qvam angvis 411
*Angvis* 101, 104, 84, 136
*Angvi* pro angve 85
*Anima* 37
*Animabus* ibid.
*Animal* 81, 89, 123, 112
*Animale* pro animal 393
unde 414
*Animali* 81, 89
*Animalia* 88
*Animans* 151
*Animantia* 152
*Animai* pro animæ 6
*Animis* pro animabus 37
*Animoſus* ab animabus 415
*Anien* 45, 47
*Anio*, anienis 45
*Aniſum* 274
*Annales* maſc. plur. 317
ſingulare etiam extat 319
*Annales* qvid ſint ibid.
*Annales* 83
Annale, annali ibid.
*Anniculum* 410
*Annitor*, iſus, ixus 609
*Annuo*, ui, ſine ſup. 606
*Annus* unde dictus 717
*Anomala nomina* qvæ & qvotuplicia 192
*Anomalia* qvid? unde dicatur ibid.

Ano-

Digitized by Google

*Anomala verba* qvæ & qvotuplicia 634
qvibus nominibus appellata 635
*Anqvirere* qvid 717, 719
*Anta* fœm. plur. 337, 349
qvid ſint antes ibid.
*Ante* 712. unde 720, 721
*Antecello*, ui, ſine Sup. 591, 635
*Anterior* 191
*Anteros* 61
*Antes* maſc. plur. 318, 328
*Antevorta* & *poſtvorta* qvid 326
*Antidotus*, Antidotum 379, 139
*Antipodes* 212. qvinam 216
unde nomen habeant ib.
*Antiſtes* 55, 111
*Antiſtita* fœm. ab Antiſtes 164
*Anthrax* 153
*Anues*, Acc. pl. pro anûs 96
*Anuis* pro anûs 95, 96
*Anus*, anûs 96
*Aönides* 402
*Ap.* notat Appius 25
*Apage* 649. apageſis 652
apagete 649
*Apecula* 54
*Aperio*, ui, ertum 615
*Apes* 54
*Apex* 156
*Apicæ* oves 24
*Apicula* 54
*Apina* & *Trica* nomina propria urbium deletarum 353
*Apinæ* plur. 352. apinæ & tricæ cur rebus nihili attributæ ibid.
*Apis* 54
*Apiſcor*, aptus ſum 608, 618
*Apium* 32
*Apullos* 38, 39. Apollo 39, 45. Apollon 39
*Apoſtrophus* qvid 16
*Apparatio*, apparatus 397
*Apparet* 756
*Appello*, uli, ulſum 592
*Appellativū nomen* qvid? 24
*Appendo*, di, ſum 569
*Appetitio*, appetitus 397
*Applaudo*, di, ſum 569
*Applico*, ui, avi, itum, atū 531
& *applicatus* freqventius qvàm *applicitus* ibid.
*Apluſtre*, ſtra & ſtria 88
apluſtrum 89
*Appono*, ſui, itum 594
*Apricor* 536
*Aprilis* 82, 107
*Aprinus* 408
*Aprugnus* ibid.
*Aptota* 18, 193. non variantur in fine 18. qvid ſint aliis 239. qvid nobis ibid.
*Aptota & Monoptota olim fuerunt Synonyma* ibid.
*Ap-tus* an ſcribendum 14
*Aptus* 20
*Apud* 712

Apûm

*...um* uſitatiùs dicitur
qvàm apium 32
*...us* 148
*qvæ* 6
*qvalis* 101, 75
*qvalim* 76
*qvilex* 69
*qvilo* 107
*...qvor & aqvo* 661, 662
*...nbs* 406
*...neus, Aranea* 285
*...neolus* 411
*...ter* 75
*...rim* 81
*...ris* 74, 81
*...re* 81
*...tus* præt. 674
*Arbitratus* nomen 4. Dec.
qvot & qvos caſus habeat 254
*Arbitro* 662
*Arbitror* 536. & *paſſivè uſurpatur* 463
*Arborũ nomina* cuj9 gen. 110
*Arbor* 129
*Arbor, arbos* 384
*Arbos* 138
*Arcus* 96, 53, 406
*Arceo*, ui, ſine Sup. 543
*Arceſſo*, ivi, itũ 600, 601, 626
*arceſſiri* 601
Architector 536, 629
& *paſſivè uſurpatur* 463
*Architectus, Architector* 392
*Arctophylax* 153
*Arctos* 138
*Arctus* 139
*Arcus* unde 424
*Ardeo*, arſi, arſum, arſurus 544, 545
*Arduior, arduiſſimus* ab arduus 183
*Ara* plur. 353
*Arefacio* 20
*Argilla* 410
*Argillaceus* unde 416
*Argivus* 405
*Argos* 62
*Argos* cujus generis 109
*Argos* Neut. in plur. Argi 232
*Arguo*, ui, utum 606
*Argumentor* 536
*Argutia* fœm. plur. 337
*etiã in ſing. invenitur* 346
*Argutor* 536
*Argutus activè ſignificat* 674
*Aries* 99, 104, 55, 131
cujus generis 106
*Ariolor* 536
*Ariolus* 410
*Arma* 118
*Arma* Neut. plur. 363, 365
unde deducatur & qvid ſignificet 365
*Armiger* 23, 41
*Armûm* pro armorum 31
*Aromatites* 132
*Aromatum nomina* ſunt ſingularia tantùm 274
*Arpinatis* pro Arpinâs 436
*Arpinas* 92, 405
*Arqvus* pro arcus 96, 563



Digitized by Google

*Arqvati* 97
*Arqvus* pro iride qvomodo declinetur 216
*Arrhabo* 122
*Arrigo*, exi, ctum 580
*Arripio*, ui, ptum 590
*Ars* 91, 149
*Artaxata* 377
*Arteis* 95
*Articulis* caret ſermo latinus 16
*Articuli Latinorum* qvo loco habendi 105
*Artifex* 87, 90, 69
*Artifici* 87, 90
*Artium nomina* initiò ſcribenda majuſculis 12
ſunt fœminina 108
Græca declinantur bifariam 211
*Artium* 91
*Artocreas* 52
*Artua* neut. pl. pro artus maſc. plur. 323
*Artus* maſc. pl. 96, 317
*Arundo* 121
*Arundineus*, arundinaceus ab arundo 416
*Arx*, arcis 67, 153
unde dicatur 424
*As* terminatio primæ declinationis 34
*As* Genitivus græcus 34
*In* A S *Ebraica*, S è Vocativo abjiciunt ibid.
*In* A S *græca* qvomodo declinentur 34, 35
*In* A S & E S *græca* per A & E olim enunciata 34
*As*, *aſſis* 91, 52, 130, 132, 107
*Aſſis partes* cujq gen. 150, 107
*Aſſis* partium gen. plur. qvalis 90
*Aſa dulcis* 75
*Aſcendo* per ſ ſcribitur ab initio 20
*Aſcendo*, di, ſum 570. pro aſcendi legitur *eſcendi* 575
& *eſcenſq* pro aſcenſus ib.
*Aſellus* 410
*Aſciſco* à ſcio 566
*Aſſentior*, enſus ſum 620, 634
*aſſentio* antiq; 621, 661, 662
*Aſſentor* 536
*Aſſero*, ui, ertum 598
*Aſina* 37
*Aſinabus* ibid.
*Aſinis* pro aſinabus ibid.
*Aſper* 40
*Aſpergo*, ſi, ſum 580
*Aſpernor* 634, 536
& *paſſivè uſurpatur* 463
*Aſpicio*, xi, ctum 588, 634
*Aſpiratis* græcarum, qvæ literæ latinæ reſpondeant 13
*Aſpiro* per ſ ſcribitur 20
*Aſpis* 57
*Aſſector paſſivè* 463
*Aſſi* pro aſſe 85
*Aſſiduus* unde 425


Aſſi-

Digitized by Google

*ſsiduior, aſſiduiſſimus, aſ-*
*ſiduiſſimè* 184
*ſilio*, ui, ultum 615, 619
*ſumo* per ſ initiò ſcribitur 20
*ſt* 729. rarum Orat. 730
*ſthma* 11
*ſto*, aſtiti, aſtitū 532, 533, 634
*ſtur* 130
*ſturcones* ibid.
*ſtus* qvot & qvos caſus habeat 258
*ſueſco* unde 566
*ſuetus activè ſignificat* 674
*ſtyanax* 68
729
*ut* 748
*ttagen* 47, 126. attagēnis 47. attagēna 390
*thena* 363
*thenienſis* 405
*thos* Gen. *Atho* 36
& *Atho, Athonis* ibid.
*tomus* 146
*tlantis* 404
*tlantiades* 401
*tlas* 52, 130
*tq* 689, 739. acutum tonum in penult, non patitur 15
*tqui* 729
*tramentum* 313
*triplex* 158
*tropos* 108
*ttero*, ivi, itum 59
*atterui* 600
*Attici Vocativum loco Nominativi ponunt* 29
*Atticiſſo* 628
*Attingo* per t initiò ſcribitur 20
*Attingo*, igi, actum 580
*Attigo* pro attingo 585
*Attineo*, ui, 551
*Attinet* 656
*Attraho*, xi, ctum 587
*Au* perperam à Diomede annumeratur Præpoſit, inſeparabilibus 718
*Au* mutatur in U vel O 20
*Avaritia, avarities* 391
*Avarus* unde 425
*Auceps*, aucupis 91, 65
*Aucupo* 662
*Aucupor* 536
*Auctor*, auctrix 164
*Auctionor* 536
*Auctuo* & *auctuor* 660
*Audacia* per c non audatia per t ſcribendum 3
*Audacter* pro audaciter 18
*Audeo*, auſus ſum 545
*Audendus* 675
*Audibo* pro audiam 654
*Audientia* unde 424
*Audio* 734
*Audio* dat obedio 20
*Auditus* 96
*Ave* 650. avete 651, unde dicatur ibid.
*Avello*, ulſi, ulſum 592
*Avena* 276



Digitized by Google

*Aveo* ſine Præt. & Sup. 555
*Avernus* in plur. averna 224
qvid ſit 225. unde dic. ib.
*Averſor* 536
*Aufer* 127
*Aufero* pro abfero 20
*Aufero*, uli, atum 597
*Aufugio* pro abfugio 20
*Augeo*, xi, ctum 546
*Augeſco* ab augeo 565
*Augmentum* ab augeo 424
*Augur* cujus generis 111
*Augurium* pro auguriorũ 31
*Auguror* 536. auguror &
*auguro* 661, 662
*Auguror paſſ. uſurpatur* 463
*Avi* pro ave 85
*Avim* 76
*Avis* 84
*Ave* 84
*Aulãi* 634
*Aulæum*, aulæa 385
*Aureæ* fœm. plur. 353
*Aurem mordaci lotus aceto*, *qvid ſit* 277
*Aureus* unde 416
*Aurifer* incomparabile 178
*Auriga* 115
*Aurum* 272
*Auſi* pro auſus ſum 460
*Auſim* 646
*Auſonis* ibid.
*Auſpex* 69
*Auſpicari* 70
*Auſpicatè* ibid.
*Auſpicatum* ibid.
*Auſpicium* ibid.
*Auſpico* 66[illegible]
*Auſpicor* 536
*Aut* 725. non interrogat 740
*Autem* 739
*Autor* cujus generis 111
*Auctuarium* unde 424
*Avus*, avia 164
*Auxilior* 536
& *paſſivè uſurpatur* 463
*Axim* pro egerim 65[illegible]

B.

*Bacchanal*. ſing num. pro Bacchanalia 316
*Bacchanalia* nomen plur. 31[illegible]
unde deducatur 316
*Bacchanalium* & orum 93
*Bacchar* 81, 127
*Bacchor* 536, 629
*Bacchus* vocat. caſus 29
*Bactra* 377
*Baculus* maſc. & baculum Neut. 379, 314
*Bajæ* 363
*Balanus* 146
*Balinea*, *balineum* pro balneæ, balneum 238, 312
*Baliſta* 116
*Balneum* in plur. balneæ & poëticè balnea 236
*Balthêi* pro balthei 222
*Baltheus*, *baltheum* 379
*Barathrus* 304
*Barathrum* Neut. ſing. 298
unde nomen ducat 303
qvid ſignificet ibid. 304

*Barba-*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *rbara* τ̃ indeclin. | 207 | *Bicorporum* | 87 |
| *rbarus* qvinam | 207, 19 | *Bidens* | 150 |
| *rbarior* | 179 | *Bifariam* | 697 |
| *rbitus* | 146 | *Biga* fœm. plur. | 337 |
| *tuo* ſine Præt. & Sup. | 606 | *Singul. etiam datur* | 338 |
| *bor* | 537 | *Bigener* unius termin. & omnis generis | 174 |
| *lzebub* | 106 | | |
| *ides* | 404 | *Bijugus*, Bijugis | 176 |
| *e...* | 278 | *Bilicem* monopt. 240. qvid ſignificet & unde derivetur 242. bilicem loricam 242 adject. eſt. ib. | |
| *aria* Neut. pl. unde dicta, qvid ſint | 363, 364 | | |
| *e...* | 15 | | |
| *lligero* | 635 | *Bilis* 293. qvid ſit Plinio ibid. | |
| *llo & bellor* | 660 | *Plur. eidem uſurpatus* ib. | |
| *llona* dicta eſt Pallas | 53 | *Bilis* fœmin. ſing. | 287 |
| *...* | 687 | in plur. num. extat | 293 |
| *enedico* | 635 | qvid ſit | ibid. |
| *efacio* | 20, 635, 587 | *Bimeſtri* | 82 |
| *eneficiſſimus* | 188 | *Bimeſtre* | ibid. |
| *enevolus* | ibid. | *Bini* | 314 |
| *enevolens* | ibid | *Binûm* pro binorum | 30 |
| *...* | 75 | *Bipartitò* | 697 |
| *...* | 363 | *Bipennis* | 83, 84. 100, 136 |
| *...* | 143 | *Bipenne* | 84 |
| *...*, beſtis | 56, 107, 131 | *Biremis* | 100 |
| *...* | 104 | *Bis* | 686 |
| *...* | 207 | *Biturix*, biturigis | 21 |
| *Bibo*, bibi, bibitum | 559 | *Blandior*, itus | 620 |
| *...* | 141 | *Blandior paſſivè ſumptū* | 464 |
| *Bibrax*, bibractis | 67 | *Blanditia*, æ | 393 |
| *Biceps* | 65 | *Blanditia* plur. | 391 |
| *Bicipes*, bicipitis | ibid. | *Blaſteon* cujus generis | 109 |
| *Bicorpor* | 87, 88 | *Bobus* | 94 |
| *Bicorporis* | 87 | *Boi-us*, Boi-on, Boi-os | 7 |
| *Bicorporus* | 88 | *Bombyx* | 67, 157 |
| *Bicorporū* | ibid. | *Bona* neut. plur. | 371 |


 Boni-

Digitized by Google

*Bonitas* 18
*Bonus* 18, 24
*Böotes* 217, 132
*Bos* 62, 92, 94
cujus generis 111
*Boum* 92
*Bracteola,* 414
*Branchiæ* fœm. plur. 353
qvid ſint Gorrhæo, unde derivētur ibid.
*Bubo* 100, 102
*Bubus* 94
*Bubulcitor* 537
*Buccina,* buccinum 385
*Bucephalus* 272 unde ibid.
*Buceras* 130
*Buceros* 131
*Bura,* Buris 389, 74
*Buſenis* 57
*Butyrum* 276, 313
unde dicatur 277
*Buxeus* à buxum 416
*Buxus,* buxum 379
*Byſſus* 139

C.

*C ut R* pronunciatum 9
C ut Z pronunciatum 16
C notatur Cajus 25
*Cn.* notat Cnæus ibid.
C terminatio 3. decl. 43
*C nota condemnationis* 110
*In C tertiæ* formata in Genit. 46
*Cachinnor* 563
& *cachinno* 661, 662
*Cacoëthes* 133
*Cadûm* pro cadorum 31
*Cado,* cecīdi 525, 526, 567
cæcidi per æ vitiosè ſcribitur 526, 527, 571
*Cadûm* pro cædium 31
*Cæcior* à cæcus 179
*Cæcus* 191
*Cæremoniæ* plur. 354
unde dictæ, qvomodo ſcribendæ ibid.
*Cæterum* 731
*ejus elegans uſus* ibid.
pro eo ſcitè uſurpatur *cætera* ibid.
& *cæterò* apud Plin. 731
hinc &c. h. e. & *cætera,* nota tacygraphica.
*Cæſim* 687
*Cæſo & cæſar* 425
*Ceſtus* 279
differt à ceſtus 281
*Cadaver* 128. unde 424
*Cades* plur. 363
*Cado,* cecidi, caſum 91, 568, 525, 526
*Caducus* à cado 425
*Cadûm* pro cadorum 30
*Calathiſcus* 411
*Calcar* 81, 50, 117, 423
*Calcari* 81
*Calcha* 79
*Calchanta* 77
*Calchas* 53, 79
*Calço* 20
*Calefacio* 633, 587
*Calefio,* calefactus ſum 461

 Calen-

Digitized by Google

*alenda* plur. tantùm 357
unde deducatur &
qvid notet: num lite-
ram C, an verò liter.
K ab initio habere de-
beat ibid.
*aleo*, ui, itum 540
*alepini lectio ſupparum*
pro *ſupparus* rejecta 383
*alepini mendoſa lectio in-
ſimates*, pro *inſimatis*
detecta 332
*aleſci* pro calui 559
*aliſto* 46
[illegible] 156
[illegible]*itium* à calvus 414
*alumnior* 536. *paſſivè* 464
[illegible]*o*, calvor 606
[illegible] 159, 67
[illegible]*bs* 150
[illegible]*pſo* 46, 77
[illegible] 157
[illegible]*bio* ſine præt. & ſup.
[illegible]*mpſi* præter. nihili eſt,
unde verbum cambſo
derivatur 616
[illegible] cujus generis 109
[illegible]*peſter* 51
non comparatur 29, 178
[illegible]*peſter*, campeſtris 175
[illegible]*alis* 82
[illegible]*anæus* à cananæus 168
[illegible]*celli* qvid, cancelli ſce-
[illegible]ci, cancelli noſtrates,
unde dicti Feſto 331
[illegible]*cer* 104
*Candico* propriè non eſt
denominativum 632
*Candelabrum* unde 414
*Cando* 634
*Cani* adj. ſubſt. intell. 321
317 induit naturã ſub. 322
*Canicula* 410
*Canis* 90, 111
*Cannabi* pro cannabe 85
*Cannabis* 84
*Cannabis*, *cannabum* 394
*Canna* 363
*Cano*, cecini, cantum 594
*Canon* 47, 125
*Cantes* fœm. plur. 354
*Cantillo* 631
*Canum* 90
*Capeſſo* 626, 606, 601
paragogum eſt 607
*Capillus* 410
*Capio*, epi, aptum 589
*Capis* 57
*Capiſtri* Nõ. pl. vix extat 236
*Capital* 393
*Capitales Literæ* 4
*Capitulum* 411
*Capreolus* 409
*Capſo* pro cepero 634
*Capſula* 411
*Capus*, capo 392
*Caput* 11, 67, 123
*Carbaſus* 146
*Carbaſa* pl. 230. qvid ſint ib.
unde dicãtur 231
*Carcer* 284. qvid ſignificet
285. pl. num. habet ibid.




Digitized by Google

Carectum unde 414
Cardinalium numerorum nomina ſunt plur. 314
Cardinalia qvæ 417. unde dicta 418. eorũ ordo ib.
Cardo 45, 120
Carduelis 100
Careo, ui, itũ, cariturus 540. 541. Caſſum verum ſupinũ nõ eſſe probatur 541
Careſis 652
Carex, caricis 68
Caritates 279
Carnifex 90, 69
Carnificium 90
Carnificor 537, 538
& paſſiuè uſurpatur 464
Caro 90, 45, 122
Carnium 90
Carnis ibid.
Carpo, pſi, ptum 396
Caſſes maſc. pl. 318
etiam ſing. extat 328
Caſſis, idis 328
Caſſida & caſſis 389
Caſſis 57, 137
Caſſus 675
Caſta 117
Caſtalides 402
Caſtra neut. plur. 363
caſtrum 364, 365
Caſtrenſis 405
Caſus 21
Caſus qvid & qvot 26, 27
Caſus ſextus Græcis negatur 28

Caſus cur rectus dictus &
cur obliqvus
Caſuum uſus
Caſuum regulæ
Caſuum appellationes q
les
Catalogus
Catapulta
Catarrhacta
Catellus
Cathorchites
Cato & Catones
Catulus, Catellus
Catum qvid
Caudex
Caueo, avi, autum
Catum Friſchlin
batur, unde Ca
Cavilla, cavillum
Cavillor
Caupona
Cauſa
Cauſalis caſus
Cauſor
& paſſiuè uſurp
Cautela unde
Cautus actiuè ſig
Cecurri pro cuc
Cecropidæ
Cedo, ceſſi, ceſſu
Cedò adverb. H
qvare & Ve
verbio accen
Celæno
Celarent indecl
Celeber 51


Digitized by Google

*bris* frequentius qvàm
eleber 175
*r* 89, 175
*r* in fœm. uſurpatū 176
*res* 93
*res* nomen poſeſſ. plur.
naſc. 331
*iber*, celtiberi 40
*bris* 57, 136
*o*, is, ire 4. conj. 554
*io*, ui, ſum 553
*ter* 554
*marius* 421
*mi* 420
*imus* 419
417
*plex* 421
*lus* ibid.
*s* 136
*æ* 196
er æ in penult. ſcri-
196
declin. 194, 1 9
9
278
*ſum* 411
ereris 56
revi, cretum 594
qvid 563
pro Gerrones 563
689, 690
163
55, 131
675
t; plur. 363, 370, 119
46

*Cetos* 62
*Ceu* 9
*Ceveo* ſine Præt. & Sup. 555
*Chameleon*, ontis, & qvid.
*Chameleonte mutabilior qvid notet* 48
*Chaos*, chaus & chai 62, 313, 138
*Charis*, charitis 59
*Charon* 48
*Charta* 116
*Charybdis*, charybdim & charybdin 77
*Chaſma* non χaſma ſcribendum 13
*Chelys* 149
*Cherubim* 207, 209
*Chimæra* 108
*Chirographus*, *chirographū*. de iis Henrici Steph. diſcurſus 379
*Chlamyda* 78
*Chlamydem* ibid.
*Chlamys* 78, 79, 64, 149
*Cholera* fœm. ſing. 287
qvid ſit, & ūde dicatur 290
*Chreme* 79
*Chremem* & chremetem 77
*Chremes* 79
*Chremes*, chremetis & chremis 56
*Chriſtianus* comparativo caret 190
*Chryſeïs* 57
*Chryſolitus* 141
*Chytropus* 148

 *Ciba-*

Digitized by Google

*Capellum* unde 414
*Cardinalium numerorum* nomina ſunt plur. 314
*Cardinalia* qvæ 417. unde dicta 418. eorū ordo ib.
*Cardo* 45, 120
*Carduelis* 100
*Careo*, ui, itū, cariturus 540. 541. *Caſſum* verum ſupinū nō eſſe probatur 541
*Careſis* 652
*Carex*, caricis 68
*Caritates* 279
*Carnifex* 90, 69
*Carnificium* 90
*Carnificor* 537, 538 & *paſſivè uſurpatur* 464
*Caro* 90, 45, 122
*Carnium* 90
*Carnis* ibid.
*Carpo*, pſi, ptum 596
*Caſſes* maſc. pl. 318. etiam ſing. extat 328
Caſſis, idis 328
*Caſſida* & caſſis 389
*Caſſis* 57, 137
*Caſſus* 675
*Caſta* 117
*Caſtalides* 402
*Caſtra* neut. plur. 363 caſtrum 364, 365
*Caſtrenſis* 405
*Caſus* 21
*Caſus* qvid & qvot 26, 27
*Caſus* ſextus Græcis negatur 28
*Caſus* cur rectus dictus & cur obliqvus 26
*Caſuum* uſus 26
*Caſuum* regulæ 28
*Caſuum appellationes* qvales ibid.
*Catalogus* 138
*Catapulta* 117
*Catarrhacta* ibid.
*Catellus* 410
*Cathorchites* 132
*Cato & Catones* 25
*Catulus, Catellus* 410
*Catum* qvid 1[illegible]
*Caudex* 681, 150
*Caveo*, avi, autum 555 *Catum* Friſchlino probatur, unde *Catus* ibid.
*Cavilla, cavillum* 386
*Cavillor* 536
*Caupona* 414
*Cauſa* 9
*Cauſalis caſus* 27
*Cauſor* 536 *& paſſivè uſurpatur* 464
*Cautela* unde 424
*Cautus activè ſignificat* 674
*Cecurri* pro cucurri 520
*Cecropida* 401
*Cedo*, ceſſi, ceſſum 568, 617
*Cedò* adverb. Hortandi 690 qvare & Verbo & adverbio accenſitum 691
*Celæno* 46, 101
*Celarent* indeclin. 2[illegible]
*Celeber* 51, unde 4[illegible]



Digitized by Google

*Celebris* frequentius quàm celeber 175
*Celer* 89, 175
*Celer* in fœm. uſurpatũ 176
*Celeres* 93
*Celeres* nomen poſeſſ. plur. maſc. 331
*Celtiber*, celtiberi 40
*Cencbru* 57, 136
*Cenſio*, is, ire 4. conj. 554
*Cenſeo*, ui, ſum 553
*Cenſitor* 554
*Centenarius* 421
*Centeni* 420
*Centeſimus* 419
*Centum* 417
*Centuplex* 421
*Centuplus* ibid.
*Centuſſis* 136
*Cepa*, pæ 196
*Cæpe* per æ in penult. ſcribitur 196
*Cepe* indeclin. 194, 1 9
*Ceos* 9
*Cera* 278
*Cerebellum* 411
*Ceres*, cereris 56
*Cerno*, crevi, cretum 594
*Cernuo* qvid 563
*Cerrones* pro Gerrones 563
*Certè* 689, 690
*Cerva* 163
*Ceſſes* 55, 131
*Ceſſatus* 675
*Cete* neut. plur. 363, 370, 119
*Ceto* 46
*Cetos* 62
*Ceu* 9
*Ceveo* ſine Præt. & Sup. 555
*Chameleon*, ontis, & qvid. *Chameleonte mutabilior qvid notet* 48
*Chaos*, chaus & chai 62, 313, 138
*Charis*, charitis 59
*Charon* 48
*Charta* 116
*Charybdis*, charybdim & charybdin 77
*Chaſma* non χaſma ſcribendum 13
*Chelys* 149
*Cherubim* 207, 209
*Chimæra* 108
*Chirographus*, *chirographũ*. de iis Henrici Steph. diſcurſus 379
*Chlamyda* 78
*Chlamydem* ibid.
*Chlamys* 78, 79, 64, 149
*Cholera* fœm. ſing. 287
qvid ſit, & ũde dicatur 290
*Chreme* 79
*Chremem* & chremetem 77
*Chremes* 79
*Chremes*, chremetis & chremis 56
*Chriſtianus* comparativo caret 190
*Chryſeis* 57
*Chryſolitus* 141
*Chytropus* 148



Digitized by Google

*Cibaria* plur. neut. 371
*Cibus* 138
*Cicer* 128
*Cicer* neut.notũ,ſed *ciceres* pl. probandum eſt 235
*Citero* 9
*Cicero* à cicer 413
*Cicero rarò agnominis voce utitur* 25
*Cicerones* 235
*Ciceronianus* 408
*Canus,cicur,claudus,cōpos* non comparantur 178
*Cieo* ſine præt. citum. Nam civi eſt à cio, cire, 4. conj. 556,557,525 citum pen. longâ, unde concitus, excitus ibid. Et citum pen. brevi,unde concĭtus. excĭtus ibid.
*Ciere calces qvid ſit* 246
*Cinædior* à cinædus 182
*Ciner* 57
*Cinereus* & cineraceus à cinis 416
*Cingo*, xi, nctum 578
*Cingulum* à cingo 423
*Cinis* 57, 101
*Cinyps*, cinyphis 65
*Circa* 34, 712. unde 720
*Circiter* 712. unde 720
*Circũis* pro circumis
*Circuire* pro circumire 639
*Circum* 712. unde 720 circumcirca 721 circumſecus ibid.
*Circumflexô* notatur Gen. ſing. & Nom. Acc. & Voc. pl. 4. decl. 15
*Circũſpectus activè ſign.* 674
*Circumſpicio*, xi, ctum 588
*Circundo* 513
*Circunſto*, eti 588
*Cis* 712
*Citer* 189
*Citerior*, citimus ſine poſitivo 189
*Citbariſtria* 168
*Citò* 685
*Citra* 712. unde 720
*Cive* 85
*Civi* pro cive ibid.
*Civis* 84
*Civis* cujus gen. 111
*Civitas* 52, 24, 130
*Civitatium* pro civitatum 32
*Cladûm* pro cladium 32
*Clàm* utriqve caſui ſervit 715
*Clamo* 18
*Clamito* ibid.
*Clango*, xi, ſine ſup. 578 *clangui* habet vetus interpres vitiosè 581
*Claſſe* 85
*Claſſis* 84
*Clathrare*, clathratum 235
*Clathri* 234 unde dicatur, qvid ſit ibid. ſine aſpiratione etiam legitur 235 *clathrum* autoritatis indiget ibid.


Cla-

Digitized by Google

[illegible]*do*, es, ēre 665
[illegible]*do*, ſi, ſum 568, 20
[illegible]o claudo ant. *cludo* 571
[illegible] 76
[illegible] 9, 75
[illegible]*ſula* à clauſum 424
[illegible]*po*, pſi, ptum 596, 654
[illegible]*ſit* pro clepuit 654, 596
[illegible]*s* cujus gen. 111
[illegible] à cliens 414
[illegible] 46
*[illegible]tella* fœm. plur. 354
[illegible]*bo* 46, 108
[illegible]*eo* pertinet ad ſecundā conj. non 3. 556, 557
[illegible] 102, 130
[illegible]*o* ſine præt. & ſup. 606
*O* additur Præpoſ. inſeparabilibus perperam 718
[illegible] 244
*[illegible]gmenta* neut pl. qvid ſint, unde dicta 371
*[illegible]aleo*, ui, itum 541
*[illegible]arcto* 21
*Coccineus* unde 416
*Coccyx* 71, 157
*Cocles* 55, 115
*Codex* 68, 156
*Codicilli* maſc. plur. 410
qvid ſint 332
*Cœlebs* 65, 91
*Cœleſte* 82
*Cœleſti* ibid.
*Cœleſtûm* pro cœleſtium 32
*Cœlibum* 91
*Cœlicolûm* p. cœlicolarū 30
*Cœlites* maſc. plur. 92, 317
etiam ſing. extat 324
*Cœlitûs* 683. rarò utuntur hâc dictione autores. Servius & Lactantius eâ uſi ſunt 683
*Cœlum* in plur. cœli 232
an hoc plurale ſit Latinum diſqviritur 233
*Cœmeterium* per œ ſcribitur 12
*Cœna* per œ 9, 12
*Cœnaculum* unde 424
*Cœnandus* 675
*Cœno*, avi, atū 534, cœnatus ſum rejicitur 534, 535
*Cœnum* neut. ſing. 298
unde dicatur 300
*Coëo* act. & neut. 663
*Cœpi* 643. *cœpiſſem* ant. *cœpiam*, *cœpiat*. 16
*Cœpio*, cœpi, cœptum 590
ſed præſentis tempora qvibus Plaut. olim uſ9 eſt, jam exolevêre ibid.
cœpturus ibid.
*Cœpit* 656
*Cœruleus* à cœrulus 416
*Coërceo* 543
*Cognitus*, ior, iſſimus 669
*Cognomē* qvid & qvot. 24, 25
*Cognoſco*, ovi, itum 561, 21
*Cogo*, coëgi, actum 578
*Cohibeo* 21
*Cohibeſſo* pro cohibuero 493
*Colax* 153
*Colchis* 402



Digitized by Google

*Colendiſſimus* ficititium eſt 670, 180
*Colendus* incomparabile 178
*Coles* 132
*Collecta* qvid 388
*Collectim* 698
*Collectiva nomina* 427
*Colli* 85
*Colli* pro colle 701
*Collibet, collibitum eſt* vel collubitum eſt 657, 658
*Collido*, ſi, ſum 569
*Colligo* egi, ctum 579
*Collino*, evi, itum 594
*Collis* 136
*Collium* 90
*Colluo*, ui, utum 606
*Colluvio & colluvies* 398
*Colo*, ui, cultum 591
*Colocaſia*, colocaſium 386
*Colonienſis* 19
*Colonus* 23
*Colophon* 48. colophonij 50
*Coloſſa* 363
*Columba* 104
*Columbarium* unde 414
*Columbus* 104
*Columbulus* 411
*Colus* 146, 210
*Combibo* 20
*Comburo* 717
*Comedim* antiqvè pro comederim 653
*Comedo*, onis à comedo, is 423
*Comedo*, edi, eſum 569, 573
*Comes* 551, 11
*Comes, comeſt, comeſto, cōeſſet, comeſſe*, pro comedis, comedit, comedito, comediſſet, comediſſe 641
*Comeſſor* 536
*Cometes*, cometa 378, 117, 132
*Cominus* 682
*Comis* 191
*Comitia* nomen plur. 315 qvid ſint 317. qvotupl. ib.
*Comitium* pro loco, utroqs gaudet numero 317
*Commemini* 52
*Comitor* 536
*Commendatitius* unde 423, 426
*Commēdatꝰ*, ior, iſſimꝰ 669
*Commentarius* unde 425
*Commentor* 536
*Commentus paſſivè* 676
*Comminiſcor*, mentus & *paſſivè uſurpatur* 608, 464
*Commuto* 21
*Cōmodò* pro commodè 703
*Commodùm* 686
*Commonſtráſſo* pro commonſtravero 492
*Commôſſem, cōmôvit*, pro cōmoviſſem, commoverit 474
*Commune genus* 99
*Commune adj.* qvid 24
*Communia nomina* qvænam 111

Commu-

Digitized by Google

Communia verba 462
eorum longus catalogus recenſetur 463. Inopinatus dicitur Gellio 466
Communia quotnam generum ſint 112
Communico & communicor 660
Communio 122
Communis 717
Como, compſi, mptum 593 cum p ſcribendū 593, 594
Compacto 703
Compago, compages 389
Comparatio 25
Comparativus adj. qvid? 181
Comparationis ſunt tres gradus 182
Comparatio qvomodo gradus formet ibid.
Comparatio nō eſt ſubſtantivorum propriè 181
Comparatio adj. irreg. 185
Comparativus grad. qvid 182
Cōparativo carentia adj 190
Comparativo carentia efferuntur adjectâ voce magis 185
Comparativo in O R Priſci etiam uſi ſunt in neut. 183
Comparativorum Ablativus qualis 86
Comparco, ſi, ſum 561, 564
Compede abl. ſing. tanqvā à compes, pedis 394
Compedus ibid.
Compello 717
Comperio & comperior 600, 615, 621
Compes 133
Compes caret neut. pl. 161
Compeſco, ui, ſine ſup. 561
Compingo, egi, actum 579
Compita neut. pl. 363, 368
Complector, xus 608
Complecto 662
Compleo, evi, etum 548
Complexus paſſivè 676
Complico, ui, avi, itū, atū 531 complicatus tamen freqventius eſt qvàm complicitus ibid.
Complodo, oſi, ſum 569, 575 unde 20
Complureis 35
Compluria 89
Compono 21
Compos 61, 189
Compoſita qvomodo à ſimplici fiant 19
Compoſita è duobus nominibus qvomodo declinanda 19
Compoſita qvomodo mutent Vocales, Diphthōgos, Conſonantes 20
Compoſita à Gero & Fero adjectivè & ſubſtantivè uſurpantur 23. non comparantur 178. qvomodo forment Genitivum 90

*Compoſita à pes* qvomodo ablativum forment 87
*Compoſita à gigno & colo* patiuntur Syncopen 30
*Compoſitorum à facio* qvalis gen. plur. 90
*Compoſita à color* qvomodo gen. forment ibid.
*Compoſita à Volo, dico, facio* adj. qvomodo comparentur 188
*Compoſita à πȣ̃ς* qvomodo declinentur 212
*Compoſita à crepo* qvomodo forment præt. 530
*Compoſita verba* 633, 634
*Compoſita verbi E O*, qvænã paſſiva forment 639
*Compoſita verba* qvomodo conjugentur 527, 528
*Compoſita à cubo, do, facio, fero, gero, ſedeo, ſpecio, ſperno, ſterno*, qvomodo conjugentur 528
*Compeda* antiqvè pro cõpes 133
*Compungo*, xi, ctum 580
*CON* qvomodo mutetur 20
*Con* non eſt diſtincta præpoſitio à *cum* 717
*Conatus eſt, paß. uſurp.* 676
*Concedo*, idi, ſine ſup. 568
*Conceptio* & conceptus 397
*Conceſſu* 244
*Concieo* 556
*Concio* 121
*Concioner* 536
*Concipio*, epi, eptum 589
*Concludo*, ſi, ſum 568
*Concordia* unde 358
*Concors*, dis 67
*Concredo*, idi, itum 568
pro concredo antiqvè *concreduo* 571
*Concubia* 24
*Conculco* 20
*Concupiſco* unde 565
*Concurro* 597, 717
*Concutio*, ſſi, ſſum 20, 591
*Condo*, idi, itum 717, 568
*Conducibilis* unde 426
*Conducit* 656
*Conferbeo*, ui 555
*Confercio*, ſi, tum 614
*Confero* 597
*Confeſtim* 685
*Confeſſus paſſivè* uſurp. 676
*Confidi* pro confiſus ſum 460
*Confiteor paſſivè ſumptum* 464, 557
*Conflictio & conflictus* 397
*Conflictor & conflicto* 661 662, 536
*Confligo*, xi, ctum 578
*Confluens* 150
*Confringo*, egi, ctum 578
*Confugio*, gi 589
*Congelaſco* unde 565
*Congener* 89. unius terminationis & õnis gen. 174



Digitized by Google

*Congreſſio & congreſſus* 397
*Congruo* ſine præt. & ſup. 606, 634
*Conjectio, conjectus* 397
*Conjicio*, eci, ctum 587
*Conjugatio* qvid 521. *de ea monitio Qvintiliani* ibid. unde dicta ibid. *Conjugationis vocem temerè ſolicitat Sābucus* 523. Cōjugationes qvot ib. qvo ordine tradendæ 523, 524. *iis diſcēdis bant incōmodè* Sū *præpōitur*. *De conjugationib9 conſilium Alvari* 524. Cōjugationis 1. infin *dare, circūdare* &c. corripiūtur ib. conjugatio cōpoſ. qvalis 527, 528. Cōjugat. primæ verba 21, 528
*Conjugationi ſecūdæ* qvænam verba ſubjici ſoleant 540. & qvartæ qvænam 622. qvæ excipiātur ibid. conjugatio etiam ex qvantitate noſcitur 623
Conjugationis jam 1. jam 3. eſſe qveūt verba *habitu eadem, ſed ſenſu diverſa* 622, 623
*Conjugatio exoleta* 652, 653
*Conjungo* 633
*Conjunctivus modus* qvid qvot temporum 489 ejus etymō ib. appellatiōes 490. *ej9 propria, unica & perpetua nota non eſt cū* ib. *huic modo Probus tribuit duplex Fut. ſed minq verè* 491. *3tiū ei adjūgit futurū Alvarus invitā veritate* 492. Cōjunctivi præsēs pro imperfecto & fut. 492. ej9 impērf. pro pluſqvamperf. ib. præt. pro fut. ib. *Conjunctivus non diſtingvitur ab Optativo, Permiſſivo & Potentiali* 494. habet varios ſignificandi modos ob particulas ibid.
*Conjunctio* qvid, & qvomodo voces conjūgat 722. ūde dicta & qvib9 nominibus appellata 723. ejus ſignificatio, qvæ alias poteſtas dicitur ib. in ea cōſtituēda variant Grāmatici 724. Cōjunctiones Copulativæ, etiā *Cōnexivæ* appellātur à Gellio ibid. qvo ſenſu dicūtur Copulativæ 725. *Conjun. Suſpēſivæ à Linacro tradita, rectè à Scaligero rejiciūtur* 725. *Copulat. nonnunqvā ſunt Explanativa*

Digitized by Google

*natiſa* ,725. Disjunctivæ 725. earũ appellatio explicata 726. ad eas ſubdisjũctivæ pertinent ibid. Conceſſivæ 726. Variant in earũ appellatione Grammatici 727. diſtingvũtur ab Adverſativis ib. Adverſativæ, in qvibus potius *adverſa* ſententia dicitur annecti, qvã *diverſa* 729. Conditionales 730. Concluſivæ 730. Aliis aliter dictæ ibid. Continuativæ ſeu Ordinis 731. Cauſales 732. Explanativæ. His alii adjungunt Completivas ſive Expletivas in qvib9 conſtituendis magnoperè diſſentiunt Grammatici 733, 734. Earũ ſententiæ expendũtur & examinantur ibid. *completivas particulas ſolidè evincitur potiq ſpectare ad figuratam Syntaxin* ſc. *pleonaſmum conjunctionis* 736, 737, 738, 739. Cõjunctionum ſpecies 738 Figura ib Ordo 739, 740
*Conjux*, cujus generis 111, 71
*Connitor*, xus 609
*Conniveo*, xi 555
*Conor* 9, 53
*Conqviro* 598
*Conqviniſco, conqvexi* 561
explicatum Priſciano, Non ó, 562.
unde ductum eſt 562.
Alii malunt pro *conqviniſco* legere *concliniſco* 565. potius qvàm *congeniſco* ibid.
*Conſaneſco* unde 567
*Conſciſco* unde 566
*Conſcribillo* 631
*Conſector paſſ. uſurpatũ* 464
*Conſeneſco* unde 566
conſentio & conſenſus 396
*Conſentio*, ſi, ſum 616
*Conſeqvor paſſ. uſurpatũ* 464
*Conſero* 598
*Conſerva* 37
*Conſideratus act. ſignif.* 674
*Conſido*, sẽdi ſine ſup. 570 576
*Conſilium* pro conſiliorũ 31
*Conſolor paſſivè* 464
*Conſonans* non conſtituit ſyllabam 12
*Conſonans* media poſteriori vocali jungitur 15
*Conſonãtes* cur ſic dicãtur 8
*Conſonantes* qvæ 5
*Conſonantes* qvid 8
*Conſonantes* qvotuplices ib.
*Conſonantium alia muta, alia ſemivocales* 8
*Cõſonãtiũ in cõp. mutatio* 20

Conſors

Digitized by Google

*Conſors* 91
*Conſortiũ & cõſortio* 122, 393
*Conſpicio*, xi, ctum 634, 588
*Conſpicor* 634, 536
*Conſtat* 656
*Conſtaturus* 553
*Conſternor* 634
*Conſto*, iti, itum, atum 532
*Conſul*, ulis 46. unde 423
*Conſulto*, ui, ultum 591
*Contages* 393
*Contagio* 122
*Contagio* plur. numerum
habet 295
*Contagium & contagio* 393
*Contecbnor* 538
*Contemplor & contemplo*
537 536, 661, 662
*Contemno*, pſi, ptum 595
*Contendo*, di, tum 570
*Conteſtor paß. uſurpatũ* 464
*Conticeo* 543
*Conticeſco* unde 565
*Contigo pro contingo* 585
*Contineo*, ui, ntum 551
*Continens* 106
*Contingo*, igi, actum 580
*Continuò* 685
*Contorqueo*, ſi. tum 552
*Contra* 712
*Contradico* 633
*Contrabo* 717
*Contremiſco* unde 565
*Contumelioſus* unde 415
*Contundo*, di, uſum 570, 577
*Conualeſco* unde 565
*Conuello*, ulſi, ulſum 592
*Conuenit* 656
*Conuenticulum* 409
*Conuicior* 536
*Conuictio & conuictus* 397
*Conuiua* 185
*Conuiuo* 662
*Conuiuor* 536
*Copia* fœm. plur. 337
*Copior* 538
*Coqua* 165
*Coquo*, xi, ctum, 596
concoquo ibid.
*Cor* 92, 51, 129
*Corallium* 19
*Coram* 714
*Corbis* 137
*Corbula* ibid.
*Corculum* 409, 410, 412
*Corda* 94
*Cordax* 153
*Corinthiacus* 405
*Cornelij Nepotis gnome di-*
*gna notatu* 322
*Cornibus* 97
*Cornicor* 538, 629
*Cornipes* 100
*Cornu* 96, 123, 207, 95
*Cornubus* 97
*Cornus* pro cornu 207, 96,
210, 385
*Cornutus* unde 415
*Corpus* 62
*Corrado*, ſi, ſum 569
*Corrigo*, exi, ectum 580
*Cortex* 101, 159

Corua

*Corva* 104
*Corvus* ibid.
*Cos*, cotis 61, 91, 138
*Coſſis* 136
*Coſtum* 144
*Coſtus* 141
*Cotidiò* pro cotidiè 703
*Cotidianò* pro cotidianè ib.
*Cras* 685
*Craſsè* 687
*Craſtinus* Incomparabile 178
*Crate* 266
*Crater* & cratera 390
*Crates* qvid 267, 355
unde dicatur ibid.
*Crates* Mallotes Grammaticæ inventor 2
*Cratim* 267
*Crebeſco* unde 565
*Credo*, idi, itum 568
*Creduam, creduas, creduat*, pro credam, das, dat; & *creduis, creduit*, pro credideris, crediderit 633
*concreduo* ibid.
*Crepaturus* 529
*Crepundia* neut. plur. 366
qvid ſint & unde dicta ibid.
*Crepuſculum* 410
*Cres*, cretis 56, 169
*Creſſa* 170
*Creſco*, evi, etum 561
cretus, concretus 562
*Cretaceus* unde 416
*Crimen* 47, 12[illegible]
*Criminor* 536
*Criſpiſſimus* 179
*Croceus* unde 416
*Crocum* 144, 380
*Crocus* 143, 380
*Croto* cujus gen. 109
*Crotoniata* 117
*Crucum & crucium* 92
*Crus* 64, 92, 145
*Cruſta, cruſtum* 386
*Crux* 91
*Crypta* 117
*Cryſtallum* 144, 380
*Cryſtallus* 141, 380
*Cubile* 44. unde 421
*Cubo*, bui, bitum 528
*cubavi* antiqvè 529
cubaturus ibid.
cubatus ibid.
*Cuculus* 9
*Cucumer* 57, 118
*Cucumi* pro cucume 75
*Cucumim* 74
*Cucumin* ibid.
*Cucumis* 136, 74, 57, 128
*Cucurio* 630
*Cudo* nomen 120
*Cudo*, udi, uſum 568, 572
*Cui* 9
*Cu-i* 7
*Cui-us* ibid.
*Cuja*, cujum, cujam, cuja, cujæ, cujanam. *Cujanibil interfuit*. pro cujus, ſingulari loqvendi mo-

ſdò Cicero dixit 453, 454
*cujatis* 454
*uicuimodo* äriqvus gen. pro cujus cujusmodi 435, 199. *cujas* 435
cujus 7
*Cujusmodi* 194, 198
*Cujuscemodi* 199
*Cujusmodicunq;* ibid.
*Cujusdammodi* ibid.
*Cujusq;* 199
*Culex* 150, 68
*Culpa* 278
plur. numerū habet 298
*Cultellus* 411
*Cultio & cultus* 397
*Cum* 714, 724
*Cum* 680, 686
*Cunabula* neut. plur. 372
*Cunæ* fœm pl. 337, 286
*Cuncto* 662
*Cunctor* 536
*Cuniculus* 104
*Cupido*, inis 103, 45, 121
*Cupio*, cupire 666
*Cupio*, cupere 590
*Cur*, cur non 690
alii malunt ſcribere *qvur* ibid.
cur ſine interrogatione uſurpatum ibid.
*Curculio* 110
*Curro* 597, 634
*Currùm* pro curruum 33
*Cuſpis* 57
*Cuſtos* 62, 111
*Cuticula* 54
*Curialis* à curia 413
*Cutis* 135
*Cyclops* 150
*Cyclus* 9
*Cyllenius*, Mercurio tributum, proprium adjectivum eſt 24
*Cyma*, atis, & *cyma*, æ 389
*Cymo* 46
*Cythera* 377
*Cytherea* 24

D.

*D.* notat decimus 25
*D terminatio tertiæ* declinationis 43
In D tertiæ qvomodo formant genit. 46
*D terminata* qvare omittantur in Generis doctrina 123
*Dæmones* cujus gen. 106
*Dama* 102, 103
*Dama* 100
*Damia* 24, 108
*Danam*, *dane*, *danit*, ant. pro dabo, da, dat 654
*Damnas* Monopt. 240
*Damnatus*, ior 670
Superlativo caret ibid.
*Daniel*, elis 46
*Danielis Heinſij etymon Baccho aſſignatum affertur* 316
*Danunt* pro dant 653
*Danus* 405


*Daphnin*

Digitized by Google

[illegible]
... dat ...
... desidera ...
... pis, dapem ...
... as nomin ...
[illegible]
Daphne ...
Daren & D... 97
Dares
Dardanidæ
Dardanidûm pro Darda-
nidarum
Dativus caſus ... 26, 27, 28
est pro ablativo
Dativus plur. ... 96
Dativi plur. tertiæ Decl.
formatio 93
Dativus & ablativus plur.
... 30
Dativus ſing. 3. decl. in E 43
Dativi antiqui, pedi, ...
... bre ...
Dativus ſingul. antiquius
... rat U 96
Dativus interdum ...
caſus ... 27
Datu ... 144
David, idis 46
Davus ſum non Oedipus
... 218
De
De in verbis auget ſignifi-
cationem 719
Dea 37
Deamo
Dearū nomina ſūt fœminina

ecompoſita dictio ſub cō-
poſita comprehēditur ib.
ecumba Ellipticum eſt ib.
ecumbo, ui, itum 559, 660
ecuplex, decemplex 421
ecuplus ibid.
ecurro 597. decucurri,
decurri, decursū 598, 527
ecurſus 675
ecuſſis 136
efectivorum doctrina dif-
ficilis & dubia 262
efectivorum nominū ge-
nus à terminatione in-
uſitati Nominativi ſing
cognoſcitur 161
efectiva nomina ſunt du-
plicia 238
efectiva caſibus qvotu-
plicia 239
Defectiva certorū caſuū 261
Defectiva numerò 271. &c.
Defectiva verba qvæ 642, 643
qvomodo cōjugentur ib.
Defectus præt. 675
Defendentûm pro defen-
dentium 32
Defendo, di, ſum 568
Deferbeo, ui 555, 556
Deferveſco unde 565
Defero 633
Defatiſcor 608. pro hoc
defatiſcor extat 610
Defeſſus nomen partim
qvàm verbum ibid.
Deficio 20
Deſit, deſiat, deſieri 648
Defricatè 703
Defricatus 529
Defrutū 278
Dego, degi ſine ſup. 578
Degener 86, 89
caret neut. plur. 162
eſt unius terminationis
& omnis generis 174
& Incomparabile. 178
Degeneri 87
Dehinc 685
Dein 420
Deinde 685, 731
Deinceps 685, 731
Delectat 656
Deleo 634, 548
Deliciæ, delicium 186, 257
plur. deliciæ 256
Deligo, egi, ectum 579
Delinqvo, liqvi, lictum 577
Deliqveo, cui 558
Deliteſco unde 565
Delphi nomen opp. plur.
maſc. 391
Delphin 125, 46, 395
Delta cujus gen. 109
Deluctò pro deluctor 662
Demendo fiunt compoſita 19
Deminutiva Nom. qvandõ
408. non diminutiva
dicenda ibid.
Deminuo & diminuo dif-
ferunt 408
Deminuere honorem fa-
mam, amorem ibid.



Digitized by Google

*Daphnis* 78
*Dapi* dat ſing autoritatem deſiderat 265
*Dapis*, dapem, dape 261, 262
*Daps* nomin. priſcus 262
*Dapſiliter* 703
*Dapticū* pro magnificū 263
*Darem & Daretem* 77
*Dares* 56, 217
*Dardanidæ* 401
*Dardanidûm* pro Dardanidarum 30
*Dativus caſus* qvid 26, 27, 28 eſt pro ablativo 26
*Dativus* plur. exit in ibus 96
*Dativi plur.* tertiæ Decl. formatio 93
*Dativus & ablativus* plur. ſunt ſimiles 30
*Dativus ſing.* 3. decl. in E 43
Dativi antiqvi, *pede, nocte, ore* ibid.
*Dativus ſingul.* antiqvis erat U 96
*Dativus* interdum *octavus* caſus nominatus 27
*Datu* 244
*David*, idis 123, 46
*Davus ſum non Oedipus*, qvid notet 218
*De* 714
*De* in verbis auget ſignificationem 719
*Dea* 37
*Deamo* 19
*Deorū nomina* sūt fœm. 108
*Debet* 6
*Declivis* 1
*Decedi* pro deceſſi 558, 55
*Decem* 41
*December* 85, 51, 419, 8
*Decemvir* 129
*Decennis* 42
*Decent* 6
*Decerno*, evi, etum 594
*Decet* 655
*Decĭdo*, ĭdi, aſum 568
*Decimæ* fœm plur. 337, 343
*Decimanus* vel decumanus 429
*Decimus*, decimus 3tius 419
*Decipio*, epi, ptum 589
*Declinatio* 25
*Declinatio* qvid? 33
qvotuplex ibid.
*Declinationes* qvot ibid.
*Declinatio Nominum* in AS primæ 34
*Declinatio prima*, 33
ſecunda, 37
ejus terminationes 38
*Declinationis tertiæ* ſunt Veſper & Iber 41
*Declinatio tertia*, 43
*qvarta*, 95
*qvinta* 98
*Declinatio eſt ſæx laxioris uſus, etiam conjugationem complectitur* 522
*Delino*, evi, itum 594
*Decompoſita* 2

Decom-

*Decompoſitus dictio* ſub cō-
poſita comprehēditur ib.
*Decumma* Ellipticum eſt ib.
*Decumbo*, ui, itum 559, 660
*Decuplex, decemplex* 421
*Decuplus* ibid.
*Decurro* 597. decucurri,
decurri, decurſū 598, 527
*Decurſus* 675
*Decuſſis* 136
*Defectivorum doctrina* dif-
ficilis & dubia 262
*Defectivorum nominū* ge-
nus à terminatione in-
uſitati Nominativi ſing.
cognoſcitur 161
*Defectiva nomina* ſunt du-
plicia 238
*Defectiva caſibus* qvotu-
plicia 239
*Defectiva certorū* caſuū 261
*Defectiva numerò* 271. &c.
*Defectiva verba* qvæ 642, 643
qvomodo cōjugentur ib.
*Defectus* præt. 675
*Defendentûm* pro defen-
dentium 32
*Defendo*, di, ſum 568
*Deferbeo*, ui 555, 556
*Deferveſco* unde 565
*Defero* 633
*Defetiſcor* 608. pro hoc
defatiſcor extat 610
*Defeſſus nomén potius*
*qvàm verbum* ibid.
*Deficio* 20
*Deſit*, deſiat, deſieri 648
*Defricatè* 703
*Defricatus* 529
*Defrutum* 278
*Dego*, degi ſine ſup. 578
*Degener* 86, 89
caret nom. plur. 162
eſt unius terminationis
& omnis generis 174
& Incomparabile. 178
*Degeneri* 87
*Dehinc* 685
*Dein* 420
*Deinde* 685, 731
*Deinceps* 685, 731
*Delectat* 656
*Deleo* 634, 548
*Deliciæ*, delicium 386, 257
plur. deliciæ 256
*Deligo*, egi, ectum 579
*Delinqvo*, liqvi, lictum 577
*Deliqveo*, cui 558
*Delitéſco* unde 565
*Delphi* nomen opp. plur.
maſc. 391
*Delphin* 125, 46, 395
*Delta* cujus gen. 109
*Deluctò* pro deluctor 662
*Dependo* fiunt compoſita 19
*Deminutiva Nom.* qvæpā
408. non *diminutiva*
dicenda ibid.
*Deminuo & diminuo* dif-
*ferunt* 408
*Deminuere honorem* fa-
mam, amorem ibid.



Digitized by Google

*Deminutiva* cũ Prim. ſuis genere conveniunt 409. eorũ ſignificat. ib. Maſc. à primit. fœm. ibid. fœm. à maſc. ibid. Neut. à maſc. vel fœm. ibid. eorũ formatio 410. ſũt plura ab uno primitivo ib. eorũ formã imitãtur qvædã, qvæ tãen nõ ſunt dẽinut. ib. qvædã ſignificationẽ Primit. nĩhil variãt 410, 411 eorũ term. 411
*Dẽinut Adj.* non cõpar. 179
*Deminutiva verba* qvæ 631
*Dẽophoõ*, õtis 48. & qvid ib.
*Demonax* 68
*Dẽoſthẽẽ* nõ dẽoſthẽnin ac. 77
*Denariũm* pro denariorũ 30
*Dẽarius*, dẽio 422. *Denig.* 731
*Dẽom.* qvænã & qvotup. 412
*Dẽom.* [*Adj.*] nõ cõpar. 170
*Demo*, dempſi, demptũ 593
*Demolior paſſ. uſurp.* 464
*Dens* 150 qvõodo declin 42
*Denũm* pro denorum 30
*Deorſum* 682
*Depaciſcor*, ac 19 ſum 608, 612
*Depaſco & depaſcor* 660, 609
*Depello*, uli, ulſum 592
*Depeculor paſſivè* 464
*Depopulor paſſivè* ibid.
*Depſo*, ſui, ſine ſup. 600, 601
*Deprĭcè* pro magnificè 263
*Derivata dictio* qvid 18
*Derivata* patiũtur ſæpè eliſione vel permutationẽ literarũ ibid. non ſemper retinent ſignificationẽ primitivi ib. ſeqvũtur primit. ſcripturã [illegible]
*Derivata* è nominibus in [illegible] qvomodo ſcribenda 13. & a obliqvis in T, ſupinis T [illegible] vel T primitivo qvomodo [illegible]
*Derivatio Nominũ* è qvibus [illegible] nã orationis partib. petẽda [illegible]
*Derivatio* cujusvis vocis curioſa & ſuperſtitioſa vitanda ibid.
*Derivata verba* qvotupl. [illegible]
*Derivata nomina* qvot 399, 400. Eorum ſpecies variæ à Grammaticis traditæ [illegible]
*Des, deſſis* antiqvè pro bes, beſſis [illegible]
*Deſcendo*, di, ſum 570
*deſcendidi* antiq. [illegible]
*Deſciſco* unde 560
*Deſero*, ui, ertum 598
*Deſidere ſeſtum* qvid 344
*Deſiderativa verba* qvænã 629 meditativa Saturnio appellata ibid. U, literam corripiunt ib. 630. non omnia in urio ſunt deſiderativa ibid.
*Deſidioſus* unde 415
*Deſilio*, ui, ii, ultum 615, 614
*Deſino*, ivi, itum 594, 596
*Deſipio*, ui, ſine ſup. 590
*Deſpicatui* Monopt. 40
*De ſpicio* ſcribendum 16
*Deſpicio* 634, 588

De-

Digitized by Google

*eſpicer* 536
*eſtorte*, ui, ſine ſup. 605, 606
*e-ſtruo* ſcribendum 16
*eſtruo*, xi, ctum 606
*eſuper* 721
*etergeo & detergo* 665
*eterior* & deterrimus ſi-
ne poſitivo 189
*eteſtor paſſivè* 464
*etineo*, ui, entum 551
*Detorqveo*, ſi, tum 552. *deter-
ſum* antiqvum eſt ibid. 553
*Detondi* 546
*Detrude*, ſi, ſum 570, 577
*Deucalion* cujus gen. 109
*Deûm* pro Deorum 30, 31
*Deus, Dei, Dij, Deis, Dijs,
Dee, Di* 42
*Deus ningit, tonat*, &c.
pro, ningit, tonat 656
*Deus* pro Dea 108
*Deunx* 107, 132
*Dex* inuſitatum 68, 241
*Dextans* 107, 132
*Dexter*, dexteri & dextri
40, 19
*Dextimus* incompar. 178, 192
*Dextrabus* pro dextris 37
*Dextrorſum, dextraverſum*
31, 684, 682
*Di*, vel *Dis*, non duæ, ſed u-
na tantum Præpoſitio
Inſeparabilis 717
unde 720
*Diadema*, diadematis, & ,
diadema, æ 389, 44
*Diademam* in Accuſ. 44
*Diereſeos* nota 16
*Diametros* 128
*Diameter* 127
*Diametrus* 129
*Dialectus* ibid.
*Dica* qvot & qvos caſus
habeat 254
qvid ſit 255
unde deducatur ibid.
*dicā impingere, ſcribere,
dicas ſortiri* ibid.
*Dicâſſo* pro dicavero 492
*Dicis* Monopt. 240, 68
unde deducatur 241
*dicis ipsmè, dicis causâ*
ibid.
*Dico*, xi, ctum 561, 642
unde 425
*Dictiones* unde fiant 16
qvid ſint 17
*Dictiones* qvare partes O-
rationis dictæ ibid.
*Dictiones* ad octo partes
referuntur 17
*Dictionis compoſitæ pars a-
liqva anſatietur* 19
*Dido* 46
Die genit. antiqvus 98
*Die* craſtini, pro die
craſtino, &c.
Die qvartè, qvintè, pro
die qvarto, qvinto 686
*Dice* pro dic 642
*Dies* genit. antiqvus 98
*Dies faſti, nefaſti* 322

[illegible]

D

[illegible]

Dijs pro Diebus [illegible]

[illegible]

Dulcanis nenus [illegible]

[illegible]

Dimenſio [illegible]

[illegible]

Diuerſa [illegible]

*ſcupio* 633, 716
*ſcurro*, ri, ſum. 597
*ſcutio*, ſſi, ſſum 591
*ſertus act. ſignificat* 674
*ſpando*, di, ſum 569
*ſpeſſum* pro diſpanſū 574
*ſpello*, ui, ulſum 592
*ſpertio & diſpertior* 621, 660
*ſpiſco*, ui ſine ſup. 561
*iſpuero*, ſiv, ſitum 598
*iſimilia verba* 635
*iſtendo*, di, tum 570
*iſtinguo*, xi, nctum 580
*iſtorqueo*, ſi, tum 552
*iſtribo* 717
*iſtributiva nomina* 427
Syncopen patiuntur 30
ſunt pluralia 314
*etiam conſtruuntur cū ſingularibus* 315
*iſtributivis utuntur Oratores pro Cardinalibꝫ* 315
*itia* pro divitiæ 348
*itior*, ditiſſimus à dis 191
*iverſor* 536
*iverſus* comparativo caret 190
*iverter* & diverto 661, 634. 609
*ivisui* Monopt. 240
*ives* 348, 89, 5, 21, 23.
*ivido*, ſi, ſum 568
*iviſſe* pro diviſiſſe 474
*ivitiæ* fœm. plur. 337, 348
qvomodo ab opibus differant ibid.
*Divitior*, divitiſſimus à dives 191
*Diu* 245
*Diurnus* 408
*Diutiſſimus* unde 190
*Divûm* pro divorum 30
*Dixti* pro dixiſti 474
*Do, Dico, Addico* explicātur 322
*Do* 525, 527, 532
*Docens* unde 425
*Doceo* 634, 543
*Docilis* unde 425
*Docilliмus autoritate caret* 184
Do-*ctrina* ſcribendum 12
unde 424
*Doctus* 19
qvomodo ſcribendum 14
*Docuere* an numeri dualis 22
*Dodrans* 107, 132
*Dogma*, atis, & *dogma, dogmæ* 389
*Dogmam* in Accuſ. 44
*Dolabra* unde 424
*Doleo*, ui, itum 540, 541
*Doliis* pro *foliis* perperam in Plinio lectum 312
*Domaturus* 529
*Domi* non eſt Adverb. 684
*Domi & domus* Gen. qvomodo differant 211
*Domina* 37, 163
*Dominabus* 37
*Dominatio & dominatus* 397
*Dominor* 536, paſſivè 464

 Do-mi

*Do-mi-nus* ſcribendum & pronunciandum 15
*Dominus*, domine 29
*Dominus, ni, no* 37, 98
*Domo* 528
*Domu* pro domo 211
*Domus* 138
qvomodo declinetur 211
*Donaria* plur. 372
*Donarium* ibid.
*Donec* 685
*Donicum* pro donec 703
*Dor* 649
*Dormito* 632
*diminutivum non eſt ſecus ac ſentit Scaliger* ibid. *nec deſiderativum, ut putat Saturnius* ibid.
*Dos* 92, 613, 138
*Dotio* 122
*Doto* 46
*Drances* 217
*Druentia* 107
*Dropax* 153
*Dryas* 95
*Dryades* 108
*Dryaſi*, Dryadibus 94
*Dſephyrus* 11
*Dualis numerus* an ſit Latinis 22
*Due* 37
*Dubitabilis* unde 426
*Diu* 685
*Duce* pro duc 642
*Ducenteſimus* 419
*Ducenteni* 420
*Duco*, xi, ctum 561, 642
*Dudum* 685
*Duernio* 121
*Dulce humor* qvomodo accipiendum 162
*Dulcedo* 45. unde 414
*Duim* pro dem 653
*Dum*, dummodò 730
*Dumus* cujus gen. 110
*Duntaxat* 697
*Duo* 122, 314, 634
qvomodo declinetur 211
Duo Accuſ. plur. pro duos ibid.
*Duo*, duodecim 417
*Duo millia* 418
*Duodeviginti* pro 18. 418
*Duodetriginta* pro 28. ibid.
*Duodeoctoginta* ibid.
*Duodeqvadraginta* ibid.
*Duodenonaginta* ibid.
*Duodecimus* 419
*Duodeni* 420
*Duplex* 69, 421
*Dupliciter* 697
*Duplices* qvot & qvæ 11
*Duplico* 531
*Duplus* 421
*Duracina uva* 24
*Duritia* non duricia ſcribendum 18
*Duritia*, durities 69
*Duro* act. & neut. 663
*Duûm* pro duorum 30
*Dux* pro duces 11

Dux

[illegible] cujus gen. [illegible] 112
ejus genit. 67, 92
[illegible] 422

E.

præpoſitio 714
terminatio primæ declinationis 41
Tertiæ qvomodo gen. forment 44
Græca qvomodo declinentur 36
[illegible]tatur in I 20
[illegible]bus pro eis 57
[illegible]dem pro ei 448
[illegible]dem non eamdem ſcribe 14
[illegible]pſe 445
Ebori 51
Ebur 136, 298
Ebur, oris 51
Ebur qvid & unde 92
Ebur atramento candere [illegible]
faccere qvid ibid.
Eburnus, eburneus, eboreus, unde 426, 52
Eccum, eccas, eccum, eccos, pro ecce eum, ecce eas, [illegible] interprete Priſciano, ubi Vallæ expoſitio prolixius refutatur 442, 443
Ecce[illegible] 690
Echo [illegible] 23, 122
Ecc[illegible] 443
Ecqvæ pro ecqva ibid.
Ecqvis, ecqvem, ecqvam, ecqvod, ultimũ extare Deſpauterius temerè negat 430. Ecqvis, ecqvisnã, ecqvænam, ecqvidnam ecqvodnam ibid.
Ecqvinam 444
Edentulus 410
Edite pro edite 642
Edo, edidi, itum 569
Edo, edi, eſum 569, 573, 635
Edoceo 634
Edormiſco unde 565
Eduim, edim, pro, ederim, edam 655
Edulis ab edo 435
Effe[illegible]ſſime præt. & ſup. 615
Effectum & effectus 395, 129
effectum videre ibid.
Effero, extuli, elatum 597
Efficio 21, 587
Efflictim 688
Effodio, odi, oſſum 589
Effrenus, effrenis 176, 177
Effringo 21
Egenus unde 425
Egeſtas unde 424
Ego 21, 432
vocativo caret 444
ab antiqvus vocativus ei conceditur, qvod Ramus refutat ibid.



Digitized by Google

*Egomet* 444
*Egon'* 16
*Egregius* pro *egregus*, *egregiſſimus* ab egregius 183
*Eja* 248, 749, 690
*Eho*, *ehodum* 749, 750
*Ei-jus* & *ej-us* 6
*Ejusce*, *ejuscemodi* 444
*Ejulatio* & *ejulatus* 397
*Ejusmodi*, 194, 198
utrum hoc & ſimilia, ut hujuſmodi, cujuſmodi &c comp. ſint an non 199
*Elabor*, pſus, ſum 608
*Electra* plur. num. 273
*Electrum*; *electra* 35
*Electrum* 272
*Elegans* unde 18
*Elegantia pingendi aliquid condonandum* 14
*Elephas* 130, 52, 104
*Elephas*, elephantus 395
*Elephas gravidus an dicendus vel gravida* 104, 105
*Elicio* 634, 588
*Eligo*, egi, ctum 579
*Eliſio litterarum* quid 18
ſit ob euphoniam ibid.
Ellipticæ locutiones; *Natalis meus*, *hic Januarius*, *hæc bipennis*, *hæc vocalis*, *conſonans*, *hic inferius* 162
*Ellum*, *ellam* pro ecce illũ illam, perperam explicata à Valla 442, 443
*Elucubro* & *elucubror* 660, 576
*Eluo*, ui, utum 606
*Eluvio* & *eluvies* 398
*Em* velim ant. pro eum 448
*Emans*, emauntis 63
*Emblematum* 94
*Ementior paſſ. uſurp.* 465
*Emicaturus* 581
*Emico*, ui ibid.
*Emineo*, ui 551
*Eminus* 681
*Emmenida* 401
*Emo*, emi, emptum 593
*Emoriri* 650
*Emungo*, xi, ctum 579, 583
*En* 690
*En frequentius eſt quàm Em in Acc. Græcorũ in E* 36
*In En tertiæ* quomodo formet.: Genit. 47
*Enchiridion* 38
*Enclitica* rejiciunt tonũ in penultimam, quæ eo cato erit ſignanda 14, 15
poſtponuntur 739
unde dictæ 740
*Endo* pro in dixerunt veteres 714. *Endoitium* pro initium, *endoplorato* pro implorato, *endo procinctu* pro in procinctu, *endogredi* pro ingredi, *Endopedit*, *endopediri*, *endopeditur* pro impedita, impediri impe-

imperator ibid. *Endo manu* pro in manu. *Endo ſtatu*, *endo mari* 715
veco, cui, ctum, *atum* 530
verſus, *enervis* 176, 177
nim 18, 733
nim ſæpius poſtpoſitū 739
*verò præponitur* 740
nimverò 733
*nitor*, iſus, ixus 609
*ins* 150
*ins terminatio* ſecundæ declinationis 38
*Inſis* 156
*Enjo* 46
*Eo*, ivi vel ii, itū 613, 635, 639
*Syncopata præterita hujus verbi freqventiora ſunt iſti, iſſe, iſſes, iſſent, iſſe* ibid.
Eò 682, 689
Eòdem 683
*Eas* 138
*Eous* 405
*Epanodus* 139
*Epar* 81, vide Hepar
*Epicœnum* qvid 103
*Epidaurus* cujus gen. 109
*Epiphora* Fœm. pl. qvid ſint. Epiphora ſing. 355
*Epiſtolium* 409
*Epitome* 24, 26, 119
declinatus 36
*Epitomen* ibid.
*Epodus* 139
*Epos* 138, 62
*Epulor* 536
*Epulum* in plurali epulæ 236
qvid ſit epulum ibid.
qvid epulæ 237
*Epulæ* etiam adjectivè ſumitur. item ſingulare *epula* ibid.
*Eqva* 37
*Eqves* 115, 55, 107. unde 413
*Eqveſter*, *eqveſtris* 384, 51, 175
Incomparabile eſt 178
unde 414
*Eqvidem* non eſſe Conjunctionem conceſſivam evincitur 728
*Eqvis* pro eqvabus 37
*Eqvuleus* 41, 390
*Eqvus* 398
*Eqvus*, *eqva* 104
*ER terminatio* 2dæ decl. 38
*ER deſinentia* qvomodo Genit. forment 40
*E-m-ſmus* an pronunciandum 14
*Emto* 46
*Eremus* 139
*Ergà* 712
*Ergò* 720
*Ergo* ad Monopt à qvibusdam refertur 245
*Erinnys*, yos 64, 149
*Erinniſi* pro erinnidibus 94
*Eripio* 20
*Eros* 108
*Erythræa* 362
*Erudio*, ii, ſum 570, 575



Digitized by Google

*Eros* 61
*Erratus* præt. 675
*Erubeſco*, bui, unde 565
*Eruo*, ui, utum 606, 607
*Erymanthis* 402
*Eryſipelas* 30, 52
*Eryx* 157
*In ES Græca* qvomodo declinata 35
*ES terminatio primæ decl.* 34
*In ES Patronymica* qvomodo declinata 35
*ES* pro ede 640
*Eſculentus* unde 416
*Eſſeda, eſſedum* 386
*Eſſes, eſſet, eſſe*, pro ediſſes, ediſſet, ediſſe 641
*Eſox* 157
*Eſqviliæ* 363
*Eſt* 656
*Eſt* pro edit 640
*Eſto* pro edito 141
*Eſtur* pro editur ibid.
*Eſunt* pro ſunt 635
*Eſum* ant. pro ſum ibid.
*Eſurialis* unde 425
*Eſurio* 629
*Et* 724
*Etenim* 733
*Eteſiæ* plur. tàm Maſcul. qvàm Fœm. 334
*Eteſias* nom. ſing. ibid.
*Eteſius*, a, um ibid. unde 335
... *am* 26
... 690, 719, 724
... 726
*Etſi* ibid.
*Etymologia* qvid 3
unde dicatur ibid.
dicitur *Notatio, Veriloqvium, Verborum interpretatio, Vocabuli explicatio, originatio* ibid.
*Etymologiæ dubiæ* qvomodo dijudicandæ, 13
*Evado*, ſi, ſum 578
*Evandrus & Evander* 370
*Evaneſco* unde 567
*Evangelia qvid propriè* 372
*Evaſti* pro evaſiſti 474
*Evax* 748. *Evæ unde* 749
*Evenit* 616
*Eventus, eventum* 380, 395
*Euge* 748, 749
*Evigilatus* 675
*Euphonia* ſcripturã variat 13
importat eliſionem & permutationem literarum 18
*Eurus* 15
*Eutyches* 56
*Ex* 714. in verbis auget ſignificationem 719
*Ex* qvomodo mutetur 20
*Exadverſum* 721
*Exanimus, exanimis* 176, 395
*Exante* 721 & ſeorsùm, ex ante 721
*Exardeſco* unde 565
*Excandeſco* unde ibid.
*Excelleo* 615
*Excello* 633, 634, 591



Digitized by Google

*xcīdo*, īdi, aſum 568
*xcipio*, epi, ptum 589
*xctudo*, ſi, ſum 568
*xoluſiſſimus* 670
*xcubiæ* fœm. plur. 337
à vigiliis differt 338
pro excubitoribus quã-
doq; ſumitur ibid.
*xcudo*, udi, uſum 568, 572
*xcurro* 597. excurri, ex-
cucurri, curſum 598, 52[illegible]
*xcuſate*, excuſatiùs 705, 706
*xcutio*, ſſi, ſſum 591
*xecro* 661
*xecror* 536, 634
& *paſſivè* 465
*xēdo*, ēdi, ſum 569, 573
*xemplar* 93. unde 414
*xemplare* & *exemplari-*
*um* 392, 393, 93
*xemplum* ibid.
*xequiæ* fœm. plur. 337
quid ſignificet & unde
dicatur 345
etiam per ſ inſertum
ſcribitur ibid.
*xequor* pro exſequor 21
*xerceo* 543
*xercui*, ercitum 548
[illegible] pro excedit 641
*xhortatus paſſivè* 676
*xhortor paſſivè uſurp.* 465
*xigo*, egi, actum 578
*xiguiſſimus* 183
*xilio*, ii, ui, ultum 615
*xiſto*, extiti, extitū 606, 608
*Exitiûm* pro exitiorum 31
*Exlex*, exos incompara-
bilia ſunt 17[illegible]
*Exodus* 139
*Exoleo*, evi, etum 548, 550
pro hoc magis in uſu eſt
*Exoleſco* 548, 550
*Exoleſco* unde 565
*Exordior*, ſus 621
& *paſſivè* 465
*Exorſus paſſivè* 676
*Exoſus* 643
*Expalleſco* unde 565
*Expando*, di, ſum 569
*Expaveſco* à paveo 565
*Expectate* nominat. caſus 2[illegible]
*Expectatus*, ior, ſſimus 669
*Expecto* 21
*Exſpecto* ibid.
*Expedit* 656
*Expello*, uli, ulſum 59[illegible]
*Expergiſcor*, ectus ſum 609
*Expergitus* ant. 610
*Experimentum* unde 42[illegible]
*Experior*, ertus 620
& *paſſivè* 465
*Expertus paſſivè* 676
*Exſpes* diptot. 147
*Expetiſſo* pro expetiero 65[illegible]
626
*Expleo* [illegible]
*Explicatio* unde p424
*Explico*, ui, avi, itum, atum 531
*Expodo*, ſi, ſum 569
*Expugnaſſere* pro expugna-
turum eſſe 504

Expun-

*Expungo*, xi, ctum 580
*Exquiro*, ſivi, ſitum 598
*Exſanguis* 57
*Exſatio, exſpecto ſcribendum per ſ* 21
*Exſcribo* etiam per ſ ibid.
*Exſolvo* per ſ ibid.
*Exta* neut. plur. 363, 367
*Extemplò* 685
*Extendo*, di, ſum, tum 570, 576, 577
*Exter* ant. pro exterus 187
*Exterus*, exterior, extremus vel extimus 186
*Extimeſco* unde 565
*Extinguo*, nxi, nctum 580
*Extinxẽ* pro extinxiſſẽ 474
*Extiſpex* 69, 367
*Exto*, iti, itum, *atum, extaturus* 533
*Extra* 712. unde 720
*Extraneus* unde 39
*Extum* ing. 31
*Exſugeo* pro exugeo 665
*Exugo*, xi. ctum 580
*Exul* pro exſul 21
*Exuo* 112, 105, 107, 123
unde 20
*Exulo non eſſe Neut. paſſ. convincitur* 461
*Exuviæ* fœm. pl. qvid ſint & qvibus tribuãtur 337, 347

F.

*F* nonnulli ad Mutas referunt, rectiùs ſemivocalibus adnumeratur 10
*Faba* 276
*Faber* 23
*Fabrè* 706
*Fabricor* 536
*Fabrûm* pro fabrorum 31
*Fabulor* 536
*Faceſſo*, eſſi, itum 600, 602
*verbum paragogum* eſt 618
*Facetiæ* fœm. plur. 337, 348
qvid ſint ſing. *Facetia* ib.
*Fac, face* 642
*Facio* 642, 634
*Faciatur* 641
*Facitur* antiqvè ibid.
*Facies* 99
*Facillimus* 184
*Factûm* pro factorum 31
*Factum* unde 424
*Facultates* 355
*Fax* 92
*Fala* 363
*Fallo*, fefelli, falſum 591
*Falſus* Comparat. caret 190
*Falſus activè & paſſivè ſignificat* 674
*Falx* 386
*in plur. num. extat* 287
unde dicatur ibid.
*Famei & famij* pro famis 98, 54
*Fames* 54, 278
*Familia Romana geminus ordo* 336
*Familia aurea qvæ Romanis* ibid.
*ejus dij præſides* ibid.

Fami-

Digitized by Google

*miliaris Lar qvi & Mi-*
*litaris* ibid.
*miliaris* 83
*miliare* ibid.
*milias* 34
*moſus* unde 415
*mulor* 536
*mulus* 23
*ar,* farris 50, 81
*arcimen* à farcio 423
*orem,* fore 647
*arra* plur. 276
*as* 53, 30
neut. ſing. 313
an ſit Triptoton 256
unde dicatur 257
fas & jus qvomodo differant 257
*aſcis* 336
*aſces* maſc. plur. 318, 327
*qvid ſint & qvibus prælati* ibid.
*aſcinum* Neut. ſing. 298
*in pl. num. etiã extat* 307
unde dicatur ibid.
*aſcinus* 308
*aſterum* duplex ſignificatio, qvid Varroni & Feſto ſint, & qvid Cornelio Vitellioni. *Servius Lucanum erroris accuſat, qvod dixerit, faſtibus in 4. Declin.* 322. *Sed à Beroaldo rectè defenditur Lucanus* 323
*atendus* 676
*Fateor* 557, 558
*Fatuus* 365
*Fauce* 266, 92
*Fauces* 267, 355, 92
*Faucium* 267
*Faux* 92, 67
*Faunus* 365
*Faveo,* avi, autum 555, 556
*Fax* 92
*Faxo,* faxim 646, 647
*Fenilium* & orum 93
*Febrem* 75
*Febris* ibid.
*Fel* 123. 46. neut. ſing. 298
qvid ſignificet 303
*Felice* 89
*Felici* ibid.
*Felicium* ibid.
*Felix* 86, 89
*Femine* 268
*Femini* ibid.
*Feminis* ibid.
*Feminia* Nom. Accuſ. & Voc plur. ibid.
*Feminum* gen. plur. ibid.
*Femur,* oris 51
*Feneſtella* 411
*Ferè* 688
*Fermè* ibid.
*Feria* ſing. 344
*Feria prima, ſecunda, &c. unde dicta, autore Scaligero* ibid.
*Feriæ* fœm. plur. 337, 342
*Feriæ ſidonæ qvid* 344
*Ferias denicales qvidem à* Cice-

[illegible]

[illegible] ivis [illegible]

[illegible] pro fecrā [illegible]

[illegible] unde [illegible]

[illegible] unde [illegible]

[illegible], vi [illegible]

[illegible] unde [illegible]

[illegible], ia [illegible]

[illegible]

[illegible] nomina [illegible]

[illegible] bienda maſcula [illegible]

[illegible] qvorundam [illegible]

[illegible] ſunt [illegible]

[illegible] *deſidere* qvid [illegible]

[illegible] ocis [illegible]

[illegible]

non [illegible]

in Compoſitis, paſſivis Verbi Fio retinentur præterita quædam verbi Facio 461. Quædam A in e mutant ibid.
...ita 641
Fies, fiet, fietis, fient, ibid.
Fiendi, fiendo, fiendum, fiendus, fiens nihili ſunt ibid.
Findenda non fienda legendum in Plinio 641
Fiſtula 410
Fit 656
Flabra neut. plur. 363
quid ſit, cur ita dicatur ibid.
Flamen unde 424
Flaveo 555
Flavi, autoritatis indigens eſt 556
Flebilia 191
Flecto, xi, xum 604
Flexibiles Orationis partes 17
Fleo, flevi, fletum 548
[illegible] & orum 93
Flos 11, 61, 92, 127
Fluctuor 538
Flumen unde 421
Fluviorum nomina ſunt Maſc. generis 107
Fluvius vocativi caſus 129
Fluvie 42
Fluxus unde 426
Fodio, fodere 666, 580
& fodio, fodire 666
Fœdus 15, 63
Fœmina an homo miſera dicenda 112
Fœmininum genus 99
quomodo olim dictū 106
Fœminina quænam ſint 108
Fœminina ſingularia 286
Fœna 376
Fœniſeca, fœniſex 389
Fomes 56, 131. unde 425
Fons 150
Fontes 96
Fontis ibid.
For 649
Fores 682
Forceps 91, 149
Forem 635, 636, 637
Fore pro eſſe 636
cum participiis in dus vel rus ibid.
Fores fœm. plur. 337
etiam ſing. extat 347
Forfex, forficis 68
Fori maſc. plur. 318, 336
in ſingulari etiam legitur ibid.
Foris 682, 683
Formarum genit. plur. 98
Formiæ 363
Formis 98
Formidoloſus unde 416
Formoſus unde 415
Fornacium & fornacum 98
Fornax 90, 153

Fornix

Digitized by Google

*Fornix* 96, 156
*Fors*, forte diptot. 247, 251
*Forſan* 690
*Forſitan* ibid.
*Fortaſſe* 690
quomodo differt à forte 698
*Forte* 668. *Forte fortuna eſt diptoton* ibid.
*Fors fortuna & forte fortuna quid ſit* 251
*Fortem fortunam & fortis fortuna non temerè uſurpandum* 252
*Fortis* 82
*Forti* ibid.
*Fortitudines* 279
*Fortuna* pro divitiis 355
*Fortuna & fors fortuna* differunt 251
*Fortuitò* 698
*Foſſa* unde 424
*Foſſor* unde 425
*Foveo*, ovi, otum 553
*Fraga* 276, 272
*Fragor* 634
*Franciſci Sanctij etymon Ponti rejectum* 282
*Frango*, egi, ctum 579
*Fraterculus* 409, 412
*Fraudulentus* unde 415
*Fraudium* 92
*Fraus* 92, 64, 149
*Fremo*, ui, itum 593
*Frendo*, frendeo 573, 546. 569 frendere quid, *freſſa* 543. hinc *ne-* frendis ibid
*frendi* præt. 57[illegible]
*Frequentativa verba* quæ 61[illegible] formantur à ſupino vel ſecunda perſona præſ. Ind. 628 Ad frequentativa referuntur Verba in ISSO vel IZO ibid. Eò etiam pertinent Deponentia quædam in OR cum ſtudio & imitatione conjuncta, ut Poëtor &c. 629
*Fretu* Ablat. 245
*Fretum* Accuſ. ibid.
*Fretus* ſubſtant. ibid.
*Frico* 528. fricaturus ibid.
*Frigeo*, xi ſine ſup. 546, 547
*Frigo*, xi, xum, ctum 579, 58[illegible]
*Frit* 194
*Fritillus* 41[illegible]
*Frons*, frondis 66, 14[illegible]
*Frons*, frontis 149, 60
*Fros* pro frons 585
*Fructibus* 96
*Fructui* 95
*Fructum*, *fructam* 200
*Fructûs* gen. circ. notatur 15
*Fructus* 29, 95, 66, 13[illegible]
*Frugem* 20[illegible]
*Frugi* 120. Fusè diſſeritur, utrum Adj. indec. ſit, an verò ſubſtant. Dat. caſ. 200, 201, 202, 203
*Frugifer* 4[illegible]
*Frugis* 120, 200, 7[illegible]

Frume[illegible]

umentor 538, 619
umentorum nomina ſunt ſingularia tantùm 274
uiſcor 611, 612
uor, itus, ctus ſum 608, 610
Fretus ſum exploditur ſecus qvàm Valla ſentit, & fructus ſum etiam rejectaneum eſt, licet Perottum patronũ habeat 611, 612
uſtrà 698
uſtratui Monopt. 249
uſtror 536
paſſivè uſurp. 465
utex 156
utico & fruticor 660, 536
ux 71, 92, 120, 200
uga plur. num. habet 295
ugitivꝰ incõparabile eſt 178
ulcio, ſi, tum 615, 618
ulgeo, ſi, ſine ſup. 546
ulgo, is, fulgere 665
ulgurat ellipticum eſt 656
ulminat ellipticum eſt ibid.
undo, udi, ſum 569
unditus 682
unebris 408
ungor, nctus ſum 608
unis 85, 101
unus 63
uo ant. unde fui, futurꝰ 635
ur 92, 50, 115, 116, 107, 130 unde 399
urei 7
urentûm pro furentium 52
Furfur 130
Furfures maſc. plur. 318 in ſignificatione certâ eſt etiam ſingulare 326
Furiarum nomina ſunt fœminina 108
Furo 599. Præter. caret proprio. Furui ibid. Furia, furiatus ibid.
Furor 536
Furtum unde 414
Fuſte 84
Fuſti 85
Fuſtis 84, 136
Futurum Indicativi qvomodo appellatum. Uſurpatur pro Futuro Conjunct. 475
Futuro Imperativi utuntur ſæpè rei ruſticæ ſcriptores 486. Ejus 2. perſona ſæpè mandat de futuro ibid. Futurum illud etiam conceſſionẽ notat 487. Ejus tertia perſona ſing. & pl. utũtur potiſſimum legulatores, & Cato leges & præcepta rerum ruſticarum tradens 487. Ea tamẽ Poëtis cõceditur 488
Futurum Conjunctivi pro fut. indicat 475. ejus penultima in metro cõmunis, præteriti verò brevis 493, 494



Digitized by Google

*Futurum antiqvum Conjunctivi in ASSO* 492
*Futurum Infectum* Varroni *Imperfectum* 476
*Futurum Exactum* 476. *à D.D. Jerſinio perſpicuè* traditũ ib. *in eo Peſcettius refutatur* 477
*Futurum Infinitivi* vulgave & à Donato fictum, *amatum ire* vanitatis arguitur 504, 505
*Futurum antiqvum Infinitivi in ASSERE* 504
*Futurũ antiqvũ in RUM* 506. Ejus locô utimur, Participio RUS cum eſſe vel fore, niſi verbum Supino careat ibid.
*Futurum Infinitivi Paſſivi per Genera & Numeros immobile eſt* 506
*Futurum Infinitivi Activi & Conjunctivi Paſſ.* unde formetur 525. Futurum Infinitivi Activi qvænam Verba carent. ibid.

G.

*Gabij nomen* oppidi plur. Maſc. 331
*Gābriel* 106
*Gades* 363
*Gadir* 100, 50. cujus gen. 109
*Gajus* pro Cajus 563
*Gallus, Gallina* 10
*Ganea, ganeum* 28
*Ganymedem* non *ganymeda* in Accuſ. 77
*Garganus* 227. *ejus plur. neutrum probandum eſt* ibid
Gargara 227. *ejus maſc. ſing. probandum eſt* 22
*Garum* 31
*Garumna* 10
*Gaſpar* pro Caſpar 56
*Gaudeo* 54
*Gauſapa*, gauſapæ 19
*Gauſape* 116, 19
*Gauſapes*, pis 19
*Gauſapum*, pi ibid
*Gaviſi* pro gaviſus ſum 46
*Gaza* plur. num. habet 29 qvid ſignificet ibid.
*Gelaſco* unde 565
*Gelat* 656
*Gellius* accuſat Varronem vanæ derivationis 399 cujus ipſe Gellius tenetur 346, 399
*Gelu* neutrum ſing. 298
*Gelum* pro gelu 304
*Gelus* pro gelu ibid.
*Geminus* Incompar. eſt 178
*Gemino* (tuilling) in ſing. 326 *Jani epitheton* eſt ibid.
*Gemini* maſc. plur. 318, 326 certâ ſignificatione etiam ſingulare ibid.
*Geminiſſimus* 182, 326
*Gemo,*

rmo, ui, itum 593
ena, næ 355
ena plum ibid.
ener 40, 29
enerabilis unde 426
enerosus unde 415
eneſis, geneſios & eos 61, 80
eneſi 80
eneſin ibid.
enitivus caſus qvid 26, 27, 28
enitivus patrius, gignendi, caſus, imò interrogandi olim dictus 27
enitivus ſing. cōtractus 37
enitivus pl. contractus 30
enitivus Poëticus ſecundæ in O, Androgeo pro Androgei 39
enitivus contractus ei in i non ſcribendus per ei 39
enitivum qvomodo formem ſecundæ in E R 40
enitivus antiqvus ai 34
enitivi plur. formatio patitur Syncopen 39
enitivus pluralis feſtorum 93
enitivi, domi, ruri, humi, belli, &c. non eſſe Adverbia demonſtratur 684
enitivus nom. in A S 32
enitivorum ... declinationis formatio an pueris ediſcenda 43
enitivi ... in A deſinentis 44

in E ibid.
I ibid.
C 45
D 46
L ibid.
AN, IN, YN ibid.
EN ibid.
ON 47
R 50
AS 52
Genitivi Græcorum & Gentilium in AS deſinentium formatio 53
in ES 54
IS 56
US 62
AUS 64
EUS ibid.
YS ibid.
BS, MS, PS 65
LS, NS, RS ibid.
T 67
Genitivus plur. partium aſſis qvalis 90
Genibus 97
Geno pro gigno 583
Genu 123
Genubus 97
Genus 63, 25
Genus qvid & qvotuplex 99
Cognoſcitur duobus modis 100
Genus Epicœnum 103
dubiū qvodnam & unde 103. Incertum ibid.
Genus pro genu 207

*Genitale* 372
*Genitalia* ibid.
*Genitura* unde 424
*Gentilia* nomina qvænã 405
nunc Adjectiva, nunc
Subſt. eſſe poſſunt ibid.
*Gentilia Adj.* non comparantur 170
eorum terminationes
ſunt variæ 405, 406
*Gentilia Subſtãtiva* cujus gen. 106, 108
*Gẽtilia in T A* cujus gen. 117
*Gentilia in NSIS & US* qvomodo diſtingvantur 406, 407
*Gentilia Pronomina* 436
*Georgica* plur. nomen 315
qvid ſint 317
*Germanus* 405
*Gero*, geſſi, geſtum 598, 634
*Gerra* qvid Feſto 355
*Gerra Siculæ*, explicatæ qvid ſint ibid.
*Gerulus* unde 424
*Gerundium* qvid 507
In ejus appellatione variant Veteres Grammatici 507, 508. Etymon ejus qvoq; incertũ reliqverunt 508. *Gerundiorũ vera origo aſſerta contra Orlandum Paſcetium* ibid. Eorum ſedes etiam cõtroverſa, qvippe à *Scaligero ad Participia, à Rhenio ad Nomina*, referũtur 509 *à Saturnio pars peculiaris conſtituuntur* 510. *Ab Alvaro ad Verba infinitivi modi* relegãtur ib. qvi ea Nomina non eſſe certis argumentis probare nititur 511. ubi ejus inconſtantia notatur ibi
*Gerundia mera Nomina* non ſunt 512. nec *pura Verba* ibid. nec *mera Participia* ibid. ſed *habent aliqvid cum his omnibus commune* ibid *Infinitivorum appendicula* 513. Eorum Decl. ibid. Caſus qvinq; habere probatur, contra qvàm Scaliger putat, qvi tres tantùm aſſignat ibid. Probatur non eſſe *Participia* 514. nec *Nomina* ib. Genit. probatur ibid. Dat. exempla rara ibid. Genit. Dat. & Ablativi exempla qvædam & paſſivè & activè exponi poſſunt 515. Gerundia tertiæ & qvartæ Conjugationis E non rarò in U mutant ibid
*Geſta & acta* differunt 36



Digitized by Google

*…ſiculor* 536
…, ivi, ſine ſup. 615
…ber, gibberi, gibberis, gibbus, gibbere 40, 41
…anij obſervatio de nominibus in A R, A R E, & A L, A L E finitis 392, 393
g… 52, 130
*…endi caſus* 27
…o, genui, itum 594
…194 ſine aſpiratione 197
…oma, atis, & *glaucoma*, æ 389, 44
*…tomam* Acc. caſ. 44
… 66
… 92, 59, 136
…o ſine pr. & ſup. 561, 525
*…ſcor* paſſ. formâ ant. 563
…, ivi, ſine ſup. 615
*…mer* 213
*… bonorum*, proverbium eſt ibid.
*…us*, i, & *glomus*, eris 394, 63
*…mus*, glomi claſſicam authoritatẽ deſiderat 218
*Gloria* fœm. ſingul. 287 in plurali num. tamen invenitur 289
*Glorior* 536
*Glorioſus* unde 416
*Glos* 138
*Gluten* neut. ſing. 298, 594 qvid ſit 303
*Glutinũ* pro gluten 303, 394
*Glycerium* cujus gen. 108
*Gnomo* 38
*Gnoſco* pro noſco 563
*Gobius*, gobio 393
*Gracillimus autoritatem deſiderat* 184
*Gradior* 20, 608
*Gradivus* Marti tributum eſt Adj. proprium 24
*Graduis* gen. ant. p. gradus 95
*Gradus* compar. ſunt tres 182
*Græca* in E deſinẽtia qvomodo flectantur 35. Propria qvomodo forment Gen. 42. Contracta ex OUS in US, qvomodo forment vocativum ibid.
*Græca tertiæ* decl. qvomodo declinentur 45
*Græca in AS* qvem Accuſativum habeant 35. in AS, ES, EUS, qvomodo forment Voce. 29
*Græca in O* longum fœminina ſunt 122
*Græca fœminina in O tertiæ* qvomodo Genitivũ forment 46
*Græca qvædã habent ON vel UM* in Acc. & voc. 38
*Græca in OS, ON & OUS*, ad 2dam pertinẽt decl. 38
*Græca neutra in OS* breve, græcam Declinationem prorſus retinent 62
*Græca in MA* cujus gen. 117

*Grator* 536, 538, 629
*Graculus* 409, 412
*Gracus* 405
*Gracus & Graciensis* differunt 406
*Grajugenum* pro grajugenarum 30
*Grammatica* definitio 1. ejus etymõ 1. objectum 2. *Grammatica vulgaris qvibus nominibus antiqvitus appellata* 1. *Grammatica amplioris & dignioris usus antiqvis qvomodo appellata* 1. *Grammaticæ definitionem impugnat Goclenius, sed defendit Rhenius* 1
*Grammatica* qvis primus *inventor* 1, 2. ejus autores antiqviores & recentiores nonnulli recensiti 2
ejus divisio 2
*Grammatica, ca*, & grammatice, ces 211, 212, 13, 78. Grammatica, corum 211, 212
*Grandesco* unde 567
*Grandinat* 568
*Grando* 121
*Grassor* 536
*Grates* plur. 356
*Gratia* pl. certo sensu ibid.
*Gratÿs* pro gratis 793
*Grator* 5[…]
*Gratificor* 20, 536, 6[…]
*Gratulor* 5[…]
*Gravesco* unde 56[…]
*Gravidus* unde 4[…]
*Grossi* 3[…]
utroq; num. legitur ibi[…]
*Grossus* 4
*Gregatim* 6[…]
*Grex*, gis 68, 92, 1[…]
*Grue* 63[…]
*Grus*, gruis 64, 92, 103, 14[…]
*Gryps* 91, 65, 15[…]
*Gryphum* [illegible]
*Gummi* 120, 4[…]
indeclinabile est 194
*Gummi & gummis* 384
*Gummis, hæc* 19[…]
*Gũmis* ant. pro gũmi 44, 4[…]
*Gummium* genit. plur. 19[…]
*Gurges* 59[…]

H.

*H literam esse negant qvidam* 1[…]
*H priscis græcis literæ aspirationis* ibid.
*H unde compositum* ibid.
*HS* qvid valeat 15[…]
*Ha, ha, he* 748
*Habena, æ* 366
*Habena* plur. 356
*Habesso* pro habuero 654
*Habitaculum* 410
*Hâc* 682
*Hactenus* 686
*Haccine* 452

*Hæc-*

*…reditariis* cognomen 24
… hæſi, ſum 553
*…es* 56, 115
*…ſis* 61
*…eſeon* 89
*…eon* 115
…, ecis neut. ſing. 46
298, 23
… 122
… 78
… 78
*…adryades* 108
*…acime* 452
*…pax* 153. ejus gen. 67
*…ia* 7, 8
*…pago* 121
*…unce* 452, 458
*…ſis* unde 414
*…nienſis* 405
*…ia* 24, 108
*…rio*, ſi, ſtum 615, 618
*…pt* 690
*Hebdomada*, dæ 390
contra Henricum Stephanum defenſum ibid.
*Hebdomas*, dis 390
*Hebes* 55
*Hebeſco, Hebeteſco* unde 565
*Hebraica in AS* cujus declinationis 34
*Hecate* 108
Ἑκατὸν 10
*Hectore* 77
*Hectores vide quid* 271
Heic 748, 749
*Hei* 7
*Helvetij* nomen pop. plur. maſc. 331, 332
*Hem* 690, 748
*Hepar*, atis 50
*Hepar* neut ſing. 298
eſt vox planè græca 305
*Hepatarius* ibid.
*Hepaticus* ibid.
*Herbaceus* unde 416
*Herbarum* & fructus earum nomina sũt ſing. tãtùm 274
*Herbeſco* unde 567
alii *herbaſco* ibid.
*Herculẽ* nõ Herculẽ in acc. 36
*Herculeus* incomparabile eſt 178, 40, 408
*Herè* pro heri 748, 686
*Heri* 685, 686
*Herilis* 408
*Hermes* 56
*Heroas* 95
*Heros* 79, 61
*Heſperus* 280
*Heſternus* unde 398
*Heteroclita* qvænam 209
unde dicantur ibid.
*Heterogenea* qvæ & qvotuplicia 224
*Heterog.* in ſingul. Maſculina, in plurali Neutra 224. in ſing. Maſcul. in plur. Maſc. & Neut. 228 in ſing. Fœm. in plur. Neut. 230. in ſing neut. in plur. Maſc. 232. in ſing. Neut. in pl. Maſc.


 &

& Neut. 235. in ſing.
Neut. in plur. Fœm. 236
*Hem* 749
*Hic*, hæc, hoc qvomodo u-ſurpentur Latinis 17
*Hic* 432. hicce, hæcce, hocce, hujuſce, hiſce, hoſce, horunce, harunce, horum, harū 444, 452
*Hic, hæc* pro hi, hæ 448
*Hic* 681
*Hiccine* ibid.
*Hiems* qvōodo ſcribēdū 5
*Hierichus*, hiericûnthis 62
*Hieronymi lapſus in voce* כוגר *qvam interpretatur* nugas, *id qvod Lutherus etiā obſervavit* 342
*Hila* 306
*Hilla* ibid.
*Hilum* neut. ſing. 298
*Hillum penſi* 306
*Hillum* pro hilum 305
qvid ſit 306
unde dicatur ibid.
*Hinc* 681
*Hinniens eqvus* 24
*Hippo* cujus gen. 109
*Hippomanes* 133
*Hir* 50, 129
*Hira* 306
*Hiſce* pro hi 448
*Hiſco, hiaſco* unde 565, 566
*Hisdem* ant. pro & iisdē 445
*Hiſtrio* 106
*Hoc* [illegible] 452
*Hodie* 6
*Hodiernus* incōparabile 1
*Hoi* 7, 7
*Homicida* 112, 115, 10
*Homicidium* unde 4
*Homo* 24, 112,
*Homo*, inis, & *homōnis* āt.
*Homo bonæ frugi* 1
*Homuncio* 4
*Homunculus* 7, 4
*Honeſtus* unde 4
*Honorandus* incōparabile 1
*Honoriades* 4
*Honor*, honos 334, 1
*Horatius* explicatur, *qvid diſtent æra lupinis* 2
*Hordeaceus*, unde 4
*Hordeum* 27
unde derivetur 2
*hordea* in plur. ibi
*Horizon*, ontis
*Horreſco* unde 56
*Horribilis* unde 41
*horſum* 65
*Hortenſis* 40
*Horti* plur. 35
*Hortiferûm* pro hortiferorum
*Hortor* 46
*Horum* 45
*Hoſpes* 23, 55, 8, 115, 11
caret neut. plur. 16
*Hoſpita* fœm. ſing. 64
*Hoſpita* pro viciniis in neut. plur. legitur 162
*Hoſtis* cujus gen. 11

Hu

682, 748, 7
7
7
*umodi* 199
*umodi* an varietur 19
*...ſſimus* 184
... fœm. ſing. 287, 138
unde dictum 290
*...cine* 452
*...inthus* 143
*...na* neut. plur. 363, 367
*...rnacula* 372
*...brida voces qua* 21, 52
*...drops*, opis 65, 150
*...emis*, emis 65, 149
*...lac*, lactis 67
*...men*, hymēnis 47
*...perdiſſyllaba* in D O &
G O ſunt fœm. 121
*...phen* qvid 16
*...ypodamia* cujus gen. 109
... pro ... 10
*...ſſopites* 132
*...ſſopum* 144
*...ſſopus*, *hyſſopum* 380, 141
*...ſtrix* 158

I.

*& V* mutuæ an ſemivocales 9
*...terminatio tertiæ* decl. 43
*...I deſinentia tertia* qvomodo Gen. formant 44
*Jaceo*, ui, itum 540, 541
*Jacio*, eci, actum 587
*Jacob* indeclinabile 207
unde derivetur 208
*Jacobus* 9
*Jaculor* 536
*Jader* 100, 107
*Jam*, jamdum, jamdudū 685
*Japetion* 404
*Japyx* 71
*Jaſpis* 51
*Iber*, iberis, *iberus*, iberi 41
*Ibi* 682
*Ico*, ici, ictum 561, 563
*Icon* 125
*Idcirco* 730
*Idem*, identidem 445
*Idem* tribus perſonis additur 439, 440
*Idomenea* 39
*Ideò* 730
*Idolon* 128
*Idus* fœm. plur. 356
qvid notet & *unde dicatur Macrobio* ibid.
*Jecur*, oris, inoris 51, 905
*Jecinus* antiqvum 51
*Jeruſalem* indeclinabile 207
unde componatur 208
*Jeſus triſyllabum* 9
qvomodo declinetur 211
*Igitur* 730
uſitatius poſtponitur. De eo Qvintil. judicium 740
*Igni* 85
*Ig-nis* an ſcribendum 14
*Ignis* 84
*Ignoro* 21
*Ignoſco*, ovi, otum 561, 51
*Ignoſcitur*, *ignotur* 562, 564

*Iibus* dat. plur. pro iis 179
*Ile apud Plin. variè lectū* 363
*Ilex*, icis 68
*Ilia* neut. plur. 363
unde dicatur ibid.
*Iliada* 401
*Ilias* 53, 402, 404
*Ilicet explicatur* 696
*Ilion* 38
cujus gen. 109
*Ilium & ilion* 384
*Ilionēa* 39
*Ilionēi* 221
*Ilios* 384
*Illâc* 682
*Illa* dat. pro illi 448
illaudatus 677
*Ille* 22, 432
qvomodo differat ab iſte & hic ibid.
& 434
*Ille* additur 2dis perſonis 438
*Ille & ipſe notent interdum dignitatem, iſte contemptum* 433
*Illecebra*, æ 431
*Illecebra* fœm. plur. 337, 341
*Illex* 69
*Illic* 682
*Illic*, illæc, illuc, illôc, illâ 450, 451
*Illiccine* 444
*Illicio*, exi, ectum 588
*Illido*, ſi, ſum 569
*Illinc* 682
*Illino*, evi, itum 594

*Illiusmodi* 20[illegible]
*Illò* 68
*Illorſum* 68
*Illuc* ibid.
*Illudo* 21
*Illunis* adject. proprium 24
*Imaginor* 536
*Imago*, inis 45, 12[illegible]
*Imbecillimus, imbecilliſſimus* 184, 18[illegible]
*Imber* 84, 5[illegible]
*Imbri* 8[illegible]
*Imbris* ibid.
*Imbibo* 24
*Imbrex* 138, 68
*Imitor* 536
*Immemor* 89
*Immemorabilis* 426
*Immerens* 677
*Immineo*, ui 551
*Imminutæ Nomina* 31
*Immo ad Monoptota à* qvibusdam refertur 245
*Immunis* 369
*Immutabiles* cur dictæ 11
*Imò* 696. *Immò* per geminum M mavult Ald. ibid.
*Impariſſyllaba* qvæ 29
*Impariter* 703
*Impello*, uli, ulſum 592
*Impensè* 688
*Imperiabiliter* 703
*Imperſonale* verbum 468
qvomodo dictū ant. ibid.
qvomodo fit perſonale ib.
imperſonalia finita qvæ ib.


Fini-

*Finita* qvæ 469
*impersonalia* qvæ 614
qvare defectivis accẽſſa 655 activa & paſſ. ibid. *Vera impersonalia ſunt decem* ibid. unde ſiant & qvomodo conjugentur 656, 657, eorum anomalia 647
*Imperterritus* 678
*Impertior*, itus 621
*Impertio & impertior* 600, 621
*Impete* p. impetu mõopt 240
*Impetibus* dat. plur. eſt ab impetus, tus, tui 244
*Impetrâſſere* pro impetraturum eſſe 504
*Impexus* 677
*Impingo*, egi, actum 579
*Impleo*, evi, etum 548, 634
*Implico*, ui, avi, itum, atũ implicatus, impliciturꝰ 531
*Imperativus modus* qvid? unde dictus, in ejus temporibus conſtituendis variant Grammatici Latini, Græci & Ebræi 477. Imperativus qvibus Grammaticis Ebræis dicatur Futurum primum, 478. Imperativi Præſens & Futurum tempꝰ defenſum 478, 479. Ejus duplex Futur. novè conſtituens Alvarus refutatur 479, 48. nec ejus Futurum in το reciprocatur cum Futuri Præſentis ſecunda perſona 480. Imperativi tempus unum à Lithochomo allatum evertitur 483
*Imperativꝰ Præſentis* qvare caret prima perſona plur. 485. Objectioni Scaligeri occurritur. Ejus loco utimur prima Subjunctivi 486. Imperativus Futuri etiam caret prima plurali, idq; contra Diomedem & Donatum aſſertum cum Servio 486. Imperat. caret præt. 488. ubi periphraſtica Priſciani Præterita exploduntur ibid. Futuro tamẽ exacto verbi *memineris*, pro Perfecto Imperativi uti licet 489
*Impono* 21
*Impos* 87, 61, 89
eſt incomparabile 178
*Inops* intercus, inops carent neut. plur. 162
*Impuber* 89
*Impubes*, ĩpubis, impuber 54
*Impuberes* 55
*In* qvomodo mutetur 20

*In*

*In* in compoſitis ſignificat privationem 719
*In IN tertia* formata in Genit. 46
*In eodem luto hæſitas, qvid ſit* 807
*In album referre qvid ſit* 302
*Inæqvalia verba* 635
*Inante* 721. ſeorsùm, in ante 722
*Inauſus paſſivè* 678
*Incendo* 634, 668
*Incertus numerus* 22
*Inceſſo*, eſſi, ſine ſup. 600, 602
*Inceſto* 282
*Inceſtum & inceſtus* ſubſt. & Adject. ibid.
*Inceſtus* Adject. ibid.
*Inchoativa verba* qvæ 623 per Fio rectè explicantur. Aliàs dicta Augmentativa, Exercitativa 624. habent additas interdum particulas, *magis, indies* &c. ibid. His nonnunqvam adjungitur velut qvodam Pleonaſmo verbum *Incipiendi* 624, 625. Inchoativa *Nominalia* & *Verbalia* tradita ſunt 564 565
*Inchoativa Verbalia* 564 Nominalia 565, 567. ſeq.
*Incido*, idi, iſum 568
*Incido*, idi, æſum 568
*Incipio*, epi, ptum 589, 65
*Incipit* 65
*Incitas, incita* 246
*Includo*, ſi, ſum 20, 368 intercludo ibid.
*Inclytus* comparativo caret 190
*Incogitabilis* 425
*Inconſultu* 244
*Increbeſco*, bui vulgò, *increbrui* rarius 565
*Increpo*, ui, avi, itum, atum 530
*Incubatio*, incubatus & incubitus 395
*Incubavi & incubatg* ant. 527 incubatio ibid.
*Incubus* 365
*Incumbo*, ui, itum 559, 560
*Incunabula* neut. pl. 363, 370
*Incurro*, urri, urſum 597, 634
*Incurſio & incurſus* 397
*Incus* 63
*Incutio*, ſſi, ſſum 591
*Inde* 68
*Indeclinabilia qvænam* 193
*Indeclinabilia* qvare ita dicantur ibid.
*Indeclinabilia* Adject. ibid.
*Indeclinabilia* Subſt. 194
*Indeclinabilia* ſunt Neut. in U, nomina literarum voces materialiter poſitæ 207
*Indecenbiliter* 703
*Indecoris* 87
*Index* 699, 156

Indi-

Digitized by Google

*ndicativus modus* qvid, qvibus nominibus appellatus, *pater veritatis* ſalutatus à Scalig. 473. tempora omnia habet ib.
*ndiges* 55
*ndignor* 536
*ndipiſcor*, eptus sũ 608, 610
*ndo*, idi, itum 569
*ndoctiúsq;* qvo tono efferendum 15
*Indoles* qvid ſit 296 plur. numeri exemplũ nondum impetravit à Grammaticis ibid.
*Indoleſco* unde 566
*Inducia* fœm. plur. 399, 337 346. qvid ſint, unde deducantur 347. *Gallij etymon exploſum* ibid.
*Indulgeo*, ſi, tum 546 *indulſum* rejicitur 547
*Induo* 534
*Induſtrior, innexior* 183
*Induſtrioſiſſimè* 703
*Indutui* Monopt. 240
*Induvia* plur. tantum 357
*Ineptus* 20
*Inermus*, inermis 176, 177
*Inexpertus* 677
*Infabrè* 706
*Infandus* 677
*Infans* cujus gen. 111, 116
*Inferi* maſc. plur. 317, 323
*Inferia* qvid ſint & unde dictæ 247
Fœm. plur. 337, 339
*Inferias* 247
*Inferium qvid* 259
*Infernè* 685
*Infero*, uli, atum 598
*Inferus* cum ſuo compar. & ſuperlat. 186
*Inficias* 247 inficias ire, inficiari ibid.
*Inficior* 536
*Infimates* 332 & in ſing. *infimatis* ibid.
*Infimatis* pro infimàs 436
*Infinita nomina* Vocativo carent 271
*Infinitivus modus* qvid 502 qvotuplex & qvot tẽporum 503. unde dictus ibid. qvot appellationes ſortiatur ibid. Solum infinitivum ſalutârunt Verbum Stoici ibid. Hunc Scaliger è cenſu modorum excludit, ſed κάτα τι retineri poſſe oſtendimus 504. Ejus imperfect. additur præſenti, pluſqvamperfect. perfecto 505
*Infinitus, infinitior* 191, 192
*Infit* 648
*Inflexibiles* orationis partes 17
*Infligo*, xi, ctum 579, 634
*Infra* 683. unde 720

*Infim.*

*Inſructa literâ* 4
*Infricatus* 579
*Ingemiſco* unde 566
*Ingenioſus* unde 415
*Ingens* 86, 191. ingentior 192
*Ingenti* 88
*Ingentia* ibid.
*Ingredior* 20
*Ingreſſio & ingreſſus* 397
*Ingruo* 634
*Iniam* pro inibo 639
*Iniens* 67
*Innuus*, incubus 365
*Inimiciter* 703
*Inimicitia*, æ 357
*Inimicor* 538
*Inimicus* pro inamicus 19
20, 23.
*Initium* unde 424
*Injurioſus* unde 415
*Injuſſu* 240
*Injuſtitia* 108
*Innitor*, xus 609
*Innocens* 677
*Innoteſco* unde 567
*Ino* & IO 46
*Inoleo*, evi 548, 550
pro hoc magis uſitatum
eſt inoleſco 548, 550
*Inops* 77, 91
*Inqvies* 55, 99
*Inqviro*, ſivi, itum 598
*Inqvam* tertiæ conj. verbum 645. ejus conjug. ib. an *inqvam* ſit præſens ibid. *inqvio* menſum eſt ib. *inqviet*, nō *inqviat* uſitatum 64[illegible]
*Inſciens* 67[illegible]
*Inſero*, ui, ertum 598
*Inſidior* 536, 634
*Inſilio*, ui, ultum 615, 619
*Inſperans* 677
*Inſpicio* 634, 588
*Inſtar* 687, 247
*an Nomen ſit vel Adv.* 248
præpoſitionem AD qvãdoq; ante ſe habet 249
eſt etiam Accuſ. pl. ibid.
qvid ſignificet ibid.
*Inſtinctu* 240
*Inſto*, iti, itum, atum 533
*Inſtrumentalis caſus* 28
*Inſuber*, bris, inſubres qvi 51
*Inſuetus* activè ſignificat 674
Inſularū nomina cujus gen. 108
*Inſum* 696. *inſui* autoritatem deſiderat ibid.
*Inſuper* 721
*Integritas* unde 414
*Integraſco* unde 566
*Intelligo*, xi, ctum 579, 21
*Intempeſta* 24
*Intendo*, di, ſum, tum 570, 577
*Inter* 712
*Intercipio*, epi, eptum 589
*Intercus* unius term. & omnis generis 174, 63
*Interdum* 685
*Intereo*, ij, itum 613
*Intereſt* 656

terjectio qvid 741
Ejus *appellationē* mu-
tvam laxiorem Scalig.
immeritò ſugillat ibid.
*Auguſtinus negat eſſe*
*orationis partem & Fri-*
*ſchlinus ait eā non eſſe*
*opus* 741, 742. Idem ex
definitione partium O-
rationis Priſcianiana
evincitur, nec non ex
Ariſtotelis & Stoico-
rum autoritate ibid.
His objectionibus re-
ſpondetur. *Non ideò,*
*deſinit eſſe pars Oratio-*
*nis, qvia eſt ſignum af-*
*fectionis* ibid *Imò, qvā*
*ſignum eſt, eſt pars* 742,
743. *Ad nullam ali-*
*am Orationis partem*
*pertinere oſtenditur,*
*& ne qvidem ad Ad-*
*verbium,* 743.
*Friſchlino reſpondetur*
744. *Interjectio qva-*
*re affectus indicet* 745.
*Ariſtotelis, Theode-*
*ctis & Stoicorum au-*
*toritati occurritur* 745,
746. Voculæ *Incon-*
*dita, à Scaligero repre-*
*henſa, à nobis defen-*
*ſa & expoſita* 746.
*nō recentiores tantum,*
*ſed & antiqviores uſos*
*eſſe hac voce contra e-*
*undem probatur* 747.
*qvare alibi pro ea le-*
*gatur, incognita* ibid.
Priſcianus habet, *ab-*
*ſcondita* ibid. Inter-
jectio qvomodo ab
Adverbio differat 748.
Ejus ſignificatio 748.
Figura 750. *Interjectio-*
*onibus parcè utendum*
751. Qvædam Interje-
ctiones pluribus animi
affectibus accōmodan-
tur, qvædā geminātur 750
ſpeciē omittūt pleriq; ib.
*Interior, intimus* ſine po-
tivo 189
*Interitus* pro occiſus 639
*Interlino*, evi, itum 594
*Interne* nominat caſus 29
*Interneco*, cui, ectum 530
*internecatum* autori-
tatem deſiderat ibid.
*Interpres* 116, 55
*Interrogandi caſus* 27
*Interrogandi particula* va-
riè adhibentur 690
*Interrogativa nomina* vo-
cativo carent 271
*Interrogativa Adjectiva*
non comparantur 179
*Intingo*, xi, nctum 581
*Intonatus* 529
*Intra* 712
*Intro*, introduco 633, 682

*Introea*

*Introeo* 633
*Introſpicio*, xi, ctum 588
*Intubum* 144
*Intubus*, intubum 380, 143
*Intuor*, ſine præt. & ſup. 609
*Intus* 682
*Invado*, ſi, ſum 578
*Invehor*, ctus ſum 608
*Inventus* 63
*Inveteraſco* unde 566
*Invidenter* 703
*Invidioſus* unde 415
*Inviſo*, ſi, ſine ſup. 600
*Invitatu* 244
*Invito* 662
*Invitus*, invictus comparativo carent 190
*Inultus paſſivè* 678
*Io!* 748
*Jocus* in plur. joci & joca 219
*Johannes* 19
*Jovi* pro Jove 702
*Jovis* antiqvum 51
*Ips* antiq. pro is 441
*Ipſe* 432. tribus perſonis additur 439
*Ipſe* & Pronominibus & Nominibus ſubjicitur. Hinc Donato *ſubjunctivum* dicitur, Græcis *Epitagmaticon* 439
*Ipſiptus* ant. pro ſeipſus 441
*Ipſiſſimus* ab,āt, ipſus 181, 495
*Ipſus* pro ipſe 437
*IR* terminatio nom. decl. 38
*Ir* 19
*Iracundus* unde 4
*Iraſcor*, tus ſum 608
*Iride* 9
*Iris* 78, 80
*Iridis* 78, 8
*Irius* -
*Irin* ibi
*Iridem* ibi
*Irrauceſco* unde 56
*Irregularia verba* 6
*Irrideo* 2
*Irriſui*, irriſu 248, 25
*Irritaſſo* pro irritavero 4
*Is* 4
*Iſdem* pro iiſdem 4
*Iſis* 78, 5
*Iſida* 7
*Iſidem* ibid
*Iſidis* ibid
*Iſius* ibid
*Iſin* ibi
*Iſios* ibi
*Iſmarus* 224, 22
*Iſte* 432. qvomodo differat ab ille & hic ibid
*Iſthæc* ant. pro iſtæ 44
*Iſtic*, iſtæc, iſtunc, iſtanc, iſtâc, iſtôc, iſtâc 682, 45
45
*Iſta* dat. pro iſti 45
*Iſtiusmodi* 199. & diviſum *iſtius modi* ibid
*Iſtò* 6
*Iſtorſum* 68
*Iſtuc* ibid

… 680, 687, 690
…ns 405
… qvo tono efferendū 15
… 731
… itineris 120, 51
…m, itiner pro iter, &
iteris pro itineris 51
…batur, ibitur, eatur,
…atur, itum ſit vel fu-
erit, itum eſſe vel fu-
iſſet, iri, itum eſſe 640
…bar neut. ſing 298, 81
qvid ſignificet 301
…beo, juſſi, juſſum 542
…udaizo 628
…udæa 9
…udæus 405, 9
…udex 156, 68, 111
…udicaſſe pro judicaviſſe 474
…gera nent plur. qvid 372
…gerum heterocl. 209
qvidnam ſit 210
…glans 66
…gulus, jugulum 380
…piter, jupitris, jupiteris 51
…ngo, nxi, nctum 579
…rgor & jurgo 661, 662
…nior unde 193, 192
…no 108
…pitru vel jupiteris pro
…jovis 51
…picatio Nominis ibid.
…rius 679
…randus ibid.
…riperitus 19
Jurium 92
Juro, avi, atus ſum 534
Jus & fas qvomodo diffe-
rant 297
Jus 64, 92
Jusjurandum 19
Juſsit pro juſſerit 654
Juſſu 240. juſſu tuo non
juſſo; contrà, juſſis tuis
non juſſibus dicendū 243
Juſta neut. plur. 303
qvid notet 369
A Hieronymo Magio
explicata ibid.
Juſtitia non juſticia ſcri-
bendum 14
Juſtitium 298. qvid ſit &
unde derivetur 301
Jubat 656
Juvenalis, ale 82
Juvenis 90, 23, 191, 111
Juvenior 192
Juvenor 538
Juventa unde 414
Juventa, juventus 389
Juventus 297, 414
Juvenum 90
Juvo, vi 533
jutum vix uſitatum 534
juvaturus ibid.
Juxta 712, 683
Juxtim 683

K.

K notat Keſo 23
K & Q à Varro rejicitur 9

K è numero literarum ſuſtulit Varro 9
*Kado* ibid.
*Kæna* ibid.
*Kaſar* ibid.
*Kalendæ* vid. *Calendæ* ibid.
*Kajus* ibid.
*Kakſa* ibid.
*Ken* ibid.
*Kera* ibid.
*Kikero* ibid.
*Klavis* ibid.
*Konor* ibid.
*Kui* ibid.
*Kukulus* ibid.
*Kyklus* ibid.

L.

L. terminatio 2dæ decl. 38
L. notat Lucius 25
L. terminatio 3tiæ decl. 43
*In L 3tia* formata in gen. 46
*Labaſco* unde 566
*Labes* fœm. ſing. 287
in pl. num. invenitur 295
qvid ſignificat & unde dicatur ibid.
*Labi* 85
*Labilis* unde 425
*Labo* 536
*Labor*, pſus ſum 608
*Labontus* 675
*Labos* 137
*Lac* 11, 46, 123, 276
*Lactis* pro lac 123
*Lacademoniorum chorus* triplex fuit 170
*Laceſſo*, ivi, eſſi, itum 60 601, 602. *laceſſij* ibi
*Laceſſo jam paragogũ eſt* 6
*jam freqventativum* ibid
*deſiderium tamen habet adjunctum* ibid
*Lacer* 4
*Laches*, lachetis & lachis 5
*Lacheſis* 10
*Lacio* 55
apud Feſtũ extat *lacit* 5
qvid ſit 588, 6
*Lacon*, *lacæna* 165, 40
*Lacrima* qvomodo ſcribendum
*Lacrimor & lacrimo* 661, 53
*Lactes* fœm. plur. 337, 34
*Lacus* 9
*Lædo*, ſi, ſum 569, 2
*Lælaps* 10
*Laërtie* voc. pro laërti 4
*Laërtius* pro laërtes ibid
*Lævorſum* 68
*Lagopus* 14
*Lambda* an ſcribendum 14
*Lambo*, bi, ſine ſup. 559, 56
*Lamenta* neut. plur. 37
*Lamentor* 53
*Lampas* 5
*Laneus* unde 41
*Langveo*, ui 550
*Lanx* 153, 67
*Laomedon*, ontis, & qvid 48
*Lapidoſus* unde 415
*Lapillus* 408, 409, 412
*Lapis* 156, 57
*Lapſio*

*pſio & lapſus* 397
127. Lartis 50
*Hetruſca* 336
Lar *cæleſtis* qvi, & *Com-*
*Italis*, Lares *Vicini*, *Vi-*
*Permarini* 336
*res* 335
*paſſivè uſurpatum*
465
620
*paſſivè* 465, 676
an ſcribendum 16
50
ibid.
*rinx* 161
73
*ſcibiter* 703
*ſer* 128, 75
687
554
*unde* 423
*ter*, eris 51
*nenſis* 82
*nenſe* ibid.
per T ſcriben-
dum 14
*ritius* unde 416
*tex* 156, 68
*tibulum* 423
Dores & Æolenſes
imitantur 22, 36
*tino-græcum* 16
canis 24
ſtomachus ibid.
405
*tois* 491
*Latratus* unde 425
*Latro* 112, 115
107
*Latrocinor* 536
*Latus* 63
*Lavacrum* undè 424
*Laudatus* comp. caret 670
*Laudium* Gen. plur. 92
*Laver* 128
*Lavo*, as, lavi, lautum, lotum, lavatum 533
664
unde illa ſupina 534
*Lavo*, is, tertiæ conjug. 534
664
*Laureatus* unde 415
*Laurus* declinatum 216
*Laus* 92
64, 149
*Lautia* neutr. plurale 357
373
*Lautiæ* plurale tantum
357
*Lebes* 56
132
*Lecticarius* unde 412
*Lectica* unde 414
*Lectio* unde 122
398, 412
*Lectito* 625
*Lecythus* 139
*Lectule* Vocat. pro Nominat. 29
*Legio* 122
*Legitimus* Incomparabile 178




178

Digitized by Google

*Lego*, egi, ectum 579
*Leguminum nomina* ſunt
ſingularia tantum 274
*Lemniades* 107
*Lemures* 92
*Lemures* maſc. plur. 317
qvaſi *Remures* 325
qvid ſint ibid.
*Lenocinor* 536
*Lens*, lentis 66
*Lentem* 76
*Leo*, Leæna, Lea 165,634
*Lepor*, lepos 384
*Lepus* 104, 62, 148
*Lepus* ſolus an ſola dicen-
dum 104
*Lepuſculus* 411
*Lethe* 107
*Lethum* neut. ſing. 298
qvid ſignificet 299
unde deducatur & qvo-
modo ſcribendum ſit 300
*Levi* præt. à Leo 548
*Levir* 129
*Lex* 92, 68
*Libanus* cujus gen. 110
*Libellus* 409,412
*Liber* i. e. Bacchus 40
*Liber*, bri 40, 127
*Liber* adject. 40
*Liberalium*, orum 93
*Liberi* plur. maſc. 317, 120
*etiam ſing. invenitur* 318
liberorum nomen eſt u-
triusq; ſexus: non tan-
tum plures, ſed etiam
unum notat
unde dicatur
*Liberûm* pro liberorū 30
*Libertus*
*Libet* 6
*Libens* 658, 66
*Libidinor* 5
*Libys*, *Libyſſa*, *Libyſtis* 16
402, 406, 17
*Libitu* autoritatis indigent
*Libripens* 66, 15
*Libuit & libitum* eſt 657, 65
*Licentior* 191, 19
*Liceo non eſſe Neutrale paſſ.*
*evincitur* 46
*Liceor* 557, 55
*Licet* 65
licuit & licitū eſt 657, 65
*licitus*, *liciturus* 658, 65
*Licet* Conj. 726, 727, 7
*Lichen*, enis 126, 4
*Licia* plur. 57
*Licitor* 53
*Licium* 57
*Lien*, enis 47, 12
*Lignor* 538, 62
*Ligo* 12
*Ligurio* non eſt freqven-
tativum 62
*Ligur*, *ligus* 385, 40
*Liguſtrum* cujus gen. 11
*Limax* 15
*Limes* 55, 13
*Limi-oculi* 24
*Limpidus* fons ibid
*Lingo*, nxi, nctum 57



Digitized by Google

[illegible], linere, & linoire 666
[illegible]i, livi, litum 594, 595
[illegible] habet Quintil. 595
[illegible] liqui, ſine ſup. 596
[illegible] 90, 102, 127
*[illegible] & lipſana* qvid
[illegible] 350
[illegible], ſine præt. & ſup. 552
[illegible] autoritatem deſi-
[illegible] ibid.
[illegible] 655
[illegible] præterito 657, 658
[illegible] unde 566
[illegible] non ſemper poſiti-
[illegible] faciunt longam 10
[illegible] qvot & qvæ 11
*[illegible]* qvare ſit dictæ ibid.
*[illegible]dorum Nomina* ſunt
ſingul. tantum 276
[illegible], ſine præt. & ſup. 608
[illegible] 611
*[illegible]*, litis 59, 92, 136
*[illegible]* qvid 18
*[illegible]* qvot 4
unde dictæ ibid.
*[illegible]* definitionem im-
pugnat Scal. & Gocle-
nius, ſed defendūt Gieſ-
ſenſes 4
Literarum figuræ variæ ibid.
*Literæ unciales* ibid.
*Qvadratæ* ibid.
*Verſales* ibid.
*Capitales* ibid.
*Infractæ* 4 5
*Tachygraphicæ* 6
*Literarum diviſio* 5
*Literæ conſonantes* qvæ ibid.
*Literæ* etiam dicuntur im-
mutabiles 11
*Litera & littera* promiſcuè
ſcribitur 13
*Literæ latinæ* qvomodo
ſcribendæ ibid.
*Literæ numeros* notantes
initio erunt majuſculæ 12
*Literarum inventores* Phœ-
nices putantur aut Æ-
gyptii 171
*Literarū nomina* indecl. 207
cujus generis 110
fœm. plur. 337, 342
& certo uſu etiam ſing. ib.
*Litigioſus* unde 416
*Liveo*, ſine præt. & ſup. 555
*livi* autoritate eget 556
*Lixivia, lixivium* 386
*Loca* pro utero 329
*Loci* pro utero maſc. plur.
318, 329
*Locri* nomen opp. plur.
maſc. 331
*Loculi* maſc. plur. 318, 330
*Locupletium & locupletū* 53
*Locuples* 55
*Locus* in pl. loci vel loca 229
*Longè* 682, 687
*Longinqvus* 191
*Longiter* 703
*Loqvor*, qvutus ſum 608
*Lubet* 655, 658
*Luceo* 543

*Luceres* 92, 331
*Luci* pro luce, & *luci* Adverb. 701
*Luci primò* & *lucu primò* ib.
*Lucifer* 280
*Luctor* 537
*Luctor & lucto* 661, 662
537
*Lucu* 245
*Ludi* pro ſpectaculis plurale tantùm 328
pro actu ludendi aut ſchola utriuſq; numeri. Ludus & luſus qvomodo differant 239
*Ludificor & ludifico* 661, 634
537
*Ludius & ludio* 393
*Ludius* unde 424
*Ludo*, ſi, ſum 569
*Ludorum* qvorundam nomina plur. ſunt 314
*Lues* 278
*Lugeo*, xi, ctum 546, 547
*Lugubris* unde 413
*Lumbi* plur. 333
*etiam ſing. extat* ibid.
*Lunda* 363
*Luo*, lui, luitum 606, 607
*Lupanarium* 393
*Lupia* 107
*Luſtra* neut. plur. 373
*etiam ſing. num. habet* ib.
*Luſtror* 538
*Lutatius à Meurſio caſtigatus* 382
*Luteus* unde 41
*Lutherus notavit leſſum eſſe Hieronymum in expoſitione vocis* [illegible] *per nugas* 34
*Lutum* neut. ſing. 2
in plur. num. extat 3
*in eodem ludo hæſitare, extra lutum pedes habere* qvid ſit ibi
*Lutum lenonium* qvid ſit 3
*Lux* unde 42
*antiqvis maſc. fuit* ibi
*Lux* fœm. ſing. 287. in pl. num. tamen invenitur 2
*Luxti* pro luxiſti 47
*Luxuria, luxuries* 3
unde 42
*Luxurio & luxurior* 660, 5
*Lyncium* 
*Lynx* 37, 103, 91, 16


M.


M notat Marcus 1
M F M N qvid notent ibi
M' vel M' notat Manius ib
*Macedo*, onis 4
*Macedûm* 32
*Macellum* neut. ſing. 298, 41
*unde nomen habeat* 31
*etiam in plur. numero invenitur* 31
*Machinor* 53
*& paſſivè* 46
*Mactare* pro augere 26
*mactare honoribus* ibid.
*Macte* Acc. & Voc. ſing. 25




Digitized by Google

*[illegible]i* Voc. plur. 258
[illegible] ibid.
[illegible] & Abl caſ jūgitur 259
[illegible]dicatur 260
[illegible] qvomodo ſcri-
[illegible]ndum 14
[illegible] 401
[illegible] 224
[illegible] 472
[illegible] 373
[illegible] 633, 689, 696
*[illegible]imum* pro Magna-
[illegible]morum 30.
[illegible] 6
[illegible] 132
*[illegible]ifico* 634
*[illegible]ficus*, cētior, ſſimus 188
*[illegible]ficiſſimus* ibid.
[illegible] 24
[illegible] 74
[illegible] ex [illegible] 6
*[illegible]jam, Majan* 35
*[illegible]jus* 34
*[illegible] jor* 6
*[illegible]ajor* 88
*[illegible]ajōra* 88
*[illegible]jore* 88
*[illegible]jores* maſc. plur. 318, 330
*[illegible]ajōres à poſteris denomi-nati* 401
*[illegible]ajori* 86
*[illegible]ajoribus* 89
*[illegible]ale* 633
*[illegible]alè* 687, [illegible]
*[illegible]aledico* 637
*[illegible]aledicens* 188
*Maledicus*, entior, iſſimus 188
*Malefacio* 633
*Maleficus* 23
*Malo* 633, 635, 639 *Malam* primæ perſ. Fut. indic. non uſitata ibid *Mavolo, mevellem, mavelim* ib.
*Malus* 24, 416
cujus generis 110
*Mam*, notat Mamercus 29
*Mamona* 118
*Mamon* ibid.
*Mamonas* ibid.
*Manna* ibid.
*Manaſſes* 217
*Manceps* 150, 206
*Mancipi* 120. *num ad-jectivum indecl. ſit, an verò ſubſtant. gen caſus contractus pro Manci-pij à mancipium* 205
*Mancipium* 112
qvid 206. unde ibid.
*Mancupum* 91
*Mancus* incomparab. 178
*Mandatu* 144
*Mando*, ſi, ſum 569
*mandui vel mandidi* au-totitate carent 574
*Manè* 685
*Manem* Accuſ. ſing. 325
*Maneo*, ſi, ſum 551, 552, 668
*Manes* maſc. pl. 92, 317, 324
*Manium* 92
*Manna* qvomodo declina-tum 314, 34


 *Mann-*

Digitized by Google

*Manubia*, æ 358
*Manus* 138
*Mapalia* 373
*Mapale* ibid.
*Manſueſco* unde 567
*Manthe* 40
*Manticulor* 538
*Manto* 77, 46
*Manubia* plur. 357
*Marceſco* unde 566
*Marcus* 24
*Mare* 119, 81
*Marem* ſignificantia & repræſentantia cujus gen. ſint 106
*Margarita* 116
*Margo* 101, 120, 45
*Maribus* abl. pl. à mare 271
*Maritimus* incompar. 178
*Maritus* 23
*Marmor* 129
*Marſpiter* 51
*Martius* non Marcius ſcribendum 13
*Martius* 408
*Martyr* cujus gen. 111
*Martyr* vox Eccleſiaſtica 50
*Marium* pro marium gen. plur. à mare 271
*Mas*, maris 52, 130
*Maſculinum genus* quomodo olim dictum 106
*Maſculina nomina* quænam 106, 99
*ſingularia* 279
*pluralia* 317
*Maſſa* 1[illegible]
*Maſſicum* 22[illegible]
*Maſtix* 71
*Matellio* 121, 409
*Mater* 107
*Materfamilias* 34
*Materia, materies* 39[illegible]
*Materialia Adject.* non comparantur 179
*Materialiter poſita voces ſunt indeclinabiles* 207
*Materior* 53[illegible]
*Matertera* unde 41[illegible]
*Mathias* quomodo pronunciandum 10
*Matrona* 107
*Matureſco* unde 567
*Maturrimus, maturiſſimus* 188
*Maturus* cum ſuo compar. & ſuperlat. 186
*Matutinus* incompar. 178
*Maximè* 696
*Maxumus* 185
*Meatim à Suſenbruto allatum rejicitur* 700
*Mecaſtor* 691
*Mecor* 537
*Mecum, tecum*, &c. potius *Pronomina compoſita* ſunt quàm *Adverbia* vel *Præpoſitiones*, ſecus ac ſentit Scal. 699, 709
*Media nomina* quænam 161
*Medicor & medico* 661, 662
537

*Medicus*

*Medicus* 33, 424
*Medimnûm* pro medimnorum 30
*Medimnus*, medimnum 380
*Meditativa verba* 619
*Meditatus paſſivè* 676
*Meditor* 537. & *paſſivè* 465
*Meditullium* 313
*Medius* incompar. 178
*Medius fidius* 691
*Mehe* ant. pro me 447
*Mehercules* 691
*Mel* 40, 123
quibus caſibus careat 269
qvid ſit 270. unde ibid.
*Melampu* 89, 42
*Melampus*, pi 212, 63
unde dicatur 215
qvis fuerit ibid.
*Mele* neut. plur. 378, 119
*Meliorum* 89
*Melios* pro melior 189
*Melius* 62
*Mella* 278
*Melliculum* 412
*Mellitus* unde 415
*Melos* 62, 138, 43
*Membrana* 231
*Memini* 642
memento, mementote ib.
*Memor* 87, 88
caret neut plur. 162
Incomparabile eſt 178
*Memordi* pro momordi 526
*Memori* 87
*Memoria num. habet pl.* 297
*Menaechmi* 120
*Menatiades* 404
*Menda, mendum* 387
*Mendacti* 7
*Mendacium* qvomodo ſcribendum 13
*Mendicus* 23
*Meninx* 37
*Menſa* 33, 34, 29, 116
*Menſes* maſc. plur. 318, 326
*Menſis* 136
*Menſium nomina* maſcul. generis ſunt 107
*Menſtruus* unde 415
*Menſus paſſivè* 676
*Mentagra* 126
*Mentaſtrum* unde 414
*Mentior*, itus 623
*Mentitus paſſivè* 676
*Mentula* 410
*Mephitis* 74
*Merces* 50
*Mercor* 557
meracum vino tributum eſt adject. proprium 34
*Mercuri & mercurie* 42
*Mereo*, ui, itum 540, 541
*Mereor & mereo* 661, 662, 553
*Merges* 55, 131
*Mergo*, ſi, ſum 579
*Meridies* 135
qvaſi *medidies* 286
*pro media nocte olim dicebatur* ibid.
*Meridior* 518
*Meritus* compar. care 190

[illegible]

pro quod [illegible]

[illegible] factorum

[illegible]

pro meipſum [illegible]

[illegible] accepta [illegible]

[illegible]

[illegible] ibid. [illegible]

[illegible]

unde dicatur

[illegible]

*M*... antiqvus Gen. 447
*Miſceo*, ui, iſtum, xtum 543
an miſtum vel mixtum
ſcribendum 544
*Miſer* 40
*Miſereo* 469
*Miſereor* 557. *miſeritur* 558
*Miſeret* 655
*Miſeror* 537
*Miſſa* 743
*Miſi* pro miſiſti 474
*Mitto*, miſi, miſſum 604
*M*... qvomodo pronun-
ciandum ...
*Moderor* 557
*Modeſtia* 683
*Modò* 689 690, 730
modo geminatum 686
*Modò* ... 676
*Modulor* 537
*Modus verborum* qvid & 
qvotuplex 471. *Modi*
*definitiones ab Alvaro*
*& Saturnio aliis improbantur* 471. Modus
Optativus omiſſus, ſed
ſubjunctivum rectè refertur 472. Indicativus qvid 472. Ejus variæ appellationes 473.
Imperativus 477. Conjunctivus 489. *Modus*
*Potentialis & Potentialis non diſtinguitur à*
*Subjunctivo* 494.
Potentialis 494, 495.
*Sic primò à Linacro vocatus* 495. Infinitivus 501
*Mœchor* 537
*Mœne ſing. neut.* 364
ab Ennio uſurpatum ib.
*Mœnia* 91
eſt neutr. plur. 363, 364
unde dicta, Plautus ibidem illuſtratus 364
*Mœnium* 92
*Mœreo* ſine præt. & ſup.
nam *mœſtus ſum* alienum eſt 559
*Mœri* 80
*Mœrus* ibid.
*Molares* 106
*Molari* 84
*Molaris* 83, 136
unde 415
*Molior*, itus ſum 621
*Mollitia*, *mollities* 391
unde 414
*Molo*, ui, itum 591
*Molos & moly* qvomodo
declinatur 43, 123
*Momentaneus* unde 414
*Monimentũ & monumentũ* promiſcuè ſcribitur 13
*Monitu* 245
*Monoceros* 61
*Monoculus vox hybrida* 25
*Monoptota* qvid ſint aliis 239
qvid nobis 240. Monoptota & Aptota olim fuerunt ſynonyma 239
Mono-

*Monoptota non variantur* in fine 18
*Mons* 91, 156
*Montanus* 405
*Montes* 95
*Montis* ibid.
*Montium* 91
*Montium nomina* cujus generis 109
*Morborum plerorumq; nomina* ſunt ſing. tãtùm 278
*Mordeo*, momordi, morſum 545, 526
*Moribundus* incompar. 178
*Morigerus* incompar. ibid.
*Morigeror* 537, 634
*Morimur* 666
*Morior*, mortu9 ſum 608, 611
*Moror* act. & neut. 663, 537
*Mors plur. num. habet* 297
*Mos* 92
*Moſella* 107
*Motio Adject.* 161
*Moveo*, ovi, otum 555
*Mox* 685
*Moſſa.* Gen. unde 39
*Mugil* 123, 10
*Mugilis* 90, 82
*Mugiuor* 539
*Mula* 57
*Mulceo*, ſi, ſum 543
*Mulciber* 41, 51, 211
unde dicatur 212
*Mulgeo*, ſi, ſum 546
*De mulxi, mulctũ* quid ſentiendum exponitur 547. mulctra, mulctrale ibid. mulcta ibid.
*Mulier* 50
*Muliercula* 410
*Mulierũ nom.* ſunt fœm. 108
*Multifariam* 696
*Multiplex* 421, 69
*Multiplicativa* quæ 421
*Multiplico* 531
*Multiſſimus* emendatum 186
*Multitia* 373
unde dicta ibid.
*Multo & multor* 660, 661
*Multoties* 686
*Multum* 687
*Mundi* pl. à mundus 284, 285
*Munditia, munditiés* 391
*Mundus* 284
*Muneror & munero* 661, 537
*Mungo* 579
*Munia* neut. plur. 363, 368
*Municeps* 91
cujus generis 111
*Municipium* 91
*Munis* 369
*Munus* 63
*Murex* 68, 69, 156
*Muria*, muries 391
*Mus* 92, 64, 104, 148
*Mus marinus* de Fœmina dicitur 104
mus una gignit ibid.
*Muſarum nomina* pleraq; Patronymicorum formam referunt 401
*Muſcatum* an varietur 19

*Muſcus*

Digitized by Google

*Muſcus* 279, 280
*Muſta* 278
*Mutando* fiunt compoſita 19
*Mutæ* qvæ & unde nomen habeant 8, 9
repræſentant ſonum vocalis 10
*Mutilus* incomparabile 178
*Mutuor* 537
*Myrrhites* 132
*Myrtus* 141
*Myſi* 80
*Myſis* ibid.
*Myſtax* 155

N.

N. notat Numerus 25
N. notat Nepos ibid.
N. terminatio 3tiæ decl. 43
*Nablium* unde 219
*Na* 600
*Nam, namq;* 735, 739
*Nam* qvo tono efferendũ 15
*Nanciſcor*, nactus ſum 608
à *nancio* antiq. 611
*Napæa* 108
*Nar* 100, 107, 127
*Narbo* cujus generis 109
*Narciſſus* 143
*Naridus*, dum 381
*Naſcor*, natus ſum 608
naſciturus 611
*Naſta* 36
*Natale* 83
*Natales* maſc. plur. 317
variis ſignificatis pollet 319. Pro alia atq; alia ſignificatione eſt vel pluralium tantum, vel utriusq; numeri ibid.
*Natalis* 83
*Natalis meus* elliptica locutio 268
*Natalitius* non natalicius ſcribendum 14
*Natare in ſoccis* qvid 306
*Natrix* 198
*Natu* monopt. 240
comparativis hiſce jungitur & ſuperlativis: major, minor, maximus, minimus 243
*Nauci* 120
unde dicatur 204
utrum Adject. indeclin. ſit, an verò ſubſt. genit. caſ. 204
*Naucum* qvid 205, 120
*Nave* 83
*Navem* ibid.
*Navi* ibid.
*Naviculor* 539
*Navim* 76, 84
*Navis* 75, 83
*Ne* encliticum tonum rejicit 15
*Ne* 696
qvomodo uſurpetur ibid.
Pro eo Cicero utitur cave, noli ibid.
non eſt Præpoſit. 718
Ne conjunct. 735
Encliticum 735


*Nea-*

Digitized by Google

*Neapolis* 61
*Nec* ad disjunctivas Conj.
relatum 725, 726, 739
*Neces* tàm in ſing. qvàm in
plur. 278
*Neceſſarius* unde 414
*Neceſſe* 119, 247
*Neceſſum* 120, 247
*Neceſſitudo* unde 414
*Nec ne* 690
*Neco*, cavi & *cui* antiq. 530
*necatum* ibid.
necatus ibid.
*Necto*, tui, xi, xum 604, 605
*Nectar* 81, 313
*Nefas* 130, 53, 256
*Nefaſti dies* 322
*Nefrens* 66, 150
*Negantia* unde 424
*Negativa nomina* Vocat.
carent 271
*Negligo*, exi, ctum 579
*neglegi* pro neglexi 559
*Negotior* 539
*Negotiolum* 411
*Negotium* qvomodo ſcri-
bendum 13
*Nelêi* Gen. contr. 221
*Nema* 363
*Nemo* 111, 45, 279
*Nempe* 733
*Neo*, nevi 551 *natum* au-
thoritate indiget 551
*neo*, *is* 3tiæ conj. 552, 665
*Nepenthes* 133
*Nepit* 194, 197
*Nepos* 61, 164
*Neptis* 85
*Neptunine* patronym. 405
*Neqvam* 194
an ſit neutrum 197
*Neqvaqvam* 690, 696
*Neq.* 690, 725, 726
qvo tòno efferendum 15
*Neqveo* 635, 640, 614, 617
*neqvire*, *neqvis*, *neqvitur*,
pro neqveo, *non qveo*. ib.
qvartæ conjug. verbum
eſſe oſtenditur ibid.
*Neqvid*, *neqva* 450
*Neqvior*, neqvíſſimus 187
*Neqvitia*, *neqvities* 391
*Nerĕi* gen. contr. 221, 79
*Nereis* 79
*Nerēis* 57
*Nerio*, enis & onis qvid 45
*Neronior* unde 182
*Neſis* 57
*Neſo* 46
*Neuter* 40
*Neutra* qvot caſus ſimiles
habeant 30
*Neutra nomina* in U deſi-
nentia ſunt indeclina-
bilia 207
*Neutri* Gen. caſus 40
*Neutro plur. carent ales*,
*artifex* &c. 162
*Neutrobi* 682. neutrò 683
*Neutrum genus* 99
*Neutrum verbum*, neutro-
paſſivum, neutrale paſ-
ſivum

Digitized by Google

ſivum 459, 460. Neutra Donato ſunt etiam defectiva, odi, cœpi &c. ſubſtantiva imperſonalia ibid. Neutra verba, teſte Diomede, nonnulli vocant *Supina*, alii *abſolutiva* 459, 460. Neutralia paſſiva qvid 460, 641. Neutropaſſiva 549, 642
*Nex* 278
*Nexi* pro nexui 559
*Nexo*, is inuſitatum 607
*Nexo*, *as*, *non rectè omiſſum ab Alvaro* 536
caret præt. & ſup. ibid.
*Nexum*, *nexus* 390
*Nicto & nictor* 534, 660, 661
*Nidulor* 537
*Niger* 24
*Nigidij error oſtenditur*, *qvi ſales pro facetijs*, *& Larus docet tantum eſſe num. plur.* 335
*Nigreſco* unde 566
*Nigrico* propriè non eſt deminutivum 632
*Nihil & nullus* non ſunt Adverbia negandi 690
*Nihil* 122
pro nihili 247
*Nihil & nihilum* unde 98
*Nihili* 120. an Adjectivum ſit indecl. an verò Subſtant. genit. caſ. à Nominativo nihilum 204
*Nihilum* 120
neut. ſing. 398
unde ex ōponatur 205, 306
*Nil* 123, 247. 314
*Nimirum* 733, 687
*Ningit* Ellipticum eſt 656
*ningitur* ibid.
*Ningo*, xi 579. pro ningo eſt *ninguo* 563, 584
*Ninguis* 71
*Niſi* 739
*Nitedula* 410
*Nitor*, xus, ſus ſum 608, 641
*Nitrum* 273. qvid ſit 274
unde dicatur ibid.
*Nix* 92, 153
*Nix*, nivis 71
*Nixor* 537
*Nixurio* 619
*Noceo*, cui, citum, nociturus 540, 541
*Nocteſco* unde 567
*Noctifer* 280
*Noctu* 245
*Nolo* 635, 638. pro non volo ibid. *Noli* Imperativus temerè à Diomede rejicitur ibid.
*nolito* pro *noli* 639
*Noltis* pro non vultis 639
*Nomen proprium* qvid & qvotuplex 24
*Nomen Subſtant.* qvid 23
Adject. qvid ibid.

Nomen

Digitized by Google

*Nomen proprium* eſt triplex 24
*Nomen* olim prænomen ib.
*Nomina* qvomodo componantur 428
*Nomina media* qvæ 161
*Nomina interrogativa, Synonyma, Homonyma, interrogativa, ambigua, nova, fictitia* 427
*Nomina ſunt primæ perſonæ* 23
*Nomina in U S* qvomodo faciant vocativ. 29
*Nomina in I U S* genitiv. contrahunt 37
*Nomina* extra conſtructionem indiſcretæ ſunt perſonæ 22
*Nomina* ratione ſpeciei qvotuplicia 398
*Nomina Anomala* qvæ 192
*Nominis* octo accidentia 25
*Nominum antiqva diviſio in Fixa & Mobilia* 162
nomina primitiva & derivativa 399
*Nominativus caſus* qvid 26, 27
*Nominat.* ſimilis eſt Voc. 29
*Nominat. & Vocat.* ſunt recti 28
*Non* 690
*Non* ſcribendum extra carmen, *Petrides, Joannides, Olaides* &c. 403
*Nonageni* 420
*Nonageſimus* 41[illegible]
*Nonaginta* 417
*Noncuplex* 421
*Nondum* 685
*Nonæ* plur. tantum 358
qvid notet ibid.
*Nongenti* 418
*Nonius Marcellus* refellitur 30, 31
*Nonnunqvam* 68[illegible]
*Nonus* 419
*Nos* 2[illegible]
*Noſco*, ovi, otum 561
*Noſſe* pro noviſſe 47[illegible]
*Noſter* 435
*No-ſter* an ſcribendum 14
*Noſtin'* 16
*Noſtratis* antiqvi dixêre pro noſtras 436
*Noſtropte, noſtrapte* 444
*Noſtratim* barbarum eſt 700
*Notabilia* qvæq; initiò ſcribenda majuſculis 12
*Notæ qvid olim* 5
*Notarij priſci* qvi ibid.
*Notatio* 3
*Nova nomina* qvæ 428
*Novacula* 410
*Novali* 8[illegible]
*Novalis* 136, [illegible]
*Novem* 4[illegible]
*November*, bris 82, 50[illegible]
*Novenarius* 4[illegible]
*Novendecim* 4[illegible]
*Noveni* [illegible]
*Novennis* [illegible]

Digitized by Google

*Nobi* 643
*Nobiſſimus* 187
*Nobiſſimus* pro extremus ætate Varronis primū dici cœpit. Ciceronem ab eo abſtinuiſſe falsò negat Gellius 190, 191
*Nobus* comparat. caret 190
*Nox*, noctis 71, 92
*Noxa* vel *noxia* 423
*Noxius* unde 414
*Nubecula* 412, 54
*Nuces* 90
*Nubilogus* Jupiter 24
*Nubilus* unde 415
*Nubis* 90
*Nubium* ibid.
*Nubo*, nupſi, nuptum 559
pro *nubſi* dicitur & *nuptaſum* cum præp. cum 560. Verbum proprium muliebris ſexus ib. rarò viris 561. nuptiæ unde dictæ 561
*Nudius tertio, nudius qvartus, qvinto, ſextus* 685, 686
*Nugæ* fœm. plur. 337
unde deducatur & qvid ſignificet 342, 343
*Nugor* 537
*Nulla* dat. pro nulli 448
*Nulli* Gen. ant. pro nullius ſic *neutri* pro neutrius 40
*Nullus* ibid.
*Num* 690. numqvid ibid.
*Numa Pompilius* 25
*Numerus* ibid.
qvid & qvotuplex 21, 429
*Numerum ſingul.* qvidam tollunt 22
*Numero Duali* carent Latini ibid.
*Numerus incertus* Ramæorum ibid.
*Numeri menſtrui* qvò pertinent 422
*Numerorum Cardinalium* nomina ſunt plur. tantùm, item diſtribut. 314
*Numeralia* qvæ & qvotuplicia 417
ferè ſunt Denominat. ib.
non comparantur 178
*Nummi* plur. 333
etiam ſingulare ibid.
*Nummûm* pro nummorū 32
*Nunc* 685
nunc geminum 686
*Nuncius* 23
*Nundina Dea* 346
*Nundinæ* fœm. plur. 337
qvaſi novendinæ 346
*Nundinor* 537
*Nunqvam* 685
*Nunqva*, nunqvid, nunqvis, nunqvidnam 450
*Nuperus* compar. caret 190
*Nuptiæ* fœm. plur. 337, 339
*Nuptui*, nuptu 248, 252
*Nuſpiam* 682
*Nuſqvam* ibid.
*Nutrice* [illegible]


*Nutri-*

*Nutricor* 537
*Nutrio & nutrior* 660, 661
*Nutritia* qvid 374
*Nutritor, nutrix* 164
*Nutrix* unde 424
*Nux* 92
*Nycticorax* 153
*Nympharum nomina* cujus generis 108

O.

O! 749
O mutatur in U 20
*O non tàm Adverbium optandi qvàm interjectionem eſſe Scaliger contendit. Nos verò cenſemus jam Adverbium jam Interjectionem eſſe* 694. *O ſi Adverbium & non Interjectionem eſſe oſtenditur* 695
*In O tertiæ* qvomodo Genitivum forment 45
*Ob* 712
*Ob* qvomodo mutetur 20
*Obdormiſco* unde 566
*Obdureſco* unde 567
*Obĕdo, edi*, autoritatem deſiderat 573
*Obeundus* 675
*Obex*, icis 68, 158
*Objectu* 244
*Obitus* præt. part. 675
*Obligurio non eſt Freqventativum* 629
*Oblino*, evi, itum 594, 595
*Obliqvi caſûs* qvi 28
*Obliqvus caſus* unde dictus ibid.
*Oblivia* neut. plur. 363, 370
*Oblivio* unde 423
*Obliviosus* unde 415
*Obliviſcor*, itus ſum & *paſſivè* 465
*Oblivium* 370
*Obmuteſco* unde 567
*Obnitor*, xus, ſum 60[illegible]
*Oboleo*, ui, evi, ſine ſup. 54[illegible] in obolitum deſideratur autoritas 549
*Obrepo* 20
*Obruo*, ui, utum 606
*Obſero*, evi, atum 598
*Obſecro rectiùs eſt Verbum qvàm Adverbium* 69[illegible]
*Obſervandiſſimus* fictitium eſt ibid.
*Obſes* 131, 50[illegible]
*Obſoleo*, evi, etum 548, 55[illegible] pro hoc magis in uſu obſoleſco 548, 55[illegible]
*Obſoleſco* unde 560
*Obſtetrice* 8[illegible]
*Obſoner* 53[illegible]
*Obſtipum caput* 24[illegible]
*Obſto*, iti, itum, *atum, obſtaturus* 55[illegible]
*Obſurdeſco* unde 56[illegible]
*Obtendo*, di, tum 570, 577
*Obtentui*, obtentum, obtentu 254
*Occaſus* præt. part. 675

Occi-

*Occidens* 150
*Occido*, occīdi 525, 568, 571
occīdo, occĭdi ibid. 568
*Occino*, ui, entum 594
*occanui* Saluſt. placet 595
*Occipio*, epi, ptum 589
*Occipite* 86
*Occiput*, occipitis 67, 84, 123
*Occludo*, ſi, ſum 568
*Occluſiſſimus* 670
*Occulo*, ui, ltum 591
*occuliī ant.* 592
*Occurro*, urri, urſum 20, 597
*Ocior*, *ociſſimus* carent poſitivo 189. per I rectius ſcribuntur 190
unde ſint ibid.
*Ocius* 705
*Ocpiniſco* ant. verbum 562
*Octavus caſus* 27, 419
*Octonio* 121
*Octonis* 422
*Octingenti* 417
*Octo* ibid.
*October*, bris 51, 82, 85, 419
*Octodecim* 417
*Octogeni* 420
*Octogeſimus* 419
*Octoginta* 417
*Octonarius* 422
*Octoni* 420
*Octuplex* 421
*Octuplus* ibid.
*Oculiſſimus* 181
*Oculus* 21
*Odeum* 107
*Odi* 643
*Odioſus* unde 416
*Odores* maſc. plur. pro aromatibus odoriferis 334
*Odoror* 537
*Odorus* unde 415
*Oedipus* 63, 212, 213. qvis fuerit 214. Oedipodes ibid.
*Oedipus* 42
*Offendo*, di, ſum 568, 663
*Offero* 20, 598
*Officiorum nomina* initiò ſcribenda majuſculis 12
*Offucia*, æ 358
*Offuciæ* plur. 351
*Obe!* 749
*Oi* qvomodo ſcribendum 12
*D. Olai VVormij Controverſia Grammatica laudata* 480
*Oilei* genit. contr. 321
*Oleaſter* cujus gen. 110
*Oleo*, ui, ſine ſup. 548
*olevi* ſine exemplo à Prisciano additur 549
*olitum* qvoq; dubiæ eſt autoritatis. *oletum* ant. habent, ſed ſolidè non probant 549
*Olim* 683
*Ollus*, *ollius*, *olli* ant. pro ille, illius, illi 437
*Olmie* 42
*Olus* 63
*Olympia nomen* plur. 315
olympia qvid ſint 316

Opus an ſcri[illegible]
N terminata [illegible]
declin.
[illegible]
Genit. [illegible]
Onus
Onyx, onychis [illegible]
Op. notat opites
Opalus [illegible]
Opera fœm. plur. [illegible]
etiam sing. [illegible]
Operio, ui, ertum [illegible]
Operor [illegible]
Opes qvid ſignificent [illegible]
fœm. plur. [illegible]
etiam in sing. dicitur [illegible]
Opi dat. ſing. [illegible]
desiderat [illegible] 265
Opifex [illegible] 116
Opinior legitur [illegible] 172
Opis nomin. ſing. [illegible]
Opis, opem, ope 261
Opiſtographi libri [illegible]
Opiter 11
Opitulor 377
Opoës, opoëntis [illegible]
Oportet 635
Oportunè 686

*ra* fœm. plur. qvid ſint de iis Scal. ſententia 353
*eſtes* eſt primæ & ſecundæ declin. 35, 217
*ganicus caſus* 28
*ichalca* plur. num. 273
*ichalcum* 272. in antep. corripitur contra naturam ſuam 273. non eſt vox hybrida ibid.
*iens* 150
*ientales lingva neut. gen. ignorant* 118
*iginatio* 3
*rior*, ortus 621
*riundus* unde 425
*rnati* pro *ornatus* 95
*rontes* 217
*ronti* genit. contr. 218
*rpheus* qvomodo declinatum 38
*rpheus* 38. orpheos 39, 64
*rpheus*, orpheu 29
*rthographia character* qvi 14
*rthographia* definitio etymon 2. Eſt pars Etymologiæ ibid. Orthographia & Proſodia ordine naturæ præcedũt Etymol. & Synt. ibid. Orthographiæ regulæ de literis & ſyllabis 11
*ryx* 157, 71
*S terminatio* ſecundæ declinat. 38
*Ortyx* 71
*In OS Græca ON & OUS* deſinentia referũtur ad ſecundam decl. 38
*Os*, oris 61, 138
genit. plur. caret 269
*Os*, oſſis 62, 138, 91
*Oſſa* 100, 119
*Oſcito & oſcitor* 660, 661
*Oſculor* 537
*Oſſeus* unde 416
*Oſſum* 138
*Oſtendo*, di, ſum 20, 570
*Oſtentus* monopt. 240
*Oſtiatim* 697
*Otium & negotiũ* jam per t, jam per c ſcribuntur 13
*Ovat* 652
*Ove* 86
*Ovi* ibid.
*Ovis* 84, 104
*Ous* terminatio ſecundæ declin. 38

P.

*P notat* Publius 25
*P. C.* qvid notent ib.
*Pabulor* 629, 537
*Paces* plur. 278
*Paciſcor*, pactus ſum 609, 612
& *pactus paſſivè* 676
*Palam* 714
*Palatus*, palatum 381
*Paleas* 358
*Palearia* 374
*Paleſtrita* unde 413

*Pallas*, antis, Pallas, adis & qvid 80, 79, 93, 108
*Palmes* 55, 131
*Palor* 539
*Palpor & palpo* 661, 662
*Palumbes & palumbus* 394 101, 133
*Palumbes aliqbis* 105
*Paludum & paludium* 90
*Palus* 148, 90, 116, 63
*Paluſter*, ſtris 175
*Pampinus* 143
*Panaceja* 9
*Panazeja* ibid.
*Panaces* 133
*Pancreas* 92, 130
*Pandecta* 117, 127
*Pandiculor* 537
*Pando*, pādi, paſſum 569, 574
*Panes* 22
*Pangaus* 224
*Pango*, pepegi, panxi, pactum 579, 526
qvid ſit 583
olim *pago* 584
Verbum paſciſcentium proprium 584, 585, 586
*Panis*, pani 43, 90, 57, 21
*Panis* 90
*Panni* plur. tantùm certâ ſignificatione 333
*Pannus*, *pannum* 381
*Panther & panthera* 390
*Panthous*, *panthus*, panthu, panthoe 42, 98
*Pantices* fœm. plur. 318
*Papae* 748
*Papaver* 118, 19
eſt neutr. 274
etiam maſcul. 275
*Papavera* pl. à papaver ibid.
*Papyrum* 144
*Papyrus* 141
*Papilio* 120
*Par* 127, 116, 87
*Par*, *penitus*, *praditus* incomparabilia 175
*Paradigma* 1[illegible]
*Paradiſus* 138
*Paragoga verba* 626
*Paraphrna* 374
*Paraſitor* 537, 411
*Paraſitus*, ſita 163
*Parca*, æ 359
*Parca* plur. 351
*Parco*, parſi, peperci, parſum, parſitum 561, 564
*partiſi* antiq. 564
*parcitus* ibid.
*Parens* cujus gen. 116, 91
*Parentalia* neut. pl. 363, 371
*Parentium* 91
*Parentùm & parentium* 32
*Pareo*, ui, itum 540, 541
*Pari* 87
*Paridis* 78, 80
*Parin* 78
*Parim* ibid.
*Paridem* ibid.
*Parida* ibid.
*Paris* 78, 80
*Paries* 99, 55, 131

*arietina* plur. 359
*ario, parire* 666
*ario*, peperi, partũ 591, 526
*pariturus* non *parturus* ibid.
*aris* 78
*ariſſimus* unde 179
*ariſij nomen* opp. plur. maſcul. 331
cujus generis 109
*ariſyllaba nomina* qvæ 29
*ariter* 698
*arrhaſis* 402
*arricida* 115
*ars* 91
*arſimonia* unde 424
*artes orationis octo* ad qvatuor revocari poſſe putat Voſſius 17
*artes orationis aliæ flexibiles, aliæ inflexibiles* 17
*artes orationis à Priſciano allata* 456
*artes* fœm plur. 337, 347
*arti* pro parte 85, 701
*arteis* 95
*articipia* qvando ſunt primæ perſonæ 23
*articipium* qvid 666
eſt diſtincta pars Orationis 666, 667. Ejus accidentia 667. Genus ibid. Caſus 668. Declinatio ibid. numerus ibid. Comparatio ibid. 669. Participia Compoſita & Superlativo carentia 670. Eorum futura incomparabilia ibid. Eorum figura 671. Tempus qvomodo tribuatur Partic. ubi *Sanctij ſententia expẽditur* ibid. Eorum futurum paſſivũ in E N D U S mutatur in U N D U S 672. Eorum ſignificatio & derivatio 672, 673. Participia præſentium jũcta præt. & fut. eorum ſignificationẽ ſibi vendicant 674. Cõtrà, partic. præt. juncta præſentibus eorum ſignificationem habent ibid. præt. qvædam activè ſignificantia ibid. Præt. & Fut. paſſ. orta è Neutris 675. Participia orta è deponentibus paſſiva 626. Part. qvomodo fiunt Nomina 677. *Per Compoſit. non fieri Nomina contra vulgus Grãmaticorũ probatur* 677. *Neq; per Compoſitionẽ fieri fusè diſſertatum* 677, 678. Nõnulla formam Participiorum habent & tamen Part. non ſunt 679. Compoſitio qvid præſtet 679

*Partipla* extra conſtruct. indiſcretæ ſunt perſonæ 22
*Participiũ* qvomodo à nominibus Adj. differat 17
*Participium & participiũ* 91
*Partio & partus* 397
*Partior*, itus 621
*Partitiva nomina* 427
non comparantur 179
Vocativo carent 271
*Partus* 96
*Partium* 91
*Parturio* 629
*Parvisſimus* 186
*Parum* 687
*Parvus* 24
*Paſcha* 118
qvomodo declinatum 34
*Paſco & paſcor* 660, 661
paſco act. & neut. 663
*Paſcor*, ſtus ſum 609
*Paſcua, paſcuum* 374
*Paſſim* 682
*Paſſer* 11
*Paſſivus caſus* 28
*Paſſum* pro paſſuum 33
*Paſtoritius* 408
*Patefacio* 633, 635
*Pateo*, ui 554
*paſſum, genuinum hujus verbi ſupinum non eſſe oſtenditur, contrà ac vulgò docetur* 554
*Pater* 51, 29, 79
*Paterfamilias* 34, 19
*Patemunde* 423
*Paternus* 407, 408
*Patrius* 407
*Patet* 656
*Patior*, ſſus ſum 609
*Patra* fœm plur. 360
*Patrifamilia* 34
*Patriſfamilias* 19
*Patris* 11
*Pa-tris* an ſcribendum 16
*Patriſſo* 628, 11
*Patruelis* cujus generis 11
*Patrocinor* 53
*Patruiſſimus* 181
*Patrius*, paternus incõp. 178
*Patrius caſus* 27
*Patronymica nom.* qvænã 400. eorum appellatio eſt à potiori ibid.
*Patronymicorum ortus & verus uſus* 402, 403
*Patronymica nova eag reiicula, ridicula* 403
*Patronymica qvotuplicia* ib.
*Patronymicorũ* maſc. terminationes & formationes 403, 404
*Patronymicorum formam* habent etiam alia quædam alius generis & ſignificationis derivata nomina 402
*Patronymicorũ* fœm. term. & formationes 404
*Patronymica maſc. in ES* declinantur, ut Anchiſes 35



Digitized by Google

*Patronymica fœm.* in *NE* declinātur, ut Epitome 36
*Patronymica* patiuntur Syncopen 30
*Paulatim* 688
*Pauliſper* 685
*Pauper* unius terminationis & omnis generis 174, 23, 87. caret neut. pl. 161
*Pauperculus* 410
*Paupertas* 279
*Pauſania* 34
*Patrum* 89
*Paveo*, vi 555
*Pavus, pavo* 390, 393
*Pava* ibid.
*Pax, pacis* 67
*Paxillus* 410
*Pæan* 125
*Peccatum* 244
*Peccatus*, us 383
*Pecten* 126
unde 423
*Pecto*, xi, xum, *ctitū* 604, 605
*Pectum* 88
*Pectus* 148
*Pecubus* 64
*Pecu* 96, 64
*Pecuda* 97, 64
*Pecuinum* 64
*Pecus*, oris ibid.
*Pecus*, udis 63, 64
*Peculi* pro peculii 105, 37
*Peculiaris* unde 414
*Pede* dat. caſus 43
*Pedes* 55, 131
*Pedeſter*, deſtris 175, 91
*Pedetentim* 688
*Pedo*, pepedi 569, 526
ſupinum *peditum* Ultrajectino placet, ſed firma deeſt autoritas 574
*Pedum* plur. num. admittit, Friſchlinô arbitrô 312
*Pegaſis* 402
*Pejero* 21
*Pej-or* 6
*Pejùs* 15
*Pelagus* 145
*Pelagus* neut ſing 298
in pl. num. invenitur 299
qvid ſit & ūde dicatur ib.
*Pelides* 404
*Pellex* 69
*Pellicio*, xi, ctum 21, 588
*pellicui* antiq. ibid.
*Pellis* 136
*Pello*, pepuli, pulſum 592, 526
*Pelluceo* 21
*Pellucidus* ibid
*Pelvi* 80
*Pelvim* ibid.
*Pelvis* 74
*Penates* 92
maſcul. plur. 317
etiam *ſing. invenitur* 320
unde nomen ducat ibid.
qvid notet ibid.
*Penatium* 92
*Pendeo*, pependi, ſine ſup, 545, 526
*Penè* 688



Digitized by Google

*Penelopa* 34
*Penei* genit. contr. 221
*Penes* 712
*Penitiſſimus* à nomine non verò ab Adverbio peni tus oritur 190
*Pentaptota* qvid ſint Priſciano 239
*Pentecóſte* 119
*Penu Neutrum autoritatē deſidemt* 314
*Penum* neutr. ſing. 298
*Penus* 146, 314
uſitatius qvàm penum 381
*Penus*, oris & *penus*, us 396
*Peplus*, *peplum* 381
*Pepoſci* antiq. pro popoſci 526
*Pepugi* ant. pro pupugi 526
*Per* 712
*Per* qvomodo mutetur 20
*Per in compoſitione* Adjectivorum ſuperlativi vicarium 180
*Per* in compoſit. auget ſignificationem 719
*Per-ago* an ſcribendum 15, 16
*Percello*, uli, ulſum 592, 634
*perculſi* barbarum eſt ib.
*Percipio* 635, 589
*Percrebreſco*, ui 565
*Percudo*, udi, uſum 568, 573
*Percunctor* 537
*Percupio* 633
*Percurro*, percurri, percucurri, percurſi 597, 598, 527
*Percutio* per T ſcribendum eſt 14
*Perditim* 70
*Perdix* 158 10
*Perduellio* 112
*Perduim* pro perdam 63
*Perĕdo*, edi, ſum 569, 57
*Peregre* 68
*Peregrina nomina* ſunt indeclinab. 207
*Peregri* pro peregrè 686
*Peregrinor* 53
*Perendie* 685
*Perenne* 82
*Perenni* ibid.
*Pereo*, ij, itum 613, 614
*Perficio* 21
*Perfidia* 278
*Perfricatus* 529
*Perfruor*, itus, ctus ſum 608
*Perfuga* 107
*Perfungor*, nctus ſum 608
*Perfunctum eſt* 657
*Pergama* 231, 377
*Pergamena qvid ſint*, & *ubi* & *qvando reperta* 231
*Pergamenus* 405
*Pergamum* neut. qvid ſit 231 ibid.
*Pergo*, perrexi, ctum 580
*Periclitor* 537
*Perimeter* 127
*Perimetros* 138, 139
*Perinde* 687
*Perindus* 139

Perin-

Digitized by Google

*Periodus* inſignis novā paragraphum poſtulat 12
*Perlego*, egi, ctum 579, 634
*Perlino*, evi, litum 594
*Perluceo*, xi, ſine ſup. 543
aliĩ *pelluceo* ibid. 544
*Perluo*, lui, utum 606
*Permaneo*, ſi, ſum 551
*Permingo*, xi, ctum 579, 583
*Permiſſivus* mod9 ũde dictus 501. *in ſecundis & tertiis perſonis potiſſimum uſurpatus*, *excepto futuro* ibid. *Imperfecti exempla non obvia facilè* ibid. Ejus præſens, præterit. perfect. & pluſqvamperf. ibid. Futurum 502 pro eo Græci utuntur futuro Indicat. ibid.
*Permiſſu* monopt. 240
permiſſu tuo, non *permiſſo*; contrà *permiſſis tuis*, non *permiſſibus* dicendum 243
*Permulceo*, ſi, sũ, ctũ 543, 544
*Permutatio literarum* ob *euphoniam fit* 18
*Perniciei* 98
*Perniciy* ibid
*Pernio* 120
*Pernocto* 634
*Pernox* 71
*Peroleo*, evi 548, 549
*Peroſus* 643
*Perpetuò* 685
*Perpetuior*, *perpetuiſſimus* 183
*Perpes* 55
*Perqvam* 688
*Perqviro*, ſivi, ſitum 598
*Perſa* 106, 406
*Perſeis* 404
*Perſona* qvid & qvotuplex 22, 25, 429
perſonæ indeſcretæ Nomina & Participia extra conſtructionem 22
*Perſonale Verbum* 468
qvomodo dictum fuit antiqvis ibid.
*Perſpicio* 634
*Perſto* 533
*Perſtringo*, xi, ctum 580
*Perſtringere* qvid 349
*Perſuaſus* comparativo caret 190, 670
*Pertædeo* 469
*Pertæſum eſt* 657, 658
pertæſus 658, 659
*Pertimeſco* unde 565
*Pertineo*, ui 551
*Pervagatus*, ior, ſſimus 669
*Pervigil* 113, 90
caret neut. plur. 162
*Pes* 131
*Peſach* Ebræum eſt 118
*Peſſumus* 185
*Peſſundo* 532
*Peſtes* 278. peſtibus ibid.
*Peſtis* 85
*Peteſſo* paragogũ verbũ 628




Digitized by Google

*Petiſſo* 629
*Petp*, ivi, itum 604
*Petrus* 24, 106
*Petulcus & petulās* unde 425
*Petulcus hircus* 24
*Protego*, xi, ctum 580
*Phaeton*, ontis 40. qvid 49
*Phaaces* 106
*Phaetontias* 401
*Phalanx* 73, 91
*Phalaris* 57
*Phalera* plur. 351
*Phalern*, æ 359
*Pharinx* 161
*Phaſe* 118
*Phaſelùs* 146
*Phaſma* potius ſcribendū 13
*Philippi* nomen opp. plur.
maſcul. 331
cujus generis 109
*Philoſophias* accuſ. plur. à
philoſophia 297
*Philoſophiarum* pen. plur.
à philoſophia 297
*Philoſophor* 629, 537
*Phillyrides* 403, 401
Philſbeen / vox danica
unde dicta. Eſt vox
hybrida 52
*Phlegeton*, ontis 48
& qvid 49
*Phœbas* 402
*Phœnix, phœniſſa* 169, 171
172, 156
*Phorcyn* qvis 46
*Phoronicum* 62
*Phoronis* 40
*Phoſphorus* 28
*Phrygia* 17
*Phryx* 7
*Phryx plagis fit melior*; itē
*Phryges ſerò ſapiūt* pro-
verbia duo explicata 172
*Phy!* 749
*Phyſico-medicum* 10
*Piceus* unde 410
*Picens* 40
*Pictăi* 6, 34
*Pictacium* 30
*Pierides* 402
*Pietas* unde 414
*Pigeo* 469
*Piget, piguit, pigitum eſt* 658
*pigendus* 658, 660
*Pigror* 587
*Piiſſimus* 184
*Pil* Ebraicum 52
*Pileus & pileum* 382
*Pimpleis* 402
*Pincerna* 107
*Pingveſco* unde 566
*Pinſo*, ui, itum, ſtum, pin-
ſum 600, 602, 603
*Pinſo*, as, are 665
*Pinus* 210
*Piper* 128
*Pipio* 110
*Pirus* cujus gen. 110
*Piſcha* vox Chald. 118
*Piſces* 333
etiam ſingul. ibid.
*Piſcis* 104, 136

ſ-cis an ſcribendum; 14
ſcor 537
ſcoſus, piſculentus unde 415
ſo pro pinſo 585
tiſſo 11, 633
tacium 303
ituita fœm. ſing. 287
qvid ſit 293
in plur num. extat ibid.
i-ū ſcribendum 15
ix, picis 67, 153, 297
lacabilis unde 425
laceo, cui, itum, urus 540, 541
lacet 11, 656. placuit & placitum eſt 658, 659
laga fœm. plur. 337, 351
lagoſus unde 415
Planeta 117
Plango, nxi, nctum 580
Platea fœm. plur. 363
Plato 106
Plaudo, ſi, ſum 569, 20
Plautiniſſimus 181
Plebes, nom. ſing. 291, 385
Plebs, plebis 385
Plebs fœm. ſing. 287
qvomodo differat à populo 291
in pl. num. invenitur 292
Plecto, xi, xum 604, 605
Pleo ant. 634
Pleonaſmus jam eſt vitium orationis 737
jam virtus 738
Plico, cui, itum, atum 529, 531
Plinij locus lib. 11, c. 37. de Ile variè acceptus 363
Plombundus unde 425
Pluit ellipticum eſt 656
Pluo, ui, ſine ſup. 606, 607
Plura 88
Pluralis numerus qvid 22
Pluralia nomina populorum cujus gen. 106
Pluralia tantùm 314, 315
Pluralia maſc. 317
Plus 64, 88, 89, 148
qvibus caſibus careat 266
uſurpatur pro ſubſt. 161
Pluri 87
Plure 87, 266
Pluris 95
Plures, plura, pluria 185
Plura pro pluria 185, 88
Plurium 89
Poculentus unde 416
Podex 156
Podagra 279
Podagroſus unde 415
Poëma 44, 94, 118
Poëmatum 94
Poëmatibus ibid.
Poëmatis ibid.
Pœna unde 18
Panè, paniſſimè cum Æ ſcribendum 705, 706
Pœnitet 655
pœnitendum, pœnitendi, pœnitens, pœnitendus 658, 659
Poëta 117


Poëtis

*Poëtis* fœm. 167
*Poëter* 619, 539
*Poëtria* 168, 117
*Pol* 691
*Polenta* 117
*Politia* qvomodo pronunciandum 9
*Pollex*, icis 68, 156
*Pollen* 60, 126
*Polliceor* 557
*& paſſivè* 465
*Pollicitor* 537
*pollicitus paſſivè* 876
*Pollingo*, xxi, nctum 579, 582
Martinius ait ſe tantum legiſſe præteritum 582
Aliis *pollincio* ibid.
pollinctor qvis & pollingo qvid ibid.
*Pollis*, inis 60, 126
*Polluceo*, xi, ctum 543. qvorum verbũ propriè eſt 544.
*Polluo*, ui, utum 606
*Polypus* 212, 63, 104, 148
qvid ſignificet 214
*Polypi* pariunt 104
*Pometÿ* nomen opp. plur. maſcul. 331
*Pompejopolis* ibid.
*Pomum* 38, 123
*Ponderalia* qvæ 421
*Pondo* indeclin. 194, 45, 122
*Pondus* 63
*Pone* 713, 683
*Pono*, ſui, itum 594
*poſivi* antiq. 596

*Pons* 15
*Pontifex*, ficis 6
*Pontus* 27
unde deducatur & qvid ſignificet 382, 28
*Pontus* cujus gen. 108, 13
*Pontus Euxinus* 28
*Poples* 55, 13
*Popularis* 8
*Populari* ibid.
*Populor* 537, 661, 66
*Populnus*, *populneus* ũde 41
*Populus albanus*, caſ. voc. 2
*Porcellus* 410
*Porculus* ibid.
*Porrò* 68
*Porrum* in plur. *porri* 23
*Porrus*, *porrum* 38
*Portentûm* pro portentorũ 3
*Portibus* 97
*Porticus* 138
*Portio* 122
*Portubus* 97
*Portus* 96
*Poſco* 526, 527
*Poſitivo carentia Adject.* 189
*Poſitivus gradus* definitur 182
Ejuſdem notatio ibid.
*Poſſeſſiva nomina* qvænã 407
per genit. primitivi exponenda, & pro qvo uſurpentur ibid.
*Poſſeſſivorum Nominum* terminationes 408
*Poſſeſſiva* non cõparantur 178


*Poſſeſſi-*

Digitized by Google

*Poſſeſſiva Pronomina* 436
*Poſſum* 636
Ejus Imperat. qvalis 637
*poteſſe* pro poſſe ibid.
*poteſtur* ibid.
*poſſetur, poteratur* ibid.
*Poſt* 683
*poſtante* 721
*poſte* 84
*poſtea* 685
*poſteri* maſc. plur. 318, 330
*poſterior bellum* pro poſte-
rius 183
*poſterus* cum ſuo Comp.
& Superlat. 186
*poſthac* 686
*poſti* 86
*poſtica*, poſticum 387
*poſtis* 84, 236
*poſtquam* 731
*poſtremò* ibid.
*poſtremiſſimus* unde 187
*poſtridie* 685
*poſtumus* 185
*poſtumus* pro poſtimus 187
*potatus* 675. *potus* præt.
part. ibid. potandus ib.
*potentûm* pro potentium 32
*Pote Neutrum etiam maſc.*
*& fœm. jungitur* 257
*potes* nom. & Acc. plur. ib.
*poteſt* 656
*potior*, itus 621
*potis* in act. & paſſ. ſignifi-
catione 257
*etiam neut. jungitur* ibid.
*Potentialis modus primò à*
*Linacro ſic Nomina-*
*tus* 495. cum interro-
gatione conjunctus a-
liqvid futuri ſapit 495.
Ejus prima perſona ib.
Secunda 469. Tertia
ib. hic modus Latinæ
lingvæ lumen ibid im-
perfectum primæ per-
ſonæ 469. ſecũdæ 497.
tertiæ ibid. Perfectum
primæ perſonæ ibid.
qvomodo utendum eô
tempore ibid Perfectũ
ſecundæ perſonæ ibid.
Tertiæ 498. *ubi Peſcet-*
*tÿ expoſitio ter refuta-*
*tus* ibid. Pluſqvamper-
fect. primæ perſonæ ib.
2dæ 499. 3tiæ ib. pro
hoc ponitur pluſqvãp.
Indic. interdũ ib. Fut.
prolixè illuſtratur ibid.
*Potiùs* 696
*Poto*, præt *potaſſum* non a-
gnoſcit 535 *potaſſi* v. inve-
nies ib. potũ & potatũ ib.
*Præ* 714. unde 720
*Præbenda qvid propriè* 374
*Præbia* ibid.
*Præcellens*, tior, tiſſimus 180
*Præcipes*, ipitis 69
*Præcipuè* 696
*Præcipio*, epi, ptum 589
*Præcisè* 696

*Præcla-*

*Præclarus, prædives, prædurus, præpotens, præpoſterus*, incomparabilia 180
*Præludo*, ſi, ſum 568
*Præcordia* 374.
*Præcurro*, præcurri, præcucurri, præcurſum 597 598, 527, 599
*Præfiſcini* pro præfiſcinè 682
*Præder* 537
*Prælior* ibid.
*Præmorſi* ant. pro præmordi 516
*Præneſte* cujus gen. 109
*Præneſtis* ibid.
*Prænomen* qvid 24
*Prænomina* qvot literis ſcripta 25
*Prænoſco*, ovi, tum 561
*Præpes* 55
caret neutro plur. 162
*præpoſitio* qvid & qvot. 707 *de ejus definitione Scaligeri diſcurſus* ibid. *Friſchlini definitio minùs perfecta* 708. *Vox Præpoſitionis etiam Ciceroni placuit. Præverbium dicitur Varroni* ibid. *Præpoſitionis etymon à Scalig. oppugnatum, à nobis defenditur* 709. Præpoſitiones non ſemper præponuntur ib. qvomodo poſtponuntur 710, 711. ſunt duplices 711. Qvare ſit mentio ſtructuræ Præpoſitionum in Etymologia 713 Præpoſitiones *caſuales Accuſativa, Ablativa*, 715 Præpoſitiones inſeparabiles dictæ *loqvelares* 716. Præpoſ. ſignificatio 718. ſpecies 720. Figura 721. Præpoſitiones ſiunt Adverbia 722. Præpoſitiones Inſeparabiles ſunt partes ſignificativæ vocis 710, 7
*Præpoſitio* ſeparanda à dictione cum qva cõponitur 1
*Præpoſitiones* comprehenduntur ſub Adverb. 1
*Præpoſitionalia* 41
*Præs* 92, 56, 1
*Præſciſco* unde 56
*Præſegmina* 37
*Præſes* 5
*Præſepe & præſepis* 9
*Præſens*, tior, tiſſimus 18
*Præſepis* 7
*Præſepem*
*Præſepium* ibid
*Præſepeis* ibid
*Præſertim* 60
*Præſtabilis*, bilior 18
*Præſtans*, tior, tiſſimus ib
*Præſtat* 63

Præſt

æſtigia, æ 348
æſtigium ibid.
æſtigiæ fœm. plur. 337
unde 349
æſtigiator unde 413
æſtringere oculos qvid ſit 349
æſto, iti, itum, atum, præſtaturus & ſtiturus 533
æſto nonnulli referunt ad Diptota 252
æſtolor 537
æſtus, a, um ant. 253
æſul 115, 107
ætendo, di, tum 570, 577
æter 712
præter propter explicatum 721
æterea 731
ætereo, ij, itum 613, 614
æteritorum regula 525
æterita ſedulò & cautè inveſtiganda 525. qvomodo ab Indicat. præterito reliqvorum Modorum præt. formentur ib. Præterita Verborum & Participiorū paſſiva unde formentur ibid. Præteritis paſſivis qvænā Verba careant ibid. Præteriti primam ſyllabam qvot verba geminent 525, 526 qvænam hic excipiantur 527. Præterita primæ Conjug. 528, ſeq. Secundæ Conjug. 540, ſeq. Tertiæ Conjugat. 558, ſeq. Qvartæ Conjug. 613. Præter. qvædam Participiorum extant, qvorum tamen ſupina deficiunt 542
Præteritorum tertiæ perſonæ non reſtringendæ ad ſolum Dualem numerum 474. Præterita eadem habent diverſa verba 621
Præteritorum ſyncope non habet locum in verbis, in qvibus V teſte Priſciano, qvod tamen nō perpetuum 474
Prætoritus 675
Prætura unde 414
Prævaricor 537
Præverto & tor 660
Prandeo, prandi 545
pranſus ſum, eſt partic. præteritum ibid.
Pratenſis 405
Precandus 676
Preci, precem, prece 261
Preia, uſa 24
Precioſus unde 415
Preces genit. ſing. autoritatem deſiderat 26
Precor 537
Prehendo, di, ſum 569
pro hoc eſt prendo 574

unde præt. *prendi* & ſup.
*prenſum* 571
*prendidi* ibid.
prenſus, prenſurus 575
*Premi* pro preſſi 559
*Premo*, ſſi, ſſum 593
*Presbyter* 40
*Priamides* 400, 404
*Priamis* 404
*Primanus* 419
*Primas* 131
*Primiter* 703
*Primitiæ* plur. tantum qvid 359
*Primitiva Nomina* 398
*Primitiva Verba* 623
*Primitiva dictio* qvid 18
*Primò* 18, 731
*Primores* pro optimatibus, eſt tantum pl. 324, 323 317, 93. ſed adject. ſumptum utroq; numero gaudet 324, 23, 264
*Primori* dat. ſing. autoritatem deſiderat 263
*Primoris*, *primorem*, *primori* 261
*Primus* 419
an ſit ſuperlativus 189
*Princeps* 23, 115, 116, 65
*Principium* 91
*Prior*, *primus* ſine poſitivo 189
*Prior* pro melior ibid.
*Priſcianus excuſatus* 203
*Priſciani* lectio qvædam
Plautina emendata 4
Privatim 696, 69
*Prius*, *primus*, *priſcus*, *priſtinus*, *privignus* unde compoſita 44
*Pro* 749, 71
*Pro* in comp. interponit d 21, prodeo pro proeo, prodes pro proes ibid.
*Proboſcis* 57
*Procerem* 26
*Proceres* maſc. plur. 318, qvid ſint *etiam in ſing. numero invenitur* 32
*Proceris* 20
*Prob* 7
*Proclivis* 19
*Procul* 71
*Procûm* pro procorum
*Procumbo*, ui, itum 559, 56
*Procurro*, procurri, procucurri, ſum 597, 527, 5
*Prodeſt* 6
*Prodigûm* pro prodigiorū
*Prodigo*, egi, ſine ſup. 578,
*Prodo*, idi, itum 5
*Profectò* 6
*Proficiſcor*, fectus ſum 6
*Profiteor* 5
*Profitendus* 6
*Profligo* 6
*Profluens* 1
*Profundè* 6
*Profuſus act. ſignificat* 6
*Progeniei*
*Progeniï* ib



Digitized by Google

[Pro]gigno, genui, itum 594
[Pro]hibeſſo p. prohibuero 654
[Pro]inde 730
[Pro]les 112, 286
[Pro]luo, lui. lutum 606
[Pro]methei Gen. contr 121
[Pro]metheus Grammaticæ
Græcæ inventor 2
[Pro]mineo, ui 551
[Pro]miſcua nomina quæ 103
[Pro]miſti pro promiſiſti 474
[Pro]miſſe pro promiſiſſe ib.
[Pro]mo, pſi, ptum 593
[Pro]mpta 246
[Pro]mulſis 57
[Pro]muſcis ibid.
[Pro]nomen accenſetur Nomini 17
[Pro]nomen quid & cur Nomini ſuccedat 430
[Pro]nomina quotuplicia ibid.
[Pro]nomina ſubſtantiva & Adjectiva quænā, item Finita & Infinita 431
[Pro]nomina Scaligero ſunt alter, neuter, alius &c. 431 ſed minus verè.
[Pro]nominum accidentia 432 Iis immeritò negatur declinatio ibid. Pronomina primitiva & derivativa 432. Demonſtrativa 433. Relativa 434. quid de iis notandum ibid. Reciproca quæ Scaliger perperam confundit cum Relativis 434
Interrogativa 435
Poſſeſſiva 435
Gentilia 436
Pronominum Numerus 438
Eorum perſona triplex ib.
Prōomina ſunt tertia perſonæ 438. quando ſunt primæ perſonæ 23. Eorum diſcrimen in Nominibus & Verbis 440
Pronominū figura ib. cur ultimô locô non traditur ibid. Eorum compoſitio fit ſeptem modis ibid. Eorum genera quotuplicia 437. Caſus quot 445. Declinatio 447. nec non compoſitorum Pronominum declinatio 449
Pronominum anomala 450
Pronus 191
Propago, propages 385
Propè jam Adverb. eſt jam Præpoſ. 713, 683, 688, 705
Propediem 685
Propello 592
Prophetiſſa non eſt Latinū ſed Propheteis 166
Propinquus 191
Proportionalia quæ 431
Propria nomina initiò ſcribenda majuſculis 12
Proprium nomen quid 24

*Proprium Adject.* qvid 24
*Proprium Nomen* eſt triplex ibid.
*Proprium Nomen* qvomodo pluribus conveniat 25
*Propria Nomina* qvot literis ſcribantur ibid.
*Propria in Es* formata qvomodo forment Acc 36
*Propria* in IUS qvomodo forment Vocativum 41
*Propria Græca in* IUS qvomodo Voc. forment 42
*Propria in PHON, OON, LEON & MEDON* qvõodo gen. forment 47
*Propria qvãdã in ES* græca qvõodo declinentur 217
*Propria Nomina* plurali num. carent 271
datur tamen exceptio ibid.
*Prophetes* 117
*Prophetis* ibid.
*Propter* 683, 712
*Propterea* 730
*Prorſus*, prorſum pro *proſus, proſum* 684, 688
*Proruo*, ui, utum 606, 607
*Proſapia* fœm. ſing 287
*in plur. tamen numero extat* 288
*Proſilio*, ui, ſine ſup. 615
619
*Proſodia*, ubi inculcatur 2
an pars etymologiæ ibid.
*Proſper* 4
*Proſpexti* pro proſpexiſti 47
*Proſpicio* 63
*Proſtat* 65
*Protē.* gen. contr. 22
*Protendo*, di, tum 570, 57
*Protinus* 68
*Proto* 4
*Proximior* unde 18
*Pſalmus* non ψalmus ſcribendũ, & *Phasma* non Φaſma
*Pſalterium* 21
*Pſaltes* eſt tertiæ declin. 35, 21
*Pſallo*, lli 59
*Pſaltria* 16
*Pube præſente* qvid notat 28
*Puber* 8
*Puberem*, res 5
*Pubem*, bis, ber ibid
eſt fœm. ſing. 28
qvid ſignificet 28
*Publicanus* unde 41
*Publicitus* 70
*Publius* Ovid. Naſo 2
*Publius* Virg. Maro ibid
*Pudendum*, pudens, puditurus 658, 65
pudendus 658, 659, 66
*Pudent*, *pudebunt* 65
*Pudeo* 469
*Pudet*, *puduit & puditum eſt* 658, 659



Digitized by Google

*licitia* non *pudicicia*
ſcribendum 14
unde 414
*...dus* incompar. 178
*...ur* 279
*...bus* 37
*...r* 40
*...* fœm. ant. ab antiq.
maſc. *puerus*, pro quo
hodie puer in uſu 163
*...rei* 7
*...rus* pro puer 38
*...rus*, *pueri* 163
*...il* 115, 84
unde 423
*...gili* 86
*...gillar* 327
*...pillare* 392
*...pillares* maſcul. plur. 318
327, 328
*...pillaria* 327
*...gio* 121
*...lex* 156, 68
*...mentum* unde 414
*...ls*, tis 66, 149
*...lſo* 615
*...lver* 59
*...lvinus*, *pulvinar* 394
*...lvinulus* 412
*...lvis* 59, 101, 136
quid ſignificet 286
*plur. num. habet* ibid.
*...lvis eruditus* quid 286
*...mex* 159, 68, 100, 101
*...nctim* 687
*...nctus*, *punctum* 382
*Pungo*, pupugi, nctū 580, 526
*punxi* de ſuo addit Priſcianus 586
*Punio & punior* 660, 661
*Punior* à Pœnus 181
*Pupillaris* 408
*Puppis* 75
*Puppim* 76
*Puppem* ibid.
*Purgamentum* unde 424
*Purpureus* unde 416
*Pus* 64, 148
eſt neutr. ſing. 298
in pl. num etiam invenitur 307. quid ſit ibid.
*Puſillum* 685
*Puſillum* ab ant. *puſus*. 411
*Puta* 733
*Puteoli* nomen opp. plur. maſc. 331
*Putreſco* unde 566
*Pytacium* 303
*Pyrites* 35, 132
*Pyrois* 60
*Pyrus* cujus gen. 110
*Pythagoreus* 408
*Pythagoricus* ibid.
*Pythoniſſa non eſt Latinum* 166
*Pyxis* 57


Q


Q. è numero literarum ſublatum 9
Q. notat Quinctius 25
*Qua* 682. *quatenus* non *quatinus* ſcribendū 696, 730

Qvadantenus non qvadam tenus 14
Qvadringenarius 421
Qvadragesimus 419
Qvadraginta 417
Qvadrans 107, 123
Qvadrata literæ qvænam 4
Qvadriennis 422
Qvadriennium ibid.
Qvadrimestris ibid.
Qvadrimulus 421
Qvadrimus ibid.
Qvadringeni 420
Qvadringenteni ibid.
Qvadringenti 417
Qvadringentesimus 419
Qvadrinoctium 422
Qvadripartitus 421
Qvadriremis 83
Qvadrupes 87
Qvadruplex 421
Qvadruplico, avi, atum 531
Qvadruplor 537
Qvadruplus 421
Qvæso, ſivi, itum 598
Qvæso potiùs eſt Verbum qvàm Adverbium 691
Qvæſo 648. qvæſis, qvæſit, qvæſivit antiq. 649
Qvæſtio pro qvæſitio 18
Qvaliter 687
qvalitercunq; ibid.
Qvàm 15, 681, 688, 689
Qvamobrem 690, 730, 739
Qvamvis 726, 728, 739
Qvando 685, 733, 687
Qvandoqvidem 7
Qvanqvam non qvamqvā ſcribendum 1
Qvanqvam 726, 7
Qvantoperè 68
Qvantum 687. qvanto 68
Qvapropter 730, 73
Qvare 681, 690, 730, 7
Qvaſi 687, 68
Qvartanus, qvintanus 4
Qvartùm, qvartò 15, 6
Qvater 68
Qvaterni 4
Qvaternus 1
Qvatio, ſine præt qvaſſum, hinc qvaſſo 591, 2
Qvatriduum 4
Qvatuor 314, 31
Qvatuordecim 41
Qve 724, 73
Qve encliticum tonum rejicit in penult. 1
Qvêis
Qvemadmodum 68
Qveo 635, 614, 61 qvibus temp. careat 64 qvis, qvit, qvivere, qviſſe, qveatur 64
Qvercetum unde 41
Qvercibus 9
Qvercubus ibid
Qvercus 110, 21
Qveritor 53
Qveror, eſtus ſum 60
Qves ant. pro qvi 4 qvesdam ibid

Qveſti

Digitized by Google

*Qveſtubus* 97
*Qveſtibus* ibid.
Qvi à nonnullis falsò è numero Pronominum excluditur 432
Qvi pro *qvis* poſitum 435
Qvi Ablativus 438
*Qvia* [illegible]1, 733, 739
*Qvicqvam* eſt Pronomen cō-poſitum, non Adverbium 699, 443
*Qvid, qviſpiam, qviddam* uſurpata ſubſtantivè 161
*Qviddam & aliqvis* à qvibusdam differre traduntur: ſed illud diſcrimen non eſt perpetuum 441
*Qvidem* 696
non eſt conjunctio conceſſiva 728
*Qvidni* 690
*Qvies* 55, 99
*Qvimus* 421
*Qvin* 690, 691, 739
*Qvindecim* 417
*Qvincunx* 107
*Qvincuplex* 421
*Qvindeni, qvini deni* 420
*Qvingeni* ibid.
*Qvingenti* 417
*Qvingenteni* 420
*Qvin imò* 696
*Qvinqvageſimus* 419
*Qvinqvaginta* 417
*Qvinqvatrus* 138
*Qvinq;* 417
*Qvinqvennis, qvinqvennalis* 422
*Qvinqvepartitus* 421
*Qvintilis* 419, 82
*Qvintilianus* refellitur 31
*Qvintuplus* 421
*Qvintus* 419
*Qvinûm* pro qvinorum 30
*Qvips* ant. pro *qvis* 441
*Qviris* 59
*Qvirites* 60
*Qviritium & qviritûm* promiſcuè uſurpata 33
*Qviritor & qvirito* 661
*Qvis* 432
amittit interrogandi vim 435
Communis generis Veteres eſſe voluerunt 437
*Qviſpiam* 445
*Qviſputas* non una ſed duæ voces 442
*Qvisq; ſuos patimur Manes* explicatur 325
*Qvisqvilia, æ* 359
*Qvisqviliæ* plur. 351, 359
*Qvisqvis*, qvicqvid, qvemqvem, qvoqvo, qviqvi, qvibusqvibus 454
*Qvitus ſum* pro qvivi 617
*Qvivis* 445
*Qvò* 683, 682, 689, 733
qvoqvò, qvocúnq;, qvovis, qvopiam 688
*Qvoad* 685, 730, 696



Digitized by Google

*Qvi* ant. pro cui 7,448,563
qvoipiam ibid.
qvoja, qvojam 453
*Qvocirca* 730,739
*Qvod ſi* 730
*Qvojus* pro cujus 7
*Qvoj-us* ibid.
*Qvojusmodi & qojusmodi* 198
*Qvondam* 685
*Qvoniam* 733
*Qvoq;* 724, 739
*Qvoqvoverſum*, qvoqvoverſus 684
*Qvorſum* 682
*Qvot, qvotqvot, qvotcunq;* indeclinabilia 193
*Qvoteni* autoritas aſſerta, contra Alvarum 420
*Qvoties* 686
*qvotiens* qvidā ſcribūt ib.
*Qvotennis, qvotuplex, qvotuplus ab Alvaro* tanqvā *inuſitata rejecta* 420
*Qvum* 733, 563
Ejus orthographia ibid.

R.

R terminatio tertiæ decl. 43
R. P. qvid notet 25
*In R tertiæ* formata in genitivo 50
*Rabies* fœm. ſing. 287
unde 424
*Rado*, ſi, ſum 569
*Ramex* 156
*Ramnes* nomen populi pl. maſc. 331
*Rana* 104
*Ranunculus* 409
*Rapacia, rapicia* neut. pl 37
*Rapina* unde 42
*Rapio*, pui, ptum 590, 20
*Rapſit* pro rapuerit 65
*Raptio*, raptus 39
*Rareſio*, rareſactus ſum 46
*Raro* 68
*Raſilis* unde 42
*Raſtrum* in plur. *raſtri* & *ſtra* 23
*Ratio* qvomodo pronunciandum
unde 1
*Ratiocinor* 53
*Rauceo*, cui, ſum 54
*Raucio extare non rectè probat Priſcianus* 544.
*irraucuerit*, non, *irrauſerit* in Cic. 1. de Orat. legendum ibid.
*Ravis* 74
*RE* in compoſitis interponit d. 21
*Re* qvid 71
*Reapſe* unde compoſitū 44
*Reate* cujus generis 109
*Reatus* unde 41
*Rebellio* 11
*Rebellis* unde 41
*Recenſeo*, ui, ſum 554
recenſio, recenſitus ibid.
*Recenti* 88
*Recidivus* unde 425
*Recido*, idi, caſum 568, 57


Reci-

Digitized by Google

*[Re]cipio*, epi, ptum 589
*[Re]cludo*, ſi, ſum 568
*[Re]condo*, di, itum ibid.
*[Re]crudeſco* unde 567
*[Re]cti caſus* unde dicti 28
*[Re]curro*, urri, urſum 597
*[Re]cutio*, ſſi, ſſum 591
*[Re]ddibo* pro *reddam* 654
*[Re]dditiva nomina* qvæ & qvomodo uſurpanda 427
*[Re]ddo*, idi, itum 569, 634
*[Re]deo* ex re & eo 19, 21
*[Re]digo*, egi, actum 578
*[Re]dimibat* pro redimiebat 654
*[Re]doleo*, ui, evi 548, 549
*[R]editio & reditus* 397
*[Re]fello*, elli, ſine ſup. 592
*[Re]fercio*, ſi, ertum 614, 617
*[R]efert* 656
*[R]efrigo* 662
*[R]efragor* 634
*[R]efocillo non eſt deminutivum verbum* 631
*[R]efricaturus* 529
*[R]efrigeſco* unde 566
*[R]egalis* 407
*[R]egio* 122
*[R]egionum nomina* cujus gen. 108
*[R]egius* 407
*[R]egius propheta non dicendus David, ſed Rex & propheta* 408
*[R]egius & regalis* an differant ibid.
*Regnatus* 675
*regnandus* ibid.
*Regnum* 24
*Rego*, xi, ctum 580
*Regs* 11
*Regula* unde 423
*Relangveo*, ui 555, 556
*Regula* de Caſibus 28
*Regulæ Orthographicæ* 12
*Relativa* qvæ & qvotuplicia 427
*Relativa* Vocat. carent 271
*Relatu* Monopt. 240
*Religio* 122
*Religioſus* unde 416
*Religio*, egi, ectum 579
*Relinqvo*, liqvi, lictum 597
*Relino*, levi, litum 594
*Reliqviæ & relliqviæ* fœm. plur. 337, 350
*Remaneo*, ſi, 551
*Remenſus paſſivè* 676
*Remetietur malè uſurpatū paſſivè à Veteri N. T. interpreté* 657
*Remex* 156, 96
*Reminiſcor* ſine præt. *Reminiſco* taxat Auſonius 612
*Remuria & remures* olim dicebantur, nunc Lemures, qvo de Ovid. 325
*Ren*, enis 126, 92, 47
*Renideo* caret præt. & ſup. 545
*Reor* 557

*Repentè* 685
*Reperio*, eri, ertum 615
*Repetundæ* 359
*Repetundarũ*, repetundis 248
an Participium ſit vel nomen, an v. Gerundium 253. Repetũdæ qvid ſint ibid. *Repetundarũ vel de repetundis accuſari qvid ſit* ibid.
*Repleo*, evi, etum 548
*Replico*, avi, atum 531
*Repo*, pſi, ptum 596
*Repotia* neut. plur. 363, 367
*Reprimo*, eſſi, eſſum 593
*Repueraſco* unde 567
*Repungo* 580
Præterita *repupugi & repunxi* autoritatis indigent 527
*Reqvies* 287, 55, 99
*Reqvietis*, reqviei 99
*Reqvietus* 675
*Reqviro*, ſivi, itum 598
*Res* 99
*Reſarcio*, ſi, tum 615
*Reſero*, evi, atum 598
*Reſex* unde 426
*Reſilio*, ii, ultum 615, 619
*Reſipio*, pui, ſine ſup. 590
*Reſipiſco* unde 566
*Reſiſto*, ſtiti, ſine ſup. 605
*Reſonit* pro reſonat 534
*Reſono*, is, nere 664
*Reſpectiva nomina* 427
*Reſpicio*, xi, ctum 588, 634
*Reſpondeo*, di, ſum 545
*Reſpuo*, ſine pr. & ſup. 606
*Reſtat* 656
*Reſtim* 76
*Reſtinguo*, nxi, nctum 580
*Reſtis* 75
*Rete* 81
*Retem* ibid.
*Retes* 82
*Retexo*, xui, xtum 606, 607
*Reti* 81
*Retia* 88
*Reticeo*, ui 543
*Retineo*, ui, entum 20, 551
*Retis* 81
*Retorqueo*, ſi, tum 552
*Revello*, ulſi, ulſum 592
*Reverendiſſimus, ſuperlativus rejiculus* 180
*Reverendus* incomp. 178
*Revertor*, reverti 609, 661 634. Hæc Præteriti forma placet Ciceroni recentioribus reverſo ſum 612
*Reviviſco* unde 566
*Rex* 11, 68, 106, 424
*Rex*, *Regina* 164
*Rhenum* 100, 107
*Rhetorica*, æ & orum 211 212, 315
*Rhinoceros* 61
*Rhodanus* 132
*Rhoites* ibid.
*Rhomboides* 134
*Rictum & rictus* 395

*Ridi-*

*Ridibundus* unde 425
*Ridiculus* 410
*Rigor* 537
*Ringo & ringor* 661, 662
*Ringo*, ſine præt. 609
*Ripa* 363
*Rite* pro ritu 245
*Rivale* 83
*Rivali* ibid.
*Rivalis* ibid.
*Rixor* 537
*Robur*, oris 51, 110
*Rodo*, ſi, ſum 570
*Roeskildenſis* 405
*Rogatum*, rogatu Acc. & Ablat. 248, 252
*Romanus* 405
*Romanus & Romanēſis* qvomodo differant 406
*Romulida* 401
Romulides 403
*Romulus* 25
*Rores* plur. unde 281
*Roribus* ibid.
*Ros* 279
*Roſaceus* unde 416
*Roſetum* unde 414
*Roſtra* neut. plur. 275
*Rubeus* unde 425
*Rubus* cujus gen. 110
*Ructo & ructor* 660, 661, 537
*Rude* 82
*Rudens* 150
*Rudi* 82
*Rudo*, di, ſine ſup. 570
*Rudis* 82
*Rudus* 63
*Ruentûm* pro ruentium 31
*Rugiens leo* 24
*Rumex* 156
*Rumino & ruminor* 660, 661, 537
*Rumpo*, rupi, ruptum 596
*Ruo*, act. & neut. 663, 664
Ejus Præt. 606
*Rupes* unde 426
*Ruribus* 270
*Rurſus* 686
*Rus* 64, 148
qvibus caſibus careat 269
*Ruſticanus* 405
*Ruſticor* 537
*Ruſticus* 23
*Ruta* 274
rutas Acc. plur. 275

S.

S. an poſitionem ſemper longam faciat 10
S. ſibilat ibid.
S P. notat Spurius 23
*S. longum* nunqvam in fine ſcribitur 15
*S P Q R* qvid notent 25
*S. terminatio* tertiæ declinationis 43
S. ſeqvens X. abſorbetur 21
*Sabulum* 1, 313
& ſabulo, onis 394
*Saccus* 18
*Sacer*, *ſacrilegus* comparativo carent 190
*Sacerdos*, otis 111, 290, 61

*Sacri-*

*Sacrilegus* 23
*Sacro* 234
*Sapè* 18, 683
*Sapiuſculè* 28
*Sapiſſimus* unde 190
*Sal* eſſe neutrius generis probatur 274, 313
&c in ſynt. 14, 15
utroq; uumero declinatur 273, 46, 123, 274, 313
uſurpatur pro faceto dicendi genere 335
*Salamis, ſalamin*, ſalamina 60, 390
*Salebra, æ* 359
*Salebræ* plur. 351
*Sales* 12, 124
pro facetiis 335
*Salia* plur. à ſal 313, 124
*Salictum* unde 414
*Salinum* unde ibid.
*Sali*, ii, altum 615, 618
*ſalui*, qvod Priſc. Diomedes, Gledonius habent, expungitur 619
*ſalire per utres* explicatur ibid.
*Salio* i. e. ſale condio, ſalitum 615
unico l. ſcribendum 620
*Salium* 92
*Sallo*, ſalſum 592
*Saltem* 689, 696
non eſt conj. cõceſſiva 728
unde illud dictũ, ejus Orthographia excutitur ib.
*Saluber, lubris* 175, 384
*Saluber* 51, 82
unde 414
*Salubri* 82
*Salubreis* 95
*Salve* 649, 650
ejus Coujugatio ibid.
*ſalveo* ibid.
*ſalve & vale qvibus dictum* 650
*Salvia* 19
*Salviæ* plur. 359
*Salum* neutr. ſing. 298
*eſt etiam maſc. gen.* 308
qvid ſignificet ibid.
*Salus* 286, 287, 148, 68
*Salutatorius caſus* 27
*Samnis*, ſamnitis 59
*Samnites* 60
*Sanè*, ſanè qvidem 696
non ſunt Conjunct. conceſſivæ 728
*Sancio*, ii, xi, itum, ctum 615, 610
*San-ctus* an ſcribendum 14
*Sandyx* 160
*Sangvis* 136, 279
*Sangvis & ſangven* 384
*Sangvinum* gen. plur. 279
*Sanies* fœm ſinp. 287
qvot ſignificatis gaudeat 292
*Samnio* unde 412
*Sao* 46
*Sapphirus* 100
141

*Sapio*,

*[Sa]pio*, ui, ſine ſup. *ſapivi*
ant. ſapij uſitatiùs 590,591
*[Sa]ppho* 46
*[Sa]po* 106
*[Sa]pſa* ant. pro ipſa 448
*[Sa]rs* 108
*[S]arcio*, ſi, tum 615
*[S]ardes* plur. 363
*[S]ardonyx* 160,71
*[S]armatis* 402
*[S]armentitius* unde 416
*[S]aps*, *ſos* ant. pro ſuas,
ſuis, ſuos 448
*[S]at* neutr. plur. 375
*[S]ago* præteritum ejus au-
toritate firmandũ eſt 581
ſupino caret. Etiam *ſat*
*ago*, *agito* leges extra
compoſitionem ibid.
*[S]atelles* 55
*[S]atias* contr. pro ſatietas 255
qvot & qvos caſus ha-
beat 254
*[S]aties* pro ſatias 256,298
*[S]atis* i. e. abundè 18,687
*[S]atisdo* 532,633
*[S]atisfacio* 633
*[S]atius* i. n. melius 18
*[S]atullo* 633
*[S]atur* 191
*[S]aturior* 192
*[S]atur* pro ſaturus 38
unde 425
*[S]aturnia* 24
*[S]aturnius notatus* 407
*[S]aucius* unde 425
*Saxo* 406
*Scabo*, bi, ſine ſup. 559,561
*Scala*, æ 360
*Scala* plur. 359
*Scaligeri ſententia de Feryis*
*allata* 344
*Scalpo*, pſi, ptum. 596
*Scalpturio* 630
*Scalprum* unde 423
*Scando*, di, ſum 570
*Scaturio* non eſt Freqven-
tativum 629
*Scelus* 63
*Schema*, atis & *ſchema*, æ
389, 44
*Scibam* pro ſciebam 654
*Scilicet* 689, 696, 733
*Scindo*, di, iſſum 570
*ſciſcidi* antiq. 575
*ſcindidi* 576
*ſecidi* ibid.
*Scio*, ivi, itum 616
*Scipiadam & ſcipiadan* Ac-
cuſ. Doricus 36
*Scipiades* 403
*Scipio* qvare ſic dictus 24,121
*Sciſcitor* 537
*Sciſco* unde 566
*Scitor* 537
*Scobs* 149
*Scopa* fœm. plur. 337
in certa ſignific. ſing.
numerum habet 343
*Scorpius & ſcorpio* 393
*Screo* 11
*Scortum* 116

*Scriba*

Digitized by Google

*Scriba* 106, 116
*Scribendum ut loquimur:* Scaligeri & autoris ſententia eſt 14
*Scribo*, ſi, ptum 559
*perperam per b ſcribſi, ſcribtum* 13, 561
*Scrobis* 151
*Scrobs* 151, 385
*Scruta* neut. plur. 376
*Scrutarius* ibid.
*Scruto* 662
*Scrutor* 376, 537
*Sculpo*, pſi, ptum 596
*Scurror* 539
*Scylla* 108
*Schytes* 406, 167
*Scythis* 406, 167
*Se* qvid notet 719
pro eo dicitur SO 720
non ubiq; eſt Præpoſitio inſepar. ibid.
*Se* in compoſitis interponit d 21
*Sebum* pro ſevum 313
*Secaturus* 529
*Secius* i. e. tardius 18
*Secludo*, ſi, ſum 568
*Secordia* unde compoſ. 429
*Sector* 634, 537
& paſſivè 465
*Secum* 443
eſt Pronomen compoſitum non Adverb. 696
*Secunda perſona* qvid 21
*Secunda* plur. 360
*Secundanus* 419
*Secundas agere* qvid apud Senecam ſignificet 360
*Secundò* 731
*Secundum* 712
unde hoc 710
*Secundus* 419
*Securim* 76
*Securis* 75
*Secus* Præpoſitio 712
*Secus* i. e. aliter 687
*Secus* pro ſexus 247, 145
*Sedeni* 420
*Sed* 729
*Sedeo* 634
*Sedes* unde 424
*Sedile* unde 423
*Seditio* 122
*Seges* 55
*Segnitia*, ſegnities 391
*Selandia* 108
*Semel* 686
*Sementem* 76
*Sementis* 75, 414
*Semidiamiter* 127
*Seminatim* 704
*Semis* 241
*Semis* 132, 136
*Semiſſis* 107, 136
*Semiſomnus, ſemiſomnis* 176, 177
*Semivir* 129
*Semivocales* qvid & qvotuplices 8, 9
*Semivocalium ſonus* à principio exprimitur 10



Digitized by Google

*...miſvocaliũ alia liqvida, alia duplicis* 11
*...per* 685
*...narius* 422
*...natu* pro Senatui 96
*...necta, ſenectus* 389
*...* 297, 63
*...co* unde 566
*...* 23, 87, 156, 191
*...* 420
*...* 121, 422
*...* neut. ſing. 312
*...ſa* Gen. Dat. Abl. caret 269
*...ſim* 688
*...ſus* 96
*...* in plur. hi ſenſus & hæc ſenſa 229
*...tentia* ſcribendæ initiò majuſculis 12
*...tes* maſcul. plur. & in ſing. ſentis 332
*...entio*, ſi, ſum 616, 634
*...entis* 101, 136
*...nûm* pro ſenorum 30
*...eorſum* ſcribendum erit & non *ſeorſim*, ſecus ac vulgò fit 697. *Seorsùs* pro ſeorſum 698. *ſeorſum cum Ablat.* ibid.
*Separatim* 696
*Sepio*, epſi, ptum 616
*Sepelio*, ivi, ultum ibid.
*ſepelitus* antiq. 620
*Sepes*, ſepis 54, 131
*Seps* 50, 91
*Septem* 417
*September* 82, 51, 419
*Septemdecim* 417
*Septemplex* 421
*Septemvir* 129
*Septeni* 420
*Septenarius* 422
*Septennis* vel *ſeptuennis* ibid.
*Septenûm* pro ſeptenorum 30
*Septimus* 419
*Septimus caſus* 78
*Septuageni* 420
*Septingenti* 417
*Septuageſimus* 419
*Septuaginta* 417
*Septunx* 107
*Septuplex* 421
*Septuplus* ibid.
*Seqvana* 107
*Seqvor*, ſeqvutꝰ ſum 609, 634
*Ser.* notat ſervius 25
*Serenat*, ellipticum eſt 656
*Sermo*, onis 45, 120
*Sermocinor* 537
*Sermones* 88, 94
*Sermonibus* 94
*Sero*, evi, ſatum 598, 599
*Serò* 685
*Serpens* 151
*Serpentinus* 408
*Serpentûm* pro ſerpentium 32
*Serpo*, pſi, ptum 596
*Serva* 37, 163
*Servitium* non ſervicium ſcribendum 13


*Ser-*

*Serbus*, ſerva 163, 23
*Serbitus* 63
*Seſqbi* 194, 418. tàm extra compoſit. qvàm in cō-poſitione uſurpatur 197
*Seſtertiùm* pro ſeſtertiorū 32
*Seſtertiùm cum Eclipſi conjunctum eſt.* 418
*Sex* iteratur & ſeorsùm ponitur 725. unde 726
*Sebum* 313
*Sex*, notat ſextus 25
*Sex* 69, 417
*Sexagenarius* 421
*Sexageni* 420
*Sexaginta* 417
*Sexcenti* ibid.
*Sexennis* 422
*Sextans* 107
*Sextilis* 82, 419
*Sextuplex* 421
*Sextus* 419
*Si*, *ſin* 730, 739
*Si fortaſſe*, ſi fortaſſis, ſi forſitan vitioſa ſunt, niſi multis interpoſitis verbis 699
*Sibilus* in plur. ſibila 225 Nominat. plur. *ſibili*, exſibilatus 226
*Sic* 680, 687
*Sicelides* 402
*Sicubi* 682
*Sicula gerra* 355
*Siculus & Sicilienſis* qvomodo differant 406
*Sicut*, *ſicuti* 687
*Sideror* 53
*Sidonis* 402
*Sidus* 63
*Siem*, *ſies*, *ſiet* pro ſim, ſis, ſit 653
*Sigillatim* pro ſingullatim ſcribendum 697, 69
*Sigillum* 41
*Significatio* præſcribit terminationi 16, 116 variat genus ibid.
*Signum diviſionis* 16
*Sil* 124
*Siler* cujus generis 110
*Silex* 100, 101, 159, 69
*Silva* qvomodo ſcribendū 5
*Silveſco* unde 567
*Simæ capellæ* 24, 69
*Simex*, ſimicis 69
*Simillimus* 184
*Simois* 80
*Simoïs*, ſimoëntes, ſimuntos 60
*Simplex*, plicis 69
*Simplex dictio* qvid 19
*Simplicior*, ſimpliciſſimus à ſimplex 178
*Simpliciter* 697
*Simul* 698
*Sinapi & ſinapis* Nom. 44 45, 384, 74, 120
*Sincera fides* 24
*Sincerum mel* ibid.
*Sincerus* nōnullis per i, nōnullis y, ſcribitur 13

Sincipu

Digitized by Google

*incipit* 671, 123
*ingen* 125
*ine* 714
*ingiber* 129
*ingularis numerus* qvid 21
*ingularem numerum* qvi-
*dam tollunt* 22
*ingularia mascul.* 279
*ingularia fœm.* 286
*ingli* 314
*ingultio*, ivi, ultum 616
*Singultum* placet 620
*inifter* 191
*ni proſixi* 559
*in ferior* unde 178
*niſſimus* 192
*eſt* incomparabile 178
*iniſtrorſum* 681
*ino*, ivi, itum 595, 596
*ſitus* ibid.
*inum* neutr. ſing. 298
unde dicatur, qvid ſit 310
*inum & ſinus* 596, 
*iqvando* 686
*qvidem* 733
*ſi aliqva*, ſiqvem, ſiqvo
449. 438
*ren*, enis, Sirenes qvæ &
unde dictæ 47
108, 126
*ſi* pro ſi vis 652
*ſonaudæ* in plur. *ſiſeres*
232, 128
*ſto*, ſtiti, ſtatum 604, 605
*ibdus* 402
*itibundus* incompar. 178
*Sitis* 741, 278
*Situs* qvot & qvos caſus
habeat 258
qvid ſit 260
*Sive* 725
bis ponitur ibid.
unde ibid. 739
*Sive* qvo tono efferendum 15
*Smaragdus* 143
*Smegma* 118
*Soboles* 286
qvaſi Suboles dicitur 288
qvid ſignificet ibid.
in plur. num extat ibid.
*Soboles* 111
*Socer, ſocrus* 164, 40
*Socia* 37
*Socium* pro ſociorum 30
*Socrates* 79, 217
*Sodale* 83
*Sodali* ibid.
*Sodalis* ibid.
*Sodes* pro ſi audes 652
*Sol* 11, 74, 46, 124
*Sol* qvando ſit ſingulare,
qvando plur. 284
unde dicatur ibid.
tantùm genit. plurali
caret 269
*Sola* dat. ant. pro ſoli 40
*Solem* 74
*Solet* 656
*Soli* nomen opp. pl. maſc. 331
*Solium plur. numerum ha-
bet* 312
*Solæcophanes* 134

*Solor* 537
*Solùm* 696
ſolummodò ibid.
*Solum* neut. ſing. 20, 298
*etiam in plur. numero inſenitur* 309
qvid ſignificet ibid.
*Solum vertere* qvid 310
*Solvo*, vi, utum 606
*Solus* 40
*Solus* unde 413
*Sonaturus* 529
Sono ibid.
*Sonipes* 160, 131
*Sonit* pro ſonat 534
*Sono*, is, ſonere 665
*Sophiam*, *Sophian* 35
*Soracte* cujus gen. 109
*Sorbeo*, ui, itum 542
*ſorbui* magis probum; nam *ſorpſi* eſt *ſorbo*, is 542
cui ſe opponit Becmannus ibid.
*Sorbile ovum* 24
*Sordes* 361
*Sordi* 85
*Sordis*, ſordem, ſorde 261 264
*ſordi* dat. ſing. autoritatem deſiderat 265
*Sorex* 156, 69
*Sorites* 35, 132
*Soror* 108
*Sororius* unde 415
*Sors* 278
qvibus & qvot ſignificatis gaudeat 340
*Sorte dare ſedem* Virg. explicatus ibid.
*Sortes* fœm. plur 337. etiam in ſing. num extat 340
*Sortes ducere* qvid ſit explicatum ibid.
*Sorti* pro ſorte 702, 85
*Sortio* 662
*Sortior* 621
*Soſpes* 55, 87
caret neut. plur. 162
etiam act. exponitur 164
*Soſpita* fœm. à ſoſpes ibid.
*Spatior* 537
*Spadix* 156
*Spargo*, ſi, ſum 580
*Spartiata* 17
*Spartiatis* 117
*Speciales dictionis affectiones* 21
*Specie* 98
*Speciebus* 97, 99
*Specierum* 99
*Species* 99, 25, 29
qvid & qvotuplex 18
*Species nominum* 398
*Species Verborum* qvotuplex 623
*Specio*, xi, ctum 634. 588
Verbum antiq. qvo Varro, Ennius & Feſtus uſi ſunt 588, 589
*ſpectu* Ablat. ant. ibid.
*Spectaculum* 410



Digitized by Google

| | | | |
|---|---|---|---|
| [illegible] | 97 | *Stat* | 656 |
| [illegible]*ulor* | 537 | *Statim* | 685 |
| [illegible] | 96, 146 | *Stativa* neut. plur. | 361, 366 |
| Maſc. & fœm. | 398 | | 365 |
| [illegible]*nx* | 161 | *Stativa* plur. | 361 |
| [illegible], evi, etum | 595, 634 | *Stator*, *ſtatus* | 605 |
| [illegible]*bie* pro Sperchi | 42 | *Status* | 675 |
| [illegible] vix dicimus | 98, 99 | *Stellio* | 120 |
| [illegible] | 99 | *Sterileſco* unde | 567 |
| [illegible]*ndi* pro ſpopondi | 526 | *Sterno* | 595, 634 |
| [illegible]*nx* | 73, 91, 108 | *Sterto*, ui | 605 |
| [illegible] | 11 | *Stibi* indeclinab. | 194 |
| [illegible]*ca*, æ | 314 | *Stibium* | 195 |
| [illegible] unde | 426 | *Stilus* | 5 |
| [illegible] neut. ſing. | 314 | *Stimmi* | 195 |
| [illegible] | 128 | *Stingvo* | 580 |
| [illegible] cujus gen. | 110 | *Stipes* | 55, 131 |
| [illegible] maſc. plur. etiam in ſing. legitur | 333 | *Stipulatio* & *ſtipulatus* | 397 |
| | | *Stipulor* | 537 |
| [illegible] | 11, 47, 92 | *Stirps* | 149. 151 |
| | 126 | *Sto* | 527, 532, 525, 634 |
| [illegible], ior, ſuperlativo | | *Stomachor* | 537 |
| [illegible] | 670 | *Stragula*, *ſtragulum* | 387 |
| [illegible] | 526 | *Stramen* | 11 |
| ſpopondi, ſponſum | 545 | *Strategema* ſcribendum per e | 14 |
| *ſpopondi*, *ſpepondi* | 546 | | |
| [illegible], um | 93 | *Strennior*, *ſtrenuiſſimus* | 184 |
| [illegible], te nonnunqvam ſine epitheto extat | 247 | *Strepo*, ui, itum | 596 |
| | 252 | *Strictim* | 687 |
| | | *Strido*, di, ſine ſup. | 570 |
| *ſponte naturæ* i. e. à natura, per naturam ibid. | | | 376, 665 |
| | | *Stridulus* unde | 425 |
| [illegible] | 749 | *Strigil* | 124 |
| [illegible]*bilis* | 251 | *Strigilis* | 82, 75, 85, 90 |
| *tabulor* | 529, 537 | | 115, 136 |
| *tabulo* & *ſtabulor* | 661, 662 | *Stringo*, xi, ctum | 580 |




Digitized by Google

*Strix* 92, 71
*Strues* fœm. ſing. 287
qvot ſignificatis gaudeat 294
*Struo*, xi, ctum 606
*Studium* unde 423
*Stupeſco* unde 566
*Sturio* 120
*Styrax* 153
cujus gen. 110
*Styx* 71, 107
*Suadela* unde 423
*Suaviloqvens*, *ſuaviloqvus* 188
*Suavior* 537
*Suavis* 9
*Sub* 714
qvomodo mutetur 20
In compoſitis minuit ſignificationem 719
*Subdo*, idi, itum 569
*Subēdo*, edi, ſum 569, 573
*Suber* cujus generis 110
*Subfrigidus* 103
*Subimpudens* ibid.
*Subinde* 685
*Subjunctivus præſens pro præſente Imperativi* vice Conjunct. 483
*Sublego*, egi, ctum 579
*Sublicius pons* 24
*Submitto* 20
*Sublino*, evi, itum 594
*Submoſſes* pro ſubmoviſſes 474
*Suboleo*, ui, qvod præteritū plures probant, *ſub-olevi* pauciores 548, 549
Friſchlinus vi obtrudit *ſubolitum* 549, 550
*Subrumus agnus* 24
*Subruo*, ui, utum 606
*Subſanno* 20
*Subſcribo* ibid.
*Subſcus* 63
*Subſellia* 370
*Subſellium* ibid.
*Subſidior* 537
*Subſiſto*, ſubſtiti ſine ſup. 605
*Subſtantivum nomen* qvid & qvotuplex 24
*Subſtantiva* qvædam qvomodo genus habeant apud autores 100
*Subſtantiva* qvædam ortu Græca, uſu Latina qvomodo moveantur 165, 166
Qvædam in *tes* vel *ta* deſinentia qvomodo moveantur 167, 168
A cano compoſita qvomodo moveantur 163
ſuut incomparabilia 181
*Subſtantivorum* nonnullorum partialis motio 162, 163, 164, 165, 166, 167, 168, 169, 170, 171, 172
*Subſtantiva verba* 461
qvare ſic appellata. *Eorum appellatio à Scaligero reprehēſa, à Saturnio laudata* 461, 462
*In Verba ſubſtantiva & Parti-*

Digitized by Google

*Participia omnia Ver-*
*...ſolvi poſſunt* 462
*...* 194
... dicatur 196
*...* 197
*...* 683, 714
*...riſtis* 103
*...* 683
*...ceſſus* 675
*...ſſivus, ſubciſivus, & ſub-*
*...civus promiſcuè ſcribũ-*
*...* 13
*...ceſſus* unde 415
*...ccurro*, curri, urſum 597, 20
*...cumbo*, ui, itum 559, 560
*...dor* unde 424
*... cœlum* 24
*...ſueſco*, evi, etum 595
... 556, 566
*...at activè ſignificat* 674
*...ffero*, ſuſtuli, ſublatum
... 598, 20
*...fficit* 656
...fficio act. & neut. 663, 664
*...ffulcio*, ſi, tum 615
*...go*, xi, ctum 580, 586
*...ri* 432
*...ibus* 94
*...rbus* ibid.
*...lfur* 130, 273
qvomodo ſcribẽdum 274
fulfur ſacrum pro ful-
mine 273
*...lmo* cujus generis 109
*...ltis* pro ſi vultis 652
*...um* 634

Ejus Conjugatio peten-
da ex *Eſum*, *Fuo*, & *Fo-
rem* 635
*Sum* qvare omittatur in
præt. deponentium 610
*Sumo*, ſumpſi, ptum 593
*Sumpſi* an per p ſcribendum 14
*Sumptum* an per p ſcriben-
dum ibid.
*Summates* 332
*Summatim* 638
*Summus* 187
*Sum-mus* 19
*Supellex* 69, 84, 232
*ſupellectilia* plur. neut.
autoritatis indiget ibid.
*Suppellectili* 86
*Super* 714
*Superficies* 99
*Superi* 317
ſuperi naturâ adj., con-
ſvetudine ſubſtant. ſu-
pera 323
*Superlativus gradus* qvid 182
ejus notatio ibid.
unde fiat 183
qvalis ſit à Poſit. in ER 183
*Superlativo* carentia Adj. 191
efferuntur adjectis vo-
cibus, *Valdè* vel *Maxi-
mè* 183
*Superlativum* irregularem
habentia Adjectiva 186
*Supernè* 682
*Supero* act. & neut. 663

*Superſtes* unde 415, 55
caret neut. plur. 162
*Superſto*, titi, itum, *atum* 533
*ſuperſtatus* 534
*Superus* cum ſuo Compar. & ſuperlativo 186
*Supina* primæ conj. 528, ſeq. Secundæ 540, ſeq. Tertiæ 558, ſeq. qvartæ 613, ſeq. Supinis qvænam Verba 2. conjug. careant 540. Supina eadem habere poſſunt verba diverſa 622
*Supinum qvid* & unde dictum. Probi ſententia affertur Scal. Alvarus ſuam ibi ignorantiã fatentur. De eorum ſede variant autores ibid.
*Pura nom. non ſunt* ib.
*nec pura verba* 517.
*nec non Participia* ib.
habent aliqvid cum his omnibus commune 517
518, 519
*Supinum* qvotuplex 519
eorum origo ibid.
Prius retinet verbi ſignificationem 520
Poſterius ſæpè *paſſivè* exponitur ibid.
interdum neutraliter 521
qvõodo formẽtur ſup. 527
*Supinus* 191. *ſupinor* 192
*Supparus, ſupparum* 383, 227
*Suppedito* & *ſuppeditor* 66[illegible]
661. ſuppedito act. neut. 66[illegible]
*Suppetiæ, ſuppetias* 14[illegible]
252, 36[illegible]
*Suppetior* 53[illegible]
*Suppleo*, evi, etum 54[illegible]
*Supplex* 9[illegible]
caret neut. plur. 16[illegible]
*Supplico*, avi, atum 53[illegible]
*Supra* 712, 713, 71[illegible]
*Surdus* incomparabile 17[illegible]
*Surgo*, rexi, rectum 580, 58[illegible]
*Surrexe* pro ſurrexiſſe 47[illegible]
*Surripio*, ui, ptum 20, 59[illegible]
*ſurpui* antiq. ibid.
*Surſum* 68[illegible]
*Sus* 92. 94, 64, 11[illegible]
*Suum* 9[illegible]
*Suſa* 377, 109
*Suſcipio*, epi, ptum 20, 589
*Suſcito* 20
*Suſpendo* ibid.
*Suſpicio* ibid.
*Suſpicioſus* 41[illegible]
*Suſpicor* 20, 527, 634
*Suſpiro* 20
*Susq, deq* qvid ſit explicatum 684, 689, 68[illegible]
*Suſtento* 20
*Suſtollo* ibid.
*Suſtuli* à ſuffero ibid.
*Suſum* pro ſurſum 684
*Suus* qvõodo uſurpetur 438
ſuimet, ſibimet, ſuumet 444. ſuopte, ſuapte ibid.
*ſua* 446

Syba-

Digitized by Google

Sybaritis 117
Sybaritius, Sybaritis 167, 57
Sybarites 117
Sycites 132
Sycophantor 538
Syllaba qvid & unde dicta 12
Syllaba unam tantum habet vocalem 15
Syllabarum orthographia ib.
Syllaturio 630
Sylva 9
Sylveſter, ſtris 175, 191
Sylveſtre incomparabile 178
Sylveſtrior 175
Symbolum 125
Symbola, ſymbolum 387
qvomodo differant 388
Plautus explicatus in voce, ſymbola ibid.
Sympoſion 125
Synæreſis Genitivorum à Nomin. EUS 39
Sinapi indecl. 194
Sinapis fœm. 195
Sinape, ibid.
Syncope genit. plur. 30, 31
præteritorum 473
Syngrapha, ſyngraphus 388
Synodus 139
Synonyma rectiùs Polyonyma 427
Syracuſa 363
Syriacus 405
Syrinx 73
Syrma Genit. antiqvus
Syrma 44
Syrtis 74
Syrus 405

T.

T. notat Titus 25
Terminatio tertiæ decl. 43
Tabellarius, tabellarie 41
Tabeo 566
Tabernaculum unde 414
Tabes 278
Taceo 543
Tachygraphi qvid præſtiterint 5
Tachygraphia ibid.
Tacitus act. ſignificat 674
Tædet 655
Tænarus maſc. 228. Lucanus fœminino Græco, Tænaros, uſus eſt ibid.
Tæreo contr. 39
Tago pro tango 585
Talio fœm. ſing. 287, 122 qvid ſit 291. talionis lex ibid. unde 414
Talpa 102, 103
Talpa 100
Tam 688, 689
Tamen 729
Tango, tetigi, tactum 580, 526
Tanqvam, qvanqvam ſcribendum per N 14, 687
Tantillus 411
Tantùm 687, 697
Tantò 689
Tantundem, tantidem 445
qvot & qvos caſus habeat 254, 256

*Tapes* 132
*Tapus* ibid.
*Tanis* 53
*Tardo* act. & neut. 663, 664
*Tartarëi* pro tartareï 221
*Tartarus* in plur. tartara 224
qvid ſit 225
unde dicatur ibid.
*Tatienſes* nomen pop. plur. maſc. 331
*Taubmanni* erudita diſſertatio de Lare 336
*Taygetus* 224, 227
*Technonymica* qvæ 402
*Tectorius* unde 425
*Tectus*, ior, ſuperl. caret 670
*Tecum* 443
eſt Pronomen compoſitum non Adverb. 699
*Teges* 55
*Tegeticula* 410
*Teg-min* an ſcribendum 14
*Teg-men* 12
*Tegumentum* unde 423
*Tela* neut. plur. 377
etiam ſing. extat ibid.
*Tellus*, uris 29, 64, 148, 287
*Temno*, pſi, ptum 595
*Tempe* 119, 376
*Tempeſtivè* 686
*Temporalia* qvæ 421
*Tempori* Adverb. 686, 702
& pro eo *tempori* & *tempori*, unde *temporius* & *temperius* ibid.
*Tempus* præſens, præter. 469
Futurum imperfectū, perfectum, pluſqvamperfectum ſive ulterius perfectum 470.
tēpore præſenti qvomodo utendum ſit 471
*Tendo*, inis, onis 45
qvid ſit 46
*Tendo*, tetendi, tenſum 526
570, 576, 120
*Tenebræ* fœm. plur. 11, 337
339
*Teneo*, ui 20, 551
*Tener* 40
*Tenereſco* unde 567
Lucretius *teneraſco* ibid.
*Tenuior*, tenuiſſimus 184
*Tenus* 709
poſtponitur 722
*Ter* 686
*Terëi* gen. contr. 221
*Teres* 55
*Tergiverſor* 537
*Tergo*, ſi, ſum 580
*Tergo*, is, & tergeo, es 665
*Termes* 55, 131
*Terminationes* primæ declinationis 34
ſecundæ decl. qvæ 47
tertiæ decl. qvæ 43
*Terminatio in A B US qvare inventa* 37
*Ter-minus* 19
*Ternarius* 422
*Terni* 314, 420
*Terni deni* 420



Digitized by Google

*Tergio* 121, 422
*Tero*, trivi, tritum 598
*Terræ filius* pro homine vili & abjecto 292
*Terrenus* unde 415
*Territorium* unde 414
*Terſti* pro terſiſti 474
*Tertium* 686, 687
*Tertia perſona* qvid 22
*Tertius* 419
*Tertuli ante* 19
*Teſiphone* 108
*Teſqva* neut. plur. 376
*Teſtatus paſſivè* 676
*Teſtificor* 537
*Teſtis* 115
*Teſtor* 537
*Id. paſſivè* 465
*Teſtudo* 104, 121
*Teſtum & teſtus* 396
*Tetraptota* qvid ſint Priſc. 239
qvid nobis 218
*Teuto* 45
*Teutones, Teutonus* 395
*Texo*, xui, textum 606, 607
*Textrina, textrinum* 389
*Textrinum* unde 424
*Textum*, textus 596
*Thai* 80
*Thais* ibid.
*Thales* 56
*Theano* 46
*Thebas* 402
*Theca* 363
*Themiſto* 46
*Thermæ* plur. tantùm 361
unde deducatur 361
*Thermopylæ* 563
*Theſêi* pro theſei 39
*Theſeis* 404
*Theſpia* 303
*Theſſalis* 402
*Thetis* 57
*Theta nota condẽnationis* 110
*Thety* 80
*Thetys* ibid.
*Thomex* 151
*Thorax* ibid.
*Threſſa, Threiſſa*, à Thrax 169, 170
*Thræſen*, enis 47
*Thuribulum* unde 414
*Tibi* 64, 148, 92,
qvibus caſibus careat 269
qvid ſit 270
*Ti* notat Tiberius 85
*Ti* ſyllaba qvomodo pronũcianda, ut in Tiara 9, 10
*Tiara* 578
*Tiaras* nominat. ſingul. maſcul. generis 378, 130
*Tibicen, tibicina* 164
*Tiburs* 406
*Tigris* 57, 74, 104
*Timeo* caret ſupino 540
*Timidus* unde 425
*Timodemida* 401
*Tingo*, xi, nctum 581
pro hoc ant. *Tingvo* dixêre 563, 586
*Tirynt* 67
*Tis* antiqvus Gen. 447



Digitized by Google

*Titan* 46
*Titanas* 95
*Titanida* 78
*Titanis* ibid.
*Titia* 19
*Titio* 121
*Titubatus* præt. 675
*Titulorum* qvorundam nomina ſunt pluralia 315
*Tobias*, Tobia 34
*Tolli* pro tetulì 559
Tollo,ſuſtuli,ſublatũ 592
pro tollo, *tulo*, pro ſuſtuli, *tetuli* 593
*Tollo*, tetuli 526
*Tomus* 138
*Tonat* ellipticum eſt 656
*Tonaturus* 529
tonatio 539
*Tondeo* 526, 545
*Tonitru* unde 424
*Tonitrus* 95
unde 425
*Tono* 529
*Tonſa*, æ 361
*Tonſa* plur. ibid.
*Tonſilla*, æ 362
*Tonſilla* plur. ibid.
*Tonſor*, *tonſtrix* unde 425
*Torculare* 393
*Torpedo* unde 423
*Torqvem* 74
*Torqveo*, ſi, tum 552
*Torqvis* 135
*Torqvis* 74, 101, 135
*Torreo*, ui, ſtum 553
*Torrens* [illegible]
*Torris* 1[illegible]
*Tot*, *totidem* indecl. 1[illegible]
*Toties* 65
*Totus* 4[illegible]
*Trabium* 9[illegible]
*Trabs*, bis 65, 94, 14[illegible]
*Trado* pro transdo 1[illegible]
*Trado*, idi, itum 66[illegible]
*Traduco* [illegible]
*Tradux* 15[illegible]
*Traho*, xi, ctum 58[illegible]
*Trajicio* 2[illegible]
*Tralles* plur. 36[illegible]
*Trames* 55, 13[illegible]
*Trans* 71[illegible]
qvomodo mutetur 20[illegible]
*Transfero*, uli, latum 598, 599
prò translatus, *tralatitius* uſurpatur ibid.
*Transfuga* 115
*Transilio*, ui, ivi 615, 619
forma ui in hoc & ſimilibus præter. temerè à nonnullis ſolicitatur ib.
*Transpicio*, xi, ctum 588
*Transtra* neut. plur. 376
*Trapes* 131
*Trapezoïdes* 134
*Trapezus*, trapezuntis 61
*Tredecim* 417
*Tremebundior* 178
*Tremo*, ui, ſine ſup. 598
*Tres* 92, 314, 417
*Trebir* 406
*Tria millia & ter mille* 418

*Tribula*

ibula unde 424
bunal 383
ibunitius 408
bunitius per T, non tri-
bunicius per C ſcri-
bendum 14
ibus 96, 138
ributus, tributum 383
rica hæc 352
rica plur. ibid.
ricenarius 421
riceni 420
ricenteni ibid.
ricenteſimus 419
riceps 65
riceſimus 419
ricor 537
ricorpor 87
tricorporis ibid.
Tricorporus, a, um 88
Tricorpora ibid.
Tridenti 86
Tridens 84, 150
Triduum 422
Triens 150, 132, 107
Triennis 422
Trigecuplex 421
Trigeſimus 419
Triginta 417
Trilicem monopt. 240
qvid ſignificet 242
trilices veſtes ibid.
Adjectivum eſt ibid.
Trimeſtris 422
Trimus 421
Tripartitus ibid.
Tripectorus 88
Tripector ibid.
Triplex 421
Triplico 521
Triplices maſc. plur. 318, 329
Triptota qvid ſint Priſc. 239
qvid nobis 254
Triplus 421
Tripus 63, 148, 212
qvid ſignificet 215
Trireme 84
Triremis 83, 100
Triremi 84
Triſte lupus, qvalis locutio 162
Triſulcum fulmen 24
Triticeus unde 416
Triticum neut. ſing. 313
Tritonis 402
Trium 92
Triumphatus 675
Triumvir 129
Troas vel Trojas 402
Troezen 47, 126
Troes fuimus, proverbium à Politiano explicatum 170
Troj-a ex Τρωϊ-α 7
Troja, Trojas, Troas à Tros 169, 170
Tros, Trois 61
Trudes 131
Trudo ſine præt. & ſup. 570
Tu 18, 19, 22, 432. an Voc. tantũ 446. Tute, tete 444
Tuimet, tutẽt, tibimet ib.


Tuatim

*Tuatim* 700
*Tuber* 128
*Tuburcinor* 539
*Tudes* 131, 55. unde 426
*Tueor* 557, 558
& *paſſivè* 465
Tuitio ibid.
*Tutus & tutor* ſunt à tuor 557, 558
*Tuipſe* 10
*Tuus* 18
*Tul.* notat Tullius 25
*Tullî* pro Tullii 37
*Tullius*, Tullia 163, 24
*Tum* 724, 731
*Tumulti* 95
*Tumultuor* 537
*Tundo* 526
tutŭdi, tunsū, tusū 570, 577
tunſum uſitatiùs ibid.
*Tuor* ſine præt. 612, 609
etiam ſimplex uſurpatur, ſecus ac nōnulli tradūt 612
*Turben* 45
*Turbo*, onis ibid.
*Turbones* qvi ibid.
*Turca* 106
*Turda* 104
*Turdus*, ibid.
*Turgeo*, ſi 546, 547
*Turpe ſenex*, qvalis locutio 162
*Turrem* 76
*Turrim* ibid.
*Turris* 75
*Turtur* 130
*Tuſſis* 74
*Tuſſes* 27
*Tuto* verbum 66
*Tutor* 53
*Tuus* 435. tuopte 444
tuapte ibid
*Tyberis* 74
*Tybur* 109
*Tydeus*, Tydeos 64
*Typhoëa* acc. contr. 39
*Typhoëos* genit. ibid.
*Typhōn*, onis 48. & qvid 50
*Typus* 138
*Tyrinthie* 42

V.

U; exeuntia olim exierunt in US 95
V, utrum muta an ſemivocalis 9
*Vacat* 656
*Vadis* 91
*Vado*, ſine præt. & ſup. 571
*Vaſi* non habere oſtenditur 577, 578
*Vador* 539
*Va* 748
*Vaſcum*, *Vagrande*, *Vaſanus* ibid.
Ve encliticum 739
*Vago* 662
*Vagor* 537
*Vah* 748
*Valdè* 688
*Vale* 650
*qvare ultimum in epiſtolis* 651

*Valeo*,

Digitized by Google

*Ueo*, ui, itum, urus 540
541, 542
*Ux* 136
*Uos*, vallum 384
*Ua* fœm. plur. 337, 345
unde dictæ ibid.
*Uiloquens* 188
*Uiloquentior*, vanilo-
quentiſſimus ibid.
*Uapens* 138
*Uapulo* 460
*Vario* act. & neut. 663, 664
*Varix* 159
*Varro & Feſtus* defenſi cō-
tra Scaligerum 310, 311
*Vas*, adis, vas, vaſis 130, 52
91, 299
*Vaſa*, vaſorum 209
*Vaſum* antiq. pro vas ibid.
*Vaſibus* ibid.
*Vaſi* pro vaſis ibid.
*Vates* 90, 111
*Vaticinor* 537
*Vatidici etiam Propheta
dicti ſunt Ethnicis ſcri-
ptoribus* 169
*Vatum* 90
*Uber* 89, 128
eſt unius terminat, &
omnis generis 174
*Uber* caret neut. plur. 162
*Ibera* 87
*Ubi*, *ubinam*, *ubiubi*, *ubiq*,
*ubibis* 682
*Ubicunq* acutum reſpuit
in penultimâ 35
*Ubiq* reſpuit acutum in
penultimâ ibid.
*Ucalegon*, ontis 48
& qvid 49
*Udo* 120
*Ve* encliticum tonum re-
jicit in penult. 15
*Ve* qvid 720
pro eo væ habent qvi-
dam ibid.
*Vecors*, ordis 67
*Vecte* 84
*Vecti* 86
*Vectigal* 46, 123
*Vectigalia* 93
*Vectigalium*, orum ibid.
*Vectis* 84, 136
*Veho*, xi, ctum 587
*Vehiculum* unde 423
*Veji* nomen opp. pl. maſc. 331
*Vejovis* 51
*Vel* 688, 725, 726
non interrogat 740
*Veles* 557
*Velificor* 634, 537
& paſſivè 466
*Velitor* 537
*Vellico* 625
*Vello*, velli, vulſi, vulſum 592
*Vellus* 63
*Velut*, veluti 687
*Venatio & venatus* 397
*Venator*, *venatrix* unde 435
*Vendo*, idi, itum 569
*Veneficus* 21
*Veneo*, venii, venum 616, 620

*Venetia* 363
*Venter* 537
*Venio* 460, 610
*Venientûm* pro venientiū 32
*Venor* 537
*Venter* 90
*Venterum nomina* maſcul. generis ſunt 107
*Venundo* 532
*Venus* 108
*Vepres* maſc. plur. 133, 332 etiam ſing. 332
*Veprum* pro veprium 32
*Ver* 128 neutr. ſing. 298 unde dicatur 299
*Ver ſacrum* qvid ſit 298
*Verbum* qvid 455 *Illud cum nomine princeps orationis pars & categorema* 455, 456. de qvo diſſeritur ex Priſciano ibid.
Verbi ſignificatio 457 ejus 8. affectiones ibid. Genus qvadruplex ibid. *Verbi ſignificatio & genus differunt* 457
Verbi genus rectius diceretur *forma* 457
*Verbum act. & verbum activi generis* Deſpauterio differre putantur 458
*Verbum activum* vel paſſ. 458. Verbum activum Varroni dicitur ſpecies ſignificādi, Gell. agens 458. Neutrum, Neutropaſſivum, neutrale paſſivum, Subſtantivū 459 Deponens 462
*Verborū perſona* duplex 466 verba ex ſe nec perſonalia, néc impersonalia 466. iis extrinſecus perſonalitas additur ex ſuppoſito 467. Verba infinita qvæ 469 Verborum numerus & tempus 469. illud qvotuplex 469, 470 Eorū Modus qvid & qvotuplex 471, 472. Ejus tempora 472. Verba anomala 634
*Verba in ESSO* cui claſſi derivativorum aſcribenda 625. Ea Saturnius deſiderativis accenſet ibid. Diomedes & Alvarus contendunt eſſe *verba paragoga* 626. Sed jam ſunt Paragoga, jam Freqventativa, ita tamen ut cum deſiderio qvodam ſiſt conjuncta. 626, 627
*Verba in ISSO vel IZO* qvò pertinent 625 qvōodo cōponantur 633 634. Anomala 634 Variantia 635

Irre-

regularia 635. diſſi-
milia ibid. Verba com-
poſita à Sum qvomodo
conjuganda 636. Ver-
ba defect. 642. Verba
compoſita cum Si, 652.
Verba exoletæ conj.
Verba exẽptæ ſigni-
ficationis qvæ 656 In-
ſunt, ajunt, dicũt &c. ib.
Verba Abundantia 660
Pro loco nominum poſi-
ta ſunt neutra 111
*Verbum de verbo*, ſolœciſ-
mus eſt. Pro eo Latinè
dixeris, *verbum ex verbo*,
*verbum è verbo*, *verbum*
*pro verbo* 250
*Verbalia* qvæ & qvintupli-
cia 422
unde formata ibid.
*Verbalia* Adject. à Præte-
rito Participii qvomo-
do deriventur 426
*Verbalia in BILIS & ILIS*
qvam ſignificationem
habeant 426
*Verbalia in us* cujus gene-
ris 117
*Verbalia in TOR* fœm. in
TRIX forment 164
*Verbalia in IO* fœminina
ſunt 122
*Verbalia in US* ferè ſunt
qvartæ declin. 96
*Verber* 128

*Verbera* 296
verberum ibid.
*Verbere* 268
*Verberis* ibid.
*Verecundor* 537
*Verenda* neut. plur. 363
unde dicta 366
*Vereor paſſivè* 466
*Vergiliæ* 362
*Vergo* ſine præt. & ſup. 581
*Veribus* 97
*Veridicus* non cõparatur 188
*Veriloqvium* 3
*Verres* 131
*Verro*, verri, ſum 598
*Verſi* habet Servius, ſed
ſine autoritate 600
verſus, us ibid.
*Veritum eſt* 657
*Vermis* 136
*Verſales literæ qvænam* 4
*Verſor* 537
*Verſus* 112 unde 720
poſtponitur 722
*Verſus* initio ſcribendi ma-
juſculis 12
*Vertens annus* qvid 673
verto act. & neut. 663
*Vertens paſſivè* uſurpa-
tum 675
*Vertere ſolum* 310
*Vertex* 156
*Verto*, ti, ſum 605, 634
*Vertigo* 121
*Veru* 96
*Verubus* 97

*Veru*

*Veſper*, veſpera
pro cœna veſpertina
*Veſpera* Adjectivum
*Veſperaſco* unde
*Veſperum* Adject.
*Veſpertilio* 510
*Veſpertinus* inſtrumenta
*Veſperugo*
veſperus
*Veſter*
veſtropte, veſtrapte
*Veſtibat* pro veſtiebat
*Veſtratim* barbarum eſt
*Veſturnus* 529. vero ibid.
*Veter* ant. pro vetus 87, 63
*Veterum* 63
*Vetera* ibid.
*Vetulus* 33
*Vetus* 87, 88, 63
unius termin. & omnis
generis 174
ejus Comparativus &
Superlativus 186
*Vex* inuſitatum 63
*Vexillum* 411
*Vi* 167
*Vicicer* 539

*[illegible]cibilis* unde 426
*[illegible]cio*, nxi, nctum 616
*Index* 116, 156
*Indicia* 361
*Indicia* ibid.
*[illegible]*, *Vinolentus* unde 415
*[illegible]* etiam plur. num. habet 276, 277
*Violentus* unde 415
*Vir* 23, 38, 129
*Vira*, *Virago* 164
*Virgo* unde 414
qvid propriè ſignificet 165
*Viri* 363, 265, 266
*Virgilius*, Virgili 41, 42
*Virginal* 393
*Virgo* 121
*Viri* à virus 258
*Viridia* 93
*Viridiorum* ibid.
*Viridis* unde 416
*Virilis* unde 414
*Viritim* 697
*Viro* à virus 258
*Virtutum nomina* ſunt fœminina 108
& ſingul. tantùm 278
*Virus* 63
*Virûm* pro virorum 32
*Virus* 145, 258
qvid ſignificet 261
eſt neut. ſing. 298
*Vis* 92, 74
*Vis* nom. ſing. 265
vis Accuſ. plur. 265
vim 265
*Viſcû* neut. ſing. 63, 298, 384
qvot ſignificatis gaudeat 308
*Viſcus*, viſceris & viſci 63
*Viſo*, ſi, ſine ſup. *De uſu & vero ſignificatu hujus verbi diſſeritur. contra Priſcianum & Vallam* 603, 604 Aliqvando in ſtructura admittit Præpoſit. Ad ibid.
*Viſtula* 107
*Vita num. habet plur.* 297
*Vitalis* unde 414
*Vitiorum nomina* ſunt fœminina 108
plur. num. carent 278
*Ti in vitiū* qvomodo pronunciandum & unde 10
*Vitium* an per t, ſcribendum 13
*Vito* 10
*Vitreus* unde 416
*Vitrum* neut. ſing. 298
in pl. num. invenitur 305
*Vitulor* 537
*Vixet* pro vixiſſet 474
*Ulciſcor*, ultus ſum 609
*Ulcus* 63
*Uliſſe* Vocat. 79
*Ulixes* qvomodo ſcribendum ex nonnullorum opinione 5
*Ullus* 40
*Ulterior*, *ultimus* ſine poſitivo 189



Digitized by Google

*Ultimò* 721
*Ultra* 712
*Ultrice* & ultrici 84
*Ultricia* 86
*Ultrix* 84
*Ultrò* 683
*Ulyſſes* 220
*Ulyſſi* pro Ulyſſeï 39
*Ulyſſi num ſit Dativus an v. Genit. contract.* 223
*Ulyſſipona* 224
*Ulyxes* ibid.
*U M* terminatio ſecundæ declinat. 28
*Unà* 698
*Uncia* 107
*Unciales literæ* 4
*Unde* 682, 820
*Undiqvaq;* 682
*Undiq;* ibid.
*Ungo*, nxi, nctum 581, 587
pro hoc eſt ungvo ibid.
*Ungve* 84
*Ungvi* pro ungve 86
*Ungvis* 84, 136
*Ungvis medius* qvis 162
*Unicè* 697
*Unio* 120, 122
*Unitas* 422
*Uniusmodi* 200
*Unqvam* 685
*Unus* 40, 314, 417
*Vobiſcum eſt nomen compoſitum & non Adverb.* 699
*Vocabuli* explicatio 3
*Vocabulum* unde 424
*Vocalis* qvid & qvotuplex 5
per ſe ſyllabam facit 12
*Vocalis* non ſeqvitur T I apud Græcos 7
*Vocalis prior* prioris conſonæ, poſterior poſterioris erit 16
*Vocales* duæ in medio ſeparandæ 15
*Vocalium* in compoſitis mutatio 20
*Vocativus caſus* qvid 26, 27
*Vocativus* Atticè ſimilis Nominativo 29
*Vocativus ponitur* loco Nominativi 29
*Vocativus* olim dictus *ſalutatorius* 27
*Vocativi ſecundæ* non ſemper habent e, ſed aliqvãdo Atticè retinent US 29
*Vocativi, Virgili, Mercuri*, acuunt penult. licet brevis ſit 42
*Vocativi* antiqvi *Laertie, Mercurie*, pro *Laerti, Mercuri* ibid.
*Vocativ.* Panthu à Panthus 24
*Vocat.* Oedipu, Melampu 42
*Vocativo* qvænam careant nomina 271
*Voces materialiter poſitæ* cujus ſi nt gen. 111

*Voces origine Græca* qvæ Υ habent, per I nonnullis ſcribi ſolent 5
*Vociferor* 537, 634
*Volaticus* unde 426
*Volema pyra* 24
*Volo* 635, 638. *Volis, Volit, Volitis* integra ſunt pro vis, vult, vultis 638. *Voſam* ibid. *Volim* pro velim, *Volimus* pro velimus ibid.
*Volucer* 91. unde 425
*Volucer, Volucris* 175
*Volucri* 82
*Volucre* ibid.
*Volucris* 90, 137
*Volucrum* 90
*Volucrium* ibid.
*Volvens* pro eo, qvi volvitur 673
*Voluo* triſſyllabum 9
*Volvox* 157
*Volup* per Apocopen pro volupe 250
*Volupe* diptoton 247 tanqvam Adverb. nonnunqvam uſurpatur 249
*Volumbrum* unde 424
*Vomer*, vomis 384, 59
*Vomis* 59, 136
*Vomo*, ui, itum 593
*Vomeo* unde 423
*Vortex* 156
*Vos* 22
*Voveo*, vi, tum 555
*Vox* 92, 153, 69
unde 424
*UR terminatio* ſecundæ declin. 38
*In UR tertiæ* formata in Genitivo 51
*Urbanus* 405
*Urbs* 91
*Urbium* 92
*Urbium nomina* cujus gen. 108, 109
*Urgeo*, ſi 546, 547
*Urinor* 539
*Uro*, uſſi, uſtum 598
*Urpix* 156
US terminatio ſecundæ declin. 38
*Uſpiam* 682
*Uſqvam* ibid.
*Usq;* 685, 712 *Eſt Adverbium* 686 *non Præpoſitio* 713, 714
*Uſucapio* 122
*Ut* Conjunctio 726, 733
*Utcunq;* 687
*Utenſilia* 377
*Uter* 40, 90
*Uterq;*, utervis, utercunq;, uterlibet 40
*Utilis* unde 426
*Utilitatium* Gen. plur. 32
*Utinam non tam Interj. qvam Adverbium eſſe contra Scaligerum oſtenditur* 695
*Uti* qvo tono efferendum 15



Digitized by Google

*Uter*, uſus ſum 609
*& paſſivè* 466
*Utpote* 733
*Utrinq;* 682
*Utris* 90
*Utroq;* 783
*Utrum* 690
ejus uſus ibid.
*Vulgaris* incomp. eſt 178
*Vulgata verſio violata Latinitatis arguitur* 345
*Vulgo* 146
*Vulgus* neut. ſing. 298, 145
*Vulnus* 63
*Vulpes* 104
*Vulpinor* 629, 537
*Vultum antiqvè pro vultus* 396
*Vultur* 130

X.

X. valet C S vel G S 11
X. terminatio tertiæ declinationis 43
*Xenophon*, ontis 48

Y.

*Y.* Græcum vocalibus vulgò additur 5
*Y.* terminatio tertiæ declinationis 43
*Yi* an Diphthongus 7
*In YN tertiæ* formata in Genit. 46

Z.

Z. valet D S 11
*Zelus* cujus generis 108
*Zacynthus* cujus gen. 109
*Zephyrus* 11
*Zingiber* 129
*Zinziber* ibid.
*Zimpiber* ibid.
*Zingiberis* ibid.
*Zizania*, orum 274
unde dicatur 275
qvid ſignificet 275, 276

# INDEX
## Rerum & Verborum Græcus

Ἄβαξ qvid 155
Ἀγαθῶν ἀγαθίδες Proverb. & qvid ſibi velit exponitur 213
Ἀγέρθω ἀγέρθων, ἀγέρνδε qvomodo uſurpentur 685
Ἀγχίσῃ dat. Græc. ũde Anchiſe dat. Latinę extat 35

Ἀθύ-

[illegible]θυμάδε, Adverb. ad locum 685

[illegible]θυμήθεν Adverb. de loco ibid.

[illegible] qvid 281

[illegible]ποίκιλον Acc. Græc. 61

[illegible] Acc. Lat. Ægo-ceron extat ibid.

[illegible]ς, αἰδό[illegible], ᾶς qvalis formæ 96

[illegible]θιοπία γυνὴ pro Æthiopiſſa 171

ἡ αἰθιοπὶς rectiùs dicitur qvàm αἰθιόπισσα ib.

Αἰθιόπισσα vox Idiot. ib.

Αἰθίοψ ibid.

Αἰθίοψ ἢ λευκαίνεται qvid ſit explicatum 171

Αἴθριαι qvid ibid.

Ἀκινάκης & ἀκινάκις 4. declin. 132, 133

Ἀκλιξ 95

Ἀκράγαντ[illegible], ἀκραγαντῖν[illegible] qvid 53

Ἄκρυες qvid 351

Ἀληθὲς τὸ neut. græc. 134

Ἄλφα unde dicatur 208

Ἄλφοι qvid 302, 352

Ἀμ, ἀμφὶ unde Lat. Am 716

Ἀμαθόεις, ᾶς cujus formæ 63

Ἀμαρυλλίς, Τίγρις Acc. Latinos in A deſinẽtes gignunt 78

Ἀμβλύνεσθαι qvomodo uſurpetur 349

Ἀμείβομαι qvid 616

Ἀμπελόεν] Ἐπίδαυρον i. e. Epidaurus vitibus abundans. Ejus genus eruitur 109

Ἄμφω qvid 211. inde eſt Latinum, ambo 716

Ἀναλογία qvid & unde dicta 193

Ἀνδρὶς qvid Symmacho 165

Ἀνδρόγεως qvomodo declinetur 39

Ἄνισον qvid 275

Ἀντιάνειραι fuerunt Amazones 165

Ἄορν[illegible] qvid 225

Ἀπολλὼς qvomodo declinetur 39

Ἀπόνυχον qvid 134

Ἀπονυχίσματα qvid 375

Ἀργυνόεντα Κάμειρον Albicãs Camir9. Ej9 gen. inveſtigatur 109
Ἄργον τὸ qvid 62
Ἀργυράγχην πάσχει qvid ſit, explicatur 113
Ἄρκτος ὁ καὶ ἡ qvid ſignificet 139
Ἅρπαξ, αγος qvid 122
Ἄρθρα qvid 323
Ἀσκολιάζειν qvid 619, 563
Ἄστυ unde Lat. aſtus 258
ὁ ἀτταγῆν qvid 126
Αὐξητὴς qvid 164
Αὐτόγραφον qvomodo uſurpetur 379
Αὐτοπαθητικὰ verba qvæ 460
Αὐτόπτης vox Ariſtophanis ab αὐτὸς 181
Αὐτουδέτερα, αὐτοενεργητικὰ verba qvæ 460
Ἀχαΐς ũde formetur 168
Ἀχαιὸς ibid.

B.

Βάρβιτος qvid & cujus generis 146
Βαλίστης qvid & cujus generis 117
Βάραθρον qvid & unde dicatur 303
Βάρβαρος qvomodo uſurpetur 207
Βασκαίνω σε τοῦτο vel τούτῳ qvalis locutio 307
Βάσκανος qvomodo uſurpetur ibid.
Βηλὰς, βήλη cujus formæ 371
Βίβλος cur notet librum 142
Βουκέφαλος unde dicatur 271
Βούτυρον ũde ducatur 277
Βραγχία qvid 353
Βράγχος, βραγχία ib.
ἡ βύσσος vox eſt ortu Ebræa 140

Γ.

Γάζα dictio Perſica 296
Γαλακτίδες qvid 123
Γάμος qvid ant. 339
Γάργαρον qvid Hom. 227
Γεγραφὼς ἔσομαι qvalis locutio 475
Γῆ ἔρημος integrè dicitur 140

Γιώμη

Digitized by Google

[illegible]μη unde Gnome- [illegible]dat. 35

[illegible]φὴ ſcriptio 2

[illegible]φω, γέγραφα 526

[illegible] qvid 376

[illegible]ύτη explicatur à Cæ- lio ibid.

Δ.

[illegible] nota denarii 10

[illegible]ηκα ibid.

[illegible]δέρρεις qvid 231

[illegible]ψέω unde depſiti- cus 602

[illegible]μήτρια qvomodo exponatur in Gloſ- ſario 354

[illegible]μετρος eſt elli- pticum 127

[illegible]δίκη hinc dica 255

Δίκην σοὶ γράφω ibid.

Δίκης ἕνεκα 241

Δίκτυα qvid Turnebo 351

Διλήμματα, [illegible] 94

Δίμιτος qvid in Gloſſa- rio 242

Δίπτυχα qvid Turnebo [illegible] 329

Δὶς [illegible] 6

Διφθέρα qvid apud Herodotum 232

Δύω hinc duo 211

E.

Ἔαρος expoſitum à Sca- ligero 561

Ἐγνωκὼς ἔσομαι per pe- riphraſin 475

Εἰλέομαι qvid 363

Ἐμβρίμειν qvid Scal. 573

Ἐμπρίειν expoſitum ib.

Εἰνόδιος Mercurius di- ctus eſt 336

Ἐξηγητικὴ Grammati- ca qvæ 1

Ἔξω τοῦ πηλοῦ πόδας ἔ- χειν qvid ſit 307

Ἐπάλξεις à Turnebo exponitur 350

Ἐπίδαυρος cujus gen. 109

Ἐπίκοινα qvid 103

Ἔργαζε qvomodo uſur- petur 685

Ἐρείκειν qvid 574

Ἕσπερος unde Heſpe- rus 280

Ἐτήσιος ἐτησίαι 334

ἐτήσιοι ἄνεμοι ibid.

Ἔτος unde ἐτήσιος 335

Ἐτυμολογία unde 3
Εὐοῖ ortu Ebræum eſt 316
Εὔοιος qvis ibid.
Εὐάζειν qvi dicãtur ibid.
Εὐπρεσώπους qvomodo uſurpes 81
Εὐπροφασίστους fraudes dicunt Græci ib.
Ἐφιάλτης qvid 365
Ἐφρὴμ ortu Ebræum 209

Z.

Ζάκυνθος tàm in maſc qvàm in fœm. uſurpatur 109
Ζιγγίβερις unde Zingiber 129
Ζιζάνιον qvid Svidæ 275

H.

H in qvam Latinam vocalem migret 12
τὸ ἦθος qvid 133
τὸ ἧπαρ unde hepar 305
Ἦρ contr. pro ἔαρ 299

Θ.

Θ. qvare nigrum dicatur à Perſio 110
Θεοὶ ἀγυιεῖς qvi 336
Θεοὶ μεγάλοι qvinam 321
Θεοὶ διαπύντιοι qvi 336
Θέρω, θερμὸς unde Thermæ 361
Θεωρητικὴ Grammatica qvænam 1
ἡ θρῆσσα, θρῆισσα qvalis formæ 170
Θρὶξ unde hyſthrix 159

I.

I. in voce ἰησοῦς qvalis litera 9
Ἰδιοπαθῆ Verba qvænam 460
Ἰδιόχειρον recentioribus Græcis uſurpatum 379
Ἱερουσαλὴμ unde 209
Ἱεροσόλυμα ibid.
Ἰκανῶς τὰ ἄλλα, qvalis locutio 731
Ἰουδαῖος qvalem ab initio literã habeat 9
Ἱππόμανες qvid 134
Ἱστορικὴ Grammatica qvalis 1
Ἰωάννης qvalem literã habeat ab initio 9

K.

τὸ καῖσαρ διαςύλλαβον ἐςὶ m

τὸ κακοήθες unde Latinum neut. Cacoëthes 134
Καλὺξ qvid Svidæ 157
Καλύπτρα explicatur 561
Καλύπτω qvid 157
Καλῶ, unde Calo 357
Κάμειρος cujus gen. 109
Κάμπτω, unde Cambio 616
Κανθήλιον exponitur 354
Καζαπέλτης cujus Gen. 117
Κάρπασον igni non cõſumi ait Pauſanias 230
Καζαπονίζω pro πονίζω extat 282
Καζαρράκτης cujus generis 117
Κηρὸς unde Cera 13
τὰ Κήτη cujus formæ 120
τὸ Κῆτος, κήτη: de iis Servii judicium 371
Κινεῖν τὰς πεσσὰς qvid 246
Κινῶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς Scaligero qvid ibid.
τὸ κλεῖθρον unde & qvid 234
Κλείω qvid 234
Κλεπτης ant. qvid 399
Κλιτὸν, κλίτος qvid 354
Κλυτὸς ἱπποδάμεια qvalis locutio 109
Κρινεῖν qvid 562
Κολακεύω exponitur 154
Κολοφῶνα ἐπέθηκε 50
Κρατέω 267
Κρατῶ κεκράτηκα, proverbium explicatur 526
Κρὴς qvis dictus 169
ἡ Κρῆσσα cujus formæ 170
Κρόταλα qvid 366
τὸ κρύος exponitur 142
ὁ κρύςαλλος, unde Cryſtallus ibid.
Κυνοκράμβη qvid 134
Κύω qvomodo uſurpetur ab Homero 562
Λ.
Λάας qvid 283
Λαέρτος pro Λαέρτης 42
Λαίλαψ, unde Lælaps 107



Digitized by Google

Λάκαινα cujus formæ 165
Λαλῶ λελάληκα 526
Λάσιος τὰ σκέλη qvalis locutio 732
Λέαινα qvid 165
Λείβω, ψω 561
Λείψανα σωμάτων expoſitum 350
Λέοντα ξυρεῖν qvid 353
Λεπτασκέλη explic. 376
Λήθη unde lethum 300
Λήκυθος gen. fœm. 140
ἡ λίβυσσα cujus formæ 172
Λόγος ἐτύμων qvid 3
Λόγου χάριν expoſitum 242
Λύω, λέλυκα 526

M.

Μάζα unde maſſa 11
Μαίκηνας, hinc Mæcenas ſcribendum eſt 14
Μαιμάκτης dicitur Mulciber 213
Μαμωνᾶς cujus gen. 118
Μάννα ejus genus inveſtigatur ibid.
Μάρτυρ qvid notet apud Græcos profanos 114
Μάσαξ cujus gen. 155
Μάτρικες ἀπόγραφαι καὶ ἀντίγραφαι in vet. Gloſſ. qvid 303
Ματρίκιον exponitur ibid.
Μελίχιος θεὸς dicitur Mulciber 213
τὰ μέλη cujus formæ 120
Μέλι unde Mel 270
αἱ μεμβράναι qvid 231
Μετοικία exponitur 373
Μίτος qvid 242
Μονοκάλαμον qvid 74
Μῦα, μύω 8
Μυῖνδα tribus ſyllabis legendum ibid.

N.

Νάβλον ortu Ebræum eſt 219
Νέα νύμφη unde orta locutio 339
Νὴ qvalis particula 135
Νίτρον Ebræum eſt 274

Νυκτι-

Digitized by Google

νυκτερινοὶ δαίμονες dicuntur Lemures 325
Νυκλικόραξ expoſitum 155
Νωδὸς nefrendis puer vel ſenex 373

O.

Οἴκοι, οἴκαδε vel οἶκονδε, οἴκοθεν qvomodo uſurpentur 685
Ὁλοενεργητικὰ verba qvænam Theodoro Gazæ 469
Ὀλολύζειν de eo Heinſii diſſertatio 316
Ὁμαλὸς hinc anomamalia 192
Ὄνομα hinc Patronymica 400
Ὄνημι de eo differit Chabotius 259
Ὀπύω, ὀπύσω, ὤπυκα, ὠπύθη, ὠπύθην 7
Ὀρείχαλκος qvid 273
Ὀρθογραφία unde 2
Ὀρεινὴ Gram. qvid Diomedi 1
Ὀρίας χάριν qvalis locutio 241

Π.

Πάθημα qvomodo declinetur in Dat. pl. 94
Παιδοτροφία, de iis diſſerit Turnebus 368
Πᾶν qvid 381
Πᾶνθος, πάνθυς Vocat. 42
Πανδέκτης cujus gen. 117
Παρθένησις qvid 373
Παροιμία de hoc Varro 266
Πάσχω non eſt Primitivum vocis Paſcha 119
Πατρίζω hinc patriſſo 11
Ποιῶ, πεποίηκα de iis Gellii diſcurſus 526
Πελάγη hinc Pelage 299
Πέλαγος unde ibid.
Πέμπαζω qvid 364
Πεντάπλυκα qvincuplices 329
Πέργαμον qvid 231
Περγαμίδαι unde ibid.

Πέτρα

Πέτρη vel πέτρα unde 283
Πιτίζω, hinc Pitiſſo 11
Πλαταγώνια qvid 366
Πλέτων & πλῦτος explicantur 59
Ποδὸς ἄγρα unde podagra 287
Πολυκάλαμον explicatum 74
Πολύπτυξ qvomodo declinatum 215
Πόνος 282
Ποντίζω ibid.
Πόντος 282, 283
Πόντος Αἰγαῖος 283
Πόντος ἄξενος qvi poſtea εὔξεινος ibid.
Πόντος ἰκάριος ibid.
Πρακτικὴ Grammatica qvænam 1
Πρίαμος hinc Priamus 49
Προσκυνεῖν qvomodo uſurpatū Lābino 562
Προσώπειον qvid Politiano 349
Προστατήριος non notat Larem vicinū 336
Πρῶτα μέρη τῆς λέξεως vocātur à Theodocte & Ariſt. Nomina Verba & Conj. apud Halicarnaſſæum 746
Πρωτομάρτυς qvis 114
Προφήτης & προφῆτις qvomodo Latinè vertenda 166
Πύξος buxeus, hinc pyctacium 303
Πυρρεὺς qvomodo declinatum 60

Σ.

Σάκκος ortu Ebræum eſt 18
Σάλος ſalum 308
Σάπφειρος originem Ebraicam ſapit 142
ὁ σὴψ unde & qvid 151
Σιγύβρις jam per Σ, jam per Z ſcribitur 129
ὁ Σκιπιάδης variè declinatum 36
ὁ Σκύτης Scytha vel Scytes 167
Σπένδομαι qvid 141
Στίβη vel στίβι qvid lat. 195
Στρατήγημα, hinc ſcribendū Strategema 14
Στύραξ

Digitized by Google

τύραξ jam Maſc. jam Fœm. eſt 154
Συβαρίτης 167
συβαρίτης qvomodo Latinè exponenda ib.
ὑγκηρ☉ hinc Sincerus 13
υμβολή, τὸ σύμβολον, de iis diſſertatio Stephani & Caſaub. 387 388
ὑυίζησις qvomodo fiat 39
ὑρεῖν, hoc nomen Sirenibus non inditum eſſe oſtenditur 47
Φίγδειν qvid 73
ώρεον explicatum ibid.

T.

αρράττειν qvid 225
αρταρόω hinc tartarus ibid.
αχύγραφοι ant. dicti ſunt Notarii 5
τὰ τιμῶντι Neut. plur. contractum 120
τετύφυα amittit Jod in præt. & fut. 7
τελχινέτης qd Homero 187
Τιάρα non πάρας dicendum 378
Τραγήματα qvid 364
Τραπεζόεις qvomodo declinatum 63
Τρίπλυχα qvid Turnebo 329
Τρίζμ☉ cui rei tribuatur 354
ἡ τρωας qvid 171
Τυρὸς unde nonnulli deducunt butyrũ 277
Τυφλότερ☉ ἀσπάλακ☉ proverb. Græcorum qvid notet 179
Τυφωεὺς qvomodo formet Gen. 39

T.

Ὕβρις, hinc hybrida vox 21
Ὑγίαινε, vox ſalutantis Græcorum 652
Ὑ apud Græcos nunqvam ſeqvitur conſonans, ſed Vocalis 7
Ὑλήεις vel Ὑλήεσσα Ζακυνθ☉ h.e. Nemoroſus vel Nemoroſa Zacynthus 109

Ὑπερ-

Digitized by Google

Υπομνηματικὰ verba quæ- nam 462
Υποχόνδρια 375
Υς unde hyſthrix 159
ἡ ὕσσωπος Ebrææ originis eſt 142
Ηὔψας pro ὕψας 10

Φ.

Φ. literæ quænã apud Lat. reſpondeat 13
Φερνὴ qvid 374
Φήμη unde 287
Φθόγγος ſonus 6
Φλέγμα qd Medicis 293
ἡ Φοίνισσα qvid 172
Φυλάττω qvid 153
Φωσφόρος Lucifer 280
Φῶρ 299

X.

Χαῖρε vox ſalutantis eſt 652
Χαλινοὶ qvid 353
Χαλκήρης, χαλκέμβολος qvibus rebus tributa 375
Χαμαιλέοντος ἀμείβο- λώτερος, proverb. expoſitum 48
τὸ Χάρος unde Acheron 49
Χαρακτὴρ qvid Scal. 296
Χάρτης Maſcul. gignit Fœmin. Charta 117
Χίλια qvid 10, 194
τὸ χειρόγραφον dicitur non ὁ χειρόγραφος 379
Χοαὶ qvid 247
Χολὴ explicatur 290
Χρυσὸς hinc Chryſolitus 142
Χωροειδὴς qvid Medicis 73

Ψ.

ὁ Ψάλτης, ψαλτὴρ unde pſaltes 219
Ψαλτήριον Heſychio ναβλὸν ibid.

Ω.

Ωκίων, ὤκιστος, ὠκύς, ὠκύτερος, ὠκύτατος hinc ocior, ociſſimus 190
Ωραῖος qvid 364
Ωσεὶ qvomodo uſurpetur à Matthæo 689

אבור

Digitized by Google

א

אֵב eheu 749
אֲדֹ Domine mi 651
אוֹ Pytho 166
א Eheu, væ 749
אֲוִיר Aër 281
אֲוֵרָא, Aër ibid.
אֵזוֹב Hyſſopus 142
אָה Ah 749
אַלְפָא Alpha 208
אֶפְרַיִם Ephraim 209
אִישׁ Vir 165
אִשָּׁה Vira ibid.
אִשָּׁה rectiùs vira qvàm virago exponitur ib.

ב

בּוּץ Byſſus 140
בֵּית גְּנָזָא Gazophy-lacium 296
בָּכָה Lamentatus eſt 316
בְּנֵי אָדָם Filii Adā 292
בְּנֵי אִישׁ Filii viri ib.

ג

גִּנְזֵי Gazæ 296
גִּנְזַיָּא Idem ibid.

ד

דִּקְדּוּק Grāmat. 478

ה

ה Ebræis eſt conſonans 10
הוֹי, hoi, hei, væ 749
הָרָקִיעַ expanſum 281
Caph חַשִׁיעוּר Caph conjecturæ 688

ו

וְגוֹמֵר, וגו׳ h. e. & cōplens, pro, & cœtera, &c. 732

ז

זִזָנְיָא Zizania 276

ח

חֶמְאָה Butyrum 277
חוה Salutātis eſt 651

י

יַעֲקוֹב Jacob 208
יִרְאֶה videbit ibid.
יְרוּשָׁלַםִ 29
יְרוּשָׁלַםִ abſente jod 208
vel יְרוּשָׁלַיִם cū J. ib.

כ

כְּלִי vas, inſtrumētū 365
כַּרְפַּס Carbaſus 231
כְּרוּב Kerubh 209
כְּרוּבִים Kerubhim ib.
בְּרִית

כָּרַת בְּרִית Percuſſit fœdus 618

ל

לְבוֹנָה Libanus 270

מ

מָן, מַנָּא Manna 118

מָגוֹר Cōmoratio 373

מְנַשֶּׁה Menaſche 219

נ

נְבִיאָה Prophetis 166

נֶבֶל Nablium 219

נוּגָה Dolore affectus 342

נוּגָה mœſta ibid.

נוּגֵי Nugæ ibid.

נַבְלִין Nablia 219

נֶתֶר Nitrum 274

ס

סַבְּכָא Sambucus 219

סוּמְפֹּנְיָה Symphōia ib.

סַפִּיר Sapphirus 142

ע

עָקֵב Calcaneus 208

עָקַב Defraudavit ib.

פ

פִּיל Elephas 
hinc Fiſchbeen

פֶּסַח Paſcha 1

פִּסְחָא Paſcha, Dance Paaſke i

פָּסַח tranſiit 1

פְּקוֹד, פָּקַד viſita 4

פְּסַנְתֵּרִין Pſalteriū

ק

קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ vox ſangvinum fratris tui 2

ש

שָׂעַר horruit ibi

שְׂעֹרָה hordeum 2

שָׁלֵם Salem 2

שָׁמַיִם cœli 2

כְּעֶשֶׂר שָׁנִים tan qvam decem anni 6

שַׂק ſaccus

ת

תֹּהוּ, hinc Chaos

SOLI DEO GLORIA

Digitized by Google

Isaias Esaia


[illegible] Pecca[illegible]
[illegible] 66
[illegible]
[illegible] Libanus 170
[illegible]
[illegible] Manna 18
[illegible] Commoratio [illegible]
[illegible] Mensula 219
[illegible]
[illegible] Prophetia 166
[illegible] Nablum 219
[illegible] Dolore affectus
142
[illegible] [illegible] ibid.
[illegible] Nugas ibid.
[illegible] Nablia 219
[illegible] Nitrum 274
[illegible]
[illegible] Sambucus 219
[illegible] Symphonia ib.
[illegible] Sapphirus 142
[illegible]
[illegible] Calcaneus 208.
[illegible] Defraudavit ib.


SOLI DEO GLO[illegible]

Digitized by Google